THEORICO-PRACTICÆ OBSERVATIONES

Ad Rotæ Prouinciæ Marchiæ Decisiones

STEPHANI GRATIANI

EIVSDEM ROTÆ IVDICIS, ET AVDITORIS.

AVCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA

I. C. NEAPOLITANO.

IN QVIBVS

PRÆTER ERVDITIONEM, AC RERVM NOTABILIVM copiosam supellectilem, methodica sectandi ratione Commune Ius per nostrum Municipale confirmatum, limitatum, locupletatum, castigatum, aùt quoquomodo innouatum concinnè declaratur, & concordes, discordesq; aliorum opiniones, pluresq; addubitationes congeruntur, & examinatæ facilibus rationibus resoluuntur, ac quid in vsu obtineant, monetur.

VARIÆQVE PRÆTEREA SVPREMORVM SENATVVM, Præcipuè S. R. Romanæ, & S. R. Consilij Neapolitani, etiam adhùc non impressæ decisiones, reconditis Priscorum, Recentiorumque Patrum doctrinis munitæ, vtilitèr, & quamlepidè subnectuntur.

OPVS TVM PATROCINANTIBVS, TVM IVDICANTIBVS Quocumque in foro summoperè commodum, Iuris studiosis, atque eruditis periucundum, & maximè vtilissimum.

Duplici adiecto Indice, Argumentorum scilicèt, & Rerum, ac Verborum memorabilium; Opera, & Studio

PETRI PAVLI SCOPPA
Auctoris germani Fratris.



NEAPOLI. Typis Caroli Porsili. M. DC. LXXVI.

CVM PRIVILEGIO, AC SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google



DEIPARÆ VIRGINI

Semper maximæ
Sub Sanctiſſimi ROSARII titulo
Veneratæ.
Librum ſuum Obſeruationum in GRATIANVM
V.I.D. NICOLAVS VINCENTIVS SCOPPA
Humilitèr
Sequenti Elogio
D. D. D.

Tanto ſub Patrocinio
Qualis qualis ſis ingenioli mei ſoboles
In lucem edi nè timeas.
Mulier amicta Sole te protegit;
Nuditatem ſtyli tui
Amictus eius teget, ornabit:
Patris tui obſcuritatem
Solis Filij eius claritas illuſtrabit.
Agè ergò
Egredere, egredere Liber mi:
Eam tibi Patronam ſtatuo,
Cuius ſeruitus (ſicùt in Filio regnare) libertas eſt.
Vtique
Librum legalem totum ſub Legibus genui te:
Verumtamèn
Liberè quidem exi
Non ſicùt ſeruus ſub Lege,
Sed ſicùt Liber ſub Gratia conſtitutus.
Liber in GRATIANVM
Domina Gratiarum expoſcit.

Sanè

Digitized by Google

Sanè
Totus Obſeruationibus ſcates,
Etenim obſeruabunt omnes,
Si non Librum GRATIANI plenum.
Patronam GRATIÆ plenam.
Obſeruabunt equidem
Legales Obſeruationes tuas
Veram Iuſtitiam redolere,
Nàm
In tàm miti Patrona redolent & Clementiam,
Vera Iuſtitia commiſerationem habet.
Nunc verè
Iuſtitia, & Pax oſculatæ ſunt.
Quid ergò exire times in magno Forenſi Campo?
Paruitatem Auctoris?
At
Mœcenatis magnitudo
Ex humili exaltata te ingrãdeſcet.
Erubeſcis elocutionem incultam?
Sed
Et ROSÆ ipſæ, & ROSARII cultus
Pro te loquentur.
Nunquam
Pro eloquentia ROSAS loqui meliùs vſurpauimus.
Igitùr
Depone erubeſcentiam,
Immò accipe in Patrona
Purpuræ rubedinem
à ROSIS.
Nec pro labore dubites coronari.
Porrò
Ipſo in limine habes ROSARIVM,
Igitùr & Coronam à capite.
Nouum in Libris prodigium!
Cœteri in fine,
Nàm
Finis coronat Opus:
Tu
Ipſo in Principio coronaris
In ROSARIO.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, AC EGREGIO MILITI
Viro Patritio Nobiliſſimo, Iuriſconſultorum Æui noſtri
Coryphæo, Sapientiſſimo, Prudentiſſimoq; Italiæ
Splendori, & Miraculo, Iuſtitiæ Cultori,
Pietatis, Rectiq; Amico Fido, & Dilecto.

DOMINO

D. CAROLO PETRA

Calatrauæ Equiti, Terrarum Vaſti Girardi, & Caccaboni
Baroni, olim Supremis in Tribunalium Subſellijs Fa-
cundiſſimo Cauſarũ Patrono, poſtmodùm M.C.V.
in Ciuilibus Iudici, modò Regio Sacri Conſilij
S. Clarę Conſiliario, M. C. V. in Criminali-
bus Aulæ Præfecto, & Curiæ Regij Ca-
pellani Maioris Regio Conſultori.

I.V.D. NICOLAI VINCENTII SCOPPA,

LACONICA PANEGYRIS.

GRatuito, ac feruenti ſpiritu Panegyrim hanc, ex conatu fauſtam, ex inſcriptionis pondere celſam, mea Muſa canit: etſi dignum tanti Tui Nominis ignoret modum. Seruitutis enim ingens exclamat affectus, &

a *Hanc habere orationem mecum à principio inſtitit.*

Igitùr, quo par eſt officio, ſtudioq; deſcripta, & incomparabili amore elucubrata, ILLVSTRISSIME DOMINE.

b *Eſſe ſalutatum te vult mea littera primùm.*

Deindè vaſtiſſimo tuarum laudum Oceano ingenij mei cymbam, quamuis lentam, tamen humanitatis tuæ aura fretam ſecunda, libens committo: quis enim aliàs, niſi te auſpice, decora, ornamenta, verę, ſolidę-

a *Terent. in Hechyra. act. 3. ſcen. 3.*

b *Ouid. lib. 2. de Pont. Eleg. 7. in princip.*

Digitized by Google

lideq; gloriæ insignia, quæ Tibi, Tuisq; nunquam defuere, dicere auderet? quis potis erit litteris commendare, quis præfari, quanta in te ipsum emanet ex Gente Nobilitas, ex Proauis claritas? quantus ex te ipso emicet splendor virtutum? quanta in te sit rectè agendorum peritia? quanta deniq; in omni litterarum genere sapientia? [c] *Namq; istæ præfationes, & libentiùs nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cum ibi venerimus, euidentiorem præstant intellectum.*

Ast non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,

[d] *Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,*
Ora licèt tribuas multiplicata mihi.
[e] *Et laudes libare Tuas: nam dicere cunctas,*
Hoc erit Oceanum stringere velle manu.

Itàq; pauca herclè canam, cum in omnium ore versetur, quòd [f] *Vera bona ex se ipsis naturaliter vocem mittunt, etiam si sileant,* &

[g] *Simplex est oratio veritatis,*
Nec varijs eget interpretationibus bifariam,
Est enim opportuna per se; contra sermo iniustus,
Cum æger in se ipso sit, pharmacis indiget astutis.

& primò si inclytam tuam Familiam (in qua admirandus existis) spectare velimus, adeò perpetuus fuit honos, vt nihil admirabiliùs in ea existimandum fore decernamus, quàm ipsam vetustatem, continuum gloriæ tenorem, simili plaudente lege, adhùc nostro ęuo seruare: nihilquè demùm præstabiliùs tui Generis celebritati inscribendum esse existimemus, nisi quòd eius nulla antiqua sit gloria, quæ præstanti virtute virenti, adhùc continuo fato prolem non sequatur optimè: nàm

[h] *Per fasces numerantur Aui, semperq; renata*
Nobilitate virent, & prolem facta sequuntur
Continuum simili seruantia lege tenorem;
Nec quisquam Procerum tentat, licèt ære vetusto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu
Se iactare parem.

Excelsa sanè tantæ Familiæ celsitudo pro tanti filij maiestate veneranda: nullo æuo ex hominum memoria obliteranda: & digna, quæ marmoreis, æneis, & si quid eis in temporis iniuriam obstinatius, monumentis posteritati demandetur, [i] *O generosam stirpem, & tanquàm in vnam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam, atque illuminatam sapientiam!* [k] *Tàm frequens est Familiæ vestræ fœlicissimus prouectus, tàm in multis personis declarata prudentia, vt licèt aliquis vos eligat ad subitum, nihil fecisse videatur incertum. Similitudinem suorũ fœlix vena custodit, quando pudet delinquere, qui similia nequeunt in suo genere reperire. Hinc est, quòd melius agnoscitur*

ele-

c *Caius I.C. libr. 1. ad L. XII. Tabular. notatus in l. 1. D. de origin. Iur.*
d *Ouid. in Ibin. vers. 203.*
e *Io. Donat. Epiphan. in Parnass. ad Religiosissimum Virum D. Andream Cãcellerium Cartusiensiũ S. Martini Antistitẽ, ac Visitatorem Generalẽ, & Auctoris huius Panegyris Auunculũ magnum.*
f *Phil. lib. de sacr. Abel. & Cain.*
g *Eurip. in Phœn. apùd Stobæũ, ser. 9.*
h *Claud. in Panegyr. ad Probum, pag. 264.*
i *Cic. in lib. de claris Oratoribus, qui inscrib. Brutus, n. 112.*
k *Cassiod. lib. 8. var. Epist. 16.*

Digitized by Google

elegisse, quàm fecisse fœlicem, quia iste commonitus per veterum se facta custodit, ille exemplum non habet, nisi quod fecerit. Quapropter securè tibi credimus, quod toties tuo generi commissum fuisse gaudemus.

l *Maximè qui tanti mensuram nominis imples,*
Et geminas animi nobilitate genus.

l *Tit. Liu. lib. 9. ab Vrbe condit.*

m *Clarus genere, & factis reluces*, nàm porrò non tantùm nobilitate excelsa, sed sapientia, prudentia, & constantia inter optimos numerandus existis, vtpotè qui ad summa omnia eo es ingenio, genioq; fœliciſſimo natus, vt in tui ordinis genere similem nec vidit facilè prior, nec audiet posterior ætas.

m *Imp. Zen. Au. Arc. Præf. Præt. in l. 3. c. vbi scn. u. Claris.*

n *Omni nobilior lustro tibi gloria seli*
Contigit, exactum nunquam memorata per æuum,
. . . . . Te cuncta loquetur
Tellus, te varijs scribent in floribus horæ.
Longaq; perpetui ducent in sæcula fasti.

n *Claud. in Panegyr. ad Probum.*

O valdè pulchram mentem! ò indolem excelsam! quæ per vastam Iuris abyssum vagans tàm copiosa, tàm peregrina, tàm matura, præteritis, & futuris litterarum Professoribus detegit, vt per eam meritò videaris appositus lapis, quem nec citrà, nec vltrà datum est ad album Veritatis ferire; o *Impletus es quasi flumen sapientia*, p & *ità peritus, ac prudens, vt ex Iure Ciuili, non scientia solùm quædam, verùm etiam bonitas nata videatur; cuius tantum est ingenium, ità prompta fides, vt quidquid indè hauriatur, purum, liquidumq; hauriri sentiatur.* q *Grandis adeò es verbis, sapiens sententijs, genere toto grauis*, vt de te ceciniſſe videatur Vates.

o *Eccl. c. 47. num. 15.*
p *Cicer. in Orat. pro A. Cæcin. n. 57.*
q *Cicer. in cit. lib. de claris Orator. n. 65.*

r *Veniet de gente togata*
Qui Iuris nodos, & legum ænigmata soluat.

r *Iuuenal. Satyr. 8.*

Quis enim appositiùs Legum intentos fines ad sanam intelligentiam perduxit, quàm tuę Interpetrationes? quis Decretorum ambiguos sensus clariùs explorauit, quàm tuę Lucubrationes? quis Pragmaticarum innumerabilem turbam conformiori tenore copulauit, quàm tuæ Decisiones? quis immẽsum opinionum chaos exactiori trutina, & ordine ad tutam praxim construxit, quàm tuæ censuræ? Tu inhibita Sacrorum Canonum mandata firmis rationibus corroborãsti: Tu Ciuilis Legis præcepta validis fundamentis firmasti: Tu Regia Statuta nouis Resolutionibus dilucidasti: Tu Principum inhibitiones opportunis casibus literis commendasti; Si confusa causarum negotia tractantur, Salomon resolutione videris: si ambigua litium discrimina vertuntur iusto fœdere Seleucum imitaris: si maturæ cõsiliorum discussiones agĩtur, tuarum sententiarum filo, velut Arianna, occurris: si grauissimorum iudiciorum sententiæ sunt fulminandæ, sic æqua lance, sic prompto ense, omnia libras, omnia punis, vt meritò nostris temporibus ca-

Digitized by Google

nere possimus, Reuersam terris Astream, quas quondam dedignata reliquit, & super PETRAM tuam Cœlum erexisse dignum habitaculum Iustitiæ, tot sæculis ab hominibus profugæ.

Hinc, quia [s] *dignum est, vt qui est scientia præditus, reddatur honore reuerendus*, præsertim qui [t] *elaborauit in ea scientia, quæ sit multis profutura*. Quis non stupeat Inuictissimi, Catholici, & Augustissimi Principis nostri CAROLI II. Monarchia, & Religione Magni, Pietate, Gloria, & Dominatione Summi, prouidam curã, immò anxiam prouidentiam in te ad Magistratus fasces euocando, & inter Sacri Consilij Moderatores eligendo, quorum consilijs amplissima huius Regni machina regitur: quorum sapientia reliquorum inferiorum Tribunalium Orbes rectissimis motibus voluuntur: quorum doctrina Regalis Curia in suis sententijs regulatur. [u] *Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum est, aùt facere scribenda, aùt scribere legenda: beatissimos verò, quibus vtrumque.* [x] *Omnibus, qui Patriam cõseruarint, adiuuerint, auxerint certus est in Cælo, ac definitus locus, vbi Beati sempiterno fruantur æuo.*

Enimuerò quis te ad tam sublimia leuauit subsellia, nisi tui ingenij eminentia, quæ in causarum patrocinijs tam altum ascendere potuit, vt potiùs sententias ferre, quàm procurare dignum vna omnium voce deferendum præbuerit? quis Supremum Regiæ Maiestatis animum mouere potuit Consiliaria Toga te insignire, nisi clarissimus tuæ virtutis rumor, quem ex tot deportatis in litigiosis discriminibus Triumphis fama dissipauit? quid deniquè tuæ prudenti non minus, quàm candidæ sagacitati non fidit nupèr Excellẽtissimus Regni huius Supremus Moderator Velarum Marchio, dùm vix Catholicę Maiestatis Vicarius effectus (pręter dignissimum Consultoratus Curię Regij Capellani Maioris Officium, quo personam tuam decoratam voto haùd inferiori associante voluit) eiusdem Maiestatis Vicariæ Tribunali, & Aulę Te inter tot Iustitiæ Sapientissimos Moderatores Caput effecit, vt sic, cætera omnia membra Capite tàm firmo munita, minimè vacillare cõtingat? [y] *te omnes ordines, te vniuersa Ciuitas, non priùs tabella, quàm voce priorem Consulem declarauit*; qua modò in dignitate positus (territat herclè cunctos cura tua vigilans, vigilantia sedula, sedulitas laboriosa, labor continens, quo publicis commodis, quà docendo, quà dicendo ius, vacas) nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuis,

[z] *Nullum à labore te reclinat otium,*
Vrget diem nox, & dies noctem, neque est
Leuare tenta spiritu præcordia.

& addens tempori quod otio detrahis, attentè Reipublicæ prospicis, negotijs incumbis singulorum, & [a] *quod communiter omnibus prodest, hoc rei priuatæ tuæ vtilitati præferendum esse censes.*

Quid

s Cassiod. lib. 4 var. epist. 1.
t Cicer. in Orat. pro leg. Murena, nu. 17.
u Plin. secundus in epist. ad Tacitum suum.
x Cicer. in somn. Scip. ex lib. 6. de Rep. num. 8.
y Cicer. in Orat. L. Pison.
z Horat. lib. Epod. ad Canid od. 17.
a Imper. Iustin. Aug. Senatui Vrb. Constantinopolitanæ, in l. vnic. in fin. C. de caduc. tollend.

Digitized by Google

Quid igitùr mirum, si Te Patriæ Patrem audio nuncupare secundè: si Te oppressorum protectorẽ acerrimum, firmissimumq; tutamen venerãtur reuerentèr omnes: si Te ducem obseruant vtroque Iure periti: si Te cuncti Magistrum, & deniquè peritioris Iurisprudentiæ obseruatores æternum Te patronum venerantur, ac pro lege certa tua dictamina firmant: [b] *hominem prouidum, æquum, humanum, magnanimum, dominantem voluptatibus, acri iudicio, perspicacem, circumspectum Religionis cultorem, industrium, confectorem negotiorum, semper attentum ad id, quod Principis in gloriam cedit.* [c] *Tu dissipatos homines in societatem vitæ conuocasti, tu eos inter se, primò domicilijs, deindè foris, tùm litterarum, & vocum communione iunxisti.*

[d] *Tu mihi quodcunque hoc Regni, tu sceptra, Iouemque*
Concilias, tu das epulis accumbere Diuum,
Nimborumq; facis, tempestatumq; potentem.

Vndè meritò

[e] *De te mira canit rerum prænuncia Fama,*
. . . Et celebrat nomen vbiq; Tuum.

quem ignotâ haùd rapiet sub nube vetustas, & dùm rotat astra polus, dumuè sęcla volabunt, semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Dulcia Amphionis modulamina, ferunt Poetarum figmenta, Thebis dedisse mœnia, sed verissimo euentu armonicus tuæ exercitæ Iustitiæ sonus traxit Lapidem tuum ad Sacri Consilij ædificium, quod firmitate, & munimento legum Ciues in vnum conseruat; Selectissimus lapis à Regia Maiestate in vijs Iustitiæ positus, vt in Te tanquam in lapidem offensionis peruicaces offendentes constanti tuæ Iustitiæ firmitate in iniquitatibus suis frangantur; Selectissimus lapis non è rudibus plebis asportatus cauernis; sed è sublimibus tot Illustrium tuorum Procerum Virtutis, & Nobilitatis montibus excisus, quorum fastigijs, & armis, & dominijs supremum gloriæ apicem pertingentibus, tertium excellentia tuarum litterarum addidisti culmen, vt sic in hoc triangulari Nobilitatis lapide omnem perfectionem suam gloria adinueniret. En patet in tuas Oceanum laudes, sed aliud magis

[f] *Quid dignum memorare tuis* Vir Maxime gestis
Vox humana valet?

Receptui igitùr canẽdo, vt huiusce oratiunculæ velam contrahamus festinat occasio, nàm verè egregia facta velut digito te demonstrant,

[g] *Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.*

Hinc itàque meum [h] *Iuris sacer* [i] *Antistes* incomparabilis, hoc qualecumque est non vulgare amoris, obseruantiæq; pignus hilari fronte suscipe, & æqui, boniq; consule, [k] *nec quantum, sed à quali profectum sit voluntate, perpende.*

[b] *Iulius Pollux libr. 1. Onomast. c. 2. n. 1.*

[c] *Cicer. in exclamat. de philos. Tusc. qq. lib. 5. n. 3*

[d] *Virgil. lib. 1. Æneid.*

[e] *Io: Donat. Epiphan. in Præfat. Panass. ad D. Andream Cancellerium; vbi supr.*

[f] *Claud. de laud. Seren.*

[g] *Mart. lib. 4. epigr. 49.*

[h] *Vlpian. 1. C. lib. instit. in l. 1. §. 1. D. de Iustit. & Iur.*

[i] *Quintil. lib. 2. cap. 1.*

[k] *Senec. epist. 81. circa princ.*

[l] *Ac-*

Digitized by Google

l *Virgil. lib. 8. Æneid.*

l *Accipe, daquè fidem, ſunt nobis fortia bello*
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus.

Vale Iuſtitiæ Cultor, & Pietatis, Rectique dilectus, quem Deus ad maiora fœlicem, incolumemque ſeruet.

m *Terẽt. act. 1. ſcen.*

m *Dij date facultatem obſecro.*

n *Plin. in Pan. ad Trai.*

n *Et dent tibi ætatem, quam mereris, ſeruentq; animum, quem dederunt.*

Iterùm vale Vir Clariſſime. Neap. quinto Nonas Iulij. Reparatæ ſalutis Anno M.ĐC. LXXVI.



BAR-

Digitized by Google

BARTHOLOMÆVS CRASSVS
Laurentij I. C. Neap. Filius.

BENEVOLO LECTORI.

SVblime licèt sit ingenium, studio indiget assiduo; nam ægrescit, ni iugi Lectione reparetur; cum humanus sensus citò possit attenuari de proprio; si alieno nõ fulciatur inuento. Idcircò Dom. V. I. D. Nicolaus Vincentius Scoppa, & si magni sit Ingenij, nunquam diuertit à Studio; frequens enim est in libris, nec sunt volumina, quæ ipse auersetur; Intendit maximè animum, in diesque, & horas agit, vt Iurisprudentiæ Codices euoluat: hi in primis ipsi adlubescunt, hique sunt præcipuæ eius delitiæ. Nec tantùm excurrit, sed omnes ipsorum causas exquirit, & singula attento prospectu diiudicat; cum legat, non vt videat, sed vt sciat, benè testatum habens, quòd, qui veram, mansuramque doctrinam expetunt, non summam librorum cutem leuitèr tangant, sed altius in scriptorum loca, & sensa sese immittant. Est ex his, vt ipse plurimas in non paucos legalis prudentiæ pugillares habeat adnotationes, & proindè ab eo per plures expetitum fuit, vt nonnulla ad eximium aliquem Iurisconsultorum imprimenda concederet additamenta. Non annuere voluit initio, optare enim aiebat, potius ad lucem mittere opera nonnulla, quæ habet in procinctu, prompta ex penore sui ingenij, quàm ad aliena commentaria libellos dare, cum ex his vix vlla nomini gloria comparari possit. Adiectum idcircò ipsi fuit, ex sua modestia potius hoc contendere, cum haud ex triuio sit huiusmodi laboribus animum apponere, cum viderimus, non solùm eruditissimos viros, quos imitari, non fas est pudere, id generis opera ad prælum misisse; sed & ipsos veteres Iurisconsultos hæc curauisse, vt præter cæteros indicat Claudius Saturninus, qui notas ad Scæuolam euulgauit. Iam tandèm est assentitus, & ad decisiones Marchiæ, quas edidit Stephanus Gratianus, dignatus est vulgare additamenta, & vberrima, cum non manu tantùm, sed & modio sint sata, quapropter ea libuit Obseruationes nuncupare. Sunt quidem hæ prælo iam ornatæ lubenti animo recipiendæ, non solùm, quia sunt ad Auctorem tam celebrem, vt vnusquisque sua opera veneretur, & iam post ipsum, vix est in Iure responsum, quod sua authoritate non sit firmatum; sed etiam quia obseruationes istæ abundè seriò sunt compositæ, cum non extet, quod sit præterea desiderandum; dum per eas vuaquæque decisio Gratiani non paucis alijs rationibus firmatur; nuperæ aliorum Senatuum definitiones adijciuntur; quod ambiguum videtur esse, declaratur; Iurium difficilium interpretamenta non omittuntur; & Doctores, qui post Stephanum scripserunt, quasi omnes recensentur; Et hæc omnia ordine concinno, & eloquio eleganti, & purè latio. Hilari igitur oculo hasce Obseruationes, Lector, aspicias; imò & mireris, dum cum spectas in ipsis solidum Ius, hoc non habes à Causidico iam ætate grauiori, qui longum per tempus omnia legitima pericula cucurrerit; sed ab Iuuene annos XXIV. nato: & supplex etiam pro communi Iurisprudentiæ bono longæuam ipsi præceris vitam; dum quid non boni eius ingenium præstiturum non erit, si ad iustam frugem maturuerit; si primò ætatis flore talia felicitèr partitur, qualia alij totius vitæ laboribus vix senio consequuntur? Vale.

Digitized by Google

Illustri Domino
NICOLAO VINCENTIO SCOPPA
V. I. D. Eximio.

VINCENTI
Tuis Obseruationibus ad Gratiani Decisiones
Voracis veteris inuincibiles dentes, vincentes omnia
Vincis;
Nec mirum
Labor enim, quem indefessè sectaris vincit omnia.
Non frustrà hic teris tempus
Ocii Matrem floridæ juuentæ jucundam sectando Cypriam,
At tempore rectè utens
Paridis Adversator
Palladem Parentem gloriæ es sequutus:
Calamo immortalitati tuæ aperis Iter.
Quod planè planum non est, at plenum plagis pluribus;
Virtutis enim ad culmen
Is pervenire non potest
Qui in deliciarum planicie, floribus picta moratur;
Solùm, at ille
Qui per angustos calles tribulis, dumisque refertos
Alter Magnus, velùti Alcides
Magno non absque labore pergere non pavescis.
Tuis tù lucubrationibus
SCOPPA
Sectando Alcmenæ, & Iovis filium
Iuvasti cunctos:
Mirandus in omnibus,
Miraris ab omnibus,
In jurium interpretatione invalescis,
Ingenii in acumine nitescis,
Veritatis amator, æqui sectator,
Omne probrum, in te probo reprobatur,
Si hoc hac in virenti ætate tù agis,
In provecta quid ages?
Tibi igitùr
Invidiæ debellatori, Ocii Euersori, Iurisprudentiæ Dilucidatori,
Veritati
Non amicitiæ, nec affectationi obtemperans
I. B. C. I. V. P.
Inter obtenebratos obscurus
Hoc testimonium
P.

A.R.P.

Digitized by Google

A R P.

Sacræ Theologiæ Magistri

FRATRIS GREGORII TARTAGLIONI
Ordinis Prædicatorum.

IN LAVDEM

V. I. D. eruditissimi Iuuenis

NICOLAI VINCENTII SCOPPA;

Propter nupèr editum Commentariorum Librum
In GRATIANVM.

ELOGIVM.

Desine Phætontis excidio
Regendo inualidam
Suadere iuuentam Antiquitas,
Iuris summum Orbem
Tenera manus componit.
Ordine Leges, Legibus Animos,
Calamo mentes
Per Recti Eclypticam
Inerrans moderatur puber NICOLAVS
Præclarissimum ingenium.
E limine salutare Musas
Inueni Summum;
Huic
Arduas Iustitiæ semitas
Cœteris præsignare
Litterarum præludium.
Quò desinit aliorum Senectus,
Istius incipit Iuuentus.
Integerrima quoque virtus,
Ex cuius abundantia
Non satis os, vel calamus loquitur.
Scribenda facturus maturior
Legenda scripsit acerbus.
Exponendum SOLI quidem opus,
Quod sub se admiratur nouum.
Adolescens antequam senuerit
Facere citò perfunctus
Glorioſius cœteros edocere
Exoritur.

Digitized by Google

In termino Gloriæ
Prope exordia vitæ.
Heroicum virtutis celebrate conatum
Cithariades
Cœteris sanè rarum
At SCOPPÆ vulgarem.
E cunis ad PALMAM ascensus
Commune SCOPPÆ sub SOLE
Spectaculum.
Huc vsque
Operibus factis tantùm in Gratia
Gloriam dare manus
Vidit Theologia.
Nunc
Factis etiam in GRATIANVM
PALMAM porrigere
Miratur Iurisprudentia:
Nouum certè sub Sole!
Sanè,
Si nunquam à priscis Auis.
In moderno NICOLAO
SCOPPARVM Hieroglyficum
Sumeret
Initium, & complementum.

DOMITIANI FARINÆ
V.I. Professoris.

DOCTOR NICOLAVS VINCENTIVS SCOPPA.

Anagramma Purum.

ROS TVA PENNA, SOCCINI OPVS OCCLVDIT.

Aliud eiusdem, àt una commutata littera, nimirùm C. in H.

AT IVS POSCIS? HVNC VNICO ORE PLODANT.

Digitized by Google

A D

NICOLAI VINCENTII SCOPPA

Eruditiſſimi Iuris Conſulti Neapolitani
Laudes decantandas,
Ob eiuſdem Obſeruationes Theorico-Practicas,
In STEPHANI GRATIANI Deciſiones,
Muſam ſuam Polymniam
POMPEIVS SARNELLI
Polymnianenſis
I. V. D. & Protonotarius Apoſtolicus
Hac Ode inuitat.

MVſa, quæ vmbroſas Heliconis oras,
Teſpios ſaltus, virides & vdæ
Phocidos rupes, & amæna Pindi
Culmina monſtras.

Linque Parnaſſum celeris bicollem,
Linque Cirrhæos latices, & adſis
Quà rigat clarus vitreis SEBETVS
Æquora lymphis.

Hic tèr auguſtam, quatèr hic beatam,
Quam dedit Siren, celebremus VRBEM,
Vnde quid magno Cicerone majus
Surgit in Orbe.

Inter hic magnos VTRIVSQVE IVRIS
Ecce CONSVLTOS rutilare SCOPPA
Cernitur, qualis micat inter ignes
Luna minores.

SCOPPA, quem Nomen proprium notauit
Laude (ſic Graij docuere) dignum,
Serta cui donat STEPHANVS, per illum
Auctus honore.

Nam Theoreſi copulare Praxim
Nixus, obſeruat Speculator acer,
Quod facit legum magè candidatos
Eſſe diſertos.

Mira nec cantu celebrare conor,
ΣΚΕΠΤΟΜΑΙ namque eſt ſpeculari Achiuis,
ΣΚΟΠΠΑ Cognomen venit vndè, dicit
Quod Speculantem.

Ergò nunc plectro Citharam canoro,
Muſa, & argutos animare neruos
Huius in laudem poteris, perenni
Carmine digni.

SCHOLION.

Quem nomen proprium notauit dignum laude. hoc eſt. Cui Nomen eſt Nicolao. Nicolaus enim græcè, latinè laude dignus declaratur.

Serta cui donat Stephanus. Ad Stephanum Gratianum alluditur; dicitur autem Stephanus ſerta donare, vt potè qui apud latinos coronã ſignificet. στεφανίζω enim coronare eſt.

Theoreſis θεώρησις, theorica.

Σκεπτομαι, verbum græcum eſt, ſignificans ſpeculari, commentari, hinc ſcopos, hinc Scoppa Commentator, Speculator.

Hoc autẽ quantulum eſt Carmen, virtute præditorum amantis etſi exile, non tamen vulgare officiũ libẽtèr accipito; exiſtimaui enim carmine dignum, qui carmine digna gerit.

Peril-

Digitized by Google

Perilluſtri V. I. D. Domino

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA

Ad GRATIANI Deciſiones euulganti
Obſeruationes.

EPIGRAMMA

GREGORII MOTILLI
V. I. D. Capuani.

Alluditur ad PALMAM, & SOLEM,
gentilitium Auctoris Stemma.

QVidquid PALMA refert, rutiluſque cacumine PHÆBVS;
Hoc inſigne tuum, SCOPPA, recludit opus.

SOL abigit ſomnum, præſignat PALMA laborem,
Eſſe laborantis præmia, vterque canunt.

Cedat VINCENTI Palma indefeſſa Cleanthis,
Dùm tibi pro Palma Stemmata Apollo parat.

Immortali Memoriæ
NICOLAI VINCENTII SCOPPA,
Viro
Æquè doctrina, atque eruditione maximo;
Dicendi genere facillimo.
Cui
Tàm mirabilitèr loqui datum eſt,
Vt fœlicitèr oret, exprimatque
Quidquid vult, propriè, aptè, & expeditè.
Ex cuius teſtimonio
Virtutis eſſe, quàm Ætatis curſum celeriorem:
Iudicatur optimè.
Nàm
Adoleſcentulam Iuuentutem agens geſta adeò præbuit admiranda,
Vt admirationis Orbi toto fuerit.
PETRVS PAVLVS SCOPPA
Litterarum Profeſſor,
Ergà optimum germanum Fratrem,
In ſui amoris, ſui òbſequij perennè teſtimonium,
Veritati obſequens, non Agnationi,
Monumentum Hoc
Voluit eſſe dicatum.



A P-

Digitized by Google

CANONICA APPROBATIO

THEORICO-PRACTICÆ OBSERVATIONES
Ad decisiones Rotæ Prouinciæ Marchiæ
Stephani Gratiani.

AVCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA
I. C. Neapolitano.

In Congregatione habita coràm Eminentiſs. Dño Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 18. Maij 1675. fuit dictum, quòd Reu. D. Franciſcus Verde reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

F. Scanagata Vic. Gen.

Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theol. Eminentiſs.

EMINENTISSIME DOMINE.

IVSSIS Eminentiſſimæ Dominationis Suæ obtemperans, vidi Opus, cuius titulus *Theorico-Practicæ Obſeruationes, &c. Auctore Nicolao Vincentio Scoppa, &c.* in quo nihil bonis moribus, Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni, ac Fidei aduerſum. Sed omnia fœraciſſima doctrina, ac eruditione conſtipata, doctiſſimi Auctoris prudentiſſimum, ac ſubtiliſſimum ingenium indicant. Opus dignum luce, ſi ità videbitur Eminentiæ Suæ, 16. Iunij 1675.

Eminentiſs. Dominationis Suæ

Additiſſimus Seruus
Franciſcus Verde.

In Congregatione habita coràm Eminentiſs. Dño Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub 18. Iunij 1675. fuit dictum, quòd ſtante relatione ſupradicti Reuiſoris, Imprimatur.

F. Scanagata Vic. Gen.

Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theol. Eminentiſs.

RE-

Digitized by Google

REGIA APPROBATIO

Eccellentiſs. Sig.

IL Dottor Nicolò Vincenzo Scoppa ſupplicando eſpone à V. E. come tiene vn ſuo Trattato, intitolato *Theorico-Practicæ Obſeruationes ad deciſiones Rotæ Prouinciæ Marchiæ Stephani Gratiani*, pronto per darlo alle Stampe;Per tãto ſupplica V.E. reſti ſeruita farli gratia commettere di quello la viſione à chi migliore li parerà, che il tutto lo riceuerà à gratia, vt Deus.

Magnif. Doctor Caietanus Ageta videat,& referat.

Carrillo Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 17. Menſis Iunij 1675.

Maſtellonus

Excellentiſſime Princeps.

QVantùm intereſſet antiquitùs ad hiſtoriæ fidem, & apparatum, ad tèmporum notitiam, ad linguæ latinæ, omniſq; eloquentiæ decus, nitorem,& copiam, ad prudentiam, ac ciuilia, & mores, gnari benè licèt ſimus;Hoc opus tamen non ſacro inſtinctu receſſit, & noſtra propemodum in ætate ad forenſia ſolùm agenda cupido inceſſit, eaq; vtilia ſimùl ſtudijs præſtandi, & perſonis, ac dignitatibus ſuis ad poſteros commendandi eo vſq; præſcripſere, vt, ni fallor, laudem omnem forum occupaſſe videatur; Digne igitùr, vt gloriam ſibi hoc in æuo manciparet V. I. D. Nicolaus Vincentius Scoppa,Forenſibus ad ſummum vtile opus elaborauit, cuius eſt titulus *Theorico-Practicæ Obſeruationes ad deciſiones Rotæ Prouinciæ Marchiæ Stephani Gratiani*, quod iuſſu E.V. perlegi,& in eo fœlicitèr legali methodo ad Forum neceſſarias Auctorem ità expoſuiſſe collimatas concluſiones admiratus ſui, vt non ſolùm nihil in eo ſit, quòd Regali Iuriſdictioni aduerſetur, verùm etiam genus in eo ſcribendi, vt res expetit, comperui proprium, & id ipſum ſplendidum, atque magnificum, ità eleuatum, vt per omnes magnitudinis gyros ornatum, ac circumductum ſit, immò cùm ad rerum aliàs iudicatarum authoritatem, iura obſeruanda doceat, non ſolùm Forenſium, ſed & Iuriſconſultorum oculos latè extendit: Vnde ad librorum typis, & prælis deſcribendorum, nobilem, iucundam, & ſaluberrimam artem, quo citiùs expleri poteſt, ſi E.V. videbitur, tradendum eſſe iudico, quemadmodùm de huius operis dignitate commendationem latiùs E. V. & Lectoribus facere haùd mihi videtur, cùm eius ſuppetat materia, Neapoli IV. Kalend. Iulij M. DC. LXXV.

E. V.

Additiſſimus Seruus, & Orator
Caietanus Ageta.

Viſa relatione, Imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Valero Reg.

PRO-

Digitized by Google

THEORICO-PRACTICÆ OBSERVATIONES

Ad Rotæ Prouinciæ Marchiæ Decisiones

STEPHANI GRATIANI
Eiusdem Rotæ Auditoris.

AVCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA
I. C. NEAPOLITANO.

PROLOGOMEN.

Ex laudabili Notariorum obseruantia præponendi in instrumentis diuinum DEI nomen traditur, inductam esse inter eos illud semper præponendi consuetudinem; vndè firmatur, eius omissionem reddere instrumentum nullum, & illiquidum: quæ conclusio ad nomen paritèr Regis, aùt Principis regnantis in loco, in quo instrumentum conficitur, extenditur, consuetudine etiam secluſa, & assignatur ratio.

RERVM SVMMA.

1 *Diuini nominis inuocationem, ad rei cuiſpiam honeſtæ negotium inchoandum, præmittendam eſſe, ſuadetur.*

2 *Diuini nominis inuocatio nùm per Notarium in inſtrumentis ſit ſemper præponenda: & nùm ſi omittatur, inſtrumentum nullitatis vitio laborare dicatur, & num. 4. & de praxi num. 8.*

3 *Legis mandatum honeſtatis cauſa inductum adeò ſtrictè non obligat, vt actus in contrarium factus ſit nullitatis vitio obnoxius.*

5 *Solemnitas ex conſuetudine introducta eſt de actus ſubſtantia, & num. 7.*

6 *Loci conſuetudo quibuslibet in contractibus conficiendis attendenda eſt.*

9 *Nomen Regis, aùt Principis regnantis in loco, vbi inſtrumentum conficitur, eſt de illius ſubſtantia, etiam conſuetudine ſecluſa; aſſignatur ratio num. 12.*

10 *Ità etiam coronationis dies, ſeù Imperij annum.*

11 *Pontificis nomen præponendum eſt in inſtrumentis in Eccleſiæ terris confectis.*

13 *Vnius loci Notarius alio in loco contrahere non poteſt.*

14 *Notarius Apoſtolicus inſtrumenta circà temporalia in Regno conficere non poteſt.*

15 Amen *poſitum poſt Diuini Nominis inuocationem haud eſt de inſtrumenti ſubſtantia.*

Digitized by Google

OBSERVATIO I.



1 Onstans tàm Theologorum, quàm Iurisconsultorum est vndiq; sententia, nil æquè bonum fore ad rei cuispiam honestæ negotium inchoandum, ac Diuini nominis inuocationem, in quo omnes terræ generationes benedictæ fuerunt, Angelis venerandum, hominibus adorandum, dæmonibus tremendum; quippè quòd cùm summum sit bonum, eo humilitèr inuocato bonum habetur initium, melius medium, & optimus finis, iuxtà notata in *Auth. quomodo oportet Episc. & Cler. ad ordin. deduc. in princ. collat.* 1. quarè constanti Notariorum christianorum pietate religiosa obtinuit consuetudo, illud semper in instrumentis præponendi, quam ob causam in dubium reuocatum exrat.

2 Nùm laudata Diuini nominis inuocatio in instrumentis per Notarium sit semper præponenda, ità vt si omittatur, instrumentum ità confectum nullitatis vitio laborare dicatur? quod circà peculiaritèr articulum trutinans, negatiuè resoluit noster *Author hic*, quo laudato se subscribit *Dom. Verde in sua Pantomomodid. lib. 3. num.* 1283. memores ambo *Alciati* scribentis *in Rubric. de nou. oper. nunc. num.* 10. quòd potiùs credendum sit, eiusmodi consuetudinem ex quadam pia scrupulositate inoleuisse, haùd eo fine, vt
3 necessitatem inducat, quemadmodùm in legis mãdato receptum est, quòd si inductum sit dumtaxàt honestatis causa, non adeò obligat, vt actus in cõtrarium factus nullitatis labe maculatus dicatur, *Gloss. in Auth. decernit, in verb. Sacramenti, C. de Arbitr. l. rem non nouam, in fin. C. de iudic.* quorum herclè opinio, etsi primo intuitu, atque primo intellectus voto suadere dictam sententiam veram esse videatur.

4 Attamèn contraria sententia, vtpotè magis suffulta rationibus, verior existimatur apùd Iuris prudentiæ peritos, quos refert, & sequitur *Gaitus in tract. de credito, cap. 3. tit. 1. num.* 130. *& seqq.* probant *Franc. Ant. de Roberto de liquidat. instrument. conside. 1. num. 5. Galter. in praxi crimin. instrum. part. 1. primæ partis, num. 2.* & dubio procùl amplectit nouissimè *Dom. Calim. de liquidat. instrum. recoll. 1 num.* 6. nec discedit eius Additionator *Dom. Motillus ibid.* ex vi
5 enim illius consuetudinis, cùm iusta ista hæc solemnitas effecta dicatur de substantia, instrumẽtum, si ea careat, nullitati obnoxium esse, fatendum est; nec ambigi potest, cùm ex Iurisconsultorum votis compertum sit, in quibuslibet in-
6 strumentis, & contractibus conficiendis loci consuetudinem attendendam esse, authorante *Bartol. in l. ex ea parte, D de verb. oblig.* & so-
7 lemnitatis omissionem, etiam ex sola consuetudine introductam, actum reddere nullum, *Felin. in cap. 1. col. 1. ad fin. vers. Sed dic, de fide instrument.* & ità hodiè iuxta dilucidatam hanc,
8 & probatam sententiam in M.C.V. seruatur, vbi omissionem propter huiusmodi penitùs instrumentis denegatur liquidatio; ex eo præsertim, quia apùd nostros peritos Tabelliones talis extat consuetudo, & adeò consuetum est hanc Diuini nominis inuocationem in instrumentis apponere, vt nunquàm omittatur; Hisq; sic stantibus optima methodo dirigente inspiciendum euenit.

9 Nùm quæ diximus, quò ad nomen paritèr Regis, aùt Principis regnantis in loco, in quo instrumentum conficitur, locum obtineant? Profectò affirmatiuè, etiam consuetudine secluſa, concludendum reor, nixus authoritate *Gloss.* punctualitèr id docentis in *l. generali*, ibi, *vt præponatur nomen Imperatoris, C. de tabular. lib.* 10. & in *l. Iurisgentium, §. quod ferè*, vbi Doctores, *D. de pact.* quinimò nedùm in eo Regis nomen,
10 aùt Imperatoris, verùm etiam coronationis die, seù imperij annum apponi debere, exponit eadem *Gloss.* ibi, *& annus imperij*, & docent *Couarr. practic. qq. cap.* 20. *num.* 1. *vers. Secundò*, cæteriquè, quos manuducens insectatur *Gait. d. cap. 3. tit. 1 num.* 149. & comprobant *Reg. Rouit. in cons. 66. num. 3. tom. 2. Berard. Pandi de præsent. & exequut. instrum. par. 1. declar. 3. num.* 12. *Franc. Ant. de Roberto d cõsid. 1. num. 7. Frecc. de præsent. instrum. par. 1. num. 6. Corset. de potest. Regia, quæst. 46. Cassan. in Catalogo gloriæ mundi, 5 par. 24. consider. num.* 183. *D. Verde ad Gallupp. in praxi S. R. C. par. 2. cap. 7. num.* 49. *D. Calim. d. recoll. 1. num.* 8. quod paritèr in
11 instrumento in terris Ecclesiæ confecto procedere non ambigimus, per ea, quæ, vltrà à nonnullis ex prælegatis exposita, latè concludunt *Mascard.* attestans de communi *de probat. concluſ. 6. num.* 88. *Menoch lib. 2. præsumpt.* 83.

Hac de re rationem dat *Author* noster *hic num.* 10. dicens, idquè ea causa factum esse, quia
12 Pontificum, Imperatorum, & similia nomina tempus significant, & sunt necessaria concomitantia actum, qui geritur, ex *Bald. in proœm. Cod. num.* 1. nosquè addimus, vt cognoscatur sub quonam dominio Regis nè, Imperatoris, aùt Põtificis sit illud confectum, cùm certum sit, & vsu
13 comprobatum, Notarium vnius loci alio in loco contrahere minimè posse, etenim iurisdictionis suæ locum extrà nullam habet potestatem, vt aliorum fultus auctoritatibus obseruat *Frecc. de præsem. instrum. par. 3. num.* 4. & in Regno compertum dignoscimus, quippè quod si instrumentum à Notario Apostolico confectum præsentetur, secundùm formam laudabilis Ritus liquidari non potest, nàm in Regnò instrumenta circà
14 temporalia conficere nequit, vt sancitum legimus in *Constit. nostri Regni*, incip. *Instrumentorum robur*, vbi *Bartholom. de Capua* ità in pleno Sapientum Consilio determinatum fuisse dicit, contra opinionem *Luc. de Penna*, qui cõtrarium opinatus fuit in *l. fin. quæst.* 4. *C. de locat. prad ciuil. lib.* 10. & Nos etiam ex aliorum complurium Choryphæorum voto fusiùs dicemus in *Obseruat.* 28.

15 Verùm, nùm *Amen* positum post inuocationem Diuini Nominis sit de instrumenti substantia? Tangit equidem articulum hunc, & negatiuè resoluit *Augustinus Barbosa in opusculo de Dictionibus, diction.* 29. *num.* 3.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Ius dicens vt terminum ad appellationem prosequendum statuere, & restringere, ac etiam prorogare possit, ex complurium Doctorum voto, & rationibus constitutum esse traditur, & an procedat Procuratoris respectu enucleatur; Indè verò prædictum prosequendæ appellationis tempus per expressum partium consensum breuiari posse, pro absoluto firmatur, & an prorogari possit, in dubium reuocatur, & claris iurium locis, ac validis rationibus negatiuam aleam sectantes reijciuntur; Postremò, nùm prædicta in tempore à iure ad appellandum statuto quoque procedant, clarè edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Iudex terminum ad appellationem prosequendum statuere, & restringere potest: ac etiam prorogare iusta existente causa, num. 4. & 10. Contrarium num. 6. Intellige vt num. 7. Restringitur, quando terminus haùd appellanti, sed Procuratori est assignatus, num. 11. & 14.*

2 *Iudicis manus quando appellatione pendente ligata haùd censentur.*

3 *Appellatio sicut propter lapsum termini iuris, ità propter lapsum termini hominis deseritur.*

5 *Moderatio termini ad appellationem prosequendum statuti est in arbitrio Iudicis à quo.*

8 *Non entis nulla sunt qualitates.*

9 *Prorogatio quæ propriè nuncupatur, & num. 28.*

12 *Prænominati termini præfixio est actus secundæ instantiæ.*

13 *Res inter alios acta, & contrà absentem, haùdquè citatum, minimè præiudicat.*

15 *Principalis causa an sit eadem cùm illa appellationis.*

16 *Procurator appellationem prosequi potest, cùm generaliter, & ad omnes causas constitutus est: secùs quando mandatum ad priorem instantiam est restrictum, num. 17.*

18 *Prosequendæ appellationis tempus per expressum partium consensum breuiari potest.*

19 *Haùd autem prorogari valet: Sed contrarium num. 21. amplia vt num. 22.*

20 *Publica vtilitati interest, vt lites citiùs finiantur.*

23 *Terminus datus in Rescripto Delegatorio, infrà quem causa finiri debet, de partium consensu prorogari potest.*

24 *Vt nullum fatale in appellatione seruetur, partes pacisci valent.*

25 *Tempus legale, vt in perpetuum duret, per pactum partes prorogare possunt.*

26 Textus in cap. Oblatæ, de appellationibus *enucleatur.*

27 *Elucidatur* textus in l. Nemo, C. de temporibus appellandi, *qui loqui traditur de reparatione, haùdque de prorogatione.*

29 *Haùd in tempore appellationis, sed principalis causæ dumtaxàt, publica vtilitas consideratur, & num. 31.*

30 *Appellationis tempus per compromissum suspendi potest.*

32 *Maius partium præiudicium in appellationis causa, quàm in causa principali vertitur.*

33 *Tempus à iure ad appellandum, siuè ad appellationem interponendum statutum, nec per Iudicem, nec per partes tacitè, vel expressè, nec etiam per viam compromissi prorogari, & abbreuiari potest.*
Ampliatur, num. 34.

35 *Partium consensus legis authoritati, & formæ derogare haùd potest.*

OBSERVATIO II.

1 STat in suo robore constituta hoc in loco conclusio, vt possit Iudex terminum ad appellationem prosequendum statuere, & restringere, vti firmant *Abb. in cap. cùm sit Romana, num. 3. 12. & 17. & in cap. sæpè contingit. 44. de appellat. Marant. in suo speculo aureo par. 6. num. 235. Carauit. tit. 251. Ruginell. de appellat. §. 10. glos. 2. num. 44. vers. Sed an is, Scacc. eod. tract. lib. 3. cap. 2. quæst. 15. num. 219. Sijria qq. forens. quæst. 33.* & aliorum fultus auctoritatibus lato exarat calamo *Reg. Capyc. Latr. in Consultat. 159. à num. 17. vsq; ad fin. tom. 2.* atq; exponit nouissimè *Dom. de Luca ad Præs. de Franch, decis. 661. num. 4. circà med.* etenim, etsi appellatione pendente Iusdicentis manus li-
2 gatæ censeantur, nihilò tamen minùs haùd ità censentur dicto in casu nimirùm, vt terminum hunc ad appellationem prosequendum restringere, & statuere nequeat, vt Doctores attestantur communitèr, iusta præsertim interueniente causa, quo casu posse Iusdicentem competentem terminum statuere, iurisq; tempus breuiare, haùd ambigitur ex *textus* determinatione *in Clement. quamuis, de appellat. & in l. 2.* vbi communitèr scribentes, & potissimùm *Bart. num. 4. D. de re iudic.* ità quòd, si ad appellationem prosequēdum mensis terminum appellāti statuisset, illo elapso, appellante non prosequente, sententia rata manet, nequè anni totius, vel biennij lapsus expectandus est, quia sicùt propter iuris termini lapsum ap-
3 pellatio deseritur, ità propter lapsum termini hominis, nàm, cùm in loco termini iuris succedat, quò ad desertionem eumdem operātur effectum.

Et vsq; adeò id procedit, vt quoque prorogari per Iudicem possit prædictum prosequendæ ap-
4 pellationis tempus, si tamèn iusta ad sit causa, putà ob nimiam loci distantiam, vel si itinera propter inundationes aquarum, vel bellum minùs tuta sint, vel si casus fortuitus, aùt fatalis in Nuntij personam occurrat, vti *Gaill.* exemplificat *in Obseru. 140. num. 7.* quippè quòd cùm iustius termi-
5 ni moderatio in Iudicis à quo sit arbitrio, *cap. cùm sit Romana, de appellat.* prorogationem hàc denegandam haùd esse, optima iuris suadente probatione consequitur, quidquid sit in Iudice ad quem, cui id permissum nō esse, scribit *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 15. à num. 214.*

6 Licèt enim ex aduersè insurrexerint *Abb. in cap. sæpè, col. 5. vers. Nota benè istam Gloss. de appellat. & Vestr. in prax. cap. vlt. num. 4. lib. 2.* dicentes, eiusmodi terminum ad prosequendum appellationem concessum prorogare Iudicem

Digitized by Google

minimè posse; nihilominùs contrarium, priorem nempè sentẽtiam docet *Gloss. in Clem. 2 in verb. Videtur, de appell.* quam sectatur *Franc. in d. cap. sæpè num 29. in fin.* vbi sententiam hanc dubio procùl amplectendam esse notat, & conuallat *in cap cùm appellationibus, §. si verò. num. 8. de appellat. in 6.* nec non in *cap personas, num. 17.* vbi quoque *Felin. col. 2. vers. tamèn cogita, eod. tit. Card. in Clem. 1. quæst. 9. de vita, & honest. Cleric. Dec. in d. cap. cum sit Romana, num. 19.* & videtur etiam esse de mente *Rota decis. 35. incip. Nota virùm Iudex, aliàs 384. de appellat. in antiq.* tantùm enim eorũ dicta verificari possent, quando ius parti quæsitum foret, veluti si prioris termini datio lapsa esset, nàmque appellatio tũc diceretur deserta, & prorogari haùd posset; tùm quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, vers. quoniam, D. si cert. petat. l. 4. §. cõdemnatum, D. de re iudic. l. si seruum, §. fin. D. de act. empt.* tùm etiam, quia prorogatio illa proprie nuncupatur, quæ priori tantùm durante fit tempore, secùs autem eo finito, quemadmodum *Gabriel* latè meo more obseruat *in tract. de dilation. concl. 2. & 3* atque demũ *Bard. de tempore vtili, cap. 4. num. 8. Mandos. in regul. de annal. quæst. 76. num. 2.* nec non cæteri, quos laudat *Scacc. vbi supr. num. 196.* & *Dom. Consiliar. Petra* demùm *ad Ritus M. C. V. rit. 69. num. 4.* extollens potissimùm *Authorem* nostrum *in decis. 31. num. 1 in addit.* secùs, si ante termini lapsum prorogetur, quo casu nullum ius est parti acquisitum: præsertim quia intelligendũ videtur, quòd absque causa prorogatio eiusmodi fieri nequeat, sed iusta duntaxat interueniente, quia est hominis terminus, in quo Iudex maiorem habet iurisdictionem, *cap. 1. de dilat. Franc. in d. cap. sæpè, de dilat.* cùm aliis imbi per eum adductis.

Sed prædicta quidem respectu partis: verùm respectu Procuratoris alia subintrant iurgia per ea, quæ hinc indè apùd iurisprudentiæ peritos considerata videmus, omisso tamèn maiori apparatu, nostri attenta instituti ratione, dicimus, cõtrariam expositorum suprà sententiam, vtpotè expressis suffultam rationibus, & probationibus, veriorem esse, si Procurator mandatum dumtaxàt in prima instantia ad audiendum sententiam, non autem ad appellãdũ, & appellationem prosequẽdum habebit, huiusmodi nàmque termini præfixio actus est secundæ instantiæ, qua de causa si principalis absens sit, ei præiudicare minimè potest, tanquàm res inter alios acta, & contrà absentem, haùdque citatum, vt in specie concludit *Mandos. form. 17. commiss. col. 2. vers. ex iis, quæ suprà tetigi.* tradens dispositionem *textus dict. cap. cùm sit Romana,* procedere, quando termi-
14 nus appellanti assignatus esset, qui legitimam personam prosequendi appellationem haberet, non autem Procuratori, qui illam prosequi mãdati defectu haùd posset, & subnectit, sic per Rotam decisum fuisse.

Quarè tantam vim haùd faciendam esse, erudimur, eo in argumento, quod magnifaciunt Do-
15 ctores in proposito, scilicèt, quòd principalis causa eadem sit cùm illa appellationis per *Gloss. in cap. 2. de iuram. cal.* quòdue non obstet, quod diuersæ sint instantiæ, quia diuersitas respectu Iusdicentis versatur, secùs litigantium circà personas, causæquè merita, & rei, sicquè diuersæ quòad alia, & separata iudicia, etenim aliud est prioris instantiæ iudicium, aliud appellationis, in vtroque alij sunt Iusdicentes, & alia pronunciandi ratio seruatur *Xamar. de offic. Iudic. & Aduocat. part. 2. quæst. 9. num. 59.* Verissimum nàmque est, hoc argumentandi genus procede-
16 re, quando procuratoris mandatum fuerit generaliter, & ad omnes causas, proùt luculenter *Vrsill.* aduertit *in addit. ad Afflict. decis. 344. num. 6.* post *Alex. Iaf.* alioquè *in l. inuitus, C. de procurat.* vbi etiam, quòd in casibus, in quibus ad appellationem prosequendum non admittitur, non auditur etiam volens: vel si specialiter constitutus fuerit, etenim tunc, cùm prior iste actus sit præparatorius ad secundum, ratione incidentiæ ampliatur, & etiam ad accessoria, prioriq; actus dependentia extenditur *l. cuicumque, §. si ei, quẽ, D. de instit. act. Iaf in l. cùm procurator, num. 4. C. de nou. oper. nunc.* secùs autem quando procu-
17 ratoris mandatum ad priorem instantiam restrictum extat, tunc enim in tantum litis dominus nuncupatur, in quantum illa durat instantia, vt *Gloss. & Doctores* docent *in l nulla, C. de procurat. cap. quid agendum, de procurat. in 6.* qua finita litis dominus esse desinit, & per consequens eius potestas extincta remanet, *l. qui prò nomine, D. de procuratorib.*

Sed hic etiam, vt videamus necessarium esse existimo, an prædictum prosequendę appellatio-
18 nis tempus per expressum partium consensum breuiari queat? circà quam rem in dubium non reuocamus, affirmatiuam sententiam crebriùs placuisse, iuxtà originalem *Bartoli* doctrinam *in Auth. ei, qui appellat. C. de tempor. appell.* de qua memores sunt *Bald. ibid. Alex. in l. properandum, in princ. C. de iudic. Marant. in speculo aureo d. part. 6. num. 236. Scacc. de appellat. d. quæst. 15. Brun. à Sole quæst. 24. num. 55. Ruginell. de appellat. d Gloss. 2. nu. 15.* Sed an possit prorogari.

Sciendum est, latè controuersiam istam agitari, interquè famigeratas locum habere, quocircà non remissiuo calamo, quantum tamèn controuersiæ opus exquirit, & ingenij votum viget, de illa referre conabor; ità que comminiscor,
19 quosdam dictam controuersiam circà sectatos fuisse, per expressum partium consensum prorogari haùd posse, è quorum numero recensentur *Mathes. singul. 24.* & latiùs *in Auth. si tamèn, num. 3. C. de tempor. appell.* vbi prò vtraque parte refert antiquos Doctores, qui hanc quæstionem disputarũt, *Vant de nullit. ex defect iurisd. num. 127. Blanc. de cõpromiss. quæst. 6. Minchac. de succes. creat. tom. 1. §. 7. sub num. 40. Granat. ad Vestr. in prax. iudic. lib. 7. cap. vlt. num. 42. Flauius Tortus ad Stat. Pap. cap. 1. num. 346. Aufred. decis. Tholos. 198.* vbi hanc dicit esse cõmunem; eorumq; præcipua fundamenta sunt *text.* qui videntur expressi *in cap. oblata, de appell. & in l. nemo, C. de tempor. appell.* & ratio vtilitatis publicæ, vt scilicèt lites citiùs finiantur (de qua equidem ratione peculiariter, & latè ser-
20 monem habuimus in nostro priori *Menexeno de Reipublicæ Regimine §. 12.*) quia ista ratione fatalia adinuenta videntur, nè rerum dominia perpetuò sint incerta, iuxtà Imperatoris *Iustiniani* determinationem *in l. properandum 11. C. de iudicijs.*

In-

Digitized by Google

Indicata verò laudatorum Doctorum fundamenta, etsi primo intuitu suadere dictam sentē-
21 tiam veram esse videantur, nihilò tamen minùs contraria sententia, vtpotè expressis legum suffulta dispositionibus apùd Iurisprudentiæ maximùm peritos, verior existimatur, vti constat penès ferè omnes *Canonist. in cap. ex ratione, de appell.* & post alios sectantur *Carauit. rit.* 248. *num.* 7. *Giurb. decis.* 116. *num.* 21. & 25. *Osasch. decis. Pedem.* 28. *num.* 16. *Thesaur. decis.* 244. vbi hanc appellat veriorem, æquioremuè, & testatur, ità Senatum iudicasse, *Gaill. pract. obseru.* 141. *Lancell. de attentat. appell. pend. in præfat. num.* 35. *Marant. d. part* 6. *num.* 236. *Scacc. de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 15. *art.* 10. *num.* 188. *& seq. Muscatell. in prax. S. R. C. part.* 2 *Gloss. Conceduntur, num.* 14. vbi annuit, de partium voluntate huiusmodi prosequendæ appellationis terminum, etiam biennium, trienniumquè vltrà prorogari posse, *Odd. de restit. in integr. quæst.* 19. *art.* 12. quam sententiam in puncto iuris veriorem esse, dicit *Dec. in d. cap. ex ratione, sub num.* 29. *circà fin.* & communi Doctorum voto
22 receptam, etiam si per Principis rescriptum instantia abbreuiata foret, attestatur *Rolan. à Valle cons.* 21. *ad fin. lib.* 3. & vtraque demùm manu amplecti videtur *Dom. Cōsiliar. Staiban. tom.* 1. *resolut.* 94 *num.* 85. *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in aureis addit. ad Muscatell. dict. Gloss. Conceduntur, vers. Ad num.* 14. & 18. *Dom. Motillus* nouissimè *in praxi S. R. C. tit. de appell. desert. num.* 62. vndè posteriorem hanc sententiam amplectendam, atque priorem infimùl reijciendam præmoneo, non sola verborum confutatione, sed quidem optimi iuris suadente probatione.

Extat enim hac de re *textus* elegans in *cap. in causis, de offic. deleg.* vbi deciditur, quòd termi-
23 nus datus in delegatorio rescripto, quem infrà causa finiri debet, de partium consensu prorogari potest, vndè optima methodo dirigente necessariò consequitur, quòd prosequendæ appellationis terminum partes prorogare possunt, quia iurisdictionem, quæ certo tempore finiri debet, extendere, & prorogare valent: ad id etiam magis specialis est *text. in l. cùm anterioribus, §. fin. C. de tempor. & repar. appell.* vbi sancitur, partes,
24 quòd in appellatione nullum seruetur fatale pacisci posse, vt ibi, *vel nullum fatale obseruare?* traditurquè ratio notatu digna, ibi, *Legum etenim auctoritatem in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari?* quarè ex optimi iuris necessitate consequitur, quòd si partes per pactum sinè fatalibus appellationem prosequi possunt, ad earum libitum ipsa elongare valent: hoc enim patet ad sensum, quòd si fatalia in appellatione non seruantur, de partium consensu vlteriori tēpore durare possunt, vt proprijs in terminis docet *Bart. ibi*, & demùm punctualis stat *text. in l. quod si nolit, §. si quid ità, D. de adilit. edict.* vbi
25 habetur, quòd tempus legale, vt in perpetuum duret, partes per pactum prorogare possunt, vt ibi, *Si verò conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, puto (&) hanc conuentionem valere?* quamobrèm clarè patet, per partium consensum ad earum libitum fatalia prorogare posse.

Quod eò fortiùs dilucidatur, penitùsque confirmabitur, cùm addamus, haùd refragari, quod in
26 contrarium exponitur; etenim non obstat *text. in cap. oblata*, quem ponderant priorem teneures sententiam, quippè quòd ibi Summus Pontifex Iudici concessit, quòd appellationis terminum breuiare, non autem elongare possit, nisi ex iusta causa, vt illic extricat *Gloss. in verb. prorogari.* vndè sentit, quòd *textus* ille de Iusdicente dumtaxàt sermonem habeat, qui iusta ex causa, scilicèt impedimenti, appellationis tempus prorogat, nō autem de partium consensu, qui sanè casus longè distat à priori dicto in *textu* discusso, cùm quando ambo litigantes de communi consensu prorogare volunt, quòd facere possint, constat ex iuribus supra allegatis, & ex *Clement. quandiu, de appell.* atque resoluit *Marant. vbi supra num.* 238. *in fin.*

27 Similitèr etiam nec obstat *text. in l. nemo, C. de tempor. appell.* quia non loquitur de prorogatione, sed de reparatione dumtaxàt, quæ finito fit tempore, deciditur enim ibi, quòd transactis fatalibus temporis reparationem impetrare nemo potest, quia partes Iudici ad quem iurisdictionē dare, vel eam iam per desertionem sopitam, & extinctam restaurare, atque reficere nequeunt, *l. priuatorum, C. de iurisd. omn. Iudic. Bald.* optimè in *Auth. ei, qui, num.* 11. *vers. quaro nunquid partes, C. de tempor. appell.* dicens, partes appellationis prosequendæ tempus prorogare posse, nisi prosequutio priùs consumpta foret, sequitur *Neuiz. cons.* 41. *num.* 30. notans, partes post desertā appellationem iurisdictionem dare non posse, cōuallat *Rolan.* de magis communi attestans *in cons.* 21. *num.* 13 & 16. *lib.* 3. & luculentèr exornant *Mar. Anguis. cons.* 176. *num.* 49. *Gallia cons.* 107. *num.* 53. vbi alios congerit, *Asyn. in prax iudic. §.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *Scacc. d. art.* 10. *num.* 196. centumquè alij, quos sciens prætereo: qua de causa apertè liquet haùd aduersari, quia de prorogatione, quæ fit durante tempore iuxtà notabilem *Pomponij* Responsum *in l. sed, & si manente, 5. D. de precar.* non loquitur, quos intèr casus potissimum extat discrimen, vt *Gabriel* obseruat *in conclus.* 2. & 3. *de dilation.* vbi, quòd
28 illa dicitur prorogatio, quæ fit durante priori tantùm tempore, haùd autem eo finito, etenim propriè prorogare idem est, quòd extendere, vti ad propositū *Francisc. Ansaldus* notat *in tract. de iurisdictione Ecclesiastica, part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. *num.* 39. & extensio, vt fieri valeat, illud quod extenditur adesse debet: quod secùs est exposito in casu: & ità ibi *text.* illum intelligit *Paul. de Castr.* estquè de mente *Bart. ibi in princ.* & sequitur *Marant. in d part.* 6 *num.* 239.

Quemadmodum prætereà nec quidem contrà sententiam nostram facit, quòd huiusmodi tempora publicam respiciant vtilitatem, vt nempè lites citiùs finiantur, sicq; per partes in Reipublicæ præiudicium prorogari non possunt: quia pu-
29 blica ist hæc vtilitas in tempore principalis causæ, secùs autem in eo appellationis consideratur, siquidem si appellationis etiam tempore in consideratione esset, per compromissum suspēdi minimè deberet, quia partes iterùm, atq; iterùm, & millies compromittendo facere possent, quòd nunquàm labantur fatalia, sicq; lites essent immortales, & publica offenderetur vtilitas: sed quia
30 lex illud per compromissum suspendi permittit, vt in *d. Clem. quandiu*, & in *Auth. si tamèn, C.*

de

de tempor. appell. atq; post Consulentes nonnullos tradidere *Giurb. decis. 116. num. 21. Thesaur. decis. 244. num. 6. Vestr. in prax. lib. 7. cap. vlt. num. 17. Sforz. de restit. in integr. quæst. 89. num. 47. Lācell. de attent. appell. pend. in præfat. num. 31. Scacc. d. quæst. 15. num. 105. & seq.* vbi alios complures recēset, *Muscatell. in d. Glos. Concedunt, num. 16. Dom. Consiliar. Staiban. tom. 2. Resol. 197. num. 29. 30. & 38. Dom. Consiliar. Petra ad Ritus M.C.V. rit. 260. num. 37.* vndè clarè patet, præiudicium hoc vtilitatis publicæ in appellationis tempore haùd cōsiderari; quemadmodùm in eo causæ principalis: quamq; equidem traditionem lucuſētèr comprobat *Abb. Panorm. in cap. Venerabilis, 20. de iudicijs, num. 14. in fin.* exponens, quòd maius partium præiudicium in appellationis causa, quàm in causa principali vertitur, quia principalis causæ instantia peremptа, acta solùm pereunt *Bart. in l. properandum, C. de iudic.* sed appellationis instantia peremptа tota perit causa, vt in *Clem. Si appellationem, de appell. Bart. in l. pendente, C. de tempor. in integr. restit.* sicquè, cùm de maiori præiudicio agatur, iura tolerant, quòd illa instantia per partes suspēdi, & prorogari possit: ex quibus planè ità dilucidè propositis, & probatis elisa remanent fundamenta contrariam tenentium aleam, & defensata remanet nostra sententia, quòd fatalia, seù appellationis prosequendæ tempora de communi partium consensu prorogari possunt.

Superest modò, vt transitum ad succedaneam illam quæstionem faciamus, scilicèt, an exarata quoque procedant in tempore à iure statuto ad appellandum, siuè ad interponendam appellationem, quod est dierum decem tantùm? quam circà rem communis Doctorum Schola edocet, tempus prædictum vllo modo, nec per Iudicem, nec per partes tacitè, vel expressè, nec etiam per viam compromissi, prorogari, & abbreuiari posse, ità *Gloss. in Auth. Offeratur, C. de lit. contest. Butr. in cap. licèt causam, col. 6. in fin. de probat. Abb. in cap. 5. num. 10. de appell. Felin. in cap. quò ad consultationem, num. 37. de re iudic. Rot. decis. 2. de dilat. in nouiss. Gamm. decis. Lusit. 389. Guid. Pap. quæst. 115. Petr. de Rauenn. singul. 30. & 421. Marant. vbi sup. num. 241. Gaill. lib. 1. obseru. 139.* vbi etiam *Bernar. Grauei, num. 2. in 2. ampliat. Grauat. ad Vestr. in prax. cap. 3. lib. 7. num. 51. Ruginell. de appell. §. 6. glos. 2. cap. 7. num. 3. Scacc. vbi sup. quæst. 15. num. 219. Lancell. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 50. num. 85. Minsyng. Obseru. 68. cent. 2. Reg. Capyc. Latr. tom. 2. Consult. 159 num. 25. & 33. Dom. de Luca* nouissimè *in d. obseru 661. num. 4.* & fuit etiam de mente *Baldi in Auth. Hodie, col. 2. vers. Quæro, quid si est appellatum, C. de appell.* vbi adnectit, id etiam procedere, si in causa appellationis interpositæ post dies decem de partium consensu sententia lata esset, nempè vt illa nullitatis labe sit maculata; estq; ratio, quia tempus hoc à lege præfinitum est solemnitas, quæ est de actus forma, propter quod nec restringi, nec prorogari potest, potissimùm ex partium consensu, qui legis auctoritati, & formæ haùd derogat, tanquàm hæ à legis prouidentia pendeant, argum. *l. non dubium, C. de testam. l. si arrogator, §. 1. D. de adopt.*

PROLOGOMEN.

Hæredem institutam *donèc vitam viduilem seruauerit*, non resolutiuam, sed suspensiuam conditionem præseferre concluditur, tametsi per dictionem *Donèc* haùd suspensiuam, sed resolutiuam dumtaxàt conditionem inducere, ex communi, receptaquè ICtorum sententia habeatur: atquè ideò illi, de cuius interesse agitur, mutianam cautionem præstare teneri traditur; Nùmue illa locum obtineat in contractibus, & quid in donatione mortis causa enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Hæres instituta sub conditione* Donèc vitam viduilem seruauerit, *mutianam cautionem præstare tenetur.*
Et cui, num. 20.
2 *Quidue si coharedem, vel substitutum non habeat.*
3 *Dictio* donèc, *haùd suspensiuam, sed resolutiuam conditionem inducit, prout & alia* Quandiù, quousquè, vsquequò, *& quoad.*
4 *Dictio* donèc *acquisitionis effectum pro tempore quo conditioni obtemperatur, non impedit.*
5 *Resolutiua conditio habet eamdem naturam, ac modus.*
6 *Testator si vsus esset dictione* donèc, *quid voluisse præsumitur.*
7 *Actio semèl extincta non reuiuiscit.*
8 *Dispositio qualibet in dubio potiùs sub conditione resolutiua, quàm sub conditione suspensiua facta præsumitur.*
9 *Testator cùm multum dilexit vxorem, præsumitur, quòd pleniùs, pinguiùsq; ei prouidere voluit.*
10 *Conditio resolutiua eius propriam naturam amittit, fitq; suspensiua, quoties dispositio, cui adijcitur, id requirit.*
11 *Hæredis institutio resolutiuæ conditionis capax minimè est.*
12 *Sententia illa tutior est, quæ ex coniecturata, & verosimili defuncti mente ad ipsius voluntatem indagandam viam aperit.*
13 *Tota resolutio in nuda verborum cortice haùd semper est reponenda.*
14 *Fideicommissum ex coniecturata voluntate suppleri potest.*
15 *Sola voluntas in fideicommissis spectatur, si ex coniecturis colligitur.*
Ratio, num. 17.
16 *Coniecturæ fideicommissum inducentes haùd leues, sed graues, vrgentes, probabiles, necessaria, & concludentes esse debent.*
18 *Probationes apertissimæ coniecturæ dicuntur.*
19 *Fideicommissum vt valeat, à propria verborū significatione recedere potest.*
21 *Conditione pendente actus perfectionem non habet.*
22 *Cautio mutiana implementi loco præstatur.*
23 *Hæres instituta sub conditione suspensiua interim habet nudam hæreditatis detentationem, & administrationem.*
24 *Mutiana cautionis præstatio danda est mediāte*

Digitized by Google

te fideiussionis vinculo.

25 *Qui vitiosè cauit, cauisse non videtur.*

26 *Cautio mutiana in contractibus locum minimè habet.*
Limitatur in donatione mortis causa num. 29.

27 *Testamentum ex sola testatoris voluntate pendere debet.*

28 *Contractus est duorum, pluriumuè in idem consensus.*

30 *Donatio mortis causa sortitur effectus omnes, quos habent vltimæ liberalitates.*

OBSERVATIO III.

1 HOc loco in dubium reuocatur, an hęres instituta sub conditione, *donèc vitam vidualem seruauerit*, cautionem mutianam præstare teneatur illi, ad quem conditione deficiente res pertinere debet, hoc est cauere de restituendis bonis, si conditioni aliquo tempore obtemperatum non fuerit, iuxtà *textus* dispositionem in *Auth. cui relictum, C. de indict. vidui toll. & in l. mutiana, 7. in l. is, cui*, 18. & in *l. cùm sub, 66. D. de condit. & demonstr.* quod, etsi, quam maximè fuerit controuersum, ea tamèn sententia firmatur, nempè, hæredem hoc modo instituta præstare teneri mutianam cautionem
2 de vita viduili seruando, etiam si cohæredem nõ habeat, vel substitutum, cùm præstari possit ei, qui ab intestato, tanquàm legitimo hæredi, successurus est, sicquè illi, de cuius interesse agitur, vt in *d. l. mutiana*, 7. & in § *quæ verò nunc sequitur, in fin. vers. Præfatæ autem, Auth. de nupt.* & docent *Bald. in d. Auth. cui relictum, num.* 20. *vers. Septimo nota, Ruin. cons.* 170. *num.* 7. *vers. Et ibi etiam, lib.* 3.

Ista quidem huiusce loci determinatio meo videre dubia est vndequaque: scitur nàmq; dictionem *Donèc*, suspensiuam conditionem minimè
3 inducere, sed resolutiuam dumtaxàt, quemadmodum de dictionibus *Quandiu, Quousquè, Vsquequò, & Quò ad*, affirmatur, quæ eiusdem sunt effectus, & idem sonant, vti post alios aduertunt *Marescott. lib. 1. var. resol. cap. 4. num. 9. Consiliar. Arias de Mesa lib. 2. var. resol. cap. 3. num.* 11. *Peregr. de fideicomm. art.* 11. *num.* 123. *Anichin. de præuèt. instrum. cap. 2. quæst. 1. num.* 125. *D. Verde lib. 3 pantonomodid. num.* 270. & Ipsemet etiam dixi hoc in eodem opere, *Obseruat.* 187. *circà finem*: cùm principaliter conditionem haùd importet, sed secundariò, quia principaliter tẽpus importat, prout in specie post *Castr. Ruin.* alios; obseruat præcitatus *Consiliar. Arias de Mesa ibid. in fin.* vndè dicendum euenit, mutianam cautionem posse indicato in casu non præ-
4 stari, ea suadente ratione, quia acquisitionis effectum pro tempore, quo cõditioni obtemperatur, non impedit, sed solùm actum à principio purum, resoluit in contrauentionis euentum, ad *text. in l. 2.* vbi *Gloss. D de in diem adiect.* cuius dispositionem laudat *Dom. Reg. Merlin.* perbellè, & eruditè rem hanc explanans in *centur. 2. Centrou. forens. cap.* 40. *num.* 1. *& num.* 2. vbi
5 adijcit, hinc exortum esse, vt resolutiua conditio eamdem habeat naturam, ac modus, & quemadmodùm modo non adimpleto, actus ex nunc, haùd ex tunc resoluitur, *l. 1. C. de don. quæ sub modo*, cùm suis concordantibus, *Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, num.* 13. *de condit. & demonstr. Menoch lib. 4. præsum.* 175. *num.* 11. ità quoque, & in conditione resolutiua, *Gloss. in rubr. de condit. & demonstr. Menoch. cons.* 494. *num.* 6.

Et quidem iure ambigendum minimè est, quin
6 testator per suprapositam dictionem prohibeat, vt non nubat, sed vult, quòd hæres sit, hæreditatisq; commodum habeat, donèc non nupserit, postquàm verò nupserit, quòd non habeat, etiam quòd mortuo marito ad viduitatem reuertatur, quia actio semel extincta non reuiuiscit, vt
7 *Paulus I. C.* tradit *lib. 15. Quæstionum*, notatus in *l. qui res*, 98. *§. aream, D. de solut.* & permittendus actiones suas ad eas amplius exercendas minimè est dandus, prout *Imperator Iustinianus* rescripsit in *l. solita prouidentia 11. C. de remission. pignor.* contrarium indignum esse dicens; & notauit etiã *Vlpianus in l. quæritur*, 14. *verb. Remittentibus, D. de adilit. edict.* vbi *Apostillæ* complura alia iura adducit.

Quod planè demùm manifestum fit ex communi, pariq; voto recepta illa regula, quam vbiquè tradunt Doctores, quòd scilicèt in dubio,
8 dispositio quælibet sub modo potiùs adimplendo, vel sub conditione resolutiua, quod idem est, quàm sub conditione suspensiua facta præsumitur, vt alijs omissis exponunt, atq; dilucidãt *Tiber. Decian. Respons. 8. num* 83. *vol. 1. Barz. decis. 73. num. 24. vers. Postremò. Magon. decis.* 21. *num.* 9. *& 10. Reg. Roust. decis, 4. num.* 2. vbi *Dom. Altimar.* complures recenset, *Card. Mãtic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 5. num.* 12. *Peregrin. de fideicomm. art.* 11. *num.* 114. *Menoch.* plures alios coaceruans *lib. 4 præsum.* 175. *num.* 15. *Galganet. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 3. quæst.* 15. *Gratian.* Author noster *tom. 1. forens. cap. 44. num.* 17. & *cap.* 136. *num.* 14. vbi, hanc sententiam communi Doctorum voto receptam esse, & ab ea minimè recedendum testatur, atq; patriè *Dom. Reg. Merlin. d. cap.* 40. *num* 22. *Viscon. Conclus. iur. verb. modus, in fin. Dom. de Luca ad Franch. obseru.* 231. *num.* 5. *vers. Tandèm, in fin.* præsertim quoties con-
9 stat, testatorem multum vxorem dilexisse, nàmq; dilectionem illam hoc præcipuè operari traditur, vt credendum sit, testatorem plenius, pinguiùsq; vxori prouidere voluisse, emolumentumq; hæreditatis ei statim acquiri.

Verùm enimuerò, & si prædicta vera sint, validè inde haùd sequitur, huiusce loci determinationem, iure non probari, etenim validam, optimoq; voto constitutam esse in disceptatione illius controuersiæ, dilucidè patet, quippè quòd
10 omnis resolutiua conditio eius propriam naturam amittit, fitq; suspensiua, quoties dispositio, cui adijcitur, id postulat, & requirit, ità vt à principio actum resoluat; sicq; cùm hæredis institu-
11 tio hæreditatis acquisitionem in se contineat, resolutiuæ conditionis capax esse non potest, quia vnica esse debet, & perpetua, nec potest esse annua, neq; ad diem, cùm eius naturæ repugnet, quò fit, vt suspensiuam tantùm admittat, vt obseruant *Bald. in l. fin. num.* 3. *C. de indict. vid. toll. Menoch. d. cons.* 494. *num.* 31. *vers. Respondetur secundò, Ruin. cons.* 170, *num.* 7. *lib.* 3. *Costa in l. cùm tale, §. si arbitratu, limit.* 9. *in princ. de con-*

Digitized by Google

eondit.& demonstr. Beltram. in add. ad Ludouis. decis. 187. quos sequitur *D. Reg. Merlin. d. cap.* 40. *num.* 19. & optimè *Cyriac. tom.* 1. *Controu.* 136. *num.* 4. subnectens inibi, binas S. R. Romanæ decisiones coràm Lancellotto,& Coccino, in quibus eadem propositio latiùs firmatur.

Et planè in suo stat robore firmata determina-
12 tio, quia tutior est sententia illa, quæ ex coniecturata, & verosimili defuncti mente ad ipsius voluntatem indagandam viam aperit; id quod mihi expressè probat *text.* ille, qui quotidiè in in materia per manus circumfertur in *d. l.* 2. *de in diem adiect.* ibi: *Et mihi videtur verius interesse quid actum sit?* Propterea, quis tàm paruæ mineruæ erit, vt sibi persuadere possit, testatorem lecti vidualis obseruatiam toto vxoris vitæ tempore noluisse, ità vt sufficere voluerit, vxorem pro aliquo tempore in viduitate permansisse, licèt deindè ad secundas conuolauerit nuptias? certè nemo. Semper enim præsumendum erit, testatorem ità instituisse, quatenùs vxorem toto ipsius vitæ tẽpore in viduitate permanserit, prout vidua, de qua *Diuus Gyprianus tract.* 3. *de simplicit. Prælator. Vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit,* & *Virgil. lib.* 4. *Aeneid. Ille meos primus, qui me sibi iunxit amores Abstulit: Ille habeat secum, seruetq; sepulchro,* ac etiam *Seneca lib.* 2. *controu.* 2. loquens de Eponnina, quæ vitam durissimam, & acerbissimam in latebris cùm Iulio Sabino charissimo coniuge nouem per annos transegit, ac posteà damnato superstes esse noluit: *Perijt aliqua cùm viro: Perijt aliqua pro viro: Illas tamèn omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium?* aliàs haùd instituisset, si vxorem ad secunda vota transituram credidisset, cùm iactare hoc, & gloriari non possit, *Cynthia prima suis miserum me capit ocellis, Contactum nullis ante Cupidinibus,* notat *Propertius lib.* 1. *in princ.* igitùr ad illud vsq; tempus perseuerantiam requi-
13 rit; Hinc aduertimus, quòd non semper tota resolutio in nuda verborum cortice est reponenda; siquidem hæc, vt plurimum, ab imperitis Tabellionibus ex proprio Marte conscribi solent, nihil tale testatore ipso morbo oppresso cogitante, vt in proposito aduertit *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 22. & compertum id habemus, potissimùm in fideicommissarijs dispositionibus, in quibus etsi verba de-
14 ficiant, ex coniectura tamèn voluntatis fideicõmissum suppleri potest, *l. quidam in testamento,* 36. *l. cùm pater,* 77. *§ cùm imperfecta,* 22. *D. de legat.* 2. nàm sola voluntas in fideicommissis spe-
15 ctatur, etiam si ex verbis commodè concipi non possit, dùm tamèn ex coniecturis colligatur, *l. quamuis,* 15. *C. de fideicom. l. vnum ex familia,* 67. *§. penult. & vlt. D. de legat.* 2. *Card. Mantic. vbi sup. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 18. *& 25. Iacob. Cuiac. lib* 3. *obseru. cap.* 25 & perbellè in *lib.* 5. *Resp. Heren. Modestin. ad §.* 2. *Luciæ litt. E.* nonnullis enim coniecturis id animaduertentibus, fideicommissum inducitur, etiam si verba fideicommissi expressa haùd adsint *l. cùm proponebatur,* 64. *l. vnum ex familia,* 67. *§. si omissa,* 9. ibi, *rectè datum, & minus scriptum, & § fin. l. qui solidum.* 78. *§.* 1. *D. de legat.* 2. cùm alijs iuribus, quę sectantur *Graff. §. fideicommissum, quæst.* 4. *num.* 4. *Mascard. de probat. concl.* 775. *num.* 3. *Menoch. præsumpt.* 67. *num.* 7. *Fusar. de substit. fideicomm. quæst.* 276. *num.* 1. *Molin.* post alios *de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *& cap.* 5. *num.*
21. *& seqq.* dummodò leues haùd sint coniectu-
16 ræ, sed graues, vrgentes, probabiles, necessariæ, & concludentes. *Bald. in l. cùm virum, num.* 20. *C. de fideicom.* & post alios *Mascard. d. l. num.* 4. *Menoch. vbi sup. num.* 8 *Fusar. d. quæst.* 276. *num.* 4. *Card. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 23. *Peregr. de fideicom. art.* 11. *num.* 39. nàm, & volun-
17 tas, quæ ex coniecturis colligitur, euidens, & manifesta dicitur, *l. licèt Imperator,* & ibi *Bart. num.* 10. *D. de legat.* 1. *Card. Mantic. d. l. num.* 25. *Mascard. vbi sup. num.* 4. & coniecturę aper-
18 tissimæ, probationes dicũtur, *l. in tempus, §. quotiès, D. de hered. instit. l. si quis locuples, in fin. D. de manumiss. test. l. si constante, in princ. D. solut. matrim. Mascard. d. l. num.* 5. adeò vt, quò seruamus testatoris menti, etiam verba distendere, *Card. Mantic. loc cit. num.* 26. & vt fideicom-
19 missum valeat, à propria verborum significatione recedere debeamus, *l. cogi, in princ. §. & si quis,* & ibi *Bart. num.* 1 *&* 2. *l. ex facto, § fin.* & ibi *Alex. D. ad Senat. Consult. Trebon. citat. Card. Mantic. num* 24.

Vnde ex iàm examinatis, perscrutatis clarè liquet, præsentis decisionis determinationem expressis legum esse dispositionibus suffultam, & Iurisprudentiæ maximùm peritorum votis comprobatam, quibus nos modò innixi, annuimus,
20 huiusmodi hæredem ità institutam mutianam præstare cautionem illi teneri, de cuius interesse agitur, ad hoc, vt hæreditatis emolumentum cõsequi possit, etenim, conditio vsquequò non im-
21 pletur, emolumentum consequi nequit, cùm ea pendente actus perfectionem habere haùd dicatur, *Nouar quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 27. *num.* 5. *Castill. par.* 2. *Controu. lib* 5 *cap.* 119. *num.* 7. id-
22 circò impiementi loco cautio mutiana ante omnia est præstanda, *Auth. cui relictum, §. quæ verò, C. de indict. vid. toll. l mutianæ, D. de condit. & demonstr. Menoch. d. cons.* 494. *num.* 2. *Cæsar Manent. cons.* 130. *post eius decisiones, num.* 20. *Dom. Reg. Merlin. d. cap.* 40. *num.* 5 & centum alij, quos exornat *Castill. d. cap.* 119. alioqui hęreditatẽ vnà cùm fructibus tàm perceptis, quàm percipiendis restituere teneretur, *Bart. in d. l. mutianæ, num.* 7. cùm percepti sint ab eo, qui potestate carebat, quoniam huiusmodi hæres ità
23 instituta habet interim nudam hęreditatis detẽtationem, & administrationem, estquè tànquàm curator bonis, donèc conditio purificata fuerit; cuius autem mutianæ cautionis præstatio mediã-
24 te fideiussionis vinculo, siuè cùm fideiussore danda est, vt *Card. Tusch.* exponit in *tom.* 1. *Conclus. Iur. lit. C concl.* 167. *num.* 15. vbi ad mutianã hanc cautionem præstandam solam promissionem, seù obligationem sinè fideiussore non sufficere tradit, quem laudans proprijs demùm in terminis sectatur *Augustin. Barbosa de appellatiua verborum vtriusque iuris significatione, appell.* 45. *num.* 2. vbi adijcit, cautionem idoneam esse oportere, cuius appellatione venit pignoratitia, vel fideiussoria, *l. si mãdato Titij, §. vlt. D. mãdati, l. sancimus, C. de verb. signif. Guttierez in repet. l. nemo potest, num.* 247. *D. de legat.* 1. *Card. Tusc. d. cõcl.* 167. *num.* 6 *& lib.* 5. *concl.* 40. *num.*
9. *&* 10. *Menoch. de Arbitr. cas.* 142. *num.* 3.

Ce-

Digitized by Google

Ceuall. comm. contrà comm. quæst. 66. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 334. nu. 4. Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 18. num. 35 & seq. alioqui cauere nõ
25 videtur, si vitiosè cauerit, vti expressè *Paulus I.C.* docet *in l. quoties 6. D. qui satisdar. cogant.* & tradit nouissimè eruditissimus *Dom. Dominicus de Rubeis in Forens. Certam. 6. num. 77. in Apostill.* vbi etiam, quòd condemnasse non dicitur, qui ritè non condemnauit, ex *Vlpiani* Responso *in l. si se non obtulit 4. §. 6. D. de re iudicat.* & comprobat *in Certam. 13. num. 2. ex l. 2. §. 2. D. de pœnis.*

26 Sed an cautio isthæc mutiana locum quoquè obtineat in contractibus, si quæratur? Dicas, exclusiuam sententiam docuisse *Bartol.* communitèr sequutum *in d. l. mutiana, num. 4.* & communi Doctorum voto receptam esse, testatur *Alex. in l. siuè apud acta, num. 7. C. de transact.* quemadmodùm, & quoque *Curt. sen. in d. l. siuè apud acta, num. 19. Oinotom. lib. 3. Instit. Ciuil. tit. 16. de verbor. oblig. §. si quis ità, num. 3. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 12. num. 26. Card. Mantic. de tacit. & ambig. tom. 2. lib. 14. tit. 42. num. 26.* vbi; illam esse rationem tradit, nempè,
27 quia, cùm testamentum ex sola testatoris voluntate pendeat, vt expressè tradiderunt *Modestinus*, & *Caius in l. 1. D. de testam. & in l. illa institutio 32. D. de hæred. instit.* neque legatarijs, neque fideicommissarijs, neque demùm hæredibus imputari potest, cur sibi non prospexerint, atque ideò cautionis huius mutianæ beneficio fauorabilitèr eis succursum est; at secùs in contra-
28 ctibus, quia cùm ex duorum, vel plurium pendeant consensu, quemadmodùm *Vlpianus I. C.* docet in *l. 1. D. de pactis*, contrahentibus imputari potest, cùr legem apertiùs non dixerint, vt docet *Papinianus I.C. in l. veteribus placet, 39. D. de pact.* iuncto *Celso I.C. in l. quicquid adstringẽda 99. in princ. D. de verb. oblig.* ac etiam DD. in citata *l. mutiana*, vbi præcipuè *Socin. num. 1.* & *Curt. sen. vbi supr. num. 19. in fin.* ideòq; mutianæ cautionis huius beneficio eis succursum minimè est.

29 Verùm id, an ità firmum sit in donatione mortis causa, vt limitationem non admittat? certè quidem hanc rem circà, indicati Doctores sectati fuerunt, laudatam sententiam restrictionem recipere in mortis causa donatione, ex *text.* decisione in *§. quæ verò nunc, vers. præfata autem, Auth. de nupt.* nàm licèt donatio isthæc duorũ, vel plurium habeat consensum, & contractibus plerumq; æquiparetur, attamèn quòad effectum
30 legatis, & fideicommissis exequetur, sequiturq; vltimæ voluntatis naturam, quia omnes sortitur effectus, quos vltimæ habent liberalitates, vt dicitur in *l. vlt. in fin. C. de donat. caus. mort.*

PROLOGOMEN.

Fortitèr asseueratur, atquè elucidioribus probationibus firmatur, legatarium, eiusuè hæredes post triginta annorum lapsum legatũ petere haùd posse, idq; tametsi legatum pro legitima, eiusquè supplemento, vel pro alimentis, aùt pro dote relictum sit, ad ornatũ Imperialis Constitutionis in *l. sicùt in rem 3. C. de præscript. 30. vel. 40. annor.* Indè ad controuersiam illam, nimirùm, an ex capite ignorantiæ aduersùs 30. vel 40. annorum præscriptionem restitutio concedenda sit, protenditur. Postremò longa oratione disquiritur, nùm legatarius exequutiuè, & per viam præcepti pro legati consequutione agere queat.

RERVM SVMMA.

1 *Legatarius, aùt eius hæredes post triginta annorum lapsum legatum petere non possunt.*
Amplia, vt num. 2. 3. 6. & 7.
Intellige, vt num. 33.
4 *Ius quærelandi testamentum inofficiosum quinquennio præscribitur.*
5 *Ius petendi legitimæ supplementum triginta annorum spatio præscribitur, num. 28.*
8 *Eodẽ spatio tollitur actio ad repetendam dotẽ.*
9 *Item, & actio personalis.*
10 *Mala fides præscriptionem impedit etiam longissimi temporis.*
11 *Scripturas hæreditarias penès se habens, rei alienæ scientiam habere præsumitur.*
12 *Maioratus instrumentum, quo primogeniti sunt vocati, penès se habens, contrà primogenitum præscribere nequit.*
13 *Mala in fide nemo dicitur, tametsi debitorem se esse sciat, nisi de creditoris voluntate cõstet.*
14 *Legati acceptatio, vel repudiatio à legatarij voluntate pendet.*
15 *Ea, qua nobis debetur, nõ solùm expressa, verùm etiam tacita voluntate remitti possunt.*
16 *Mala fides non oritur ex rei alienæ scientia, vel ignorantia, sed ex iusta, vel iniusta possidentis possessione.*
17 *Pacto de retrouendendo præscribitur 30. annorum spatio, quamuis posita sint verba* semper quandocumq; & in perpetuum, *num. 18.*
19 *Interpellatio ad præscriptionem interrumpendam non sufficit, sed oblatio, & datio etiam requiruntur: de ratione, num. 21.*
20 *Actus ex parte venditoris est voluntarius, ex parte autem emptoris necessarius.*
22 *Legatum antè acceptationem recta via quæritur legatario, num. 25.*
Intellige, vt num. 26.
23 *Illius autem dominium reuocabile est, ea tacita conditione subintellecta si acceptauerit.*
24 *Et demùm ciuile est.*
27 *Declaratio, & petitio ad præscriptionis effectum requiruntur, & num. 33.*
29 *Potestas petendi legatum non est ius, sed facultas, Intellige, vt num. 32.*
30 *Præscribi non possunt ea, quæ sunt meræ facultatis.*
Intellige, vt num. 31.
34 *Hæres testamentum occultans, & legatarium de legato non monens, peccatum patrat.*
35 *Præscriptio vt interrumpatur, per legatarium facienda est certa, & specialis requisitio.*
Limita; vt num. 42.
36 *Dubitans ignoranti potiùs, quàm scienti æquiparatur.*
37 *Citatio generalis, & obscura litis pendentiam non inducit.*

Digitized by Google

38 *Quemadmodum nec sola libelli oblatio.*
39 *Citationes sunt cuiuscunq; iudicij fundamentum.*
40 *Citatione omissa totus processus diruit.*
41 *Præscriptio per litis contestationem non interrumpitur, quando prosequendi animo facta minimè fuit, & num.43.*
Intellige, vt num.45.
44 *Momentanea interruptio in consideratione nõ habetur.*
46 *Restitutio in integrum datur aduersùs præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum ex capite ignorantiæ.*
47 *Negligentia, aut culpa vbi non est, nec pœna ibi esse debet.*
48 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum non currit, nisi à die scientiæ, etiam si centum anni labantur: præsertim cùm quis propter personarum mutationem rem ignoraret, vt num.49.*
50 *Quadriennij tempus non esse decursum, cui probandi onus incumbit, remissiuè.*
51 *Restitutio in integrum aduersùs lapsum temporis quadriennij an, & quando competat, remissiuè.*
52 *Legatarius exequutiuè pro legati consequutione agere nequit.*
Contrarium verius, num.56.
Amplia, vt num.57. & 58.
Verum intellige, vt in num.72. & 74.
53 *Instrumenta, iure communi, paratam non habent exequutionem: secùs iure nostri Regni inspecto, num.61.*
54 *Instrumentum testamenti, cùm nullus adest cõtradictor, paratam exequutionem habet.*
55 *Legatario ad legatum consequendum tres dantur actiones.*
Intellige, vt num.63.
59 *Consuetudo, aut rerum iudicatarum authoritas in ambiguitatibus, qua ex legibus proficiscuntur, vim legis obtinet.*
60 *Testatoris mens voluisse videtur, quòd legatarius relictum statim consequatur.*
62 *Instrumenti appellatione venit vltima volũtas.*
64 *Actio personalis non datur, cùm hereditas non est adita.*
65 *Actio hypothecaria personalis actionis est accessoria.*
66 *Accessorium non stat sine principali.*
Intellige, vt num.67.
68 *Actio hypothecaria pro re legata consequenda non competit.*
69 *Nec demùm reiuindicatio, cùm res incorporalis relicta est.*
70 *Reiuindicatio non datur in legato alimentorũ, nec in illo libertatis.*
71 *Actio hypothecaria pro legatis competit, quando corporalis res est relicta.*
73 *Iusdicentis mandatum exequutiuum est.*
75 *Sententia diffinitiua expectanda est, quoties exceptio aliqua aduersùs testamentum, vel aliquam publicam scripturam opponitur.*

OBSERVATIO IV.

MIscellaneus obuiam nunc fit locus, nã licèt in eo præcipuè, an possit legatarius, eiusue hæredes post triginta annorum lapsum legatum petere, controuersia disceptetur, pleraquè tamèn alia notatu digna ad trutinam peculiari calamo reuocantur, quibus nos innixi nostrum obseruandi institutum, secundùm ea præcepta, quæ ipsa res expetit, & ingenij votum viget, prosequemur; Vndè.

Receptissimam esse apùd omnes ferè Iurisprudentiæ peritos sententiam hic firmatam,
1 nempè, legatarium, eiusue hæredes post triginta annorum lapsum legatum petere haùd posse, memoramus, per *text.* quem sciunt legulei omnes in *l. sicut. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* cuius, præter alios, sectatores sunt *Spin. de testamẽt. glos. 8. n. 65.* dicens, indicatæ præscriptionis tempus annorum esse triginta, cùm tanto tempore actio ad petendum legata extinguatur, *Anchar. in regul. sine possess. de regul. iur. in 6. Couarr. cap. possessor. 2 part. §. 11. n 5.* & alij, quos referunt, sequunturquè *Menoch. cons. 142. n. 39. & seqq. Petr. Barbos. in repetit. dicta l. sicut, num. 142 Vasquez lib. 2 Controu. cap. 55 n. 26. Tiraquell. de retract lib. 1. § 36 glos. 2. n. 40. Lambertengus de contract lib. sinè solemn. fact. Gloss. 3. à n. 68 Baptist. Vouius de statut. Vrb. præscript. gloss. 19. à n. 73. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 20. de legatis, n. 63. Borgn. Caualc.* plenè in *tract. de vsufruct. mulierum relicto, num. 186. Consiliar. Paschal. de virib. patr. potest part. 2. cap. 4. num. 167* & nouissimè *D Consiliar. Ioseph de Rosa in Consult. 12. num. 59. Dom. Consiliar. Roccus in Respons. 65. num. 28. tom. 1.*

Quam equidem sententiam, testantibus nonnullis ex ijsdem Doctoribus suprà recensitis, ampliationem habere dignoscitur, vt nempè omni in legato locum habeat, siue illud pro legitima relictum sit, vti etiam docẽt *Bald. in l. si quis filium, num. 6. C. de inoffic. testam. Boer decis. 250.* & post receptos alios exornat *D. Verde in sua pantonomod. lib. 2. tit. de legitima, nn. 1925.*
2 siue pro eius supplemento, vti demùm explicat *Suarez in l. quoniam in prioribus, ampl. 10. num. 7. C. de inoffic. testam.* quicquid aliter sensisse *Gloss.* videatur in *l. si quis filium, verb. Aduertas, C. eod.* quam sectatur *Bart. ibid.* & latiùs in *cons. 14.* dicentes, præscribi spatio quinquennij ad quærelæ instàr inofficiosi, in cuius locum agendi ius ad supplementum successit: nàmq; licèt hoc, quærelandi ius testamentum inofficiosum non dubitetur, quòd quinquennio præscribatur, ex notatis per *Aretin. in §. 1. Instit. de*
3 *inoffic. testam.* attamèn *Bartoli* opinio plenè impugnatur per *Fabian. de Gioch. in repet. Auth. Nouissima, n. 84. & seqq. C. eod.* qui auctoritate *Baldi*, aliorumue intrepidè subsistinet, quòd etiã
4 ius petendi legitimæ supplementum minori spatio, quàm annorum triginta non præscribitur, idemq; affirmant, & vtraq; manu amplecti videtur *Petr. Barbos. in l sicut, n. 153. Tiraquell. in l. si vnquàm, verb. Reuertatur, num. 396. C. de rer. uoc. donat. Ant. Faber in Cod. tit. de inoffic. testam.*
5

Digitized by Google

stam. defin. 7. Merlin. de legitim. lib. 5 tit. 3. quæst. 10. & decis. 30. post dict. tract. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. part. 2. num. 47. & seq. Marescott. lib. 2. var. resol. cap. 67. num. 18. Gomes. lib. 1. var. resol. cap. 11. de succession. contrà testam. à num 23. Paschal. alijs adductis in *d. cap. 4. num. 177. Dom. Reg. Rouit. cons. 22. tom. 1.* vbi *Dom. Altimar. num. 16.* nonnullos alios id affirmantes recenset, *Dom. Reg. Galeot. Controu. 23. num. 6. D. Consiliar. Roccus Respō. 76. num. 1. tom. 2. Thor. in compend. decis. verb. Filius pro supplemento legitimæ, tom. 2. Minsyng. Singul. Obseru. cent. 2. Obseru. 72. Ciarlin. Controu. forens. tom. 2. cap. 205. num. 62. Dom. Rodoer. ad Reg. de Marin. cap. 234. nu. 7.* vbi alios coadunat, nec ista à sententia alienus fuit *Card. Puteus in decis. 127. par. 2.* quemadmodùm, & quoq, *Card. Caualer. in decis. 156. num. 4.* vbi testatur, sententiam istam pluries per Rotam canonizatam fuisse, contrà *Bart. in d. l. si quis filium.*

6 Præterea, ità quoq; affirmatur, si pro alimentis illud relictum sit, vti *Bald.* docet in *d. l. si quis filium*, & in *cons. 48. in princ.* nec non in *cons. 484. num. 3. lib. 4.* quem sequitur *Tiraquell. in d. l. si vnquam, verb. Reuertatur, num. 392.* & approbat in suo *tract. de retract. lignag. §. 36. glos. 23. num. 7.* ità demùm *Balb. de præscript. quæst. 23. par. 3 quartæ par. princ. num. 5.* & alij passim:
7 aùt pro dote, vti *Decian.* obseruat in *Responsi. 13. num. 55. tom. 2.* quamuis enim actio ad repetendam dotem perpetua esse videatur per *text. in l. in rebus, §. omnis, C. de iure dot.* tollitur tamen
8 triginta annorum cursu, quemadmodùm actio personalis, quæ licèt sui natura sit perpetua, eo-
9 dem temporis nihilominùs spatio extinguitur, *Menoch. cons. 143. num. 17. & 19. lib. 1. & cons. 962. num. 40. & 41. lib. 10.* quia regulariter omnis actio, & via agendi triginta annorum curriculo tollitur *l. 1. § ad hac, C. de annal. except.* & optima *Gloss. in l. nemo potest 58. in princ. D. de legat. 1. Bald. cons. 137. in fin. lib. 5. Dec. cons. 267. num. 4. Afflict. decis. 13. sub num. 3. cùm seqq. Parlador. quotid. differ. 148. num. 22.* quos sequitur *Dom. Rodoer. vbi sup. num. 2.*

Et si hanc aduersùs sententiam vrgere dogma illud videatur, quòd scilicèt hæres vltimo ex Elogio vocatus præscribere legatum nequeat, ex quo scientiam de legatis in eo Elogio factis ha-
10 bere præsumatur, & per consequens malam fidem, quæ præscriptionem impedit etiam longissimi temporis, vt in *cap. malæ fidei, de regul. iur. in 6.* & in *cap. fin. extrà de præscr. Bart. in l. naturaliter, nu. 8. vers. Quæro vtrùm, D. de vsucap.* quem illic sectantur, communiter scribentes, & post receptos alios adstipulatur *Reg. Rouit. cons. 40. num. 9. tom. 2. Portius cons. 88. num. 5. vol. 2. Crauett. cons. 116. num. 6 Surd. cons. 28. num. 67. cùm seqq. Cancer. lib. 1. var. resol. cap. 15. de præscript. num. 22. Author noster in 1. forens. cap. 52. num. 24. Gilken. de præscript. par. 2. membr. 2. cap. 1. num. 6 Vasquez lib. 2. Controu. Illustr. cap. 73. num. 9. Minsyng. cent. 4. Obseru. 6. Dom. Consiliar. Rocc. Respons. 65. num. 25. tom. 1. Dom. Consiliar. Hodiern. Controu. forens. cap. 43. num. 38. Dom. de Rubeis Forens. Certam. 5. num. 192.* qui immemorabilem etiam impedire tradit: scri-
11 pturas etenim hæreditarias penès se habens, scientiam rei alienæ habere præsumitur, vt *Surd.* tradit in *cons. 296. num 21.* & comprobant *Gilken. vbi sup. d. membr. 2. cap. 2 num. 125. Petr. de fidei-comm. quæst. 14. num. 289.* taliter, quod contrariū allegans nō sit audiendus, prout exponit *Anchar.* elegantèr in *cons. 170. num. 6.* scribens, quòd ille, apùd quem est testamentum, omnia in eo contēta sciuisse, & perlegisse creditur, diceturq; etiam malam fidē habere, & esse manifestum eius scientiæ iudicium: prout, & habens penès se maiora-
12 tus instrumentum, quo primogeniti sunt vocati, præscribere contrà primogenitum minimè poterit, vt *Decian.* defendit in *Respons. 117. num. 69. lib. 3.* latiùsq; post alios nonnullos exornat *Barbos. ad Rubr. C. de præscript. 30. vel 40. ann. à n. 341.* & conuallat *Gramm. in decis. 103. n. 32.*

Nihilò tamèn minùs optimis documentis probatur, prædicta ex aduerso exposita elucidatæ sēntentiæ haùd obsistere, etenim communiter ferrur, illum, contrà quem datur actio, in mala fide dici
13 minimè posse, quamuis se debitorem esse sciat, nisi de creditoris voluntate constet; vndè liquet, malam in hærede fidem considerari haùd posse, vsquequò legatarius suā declarauerit volūtatem, etiam quòd factum esse legatū, minimè sit ignārus, nàm quamdiù, vtrùm illud acceptare velit, nó declarauerit, præscriptio procedet, quippè cùm
14 à legatarijs voluntate illud acceptare, vel repudiare pendeat, vt docet *Paulus l. c.* notatus in *l. seruum filij, 46. §. 1. D. delegat. 1.* si tantùm per tempus legatum petere desinat, probabiliter hæres credere potest, illum legatum acceptare nolle;
15 cùm iure nostro constitutum sit, ea quæ nobis debentur, non solùm expressa, sed etiam tacita voluntate remitti posse, exponente eodem *Paulo I. C. in l. Labeo 2. D. de pactis*, iunctis DD. in *l. qui Romæ 122. §. duo fratres, D. de verb. oblig.* Præterea, fundamentum potissimum, cùr hæres legatum præscribere possit, illud planè est, quia ma-
16 la fides propriè non consistit, nec oritur ex rei alienæ scientia, vel ignorantia, sed ex iusta, vel iniusta possidentis possessione, siuè potiùs ex probabili opinione credentis rem, quam possidet iustè, vel iniustè à se possideri, vti post *Pichar. in princ. Instit. num. 6. de vsucap. Balb. Salgad.* & alios probat *Castill. tom. 7. Controuers. cap. 26. num. 53.* nec non *Vasquez lib. 2. Controu. cap. 65. num. 10. & cap. 72. num. 2. & seqq.* vt propterea, quoties quis probabiliter aliqua ex ratione, vel causa existimare potest iustè aliquid possidere, vel iustè aliquid non præstare, tunc in bona fide esse dicatur, etsi isthæc eius credulitas ex iuris, vel facti errore procedat. Hinc videmus commu-
17 ni Doctorum sententia receptum, quòd is, qui ex pacto retrouendere tenetur, quamuis se cogi posse sciat, potest tamèn pactum huiusmodi aduersùs triginta annorum spatio præscribere, vti post alios exponunt *Merend. tom. 4. lib. 21. cap. 43. Cancer. par. 1. Var. Resol. cap. 13. num. 51. & par. 3. cap. 7. quæst. 9. num. 206. Author noster tom. 1. forens. cap. 2. num. 31. Criuell. decis. 21. Leo decis. 36. num 3.* & id etiam procedere, cùm pactū hoc, semper, & quandocumq; competit, decisum fuisse attestatur *Surdus decis. 2. nu. 7.* quod, etsi nouissimè displiceat *Dom. Rodoer. consil. 30.* tamèn etiā *D. Consiliar. Hodierna in addit. ad Surd. ibid.* aliorum fultus auctoritatibus intrepidè, & lato
18 calamo substinet, sententiam hanc procedere,

Digitized by Google

quamuis in pacto adiecta sint verba illa, *Semper, Quandocumquè, & in Perpetuum*, quia obligatus ad retrouendendum reuenditionem offerre haùd tenetur, nisi requiratur, quippè quod, quamuis ad id teneri pacti vigore se sciat, in mala tamèn fide non dicitur, nàm existimare potest, quòd, dùm venditor ipsum haùd requirit, vt retrouendat, ea vti nolit facultate, illamq; sibi remittere velit; præsertim quia hoc in casu non solùm interpel-
19 latio, sed oblatio, & datio etiam requiruntur, qui enim redimendi iure vtitur, obligatus est numerare, & alter accipere, dicit *Monter. in decis. 2. num. 54. & 55.* atq, *Cartar. in decis Rot. Ianuens. 69. num. 23.* qua proindè implementum ex parte venditoris dumtaxàt, non autem emptoris requiritur, quia ex parte venditoris actus est volunta-
20 rius, & ex parte emptoris necessarius, exponente *Vlpiano I. C.* notato in *l. fideicommissa, 11. §. si rem*, ibi. *Sed si debitor vtrò pecuniam obtulerat, quam offerente ipso non potuit non accipere? D. de legat 3. Casanat. cons. 9. num. 59. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 42. num. 22. & 23. cum seq.* licq; pretij antè numerationem emptor retrouendere minimè tenetur, & consequentèr procedet præscriptio, *Card. Mantica* latissimè *de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 4. tit. 31. num. 22. & seqq.* dicens, possessorem in mala fide minimè dici, nisi
21 post requisitionem, declarationem, & pretij oblationem, nè in suspenso semper sit ius emptoris, & dicatur colonus venditoris, cui ad tale pactum exercendum triginta annorum spatium sufficere debet.

Quamobrem haùd refragari erudimur, quod in contrarium considerant nonnulli, nempè, quòd
22 acceptationem antè legatum ipsum recta via quæratur legatario quò ad actionem in rem, vel in personam, ex *textus* dispositione in *l. à Titio, D. de furt.* & in *l. 1. D. comm. deleg.* quandoq; ab aditæ hæreditatis die, *l. seruum filij, 46. §. 1. D. de legat. 1.* quandoq; à testatoris hac ex vita migratione, *DD. in l. vn. §. in nouissimo, C. de caduc. toll.* tùm quia illius legati dominium, quod recta
23 via legatario quæritur, reuocabile est, ea tacita conditione subintellecta, si acceptauerit, vti docet *Papinianus lib. 8. Responsorum*, notatus in *l. cùm pater filios, 79. §. Surdo, D. de legat. & fideicomm secundo*, vbi etiam *Glossa* id clarè exponit *in verb. Quaritur.* qua proindè tacita illa repuditatione sequuta habetur, ac si nunquàm transiatum, & quæsitum fuisset, vt *Paulus* quoq; clarè scribit *lib. 22. ad Sabinum*, relatus in *d. l. seruum filij, 46. §. si quis, D. de legat. & fideicomm. primo:*
24 tùm etiam, quia dominium illud, quod traditionem antè in legatarium transfertur, ciuile tantùm est, etenim naturale penès hæredem remanet, *Ias. in l. 1. num. 4. C. de comm. delegat.* vndè cùm rei prorsùs alienę scientiam non habeat, extrà quoq; terminos *cap. fin. de præscript.* versamus, licq; præscriptionem non impedit, firmandum omni ex parte consequitur, vt *Barbos.* sermocinatur *in d. l. sicut, num 148.* cui accedit *Gilken. d. cap. 3. num. 22. in fin.* Idq; quamuis legatum loco legitimæ, vel illius supplementi subrogatum sit, etenim
25 licèt ipso iure debeatur, & recta via in legatariũ transeat, eiq; dominium ab vltimo migrationis die testatoris acquiratur, id attamèn procedit, quò
26 ad transmissionis effectum ad hæredes, ad quod ius illud petendi legitimam, seù supplementum transmittitur, quamuis petitum haùd fuerit; non autem quò ad præscriptionis effectum, ad quod
27 declaratio requiritur, & petitio; id quod planè dilucida suadetur probatione, nàm alioqui si declaratio ista hæc, & petitio non requirerentur, hæres in mala fide semper foret, cùm sciat, legitimã per eum deberi tanquàm petitam, & agnitam ipso iure absq; alia declaratione, quod herclè non videtur posse iure probari, quia sic nunquàm in-
28 legitima, eiusuè supplemẽto daretur præscriptio, in quibus tamèn, quemadmodùm suprà expositum est, *Doctores* communitèr contrarium substinent.

Hinc præterea aduertimus, neq; contrà dictam nostram tot rationibus, tantisq; Auctoritatibus firmatam, probatam, declaratamq; conclusionem, siuè sententiam aduersari, si dicatur, ex eo, quòd
29 talis legatum petendi potestas non est ius, sed facultas, idcircò præscriptionis præsidium locum non habet, cùm absolutissimum sit in iure, & cõmuni *Doctorum* voto receptum, quòd in his, quę
30 meræ sunt facultatis præscriptio non procedit, etiam si immemorabilis sit, vti *textus* decidit in *l. proculus, D. de damn. infect. in l. 1. §. deniquè Marcellus, & in l. si in meo fundo, D. de via public.* & post alios exponunt *Cassan. in Consuet. Burgun. tit. de iuribus, §. 18. num. 1. Author noster tom. 2. discept. forens. cap. 399. nu. 33. P. Molfes. ad nostras Consuetud. tom. 3. par. 3. tit. de seruitut. quæst. 9. num. 5. Reg. Capyc. Latr. decis. 169. num. 15. & 42. tom. 2. Reg. Marcian. Disputat. 65. num. 26. Reg. de Marin. lib. 1. Quotid. resol. cap. 63. num. 5.* & ibi *D. Rodoer. in add. num. 7. Consiliar. de Rosa Consult. 9. num. 21.*

Nàm promptuaria est responsio, quippè quod, etsi ea, quæ facultatis sunt, præscribi nequeant,
31 nisi a prohibitionis, seù contradictionis die, ex qua præscribens in quasi possessione contraria esse dicitur, quia per contradictionem illam actũ meræ facultatis in actum necessitatis reduxisse dicitur: id nihilominus in his procedit, quę meræ sunt facultatis, quorum libertas à iure publico est permissa, quemadmodum dicimus de facultate eundi per viam publicam, veniendi ad alicuius molendinum, vel ad furnum ad coquendum, vel ad macellum pro carnibus, vel ad tabernam pro vino, siquidem ex ea nulla datur actio, aùt exceptio contrà aliquem, nec alteri contra nos, atq; ità non parit ius deducibile in iudicio: secùs
32 autem in his, quæ sunt facultatis, & tendunt ad acquirendum nouum ius, nouamq; actionem, vel exceptionem, vel etiam ad eam conseruandam, quemadmodum dicimus de iure offerendi, luendiq; pignus, & recuperandi rem suam à creditore, vel emptore, acceptandi legatum, & similia, quia istis in casibus propriè facultas haùd dicitur; sed ius, quod est in libera acquirere volentis voluntate, & causam habet, ob quam aduersarium compellere potest, vt acquirere patiatur, ità vt pro ea exercenda in iudicio necesse sit agere; tunc enim, quia mera haùd est facti facultas, sed benè quid iuris, absq; alia contradictione eo ipso, quòd non exercetur præscriptione tollitur, & quidem ordinaria annorum triginta, vti quælibet alia iura, prout proprijs in terminis resoluit *Menoch. in cons. 201. num. 61. cum seqq. lib. 2.* nec non *Rolan. cons. 21. num. 52. lib. 2. Barbos. in l. cùm notissimi, in princ. num. 77. & seqq. de præscript.*

30.

Digitized by Google

30. vel 40. *ann. Balb. de præscript. part. 4. quinta part. n. 4. Garzia de Nobilit. gloss. 35. sub. n. 57. vers. sextò quia, Gabriel* complurib⁹ adductis *Commun. Conclus. lib. 5. tit. de præscript. Conclus. 10. num. 8.* quos sequitur *Consiliar. de Rosa in Consult. 30. num. 22.*

33 Firmum itaque, atq; inflexum, declarationem, & petitionem requiri ad effectum, vt legatum per hæredem præscribi nequeat, ex his comperimus: *Doctores* autem contrarium arbitrantes intelligi posse adnectimus (supposito, eorum sententiam, opinionem aliquam sanam instituere) vt loquantur data hæredis culpa in occultando testamentũ, vel nõ monendo legatarium de lega-
34 to, quo enim casu hæredem peccatum patrare, conscientiamq; contrà facere, atque ideò præscriptionis præsidio vti non posse, post alios tradit *Peregin. de fideicommiss. art. 41. num. 10. cũ seqq.* & merito quidem etiam, eo quòd cùm ista præscriptio ab sola Domini, siuè legatarij patientia vires accipiat, manifestè ostenditur, hęredem eo casu valide existimare haùd posse, se legatum illud iustè nõ præstare, quiá illius legatarij scięntia minimè interuenit, & consequenter patientia, quemadmodùm *Anton. Faber* ad propositum exponit *in Cod. tit. de long. temp. præscript. Defin. 2.* ibi, *In ijs iuribus, quæ ex sola quasi possessione acquiruntur, necesse est interuenire patientiam, & consequenter scientiam illius, qui tale ius constituere potuisset.* Vnde meritò consequitur, hæredi præscriptionem nequaquam opitulari, quãuis ab eo tempore, nempè à testatoris morte triginta per annos possedisset.

Quamlibet autem petitionem ad præscriptionem huiusmodi interrumpendam minimè sufficere, attestantibus infrà citandis Doctoribus dignoscitur, nàm certissima illa conclusio est, nisi
35 specialis, & certa fiat per legatarium requisitio, proponendo scilicèt in citatione actionem in specie, ad hoc vt plenè hæres instrui possit, ad quid agendum citetur, & super quo his sibi moueatur, præscriptionem haùd interrumpi, vt latissimè scribunt *Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam, in 2. notab. num. 3. vers. Considera vltimò, D. de re iudic. Balb. de præscription. part. 6. tertię part. quæst. 4. num. 4. Guttierez de iuramen. confirm. part. 3. cap. 1. num. 1. circà med. Dom. Reg. Capyc. Galeota Controuers. Illustr. tom. 2. Controu. 1. num. 106.* & *Controu. 2. num. 24. Reg. Capycius Latro Consultat. 3. num. 83. tom. 1.* & decisum in Mantuano Senatu testatur *Surdus in decis. 5.* quam perbellè exornat *D. Consiliar. Hodierna in addit.* siquidem vtiquè erit, si generalis sit, & obscura, veluti ad respondendũ in iure, vel petitionibus nulla expressa certa causa, & in libello in iudicio assistentiæ producto nihil proponatur, adeò vt dubitetur, si producens Actor sit, vel Reus, nàm tunc, cùm hæres certus non sit factus ipsa de re, prò qua conuenitur, sed dubius propter litem motam, esse in mala fide dici minimè potest, iuxtà perbellè enucleata per *Dom. Franciscum de Amaya Obseruat. Iur. lib. 3. cap. 2. num. 39.* & 41. & quia dubitans igno-
36 ranti potiùs, quàm scienti æquiparatur, *Bart. in l. fin. §. vlt. num. 2. C. de furt. Iaf. in l. quamdiù, num. 5. C. qui admitt.* & in *l. 3. §. genera. num* 16. *D. de acquir. possess.* & dubius ab ignorante nõ distat, *l. manifestissimi, §. sin autẽ nescius. C. de furt.* potissimùm, quia propter citationem huiu-
37 modi litis pendentia inducta haùd dicitur, *Dom. Reg. Capycius Galeot. dict. Controu. 1. num. 107.*
38 quemadmodum per solam libelli oblationem, siquidem solus libellus absq; citatione non est de processu, nec de actis, nec litis pendentiam inducit: vndè fertur, citationes ità principium iudicio expromere, vt sinè citationibus nullum iudiciũ
39 consistat, tanquàm ab principio, siuè dicas absq; reo in ius legitimis citationibus vocato, nàm, & cuiuscunq; iudicij fundamentum quoque citationes sunt, *§. fin. Inst. can. de pœn. tem. ligit. cap. 1. & 10. de caus. poss. & propr.* adeò vt citatione omissa totus diruat processus, nullusque sit, *l. de vnoquoque 47.* vbi *Gloss. & DD. D. de re iudic.* & notant *Practici* communitèr.

41 Additur quoque, per litis contestationem neq; præscriptionem interruptam dici, si legatarius, qui hæredem citare fecit, deindè in termino haùd comparuit, vt quia non fuit prosequutus, ità vt iudicium fuerit circumductum, prout decidit *Gloss. in cap. placuit, il 2. §. præscriptionum, verb. interrupta, 16. quæst. 3.* cuius opinionem sequitur *Abb. in cap. illud, col. fin. num. 24. de præscript. Iaf. in §. pœnales, col. fin. nu. 134. Instit. de action. Socin. in Regul. 308. fallent. 2. & Regul. 304. Simon de Præt. con. 132. num. 89.* quos sequitur, & latissimè tuetur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis. 5. num. 5. vsque ad fin.* comprobat in *cap. 13. Controuers. forens. num* 49. & concinunt notata per *Capyc. in decis. 11.* & per *Boui. de statut. Vrb. præscript. Gloss. 21. num. 12.* vbi,
42 quòd citatio etiam legitimè facta præscriptionem non interrumpit, si instantia Actoris culpa est perempta, vt etiam notauit *Surdus in cons. 500. nu. 2. lib. 4.* nec non *Author noster in tom. 1 discept. forens. cap. 2. nu. 44.* & sequitur *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis. 5. num. 6.* adnectens, tic de-
43 mùm esse in litis contestatione, vt si ea mẽte, prosequendi nempè litem, non sit facta, præscriptionem non interrumpat, ex quo negligentia non cessat, vbi prosequendi deficit animus, quasi mo-
44 mentanea illa interruptio haùd sit in consideratione habenda, prout *Menter.* concludit in *decis. 21. num. 13. & seqq.* atque *Seraph. in decis. 1058. num. 6.* & conferunt *Iura in l. Papinianus, §. si quis, il 1.* & in *l. nàm si parentibus, §. hæredi, D. de inoffic. testam.* vbi, litem super quærela instituere non sufficit, etiam vt ea in hæredem trasmittatur, nisi in ea perseueret: prout in simili etiã dicitur, quòd versum non videtur, quòd versum non durat, *l. si pro parte, §. versum, D. de in rem vers.* satisdatio quæ non durat, satisdatio non est, *l. 1. §. quod ait Prætor, D. quor. legat.* solutio si quæ statim repetitur, ea nec vera solutio censetur, nec liberationem inducit, *l. qui sic soluit, D. de solution.* & denique eruditur, quòd vt pœna cõmittatur, lex spectare solet, non id, quod momẽto fit, sed quod durat, & effectum aliquem habet, *Gloss. in l. qui fidem 16. verb. Cogatur, D. de trãsact.* verùm an hoc sit in iure perpetuum, alibidi-
45 cam: Quo fit, vt illud limitationem recipere videatur, quando legatarius litem prosequi impeditus esset, vt notat *Dom. Consiliar. Hodierna vbi proxim. num. 33.* & tuti inanda sunt per eundem adducta *ibid. à num. 10. vsq; ad num. 18.* Hæcq; ad exuberantiam scripta sint circa quæstionem propositam.

46 Ad

46 Ad aliam modò paritèr hic excitatam nos deflectẽtes, vbi dicitur, ex capite ignorantiæ aduersùs triginta, vel quadraginta annorum præscriptionem restitutionem cõcedi, dicimus, arduum esse, & difficile dogma, nàm si *Bursatto* credendum est, ità variarum sententiarum voto ambiguum est, vt Cæsarea indigere decisione ipse etiã *Bursattus* exclamauerit *in cons.* 160. *num.* 70. *lib.* 2. illud tamèn ex nostris nupèr perbellè exaratis *Consiliar. Hodiern. ad Surd. decis.* 4. indicare non piget, nàm suo quidem more ordinata methodo illud pertractat, & iura, in quibus de re agitur, referens, atque Auctores super hijs recensens, curiosos Lectores ab onere studendi releuat, postmodumq; *Authoris* nostri effatum cõuallat, quod nos paritèr approbamus, ex eo potissimùm, quia probabilis ignorantia iustam præbere debet causam restitutionis ijs, qui temporis
47 lapsu læsi fuerunt, nàm vbi non est negligentia, aùt culpa, ibi non debet esse pœna, prout Imperatores *Arcadius*, & *Honorius* rescripserunt *in l. sancimus 22. C. de pœnis*, ibi, *Sancimus ibi esse pœnam, vbi & noxia est*, quod memorat *Anneus Robertus Rerum Iudicat. lib. 2. cap. 9. fol. mihi* 417. nàmq; equidem abborret à naturali ratione, ibi pœnam esse, vbi nullum peccatum est, vt *Antonius Matth.* tradit in *tract. de crimin. tit. de læsa Maiestat.* ornatq; nouissimè *Dom. Dominicus de Rubeis in forensium certaminum specimine, certam.* 10. *num.* 99. *in apostilla*, & proprijs nostris in terminis disertè tradit *Balb. de præscript. part.* 1. *sextæ partis princip. num.* 15. *& seq.* dummodò tamèn quadriennium intrà
48 die scientiæ numerãdum restitutio petatur, quia laudatum tempus vtile est, sicq; à die sublati impedimenti ad agendum currere incipit, *Menoch.* post alios, quos refert *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 71. *num.* 2. *Dilect. de arte testan. tit.* 11. *caut.* 6. *nu.* 4. *Beninten. decis. Bonon.* 69. *in fin. Dom. Consiliar. Hodier. dict. l. num.* 9. adeò vt, si quadriẽnio illo durante, quis stet ignorans etiam centum per annos, detur restitutio, per mirabilem *Baldi* doctrinam *in l. falsam, C. si ex fals. instrument.* quem sectantur quos refert *Menoch. ibid.* nec non *Rub. cons.* 13. *in fin.* latè *Socinus iunior cons.* 128. *num.* 168. *libr.* 1. *Io. Maurit. Bolan. de restit. in integr. cap.* 59. *n.* 14. *Ioseph. Ludouis. decis. Lucens.* 52. *n.* 17. *Boer.* qui de communi testatur *decis. Burdegal.* 39. *nu.* 3. *&* 4. *Capyc. dec.* 4. *n.* 25. *Crauett. de antiquit. tempor. part.* 4. *§. Materia ista, num.* 45. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 35. *Gloss.* 4. *num.* 43. alijq; quos sequitur *Maresceotta lib.* 2. *Variar. Resol. cap.* 57. *num.* 5. tenuitq; etiam *Rota* apùd *Peregrin. decis.* 48. *lib.* 2. quæ expressè decidit vtrumque caput, & dari restitutionem aduersùs dictam prescriptionem, & quadriennium durare etiam centum per annos data ignorantia, quia vtile est à principio, quam itidem opinionem sectatur *Balb. de præscription.* 4. *part. quarta partis principal. quæst.* 29. *in fine*, verioremquè dicit *Oddus de restitut. in integr. quæst.* 90. *art.* 6. & eam paritèr sequutã fuisse Senatum refert *Thesaurus decis.* 133. *in fin. D. Hodierna d. n.* 9. ac demũ post alios *Alex. Trentacinq. cons.* 54. *lib.* 1. vbi maximè quando
49 quis propter personarum mutationẽ rem ignoraret. Verùm cui, quadriennij tempus decursum
50 haùd esse, probandi onus incumbat, consule *Mascard. de probation. lib.* 3. *Conclus.* 1277. *D. Verde in sua Pantonomodid. lib.* 1. *de restitut. in integr. n.* 602. Et nùm aduersùs huius tempo-
51 ris lapsum altera competat restitutio, ade, quæ ad saturitatem extricat idem *Dom. Consiliar. Hodiern. in d. decis.* 4. *à num.* 10. *& seqq.* & *Dom. Verde vbi supr. num.* 596. Viri inquam nostri æui verã, non simulatã Iurisprudentiæ Philosophiã lucubrantèr adsectantes, quorum dictis, cũ satis quid hanc rem circà dicendum, instructum sit, ad tantorum virorum calamum, me imperitum remittere censui, consultiùsque putaui, nè vel tandèm inerudita mea oratione Lector fastidiret.

52 Hic demùm intèr alia disquiritur, nùm legatarius exequutiuè, & per viam præcepti prò legati consequutione agere queat? Quam circà cõtrouersiam quidam sectati fuerunt, prò legati cõsequutione nullam legatario viam exequutiuam competere, sed esse ordinariè ab eo agendum, & ordinariè à Iudice procedendum, ità *Alex. in l. si cùm dotem, §. eo autem tempore, num.* 6. *vers. Quarto limita, D. de solut. matrim.* & *in l. ait Prætor, §. 1. n.* 5. *vers. sed aduertatis D. de re iudic.* quem, & alios referens tuetur *Menoch. de de adipisc. possess. Remed.* 4. *num.* 694 *& seq.* Semperq; amplecti *Rot. Roman.* dicit *Marc. Ant. Thomat. decis.* 49. *num.* 3. vbi alios refert, qui de Rotæ obseruantia testantur, sequitur *Rubeus decis.* 168. *num.* 8. *tom.* 3. ac demùm *Ioseph. Ludouis. decis.* 23. *num.* 1. *&* 29. *Borrell. in Summ. decis. tit.* 22. *num.* 17. *lib.* 3. *Gomes. in l.* 45. *Thaur. num.* 137. *Facchineus libr.* 5. *controuersiar. iur. cap.* 31.

Quorum omnium rationes illæ nimirùm vidẽ-
53 tur: prima quidẽ est, scilicèt, quia regulariter instrumenta paratam haùd habent exequutionem, ad *text. in l. minor* 25. *annis, D. de minor.* & notant *Reg. Rouitus in Rub. de instrum. liquid. num.* 1. *Frecc. de præsent. instrum. par.* 6. *nu.* 4. *Parlad. Rer. Quotid. lib.* 2. *cap. fin. §.* 1. *sub. num.* 1. *Cancer. Var. Resol. part.* 2. *cap.* 3. *à num.* 1. & alij quos laudant *Dom. Consiliar. Pratus lib.* 1. *forens. cap.* 29. *num.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 28. *nu.* 1. *Dom. Consiliar. Roccus de liter. cambij, notab.* 70. *num.* 189. *& Dominus Consiliarius D. Carolus Petra ad Ritus M.C.V. rit.* 166. *num.* 9. Secunda affer-
54 tur, quia instrumentum testamenti tunc paratam habet exequutionem, quando nullus adest contradictor, quod esse in legatario nequit, cùm semper adsit contradictor hæres, de cuius manu legatarius legatum consequi debet. Tertia tandèm traditur, quia ad legatum consequendum
55 tres tantummodò actiones legatario dantur, si tamèn eas omnes ipsa legati natura patiatur, vti *Castill.* exponit *de vsufruct. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. personalem scilicèt ex tastamento contrà hæredem ratione quasi cõtractus, qui celebratur in ipsa hæreditatis aditione: reiuendicationem, vtpotè, si contrà legati formam rei legatæ dominiũ ad hæredem peruenit, *l. à Titio, D. de furt.* & hypothecariam contrà testatoris bona prò legati securitate, *l.* 1. *D. de legat.* 1. vbi *Bald. Ias.* & alij, *Cod. comm. delegat.* quæ superuacaneè inductæ fuissent, si exequutiua breuiori, & pinguiori ei consultum foret, vt post alios arguit *Menoch. d. l. num.* 694. *vers. Hoc etiam intelligitur*, & ex his omnibus rationibus mouentur indicati Doctores

rio sectari, legatario prò legato aduersùs defuncti hæredes viam exequutiuam non competere.

Istæ verò Doctorum recensitæ rationes, etsi dictam sententiam veram esse suadere videantur,
56 nihilò tamen minùs contrariam, nempè competere legatario viam exequutiuam, inquiunt *Angel.* omnium primus *in §. illud quoque, Auth. de hared. & falc. Alex. in l. fin. num. 3. C. de edict. Diui Adr. Ias. ibid. in 3. notab. num. 6.* dicens, hoc singulare esse, & menti tenendum tanquàm quotidianum, & vno ore alijs adductis sequùtur *Vasq. de succes. crea. §. 17. num. 122. & de succes. progress. §. 18. num. 98. Felic. de Solis de censib. lib. 3. cap. 1. num. 6. Author. noster tom. 1. discept. forens. cap. 62. num. 16. tom. 1.* vbi, quòd est verior, & magis æqua sententia, & esse communitèr receptam testatur *Becc. cons. 17. num. 6. & 7.* eâq; vti veriorem, & magis communem defendit *Simon de Petris de interpr. vlt. volunt. lib. 5. dub. 3. num. 144. ad 168.* ità in Signatura Iustitiæ seruari, & talem communem praxim, ac stylum esse, fatetur *Spin. de testam. Gloss. 35. num. 37.* iudicatum in Franciæ Parlamento, refert *Guid. Pap. decis. 483.* & secundùm hanc sententiam in Camera Imperiali practicari testatur *Mynsing Singul. Obseru. cent. 5. Obser. 61. Coler. de proces. par. 3. cap. 2. num. 23. vers. Licèt autem,* communem dicit *Mauson. de caus. exequut. ampl. 12. num. 5. Viu. decis. 464. num. 2. lib. 3.* qui penitùs contrariæ sententiæ sectatores refutat, *Reg. de Marin. lib. 1. Quotid. Resol. cap. 241.* qui ex ore Regentis Constantij sic semper in S.C. practicatum, & decisum in anno 1626. in causa Sebastiani Cammardellæ, cùm Victoria Salamanca testatur, indubitatum firmant *Reg. Capyc. Latr. decis. 12. num. 12 lib. 1. Dom. Cõsiliar. de Rosa in Consult. 4. num. 22. Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in Rit. M.C.V. 181. num. 20. Dom. Rodoer. ad Reg. de Marin. d. l. num. 3. Nouar.* per S.C. decisum referens *de Grauam. vasall. tom. 1. Grau. 321. num. 10. Dom. D. Francisc. Verde lib. 2. Pantonomodid. tit. de legatis, num. 2511.* qui etiam
57 tradit, nec etiam exequutionem retardari posse, petendo compromissum vigore Regiæ Pragm. *Odia litium*, ex auctoritate *Capyc. decis. 48.* & *Dom. Consiliar. Frãcisci Mariæ Prati ad Muscatell in praxi S.R.C. par. 2. Gloss. Gradus, in fin.* & tandèm *Reg. Sanfelic. decis. 204. num. 2. tom. 2.* qui nedùm viam exequutiuam, sed immis-
58 sionem quoq; legatario tribui, decisum in S.C. tradit, sicq; demùm in anno 1644. per eumdem S.C. determinatum fuit in causa D. Caroli Caraccioli, cùm Illustr. Marchionissa Sanct. Iuliani, in qua cum *Dominus Consiliarius Antonius Miroballus*, tunc celebris Marchionissæ Aduocatus, viam exequutiuam legato debitam impedire intenderet, iunctis Classibus, S.C. decreuit, describendum esse legatum in faciem D. Caroli vinculatum, quod non possit alienari inconsulto S.C. & præstita cautione de restituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem S.C. liceret eidem D. Carolo exigere tertias decursas à die obitus Illustr. Marchionissæ, & decurrendas, & respectu omnium hinc indè prætensorum fuit datus terminus in causa, referente *Dom. Consiliario Aloysio Gamboa*, & cùm fuisset de nullitate dictum, alio decreto decisum fuit, nullitates non obstare, vt testantur *Dom. Consiliarius Franciscus Maria Pratus*, qui tũc iura D. Caroli strenuè tutatus fuit, *lib. 1. discept. forens. cap. 10. per tot. & Thor. in supplem. decis. verb. Legatarius, l'vltimo. fol. 339.* vbi inserit Domini Miroballi allegationes: Quorum sententiæ se subscripsit postremò *Dom. Reg. Merlin. in cent. 2. Controu. forens. cap. 2.* qui etiam viam exequutiuã per viam præcepti legatario cõcedit, ac latè enucleat, vbi demùm hoc ipse probaui *in meis Scholijs* propediem in lucem (Deo dante) proditurus, & nupèr idem S.C. sub die 8. mensis Iulij 1662. in causa D. Cæsaris Maragnone Sargentis Maioris, Legatarij D. Vrsulæ Lainez eius vxoris in ducatis duodecim mille, cùm D. Beatrice Albasio, & sororibus de Montoya, decreuit, prouisumq; fuit, quòd prædicta D. Beatrix hæres solueret legatum prædictum de effectibus hæreditarijs, non subiectis fideicommisso, neq; Consuetudini huius Ciuitatis, deductis tamèn quantitatibus legitimè solutis, referente *Dom. Cõsiliario D. Ferdinando Muscoso*, processus est in Banca *Lauiani*, & testatur laudatus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra dict. num. 20. circà finem.*

Cuius equidem sententiæ tanta videtur existimatio, quòd de ea ambigere meritò haùd poterit, ex tot præsertim rerum iudicatarum interpolita, promulgataq; iura, *nàm Imperator Seuerus re-*
59 *scripsit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem aut rerum perpetuo similitèr iudicatarum authoritatem, vim legis obtinere debere*, vt *Callistratus* inquit in *l. 38. D. de legib.* & accedunt responsa *Vlpian. in l. 33.* & *Pauli in l. 36. D. eod.* nec non *l. 25. D. de stat. homin.* iuncto latinæ eloquentiæ lumine, & Oratore *Cicerone in Topycis col. 369.* vbi: *Res iudicata partem Iuris Ciuilis facit, non secùs, ac leges, & Senatusconsulta.*

Præterea, quia optimis quoq; documentis probatur, quorum primum illud est, nempè, quòd si
60 rectè testatoris, qui dari iussit, mens inspiciatur, indubitatè voluisse videtur, quòd vel hæres illicò sponte daret, vel quòd legatarius hærede recusante, aut hore Prætore, sine tamèn iudicij figura, relictum consequeretur: id quod expressè probat *textus* ille, qui quotidiè in materia per manus circumfertur *in § illud quoque, Auth. de hared. & falcid.* Secundum ex eo liquet, nàm licèt iure
61 communi inspecto instrumenta paratam haùd habeant exequutionem, secùs tamen est de huiusce nostri Regni iure ex laudabilis *M.C.V. Ritus 166.* aliarumq; plurium legum dispositione, vt ex *Carau.* cæteris q; exponunt *Præs. de Franch. decis. 341. num 1. D. Reg. Merlinus centur. 2. Controu. forens. cap. 24. num. 8. & 9.* & ibi etiam Ipsemet in allegatis *Scholijs. Reg de Marinis lib. 2. Quotid. Resol. cap. 73. num. 3 Dom. Consiliar. Roccus Respons. 90. sub num. 5. lib. 2. Galluppus in prax. S.R.C. par. 2. cap. 21. num. 31. Nouarius lib. 1. QQ. forens. cap. 153. num. 1.* quos sequitur *D. Consiliar. Petra d. Rit. 166. num. 9 in fin.* & instrumẽ-
62 ti appellatione vltimam quoq; voluntatem venire nõ ambigitur, *Gloss. in l. si idem. C. de codicill. Didac. Perez ad l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. verb. Enlas mandas, fol. 91. col. 1.* præcipuèq; testamentum, vt ex *Bald.* aduertit *D. Reg. Tapia in cap. Regn. Ladislaus, num. 3. sub tit. de fide instrum. lib. 3. Iuris Regn.* & sequitur *Gaitus de credito, cap. 3. num. 848.*

Tertium, & vltimum documentum, quo lauda-

Digitized by Google

data sententia probatur, ex eo inducimus, nimi-
63 rùm quia etsi in iure scitum sit, ad legatum con-
sequendum tres tantummodò actiones legatario
tribui, id attamèn procedit, & intelligitur, si ipsa
legati natura eas omnes patiatur, siquidem per-
64 sonalis actio dari non potest, quando hereditas
non est adita, cùm actio illa personalis ex quasi
contractu, qui ex hæreditatis aditione inducitur,
§. heres. Instit. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc.
oriatur; *Surdus de alimentis, tit. 3. quæst. 3. num.*
10. quem refert, & sequitur *Dom. D. Franciscus*
Verde lib. 2. Pantonomodid. tit. de legatis, num.
2514. Nec quoq; hypothecaria, nàm personalis
65 actionis est accessoria, *l. contrahitur, de pignor.*
l. fideiussor obligari, vbi *Bald. D. de fideiuss.* vndè
cessante personali actione, cessat etiam hypothe-
66 caria, cùm accessorium non stet sine principali,
cap. accessorium de regul. iur. in 6. quidquid ali-
ter sensisse videantur nonnulli, quod scilicèt hy-
pothecaria sinè ipsa personali actione consistere
possit, nàm id intelligitur, postquàm orta illa est,
secundùm *Bart. in d. l. si fideiussor obligari*, &
communem dicit ex *Fulgos. in l. si pignori, D. fa-*
mil. ercisc. Præs. de Franch. in decis. 119. num. 24.
& *in decis. 80. num. 27* etenim tametsi ipsa sine
67 personali actione oriri non possit, illius tamèn
post ortum de per se sola absq; illa consistere po-
test: & hic est casus, in quo accessorium sinè prin-
cipali suo cõsistere potest: Vlteriùs, quia actio il-
68 la hypothecaria prò ipsamet re legata haùd com-
petit, cùm in re sua, quæ vendicari potest, huius-
modi non cadat actio, *Rip. in l. 1. num 65. D. de*
legat. 1. Graff. in §. legatum, quæst. 76. vbi hanc
sententiam communiori Doctorum voto rece-
ptam testatur, & comprobat laudatus *Dom. D.*
Francisc. Verde dict. loc. vers. Nàm in re propria,
ex dispositione *textus in l. neq; pignus, D. de regul.*
69 *iur.* Nec tandèm reiuendicatio prò legati con-
sequutione competit, quando incorporalis res re-
licta foret, quemadmodum in alimentis, in qui-
70 bus huiusmodi non datur reiuendicatio, cùm in
iure consistant, idest in actione, quæ incorporalis
res est: & in legato libertatis, prò quo sola ex te-
stamento datur actio, minimè autem reiuendica-
tio, aùt hypothecaria, *l. 1. §. 1.* vbi *Iaf.* & alij, *C.*
comm. delegat. & notat *Surdus de aliment. tit.*
3. quæst. 4 num. 30. quem paritèr recensет, & inse-
ctatur *Dom. Verde vbi supra num. 2517.* tàm de
alimentorum, quàm libertatis legato verba fa-
ciens: Qua de causa intelligendum est, illam pro
71 legatis competere, quando corporalis res relicta
foret, secùs in casu, cui ipsamet legati natura re-
pugnaret. Ex quibus omnibus constat, legatario
pro legati consequutione aduersùs defuncti hæ-
redes viam exequutiuam competere.

Hoc tamèn circà, scire non omittas, posterio-
rem hanc laudatam, comprobatamq; sententiam
72 procedere dumtaxàt, quoties interpellatus hæres
nihil testamentum, legatumue aduersùs opponit,
sed cauillosè tantummodò defuncti voluntatem
adimplere differt, quo casu rectè viam exequuti-
uam iudiciali præuia admonitione concedi tradi-
tur, nàm illà regularitèr Iusdicentis officio con-
trà differentem id, quod adimplere tenetur, inter-
73 ponitur: quo demùm casu Iusdicentis mandatum
tanquàm exequutiuum exequutioni mandari, nõ
autem, quòd testamentum exequutionem habeat,
opinatur *Felic. de Solis in lib. 3. de censib. cap. 6.*
in fin. & sequitur *Spin. de testam. Gloss. 35. num.*
57. dicens, tunc illud esse, non testamenti, sed con-
fessionis, recognitionisq; hæredis virtute, quæ
publicæ scripturæ habet effectum ex sola partis
confessione, *l. cùm in debito, C. de probat.* Haùd
74 ità tamèn erit, quoties cumq; testamentum, vel ip-
sius legati præstationem contrà aliqua iuris, vel
facti subsistens altercatio opponitur, tunc enim
viam exequutiuam restringi, terminumq; iuxtà
relatam priorem sententiam impartiri, minimè
ambigimus, nàmq; regulàre est, quòd quoties ex-
ceptio aliqua aduersùs testamentum, vel aliquam
75 publicam scripturam opponatur, diffinitiua sen-
tentia est expectanda, amissa interim natura sum-
maria, & exequutiua, vt post *Bald. in l. 1. §. is vi-*
detur, num. 3. D. si quis ius dicenti non obtemp. &
Marant. in Specul. aur. part 4. dist. 9. num. 59.
docet *Didacus Perez vbi sup.* & nostris in ter-
minis firmant *Veia* decisum attestans *Dissert. 42.*
num. 47. & 48. tom. 2. Dom. Reg. Merlinus d. cap.
2. num. 16. vbi alios recenset, & ità censuisse S.C.
testatur, *Dom. Altimar. ad Reg. Rouit. consil. 34.*
num. 17. tom. 2. vbi alios refert, & communem
distinctionem esse scribit, *Dom. Rodoer. d. cap.*
241. num. 5. & *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra,*
d. num. 20. circà fin. vbi quoq; testatur, quòd id
Sac. Cons. insectatum fuit in causa creditorum
Antonelli Mazzellæ, cùm Carolo Mazzella debi-
tore in ducatis sexdecim mille cum interesse, vi-
gore legati relicti à Nicolao Mazzella fratre in
beneficium Antonelli; etenim, expetentibus ipsius
hæredibus, & creditoribus legati solutionem via
exequutiua, sub die vltima Martij 1653. referente
Dom. Consiliario Antonio Capiblanco, prouisum
fuit, Quòd infrà mensem pro omni termino, &
nominatione partes producant eorum incum-
bentia, auditis etiam hæredibus Antonelli Maz-
zella, & interim sequestrentur ducati triginta
mille effectiui de capitalibus debitis per Regiam
Curiam remansis in hereditate Nicolai Maz-
zella. In Banca de Amico.

PROLOGOMEN.

Ethnica exempla circà festorum dierum com-
mendationem recensentur, quidnè nostro iu-
re, & ex canonum præscriptis statutum est,
expenditur pro comprobatione conclusionis
determinantis, appellationem die in DEI ho-
norem feriato interponi posse; Deindè tem-
pus dierum sex à Regia Pragmatica statutũ
iuri de nullitate dicendi à decretis interlocu-
torijs currere de momento ad momentum,
etiam diebus feriatis, firmatur, & nonnulla
S.C. arresta nouitèr emanata recensentur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio à sententia decem intrà dies bodiè*
interponitur.
2 *Tempus decem dierum ad appellandum currit*
de momento ad momentum, ità vt de partium
consensu prorogari non possit.
3 *Appellatio die in* DEI *honorem feriato inter-*
poni potest, & num. 7.
Amplia, vt num. 19.

Digitized by Google

4 *Actus explendus, si in festiuum diem incidat, in sequentem protelari potest: verùm limitatur multis in casibus, vt docetur num. 6.*

5 *Quanta fuit antiquitùs festorum dierum commendatio, ex antiquorum Scriptorum dicta, Ethnicisq; exemplis summatim demonstratur.*

8 *In rebus tempore perituris, diebus etiam festiuis procedi potest.*

9 *Appellatio ad naturalem pertinet defensionem, & num. 15.*

10 *Iure naturali cuilibet competit ius seipsum tuendi quolibet die.*

11 *Appellatio in die festiuo prosequi nequit.*

12 *Appellationis interpositio sub vniuersali actuũ iudicialium prohibitione non continetur.*

13 *Feriarum indictio omnia iuris solemnia dicto, & præstituto tempore adimpleri debere, non impedit.*

14 *Appellatio iudicialis est pars processus. Intellige vt num. 17.*

16 *Appellatio Iusdicentis authoritatem suspendit.*

18 *Per appellationis interpositionem an iudicium absolutè euadatur.*

20 *Tempus dicendi de nullitate à decretis interlocutorijs in Regno Neapolis est dierum sex, & currit de momento ad momentum, etiam diebus feriatis.*

OBSERVATIO V.

COncors est Iurisprudentiæ Peritorum omnium sententia, appellationem decem
1 intrà dies continuos à notificationis sententiæ latæ tempore interponendam esse, ità expressè sanciente *textu in Auth. hodiè, C. de appellat.* dictumq; tempus de momẽto ad mo-
2 mentum currere, cùm dies prædicti vtiles haùd, sed continui sint, ità vt neq; de partium consensu prorogari possint, statuitur eadem plaudente sententia, vti constat penès *Reg. Capyc. Latr. decis. 165. num. 10.* & annuimus in *Obseruat. 2. num. 33.* Quibus stantibus, controuersia disceptatum hic extat.

Nùm, si in vltima die dicti termini dierum decem appellatum fuerit, appellatio valeat, vel
3 propter diem festum vitietur, & fieri debeat die sequenti non festiuo; quam controuersiam circà in dubium non reuocamus, tàm per ea, quæ de Romanorum communi iure dispositа sunt, vt patet in *l. dies, C. de feriis*, quàm per ea, quæ de municipali nostri Regni iure constituta sunt, vt legitur in *M. C. V. Ritu 80.* constare, vt actus explen-
4 dus, si in festiuum, siuè feriatum diem incidat, in sequentem proteletur, & in illo fiat, & quidem maxima associante iustitia, nàm alioqui dubio procùl iuris institutoribus indignum, & iustitiæ planè absonum foret, si, quod cuiq; debitum est, æqua lance tribui præscribentes, illud supremo legum omnium latori Deo Optimo Maximo, negligentiùs tribui permitterent, cultum scilicèt, & honorem diebus ipsius festis, iure omni, ac ratio-
5 ne maximoperè debitum; Vndè *Ouidius* ad propositum *lib. 1. Fastorum*, ità cecinit, *Lite vacent aures, insanaq; protinùs absint iurgia.* & *Martialis lib. 12. Epigram. Natalem colimus, tacete lites.* ac demùm latinæ eloquentiæ lumen *Cicero lib. 2. de legib. Feriarum, festorumq; dierum ratio in libris requietem habet litium, in seruis operũ, & laborum.* & Romæ olim præclamitatores, seù præcones à Flaminibus præmittebãtur, qui palàm, & clara voce denunciarent, vt quisq; ab opere manuum abstineret, nè si Sacerdos aliquem opus facientem vidisset, sacra polluerentur, vt referunt *Plutarch. in Numa, Sextus Pompeius lib. 14. Macro. lib. 1. Saturnal. cap. 16.* & *Tribullus lib. 1. Eleg. 2.* scribit, *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator, Et graue suspenso vomere cessет opus, Omnia sint operata Deo, non audeat vlla Lanificam pensis imposuisse manum.* & non modò ab opere diuturno; sed à forensibus, aliisq; ciuilibus negotijs abstinebant, quòd circà Lex 12. tabularum his verbis concepta erat, *feriis iurgia amouento*; ità q; festis diebus, vt sacris omninò vacare liceret, cætera omnia omitti congruum erat; quòdue hoc solemne sit, rescriptum extat in *cap. licèt, & cap. conquestus, extrà de feriis*, nãq; magna est festorum dierum commendatio, & publicæ honestati nimis conueniens videtur, vt piè, & religiosè celebrentur.

Verùm etsi hoc in dubium nòn reuocamus, nec etiã ambigimus, quòd præfata regula, vt actus
6 fiendi die feriata differantur in diem non feriatã, restringatur multis in casibus, qui non differuntur, sed eodem die tractantur, quos intèr potissimum locum casum hic discussum obtinere, comperimus ex *Maranta in Speculo aureo, part. 6. tit. & quandoque appellatur, num. 217. Pract. Patiens. in form. appellat. à sentent. diffin. num. 6. fol. 209. Lanfranc. in praxi, verb. interlocut. col. 3. vers. itèm quaro an omni tempore, Muscatell. in proxi S. R. C. part. 1. Gloss. Potest. num. 41. Card. Tusch. litt. A. conclus. 356. Scacc. de appellat. cap. 2. quæst. 12. num. 51. & 58. Rugionell. eodem tract. §. 2. cap. 4. num. 16.* qui omnes
7 firmant, appellationis interpositionem in die festiuo licitam esse, & admitti debere: tùm quia est
8 res tempore peritura, quo casu procedi potest etiam diebus feriatis in Dei honorem, vt ex *Milesio* firmat noster *Author hic, num. 16.* tùm etiã,
9 quia appellatio ad naturalem pertinet defensionem, vt proindè præsumendum sit, iura noluisse homines tàm iusto subsidio, etiam in die festo,
10 priuari, eo præsertim, quia iure naturali cuilibet competit ius seipsum tuendi quolibet die, *Cap. si verò de sent. excom. cap. significasti, de homicid. l. 3. D. de iust. & iur. l. scientiam 46. D. ad Leg. Aquil.* Neq; contrà dictam nostram sententiam tali argumento. Ad improbandum nempè appellationis interpositionem fieri posse in dicto vltimo termini die festiuo.

11 Obijciendo insurgas, ex eo quòd appellatio prosequi non potest, vt sancitur in *cap. vltim. de feriis, & in l. 1. C. eod. tit.* idcircò interponi haùd poterit.

Respondetur enim, ideò appellationis prosequutionem prohibitam esse constat, quia magno cùm strepitu illa fieri solet, interpositio autem se-
12 cùs, ac proindè cùm fiat sinè magno strepitu, & res fauorabilis sit sub vniuersali actuum iudicialium prohibitione minimè contineri dicendum est; ex illo demùm, quia Prætorem conuenirt nõ est necesse, quo casu non obstat festi solemnitas,
13 neq; etiam Diui, cuius memoria celebratur, veneratio, & honos, nec feriarum indictio impedit, omnia iuris solemnia dicto, & præstituto tempo-

Digitized by Google

re adimpleri debere, *l. milites, §. sexaginta, D. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. denunciatio, D. de oper. nou. nunciat. Guid. Pap. quæst. 205.*

Ex quibus demùm ad aliam obiectionem li-
14 quet responsio, ad illam nempè, quòd appellatio iudicialis sit pars processus, siquidem etsi iudicialis appellatio sit pars processus, nihilò tamen minùs haùd in iure prohibetur, quamuis irritetur, & prohibeatur processus, per *text. in. d. cap. vlt. de feriis*, tùm quia, vti suprà dictum est, ad na-
15 turalem pertinet defensionem: tùm etiam, quia necessariam esse vndique fertur, cùm per eam
16 prioris Iusdicentis authoritas suspendatur, eiusq; manus ligentur, vt vlteriùs in causa ad actum aliquem procedi non possit, *cap. non solùm, de appell. in 6. l. appellatione, C. de appellat. Ruginell. de appellat. ad tit. de appellat. num. 5. vers. secundus appellationis effectus est.* & scribentes communiter; Additur, appellationem actum propriè
17 iudicialem haùd esse, sed extrà iudicialem, & interlocutoriam quandam declinatoriam à iudicio; nec refert, quòd interlocutoriæ sint actus iudiciales, siquidem intelligendum id est ex parte dūtaxàt Iudicum, quatenùs in lite sententiam aliquam interlocutoriam pronunciant, nàm id à iudicio declinare, illudq; euadere minimè est, sicùt declinat pars, & euadere intendit per appellationis interpositionem, ideòq; interpositio illa appellationis propriè, & formaliter iudicialis actus dici nequit, sed actus à iudicio declinans, sicq; extrà iudicialis; Nec quoq; refragari dicimus, si dicatur, quod per interpositionem illam iudiciū
18 absolutè non euadatur, cùm ad superiorem alīū Iusdicentem, & ad alium iudicium appelletur, *Franc. in Rubr. de appell. col. 1.* quem sequuntur complures, quos *Marant.* recenset *vbi supr. par. 6. act. 3. num. 1. & seq. Anchar. cons. 152.* & diximus in *Obseru. 24.* atque vltrà quotidianū experimentum, communemq; Doctorum attestationē, notat nouissimè Dom. *Caietanus Agera* eximius I.C. *in Epitome fori feudalis, assert. 11. §. 32. litt. P.* etenim, vt interpositio illa simpliciter, & absolutè declinatoria à iudicio, & extrà iudicialis appelletur, sufficiens est, quòd à Iusdicente, & quòd à iudicio à quo appelletur, & quòd hoc iudicium per appellationem declinetur.

19 Extenti onem hinc propterea dilucidatam hāc, & probatam sententiam recipere, exponit *Card. Tusch. in suprà indicata Conclus. 356.* vt scilicèt nedùm illo in tempore appellari possit, sed quoque eius fieri præsentatio, etsi ius haùd reddatur, & acta sint reposita, nàm quādo permittitur principale, permittitur quoque, & accessorium.

20 Hinc consentaneum est annuere, dies sex vigore *Pragm. 4. §. 16. de dilation.* ad dicendum de nullitate aduersùs Tribunalium decreta præfixos, de momento ad momentum currere etiam diebus feriatis, vt decisum refert *Dom. Consiliarius Roccus in Respons. 2. in fin.* quam iterùm amplexatum fuit S.C. in causa Io: Baptistæ Cammardella cùm Agnesia Tafuro sub die 18. Augusti 1659. ad relationem *Dom. Consil. D. Ioannis Vallanilla*, penès Actorum Magistrum de Neapoli, vt scribit *Dom. Consiliar. Petra ad Ritus M. C. V. Rit. 6. num. 7.* itàq; demùm refert *Dom. Alsimar. ad Reg. Rouitum decis. 16. num. 3. vers. Quamuis*, in causa Ill. Blasij de Amato, y Acugna cùm Duce Secli eius fratre; quin in causa Ill. D. Cæciliæ Aquauiua Ducissæ Laurentianæ, cùm Ill. Duce Adriæ, decreto S. C. lato sub die 20. Decembris 1660. (quo prouisum fuit, quòd procedatur in S.C. perito compromisso non obstante) notificato Procuratori Ill. Ducis die 25. Iunij 1661. oppositis nullitatibus, & præsentatis die 4. Iulij, decreto eiusdem S.C. referente nobilissimo, doctissimoq; viro *Dom. Consiliario D. Blasio de Boliaga*, prouisum fuit, Nè recipiantur nullitates, in Banca de Licto, tametsi contrarium rem hanc circà decisum referāt *Dom, Consiliar. Hodierna in cap. 48. suarum Controuers. forens. & Reg. de Marinis in Arrest. 709.*

PROLOGOMEN.

Traditur solēnis distinctio pro decisione quæstionis, an laudum nullitatis labe maculatum dicatur, si vltrà ea, quæ in compromisso expressa fuere, prolatum fuerit, ex qua etiam resoluitur, illud nullitatis maculam nec aufugere posse pro parte illa, pro qua Arbitri Iusdicentes erant competentes, paritèrq; si omnes non terminet differentias in compromisso deductas, nisi accedat cl ausula coniunctim, vel diuisim terminandi, ad ornatum *decis. 173. Dom. Præs. de Franchis.*

RERVM SVMMA.

1 *Laudum vltrà in compromisso expressa prolatum non dicitur nullum.*
Intellige, vt num. 10.
Amplia, vt num. 11.
2 *Facultate concessa pronunciandi super principalibus, illa etiam concessa dicitur pronunciandi super coherentibus, & connexis.*
Intellige, vt num. 8.
3 *Delegata principali causa, delegata censentur omnia accessoria ad illam.*
4 *Præscriptio ad accessoria extenditur.*
5 *Præscribens fundum, seruitutem etiam fundo competentem præscribere censetur.*
6 *Arbitri super fructibus in compromisso minimè expressis pronunciare possunt.*
7 *Fructus sunt pars, & viscera fundi.*
9 *Accessorium quando sui principalis naturam non sequitur.*
12 *Arbitrorum potestas à facultate eis à partibus in compromisso tributa regulatur.*
13 *Arbitri potestatem illam excedentes nullitèr agunt ex potestatis defectu.*
14 *Quod ex partium ratificatione non, nisi tanquàm pactum de nouo initum valere potest.*
15 *Laudum nullum dicitur, etiam pro parte illa, pro qua Arbitri erant Iudices competentes, & num. 16.*
17 *Locationis contractus rerum Ecclesiasticarū factus vltrà triennium, in totum irritatur.*
18 *Cùm agitur de contrahenda obligatione, actus si non valet, vt fit, neque valebit, vt fieri potest.*
19 *Forma est indiuidua.*
20 *Laudum differentias omnes compromissas non determinans nullum est: & num. 22. & 23.*
Limita, vt num. 29. & num. 31.
21 *Iudex, si in libello proposita sunt plura seperata ca-*

Digitized by Google

capitula super vno pronunciare valet.
54 *Sententia nulla dici sententia non potest.*
25 *Nullitas euidens, & notoria ex actorum inspectione resultans reiecta minimè censetur à statuto illas reiciente, & num. 27.*
26 *Nullitas eisdem ex actis scaturiens sententiæ exequutionem impedit.*
28 *Tametsi in rem iudicatam transacta sit.*
30 *Arbitratores, qui verè dicuntur, & an omni iuris ordine prætermisso procedere possint.*

OBSERVATIO VI.

ETsi, nullitatis labe maculatum haùd dici laudum vltrà in compromisso expressa
1 prolatum, quando illa cohærentia sunt, & connexa rebus in compromisso deductis nonnulli arbitrati fuerint, ex quo tunc ex tacita compromittentium mente data facultate pro-
2 nunciandi super principalibus, censeatur etiam data facultas pronunciandi super cohærentibus, & cõnexis, iuxtà *text. in cap. prudentiam, §. si verò, de offic. deleg.* vbi notant *Doctores*, quòd dele-
3 gata principali causa, delegata etiam censentur omnia accessoria ad illam causam, quem *text. ad* id notauit *Alber. in l. cùm principalis, D. de regul. iur.* aduertitquè *Aim. de antiqu. tempor. part. 4. in princ. num. 67.* subnectens, quòd consue-
4 tudo, seù prescriptio, etiam quòd stricti sit iuris, dequè sui natura non extendenda, extentionem ad accessoria admittit nihilominùs, & fundum
5 præscribens, seruitutem etiam fundo competentem præscribere censetur; & *Anna* in terminis præsentis decisionis *in singul. 35.* firmat, valere
6 Arbitros sup fructibus, licèt in cõpromisso haùd expressis, iudicare, adnectitquè, quòd ità S.C. pronunciauit in causa Ill. Marchionissæ Piscariæ, & dixerant *Innoc. in cap. ex parte, de Arbitr. Felin. in cap. causam, n. 5. vers. Vbi in mandato de re iudic. Addent. ad Bart. in l. cùm Aquiliana, verb. Compromissum, de transact. Azo. in tit. de recept. Arbitr. num. 27. Chart. decis. Genuens. 5. num. 9. & 10.* quia naturalitèr cohærent,
7 & sunt pars, & viscera fundi, inquiente *Caio l. C. lib. 28. ad edictum prouinciale*, notat. *in l. fructus pendentes 45. D. de rei vendicat.* vbi *Gloss.* notat, *& sic eadem vendicatione veniunt propter vnitatem*, & sequitur *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 7. num. 38.*

Nihilò tamèn minùs incompertum est, id in
8 eo dumtaxàt casu procedere posse, quando nempè cohærens illud, & connexum à suo principali est adeò inseperabile, vt necessariò sinè illo explicari, & decidi minimè possit, vti *Author* noster firmat *hic*, & post alios comprobat *Scaglion. in Comment. ad Pragm. Odia, de Arbitr. n. 78.* vbi enim diuersa militat ratio, & in separatis, tunc equidem id locum non habet, cùm hoc casu ac-
9 cessorium sui principalis naturam non sequatur, vt post alios obseruant *Card. Tusch. concluf. 76. num. 36. & concluf. 79. num. 4. litt. A. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 16. n. 69. Thom. de Thomass. in florib. legum, Regul. 8. in declarat. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. comp. 12. n. 22. Mierez de Maiorat. part. 1. quæst. 10. num. 54. Brunor. à Sole in locis commun. verb. Accessorium.* vndè ità intelligendam fore erudimur sententiam illam com-
10 muni Doctorum voto receptam, nempè laudum nullitatis vitio laborare, si vltrà ea, quæ in compromisso expressa fuerunt, prolatum fuerit, quã præsertim per *text. in cap. peruenit, de arbitr. in l. non distinguemus, §. de officio, & in l. si cùm dies, §. plenum, D. eod. tit.* sectantur *Bartol. in l. cùm Aquiliana, num. 4. D. de transact. Afflict. decis. 117. Bartius decis. 6. & 112. Io. Baptista de S. Blasio de differ. inter Arbitr. & Arbitrat. quæst. 72. num. 45. Scaglion. vbi supr. à num. 75. D. Iulius Caponus de pactis, & stipulationib. quæst. 7. de indiuiduis impropriis, num. 54.* & nouissimè subscribere videtur eruditissimus I. C. omniquè laude dignissimus Dominus *Caietanus Ageta in sua epitome fori feudalis, assert. 3. §. 2. post litt. Q. fol. 12.* atquè etiam fuit de mente *Pauli de Castro in l. si de certa, C. de transact. & in cons. 36. vol. 2.* nec non *Cornei in consil. 188. col. 3. vers. Confert, vol. 3.* vbi inquit, huiusmodi
11 sententiam procedere, etiam si in compromisso diceretur, quòd de iure, & de facto procedatur quippè quod, cùm omnis Arbitrorum potestas
12 à facultate eis à partibus in compromisso tributa reguletur, vti constat in proximè citatis iuribus, & docent *Bartol. in l. cùm Aquiliana*, vbi etiam *Iason num. 3. D. de transact. Author noster in decis. 64. n. 6. Consiliar. Staibanus in Resolut. 57. num. 7. tom. 1. Dom. Iudex Philippus Marescha in Diatyposi reconuention. Enarrat. 2. num. 155. Francisc. Ansaldus de iurisdictione Ecclesiastica, part. 2. tit. 11. cap. 21. num. 104.* ea, quæ in ipso
13 compromisso ipsis specialitèr sunt demandata, excedere nequeunt, & excedentes nullitèr agunt ex potestatis defectu, vt mirabilitèr *Bartol.* docet *in d. l. cùm Aquiliana, num. 4. vers. & quod prædicta*, & sequuntur *Alex. consil. 135. num. 9. vol. 6. & consil. 48. num. 10. vol. 7. Corn. consil. 144. & 168. vol. 1. noster Author 1. forens. cap. 162. num.*
14 10. quò fit, vt neque substineri possit, quamuis partium ratificatio subsequatur deindè, nisi tanquàm pactum de nouo initum, nàm, etsi à partibus ratificatum fuerit, & confirmatum, in vim tamèn pacti, minimè autem in vim laudi valere, comperimus ex argum. *in cap. examinata, de confirmat. vtili, vel inutil. & in l. 2. C. comm. vtriusq; iudic. Bald. in cap. 1. §. sententia quoque, de pace constan. Afflict. decis. 117. n. 6.* ibiq; *Vrsill.* quos, & alios referens lectatur *Dom. Iulius Caponus d. loc. suprà indicato.* Verum si queratur.

Possit nè laudum prò parte illa, prò qua Arbi-
15 tri Iusdicentes erant competentes, validum dici? Respondeas, illud nullitate scatere, tùm ratione voluntatis indiuiduæ: tùm etiam ratione iuramẽti, *Gloss. in l. siquidem, C. de except. Boer. decis. Burdegal. 243. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 107. n. 30. Dom. Marott. Discept. 37. num. 19.* Vndè *Reg. Lanar.* rectè *in consil. 33.* docuit,
16 compromissum nullum quòad certa capita ex Regij assensus defectu esse nullum in totum, aliorum etiam capitum respectu, quæ Regiõ non indigebant assensu, ex actus indiuiduitate: & satis ad rem nostram *Rota Romana in decis. 30 num. 3. part. 1. in nouiss. recollect. per Farinac.* post
17 multorum Auctoritatem in disceptatione illa, an locationis contractus rerum Ecclesiasticarum triennium vltrà factus, valeat in ipso triennio tantùm, an verò in totum irritetur; tenet indistin-

Digitized by Google

ctè, contractum in totum corruere, & irritari: tùm quia, vti patet in *Extrauag. Ambitiosæ, sub tit. de reb. Eccl. non alien.* lex irritando contractum in ipso formationis actu procedit: tùm etiã, quia in his, quæ à duorum voluntate pendent, &
18 de contrahenda obligatione agitur, si actus non valet, vt fit, neq; valebit, vt fieri potest, ex *Bartoli* doctrina communi calculo recepta *in l. 1. §. si quis ità. D. de verb. oblig.* & trita hoc circà regula circumfertur, quòd nempè in legem contrà factis, si non valet, quod fit vltrà, neq; valet, quod
19 fit intrà, nàmq; cùm forma sit indiuidua, separari nequit, si contrà eam fiat, *Forma indiuidua est: pars formæ, aùt operis nulla est* scribit *Gothofr. in expositione ad Cai l. C. Responsum in l. si is, qui 79 §. quadam legata, D. ad legem Falcidiã*, & recensèt *Dom. Dominicus de Rubeis in forensium certaminum specimine, Certam. 6. num. 78. in Apostill.*

20 Hinc fit, laudum nullitatis vitio subiaceri, nec subsistineri posse, quando super capitibus omnibus in compromisso contentis Arbitri pronunciare desierunt, nàm compromissæ omnes differentiæ, sunt omnes simùl terminandæ, ità vt non possint aliquæ decidi, & aliæ indecisæ relinqui, quemad-
21 modùm Iusdicentes, qui propositis pluribus separatis capitulis in vno libello, super vno, vel aliquibus ex eis pronunciare possunt, vt ex *Baldo in l. quid tamèn, D. de arbitr.* firmat *Præs. de Franchis in decis. 173. num. 5.* & comprobat *in decis. 354. num. 4.* nec non *Ant. Faber in Cod. tit. de Arbitr. defin. 4. Costa de portione rata, quæst. 137. num. 9 Author noster tom. 3. discept. forens. cap. 486. num. 39. Cancer par. 3. Var. Resolut. cap. 17. num. 84.* vbi id ex eo procedere asserit, quia cùm compromissum ex mera compromittentium vo-
22 luntate pendeat, præsumitur, cùm super diuersis capitibus est factum, partes super vno capite non compromissuras, nisi & super alio compromissum esset, sicq; voluisse, aùt super omnibus, aùt super nullo ius dici, argum. *text. in l. si quis aliã, D. de solut.* & sentit quoq; expressè *Alberi. in l. 1. num. 3. C. si aduers. rem indic.* vbi tradit, quòd in dubio, partes compromittentes semper voluisse præsumitur, vt de capitibus omnibus simùl Arbitri pronunciarent, & non aliàs; sicq; meritò, attentis potissimùm suprà elucidatis, dicendum videtur, Arbitros, cùm eorum potestas à partium voluntate in sententiando, licèt haùd in sic sentẽtiando, pendeat, voluntatem eorum contrà, aliqua
23 capita decidere, & alia indecisa relinquere, minimè posse, & si secùs fierent, laudum nullitatis labe maculatum erit, & exequutioni mandari haùd poterit, prout rectè exequutioni cuiusdam Arbitralis sententiæ opposuit *Cancer.* vt ipsemet testatur *vbi sup. num. 88.* non obstante, quòd de municipali Cathalauniæ iure, nempè per *Constit. §. incip. Primerament. tit. de Arbitradors*, cautum erat, nè arbitralis sententiæ exequutio per quamcumq; nullitatis exceptionem impediatur, si sit præstita cautio per illum, in cuius fauorem dicta arbitralis sententia lata fuerit: tùm quia illa arbitralis sententia erat nulla (ex quo arbitri non habebant sententiandi potestatem, nisi ex partium voluntate, & cùm eis data haùd fuisset potestas ad sententiandum super vno capite, alio omisso, nullitèr sententiauerant), sicq; non poterat dici
24 sententia, cùm sententia nulla dici sententia non possit, *l diuus, D. de testam. milit. Bart. in l. 2. D. qui satisd. cogan.* & alij communitèr: tùm etiam, quia cùm dicta nullitatis exceptio esset euidens,
25 & notoria, ex actorum inspectione resultans, per allegatam Constitutionem reiecta non censebatur, vt præcœteris firmat *Rota in nouiss. decis. 666. num. 2. par. 1.* vbi dicit, nullitatẽ, quæ ex ipsis actis resultat, reiectam nunquàm censeri, quibuscumq; verbis statutum loquatur, & multis relatis comprobat *Viuius decis. 53.* vbi ait, nullitas eisdẽ
26 ex actis scaturiens exequutionem impedit, adnectens, hoc in omnibus supremis Tribunalibus seruari, quin nunquàm notoria nullitas à statuto,
27 prohibente dici de nullitate, exclusa censeatur, notant *Laderch. cons. 79 num. 3. Antonell. cons. 45 Amat. dec. 33. Viuius opin. 816.* quos sequitur *Dom. Consiliar. Petra ad Rit. M.C.V. Rit. 166. sub num. 221.* adijciens, impedire exequutionem
28 sententiæ, etiam in rem iudicatam transactæ, ex *Gramm. cons. ciuil. 43. num. 2. Antonell. cons. 64. num. 13. Reg Capyc. Latr. decis. 69. num. 25.* & ex *Dom. Francisco Maria Prato in Respons. Criminal. 34. num. 23.*

Ex allegatorum autem nonnullorum Doctorũ etiam voto id restrictum noscimus, vt nempè mi-
29 nimè procedat, clausula coniunctim, vel diuisim terminandi accedente, vt etiam exposuit *Pract. Papiens. de forma libell. comprom. Gloss. dimittendum donum, num. 1.* vbi, quòd si actum est in compromisso, quòd Arbitri super singulis separatim pronunciare possint, valet laudum, si secùs, quòd nullitati est obnoxium, & perbellè notauit *Author noster in d. cap 486 num. 40.* atq; acerrimè tuetur *Dom. Consiliar. Staibanus in Resol. 57. à num. 28.* qui ità consuluisse refert contra allegatam *Præs. de Franchis* decisionem, cuius acerrimum propugnatorem tradit extitisse *Consiliar. Prouenzalem* causæ Commissarium, & quòd causa non fuit decisa, quæ si decidebatur, fortè dictam decisionem contrà fuisset iudicatũ, quod referens sequitur *Dom. de Luca ad Frãch. Obseru. 173. num. 2. in fin.*

Prædicta tamèn ità dilucida oratione proposita in Arbitris dumtaxàt locum obtinent, minimè
30 autèm in Arbitratoribus, siuè amicabilibus compositoribus, qui ex communi, & vnanimi litigãtium consensu, absq; stipulationis pœna, Iudices destinantur, atq; constituuntur ad eum finem, vt omni iuris ordine prætermisso, interè eosdem disponant, prout potiùs ipsis æquitati congruum videtur, vt ICti omnes exponunt in *Proculi* Responso relato *in l. societatem 77. D. pro socio*, notatur in *Auth. Si verò, C. de iudic.* & inter alios tradit *Ill. Dom. Reg. Capycius Galeota Controu. Illustr. tom. 1. Controu. 39. num. 2.* quem laudat *Dom. Rodoer. ad Reg. de Marin. cap. 45. num. 12.*
31 nàmq; illi potestatem largissimam habent, & super vno dumtaxàt capitulo, cæteris omissis, pronunciare poterunt.

PROLOGOMEN.

Naturalem parentum ergà liberos charitatem, ac vicissim officiosam liberorum in suos parentes venerationem, paternam legitimæ petitionem magna commendatione fouere probatur, vndè concluditur, illam patri debi-

Digitized by Google

bitam etiam esse in bonis filij Religionem ingressi ab emissæ professionis die naturali morte minimè expectata, & ex complurium Iurium locis elucidatur, comprobaturq; Id quod in matre locum paritèr habere eruditur, nec non etiam è conuersò, vt illa debeatur filijs in bonis patris statim sequuta eiusdem patris professione.

RERVM SVMMA.

1 *Legitima debetur patri in bonis filij Religionem ingressi ab emissæ professionis die, vt num. 7. & 18. pariq; modo, quo filio debetur legitima in bonis patris, num. 5.*
Amplia, vt num. 15.
2 *Factum filij, etsi laudabile, ius suum patri non aufert.*
3 *Parentes non amare impietas est, non agnoscere insania.*
4 *Filius multò plus debet patri, quàm pater filio debet.*
6 *Ordo, qui in descendentes, in ascendentes etiam seruatur.*
8 *Mors ciuilis in materia successionis legitimæ eosdem effectus, quos naturalis mors, operatur, & num. 14.*
9 *Patronus cùm deportatur, eius filio competit bonorum possessio in bonis liberti.*
10 *Conditio si patris morte filius sui iuris fiat ad casus omnes trahitur, quibus patria potestas soluitur.*
11 *Patronus ius omne consequitur in bonis libertini damnati, prout si ille libertinus naturali morte decessisset.*
12 *Vsusfructus patri filij contemplatione quæsitus, statim ipso iure filio acquiritur, si pater magnam capitis diminutionem patiatur.*
13 *Sponsus lucratur illud omne quod ex pacto in mortis casum exigi conuentum fuerat, cùm alter ex sponsis solitariam vitam professus Monasterium ingreditur.*
16 *Filij professi in Religione bonorum, capaci iura sanguinis, successionisq; retinent.*
Intellige, vt num. 17.
19 *Monasterium filij loco habetur, in casibus tamèn expressis, num. 20.*
21 *Legitima debetur matri in bonis filij Religionem ingressi statim professione sequuta.*
Amplia, vt num. 22.
23 *Filij per professionis emissionem pro mortuis habentur, quò ad ius præsertim iniuria, & vindicta.*
24 *Quod ius personale est, adeò vt nec cedi, nec ad hæredes transire possit.*
25 *Ius personale cùm ipsa persona extinguitur.*
26 *Legitima filijs in bonis patris debetur statim sequuta eiusdem patris professione.*
Amplia vt num. 27.

OBSERVATIO VII.

CRebrò in disquisitionem vocari commiscimur, iurgium hìc discepratum, nè-pè patri an debeatur legitima in bonis filij Religionem ingressi; frequentiusq; illud circà aientem opinionem amplexati comperimus ex *Merlino* potissimùm, qui integrum composuit *de legitima* tractatum, *lib. 5. tit. 3. quæst. 3. num. 12.* nec non ex *Azorio Instit. Moral. par. 1. lib. 12. cap. 8. quæst. 8. Marta de successione part. 4. quæst. 4. artic. 3. num. 17. fol. 84.* qui illic etiam refert, quòd opinio isthæc canonizata fuit per Rotam in vna coràm D. Otembergo die 31. Maij, 1607. in qua ipse patrocinium præstitit, vt testatur *in dicta quæst. art. 4. num. 54. fol. 92. Cutell. de donation. contemplat. matrim. tom. 1. discurs. 2. particul. 14. num. 53. in fin. Genuens. in pract. Eccles. quæst. 191. num. 2. & 3. Vrceol. Consult. 17. num. 62. Fachin. Controu. iur. lib. 6. cap. 13. vers. Ego priorem sententiam; Bottilier. de succes. ab intest. cap. 2. theorem. 67. num. 11.* & demùm ex doctissimo *D. Francisc. Verde in sua Pantonomodid. lib. 2. tit. de legitima, lemm. 35. num. 1965.* quorum hercle suffragio eruditur, omni assistente iustitia decisum fuisse, quò ad legitimam succedere patrem in bonis filij ingressi, excluso Monasterio, vt noster testatur *Author hic, antè num. 5.* & demùm, quia iuris ratio haùd
2 paritur, vt factum filij, etsi laudabile, auferat ius suum patri, cùm certum, inflexumq; sit, patri in filij bonis deberi legitimam, nàm & naturalis parentum ergà liberos charitas, ac vicissim officiosa liberorum in suos parentes veneratio, paternã legitimæ petitionem magna commendatione fouet, vndè *Seneca lib. 3. de Benefic.* inquit, *Parentes non amare impietas est, non agnoscere insania;* itàq; tametsi de re laudabili, præq; causæ fauore agatur, quid tamèn iniquius excogitari potest, quàm si in isthac pietatis quæstione nullus paternæ reuerentiæ locus assignetur? aùt quisnam tàm infesto, & duro pectore esse potest, qui non
3 fateatur, filium multò plus debere patri, quàm pater filio debet, nàmq; *pietas est voluntas grata in parentes*, vt inquit *Cicero pro Plancio*, *Et Quicquid est, quod dat Patrì filius, vtiq; minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet*, vt ait *Seneca lib. 1. de honesto*, quare *Traianus* summè à *Plinio* laudatur, quòd quemadmodùm in patris filius, sic in filij hæreditate pater esset immunis, nec lacrymas parentum vectigales esse patereturr, *Bona filij*, vt ipsemet *Plinius* inquit in *Panegy. pater sine diminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus.* An igitùr paterni numinis religionem tanta iniquæ mentis gratitudine violari patietur, vt quemadmodùm pater filijs legitimã debet, nõ idem etiã in patentũ fauorem sanciatur: Quamobrèm rectè, ac meritò addimus, illam pari modo
5 deberi, ac legitima filio in bonis patris debita: quandoquidem demùm hodiè omne sublatum
6 est discrimen ascendentes inter, descendentesq; in ordine successionis, ità vt, qui in descendentium successione seruatur, sit & etiam in ascendentium ordine seruandus, adeò vt si filijs purè sinè onere debeatur legitima, sic; sit illa institutionis titulo relinquenda, & si minus legitima relictum sit, supplementum competat, fructusq; in ea per filios minimè imputentur; ità, & idem de parentibus affirmandum est, cùm eisdem gubernetur regulis, vt in §. *quæcumquè, vers. primũ itaque, Auth. de hered. & falc. Barbat. cons. 24. lib. 3. Rot. decis. 62. par. 5. recentior. Anton. Faber in Cod. lib. 3. tit. 19. de inoffic. testam. defin. 6.*

Mer-

Digitized by Google

Merlin. vbi sup. lib.2. tit. 2. quæst. 32. num. 15. Dom.Rodoer. nouissimè *ad Reg. de Marin.cap. 253.num.3.*

7 Illamq; prætereà debitam esse patri ab emissæ professionis die, illius naturali morte minimè expectata,constat ex *text.& Glos.in cap. cũ simus, de regul.*vbi probatur, tradendã esse filio portionem legitimam ex bonis patris Religionem professi, statim non expectata patris morte, quem *textum* ad hoc singularem esse notat ibi *Abb. & Bald.in Auth.Si qua mulier, num.38. C.de Sacros.Eccl.*& in *cap.in præsentia, num.58. & 59. de probat.* aduertens, sententiam hanc æquiorem esse,æqaitatiq; canonicę conuenire, & vti talem vtroq; foro seruari oportere, tradit *Conarr. in cap.2.de testament.num.7. circà med.* alijsq; adductis benè probat *Honded. cons. 60. lib. 2.* & vtraq; manu amplectuntur *Angel.de acqu.possess. quæst.8.art.25.num.660.Carpan.ad Statut. Mediol.cap.485.num.85. Merlin.d.quæst.3.num.8.* 11. *& seq. Barbat. de diuis. fruct. part.2. cap.2. num.75.& seqq.Facchin.d.cap.13. Dom. Verde* alios congerens *d.num.1965.* filij enim ab emissę
8 professionis die pro mortuis habentur, & ciuilis illa mors ad effectũ huiusmodi eosdem effectus, quos naturalis, operatur, cùm professionem post Domini esse desinant, & dominium in Monasterium transeat, *Auth. ingressi,* vbi *DD. C.de Sacros. Eccles.* prout in non dissimili casu traditur,
9 quòd cùm patronus deportatur, eius filio competit bonorum possessio in bonis liberti, *neque enim impedimento est ei talis patronus, qui mortui loco habetur*, scribit *Paulus I.C. lib. 42. ad edictum*, notatus *in l.si necem Domini, 4. D.de bonis libertor.* nàm *intereunt homines quidem maxima, aùt media capitis diminutione, aùt morte*,tradit *Vlpianus I.C.lib.31.ad edictum*, relatus *in l.verum est, 64.§.societatis, D.pro socio*, vndè etiam apùd eumdem *Vlpianum in l. si ità esset, 15.D.quando dies legat. vel fideicomm. cedat.*, si fideicommissum relictum sit sub ea con-
10 ditione,si patris morte filius sui iuris fiat,isthæc conditio ad casus omnes trahitur, quibus patria potestas soluitur, veluti emancìpationem, patris deportationem,cæteroſq; similes casus, etenim per emancipationem, aùt patris deportationem filius non minùs sui iuris sit, quàm si pater verè, ac naturaliter mortuus esset: sic pariter liber-
11 tino damnato patronus ius omne consequitur, quod in bonis eius habiturus fuisset, si libertinus, in quem animaduersum est, morte naturali decessisset, *l.si in libertinum, D.de bonis libert.*
12 & demùm cùm vsusfructus patri per filium quæsitus est, atq; eo vsufructu pater non suo iure, sed filij contemplatione fruebatur, si pater magnam capitis diminutionem patiatur, commodum perceptionis fructuum statim ipso iure filio acquiritur, *l.final. C.de vsufruct.* Deniq; ad rem magis accedendo suadetur hoc idem ex casu
13 illo, cùm scilicèt vnus ex sponsis solitariam vitam professus Monasterium ingreditur, quòd alter lucrari debeat quodcumq;ex pacto in mortis casum exigi conuentum fuerat, habetur ex *Imperatoris Iustiniani* Constitutione *in l. Deo nobis,44. C.de Episcop. & Cleric.* quoties enim
14 de tollendo,& amouendo ciuili aliquo impedimento agitur,fauor,& æquitas suadent, vt ciuilis illa naturali morti æquiparetur, & effectus omnes,quos naturalis mors,operetur;Igitùr eo fortiùs hoc isthac in nostra quæstione firmandum est, in qua naturalis parentum ergà liberos charitas, ac vicissim officiosa liberorum suos in parentes veneratio, legitimam deberi,magna commendatione fouet.

15 Hinc meritò id procedere dicimus, siuè Monasterium capax sit, siuè non bonorum, vt optimè *Merlin.in d.lib.5.tit.3.quæst.3.num.14.* nàm
16 etsi filij professi in Religione bonorum capaci iura sanguinis,successionisq; retineant, vt ex eorum persona Monasterium successionem capere possit, *dict. Auth.ingressi, Surd.cons.557. num.* 14. nihilò tamèn minùs id in bonis dumtaxàt
17 obueniendis filijs ex successione ab alijs prouenientę, vel in illis, quæ professionis tempore filiorum erant,procedere compertum est, minimè autem, vbi agitur de reuocanda legitima per ciuilem mortem in hoc naturali æquiparatam ab ipsis iàm abdicata:impossibile nàmq; est,& à iurium dispositione prorsùs alienum, quòd Religio ex fictionis vi viuam illam repræsentet personam, quæ à lege, morte minimè expectata, mor-
18 tua fingitur in legitima tribuenda patri de iure debita, eiq; dictæ ciuilis filiorum mortis tempore iam quæsita, cùm cæteroquin ijdem filij mortui simùl, & viui censerentur, mortui scilicèt, vt pater succederet,& viui, vt proprietatem ipsi retinerent, vndè cùm ad effectum, vt pater illis succedat, pro mortuis habentur, pro mortuis etiam haberi debent, vt pater liberè plenam habeat proprietatem; Optima ità; methodo suadente dicendum consequitur, quòd.

Neq; laudatæ nostræ, & probatæ sententiæ obicem facit brocardicum illud, quod tàm frequentèr per Pragmaticorum ora circumfertur, nempè, Monasterium filij loco haberi, sicq; pa-
19 trem à legitima excludere;etenim communiori, æquioriq; opinione attenta, ad effectum huiusmodi loco filij non habetur, vt in specie probat *Abb.in cap.in præsentia,num.53.vers.Sed dubiũ de probat.* sequitur *Americ. de patria potest. effect. 16. cap.vltim. num. 76.* demùmq; *Carpan. dict.cap.485.*nec non *Merlin. dict.quæst.3.num.* 12. & *Ceuall.commun.contrà comm. quæst.808. num.40.vsq;ad* 47.vbi aduertit, hoc menti tenendum esse, tanquàm practicabile, & de pane lucrando, sectanturq; *Castill.de vsufruct. cap.64. num.10.& cap.65.num.2. Guttier.lib.2. Canon. QQ.cap.1. num.96.* & comprobare videtur *Molin.de Hispan. primog. lib.2.cap.9.num.45.* vbi, quòd Monasterium habetur loco filij in casibus
20 dumtaxàt à iure expressis, vt firmant, quos ipsemet allegat *num.40.* quamobrèm cùm hoc in casu, quòd loco filij habeatur, nedùm non sit expressum,immò contrarium determinatum, vt ex his liquet, abdubio dicendum est, nostræ non aduersari sententiæ.

Extensionem equidem ex laudatorum omniũ
21 Doctorum voto firmatam hanc sententiam recipere constat, vt scilicèt procedat,siuè vt idem, quò ad legitimam matri debitam, dicendum sit, nàm etiam ei debetur legitima in bonis filij statim professione sequuta, vt per *text. in. dict. cap. cùm simus, de regul.* firmat quoque *Censal. ad Peregrin.de fideicomm. art. 36. col. 1. in princ.*
22 & ret decisum Romæ refert *Reg. de Marin.lib. 1.Quotid. Resol. cap.253.* quamuis ad secùnda

tran-

Digitized by Google

transeat vota, vt reprobata *Gloss. in Auth. ex testamento, C. de secund. nupt.* voluit *Bart. ibid. num. 1. & in §. hoc autem, num. 1. de non eligend. secund. nub.* atque demùm *Ruyn. cons. 8. num. 18. & cons. 21. num. 2. lib. 3. Rot. decis. 629. n. 1. part. 1. recēt. Author noster* alijs adductis *tom. 5. Discep. forens. cap. 950. num. 10. Mangil.* latè *de imputat. & detract. quæst. 1. num. 10. cùm seq. & quæst. 7. num. 9. & 10. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæst. 1. num. 14. Vrceol. d. Consult. 17. num. 63.*

23 *D. Verde in d. lemm. 35.* nàm filij cùm per professionis emissionem prò mortuis habeātur, quòad ius præsertim iniuriæ, & vindictæ, vti *Dec.* exponit *in cap. in præsentia, num. 224. de probat.* nec non *Feder. de Senis in cons. 35. num. 3.* quod,

24 cùm eorum fauore inductum sit, personale est, *Bald. in Auth. ex testamento, num. 6. & 8. C. de secund. nupt. Alex. cons. 63. num. 2. & 3. lib. 5. Riminald. Iun. cons. 305. num. 105. & seq. Ceuall. commun. opin. quæst. 611.* & latè rationibus, & auctoritatibus comprobat *Sanchez. de matrim. lib. 7. disp. 89. num. 37.* adeòut nec cedi possit, nec ad hæredes transeat, *l. si cùm, §. fin. D. si quis caut. & l. 1. §. hæredem, D. de priuat. debit.* ex eorum persona de trāsitu ad secundas nuptias opponi non potest, ità quòd siuè sit pœna, siuè sit legis prouisio, quòd mater ad secunda transiens vota proprietatem amittat, cessat semper de secūdis nuptijs obiectio, quia extantibus filijs locum habet, haudq; ijs mortuis, ex quo ius hoc tanquā

25 personale cùm ipsa persona extinguitur, nec vllo modo ad Monasterium transmittitur. Quibus positis, vt videamus præsens instat locus.

Nostra dilucidata sententia procedat nè è conuerso, scilicèt, an filijs debeatur legitima in bo-

26 nis patris statim sequuta eiusdē patris professione? quam rem circà, etsi conscius sim, quosdam negatiuam sententiam sectatos fuisse, nihilominùs affirmatiuam communiori Doctorum calculo receptam legimus, & ità verior in iure Canonico probatur ex *text. in d. cap. cùm simus, de regul.* vbi expressim deciditur, tradendam esse filio portionem legitimam ex bonis patris Religionē professi statim non expectata patris morte, sequitur illic *Gloss. in verb. Et bona paterna*, & prò absoluto firmant post alios *Argel. de acquir. possess. quæst. 8. art. 25. num. 660. Masin. de confisc. bonor. quæst. 35. num. 58. Michalor de fratrib. p. 1. cap. 33. num. 61. Crass.* de magis cōmuni attestans *in §. legitima, quæst. 12. num. 6. Azebed. in l. 1. nouæ recopilat. num. 45. tit. 8. lib. 5. Couarr. in cap. 2. de testam. num. 7. Vasquez de succession. creat. tit. Qui testari potest, lib. 1. §. 2. num. 47. Cucchus de legitim. Rubr. An augeatur, nu. 17. Merlin. tod. tract. lib. 5. tit. 3. quæst. 3. num. 9. 10. & 11.* vbi sententiam hanc magis communem, vtioremquè etiam dicit, quam quoque tenuit *Rota* articulo pluries maturè discusso in Tudertina legitimæ 3. Ianuarij 1607. coràm Ortembergo, quæ est *decis. 103. impress. post eumdem Merlin. de legitim. Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 14. vers. An verò standum, Less. eod. tract. lib. 2. cap. 41. dub. 10. num. 83. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 8. quæst. 7. & 8. Angul. de meliorat. part. 1. Gloss. 3. n. 27. & 28. Cutell. de donation. tom. 1. discurs. 2. particul. 14. num. 53. & 54.* vbi reprobata distinctione eorum, qui differentiam faciebant inter Religionem bono-

27 rum capacem, & eam, quæ bonorum incapax esset, indistinctè firmat, id procedere etiam si religio in qua pater professionem emisit, bonorum capax esset, ità demùm *Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 485. nu. 85. Dom. Verde* acerrimus huius opinionis propugnator *in dict. tit. de legitim. lemm. 34. num. 1960. & seqq. Merend. lib 9. Controu. Iur. cap. 24. per tot. Facchin. lib. 6. Controu. Iur. cap. 13. vers. Ego priorem*, & nouissimè *Dom. Rodoer. ad Reg. de Marin. cap. 143. num. 10. & cap. 253. num. 2.*

PROLOGOMEN.

Ab appellationis reiectione appellari posse deciditur, idquè tàm si talis reiectio cùm causę cognitione, quàm sine ea facta fuerit, quandoquidem talem appellationis reiectionem damnum parere non reparabile ostenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Ab appellationis reiectione nùm appellari possit recensentur opiniones, & num. 2.*
3 *Auctoris sensus exponitur.*
4 *Si nec secundo, nec tertio prouocare licitum foret, cuicumque Iudici facultas daretur causas omnes inappellabiles reddere.*
5 *Causæ cognitio non reparabile grauamen haùd tollit.*
6 *Causa per appellationem suspenditur.*
7 *Appellatio locum semper obtinet in casu etiam appellari prohibito.*
8 *Appellatio est quædam defensio, & iuris auxilium contrà grauamen.*
9 *Appellationis præsidio Reum priuare, iniquum, & iniustum esse ex pluribus suadetur.*

OBSERVATIO VIII.

TVmidum Iuris vtriusq; pelagum reddit controuersijs locus, ad quem nunc patet aditus: reuocatur in dubium, an ab appellationis reiectionę appellari

1 valeat, & deciditur negatiuè, annotante *Authore* nostro *hic*, si talis reiectio cùm causæ cognitione facta sit, secùs autem si in continenti Iudex appellationem respueret, quia tunc ab huiusmodi aplationis reiectione appellari posset: istamquè decisionem referens se subscribit *Episcop. Riccius in decis. Archiepisc. 105. part. 2.* vbi quoque per dictam Curiam Archiepiscopalem ità conclusum testatur, alios id docentes refert, & sequitur *Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. quibus in causis appellare liceat, vel non, in verb. Appellatio, num. 73.* & præsertim *in vers. Si verò*, vbi quoque memor est de huiusce loci decisione.

2 Hac verùmtamen in re *Capyc. decis. 34. num. 7.* indistinctè firmat, appellantem ab appellationę reiectū iterùm ab ipsa reiectione, scù non admissione appellare debere, prout quoque firmarunt *Plot. in l. si quando, num. 159. C. vnde vi. Mandos. de inhibit. quæst. 74. num. 9. Zabar. cons. 32. num. 1. Rauen. singul. 32. Grauat. ad Vestr. in prax. cap. vlt. num. 23. lib. 7.* & *Mynsig. Obser. 49. cēt. 2.* qui sæpiùs appellantes illaquea-

Digitized by Google

tos vidisse affirmat, eo quia à reiectione prædicta minimè appellarunt: quorum votis Ipse fretus dico, ambigi haùd posse, quòd reiectio istbæc appellationis damnum pariat nõ reparabile, etenim omnis sententia, à qua appellatum fuit, exequutioni mitti poterit per ipsam reiectionem, etsi re uera grauamina contineret, immò quòd absurdum planè foret, cuicunque Iudici facultas daretur, vt & causas omnes per reiectionem ipsam inappellabiles reddere, omniaquè elidere posset, si nec secundò, nec tertiò, prouocare licitum foret: propterea prior *Authoris* nostri sẽtentia optima non videtur suffulta probatione, etsi dicat procedere cognitione causæ interueniẽte, nàm nequè causæ cognitio ad priorem illam sententiam ire cogit, quoniam illa non reparabile grauamen haùd tollit cùm per reiectionem, illam appellationis non conualidetur, minùsque causa ad Iudicem ipsum à quo redeat, nàm per priorem appellationem suspenditur, vt est *text.* in terminis *in l. Chirographis, §. 1. D. de administr. tut.* & fortiùs per vlteriorem illam ab ipsa reiectione, propter quòd semper est appellationi locus, in casu etiam appellari prohibito ex communi Iurisprudentiæ peritorum omnium sententia, de qua *in l. final. C. quor. appell. &c.* & per *Mandos. d. quæst. 74. num. 9.* cùm sit defensio quędam, *cap. cùm specialis, §. porrò, de appellat.* iurisquè auxilium contrà grauamen, *cap. subiectum, eod. tit.* & inuenta, vt oppressis subueniatur *l. per hanc, C. de tempor. appell. Bald. in cap. licèt, in princ. de offic. Ordinar.* vbi *text.* illũ aureũ esse dicit; quid enim iniquiùs, quid iniustiùs, quã innocẽtes, aliquando bonis omnibus spoliatos, libertate exutos, vinculis, & fame multũ, diùq; vexatos, capite deniq; dãnatos, appellatione, hoc est humanæ vitæ præsidio priuare? miserũ est venenata pocula innocẽti viro propinari, miseriùs antidotũ prohiberi? Acerbũ inter breuia, & syrtes, inter Charybdes, & Scillas tempestatum nimbo iactari, acerbiùs effuggij locum naufraganti non esse, manuquè tabulam extorqueri? Funestum viuentes adhùc homines in sepulcrum detrudi, funestiùs angustum aeris spiraculum intercludi, quo exiguam saltèm lucis vsuram capere videantur, dùm diù mori coguntur? durum omni ęgritudinum genere laborare, duriùs Medicorum, ac medicamentorum ope interdici? Idem erit crudeliùs penè dixerim genus si Rei appellatione priuentur.

PROLOGOMEN.

A sententia mixturam possessionis scilicèt, & proprietatis continente appellationis præsidiũ interponi posse traditur, quamq; mixturam ipsa dumtaxàt in sententia considerari debere probatur: quapropter iurgium illud examinatur, nùm iudicium possessorium, si de petitorio incidentèr tractatum fuerit, mixtũ efficiatur: & nùm mixtura inducta dicatur, si in sententia dictum sit, *Donèc fuerit satisfactus*, vel *liberè dimittendam possessionem*, summo verborum compendio exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellationis præsidium interponi potest à sententia possessionis, & proprietatis mixturam continente, & num. 2.*

3 *Caput appellabile nõ appellabile trahit, haùdq; è contrà.*

4 *Mixtura ipsa dumtaxàt in sententia consideranda est.*
Traditur ratio num. 5.

6 *Mixtura an sit, vt cognoscatur, inspicienda sunt dispositiua sententiæ verba, non autem enunciatiua.*

7 *Id attamèn limitatur in possessorijs sui naturæ mixtis.*

8 *Mixtura in sententia non requiritur, cùm & possessorium, & petitorium pari ex titulo venire debent.*

9 *Iudicium possessorium, si de dominio incidentèr tractatum fuerit, mixtum nè efficiatur, & negatiuè resoluitur num. 10.*

11 *Possessorium, si titulus ad possessionem colorandam in eo fuerit productus, mixtum minimè efficitur.*

12 *Mixtura, si in sententia dictum sit,* Donèc fuerit satisfactus, *inducta haùd dicitur.*

13 *Dictio* donèc *non perpetuitatem, sed temporis limitationem importat.*

14 *Mixtura inducta dicitur, si in sententia dictum sit,* liberè dimittendam possessionem.

15 *Liberè, qui aliquid habet, illud ab omni onere exemptum habere dicitur.*

16 *Possessionem alicui in perpetuum adiudicare, idem est, quòd adiudicare dominium.*

17 *Quoties de hereditate principaliter, incidenter verò de possessione tractatum fuerit, tunc iudicium mixtum esse dicitur.*

OBSERVATIO IX.

1 TAmetsi à sententia super possessorio lata appellari nequeat, vti communitèr firmant materiam pertractantes, secùs tamèn esse à sententia, quæ solam non cõtinet possessionem, sed est mixta cùm proprietatè, concludit noster *Author* hic, & firmat *in decis. 150. num. 1.* quam quidem conclusionem communem extorsisse sententiam, constat ex *Decian. Respons. 45. n. 15. tom. 1. Menoch. de adipisc. possess. Remed. 3. n. 187. & de recup. poss. Remed. 9. n. 320. Barbat. de assist. Gloss. 1. n. 89. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 4. n. 2. per tot. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. à n. 729. Rota Rom. impress.* post *Pacific. d. l. decis. 196. num. 3.* & *decis. 239. num. 4. Giurb. decis. 101.* qui ità quoq; per Sacræ Regiæ Conscientiæ Conciliorium iudicatum testatur: & quidem ex eo etenim quando duæ causæ sunt simùl complicatæ, quarum vna appellationem respuit, alia admittit, & sententia est simùl super vtraq; lata, tunc connexitatis, & mixturæ ratione appellatio ab vtraq; admittitur, quia appellabile caput trahit non appellabile, haùdq; è contrà, vt aliorum fulti auctoritatibus exponunt *Giurb. decis. 102. Monach. decis. Lucẽs. 37. num. 52. Thor. part. 2. compend. decis. verb. Exequutio sententia, fol. 201. & part. 3. eod. verb. fol. 405.*

Car-

Digitized by Google

Carleual. de iudicijs, tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 8. num. 15. in fin. Buttilier. de succeſſ. ab inteſt. theorem. 6. num. 17. & cap. 2. theor. 68. num. 7. Barbat. d. Gloſſ. num. 82. & nouiſſimè doctiſſimus Præceptor meus *Reu. Dom. D. Franciſc. Verde in addit. ad Gallupp. in prax. S.R.C. part. 3. cap. 3. num. 40. verſ. Et quando.*

4 Ex quo equidem dictum dignoſcimus illud, mixturam nempè in ſententia eſſe debere, vt poſt alios firmant *Contard. de moment. poſſeſſ. §. 5. limit. 2. num. 12. & ſeq. Pacific. de ſaluian. interd. inſpect. 4. cap. 2. num. 19. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 6. membr. 9. num. 5. Mareſcott. Var. Reſol. lib. 2. cap. 75. num. 8.* docentes mixturam in ſententia ipſa dumtaxàt
5 conſiderandam eſſe, non autem in libello, ſeù petitionibus, etenim à ſententia tantùm appellatur, propter quod *Rota Diuerſ. in deciſ. 34. num. 12. part. 2.* tradit, hoc in caſu inſpicienda eſſe diſpo-
6 ſitiua ſententiæ verba, non autem enunciatiua, veluti ſi in principio ſententiæ enunciatiuè aliquid mixturam continente narretur, & in diſpoſitiuis verbis ad poſſeſſionem ſolùm reſtringatur: verùtamèn id reſtrictionem pati adijcit *Mareſcott. d.*
7 *l. num. 43.* in poſſeſſorijs ſui natura mixtis, putà quia proprietatis cauſa eſt ab illa poſſeſſorij inſeparabilis, cùm plenè de titulo cognoſci oporteat, vndè eſtò, quòd in ſententia haùd ſit mixtura, mixtum iudicatur poſſeſſorium, & appellabile: nec demùm mixturam in ſententia requiri vi-
8 detur, quando vterque pari ex titulo venire debet, cùm tunc apùd omnes receptum ſit, poſſeſſorium mixtum eſſe, & appellabile, vt latiſſimè *Ruginellus* extricat *in §. 2. cap. 3. num. 750. & ſeq. de appellationibus.*

6 Hinc, quod præſertim confert, examinemus oportet, nùm ſcilicèt iudicium poſſeſſorium efficiatur mixtum, ſi de dominio incidentèr tractatũ fuerit: vtputà quando quis petijt, ſe ad Caſtri poſſeſſionẽ reſtitui, in qua eius pater fuerat, & de qua fuerat ſpoliatus, Reus verò oppoſuit, Actorẽ fuiſſe ſpuriũ, ſicq; ei tanquàm illegitimo ſpolij actionem non competere, Actor verò aduerſus oppoſitionem huiuſmodi ſe legitimum eſſe probauit, quo circà pronunciatum fuit, eum vti legitimum ad dicti Caſtri poſſeſſionem reſtituendum eſſe: nùm autem ab iſthac ſententia appellari poſſit? Certè, quia incidentèr deducta eſt illegitimatio,
10 & principalitèr de poſſeſſione actum fuit, appellari non poſſe arbitramur, vt proprijs in terminis per Rotam Romanam deciſum teſtatur *Card. Puteus deciſ. 278. lib. 2.* poſſeſſorium enim iudicium, ſi de petitorio incidentèr tractatum fuerit, neutiquam efficitur mixtum, *Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 155. de acquir poſſ. Cõtard. de moment. poſſeſſ. d. lim. 2. §. 8. num. 19. Pacific. d. cap. 2. nu. 13.* quemadmodum nec etiã
11 poſſeſſorium mixtum efficitur, ſi titulus ad colorandam poſſeſſionem in eo productus fuerit, *Contard. d. lim. 2. §. 9. num. 4. & §. 8. num. 26.* vbi ait, id præcipuè procedere, quando petitoriũ ſuſpenſum eſſet, nàmq; eo caſu omnis cognitio in petitorio facta ad effectũ colorandi poſſeſſionem facta dicitur, quemadmodum receptum fuit in Rota coràm R. D. P. Rubeo in vna Hortana Sanctiſſimæ Trinitatis 15. Iunij 1577. in fine operis *deciſ. 230. num. 1.* vt ait *Pacific. vbi ſupr. num. 12.*

12 Ampliùs, neq; mixtura inducta dicitur, ſi in ſententia dictum ſit, *donèc fuerit ſatisfactus*, vt optimè *Caſar de Graſſis* exarat *in deciſ. 2. num. 10.* & ſectatur *Pacific. dict. cap. 2. num. 14.* etenim verba huiuſmodi vim illam inducendi non habent, cùm momentaneam importent poſſeſſionẽ ad tempus vſq; integræ ſatisfactionis, ex eo quia
13 dictio illa, *Donèc*, limitationem temporis, non autem perpetuitatem importat, *Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. des enfans, §. 5. Pacific. vbi ſup. inſpect. 4. cap. 1. num. 217. Barboſ. de dictionib.*
14 *dict. Donèc, 93. num. 3.* quod vtiq; erit, ſi dictum fuerit, *liberè dimittendam poſſeſſionem*, quia verba illa præportant, vt fiat reſtitutio abſq; recuperationis ſpe, *cap. irrefragabili, in princ.* vbi
15 *Butr. de offic. Ordin.* nàm qui liberè aliquid habet, illud ab omni onere exemptum habere dicitur, *Gloſſ. verb. Liberè, in Clem. dudum de ſepult. Barboſ. d. l. dict. Liberè, 190. num. 4. & ſeqq.* vbi plura ſcitu, notatuq; digna dictam dictionem circà exarat: ſicq; petitorium continere dicitur, etenim, vt *Afflict.* inquit *in deciſ. 299. num. 7. &* 8.
16 idem eſt, adiudicare alicui poſſeſſionem in perpetuum, quòd adiudicare dominium: quoties au-
17 tem principalitèr de hæreditate, incidentèr verò de poſſeſſione tractatum fuerit, vt putà ſi deductum ſit dominium principalitèr agendo reiuendicatione, vel hæreditatis petitione, quibus in actionibus agens principalitèr, ſe hæredem declarari petit, & deindè in bonorum poſſeſſionem, quam defunctus tenebat, immitti, tunc iudicium mixtum eſſe, & conſequentèr appellationis beneficium locum habere, dicendum eſt, vt poſt *Contard.* exponit *Ruginell. d. cap. 3. num. 743.*

PROLOGOMEN.

Per immiſſionem, & aſſociationem alteri conceſſam cùm coloni eiectione poſſeſſione priuari poſſidentem rationibus oſtenditur, ſi tamèn omnes coloni expulſi fuerint: alioqui ſecùs eſſe traditur, ſi non eijciantur, tametſi hi ab ingrediente poſſeſſionem fundum conduxerint, & eidem penſiones ſoluerint, niſi poſtquàm eiecti fuerint, nouum ingredientem recognouerint.

RERVM SVMMA.

1 *Poſſidens animo ſuo, & corpore alieno, per coloni expulſionem poſſeſſione priuatur, ſi tamèn omnes expulſi fuerint: & demùm à toto fundo, & rei conſpectu, vt num. 2. & 5. cùm declaratione tamèn, de qua in num. 6.*

3 *Ciuilis Domini poſſeſſio naturalem coloni inſequitur.*

4 *Colonus ſi in fundo remaneat non eiectus, Dominus, cuius nomine poſſidetur, poſſeſſionem non amittit.*

7 *Coloni ſi antequàm de fundo eijciantur, illum ab eijciente conduxerint, ab eis acquiſita poſſeſſio an dicatur.*
Affirmatiuè notatur num. 8.
Contrarium verò communiori ICtorum calculo receptum eſſe traditur num. 9.
Et recenſitæ opiniones conciliantur num. 10.

11 *Colonus nec verè, nec fictè in Domini præiudi-*

Digitized by Google

cium fundum tradere valet.

12 *Domino aduersùs possessorem competit actio priuilegiati spolij ex capite interuersæ possessionis, si eiectionem antè colonus ingredientem in locatorem, & Dominum agnouerit.*

OBSERVATIO X.

1 IN iurgio, an possessione priuetur possidens per immissionem, & associationem alteri concessam cùm eiectione coloni, concluditur firmatur, si omnes coloni expulsi fuerint, comprobatur isthæc determinatio ex eiusdem nostri *Authoris* voto in *decis.* 132. *num.* 8. atq; demùm *Rotæ Romanæ* impress. post *Pacific. de salu. interd. decis.* 141. *num.* 8. & *decis.* 169. 2 *num.* 5. vbi subnectit, quòd etiam expulsio à toto fundo, reiq; conspectu requiritur, cùm eorum facto Domini possessionem interuertere minimè possint, *l. fin. C. de acquir. possess. l. peregrè*, §. *quibus, & l. quamuis*, §. *si conductor*, ibiq; *Bart. D. eod. Gozad. cons.* 86. *num.* 10. & optima fulcitur probatione, etenim cùm ciuilis Domini possessio 3 naturalem coloni insequatur, expulso colono Dominus ciuilem amittit, quæ super illa naturali per colonum retenta quiescit: indè est, quòd si 4 vnus remaneat colonus in fundo non eiectus, vel expulsus, Dominus, cuius nomine possidetur, possessionem non amittit, neq; eijciens acquirit; quamobrem vt præsens procedat determinatio, opus esse erudimur, quòd omnes, & singuli co- 5 loni, famuli, & animalia eijciantur, quòdue à rei conspectu etiam recedant, vel saltèm, quòd discedant à loco, vacuam dimittendo intranti possessionem, quando tamèn singuli illi coloni rem 6 nomine Domini detinerēt, secùs autem si singuli rei partem possiderent, etenim tunc pro parte colonorum deiectorum dumtaxàt quæreretur possessio, vt notabilitèr *Bologn.* aduertit *in cons.* 6. *num.* 59. At hic modò examinandum venit.

7 Nùm ad possessionem acquirendam sufficiens sit, si coloni non eijciantur, sed hi ab ingrediente possessionem fundum conduxerint, ac eidem pensiones soluerint, ità vt ingressus ille traditionis, eiectionisq; colonorum vim obtineat: hanc 8 rem circà profectò, etsi conscius sim, concluditur suā sententiam sectatos esse *Card. Tusch. lit. P. Conclus.* 406. *num.* 16. *Surd. cons.* 407. *num.* 25. & *seqq. Bologn. d. cons.* 6. *num.* 58. exponentes, quòd colonorum expulsio requiritur, cùm colonus nouitèr possessionem ingredientem recognoscere recusauerit, aliàs secùs: nihilò tamèn minùs 9 cōtraria opinio in iure est verior, & communiori Doctorum calculo recepta, vti præcæteris exponunt, & substinent, *Card. Puteus decis.* 131. *lib.* 2. *Card. Mantic. decis.* 346. *num.* 3. *Sesse decis.* 29. *num.* 28. & 29. *tom.* 1. *Anton. Faber in Cod. lib.* 7. *tit.* 7. *defin.* 4. *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 57 aduertentes demùm, præindicatam sententiam effectum sortiri, quando 10 colonus, postquam eiectus fuerit, nouum ingredientem recognouerit, non autem eiectionem antè, expulsionemuè, etenim si colonus, antequàm à fundo per nouitèr ingredientem eijciatur, eumdem recognouerit, Dominum possessione haùd 11 priuat, cùm nec fictè in eius præiudicium tradere fundum possit, nisi eiectionem post recognouerit ex dictis; Immò si eiectionem antè colonus 12 ingredientem in locatorem agnouerit, & Dominum, priori Domino possessorē aduersùs actio competit priuilegiati spolij ex capite interuersæ possessionis, iuxtà *text. in cap. Ritus*, 135. *in cap. Reg. Ferdin.* 54. ex eo nàmq; actu clarè satis constat, colonum Domini possessionem interuertisse *Card. Tuschus lit. C. Conclus.* 463. & *lit. P. Conclus.* 406. *num.* 20. & *seqq. Ant. Faber d. lib.* 7. *defin.* 4. *Magon. decis.* 38. *num.* 17. & *seqq.* & *decis.* 64. *num.* 12. *Caualean. decis.* 44. *num.* 103. *lib.* 1.

PROLOGOMEN.

Quis si authore Prætore possessionem accipiat, coloni expulsio cùm tota familia an requiratur ad hoc, vt quis sua possessione priuetur, distinctionis moderamine adhibito clarè resoluitur: quidue recensita Prætoris authoritas operetur, & nùm sit maioris authoritatis, quàm factum partis enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Coloni expulsio cùm tota familia requiritur, quando quis possessionem accipit authore Prætore.*
Intellige vt num. 2.
Limita vt num 9.
Declara vt num. 16.
3 *Præcepta mandantes, possessionem capi posse, absque causæ cognitione fieri nequeunt.*
4 *Iudex haud fulminare, sed audire, & examinare debet.*
5 *Possessionis traditio reuocanda est, quando Ius dicens possessorem non citatum expulerit, & expulsum illum in eam iterùm ponere debet.*
6 *Immissio in possessionem non valet, etiam contrà possidentem de facto, si citatus haùd fuerit.*
7 *Possessionem capere nemo valet propria authoritate possessore non vocato.*
8 *Possessor etiam iniustus, antequàm amoueretur, citandus est.*
10 *Immissio facta authore Prætore idem operatur, quod & operaretur colonorum expulsio.*
11 *Iudicis factum dicitur repræsentare factum partis: quod cùm legitimè, & iuridicè factum est, maioris authoritatis esse dicitur, quàm factum partis, vt num.* 12.
Intellige dummodò sub iurisdictionis administratione claudatur, vt num. 13.
Limita in formalibus, quæ specificè impleri debent, vt num. 14.
15 *Iustè possidet, qui authore Prætore possidet.*

OBSERVATIO XI.

1 OPtima methodo dirigente attentis suprà expositis peractum hic extat, an coloni expulsio cùm tota familia requiratur, quando quis possessionem accipit authore Prætore: quamuis enim eā in controuersia affirmatiuè concluſum sit, vt noster testatur *Author hic num.* 11. ipse tamèn contrarium sentire videtur, & quidem optimi cùm iuris probatione, huiusce enim decisionis determinatio locū ob-

2 obtinet, quando Ius dicēs ritè, & rectè haùd processit, vt perbellè *Rota Romana* statuit *in decis. 196. num. 1. impressa post Pacific. de saluian. inter.* vtputà, si possessio capta sit in vim præcepti Iusdicentis nulla præuia citatione, quoniam tūc,
3 cùm præcepta huiusmodi absq; causæ cognitione minimè fiant, vti post alios obseruat *Siluan. in cons. 27. num. 9. & 10.* & si ità facta sint, nullitatis labe sunt maculata, & non valent, *Bart. in l. Iudex*, per illum *text. C. commin. epist.* possessio authore Prætore capta haùd dicitur: Iudex enim, vt
4 idemmet *Bart.* inquit, audire debet, & examinare, non fulminare, iuxtà quoq; notata per nosmetipsos in nostro priori *Menexeno, siue Epitaphio memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium, §. 8. num. 48. Nec* enim *nos contrà inauditam partem aliquid possumus diffinire*, inquit *Pontifex in cap. 1. de caus. possess. & propriet.* idemq; in *cap. eorum, 11. quæst. 3. Eorum, qui accusantur, causas discutere non licet priusquàm canonicè vocati ad Synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veritatem, & intelligat, quæ ei obijciuntur.* & *Id propriè decretum dicitur, quod, causa vtrinq; cognita, pronunciatur à Iudice*, inquit *Lysia, Nec visum hominem, nec auditum damnare, nefas vltimum est*, docet *Marcellin.* & *qui statuit aliquid, parte inaudita altera, aquū licèt statuerit, haùd æquus fuit*, scribit *Menandr.* ità; meritò etiam *Felin. in cap. cùm olim, num. 11. de sentent. & re iudic.*
5 ait, quòd si Iusdicens possessorem expulerit non citatum cùm esset intrusus, possessionis traditionem reuocare, & expulsum in eam iterùm ponere debet, quam doctrinā post alios sectatur *Dom. Consiliar. Staiban. in cētur. 2. Resolut. 121. num. 22.* quia huiusmodi in possessionem immissio nō
6 valet, etiam contrà possidentem de facto, si citatus haùd fuerit, quemadmodùm neq; possessionē
7 capere valebit propria authoritate possessore haùd vocato: idq; etiam procedere, si possessor iniustus sit, docet *Reg. Capyc. Latr. in decis. 190.*
8 *num. 30.* nàm etiam iniustus possessor antequam amoueretur, citādus est, & audiri debet, *Innoc. in cap. cùm olim, de priuileg. Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. Alex. cons. 1. vol. 2.*
9 Secùs tamèn erit, si Iusdicentis iussus iustus foret, quippè quod tunc idem operatur immissio
10 facta authore Prætore, quòd & operaretur colonorum expulsio, attestātibus *Angel. in l. qui vniuersas, §. item cùm Prator, in fin. D. de acquir. possess. Ludou. decis. 9. num. 8. & decis. 69. num. 2. & 3. Seraph. decis. 13. Farinac. decis. 293. num. 5. in fin. par. 1. tom. 1. Sesse decis. 114. lib. 2. Card. Tusch. litt. P. conclus. 406. num. 27. & seqq. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 58.*
11 ea nimirùm suadente ratione, quia Iusdicentis factum partis factum reputatur, canente *text. in l. si ob causam*, vbi *Doctores, D. de euiction.* & in *l. si pignori*, 30. *D. de famil. ercisc.* imnò, quando
12 legitimè, & iuridicè factum est, maioris esse authoritatis, quàm factum partis, tradit *Iaf. in l. à Diuo Pio, §. si emptor, num. 3. D. de re iudic.* dū-
13 modò tamèn sub iurisdictionis administratione claudatur, cùm alioqui, si cæteroquin, *Alex. cōs. 212. num. 7. vers. Secundò respondeo, lib. 6.* vbi, quòd procedit in ijs, in quibus Iusdicens contrà partem inuitam ad actum illum procedendi à lege potestatem habet, & limitat in formalibus, quę
14 specificè impleri debent, cùm Iusdicentis factū minimè sufficiens arbitretur, vbi forma factum partis requirit? Hocq; igitur casu immissus verus
15 possessor efficitur, fructusq; facit suos, *Muta. de cis. 21. num. 6.* cùm iustè possideat, qui authore Prætore possidet, *l. iustè, D. de acquir. possess. Minad. decis. 37. num. 4. Giurb. decis. 89. num. 17. Reg. Capycius Latro decis. 108. num. 1. decis. 130 num. 10. & decis. 190. num. 6. Reg. Marcian. Disputat. 11. num. 3. tom. 1.*

Verùm enimuerò, vt probata *is*thæc sententia locum habeat, opus esse erudimur, quòd immis-
16 sus in possessionem inducatur, nàm ex sola adiudicatione per Ius dicentem simplicitèr facta absq; mandato de immittendo, seù corporea traditione, possessionis effectus haùd oritur, *vbi* enim *iussu Magistratus pignus constituitur, non aliàs constitui, nisi ventum fuerit in possessionē*, docet ICtus in *l. non est mirum, 26. D. de pignoratit. action.* & notat hoc idem *Pontan. de spolio, cap. 14. num. 130. in fin. lib. 2.*

PROLOGOMEN.

Ex complurium præsertim iurium locis probatur, optimo associante voto edoceri, quòd bona in dotem marito data prœuia æstimatione ipsimet marito venditæ censentur, ità vt restitutionis tempore iuxtà eorum valorem in pecunia sint illa restituenda: ex quibus etiam indicatur, doctrinam hanc locum paritèr obtinere, cùm res datæ sunt in dotem pro æstimationè facienda à duobus viris ab vtraq; parte eligendis, qui posteà electi nunquàm fuere: & demùm cùm res ab initio datæ sunt in dotem pro ea æstimatione, quæ ab electis Arbitris definita fuerit, & illi eam æstimationem non definierint; Indè complures recensentur casus, in quibus doctrinam propositam, & declarationes, & limitationes habere dignoscitur: quibus omnibus dilucida oratione enucleatis disquiritur postremò, nùm æstimatio emptionis, venditionisq; contractum inducat, quando conuentum fuit, quòd matrimonio soluto sit in viri electione, vel res ipsas in dotem datas, vel illarum æstimationem restituendi: quidnè vbi huiusmodi alternatiua electio est vxori reseruata: & quid si nuptiæ non sequantur, clarè quoq; edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Bona in dotem marito data prœuia æstimatione ipsimet marito venditæ censentur.*
Amplia vt num. 3. 6. & 12.
Limita, quando æstimatio ad iustum rei valorem sciendum facta fuit, vt num. 18.
Item, si ex interuallo facta foret, vt num. 19.
Item; cùm res immobiles in dotem datæ sunt absquè necessarijs solemnitatibus in rerum dotalium alienatione requisitis, vt num. 20. cum declaratione tamèn. de qua in num. 21.
Deniq; limita quando maritus, tempore quo dotem æstimatam recepit, egenus erat, & non soluendo, vt num. 25.

Digitized by Google

Maritus propter æstimationem res emere videtur, breuiq; manu vxori pretium soluere, & rursùs illud in dotem accipere.

Aliud pro alio venditoris consensu accedente solui potest.

Verba dedit, vendidit, & tradidit, *dominij translationem important.*

Conuentioni standum semper est.

Aestimatio per legis declarationem certa semper est de his, quæ per rerum naturam sciri possunt.

Aestimatio per legem facta ad traditionis tempus retrotrahi debet.

Emptionem perficit sola pretij conuentio.

Aestimatio nihil doti inducit, sed pretium ipsum dumtaxàt declarat.

Pretij quantitas, vel definitio cùm in alterius arbitrium collata est, illo non arbitrante, & definiente, succedit alterius boni viri arbitrio ad æstimationem faciendam dotis fauore, vt num. 15.

Limitatur in dotis augmento, num. 16.

Aestimatio dotis fauore emptionem facit.

In contractibus regulariter ab Arbitratoris persona non receditur.

Vtile in his, quæ diuidua sunt, per inutile non vitiatur.

Sententia, etsi indiuidua sit, quò ad vnum tamen caput valere potest, si plura contineat separata capitula.

Fictio potentiam præsupponit.

Aestimatio emptionis contractum non inducit, quando conuentum fuit, vt matrimonio soluto sit in viri electione, vel res ipsas in dotem datas, vel illarum æstimationem restituendi.

Intellige vt num. 28.

Amplia vt num. 31.

Alternatiua electio reseruata marito, periculum deteriorationis rerum dotalium ad vxorem spectat, illud verò peremptionis ad virum.

Cùm alternatiuè tenetur, tametsi vtrumq; sit in obligatione, vnum tamen est in solutione.

Maritus de fundo æstimato in dotem dato disponere haùd potest, vbi electio est vxori reseruata.

Contractus ex conuentione legem accipiunt.

Maritus electionem habet, cùm dos æstimata constituta est nulli electione reseruata.

Electio in alternatiuis debitoris est.

Nuptiæ si non sequantur, haùd pretium, sed res ipsæ æstimatæ in dotem datæ restitui debent.

Extenditur in re insolutum data, quando contractus effectum non habuit, vt num. 37.

OBSERVATIO XII.

ONus præsens nobis imponit locus, vt videamus, assumptum, ex quo declaratum fuit, decretum factum ad fauorē D. Magdalenæ Franciscutiæ esse nul-
1 lum, & iniustum, illud nempè, quòd bona in dotem marito data præuia æstimatione censentur venditæ marito, ità vt restitutionis tempore iuxtà eorum valorem in pecunia sint restituenda, nùm sit legum suffultum depositionibus, & apùd Iurisprudentiæ maximùm peritos vti verior receptum? Equidem *textus* celebris est, qui illud probat in dubio, vbi aliud haùd fuerit expressum in *l. quoties, in l. cùm dotem, C. de iure dot. in l. plerumq; D. eod. & in l. ex conuentione, C. de pactis*, sequitur *Gloss. in l. si inter virum, & vxorem, verb. Aestimatæ, in med. C. de iure dot.* & in *d. l. ex conuentione, litt. D. & in apostill. C. de pact.* & se subscribunt commu. itèr, è quorum numero recensentur noster *Author in tom. 5. Discept. forens. cap. 932. num. 11. Couarr. practicar. cap. 28. num. 1. Card. Mantic. tom. 1. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 28. num. 31. Thesaur.* alios allegans *QQ. forens. lib. 3. quæst. 21. Cremens. singul. 18. Facchin. lib. 12. Controu. cap. 74. Ludouis. decis. 573. num. 4.* vbi *Beltram. num. 16.* ità per Rotam resolutum fuisse inquit, *Fontanell. de pactis nuptial. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. par. 13. num. 3.* vbi alios conglomerat, prout etiam *Barbos. in l. æstimatis, 51. num. 1. D. solut. matrim. Reg. de Marinis Quotid. Resol. tom. 1. cap. 91. num. 3.* vbi *Dom. Rodoer. in addit. num. 6. Dom. Consiliar. Hodiern. ad Surd. decis. 278. num. 2. & seqq.* & *Ill. Dom. Reg. Fabius Capycius Galeota* elegantissimè *in centur. 2. Controu. Illustr. cap. 40. num. 1. & 2.* vbi quòd æstimationem propter maritus
2 res emere videtur, breuiq; manu vxori pretium soluere, & rursùs illud in dotem accipere, etenim quamuis emptionis, venditionisq; contractus occultetur, dotalem solummodò exprimendo, celeri tamèn, breuiq; manu ex vi, & virtute æstimationis fit transitus de vna specie in aliam: & procedere, etiam si dos in certa pecuniarum quantitate
3 promissa fuerit, & deindè pro solutione, dotisq; promissæ satisfactione, res aliqua immobilis pro tota dote, vel eius parte assignata fuerit, exponunt post alios, quos referunt *Card. Mantic. d. l. num. 5. Couarr. vbi sup. vers. Secundò, Seraphin. decis. 1207. Monach. decis. 67. num. 1.* quia res illa dotalis propriè dici nequit, sed vēdita marito, perindè ac si propria pecunia emisset, cùm aliud pro
4 alio venditoris consensu accedente solui possit, & cùm pretio compensari; idq; stantibus præsertim
5 verbis, *dedit, vendidit, & tradidit*, quæ dominij translationem important, remq; accipiētis fiunt, *Coccin. decis. 257. num. 7.* accedente clausula, *pro se, hæredibus, &c. ad habendum, tenendum, & c.* de qua per *Monach. d. decis. 67. num. 3.* quia operatur, quòd res assignata irreuocabiliter, pleno iure, iure proprio, & in perpetuum data dicatur, vt in proposito nostro post *Alex.* & *Berum* obseruat noster *Author in d. cap. 932. num. 5.* & concinunt notata per *Dom. Consiliar. Hodiern. d. decis. 278. num. 14.* Quarè ad controuersiam illam.

6 An emptio facta sit, quando res datæ sunt in dotem pro æstimatione facienda à duobus viris ab vtraq; parte eligendis, qui posteà nunquàm fuerunt electi? Certior erit aientem sententiam amplectere, etenim huiusmodi ex pacto apertum fit, partium mentem fuisse, vt dotales res æstimatæ forent, illarumq; æstimatio redderetur, vndè
7 huic conuentioni standum erit, etsi de æstimatione prædicta per hominum declarationem ad illam faciendam electorum non constiterit, de ea
8 nàmq; constat per legis declarationem, quę semper certa est de his, quæ per rerum naturam sciri possunt: quod herclè inutile haùd erit, vt sciatur, an peremptæ æstimatio debeatur, vel si res est meliorata, aùt pretiosior effecta, quæ non erat restituenda,

Digitized by Google

tuenda; sed eius dabitur æstimatio secundùm quòd res ipsa dotis datæ tempore valebat, quasi æstimatio per legem facta videatur ex tunc, quæ tunc erat certa, prout reddebatur certa ex nunc, adeò vt queat ex hoc retrotrahi æstimatio, & cõ-
9 ditio ad traditionis tempus, vt *Socc.* declarat *in cons. 47. num. 8. vers. Immò fortiùs, lib. 1. & in cons. 60. col. 1. ad med. lib. 3.* post *Bald. Nouel. in l. æstimatæ, 51. D. solut. matr.* Neq; aduersatur, quòd æstimatio, vt emptionem faciat, certa esse
10 debet, quippè quod sola pretij conuentio emptionem perficit, & æstimatio posteà facta secundùm dotis constitutæ tempus nihil doti inducit, sed
11 ipsum pretium declarat dumtaxàt, *Bart. Socc.* diluens etiam obiecta *cons. 60. lib. 3.* & comprobant notata per *Præs. de Franch. decis. 23. num 6. & 7.* quem sequitur omninò videndus *in Consult. 68. num. 8. & 9.* peritissimus, doctissimusq; I. C. & *Regius Consiliarius Dom. Ioseph de Rosa*, cuius adhùc obnoxiam omnibus iacturam deploramus.
12 Hinc idem eò fortiùs dicendum videtur, si res ab initio datæ essent in dotem pro ea æstimatione, quæ ab electis Arbitris definita fuerit, & illi eam æstimationem non definierint, cùm tunc similitèr res illæ æstimatæ ea æstimatione datæ cẽsentur, quę emptionem facit ad pretium illud, quod traditionis tempore res illæ iustè valebant, ità alijs allegatis *Card. Mantic. vbi sup. num. 10. & Couarr. l. c.* quando enim pretij quantitas, vel
13 definitio in alterius arbitrium est collata, tunc illo non arbitrante, & definiente succedit alterius boni viri arbitrium ad æstimationem faciendam,
14 & æstimatio dotis fauore emptionem faceret, vt res periculo sit mariti, non vxoris, nàm etsi aliàs pretio in tertij arbitrium collato illo non arbitrãte corruat emptionis contractus, ad *text. in l. fin. C. de contrah. oblig. §. pretium, Inst. de empt. & vendit.* hoc tamèn fallit dotis fauore, ità vt eo ca-
15 su ad alterius boni viri arbitriũ recurratur, *Ias. in l. si quis arbitratu, num. 10.* ibiq; *Soc. num. 27. D. de verb. oblig. Bald. Nouell. de dote, priuil. 9. num. 1. p. 6. Card. Mantic. lib. 12. de tacit. & ambig. tit. 26. num. 7.* adnectens, secùs esse in eius aug-
16 mento, veluti si quis dotis nomine promiserit mille, & quod ampliùs Titius arbitratus fuerit, nàm si ipse arbitratus non fuerit, ad boni viri arbitrium minimè est recurrendum, quia in contra-
17 ctibus regularitèr ab Arbitratoris persona nõ est recedendum, vt clarè *Vlpianus I. C.* docet *lib. 1. ad Sabinum*, notatus *in l. si quis arbitratu, 43. D. de V. O.* vbi hoc quoq; notat *Bartol. in summa*, & sequitur *Card. Mantic. d. l.* vbi discriminis rationem subnectit, diluitq; *Menochium* substinentem, priuilegium huiusmodi doti concessum locum habere etiam in augmento.

Ex laudatorum itàque, laudandorumq; Doctorũm etiam voto constat, rerum dotalium æstima-
18 tionem emptionis, venditionisq; contractum nõ inducere, quando ad iustum rei valorem sciẽdum facta fuit, *Ant. Faber in Cod. tit. de iure dotium, defin. 44. Card. Tusch. litt. E. Conclus. 671. num. 22. & seq. Card. Mantic. dict. tit. 28. num. 17. Mascard. de probation. Conclus. 663. Molin. de pactis nuptial. lib. 3. quæst. 57. num. 26. & seqq. Facchin. Controu. iur. lib. 12. cap. 74. vers. Tertiò quia, Dom. Rodoer. ad Reg. de Marin. cap. 91. num. 15.* quemadmodum etiam si talis æstimatio
19 ex interuallo facta foret, non autem traditionis tempore, cùm tunc manifestè eliciatur, ad sciendum rei valorem factam esse, secùs autem ad emptionem, venditionemq; inducendam, *Bald. in l. ex conuentione, sub num. 1. vers. Sed tu dic, C. de pact.* quem sectatur *Dom. Rodoer. d. l. num. 17.* vbi, hanc veram appellat traditionem, *Bellon. de potest. eor. quæ fiunt incontin. cap. 158. Card. Mantic. dict. tit. 28. num. 30.*

Idquè ex indicatorũ complurium etiam voto extensum comperimus, vbi nẽpè res immobiles
20 in dotem æstimatæ datæ fuissent absquè necessarijs solemnitatibus in rerum dotalium alienatione requisitis & quidem optima ratione suadente, etenim cùm tunc deficiat forma, quę in dicta alienatione est necessaria, æstimatio emptionem facere haùd potest, vt specificè aduertit *Card. Mantic. d. tit. 28. num. 25.* quemadmodùm, & quoque quos allegat *Dom. Rodoer. d. l. num. 14.* & comprobat *Couarr. practic. qq. cap. 28. num. 10.* adnectens, huiusmodi rerum dota-
21 lium æstimationem prò vna dumtaxàt parte emptionem facere, & prò alia non efficere posse, veluti si quædam sinè Iudicentis decreto alienari queant, quædam verò secùs, nàmque in hijs
22 quę diuidua sunt, vtile per inutile non vitiatur, *l. sancimus, C. de donation. l. siuè generalis, in*
23 *princ. D. de iure dot.* sicuti in sententia, quæ licèt iuxtà *text. in l. in hoc iudicio, D. famil. ercisc.* indiuidua sit, si plura tamèn continet se parata capitula, potest quòad vnum valere, & quòad aliud nullitati esse obnoxia, *Abb. in cap. insententia, de sentent. & re iudic. Præs. de Franch. decis. 173.*

24 Sed quid dicendũ, si maritus, tempore quo dotẽ æstimatã recepit, egenus, & nõ soluendo fuisset, ità quod eo tẽpore emendi modum nõ habuerit? ambigua quidẽ, & agitata quæstio hæc est; & licèt quidã ex traditis petat *Couarr. d. l. n. 8.* æstimationẽ hoc casu emptionẽ, venditionẽq; inducere, tueri conẽtur, nihilominùs contrariũ cõmuniori
25 *Doctorum* calculo receptum legimus penès *Costam de remed. subsidiar. Remed. 63. num. 1. & Dom. Rodoer. vbi supr. num. 11.* etenim fictio illa, quam lex facit, quòd nempè ex dotis æstimatæ datione contractus emptionis, venditionisquè resulter, veritatis imaginem habere debet, quòd
26 nimirùm vir emere potuerit, fictio nàmque potentiam præsupponit, vndè si illo in tempore maritus non sit soluendo, æstimationem emptionis, venditionisquè contractum inducere non posse, dicendum videtur, cùm etiam ille, qui pecuniam prò emptionis effectu non habet, suaderi minimè possit, quòd emere velit, *Bald. in l. interesse, C. de usufruct.*

Hinc demùm, quod præsertim confert, exami-
27 nemus oportet, illud nempè nùm æstimatio dictum emptionis, venditionisquæ contractum inducat, si conuentum fuisset, quòd matrimonio soluto sit in viri electione, vel res ipsas in dotem dotas restituẽdi, vel illarum æstimationem; quod circà, certum esse, emptionem huiusmodi ex æsti-
28 matione nõ induci quousque à marito, velle prò se rem retinere, & soluto matrimonio illius æstimationem soluere, declaratum haùd fuerit, ex *Couarr. loc. cit. num. 5. & Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 64.* firmat *Reg. de Marin. lib. 1. Quotid. Resol. cap. 91. num. 6.* & sequitur *Dom. Consiliar. Staiban. tom.*

2. Re-

Digitized by Google

2. *Resolut. 156. num. 57.* per *text. in l. plerumque, §. fin. D. de iure dot.* etenim si maritus rem re-
stituere potiùs eligeret, emptionis, venditionisq; contractum factum esse nunquàm dici potest, quapropter dominium in eum nunquàm transla-
29 tum, sed penès vxorem remansisse dicitur, cuius est dictam ob causam deteriorationis periculum, tametsi illud peremptionis ad virum spectet per *text. in dict. l. plerũq; in fin.* & in *l. seq. cùm suprà allegatis* DD. quippè quod, licèt dominium apùd vxorem remanserit, cùm alternati-
30 uè ad alterutrum teneatur, vtrumque est in obligatione, quamuis vnum dumtaxàt in solutione, vt benè per illum *text.* explicat *Gloss. in l. illud, 25. D. de const. pecu.* & est *text. in l. si duo, 128.* vbi *Bart.*, & alij scribentes *D. de verb. oblig.* concinuntquè notata per *Castrens. in l. si æstimatis, num. 6. D. solut. matrim.* & exponunt *Couarr. l. c.* & *Reg. de Marin. ibid. num. 7. in fin.* Quo stante optima methodo dirigente peragendum venit, nempè.

Idem sit nè dicendum, quando huiusmodi alternatiua electio est vxori reseruata? Equidem
31 affirmatiuè erudimur, ex *textus* potissimùm dispositione in *l. quod si fundus, D. de fund. dotal.* & in *l. 1. C. eod. tit.* vbi expressè sancitum
32 extat, maritum de fundo ità in dotem constituto disponere haùd posse, cùm illius dominium sit apùd vxorem, in tantùm quòd quousque vxor electionem faciet, corpus interim illud ità assignatum inæstimatum dicitur, *Riminald. Iun. Instit. quib. alien. licet, vel non, num. 117. Fontanell. d. gloss. 8. part. 13. num. 64. 65. & 66. in fin. Consiliar. Staiban. d. Resolut. 156. num. 58. Reg. de Marin. vbi supr. num. 8. Card. Mantic. d. tit. 28. num. 32.* vbi quòd hoc casu cessat dubitatio,
33 quia contractus ex cõuentione legem accipiunt, *l. 1. §. si conueniat, D. depos. l. legem, C. de pact. & l. contractis, de regul. iur.*

34 Haùd tamèn vxoris, sed mariti fauore concludendum est, quando dos æstimata constituta fuerit, nulli electione reseruata, sed simpliciter dictum, quòd fundus, vel æstimatio restituatur, per punctualem *textus* decisionem in *dict. l. plerumque, in fin.* vbi *Vlpianus* decidit, tali in casu mariti electionem esse ea nimirùm assistente
35 ratione, quia in alternatiuis electio est debitoris, quid restituere velit, & quoque post antiquos ex recensioribus in puncto dixerunt *Card. Mantic. dict. tit. 28. num. 32. vers. Tertius casus est. Fontanell. d. claus. 5 gloss. 8. part. 13. num. 67. & 68.* quos sequitur *Reg. de Marinis d. l. num. 23.* sed quid dicendum, si nuptiæ haùd sequan-
36 tur, restitui nè debeant res ipsæ æstimatæ in dotem datæ, an verò pretium? Profectò rem hanc circà res ipsas æstimatas restituendas esse diudico nixus decisione *textus* in *l. in rebus dotalibus 18. D. de iure dot.* ac etiam traditis per *Caputaq. decis. 333. num. 9. part. 3.* vbi ex hoc quærit, an
37 periculum, & commodum rei æstimatæ in solutum datæ ad emptorem pertineat, & in eum translatum fuerit dominium, adeò quod res vendita ad eum cùm fructibus spectet, quando contractus est nullitati obnoxius, effectumquè non habuit: an verò rei æstimatæ exemplo, quæ in dotem datur, restitui debeat res ipsa, non pretium ob nuptias non sequutas.

PROLOGOMEN.

Dominium ob pretij non solutionem cùm per venditorem reseruatur, valere census impositionem super dicta re tali pacto obnoxia traditur, si tamèn vẽditor fidem de pretio habuerit: & talem venditionem adeò veram, perfectamq; esse probatur, vt venditor absq; ementis consensu, & voluntate eam rescindere nequeat, iureq; congrui conueniatur, & ex ea laudemium debeatur. Cessio quando nullitati obnoxia iudicanda est, complures enarrantur casus, & quotiès cessum nomen post cessionem non soluendo efficitur, cedentem ad nihil teneri eruditur, præsertim quando cùm clausula *tale, quale* vallata est cessio; Indè discrimen, intèr simplicem nominis debitoris cessionem, & illam, quæ fit per viam dationis in solutum, quod extat indicatur, & vtilia complura rem hanc circà elucidata, præsertim quæstione illa, an si res insolutum crediori data euicta fuerit, vel aliàs ab eo auocata ex causa, quæ insolutum antè dationem inhærerat, creditor ipse ad primeua, antiquaue iura regressum habere possit, ostẽditur deniquè, euictionis ampla in forma promissionem ad realitatem crediti dumtaxàt, minimè autem ad exigibilitatem extendi, & ad eam adaptari non posse tanquàm ad diuersa.

RERVM SVMMA

1 *Census imponi non potest super re empta cùm pacto, quòd pretij pendente solutione dominium non intelligatur translatum, & comprobatur num. 8.*
Contrarium verius num. 9.
Declara vt num. 18.

2 *Census super re non libera, & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta imponi nequit.*

3 *Emptor census venditionem rescindere valet, & contractus nullitatem allegare, cùm census ille super re alienari prohibita impositus fuit.*

4 *Quo etiam casu venditorem compellere potest ad pretium restituendum.*

5 *Contractus rescissione in casibus, in quibus ei locus sit, in iudicio petita, census statim desinit, & ad eandem rationem in emptoris beneficium interesse currit.*

6 *Fideiussores ex causa inualiditatis, & rescissionis contractus obligati compelli possunt, si super re nõ libera census impositus sit, & num. 7.*

10 *Dominij reseruatio non illius retentionem, sed specialem dumtaxàt, & priuilegiatam hypothecam ad reseruantis fauorem operatur.*
Intellige vt num. 21. & 22.

11 *Venditor rem vendens cùm dominij reseruatione pendẽte pretij solutione, si res illa ad sui instantiam maiori pretio vendatur, maius pretium non consequitur.*

12 *Res vendita cùm dominij reseruatione si periret, in emptoris damnum periret.*

13 *Venditio cùm reseruatione dominij à venditore rescindere nequit, quamuis duplicatum pretiũ em-*

Digitized by Google

emptori reddere vellet.

14 *Contractus ab initio est voluntatis, ex post facto autem necessitatis.*

15 *Laudemium debetur ex venditione cùm pacto, quòd pretij solutione pendente, dominium non intelligatur translatum.*

16 *Ius congrui locum habet in venditione cùm domini reseruatione.*

17 *Dominium in emptorem transfertur in venditione cùm reseruatione dominij ad venditoris beneficium.*

Intellige vt num.19.

20 *Paria sunt, pretium fuisse solutum, vel habitam esse fidem de pretio.*

23 *Cessio facta de re nulla nullum effectum producit, & num.24.*

Intellige vt num.27.

Amplia vt num.30.

25 *Cessionarius contrà cedentem regressum habere potest, cùm cessio facta fuit de re nulla.*

26 *Cessio continet tacitam conditionem, quatenùs cessionarius à debitore cesso solutionem consequi poterit, & num.47.*

28 *Culposam ignorantiam allegans non auditur.*

29 *Damnum quod quis sua culpa patitur, sibi imputandum est.*

31 *Agens de damno euitando potiùs succurrendũ est, quàm agens de lucro captando.*

32 *Cedens ad nihil tenetur, quando post cessionem cessum nomen non-soluendo efficitur.*

Intellige vt num.33.

34 *Dotis periculum ad mulierem spectat, si antequàm maritum eam petere posset, debitor soluendo esse desierit.*

35 *Periculum nominis cessi ad illum pertinet, cuius culpa factum est deterius.*

36 *Fideiussor indemnitatis non tenetur si creditor negligens fuit in debito à principali debitore exigendo, cùm erat soluendo: quod extenditur in tertio rei hypothecæ possessore, vt num.37.*

38 *Rei emphyteuticæ possessor ad praeteritas pensiones non tenetur, quando creditor ab anteccessore eas exigere potuit, & non exegit.*

39 *Contrà fundi possessorem hypothecaria, vel saluiano agi nequit, quando Dominus, censusq; creditor in exigendo annuos redditus censuales de negligentia argui potest.*

40 *Negligentia eo ipso quòd quis agendi potestatem habuit, & non egit probata dicitur.*

41 *Cessionarius agere nequit contrà cedentem, cùm in cessione adest clausula* tale, quale.

Intellige vt num.42.

43 *Nemo in alium, quod ipse non habet, transferre potest.*

44 *Non entis nullæ sunt partes, neq; qualitates.*

45 *Fraudibus haud est aperienda via.*

46 *Discrimen inter simplicem nominis debitoris cessionem, & illam, quæ fit per viam dationis insolutum, ostenditur.*

48 *Datio insolutum in totum extinguit priorem actionem.*

49 *Datio insolutum solutionis loco habetur.*

50 *Dans rem insolutum illam vendere videtur.*

51 *Creditor ad primæua, antiquauè iura regressum habere non potest, si res insolutum habita euicta fuerit, vel aliàs ab eo auocata ex causa, quæ insolutum antè dationem inhærerat.*

Intellige vt num.52. & 54.

53 *Permutationis natura est, vt permutans ad transferendum dominium præcisè teneatur.*

55 *Venditor non nisi de euictione tenetur.*

56 *Notatur* Antonij Fabri *lapsus, & traditur ratio num.58.61. & 62.*

57 *Actus etiam validus nullus dicitur, cùm non habuit effectum.*

59 *Factum non esse, vel non habuisse effectum paria sunt.*

60 *Caret nomine, quidquid caret effectu.*

63 *Vetus obligatio per acceptationem speciei pro quantitate expirata dicitur.*

Intellige vt num. 65.

64 *Actio vtilis ex empto datur dumtaxàt aduersùs debitorem, quando res insolutum data euicta fuit.*

66 *Conuentio, vt nominis periculum penès eum remaneat, qui illud insolutum dedit, nulla est, cùm sit contrà naturam dationis insolutum, vt num.67.*

68 *Dans nomen insolutum, illud exigibile in futurum post assignationem præstare non tenetur, quamuis generalem defensionem, indemnitatemq; promiserit, vt num.69.*

70 *Promissio indemnitatis, & generalis defensionis ad exigibilitatem non se extendit.*

71 *Promissio vltrà contractus naturam non extenditur.*

72 *Promissio euictionis in ampla forma quoad crediti realitatem, non quò ad illius exigibilitatem intelligitur, vt num.73. & 74.*

75 *Euictionis promissionem multum distare à promissione exigibilitatis ostenditur, & num.78.*

76 *Euictio non est aliud, quàm rei oblatio ab alio facta.*

OBSERVATIO XIII.

1 ELidibile penitùs esse præsentis decisionis fundamentum in controuersia, an valeat census impositio super re empta cùm pacto, quòd prætij pendente solutione dominium non intelligatur translatum, aduertimus, tametsi decisio legum suffulta videatur dispositionibus, & expresè eam comprobent *Ricc. decis.41.num.5.part.3. Bellon. de his, quæ fiunt incontin. cap.182. num.7.* & *Cencius* nominatim eam laudans *in tract. de censib. par.1. cap.2. quæst.3. art.4.* cùm incompertum sit, super re non libe-
2 ra censum imponi minimè posse, quia de census impositionis natura super re, quę sit libera, hàc̀q; alienari prohibita constitui debet, adeò quod si bona, super quibus impositus fuit census, non ità forent, sed fidecommisso, & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta, contractus adeò inua-
3 lidus iudicatur, vt emptor rescindere census uenditionem queat, ut pluribus rationibus, auctoritatibusq; adductis, & pariter *Authore* nostro hic laudato, tradit *Dom. Regens Scipio Rouitus super Pragmat.1. de Censibus, num.34.* quem laudans insequitur *Dom. Regens D. Franciscus Merlinus* hanc potissimam rescissionis causam esse dicens in *Centur. 1. Controuers. Forens. cap.26. num.16.* ubi Ipse etiam id probaui in *Scholijs* illic elaboratis, quæ Deo adiuuante quamprimùm typis excudi facere spero: ac demùm uenditorem
4 compellere potest ad pretium restituendum, ut

Na-

Digitized by Google

Nauarr. docet *in tract. de vsur. quæst. 21. num. 116. in fin.* & regulare est, quòd omnibus in casibus, in quibus est locus rescissioni contractus, pretium capitale repeti potest, uti attestatur laudatus *Dom. Regens Rouitus dict. loc. num. 38.* ubi
5 etiam resoluit, quòd petita contractus rescissione in iudicio, etsi statim desinat census, currit tamèn interesse in emptoris beneficium ad eandem rationem, ad quam census constitutus fuerat, & testatur quamplures sententias per Sacrum Consilium latas vidisse, præsertim in processibus antiquis, per quas rescinditur contractus, & horum census venditor ad capitale, & ad tertias decursas vsq; ad diem litis motæ, vel ad diem litis contestatæ, & ab indè in anteà ad interesse ad eandem rationem condemnatur; Quinimmò & tali
6 casu compelli etiam possunt fideiussores ex causa inualiditatis, & rescissionis contractus obligati, cùm censeantur se obligasse in omnem causam, & casum, qui ex negotij natura procedit, *l. si seruum, §. nunc videam, & l. mora rei, D. de verb. oblig. Aym. cons. 45. num. 6. & cons. 272. num. 2. & seq.* præsertim quando de euictione, & legitima
7 defensione se obligauere, quia ex hoc promissa adimplere tenebuntur, & manutenere ità esse, quæ asseruerunt, *Corn. cons. 226. col. 2. post med. vol. 2.*

8 Elidibile fundamentum esse diximus, quippè quod suppositum fuit, rei vēditæ dominium propter reseruationem in emptorem translatum non esse antè pretij integralem consequutionem, ex quo valdè est venditionis contractui connaturale, atque rationi, & æquitati, vt qui rem suam vendit, nisi pretium consequatur, nullum dominium transferat, nequè in emptorem pretij solutionem antè trāsferre voluisse præsumatur? Quod
9 herclè omninò falsum est, etenim eiusmodi dominij reseruatio illius retentionem non operatur, sed specialem dumtaxàt ad reseruantis fauorem, ac priuilegiatam hypothecam vsq; ad inte-
10 gralem pretij conuenti numerationem, ità vt solutione minimè facta habeat ille ad terminorum instàr *l. licèt, C. quipot. in pign. hab.* prælationem in re vendita pro integro pretio consequendo ad excludendum cœteros omnes creditores, quos emptor antè, vel post factam emptionem contraxisset, vti ex communiori *Doctorum* schola in punto dixèrunt *Præs. de Franchis decis. 506.* vbi *Dom. de Luca in Obseru. Reg. Rouit. decis. 7.* vbi *Dom. Altimar. in addit. & decis. 24. num. 43. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. §. 3. num. 8. cùm seqq. Reg. Merlin. centur. 1. Controu. forens. cap. 26. Reg. de Marinis lib. 1. Quotid. Resol. cap. 260.* & ad *Reg. Reuert. Obseru. 8. num. 8. Dom. Consiliar. Hodiern. ad Surd. decis. 157. num. 12. & decis. 344. num. 3. & 4.* vterquè *Staiban.* Pater scilicèt, & Filius, ille in *tom. 2. Resol. 174. num. 18.* hic in *tract. de interesse, lib. 2. tit. 9. quæst. 1. sub num. 111.* vbi in fine refert, expositam sententiam in praxi magis receptam esse, & secundùm eam in supremis Neapol. Tribunalibus iudicatum adeò vt, si res ad sui instantiam ma-
11 iori vendatur pretio, quàm ab ipso vendita fuit, ipse maius pretium non consequitur, nisi illud, quod in conuentionem deductum fuit; & si res
12 pendente pretij solutione periret, in emptoris damnum periret, quia facta huiusmodi venditione, & augmentum, & ipsius rei venditæ periculum statim ad emptorem spectat, cùm contractus sit vndequaq; perfectus, omnemq; habeat perfectionem, *l. sicut emptio*, cùm *Gloss. & l. seq. D. locat.* de quo *textu* obstupuit *Boss. de remiss. merced. conduct. num. 102.* vbi inquit, hoc multum notandum esse, nàm quilibet nō viso dicto textu contrarium diceret, sequiturq; *Surd. decis. 198. num. 28. Author noster* demùm *tom. 2. Discept. forens. cap. 354. num. 48. & seqq. & tom. 3. cap. 523. num. 17.* vbi complures congerit, nec nō *Castro Palaus de Iustit. & Iur. part. 7. tract. de Iustit. commut. disput. 5. punct. 14. num. 2. Alex. cōs. 121. n. 1.* vbi quòd est casus specialis, *lib. 5. Vrceolus* alios paritèr adducens *Consult. 5. num. 75. Dom. de Luca ad Præs. de Franch. dict. Obseru. 506. num. 9.* & decisum per S.R.C. refert *Thor. in Compend. decis. part. 1. verb. Periculum rei venditæ.*

13 Ampliùs, adeò vera, & perfecta iudicatur isthęc venditio, vt nequeat venditor absq; ementis consensu, & voluntate eam rescindere, remq; traditam alteri tradere, etsi duplicatum pretium emptori reddere vellet, cùm contractus ab initio
14 sint voluntatis, ex post facto autem necessitatis, *l. interr stipulantem, 38. §. si stichum, D. de verb.*
15 *oblig.* Præterea, vt ex ea laudemium debeatur, prout *Gaspar Thesaurus* decisum testatur *lib. 4. QQ. forens. quæst. 51.* & comprobat *Dom. Altimar. vbi sup. num. 16.* & vt in ea ius congrui lo-
16 cum habeat, *Afflict. decis. 338. Mart. decis. 43. Ricc. decis. 41. part. 3. Reg. Capyc. Latr. decis. 142. num. 36. P. Molfes. in Comment. ad nostras Consuetud. tit. de iure congrui, quæst. 16. num. 3. & 4. Dom. Altimar. d. l. num. 15.* quod herclè secus
17 foret, si pendente solutione dominium in emptorem translatum haùd esset, vti *Afflict.* determinat *in dict. decis. 338.* quæ fundatur in dominio in huiusmodi emptoris persona radicato, ideòq; actiuè, & passiuè agit, iureq; congrui conuenitur.

Ex quibus profectò palàm fit, quantum trutinato in casu à veritate se elongauerit decisio; Verùm enimuerò sub silentio haùd inuoluimus, dictam nostram, tantis Auctoritatibus firmatam, probatamq; sententiam cùm grano salis intelli-
18 gendam esse, scilicèt, vt procedat, quando venditor fidem habuit de pretio, vt expressè decidit *textus in l. quod vendidi, D. de contrah. empt.* ibi. *Quod vendidi, & tradidi non aliter fit accipientis, quàm si, aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori sinè vlla satisdatione?* aliàs secùs,
19 cùm sufficiens minimè sit, ad hoc vt emptori acquisitum dominium censeatur, quòd res illi sit effectualitèr tradita, nisi pretium integralitèr solutum fuerit, vel de eo habita fides, vtputà, quando venditor scit, emptorem pecuniam præmanibus non habere, dilatat eius solutionem; hoc nàmq; casu, & ad huiusmodi effectum paria sunt,
20 pretium solutum fuisse, vel habitam esse fidem de pretio, *§. vendita, Instit. de rer. diuis.* cùm sufficiat pretium esse certum, *§. pretium, Instit. de empt. & vendit. l. 2. C. eod. tit.* Et demùm, quando
21 huiusmdi dominij reseruatio à venditore in ipso stipulationis contractu statim atque, & incontinenti, nullo transacto temporis interuallo apposita fuit, alioqui non prodesset, si post venditionem per pactum prædictum sibi prospicere voluisset

in

in anteriorum emptoris creditorum præiudiciũ, quibus ius semèl rei acquisitionem propter acquisitum fuit, vt optimè *Criuell. decis. Dolan. 56. num. 8. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 20. num. 6. in fin.* quando enim huiusmodi pactum
22 incontinenti in ipso, eodemq; emptionis, & venditionis actu apponitur, tunc res in emptorem transit, eiq; tali onere affecta acquiritur: quòd secùs est, si non in ipso stipulationis actu, sed post contractum fuisset appositum. Hactenùs de potissima huiusce loci controuersia quoniam actum est, modò de illa *hic num. 25.* firmata, nempè cessionem factam de re nulla nullitati obnoxiam
23 iudicandam esse, scribere congruit.

Aduertimus itaque, quòd per ea, quæ communitèr attestantur Doctores, constat, illam receptissimam esse propositionem, etenim quod nullum
24 est, nullum producit effectum, adeò quod iura non transire, sed penès cedentem remanere concluditur, *l. si quis vi, §. differentia*, vbi *Bart. D. de acquir. possess. l. nec vtilem, D. ex quib. caus. maior. l. cum quis, §. debitorem, D. de solut. Praf. de Franch. decis. 540. num. 6. Giurb. decis. 63. num. 4. Castill. lib. 1. Controu. cap. 69. num. 17. Consiliar. de Rosa Consult. 19. num. 7.* & per conse-
25 quens cessionarium contrà cedentem regressum habere posse, statuunt *Alex. in l. si cum dotem, §. si mulier, col. 3. D. solut. matrim. Barbos. in l. æstimatis, num. 11. D. solut. matrim. Cenc. de censib. quæst. 72. num. 23. Tondut. quæst. ciuil. 49. num.* 10. vbi hanc doctrinam vti notabilem commendat, & concinunt notata per *Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 21. num. 22.* præsertim quia
26 cessio tacitam continet conditionem, quatenùs nempè cessionarius à debitore cesso solutionem cõsequi poterit, vt *Decius* tradit *in cons. 99. num. 4.* dicens, debitoris nomen insolutum datum recipientis periculo non esse, sed dantis, & sequuntur *Surd. cons. 22. num. 11. Roderic. d. l. num. 4. Olea* complures congerens *loc. infrà cit. num. 19.*

Benè tamen verum est, conclusionem illam suum quidem sortiri posse effectum, concluditur
27 quãdo cessionarius probabili ignorãtia debitoris inopiam ignorabat, nàm si alioquin, illum audiẽdum haùd esse, firmat *Barbos. vbi supr.* exquo
28 culposam allegat ignorantiam, per *text. in l. qui cum alio, D. de regul. iur.* & comprobant *Hermosilla in l. 23. tit. 5. part. 5. gloss. 4. num. 10. Tondut. vbi supr. quæst. 49. num. 14. Olea de cessione iurium, tit. 7. quæst. 3. num. 7. Barz. decis. 110. num. 9. Ill. Dom. Reg. Capycius Galeota Cõtrouers. 32. num. 20. Dom. Altimar.* nouissimè in *addit. ad Reg. Rouit. tom. 1. cons. 75. num. 3.* & demùm ei obstaret regula legis *Quod quis dãnum, D. de regul. iur.* vbi damnum, quod quis
29 sua culpa patitur, sibi imputandum est stante præsertim acceptationis actu, nàm eo ipso quòd acceptat, per actum illum acceptationis illud bonum facit, vt *Paulus I. C.* clarè decidit in *l. inter causas, 25. §. abesse, D. mandati*, & notant etiam *Reg. Rouitus cons. 75. num. 17.* vbi *Dom. Altimar. num. 3. in fin. Thorus vot. 91. num. 81.* & *82. tom. 1.* Idquè ex laudatorum etiam voto extensum dicimus, in casu nempè, quando vter-
30 que cedens scilicèt, & cessionarius, debitoris cessi præsentem inopiam ignorabant, nàm quando cessionis tempore debitor verè idoneus nõ erat, idem est, ac si nihil cessisset, iuxtà nostri *Autoris* effatum vbi suprà firmatum, & potiùs succur-
31 rendum est cessionario, qui de damno vitando agit, quàm cedenti, qui lucrum consequi intendit, vt plenissimè extricat Illustriss. cuiuslibet sæculi perita fama decorandus, ornandus, memorandus *Dom. Fabius Capycius Galeota dict. Cõtrouers. 32. à n. 20. ad 65.* vbi, quæ dicatur iusta, & probabilis ignorantia, vt cessionarius, qui venditionis titulo nomen non idoneum accepit, cedentem aduersùs recursum habere possit.

Illud modò dicendum consequitur, omni iure assistente ad nihil teneri cedentem, quoties
32 cessionem post cessum nomen haùd soluendo efficitur, cùm sufficiens sit, cessum nomen cessionis tempore idoneum esse, etenim etiam *si nomen sit distractum, Celsus lib. 9. digestorum scribit, locupletem esse debitorem non debere præstari, debitorem autem esse præstari*, tradit *Vlpianus I. C.* notatus in *l. 4. D. de haredit. vel act. vendit. & qui nomen, quale fuit vendidit, dum taxàt vt sit, non vt exigi etiam aliquid possit præstare cogitur*, scribit *Hermogenianus* relatus in *l. si plus 74. in fin. D. de euictionib.* vndè *Baldus in cons. 72. lib. 3.* meritò dixit, cedentem bonum nomen de iure, ideò obligatum, & non de facto, ideò debitorem esse soluendo, facere teneri, & sequitur complures congerens *Surd. decis. 326. num. 41.* quemadmodùm etiam *Giurb. decis. 87. num. 10. Fontanell. decis. 167. à num 1.* & prò absoluto amplectuntur *Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 21. num. 9. Tonnut. d. cap. 49. num. 1. Reg. de Marinis tom. 1. Quotid. Resol. cap. 42. num 1. in fin. Reg. Capyc. Latr. Consult. 148. num. 16. tom. 2. Consiliar. Staiban. Resol. 190. num. 60 tom. 2. Dom. Consiliar. Pratus tom. 1. Disceptat. forens. cap. 21. num. 57.* alijquè, quos recensens insequitur *Dom. Altimar. l.*
33 *c. num. 4.* nisi tamèn antequàm cessionarius petere posset, debitor soluendo esse desierit, iuxtà celebrem *Pauli I. C.* Responsum in *l. promittendo dotem 42. D. de iure dotium*, vbi ità habetur
34 *si à debitore mulieris sub conditione dos promittatur, & posteà sed antequàm maritus petere posset, debitor soluendo esse desierit, magis periculũ ad mulierem pertinere placet.* Cùm alioqui data ipsiusmet cessionarij negligentia, eo maximè procedet conclusio: & quidem nemo sanæ mentis ambigere valet, quòd si in cessum nomen exigendo negligens fuisset, propter quam negligentiam quantitatem cessam ampliùs exigere non potuisset, aduersùs cedentem recursum habere nequeat
35 cùm certum sit, nominis cessi periculum ad illum pertinere, cuius culpa factum est deterius, ità decidente *Modestino I. C. lib. 3. Responsorum* notato in *l. periculum. 35. D. si cert. petat.* quemadmodùm in simili, indemniratis fideiussor ne-
36 que tenetur, si creditor negligẽs fuerit in debito à principali debitore exigendo, cùm erat soluendo, *Noguerol. Allegat. 40. à num. 58.* vbi, id extendi tradit, in tertio quoq; rei hypothecæ possessore? Neque rei emphyteuticæ possessor ad præ-
38 teritas pẽsiones tenetur, quãdo creditor ab antecessore eas exigere potuit, & nõ exegit, *l. iure ciuili, D. de condit. & demostr. l. in executione, §. penult. D. de verb. oblig. Surd. decis. 32. num. 9. Felician. de Solis in tract. de censib. lib. 3. cap. 6. num. 3.* neque hypothecaria, vel saluiana fun-
39 di possessorem contrà agi potest, quando domi-

Digitized by Google

nus, censusquè creditor de negligentia argui potest in exigendo annuos redditus censuales ab eo qui ad illorum solutionem tenebatur, *Felic. de Solis d. l. Cenc. de censib. quæst.* 98. *nu.* 64. quam-
40 què equidem negligentiam eo ipso, quòd quis agendi potestatem habuit, & non egit, probatam dici, tradit *Dom Consiliar. Staibanus Resol. iur. tom.* 2. *Resol.* 190. *num.* 78. vbi laudat *Eugen. consil.* 73. *num.* 8. *lib.* 1. *Gozadin. consil.* 38. *num.* 11. *vers. Facit quia.*

41 Vndè nectimus, cessionarium eò fortiùs cedentem contrà agere haùd posse, quando cùm clausula *tale, quale* vallata est cessio, si huiusmodi cessum nomen ab eo non exigatur, dummodò
42 tamèn cessionis tempore verum illud sit, iuxtà relata *Vlpiani*, & *Hermogeniani* Responsa in *l. si nomen* 4. *D. de hæredit. vel action. vendit.* & in *l. si plus* 74. *in fin. D. de euictionib.* alioquin secùs, vt optimè enucleant *Card. Tuschus PP. Conclus. lit. C. conclus.* 203. *num.* 15. *Card. Mantica lib.* 4 *de tacit. & ambig. tit.* 13. *num.* 9. *Ill. Dom. Regens Capycius Galeota Controu. Illustr. tom.* 1. *Controu.* 32. *num.* 67. *Mangil. de euiction.*
43 *quæst.* 79. *n.* 32. cùm nemo in alium, quod ipse
44 non habet, transferre possit, *l. filiusfam. D. de donation.* & non entis nullæ sint partes, neque quantitates, *l. eius qui in prouincia, D. si cert. petat.* & planè, si huiuscè clausulæ vigore cessionario cedentem contrà hoc in casu præclusa fuisset
45 agendi via, fraudibus aperiretur alia, quæ suadente Iustitia penitùs est euitanda; & hæc ad exuberantiam circà articulum propositum scripta sint, alia illum tangentia satis concinnè exponit nouissimè peritissimus nostri æui I. C. *Blasius Altimarus* post alios, quos cumulat in supra allegato *cons.* 75. ad quem me remittere consultiùs putaui, nè vel rem satis latè à peritis quidem Regnicolis Ego indoctus quidem adolescès
46 scriberem, tantò magis, quòd ad nostrum obseruandi institutum, latè illum displicare non spectat.

Diuersitatem autem noster constituit *Author hic num.* 43. & 44. inter suprà expositam simplicem nominis debitoris cessionem, & illam, quæ fit per viam dationis in solutum; nos eam comprobamus, & dicimus communi Doctorum
47 calculo receptum esse, potissimum vtrumque inter casum dari discrimen, etenim per simplicem cessionem debitoris nomen verum, & soluendo promissum dicitur, etiam post cessionis
48 tempus, quia prioris obligationis extinctio haùd inducitur, donèc cessionario fuerit satisfactum? per dationem verò in solutum secùs, quia datio insolutum in totum priorem extinguit actionem, vt post complures enucleant *Dom. Consiliar. Hodierna Controu. forens. cap.* 27. *num.*
49 13. *Consiliar. Arias de Mesa lib.* 1. *var. Resol. cap.* 40. & 41. ea ratione, quia datio insolutum solutionis loco habetur, *l. pupilli, §. soror, D. de solution. l. inter causas, §. abesse, D. mandati,* & ad venditionis instar iudicatur *l. si prædium, C. de euict.* nàm quidquid generaliter de vèditione
50 dicitur, in insolutum datione etiam attribuitur, etenim qui rem insolutum dat illam vendere videtur, *Castrens. in l. eleganter, num.* 6. *D. de pignor. act.* vbi ait, quòd cùm hęc conuentio similis sit emptioni, res perindè æstimatur, ac si creditor debitam quantitatem recepisset, eamquè prò re insolutum data debitori numerasset.

Et si cõscius multa hic notata aduersùs ab haùd vulgaris eruditionis Pragmaticis considerari videamus, præcipuè in casu nempè, an si res insolutum creditori data euicta fuerit, vel alias ab eo
51 auocata ex causa, quæ insolutum antè dationem inhærerat, creditor ipse ad primæua, antiquauè iura regressum habere possit: attamèn communiori Doctorum calculo receptum legitimus, actionem illam creditori competentem, qui creditum suum per rei insolutum dationem recepit, iàm ex superiùs notatis extinctã, ampliùs reuiuiscere non posse, sed noua actione ei quæsita ex empto, vel quanti sua interest, expetendum esse, & ità verior in Iure Ciuili probatur ex *text.* expresso in *l. eleganter, D. de pignor. act.* qui propriè sermonem facit de insolutum datione, ibi *& videtur finita esse pignoris obligatio, & à contra. ctu priore recessum?* Et rursùs in *l. qui res,* 98. *§. aream, de solution.* ibi *In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest, & si seruus effectus sit, alius videtur esse:* & in *l. eius qui, §. fin. de iure Fisc.* ibi, *& obligationes, quas adeũdo confundit, non restituentur?* Et inferiùs, *obligationes confusas non resuscitari?* Et tandèm ex *text.* in *l. nihil interest, C. de solution.* ibi, *euacuata obligationis vires reparari queunt?* Atque ideò sectantur præcæteri *Bald. cons.* 123. *lib.* 1. *Dec. cons.* 449. *num.* 37. *Bero. cons.* 46. *num.* 10. *vol.* 1. *Cepoll. cautel.* 123. *Anna cons.* 35. *num.* 12. *Gus. man. de euict. quæst.* 28. *num.* 9. *Cenc. de censib. quæst.* 107. *num.* 18. & 19. *Tiraquell. de retract. consang. §.* 1. *gloss.* 7. *num.* 71. *Thesaur. QQ. forēs. libr.* 2. *quæst.* 88. *Fontanella de pactis nuptial. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 14. *à num.* 85. plures alios adducit *Antonin. de Amat. var. Resol. lib.* 1. *resol.* 50. *num.* 9. sequiturq; alios addens *Cõsiliar. Arias de Mesa vbi supr. c.* 40 *nu.* 3. & *cap.* 41. *num.* 2. nec non *Author noster tom.* 1. *Discept. forens. cap.* 3. *num.* 16. & 17. vbi verior em esse, & magis communem tradit, ità què per Mantuanum senatum pluries determinatum fuisse, testatur *Surdus in decis.* 266. *in fin.* vbi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit.* à contrarijs impugnationibus tutatur perbellè, & per S. R. C. decisum testatur *Præs. de Franchis in decis.* 50. atque nupèr fortioribus in terminis maximâ cùm discussione ità quoque idem S. R. C. decreuit in causa Sacræ Domus SS. Annunciatæ, cùm Sacra Domo Incurabilium, in patrimonio quodnàm Ill. Ducis S. Donati, ad relationem *Dom. Pauli Iannectasij Regij Consiliarij meritissimi,* prout ex processu in Banca Lombardi, patrocinante prò SS. Annunciata perdoctissimo I. C. *Domino Honofrio de Rosa* nostris in Tribunalium subselliis causarum Oratore longè primario.

52 Benè tamèn verum est, id haùd procedere, cùm species pro specie, genus pro genere, veluti pecunia pro pecunia, vinum pro vino, siuè quantitas pro specie insolutum datur, quippè quod, cùm tunc permutationis contractus celebratus cen-
53 seatur, cuius natura est, vt permutans ad transferendum dominium præcisè teneatur, *l.* 1. *de rer. permut.* ex sola traditione non satisfit, si res tradita, euicta fuerit, quia contractus non dicitur perfectus, & vndequaq; adimpletus: sed in eo dumtaxàt casu, quando nempè species datur pro quan-
54 titate, seù, vt clariùs loquar, res pro pecunia, etenim

nim cùm tunc venditionis contractus celebratus censeatur, vt suprà diximus, & tradit *text. in l. fin. de bon. author. Iudic. possid.* perfectus eo ipso dicitur, quod res traditur, cùm nec emptorem dominum facere teneatur venditor, *l. emptorem, D. de act. empt.* ad aliquid idcircò amplius non, nisi
55 de euictione tenetur, vndè consequitur, priorem obligationem extinctam esse, & dissolutam, *Surd. consil.* 145. *num.* 34. *& seq. lib.* 1. *& dict. decis.* 266. *num.* 6. vbi perbellè *Dom. Cõsiliar. Hodiern. Castill. decis.* 5. *num.* 3. *& 4. Mastrill. decis.* 120. *Mart. vot.* 144. *Cepoll. cautel.* 123. *Ant. Faber in C. tit. de solut. defin.* 49. *in princ. Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 14. *num.* 85. *& seq.* & demùm distinctio isthæc probatur ex *text. in l. libera quidem Theodora*, 8. *C. de sent. & interlocut.* in quo specie proponitur de ea, quæ vti ancilla est vendita, vel creditori insolutum data, & deindè libera est pronunciata: rescribunt *Cæsares*, quòd si venditionis contractus initus fuit, aget emptor suum authorem contrà ad creditum suum consequendum noua euictionis actione: sin autem datio fuit insolutum, sua primæua actione vtetur, quasi diceret, primo casu priorem actionem esse extinctam, posteriore verò nequaquàm, vt *Gloss.* ibidem declarat *in verb. Non prohibens.*

56 Ex quibus equidem decernitur, *Ant. Fabrum* minùs rectè tradidisse in citato *Cod. lib.* 8. *tit.* 29. *de solut. definit.* 49. & rursùs *in tract. de error. Pragmat. decad.* 100. *error.* 7. quòd veteri actione agi semper potest, & præsertim hypothecaria, siuè ad agendum, siuè ad excipiendum quotiescumq; res, quę pro soluto datur, euicta fuerit, eo quod numquam pro soluto habẽdum sit id, quod ex quacumq; causa euincitur, cùm actus etiam
57 validus nullus dicatur, cùm nõ habuit effectum, ad tradita per *Iasonem in l. fin. D. de offic. Assess. Mart. in Repetit. Rubr. de solut. matrim. quæst.* 2. *num.* 5. *Aldouin. cons.* 51. *num.* 30. *Surd. decis.* 51. vbi *Dom. Consiliar. Hodiern. Gratian.* Authorẽ nostrum *tom.* 1. *Discept. forens. cap.* 36. *num.* 54. *&* 55. *Cost. de facti scient. & ignorant. cent.* 2. *dist.* 89. *num.* 10. *Cancer. lib.* 3. *Variar. Resol. tit. de priuil. cap.* 3. *à num.* 306. horum nàmq; terminorum maximum est inter se discrimen, quippè
58 quod aliud est, quòd datio sit nulla, & aliud, quãdo est valida, sed res insolutum data euincatur, vndè cùm damus, posteriorem contractum esse nullum, defendi non potest, regressum ad primæua iura minimè concedendum, cùm paria sint,
59 non fuisse factum, vel non habuisse effectum, ad *text. in l.* 1. §. *nihil, D. de inoffic. testam. in l. si quis sub conditione, D. de testam. tutel. & in l. ex consensu*, §. 1. *D. de appell.* quemadmodùm de emptionis contractu affirmamus, qui ità dici nequit,
60 si emptionis effectum haùd habuit, cùm carcat nomine, quidquid caret effectu, *l.* 2. §. *appellata, D. si cert. petat. l. à nullo, C. de feriis*, & in terminis probant *Surd. Gratian.* alijque, vbi proximè allegati; & ratio potissima ea est, quia hoc in casu
61 contractuum incompatibilitas haùd adest, cùm per inualidam nouationem præcedens non tollatur obligatio, *l. obligatione, C. de fideiuss. DD. in l.* 1. *C. etiam ob chyrograph. pecun.* Secùs tamèn est posteriori in casu, quando nempè insolutum
62 datio est valida, sed res euincitur, etenim tunc à priori obligatione recessum planè dicitur, quia per datationem istam inducta est nouatio, ex quo licèt res euincatur, non per hoc contractus dicitur nullitatis labe maculatus, vt peroptimè *Dom. Consiliar. Hodiern.* notat in *dict. decis.* 266. *sub num.* 12.

62 Dubitandum propterea, ex his liquet, minimè esse, quòd per acceptationem speciei pro quantitate vetus obligatio expirata dicatur, stante præsertim contractuum incompatibilitate, cùm posterior conuentio simpliciter inita cùm priori nõ compatiatur, quo fit, vt vtraq; actio simùl competere nequeat, vt recentiores omnes agnoscunt, è
64 quorum numero recensetur *Cuiac. lib.* 19. *Obseruat. Iur. cap.* 38. sed tantùm vti lis exempto aduersùs debitorem, per quam consequi poterit id, quòd sibi debetur, vt notant omnes suprà allegati Doctores, quibus modò addimus *Crophium cõs.* 44. *num.* 4. *part.* 1. qui *in num.* 1. conclusionem
65 hanc veram profitetur, quando scilicèt traditio interuenit, alioquin salua manèt pristina iura, & optimè, quia datio insolutum non sequuta traditione est imperfecta, vt latè *Castill. in decis.* 5. *num.* 3.

66 His itàq; sic præhabitis, probatur, conuentionem nullitatis vitio laborare, si inter partes conuentum sit, vt nominis periculum penès eum remaneat, qui illud insolutum dedit, etenim cùm ea sit dationis insolutum natura, vt rei insolutum
67 datæ dominium in accipientem omninò transeat, commodum quoque, & incommodum eundem sequatur, ac omnia ipsius iura per hanc quasi solutionem extinguantur, illius naturæ repugnat conuẽtio huiusmodi, adeò quod, si is, qui nomen insolutum dedit, expressim de eius periculo teneri voluerit, hoc ipso simulata insolutũ datio probatur, vti *Menoch.* scribit *in cons.* 1128. *num.* 9. & *in cons.* 1183. *num.* 7. *&* 8. is enim, qui nomen il-
68 lud insolutum dat, exigibile in futurum assignationem post præstare non tenetur, sed verũ dumtaxàt, alijsq; non obligatum, prout consuluit *Reg. Rouit. in cons.* 75. *tom.* 1. quamuis adiecta sit clau-
69 sula generalis de defensione, & indemnitatis cõseruatione, nàm adhùc illud exigibile præstare non tenetur, cùm per promissionem huiusmodi
70 crediti realitas dumtaxàt promissa censeatur, quemadmodum post longam discussionem congregatis Classibus decisum fuisse in Senatu contrà Dominum Franciscum de Ponte Consiliariũ Status Serenissimi Ducis Sabaudiæ, inquit *Thesaur. iun. QQ. forens. lib.* 3. *quæst.* 73. vbi in fortiori casu, quòd talis datio nõ solùm debitoris nomen, sed hypothecam super quadam apotheca respiciebat, vt ibi, ità quoq; exposuere *Barbos. in L.* 1. *C. de peric. & commod. reiuend. Hartman. Pistor. Obseruat.* 122. *num.* 2. *&* 3. *Roderic. de annuis reddit. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 14. *Guzman. de euiction. quæst.* 35. *num.* 62. *Cenc. de censib. quæst.* 72. *sub num.* 23. *Mangil. de euiction. quæst.* 79. *num.* 15. *& quæst.* 80. *num.* 14. *Felician. de censib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. *Arias de Mesa Var. Resol. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 9. ex eo potissimùm,
71 quia non est verosimile, plus ea stipulatione promittere voluisse, quàm ex contractus natura præstare compelleretur, vt aliàs *Papinianus I. C.* ait *in l.* 4. *D. de vsur.*

Ex quorum equidem nonnullorum, atq; proximè laudandorum Doctorum voto extensum
72 id legimus etiam stante euictionis ampla in for-

Digitized by Google

ma promissione, quia talis promissio quò ad realitatem crediti, quòd nempè verum sit, minimèq; exactum, non autem quòd exigibile sit, intelligitur, *Reg. de Marin. tom. 1. Quotid. Resolut. cap. 42. num. 2. Dom. Consiliar. Hodiern. in addit. ad Surd. decis. 326. num. 2. Tondut. tom. 1. Resol. Ci-*
73 *uil. cap. 49.* etenim euictio ad veritatem pertinet, haùd autem ad nominis exigibilitatem, vt rectè scribit *Thesaur. vbi sup. num. 2.* & apertiùs quoque docet *Roland. in cons. 45. lib. 3.* vbi agit ea in specie, in qua quis certum annuum redditum
74 cùm euictionis promissione de iure, & de facto alicui vendiderat, vt patet ex *num. 19. vers. Nec obstat*, & cùm posteà redditus fuisset diminutus, probat *Roland.* venditorem haùd teneri, non obstante, quòd euictionem de facto promiserit, quia euictio de facto casum rei posteà superuenientem non comprehendit, nec ad periculum, seù casum fortuitum adaptari potest, vt patet ex *dict. num. 19. vsq; ad finem consil.* prout hoc idem in indiuiduo probat *Dom. Consiliar. Hodierna Controuers. forens. cap. 27. num. 11.* vbi quòd euictio tàm de iure, quàm de facto ad exigibilitatem adaptari non potest, tãquàm ad diuersa, cùm aliud sit pro-
75 mittere exigibile, & aliud de euictione teneri, nàmq; exigibilitas tendit ad effectum, vt debitũ cessum, siue insolutum datum sit verum: euictio autem, vt sit alteri obligatum, vt perbellè exponit *Mynsinger. lib. 1. Obseru. 54.* vbi declarat, promissionem huiusmodi respectu euictionis dumtaxàt procedere, & *cent. 2. Obseru. 19.* & demùm post alios, quos recensent, per discursum admittunt *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib 4. tit. 27. à num. 38. Alex. Trentacinqu. Var. Resolut. lib. 3. tit. de emption. & vendit. Resol. 7. Mangil. de euiction. quæst. 19. Guzman. eod. tract. quæst. 42. Consiliar. de Rosa Consul. 7. à num. 39. cùm seqq.* quemadmodum & nos omni iuris ti-
76 mitate compertum id dicimus, etenim euictio in genere aliud quippè haùd est, nisi rei ablatio ab alio facta, & illud propriè euinci dicitur, quod à Victore Victo extorquetur, seù possessori ab euincente aufertur, prout sub *tit. D. de euiction.* asserunt *Pomponius l. euicta, 16. §. 1.* ibi, *Cùm res restituta est petitori?* & in *l. si prorepupilli, 22. §. fin.* ibi, *Per iudicium abstulisset? Iulianus l. minor 25. annis, 39.* ibi, *Nàm si ei fundus prætoria cognitione ablatus fuerit? Caius l. habere licere, 57.* ibi, *Ante ablatam, vel abductam rem? Modestinus l. herennius, 63.* ibi, *Et euictione sequuta fundus ablatus, & Fisco adiudicatus est? Papinianus l. emptori, 67.* ibi, *Quem Dominus abducit?* & communi voto Iuris nostri Expositores sectantur, potissimùm *Azo in Summ. C. de euict. num. 1.* vbi ait, euictionem esse rei ablationem alio euincente factam; quem omnis interpetrum Schola sequuta est, è quorum numero sat est recensere *Pichardum lib. 4. Institut. tit. 17. cap. 10. num. 121. Iodocum in praxi ciuili, cap. 260. num. 27. Pereiram de empt. & vendit. cap. 31. num. 1. Cabellinum de euiction. in præfat. num. 1. & §. 1. num. 1. Guzman. eod. tract. in præfat. num. 12. & 13. Spiegellium in Lexico, verb. Euictio, Caluinum eod. tract. verb. Euinci, Brisson. de verbor. signif. lib. 5. vers. Euincere, Mangil. vbi sup. quæst. 1. num. 3. & Consiliar. de Rosa num. 27.*

Vndè si euictionis in genere acceptæ essentia hoc
78 contineat, vt sit rei existentis, ac permanentis abductio ab alio facta, ab dubio dici nequit, euictionem sub se periculum, siue interitum, ac rei defectum comprehendere, quia periculum, siue rei interitus propriè illud est, cùm res ipsa casuali quapiam ratione absq; alterius abducentis opera possessori abest, putà si seruus venditus aufugiat, domus incendio, aùt ruina depereat, fundus fluminis alluuione dissipetur, & his similia, in quibus humanæ sortis fatum, non alterius factum conqueri possumus: quamobrem, quouis modo euictio promittatur, quibuscumq; clausulis explicetur, periculum continere haùd posse, accessoria consequutione dicendum consequitur, vt satis quoq; in terminis decidit *text. in l. si seruus, 21. de euict.* ibi, *Si seruus venditus decesserit antequàm euincatur, stipulatio non committitur, quia nemo eum euincit, sed fatum humanæ sortis?* cùm alioquin certè deridendus foret, is qui domo, vel fundo vendito, ac euictione quibusuis clausulis, etiam de facto promissa, domo posteà incendio, fundo alluuione destructo, de euictione agere vellet, nemo enim tũc euincit, sed fatum humanæ sortis in causa est, vt pereant.

PROLOGOMEN.

Statutum sit, vel nè in viridi obseruantia, cùm ad eius esse vsus requiratur, probandum esse per eum, qui se fundat in illo, eruditur; Indè effatum illud, quod statuit, per non vsum legem, vel statutum non tolli, enucleatur, recẽsenturq; requisita ad hoc, vt lex, vel statutum non fuisse vsu receptum, vel per contrarium vsum, & obseruãtiam derogatum dici queat, & quid si talis lex, vel statutum decreti irritantis clausulam contineat, per contrarium vsum derogari nè possit, exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Qualitas alicuius rei probanda est per eum, qui in illa se fundat.*
2 *Actor suam intentionem fundare debet, etiam si super negatiua fundaretur.*
3 *Statutum probandum est per eum, qui illud allegat.*
4 *Ad esse statuti vsus requiritur, qui cùm in facto consistat, probandus est, & num 8.*
5 *Vis parendi legibus in more posita est.*
6 *Vsus statuti regulariter præsumitur. Intellige vt num. 3. & 11.*
9 *Factum, nisi probatur, non præsumitur.*
10 *Factum per illum, qui in eo se fundat, probandum est.*
12 *Lex, vel statutum per non vsum haùd tollitur. Intellige, vt num. 13. & 16.*
14 *Ius suum per non vsum nemo amittit, cùm vtendi occasio non euenit.*
15 *Dominus ius suum amisisse nõ dicitur, etsi longissimo tempore seruitium à Ciuitate belli tempore debitum non exegerit, si bellum nunquàm contingisse feratur.*
17 *Requisita recensentur ad hoc, vt lex, vel statutum non fuisse vsu receptum, vel per contrariũ vsum, & obseruantiam derogatum dici queat, & num. 19. 20. 22. & 24.*

Digitized by Google

18 *Maior communitatis pars consuetudinem inducere potest.*
21 *Lex, vel Statutum, ex Legislatoris, vel Statuentis intentione vim habet, & ampliatur in consuetudine, vt ex intẽtione eorum, qui illam inducunt, vim pariter habeat.*
23 *Actus legi, vel statuto contrarij haùd sunt, nisi ab ijs præstentur, qui legem seruare tenentur.*
25 *Consuetudo legitimè præscripta derogat statutum, quamuis decreti irritantis clausulam cõtineat, & num. 27.*
Contrarium num. 28.
Enucleatur num. 29.
26 *Vna lex aliam abrogare potest, etiam si in priori lex posterior reprobetur.*

OBSERVATIO XIV.

1 NEmo est, qui nesciat, firmissimam esse in iure regulam, quòd alicuius rei qualitas sit per eũ probanda, qui in illa se fundat, non autem per eum, qui illam
2 impugnat, nàm Actor suam intentionem fundare, & legitimis probationibus manifestare debet, etiam si super negatiua fundaretur, vt *Dom. Reg. Rousitus* tradit *in Comment. super Pragm. 1. num. 176. de abus. in scrib. subl.* quem seqgitur eruditissimus Dominus *Caietanus Ageta in sua Epitom. for. feudal. assert. 10. §. 1. lit. A. in apostill.* & latiùs Ipse dicã in *Obseruat. 89. & 122.* Hinc desumitur, præsentis loci conclusionem, quòd scil.
3 statutum probandum sit per eum, qui illud allegat, dubietate catere, prout etiam post *Bart. in l. in causis, C. de accusat.* statuunt *Surd. decis. 305. num. 41. Tiraquell. de retract. cõsang. §. 8. gloss. 7.*
4 *num. 1.* quia adesse statuti vsus requiritur, vt potissimùm tradidit *Domin. in cap. leges, distinct. 4.* vbi quòd statuta tacitam hanc conditionem, si vtentium moribus recipiantur, semper habere censentur, vndè *Aristoteles lib. 2. Politic. cap. 6.*
5 inquit, *Tota vis parendi legibus in more posita est*, cuius doctrinæ in suo *Discursu Politico-Legale* pro tuitione iurisdictionis militaris, Hispano idiomate composito, *cap. 14. fol. 101.* memor est Illustris. Dominus Marchio Latertiæ *D. Antonius Perez Nauarrete*, Eques Sancti Iacobi de Spata, olim M. G. V. in Criminalibus Iudex, deindè Sacri Consilij Consiliarius, Aulæq; Præfectus, ac eiusdem S. R. C. Decanus, Propresidens, Viceq; Prothonotarius, & ad præsens Regiam Cancellariã dignissimus, meritissimusq; Regens, est enim (præter eius generis splendorem, & incredibilem morum facilitatem) virtutum omniũ ornatissimus, & Iurisconsultorum ætatis nostræ Coriphæus, quæ quidem omnia adeò omnibus in oculis versantur, vt nec pręcone, nec indice indigere videantur: qui quidem vsus, cùm consistat in facto, probandus est per eum, qui se fundat in illo, *Gloss. in l. 1. verb. Probatis*, vbi *Bald. col. 2. vers. Secunda gloss. opponit, C. quæ sit longa consuet.* idem sequitur *Salycet. ibid. num. 11. vers. Nunc transeo.*

Et si hanc sententiam aduersùs vrgere videatur
6 *Barbosa in tract. de clausul. vsufreq. claus. 52. num. 3.* dicens, quòd vsus statuti regulariter præsumitur, vndè probandi onus contrarium asserẽti incumbit: nihilò tamen minùs illam non turbare erudimur, quippè quod *dict. Barbosa* effatum in
7 statutis dumtaxàt procedit, in quibus de iure ad earum essentiam non requiritur vsus, secùs autem in statutis, in quibus ad earum validitatem obseruantiam requirit confirmans, vtputà, si confirmata sint cùm clausula, quatenùs in vsu (vt est hypo-
8 thesis præsentis decisionis) etenim tunc talis vsus tanquàm consistens in facto probandus est, *Socin. iun. cons. 32. num. 47. lib. 3. Bertrand. cons. 149. num. 2. lib. 1. & cons. 130. num. 3. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsum. 2. num. 2. & 3.* quia
9 factum non præsumitur, nisi probatur, *l. in bello, §. facta, D. de captiu. & postlim. reuers.* est q; per
10 illum probandum, qui se fundat in eo, tanquàm suæ intentionis fundamentum, vt in terminis obseruat *Decius in cons. 402. num. 11.* & in specie, quòd stante huiusmodi clausula probatio requi-
11 ratur, scriptum reliquit *Roder. Suarez in l. fori, in proœm. num. 9. col. 5. vers. Sed contrarium*, nec non *Theodos. de Rubeis in singul. Rotæ, tom. 2. part. 4. claus. 612. num. 2.* vbi, quòd illhac stante clausula ad hoc, vt priuilegiorum, vel statutorum confirmatio intret, probari debet vsus, nec sufficit, quòd vsu recepta præsumantur.

12 Hinc porrò dictum dignoscimus illud, quòd nempè per non vsum lex, vel statutum non tollitur, quandoquidem eorum vis, & authoritas apùd omnes tanta est, vt non facilè conuelli queat, *Leges enim in cõmune bonum procedentes nunquam occasum pati*, scribit *Symmachus lib. 10. Epistol.* & *T. Liuius lib. 45.* inquit, quòd Paulus Aemilius Macedoniæ leges cùm tanta cura dedit, vt nõ hostibus victis, sed socijs benemeritis dare videretur, & quas nè vsus quidem longo tempore, qui vnus est legum corrector, experiendo argueret;
13 Planè enim procedit, quando legem contrà, vel statutum nihil fieret, vt quia casus non accideret, quoniam per simplicem non vsum, seù per solam desuetudinem, fortasse quia casus minimè euenit, lex, statutum, vel Pragmatica etiam mille annorum spatio non tollitur, vti exarat *Felin. in cap. 1. de treg. & pac.* & alijs relatis comprobat optimè *Sebast. Medic. tom. 1. de legib. & statut. part. 4. quæst. 37.* nec non *Bursatt. consil. 339. num. 16.* aduertitq; noster *Author hic, num. 16.* & notat nouissimè *Dom. Altimar. ad Reg. Rouit. consil. 12.*
14 *num. 7. tom. 1.* prout regulare est, quòd ius suum per non vsum nemo amittat, cùm non eueniat occasio vtendi: quemadmodum de Domino affir-
15 mamus, qui etsi longissimo tempore seruitium à Ciuitate debitum belli tempore non exegerit, nõ tamèn per hoc ius suum amisisse dicitur, si bellũ nunquàm contigisse feratur, *Surd. cons. 323. num. 50. lib. 3.* latè *Fab. de Anna in cons. 129. num. 9. & in addit. ad Io. Vinc. de Anna allegat. singul. 400.* haùd tamèn ità dicitur, si casus acci-
16 disset, nàm tunc per talem non vsum statuto derogatum dicitur, tanquàm tunc annexum, implicitumuè habeat actum statuto contrarium, qui ad huiusmodi derogationem faciẽdam sufficiens arbitratur, secũdùm *Alex. in cons. 132. num. 4.* Nos autem laudandorum Doctorum auctoritatibus freti, dicimus ad hoc, vt lex, vel statutum nõ fuisse vsu receptum, vel per contrarium vsum, & obseruantiam derogatum dici queat, complura concurrere oportere.

17 Et quidem primò nempè, quòd de contrario vsu populi vniuersi constet, nàm *de quibus causis*

sis scriptis legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine inductum est, docet *Iulianus I.C. lib.* 84. *Digestorum*, notatus *in l.* 32. *D. de LL.* & exponunt *Bursatt. d. cons.* 339. *num.* 16. *vers. Primò, Sebast. Medic. vbi supr. Benint. decis. Bonon.* 14. *num.* 10. *Consiliar. Arias de Mesa lib.* 2. *var. Resol. cap.* 18. *num.* 4. *Dom. Altimar. d. cons.* 12. *num.* 7. quod veri-
18 ficari adnectunt in maiori Communitatis parte, quæ benè consuetudinem inducere potest, ità vt legitima censeatur consuetudo illa, quę circà materiam habilem à duabus Cõmunitatis partibus introducta fuit, quamuis tertia pars non consenserit, nàm duæ communitatis partes maior illius pars dicuntur, tertia verò minor; Secundò, quòd de contraria vniformi consuetu-
18 dine liqueat saltèm per annorum decem curriculum, vt in locis citatis notant *Bursatt. Medic. Arias de Mesa, & D. Altimar.* nèc non latissimè *Rolan. à Valle cons.* 14. *num.* 18. *lib.* 2. *Farinac. cons.* 30. *num.* 109. *Viuius decis.* 338. *num.* 7. *Emmanuel Sà verb. Lex, num.* 17. vbi quoque an dictum temporis spatium procedat in abrogatione Canonicarum legum, de qua re videndi etiam sunt *Less. de Iustit. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 74. *num.* 46. *Azor. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. *Sot.* 1. *de Iustit. quæst.* 7. *art.* 2. & cæteri, quos *Bonacin.* recenset in *tract. de legib. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct. vlt.* §. 3. *à num.* 32. Tertiò, vt cùm casus euenerit,
20 statutum illud seruatum non fuerit, eo tamèn animo, vt contraria consuetudo, & vsus induceretur, vti docent *Andr. in prælud. feudal. in* 2. *quæst. verb. Desuetudo*, & meliùs in *cap. si verò violator, num.* 17. *versiculo Si rusticus, de pace tenend. Medic. dict. quæst.* 37. *circà fin. Consiliar. Arias de Mesa d. num.* 4. *D. Altimar. vbi supr. num.* 7. quia ad illud abrogandum consuetudo requiritur, quæ vim legis habet, & obligationem parit, ad quam inducendam requiritur, vt id, quod per eam inducitur, introducatur, seù obseruetur tanquàm præceptũ seù per modum obligationis, & præcepti: alioquin secùs erit, nàm quod crebrò fit, eo non exi-
21 stente animo legem, seù obligationem minimè inducit, quia sicùt, lex vel statutum ex Legislatoris, vel statuentis intentione vim habet, ità consuetudo ex eorum intẽtione, qui illam inducunt,
22 vim obtinet; Quartò demùm requiritur, quòd consuetudo isthæc ab ijs inducatur, qui legem, vel statutum seruare tenentur, & quidem optima suadẽte ratione, quia proprium cõsuetudinis est,
23 legem, vel statutum per actus contrarios abrogare, actus autem haùd sunt legi, vel statuto contrarij, nisi ab ijs præstentur, qui legem seruare
24 tenentur; Tandèm quintò requiritur, vt in contradictorio iudicio statutum contrà iudicatum fuerit, secundùm *Bartol.* & *DD. in l. de quibus, D. de legib. Alex. cons.* 132. *num.* 4. vbi de communi refertur *lib.* 1. *Neuiz. cõs.* 18. *num.* 24. *Sim. de Petr. cons.* 35. *num.* 24. quos sectatur *Bursatt. d. cons.* 339. *num.* 18.

25 Quibus stantibus, sicq; cùm consuetudo statuto contraria fuerit legitimè præscripta, idem procedere erudimur, etsi statutum decreti irritantis clausulam contineat, quippè quod quia consuetudo vim legis habet, vt inquit *Callistratus I.C. in l.* 38. *D. de LL.* iunctis *Vlpiano I.C. in l.* 33. *Hermogeniano I.C. in l.* 35. & *Paulo I.C. in l.* 36. *D. eod.* & in *l.* 25. *D. de statu homin.* & vna lex
26 aliam abrogare potest, etiam si in priori lex posterior reprobetur, vt probant *Suarez de legibus lib.* 5. *cap.* 27. *Syluester verb. Lex, quæst.* 26. *Azorius part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 20. & 21. & cõmunitèr receptum esse inquit *Martinus Bonacina in tract. de legibus, disput.* 1. *quæst.* 1. *punct. vltim.* §. 1.
27 *num.* 1. idem in consuetudine dicendum videtur sicq; vt illa etiam legem, vel statutum abrogare possit, quamuis in eo posterior, seù futura con-
28 suetudo damnetur; quæ tamèn sententia etsi non placuerit *Geminian. in cap. in istis*, §. *leges, sub num.* 4. *vers. Quandoque lex, dist.* 4. vbi quòd quando adest clausula decreti irritantis, neque iudicatum, neque consuetudo in contrarium legis abrogationẽ inducere vnquàm possunt; cùm quo etsi etiam inter cæteros concordent *Anton. Gabriel commun. lib.* 6. *tit. de clausulis, concluf.* 3. *num.* 40. *Gonzalez ad Regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 67. *num.* 50. *Marta clausula* 3. *num.* 4. *Farinac. de immunit. num.* 15. *Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 14. nihilominùs *Couarruu. in lib.* 3. *Variar. Resolut. cap.* 13. *num.* 3. & 4. *P. Salas in tract. de legibus, tract.* 4. *quæst.* 97. *disput.* 19. *sect.* 5. §. 2. *num.* 55. & 56. & latiùs in *sect.* 7. & 10. eorum sententiam indicato in casu restrictionem recipere astruunt,
29 sicq; vt secùs sit, cùm consuetudo legi, seù statuto contraria fuerit legitimè præscripta, præcipuè si lex illa, seù statutum decreti irritantis clausulã continens, vsu receptum haùd fuisset, vt latissimè *Garzia de Beneficijs, part.* 11. *cap.* 5. *num.* 152. cùm nulla sufficiens ratio assignari possit, cùr cõsuetudo alia statuta abrogare possit, non verò illud, quo futura vetitur consuetudo.

PROLOGOMEN.

Præscriptionem annorum decem inter præsentes, & viginti inter absentes, obstare agenti saluiano interdicto edocetur, dummodò tamèn de verè tertio possessore disceptetur, quapropter complures enucleantur casus, in quibus huic sentẽtię denegatur locus; Quibus deindè expositis resoluitur quæstio illa, An dotalis hypotheca per tertium possessorem dicto decem, vel viginti annorum spatio mulierem contrà præscribatur; Deniquè haùd breui oratione distinctionis fœdere adhibito elucidatur controuersia, casu quo intentatum fuerit saluianum aduersùs censum, seù annuã præstationem, an ad illud euitandum sufficiat sola vnica decennalis præscriptio, vel potiùs quot sunt annuæ præstationes, tot requirantur præscriptiones.

RERVM SVMMA.

1 *Præscriptio annorum decem inter præsentes, & viginti inter absentes locum habet in saluiano interdicto.*

2 *Hypotheca, & obligatio eodem temporis spatio præscribitur.*

3 *Hæres principalis debitoris tertius possessor non dicitur.*

Intellige, vt num. 4.

5 Ter-

Digitized by Google

5 *Tertius causam à debitore habens, ipsomet debitore viuente, non nisi spatio quadraginta annorum præscibit.*
Intellige, vt num. 7.
6 *Tertius non dicitur, qui ab aliquo causam habet.*
8 *Præscriptio decem, aut viginti annorum creditorem debitoris bona cum clausula constituti, & precarij obligata habentem non excludit.*
9 *Tertius possessor, stante mala fide, num præscribere valeat spatio quadraginta annorum.*
10 *Mala fides longissimi etiam temporis præscriptionem impedit.*
11 *Dotalis hypotheca per tertium possessorem dicto decem, vel viginti annorum spatio contrà mulierem non præscribitur.*
Contrarium num. 13.
12 *Non valenti agere non currit præscriptio.*
14 *Dos ipsius respectu non est pia causa.*
15 *Falcidia de legato dotis detrahitur.*
16 *Falcidia, & trebellianica de legatis ad pias causas non detrahitur.*
17 *Proponitur quæstio casu quo intentatum fuerit saluianum aduersus censum, seu annuam præstationem, an ad illud euitandum sufficiat sola vnica decennalis præscriptio, vel potius tot requirãtur præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes.*
18 Aristippi *effatum recensetur.*
19 *Ius aptari debet ad ea, quæ frequentiùs eueniunt.*
20 *Quotidiana quæ sunt, accuratiùs, pleniùsq; elaborato calamo pertractanda sunt.*
21 *Præscriptiones cum versamus in censu, tot requiruntur, quot sunt annuæ præstationes.*
Contrarium verius, vt num. 23.
22 *Actio antè conditionis euentum non oritur.*
24 *Pecunia pro censu debita singulis annis materialiter ad censum se habet.*
25 *Census formaliter, & materialiter consideratur.*
26 *Census formalis quis dicatur.*
27 *Census materialis est ipsa pecunia, quæ annuatim soluitur.*
28 *Census vbi venditur, de formali intelligitur.*
29 *Substantia vbi deficit, non inuenitur qualitas.*
30 *Tertius possessor cum titulo præscribit decennio inter præsentes, & viginti inter absentes.*
31 *Præscriptio vnica sufficit in annuis debitis ex contractu, à die tamèn, quo à redditus solutione cessatum est.*
Limita, vt num. 32.
33 *Præscriptio vnica in annuis præstationibus ex legato debitis sufficiens minimè est.*
Limita, vt num. 34.
35 *Præscriptio in his, quæ sub conditione debentur non nisi ab aduenientis conditionis die incipere est.*
36 *Legatum Ciuitati, Ecclesiæ, Collegio, aut Monasterio relictum purum, & perpetuum dici debet.*
37 *Præscriptio quadraginta annorum locum obtinet in legato Ciuitati, vel Ecclesiæ, aut Monasterio relicto, non solùm pro præteritis, sed etiam pro futuris annis, si tantum per tempus redditum minimè exegerint.*
38 *Contrà Ecclesiam spatio annorum quadraginta præscribitur.*
39 *Eodem etiam tempore contrà Ciuitatem præscribitur.*
40 *Legantis voluntas legatarij merita perspexisse censetur.*
41 *Conditio* si legatarius viuat, *in annuo legato subintelligitur.*
42 *Legatum annuum ad certum tempus vnicum est.*
43 *Legatum annuum ad certum præfinitum tempus relictum, si antè finitum legati tempus legatarius decesserit, ad hæredes transmittitur.*
Limita, vt num. 44. & 45.

OBSERVATIO XV.

1 AGenti saluiano interdicto obstare præscriptionem annorum decẽ inter præsentes, & viginti inter absentes, concluſum fuisse hic noster testatur *Author*, assectatores sunt quippè *Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. Iur. tom. 1. Resol. 5. num. 45. Episcop. Riccius Collect. 391. vers. Quanto tempore, Geuall. commun. contrà comm. quæst. 3. num. 4. & Pacific.* qui integrum hac de re composuit tractatum *inspect. 2. cap. 2. num. 274.* vbi ità per Rotam pluries decisum testatur, eademquè *Rota* impressa post *dict. tract. decis. 87. num. 11. & decis. 86. num. 1.* vbi, ità determinatum dicit coràm Illustriss. Mantica in vna saluiani interdicti 27. Iunij, 1594. & *textus* celebris est, qui hanc cõclusionem probat in *l. 1. & 2. C. si aduers. credit. præscript. oppon.* vbi clarè habetur, quòd tertius
2 possessor cùm titulo, & bona fide nesciens, quod res possessa fuerit priùs alteri hypothecata, contrà creditorem dictam rem hypothecatam habentem decem annorum spatio inter præsentes, & viginti inter absentes præscribere possit: ex quo equidem decernitur, dictam cõclusionem esse expressis legum suffultam dispositionibus, optimisquè votis comprobatam, quapropter de ea ambigere haùd posse dicimus, dummodò tamèn de verè tertio possessore disceptetur, cùm si cæteroquin limitationem admittit profectò.

Hinc ergò dicimus, Iuris hanc, & Doctorum sententiam locum nõ habere: si à principalis debitoris hærede talis præscriptio opponatur,
3 quia tanquàm defuncti personam repræsentans verè tertius possessor non dicitur, & perconsequẽs dicto tẽpore præscribere nequit, sed quadraginta annorum curriculo, vt rectè noster *Author* aduertit *hic num. 9.* quem laudat *D. Reg. Merlinus Controuers. forens. tom. 1. cap. 44. num. 7.* vbi Ipse hoc etiam probaui in *Scholijs* publicam in lucem quamprimum, Deo adiuuante, edendis, & cõcinunt notata per *Roderic. de annu. reddit. lib. 1. quæst. 17. num 3. Franc. Balb. de præscript. 4. part. 6. part. princip. quæst. 5 num. 2. Cenc. de censib. part. 3. cap. 1. quæst. 8. art. 1. num. 11.* verũ de eo dumtaxàt hærede intelligitur, qui succedit
4 titulo vniuersali, debitorisquè personam repræsentat, non autem de eo, qui particulari titulo debitori succedit, quemadmodùm est emptor, donatarius, vel similis, siquidem hoc casu decem annorum spatiò inter præsentes, & viginti inter absentes præscribere potest, prout post alios in punctο enucleant *Statilius Pacificus de Saluian. interdict. dict. cap. 2. num. 271. & 272. Tira-*

Digitized by Google

raquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 15. hancquè opinionem hac præmissa distinctione ab omnibus receptam, & passim, ac vbiquè seruari testatur *Card. Mantic. decis. 291. num. 5.*

5 Propterea, si talis præscriptio à tertio causam ab eo habēte ipso debitore mortalium rebus ab humanis non hadùc exempto opponatur, laudatam sententiam nec demùm procedere dicendū consequitur, & proindè dictum decem, vel viginti annorum præscriptionis curriculum haùd aduersatur, cùm hoc inquam casu quadraginta annorum præscriptio requiratur, vt per *text. in l. cùm notissimi, §. 1. C. de præscript. 30. vel. 40. ann.* exponunt *Negusantius de pignorib. membr. 2. 6. part. vers. Si autē, Pacificus dict. cap. 2. num. 271. Iacobus Cancerius Var. Resolut. part. 1. cap. 15. de præscript. num. 50. vers. Mihi verò,* & communem dicit *Blasius Florez ad Gamm. decis. 99.*

6 etenim tertius dici nequit, qui ab aliquo causam habet, vt multis allegatis notat *Surdus in decis. 173. num. 26.* verùm enimuerò si talis tertius pos-

7 sessor à mortis die sui auctoris præscriptionem incipere vellet, & aliquid de tempore, quod dicto suo auctore non adhùc vita defuncto cucurrit, computare nollet, tunc triginta annorum spatio præscribere posset, vt in *dict. l. cùm notissimi, §. sed cùm illud,* vbi *Salyc. num. 6.* ità declarat, & comprobant *Negusantius vbi supr. vers. Sed si vellet, Pacificus loc. cit. num. 270.*

8 Quibus equidem attentis, laudatam suprà, cōprobatamquè sententiam eo fortiùs non procedere affirmandum est, quando nempè debitoris bona cùm constituti, & præcarij clausula sunt creditori hypothecata, quippè quod huiusmodi decem, vel viginti annorum præscriptio creditorem hoc modo debitoris bona obligata habentem haùd excludit, vti exprofesso *Matthæus de Afflictis docet in decis. 139.* vbi Sacrum Consilium hanc secundùm sententiam bis pronunciauisse testatur, secundùm eamdem Pedemontanus Senatus etiam pronunciauit, vt *Thesaurus* refert *in decis. 105. num. 8.* ità que pariter in suo Senatu definitum dicit *Anton. Faber in Cod. lib. 7. tit. 10. definit. 5.* & ist hac cùm opinione cōuenit *Rota Romana decis. 300. num. 10. impress. post tract. Pacific. de saluian. interd.* & *decis. 75. num. 6. post add. Cenc. ad suum tract. de censib.* concordant *DD.* per *Menoch.* adducti *de recuper. possess. Remed. 14. num. 68.* & cū ipsis clarè cōsentiunt *Abbas Barbat.* omninò videndus *de assistent. præstan. Gloss. 7. num. 53. & seqq.* vbi dicit hoc esse clarum, *Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resol. lib. 1. cap. 47. num. 5. & seqq. Vrceolus Consultat. 34. num. 1. Cyriacus Controuers. 258. nu. 54. Scapucc. de Saluian. quæst. 22. per tot.* vbi argumentis respondet, quæ hanc doctrinam contrà vrgere videntur.

9 Et abdubio concludimus tandèm, laudatam, firmatamq; suprà sententiam limitationem admitti, stante mala possessoris fide, quando nimirùm talis possessor mala est in fide, vt *Gloss.* notat *in l. sicut, verb. Possidēte,* quam inibi sequitur *Salyc. num. 3. C. de præscript. 30. annor. Alberic. in l. 1. in princ. C. si aduers. credit. Pacific. de saluian. interd. dict. cap. 2. num. 269.* dùm certissima

10 conclusio illa est, malam nempè fidem præscriptionem longissimi etiam temporis impedire, vt in *cap. mala fidei, de regul. iur. in 6.* & in *cap. final. extrà de præscript. Bart. in l. naturaliter, num. 8. vers. Quaro vtrùm, D. de vsucapion.* quem sectantur ibi communiter Iuris expositores, & post receptos alios consulentes adstipulātur *Reg. Rouitus consil. 40. num. 9. tom. 2. Portius cons. 88. num. 5. vol. 2. Cranett. cons. 116. num. 6.* multiq; alij, quos recenset *Surdus in cons. 28. num. 67. cum seqq.* & se subscribunt, alijs omissis (quos si sigillatim recensere vellem, fastidiosam nimis allegationem contexerem) *Iacobus Cancerius Variar. Resol. lib. 1. cap 15. de præscript. num. 22. Author noster tom. 1. Discept. forens. cap. 52. num. 24. Gilken. de præscript. part. 2. membr. 2. cap. 1. num. 6. Vasquez lib. 2. Controu. Illustr. cap. 73. num. 9. Mynsing. cent. 4. Obseruat. 6. Dom. Consiliar. Hodierna Controuers. forens. cap. 43. num. 38. Dom. Consiliar. Roccus Respons. 65. num. 25. tom.* 1. His modò ità dilucida oratione propositis optima methodo dirigente peragendum est. An dotalis hypotheca per tertium possessorem dicto decem, vel viginti annorum spatio mulierem contrà præscribatur.

11 Quam rem circà, etsi scissæ inter se nostratum videatur sententię, etenim negatiuè responderunt nonnulli docentes, scilicèt, triginta annorum præscriptionem requiri à die inchoante, quo agi potuit, soluto scilicèt matrimonio, vel viro ad inopiam vergente, ad *text. in l. in rebus, §. omnis autem temporalis exceptio, C. de iure dot. in l. cùm notissimi, §. illud, vers. Verùm, C. de præscript. 30. ann.* & in *l. 1. §. fin. C. de ann. except.* quia non

12 valenti agere non currit præscriptio, vt ibi, & in *l genero,* vbi *Bald.* & *Doctores, D. de his, qui notant. infam.* ità firmant alijs adductis *Boer. decis. Burdegal. 328. Masue. in sua praxi tit. de præscript. fol. 56. col. 2. vers. Item, & res dotalis præscribitur 30. annis, Bald. Nouell. de dote, part. 7. col. 4. in princ. vers. Hinc est, quòd etiam hodie,* vbi concludit, quòd contrà mulierem nulla currit præscriptio in dote, seù in rebus dotalibus matrimonio durante, quousq; est impedita agere per casum in *dict. l. in rebus, §. omnis.* Nihilò tamen

13 minùs ex *Negusant.* & alijs contrarium tradit *citatus Statilius Pacific. de saluian. interd. inspect. 2. cap. 2. num. 275. Ceuall.* demùm *d. quæst. 3. num. 5.* nec non *Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. iur. tom. 1. Resolut. 5. num. 49.* adnectentes procedere, non solùm soluto, verùm etiam matrimonio constante, quando tamèn certum, & & notorium est, maritum ad inopiam vergere: ex

14 eo præsertim, quia dos ipsius respectu non est pia causa, propter quod dicere nequit, vt regulari debeat, quemadmodum pia causa, vt post alios exponit *Tiraquell. de priuileg. pia causa, in præfat. col. 5. in princ. vers. Verùm, fol. 8.* vbi ex hoc

15 concludit, quòd de legato dotis detrahitur falcidia, quæ haùd detraheretur, si pia causa foret, *Gloss. in l. tali, in princ. D. de iure dot.* & in *l. si nō designata, C. de fals. caus. adiect. legat.* atq; in *l. in testamento quidem. C. ad leg. falcid.* & communi Doctorum voto receptum est, quòd nempè falci-

16 dia, & trebellianica de legatis ad pias causas haùd sit detrahenda, vti enucleant *Peregrin. de fideicommiss. art. 3. num. 63. Simon de Petris de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 12. num. 5. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 9. num. 306. & 334. Mart. de iurisdict. part. 4. centur. 2. casu 180. Mägil. de imput. cap. 119. à num.*

10.

Digitized by Google

10. *Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 18. à num. 2. Flores de Men. lib. 2. Variar. Resol. cap. 21. num. 190. Ciarlin. Controuers. forens. cap. 28. num. 10.* & nouissimè *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. decis. 612. num. 12.* At hic subnascitur, & alia
17 quæstio, casu quo intentatum fuerit saluianum aduersùs censum, seù annuam præstationem, an ad illud euitandum sufficiat sola vnica decennalis præscriptio, vel potiùs tot requirantur præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes.

Isthac herclè in re ità nectimur, vt illa propemodum videantur per nos hic obseruata, putà quæ potissimùm necessariæ sunt, vt ità & illud
18 *Aristippi* apùd *Laertium* prosequamur, qui percontanti cuidam, quæ essent discenda, respondit, quæ viris vsui futura sunt, & hinc est, quod *Cel-*
19 *sus* meminit, Ius aptari ad ea, quæ frequentiùs eueniũt in *l. 5. D. de LL.* itèmq; ex notatis in *l. legaui, 26. D. de liber. legat.* in *l. iusto errore, 44. sub fin. pr. D. de vsurp. & vsucap.* & in *l. certè, §. fin. de precar.* erudimur, quotidiana quæ sunt, & in ci-
20 uili societate, siuè, quæ in vita communi frequẽtem obtinent vsum, accuratiùs, pleniùsq; elaborato calamo pertractanda esse, nihilò tamen minùs illam, nè longior, quàm par sit, esse videamur, summo verborum compendio, & facili quidem vocabulo, secundùm ea præcepta, quæ ipsa res experit, absoluamus.

Distinctionis ità q; moderamine quæstionem hanc resoluendam esse dicimus: Aùt enim in censu versamus, aùt in annua præstatione; si in censu,
21 vt putà, quia intentatur saluianum contrà censũ, & ex aduerso de præscriptione opponatur, hoc in casu, tametsi *Foller. de censib. §. census, num. 105.* doceat, quot sunt anni, tot præscriptiones requiri, ex eo quia census vigore Bullæ Calisti, Martini, & Pij V. est redimibilis, illiusq; fructus, nisi in singulo anno, non debentur, sicq; cùm debeantur sub tacita illa conditione, quatenus nempè non
22 redimantur, clarum fit, conditionis antè euentum actionem non nasci ad *text. in l. cedere diem, 219. D. de verbor. signif.* & per consequens tot requiri præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes: nihilominùs equidem, quia obligatio, & stipulatio
23 vnica est pro omnibus præstationibus, licèt exactio de anno in annum differatur, vnicam pro annis omnibus præscriptionem sufficere, dicendum videtur, prout quoq; firmant *Panormitan. in cap. auditis, de præscript. Iason* post alios in *l. de pupillo, §. in pluribus, de nou. oper. nunc. Felin. Bartol. Speculat.* & alij, quos *Aluar. Valasc.* sectatur in *Consult. 49. num. 4. & 6. Decian. cons. 2. num. 39. & seq. Boer. decis. 336. num. 3.* vbi hanc quoq; sententiam communi Doctorum voto receptam testatur, & de generali Franciæ Consuetudine seruari adnectit in fine decisionis, eamquè apùd Hispanos seruari refert *Valasc. d. l.* & ab ea in iudicando, consulendoq; recedendum haùd esse, dicunt *Surdus cons. 302. num. 8. lib. 3. Magon. decis. 95. num. 2. Felician. de Solis lib. 4. de censibus, cap. vnic. num. 14. vers. Nihilominùs, Roderic. de annuis redditib. lib. 1. quæst. 17. num. 101. Ant. Gomez Var. Resol. tom. 2. cap. 11. num. 45. Parlador. lib. 1. Rer. Quotidian. cap. 1 §. 12. num. 7.* quos alios addens, insequitur *Dom. Reg. Merlinus Controu. forens. cent. 1. cap. 44. num. 12.* vbi in fine dicit, quòd hodiè apùd Citramontanos est communi consensu recepta, & nuper in *Controuers. 43. num. 21. & 22.* luculentèr comprobat Illustris. Dom. *D. Caietanus de Afflicto* in S. R. C. olim causarum Aduocatus eloquentissimus, & ad præsens Ciuitatis Cauæ dignissimus Antistes.

Et quidem etiam dictam nostram sententiam ex eo tuemur, quia tametsi pecunia pro censu de-
24 bita singulis annis exigatur, ipsa tamèn ad censũ materialitèr se habet, cùm census formalitèr in illo dumtaxàt exigendi iure ex contractu competenti consistat, indubitata enim conclusio illa est, quòd census duplicitèr considerari potest, forma-
25 litèr nempè, & materialitèr, formalis dicitur census ius illud incorporale percipiendi annuos red-
26 ditus, quod quidem inter immobilia connumeratur, estq; in vẽditionis commercio, quemadmodum cœteræ sunt actiones, & iura, *tot. tit. C. de heredit. & action. vendit. Decian. dict. cons. 2. num. 79. Bald. cons. 54. num. 2. lib. 2.* materialis
27 verò census est ipse annuus redditus, siuè quantitas ipsa pecuniæ, quæ annuatim soluitur, percipitur, & leuatur, vt *Ludouic. Molina* exponit *de Iust. & Iur. disp. 183. num. 3.* cum alijs per *Cenc. de censib. part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 10. &* 11. nec non per *Dom. Reg. Merlin. d. l. num. 16. &* 17. adnectentem *num. 18.* aliorum fultum au-
28 ctoritatibus, quòd cùm quærimus, vtrùm annuæ præstationes præscribi possint, de iure illo incorporali eas percipiendi intelligimus, quod censum formalem vocari diximus; quamobrem si ius est illud, quod præscriptione acquiritur, vel extinguitur, nullum quippè census inter præteritos, vel futuros erit discrimen, quoniam ad census futuros nulla remanet actio, dùm ius illud formale, quod vnicum est, in quo ipse fundatur, & substinetur, extinguitur, & per consequens quærẽdum minimè est, an non dùm orta actione præscriptio
29 currere possit, quia vbi deficit substantia, non inuenitur qualitas, *l. 4. §. fin. D. de action. empt. l. fin. C. de collat. bon.* cùm concordantibus, vnicam idcircò non solùm pro præteritis, sed etiam pro futuris censibus præscriptionem sufficere affirmamus, & quidem annorum 10. inter præsentes, & 20. inter absentes, quando res, super qua
30 constitutus est annuus census, est penès tertium possessorem cùm titulo, *l. 1. & 2. C. si aduersùs creditorem*, & docet præter alios *Felician. de censib. lib. 3. cap. 4. num. 12.* quem compluribus alijs adductis sequitur *Dom. Reg. Merlin. dict. cap. 44. num. 26.*

Si verò in annua præstatione versamus, hocquè casu alio adhibito distinctionis moderamine dicimus, an illa ex contractu, an verò ex legato debeatur; si primum simili ratione, quia vnica est
31 stipulatio, & obligatio, eaquè est putà, licèt exactio in diem delata, vel sub conditione purificanda suspensa, vnicam pro annis omnibus, à die tamèn quo à redditus solutione cessatum est, præscriptionem sufficere affirmamus, vt etiam firmant *Bart. in l. de pupillo, §. si in pluribus, num. 2.* vbi cœteri Expositores, *D. de nou. oper. nũciat. Pacific. de saluian. interdict. dict. cap. 2. num. 291.* vbi alios recenset, & ità per Rotam decisum refert, *Dom. Reg. Merlin dict. loc. antè num. 25. Ill. Episcop. de Afflict. Controuers. 47. num. 18.* vbi complures congerit, *Dom. Consiliar. Pratus tom. 2. disceptat. forens. cap. 34. Reg. Capyc. Latr. tom. 1. decis. 27. à num. 5.* vbi *Gizz. in add. Dom. Altimar. ad Reg. Rouit. tom. 1. cons. 91. num. 8.*

Digitized by Google

qui alios manuducunt: nisi tamèn contractus cõditionalis foret, cuius conditio singulis annis
32 adimpleri debet, etenim tunc quot sunt anni, tot sunt obligationes, & per consequens tot necessariæ erunt præscriptiones, vt *textus* docet in *l. si seruus communis Meuij. §. fin. D. de stipulat. seruor.* vbi notat *Bartol.* quod si stipulatio annua
33 sit per eum, qui singulis annis aliquid implere debet, quod ipsius personæ cohæret, tunc quot sunt anni, tot sunt stipulationes, & per consequens tot requiruntur præscriptiones.

34 Si secundum, nempè si præstatio illa annua ex legato debetur, eo casu, quia tot sunt legata de per se, quot anni, tot etiam compleri debent præscriptiones, quot sunt anni, quibus debentur, licèt enim pro priori anno legatum sit purum, pro sequentibus tamèn conditionale est, ad regulam *textus in l. si stichum, §. stipulatio, D. de verbor. obligat.* præscriptio idcircò currere nequit, nisi
35 de anno in annum, quia in his, quæ sub conditione debentur, præscriptio, nisi ab aduenientis conditionis die, incipere non potest, cùm tempus solutionis cessatæ cuiuslibet anni consideretur, *l. cùm notissimi, §. cùm his, C. de præscript. 30. annor.* ità post antiquos complures exrecentioribus firmant *Pacific. dict. cap. 2. num. 293. Roderic. de annuis reddit. lib. 1. quæst. 17. num. 102. Canter. part. 3. Var. Resol. cap. 20. num. 61. Pater Molfes. ad nostras Consuetudin. tom. 3. part. 15. de pignor. & hypothec. quæst. 36. num. 3. Bottiglier. de succession. ab intestat. cap. 2. theorem. 78. num. 10. Dom. Verde in sua Pantonomodidaschalia lib. 2. tit. de vsucapionib. num. 446. Dom. Altimar. vbi sup. num. 7.* & decisum per M. C. V. refert *Dom. Reg. Merlin. d. l. antè num. 24.* nisi tamèn Ecclesiæ, Collegio, Monasterio, Ciuitati, aùt Vniuersitati relictum esset, quippè quod tunc plura haùd, sed vnicum, & perpetuum arbitratur legatum, *l. penult. D. de ann. legat.* ea nimirùm suadente ratione, quia cùm legatum huiusmodi Ci-
36 uitati, Ecclesiæ, Collegio, aùt Monasterio relictũ ex alicuius vita non pendeat, nàm nec Ciuitas, nec Ecclesia, aùt Monasterium moriuntur, *cap. quoniam Abbas*, vbi *Gloss.* & *DD. de legat.* purum, & perpetuum dici debet profectò, quamuis tamèn si per quadraginta annorum tempus Eccle-
37 sia, Monasterium, aùt Ciuitas minimè redditum exegerit, erit præscriptioni locus, non solùm pro præteritis, sed etiam pro futuris annis, ac si fundus legatus foret, quemadmodum post *Roderic.* perpendit perdoctus I. C. *Dom. Blasius Altimarus in dict. cons. 91. num. 7.* nàm hoc tempore Ec-
38 clesiam contrà præscribitur, *cap. de quarta, de præscript. Auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. Pacific. de saluian. inter dict. dict. cap. 2. num. 279. Couarr. in regul. possessor. part. 2. §. 2. num. 3. vers. Immò, Monet. de decim. quæst 9. num. 154. Molin. de Iustit. tract 2. disput. 72. à num. 1. Less. eod. tract. lib. 2. cap. 6. dub. 8. num. 251.* & contrà
39 Ciuitatem *Roderic. vbi supr. num. 103 in fin.*

Verùm enimuerò legatum annuum multiplex haùd semper existimandum est, ipsum enim idcò
40 conditionale, & multiplex existimatur, quia cùm legantis voluntas legatarij merita perspexisse cẽsearit, iuxtà notabile n *Vlpiani I. C.* Responsum *in l. nec adiecit, 9. D. pro soc.* conijcitur, quòd legatarium donèc viuat, haùdq; vltrà, habere voluerit: quò fit, vt necessariò de anno in annum sub-
41 intelligatur conditio, si legatarius nempè viuat, *Iaf. in dict. l. si stichum, §. stipulatio, num. 12. D. de verbor. obligat.* & quia est conditionale, est multiplex per consequens; quamobrem quoties legatum annuum à legatarij vita non penderet, putà quia testator illud perpetuò reliquisset, aùt ad certum præfinitum tempus, tunc sicuti conditionale non esset, paritèr nec multiplex, sed vnicũ censeretur, licèt singulis annis præstationes faciẽdæ forent, *l. si cùm præfinitione, D. quando dies legat. ced.* vbi *Bart. Medic. cons. 91. num. 5.* vndè
42 legatum annuum ad certum tempus vnicum esse respondet *Grat. cons. 82. num. 22. vol. 2.* quem refert, & sequitur *Ill. Episcop. de Afflict. vbi supr. num. 25.* & antè eum *Cancer. d. cap. 20. Var. Resol. num. 36.* quia tametsi legatum pro priori anno purum, & pro sequentibus sit conditionale, id at-
43 tamèn in anuuo legato ad certum præfinitum tempus relictum minimè procedit, adeò quod si finitum tempus antè legati decesserit legatarius, ad hæredes illud transmittitur, vt *Zanchus* notat *in l. hæredes mei, §. cùm ità, in 4. part. num. 57. D. ad Trebell.* & sequuntur *Cancer. l. c. num. 55. Ill. Episcop. de Afflict. dict. l. num. 26.* dummo-
44 dò legatum vsustructus non sit temporale, cùm tunc, si legati antè tempus decedat legatarius, illud extinguatur, *l. ambiguitate, C. de vsufruct.*
45 quemadmodùm de legato alimentorum affirmatur, quod licèt sit temporale, pro priori tamèn anno est purum, & pro sequentibus conditionale, *l. si cùm præfinitione, D. quando dies legat. ced.* est notãdus & alius casus *in l. si tibi, D. quemadm. vsufruct. amitt.* quem paritèr indicat *Cancerius d. l. num. 40.* & *num. sequ.* infert, an idem sit in legato alicui relicto, quò ad viuet, vel ad vitam alicuius, quod latè exponit *Marcabrun. cons. 71. num. 10. & seq.* nec non etiam alijs omissis *Ludouic. de Canat. consil. 32.* vbi paritèr dilucidat, legatũ quãdo perpetuum, & quando temporale dicatur.

PROLOGOMEN.

Ex naturæ mortalium præsertim ordine, qui neque omnes inter summos, neq; rursùs omnes inter nouissimos constituit, desumitur, Canonico prouiso de Canonicatu Presbyterali in Ecclesia, vbi præbendæ sunt distinctæ, deberi locum inter alios Presbyteros suprà Diaconos omnes, & Subdiaconos, licèt priùs in Ecclesia receptos: cuius hypothesis determinationem alijs in consimilibus casibus locum obtinere exponitur, quorum compluribus indicatis traditur indè, Canonicũ creatum Episcopum cùm Canonicatus retentione omnibus alijs Canonicis ipso etiam antiquioribus præcedentiam habere. Rursùs elucidato, implicantiam non esse, quòd vna eademq; persona varios ob respectus diuerso iure censeatur, perbellè probatur, Canonicum, qui præuenit in appræhendenda possessione, alios, tametsi priores in prouisione, præcedere debere: & denique annuitur, Canonicum post adeptam possessionem, si omni Collegij iure priuetur, & deindè ex gratia per viam nouæ prouisionis restituatur, locum, stallumuè antiquum habere minimè debere.

RE-

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 Precedendi cupido vtriusq; status personas inuasit.
2 Mortalium natura imperij auida est.
3 Priuilegium, quo aliquis prefulget, diligentissimè curandum est.
4 Honor, & dignitas in sessione, & prioritate consistit.
5 Loca prima non ambitu, & gloria cupitate pretendi debent, sed propter finem obseruandi ordinis, quod laudabile est, & iuri consonum, vt alter alteri presit, num. 6.
7 Canonicus de Presbyterali Canonicatu prouisus in Ecclesia, vbi prebenda sunt distincta, obtinere debet locum inter alios Presbyteros supra Diaconos omnes, & Subdiaconos, licèt priùs in Ecclesia receptos.
Ampliatur etiam si contraria adesset consuetudo, vt num. 9.
8 Cardinales Presbyteri preferuntur Diaconis Cardinalibus, licèt isti in creatione priores sint illis.
10 Consuetudo contrà honestatem nulla est.
11 Humilitatis primus gradus quis sit.
12 Ordine qui maior est, etiã si postea sit receptus, potior esse debet, & num. 14.
13 Diaconus, quamuis in quolibet officio Ecclesiastico sit, antè Presbyterum sedere non potest.
15 Locus in Concilio secundùm ordinem vnius alteri cedendus est.
16 Dignior semper alteri, siue iuniori, siue seniori prefertur.
17 Ordo, & gradus seruari debet.
18 Prioritas temporis haud attenditur, cùm adest imparitas alicuius circumstantiæ ratione, quæ causam tribuit præexcellentiæ.
19 Constitutus in duplici dignitate prefertur ei, qui vnicam tantùm habet.
20 Duplex vinculum magis operatur, & fortiùs quàm vnus ligat.
21 Doctor in vtroq; Iure prefertur Doctori in vnica tantùm facultate.
22 Episcopus, qui est Doctor, precedit Episcopum non Doctorem, etiam priùs promotum.
23 Miles, & Doctor insimùl, Doctori tantùm, aut Militi prefertur.
24 Marchio simùl, & Comes alijs omnibus simpliciter Marchionibus, & Comitibus precedentiam obtinet.
25 Cardinalis Episcopus Cardinali non Episcopo prefertur.
26 Episcopus Romanæ in Curia officium habens cæteris, etsi antiquioribus Episcopis antefertur.
27 Episcopus effectus Regius Consiliarius omnibus alijs Consiliarijs, tempore etiam anterioribus, in Aula precedentiam habere debet.
28 Maior in dignitate precedit minorem in illa, licèt minor precedat in tempore.
29 Dux Amalphiæ præcessit Principem Bisinianj.
30 Habens vnum ex septem Regni officia omnes quauis dignitate decoratos in Regno precedit.
31 Comes Castri præcessit Principem Salerni.
32 Princeps Concha Magnus Admiratus ratione maioris dignitatis præcessit Marchionem Gruptularum.
33 Precedentia in habentibus septem Regni Officia ab Officij maioritate, haùdq; à creationis tempore regulatur.
34 Presidens Sacri Consilij, licèt posteriùs creatus, precedit Locumtenentem Regia Camera priùs electum.
35 Canonicus creatus Episcopus cùm Canonicatus retentione omnes alios Canonicos ipso etiã antiquiores precedit, & adducitur nouissimum Arrestum è Sac. Rituum Congreg. manatum in personam Illustris. Dom. D. Pauli Garbinati Nabucensis Episcopi.
36 Episcopus Doctor æquo iure cùm alijs Doctoribus procedit in nostro Almo Doctorum Collegio ex speciali eiusdem Almi Collegij priuilegio.
37 Auctor quo tempore Iurisperiti laurea insignitus fuit.
38 Dignitas tunc consideratur, cùm ordinata est ad actum illum, pro quo de precedendo tractatur.
39 Episcopus existens in studio Rectorem in actibus scholasticis non precedit.
40 Filius Præsidens patrem precedit in his, quæ ad officium pertinent, & adducuntur consimilia.
41 Pares Franciæ quando ad Regis pedes, & in gradibus Cadaphali sedere non solent.
42 Vna, eademq; persona varios ob respectus, vt diuerso iure censeatur, minimè repugnat.
43 Quis haberi potest maior, & dignior altero, & eo etiam minor, & minùs dignus diuersis respectibus.
44 In vna persona cùm iura plurium deueniunt, ea omnia pristinam naturam retinent.
45 Prælatus si contractum aliquem fecerit, qui Ecclesiæ sit damnosus, ipsemet Ecclesiæ nomine contrauenire potest.
46 Canonicus, qui preuenit in apprehendenda possessione, alios precedit, quamuis priores sint in prouisione.
Limitatur, quando præueniens in possessione impedimentum præstitit, vt anteà prouisus possessionem capere non posset, vt num. 62.
47 Precedentia est fructus, & emolumentum possessionis.
48 Infirmus absens non est in culpa.
49 Absens metu morbi pro presente habetur.
50 Decisiones complures recensentur de precedentia Officialium, & num. 51. 52. 53. & 54.
55 In Officijs tria inspicienda sunt, electio nempè, acceptatio, & ingressus.
56 Possessio plura præbet commoda.
57 Beatus dicitur, qui possidet.
58 Quasi possessio sola in precedentijs attenditur, & secundùm eam iudicatur, vt num. 59.
60 Possidentis conditio melior est in precedentijs.
61 Status vltimus in precedentiæ materia attenditur.
63 Dolus nemini patrocinari debet.
64 Pro possessore habetur, qui per aduersarium impeditus fuit, nè possessionem caperet.
65 Id quod fieri debebat, quando pro facto habetur.
66 Canonicus post adeptam possessionem, si omni Collegij iure priuetur, & deindè ex gratia per viam nouæ prouisionis restituatur, locum stallumuè antiquum habere non debet.
67 Canonicus, qui Canonicatum dimisit, & alium eadem in Ecclesia impetrauit, vltimi Canonicatus locum dimisso primo obtinere debet.

Digitized by Google

68 *Restringitur in eo, qui Canonicatum permutauit, & permutatio effectum habere non potuit.*

69 *Regressus concessio tituli restitutionem, non autem translationem operatur.*

OBSERVATIO XVI.

INter cœteras nostri Iuris quæstiones, ex quibus lites aluntur peculiari studio inditum est sub quadam specie laudis, ac honoris de præcedentia tractare, cuius cupido non
1 solùm Sæculares, verùm & Ecclesiasticas personas inuasit, vtputà inter vtriusq; status Proceres, Magistratus, aliosq; dignitate decoratos, primum illud sit desiderium alijs præcelle, idq; ductũ natu-
2 rali instinctu, natura enim mortalium auida imperij est, & adeò vetus, ac pridẽ insita mortalibus potẽtiæ cupido, vt suprà naturæ conditionem se esse fateatur aliquis, si priuilegio aliquo præfulgeat, quo à communi hominũ grege segregetur, quod, vt possideat, nec sumptibus parcit, nec labori, &
3 nè ab illo deturbetur, diligentissimè curat: vndè sicùt honores, ità & rixæ, forensesq; controuersiæ nascuntur, vt grauitèr *Hieronymus Auennatus* ad ordines Imperij in Comitijs Ratisbonensi congregatos anno M.D.XCIV. ea de re ce:init,

O Proceres, Proceres, dùm qua quis sede sedere
Debent, inter vos rixæ miscentur, & iræ,
Nè vestras sedes, & nè charissima queq;
Eripiat vobis crudelis Turca, cauete.
Illum etenim semper discordia vestra, potentẽ
Fecit, & illius victoria reddidit arma.
Ponite iàm, quid cessatis? rogo, ponite vanos
Inuidiæ morsus, odia, & mala iurgia, tempus
Inq; aliud magis appositum differte querelas,
Publica nè pereant priuatos propter honores
Commoda.

Benè tamẽn verum est, quòd res ista sicuti rixarum, litiumq; altrix videtur, ità ex veteribus monumentis præcedentia hominum dignitates inferiores, superioresq; pro Reipublicæ regimine
4 coalescere edocémur: honor enim, & dignitas in sessione, & prioritate consistit, vndè honorabilior est, qui primo sedet loco, *l. decernimus* 15. & ibi *Gloss. C. de Sacrosanct. Eccles.* quod latè exponit *Iacobus Andreas Crusius in tract. de præeminẽtia, cap. 1. num. 1. & sequ.* & concinunt *Cassaneus in Consuetud. Burgund. tit. Des enfans, Rubr. 6. §. 4. Gloss. Ennegens, num. 5. Azeued. in addit. ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 2. num. 1. Regens Capycius Latro Consultat. 43. sub num. 3. tom. 1.* cùm alijs adductis per *Bouadill. in sua Politic. lib. 3. cap. 2. num. 20.* & notatur in *cap. cùm olim, de consuetud.* maximè quia non ambitu, & gloriæ cupidi-
5 tate prima loca prætenduntur, quod damnatur in *Euang. Matth. cap. 23.* sed vt ordo seruetur, &
6 comprobentur à Deo ordinata, ac defendatur, tueaturq; natura humana, quæ neq; omnes ex ordine inter summos, neq; rursùs omnes inter nouissimos constituit, & iura paritèr exequutioni mandentur, quibus magnæ curæ fuit, vt alter alteri præsit, & alter alteri subsit, *l. 1. & 2. C. vt dignitat. ord. seruet. lib. 12. l. lege, C. de erogat. milit. annon. l. vltim. C. de priuil. eor. qui in sacr. palat. milit. eod. lib. cap. solita, de maior. & obedien. cap. vltim. 29. distinct.*

Non sine ità; magno studio de præcedentia *Authorem* nostrum obseruare hic tractantem opere pretium est, vt putà de re in foro multum necessaria; propterea ad speciem decisionis ab *Authore* nostro propositæ, animaduertendum est, Canonico prouiso de Canonicatu Præsbyte-
7 rali in Ecclesia, vbi præbendæ sunt distinctæ, deberi locum inter alios Presbyteros suprà Diaconos omnes, & Subdiaconos, licèt priùs in Ecclesia receptos, vt ipsemet noster *Author* dicit *hic*, seruatumq; refert ob declarationem Sacræ Congregationis Rituum, hancq; opinionem luculentèr ex multis probat etiam *Reg. Valenzuel. in cons. 34. à num. 87. cùm seqq.* & comprobant *Gauant. in Enchiridion, seu manuale Episcoporum, verb. Precedentia, in addit. num. 18. Sellius in select. Canonic. cap. 11. num. 37. Barbos. in sũma Apostolicarum decisionum, collect. 91. num. 2. & 4. in tractat. de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 21. num. 87. & de Canonic. & dignitat. cap. 18. num. 9. & 10.* vbi ex hoc refert, quòd Cardina-
8 les, tametsi pares sint in officio, Præsbyteri Cardinales præferuntur Diaconis Cardinalibus, licèt isti in creatione priores sint alijs, ea solùm ratione, quòd sint maiores ordines, vt antè eum etiam tradidere *Cassanæus in Catalogo gloriæ mundi, part. 4. cõsiderat. 15. Reg. Valenzuel. in dict. cons. 34. num. 91.*

Memoratæ declarationis Sacræ Congregationis auctoritate fretus hanc extendit conclusionem
9 *Dominus Author*, vt locum habeat, etiam si contraria adesset consuetudo, nàm tanquàm abusiua, & improbata non militat, conuallat *Barbos. in dict. collectan. 91. num. 4. in collectan. 10. num. 1.* & in *collectan. 228. num. 5.* & substinet perbellè *Abb. Panorm.* omninò videndus in *cons. 21. num. 4. tom. 1.* vbi probat, talem consuetudinem con-
10 trariam esse omni iuri, & honestati, immò etiam primum; contrà humilitatis gradum necessarium,
11 hoc est, deferre maiori, haùdq; præferre se æquali, vt *Gloss.* notat in *Clement. 1. de religios. domib. super verb. Humilitatis*; vndè nos dicimus, expositam sententiam sectandam esse abdubio, atq; infimùl reijcienda aduersa, non sola verborum confutatione, sed quidem etiam optimi iuris suadente probatione, cùm non desit in iure tàm Pontificio, quàm Cæsareo particularis decisio ad laudatam sententiam conualidandam.

12 Est nàmq; *textus* expressus in *cap. Statuimus, de maiorit. & obedient.* ibi, *Et qui maior est ordine, etiam si postea sit receptus, potiorem esse volumus?* vbi notat *Abb.* Summum Pontificem hũc *textum* emanasse ad quarumdam Ecclesiarum cõsuetudinem tollendam, vbi Canonici primò recepti præferebantur Canonicis postea receptis, licèt maiores in ordine; Est demùm *textus in cap. præcipimus, fin. 93. dist.* ibi, *Præcipimus nè Diaconus*
13 *(quamuis in dignitate, hoc est in officio Ecclesiastico quolibet sit) antè Presbyterum sedeat?* quarè idem dicendum, affirmandumq; est, in habenti-
14 bus alios Sacros Ordines contrà habentes minores, *cap. placuit, dist. 16.* vbi iubetur, quòd in Cõ-
15 cilio secundùm Ordinem vnius alteri locum cedat, *cap. Episcopos, 17. dist.* ibi, *Et suorum sibi prærogatiuam Ordinum vendicare?* Deniq; est *textus* in *l. vnicuiq; C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.*
16 vbi disponitur, digniorem semper alteri siuè iuniori, siuè seniori præferendum esse: & non parùm

con-

Digitized by Google

concinit id, quod *Hostiens.* tradit in *cap. 1. de maiorit. & obedient.* vbi, quòd honestatem sapere minimè videtur, vt minor ordine maiorem præcedat, cùm omni iure cautum sit, ordinem, &
17 gradum seruari debere, *C. vt dign. ord. seru. lib. 12. Bald. in Q. accusatus col. 9. de ordin. in vnaquaq; referuand. Dom. Andreas Ioseph Giptius* in principio suę Allegationis, prò Serenissimæ Parmensi Celsitudine, cùm Serenissima Neoburgensi, quam imprimi curauit *Dom. Blasius Altimar. in addit. ad Reg. Rouit. tom. 1. cons. 84.*

18 Prioritas enim temporis tunc equidem attenditur, quando omnium est paritas, secùs autem quando adest imparitas alicuius circumstantiæ ratione, quæ causam tribuit præexcellentię, vt putà quando in vna persona plures concurrunt di-
19 gnitates, siquidem hoc etiam in casu alteri vnam tantùm æqualem dignitatem habenti præferri debere compertum est, *Bald. in l. sed, & milites, D. de excus. tutor. Loffred. in paraphr. super tit. si de feud. fuer. controu. in cap. omnes, fol. 32. col. 2. in fin. vers. Confirmantur predicta, Reg. Rouit. consil. 84. num. 3. tom. 1. Reg. de Ponte tom. 1. cons. 14. num. 43. Reg. Capyc. Latr. tom. 1. Consult. 43. num. 23. Consil. Georg. allegat. 35. num. 6. in fin. Ann. cons. 122. num. 32. Tiraquell. de nobilit. cap. 5. num. 8. Mastrili.* omninò videndus *de Magistratib. part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 41.* quia
20 duplex vinculum magis operatur, & fortiùs quã vnus ligat, argument. *text. in Auth. itaque, C. com. de succes. §. sed hodiè, Instit. de adopt.* vndè di-
21 citur, Doctorẽ in vtroque iure præferri Doctori in vnica tantùm facultate, *Hostiens. Panorm.* & alij in *cap. 1. de consang. & affinit. Ias. in l. coheredi, §. qui discretas, D. de vulg. & pupill. Reg. Capyc. Latr. dict. Consult. 43. num. 24.* sicùt etiã
22 Episcopus, qui est Doctor, præcedit Episcopum non Doctorem, etiam priùs promotum, *Felin. in Rubr. de maior. & obedient. num. 3. Reg. de Põte*
23 *d. cons. 14. n. 47.* & Miles, & Doctor infimùl, Doctori tantùm, aùt Militi præfertur, *Alex. in l. Centurio, col. 5. vers. Adde tamèn, D. de vulg. & pupill. substit. Mastrill. de Magistrat. par. 2. lib. 5. cap. 4. num. 21.* & Marchio simùl, & Comes
24 præfertur omnibus simpliciter Marchionibus, aùt Comitibus, *Bald. in d. l. sed, & si milites, Luc. de Penn. in Rubr. C. vt dign. ordo seruet. lib. 11. Bart. Io de Platea, Rebbuff.* & cœteri, in *l. 1. C. de Consulib.* quos allegat *Reg. Tapp. decis. suprem. Senat. 21. num. 34. Ann. cons. 40. num. 29. Cassan. in Catal. gloria mund. part. 1. consid. 78. Reg. de Ponte decis. 8. Reg. Capyc. Latr. d. Consult. 43. num. 25.* vbi alios congerit: & Cardina-
25 lis Episcopus Cardinali non Episcopo, *Reg. Cõstant. in d. l. 1. C. de Consulib. num. 33. Cassan. d. l. par. 4. consid. 12.* qui similiter in *consid. 29.*
26 scripsit, Episcopum in Curia Romana officium habentem cæteris, etsi antiquioribus, Episcopis anteferri, & id quidem ob officij dignitatem; quod obseruatum in nostro Sacro Consilio exti-
27 tit, nàm Episcopus Bisinianensis effectus Regius Consiliarius maiorem ob dignitatem omnibus in Aula Consiliarijs, etiam tempore anterioribus præcessit, vt testantur *Reg. de Ponte decis. 8. num. 7.* & *Anna cons. 40. num. 47.* conformem Sabaudiæ Senatus declarationem refert *Anton. Faber in suo Cod. lib. 1. tit. 3. definit. 13.* & alijs compluribus adductis sequitur *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 101. num. 40.* & demùm pluries in Su-
28 premo Collaterali Consilio, quòd nempè in eo præcedere debeat maiori fulgens dignitate, quãuis possessione posterior, prout decisum fuit primo loco prò Duce Amalphiæ Magno huius
29 Regni Iustitiario contrà Principem Bisiniani, quamuis maiori titulo, temporequè anteriori decoratum, ea nimirùm ratione, quia tanquàm habens vnum ex septem Regni officijs, maiorem habere dicitur dignitatem cùm septem hęc officia-
30 omnes quasuis dignitates in Regno præcedant, teste *Freccia de subfeud. lib. 2. in different. inter feud. titul. & feud. nobil. num. 16. vers. à dextera Regis,* & de decisione testatur *Reg. Rouit. cons. 84. num. 13 tom. 1.* atque memores sunt *Reg. Capyc. Latr. d. consult. 43. num. 18. Consiliar. Georg. Allegat. 35. num. 5.* hoc idem decisum
31 fuit in causa Comitis Castri Magni Cancellarij, cùm Principe Salerni, *Frecc. lib. 1. de subfeud. in quæst. inter dictum Comitem, & Principem, Reg. Capyc. Latr. d. l.* hocquè pariter determinatũ fuit in causa Principis Conchæ Magni Ad-
32 mirati, qui maioris dignitatis ratione præcessit Marchionem Gruptularum, qui eiusdem erat Consilij Decanus, *Reg. de Ponte de potestat. Proreg. tit. de assensib. Reg. §. 1. num. 5.* hoc idem, prętereà, eademmet assistente ratione, nimirùm quòd inter ipsos, qui septem habent huius Regni officia, præcedentia in Collaterali Consilio àb officij maioritate, haùdq; à creationis tempore reguletur, decisũ fuit in causa eiusdẽ Principis
33 Conchæ Magni Admirati de Consilio prædicto creati, contrà D. Cœsarem de Aualos de Aragonia Magnum Cancellarium, vt attestantur *Consil. Anna dict. cõs. 122. in fin. Consil. Georg. dict. allegat. 35. in fin.* qui ambo scripserunt prò Magno Admirato, decisionẽ edidit *Reg. de Ponte,* quæ est *decis. 8. in ordin.* & memores sũt idẽ *Reg. de Põte tit. de assens. Reg. §. 1. post. nu. 5. Reg. Capyc. Latr. d. l. num. 20.* & *Reg. Rouit. d. cons. 84. num. 14.* vbi quoque notat prò Magno Cancellario contrà Magnum Siniscalcum Neapolis agere *Reg. de Pont. cons. 82. lib. 1.* & addit, id procedere in cœteris,
34 etiam Officialibus, vt putà si Præses sit Sacri Regij Consilij, (quod etiã firmat *Dom. Regens de Marinis Quotid. Resolut. tom. 1. cap. 202. num. 22.* quem refert, & sequitur *Dom. Altimar. ad Reg. Rouitum decis. 65. num. 6.*) vel Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ, adducitquè nonnullas determinationes Supremi Collateralis Consilij supradictis conformes, quemadmodùm quoque *Reg. de Ponte decis 8. num. 15. Reg. Capyc. Latr. d. consult. 43. à num. 21.* & *Consil. Ann. dict. cons. 122. propè fin.* ad quos, nè prolixior sim me remitto, alia quoque circà ad rem hanc spectantia.

Quamobrem hinc porrò consequitur, rectè *Sellium* dixisse in *select. Canonic. cap. 11. n. 79.* quòd
35 Canonicus creatus Episcopus cum Canonicatus retentione omnibus alijs Canonicis ipso etiam antiquioribus præcedere debet, & meritò sequũtur *Barbos. in dict. collectan. 91. num. 12.* & in *dict. tract. de Canonic. & dignitat. cap. 18. num. 31.* & latiùs in *cap. 36. à num. 2. Gauant. in Enchiridion, seu Manuale Episcop. verb. Precedentia, in addit. num. 4. Reg. de Ponte dict. decis. 8. sub. num. 7. Scacc. de appellation. quæst. 8. num.*

60.

Digitized by Google

60. *in fine*, vbi testatur, ità seruari Romæ in tribus Ecclesijs Parochialibus Sancti Ioannis, Sancti Petri, & Sanctę Mariæ Maioris, ità quoque pluries seruatum refert idem *Barbos. dict. cap.* 36. *num.* 4. *&* 5. & in maiori nostra Ecclesia Neapolitana ità practicatum dicit *Francisc. de Petr. in cons.* 9. *num.* 4. atque nupèr ibidem ità demùm Ipse seruatum vidi hoc currenti anno 1672. in personam Illustrissimi Dom. *D. Pauli Garbinati* pietate, doctrina, atque prudentiæ præclarissimi, eiusdem maioris Ecclesiæ Canonici, & Nabucensis Episcopi meritissimi, qui locum tenet etiam supra Primicerium, quod solemni arresto sacræ Rituũ Congregationis determinatum fuit his verbis. *In Sacra Rituum Congregatione fuit discussum dubium, an Episcopo Titulari debeatur præcedentia supra Primicerium, & sub die tertia Decembris* 1672. *fuit resolutum deberi*: Quidquid sit in nostro Almo Doctorum Collegio, vbi ex speciali eiusdem Almi Col-
56 legij priuilegio seruatur, quòd Episcopus Doctor æquo iure cùm alijs procedit, vt tradit citatus *de Petr. in d. l.* & practicatum Ipsemet vidi
37 Anno M. DC. LXXI. die XX. mensis Maij, tempore quo Iurisperiti laurea insignitus fui, prę-
tio dispensationis priuilegio, non sinè causæ cognitione expedito, quia menses duos post decimum nonum annum agebam.
38 Tametsi aliàs id procedere diximus, quando dignitas illa ad actum illum est ordinata, prò quo de præcedendo tractatur, vt *Purpurat.* exponit in *l.* 1. *num.* 195. *de offic. eius*, vbi, quòd Episco-
39 pus in studio existens Rectorem in actibus Scolasticis haùd præcedit, cũ non sit ibi, vt Episcopus;
40 sicùt in simili dicitur de Patre, & filio Præside, vt filius præcedat in his, quę ad officium pertinent: vel de filio Episcopo, vel de maiore, qui est, in domo aliena, vel de Doctore, & Milite, in his quæ militiæ conueniunt: & in Archidiacono, & in Archipræsbytero dùm in diuinis celebrat: de Theologo, & Canonista, & de Canonista, & Ciuilista, vel de Episcopo à laico tenente feudum, vel de Rege tenente Comitatum ab alio Rege, qui ei inferior esset, & de alijs, quos per extensum profusissimis allegationibus cumulat. *Marinus Freccia de subfeud. lib.* 1. *cap. alia etiã fuit quæstio, à num.* 7. *usque ad* 22. qui inter alios extollit *Boerium in tract. ordin grad. vtriusque fori in* 2. *part.* quæ incipit, *Nunc condescendo ad aliã partem, sub. num.* 4. qui tractando de Paribus
41 Franciæ dicit, quòd licèt ad Regis pedes, & in gradibus Cadaphali sedere soleant, tamèn in Cõgregatione Ecclesiæ Gallicanæ Turonis celebrata aliquibus ex ipsis duodecim Paribus iuxtà motem sedere volentibus, fuit responsum per Dominum Cancellarium, quòd in ipsa Congregatione super gradibus sedere non debebant, nàm de Ecclesiæ reformatione, haùdquè de Regni negotijs agebatur.
42 Nihilò tamen minùs haùd repugnare affirmamus, quòd vna, eademquè persona varios ob respectus diuerso iure censeatur, hoc nàmque duplicis iuris ratione, quod vnus, & idem habet, conceditur, ità vt vno casu maior esse possit, & dignior, in alio verò minor, & minùs dignus, *Gloss. in cap. quaritur, verb. Non æquamus*, 2. q. 6. *Cas. san. in catalog. gloriæ mundi, part.* 11. *considerat.* 12. *in fin.* cùm alijs multis à *Menoch.* adductis in *cons.* 902. *à num.* 71. & in *tract. de recuperand. possess. Remed.* 1. *num.* 36. quibus in locis statuunt, quòd quis habere potest maior, & dignior altero,
43 & eo etiam minor, & minùs dignus diuersis respectibus, cuius rei potissimùm ea est ratio, quia quando in vnam personam iura plurium deueniunt, ea omnia pristinam retinent naturam, &
44 quatenùs is eligit personam vnius illius substinet vicem, & prò eo habetur, neque tunc, vt alterius persona consideratur, *Surd. cons.* 91. *num.* 19. *& cons.* 183. *num.* 42. *&* 43. vbi dicit, quòd si Prælatus aliquem fecerit contractum, qui Ecclesiæ sit
45 damnosus, ipsemet potest Ecclesiæ nomine contrauenire, cùm duplicem repræsentet personam per *Gloss. in cap.* 1. *verb. contractum, de in integr. restitut. in* 6. idem etiam repetit, & pluribus exemplis confirmat in *cons.* 365. *num.* 22. *ad* 27. & hæc ad exuberantiam scripta sint circà casum propositum.

Consentaneum est modò, vt addamus, sententiã nostri *Authoris hic in addit.* quod nempè Ca-
46 nonicus, qui præuenit in appræhendenda possessione, alios præcedere debeat, quamuis priores sint in prouisione, vltrà per eum adductos cõprobare *Mich. Ferr. de precedent. Eccles. quæst.* 10. *num.* 9. *& seqq. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap.* 64. *in annot. in princ. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. Resolut.* 555. *Barbos. de Canonic. & dignitat. dict. cap.* 18. *num.* 12. qui ibi quoque hanc cõmunem præconizat traditio-
47 nem, ea nimirùm ratione, quia præeminentiæ huiusmodi, & præcedentiæ sunt fructus, & emolumenta possessionis, sicquè antiquiori dantur Canonico propter eius maiora onera, & seruitia, quæ in Ecclesia subijt, *l.* 2. *in fin. C. de Offic. Mag. Offic.* quæ equidè sententia conualidatur ex scito è Supremo Collaterali Consilio manato, referente Ill. Marchione Matonti Regiam Cancellariam Regente, & S. C. Præsidente Dom. *D. Bernardo Zusia*, in famigerata causa præcedentiæ ortæ inter *Dom. Consiliarium Honofrium de Palma* olim Magnæ Curiæ Vicariæ Iudicem, Commissarium Cãpaneæ plurium annorum curriculo, & eiusdem Magnæ Curiæ Fisci Patronum, & *DD. Consiliarios Erasmum de Ponte, & Franciscum Roccum*; hi enim ad idem Consiliatij munus insimùl cùm dicto *D. de Palma* electi, primum locum obtinere expetebant, eo colore, quòd ipsi priùs possessionem, seù quasi obtinuerant, quibus obicem faciebat *Consiliarius de Palma*, prælationem prætendens vti dignitates anteriores consequutus, primò nominatus, priuilegiũ habens anteriùs, ac illius acceptationem, & Odæum cùm Collegis ingredi non valuit, eo tempore,
48 graui correptus morbo, quo casu nulla sibi potuit culpa imputari, *Thor. part.* 2. *compend. verb. Præcedere quis debeat ex duobus Official.* & ad *Reg. Salernit. decis.* 11. *num.* 9. & de absente metu
49 morbi, quòd prò præsente habeatur *Mascard.* loquitur *conclus.* 7. *num.* 11. & *Thom. Actius in tract. de infirmit. par.* 1. *cap.* 24. *num.* 9. quin addebat, eumdem fermè casum accidisse in personam
50 *Dom. Consiliarij Don Benedicti Trelles*, postmodùm emeritissimi Regentis apùd Catholicam Maiestatem, de anno 1644. qui dùm fuisset electus in Consiliarium, ipso existente in Curia Regis, *Dom. Consil. Ioan. Baptista Iouinus* possessionem cæpit antè ipsum, sed *Dom. Trelles* præcedentiæ se-

Digitized by Google

sedem obtinuit (at etiam Ipse annuo tali casu addi poterat, determinationem manatam in celebri il-
51 la controuersia inter *Regentem Albertinum*, in tempore anteriorem, cùm *Regentibus Polo, Villano, & Fonseca*, qui licèt posteriores in tempore, priùs tamèn, quàm *Regens Albertinus*, eorum officij possessionem adepti fuerunt: quo non obstãte pro *Regente Albertino* decisum extitit, prout ipsemet testatur in Allegationibus pro seipso editis, quas imprimi curauit *Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. Quis dicatur Dux, fol. 66. num. 67.* Demùmq;
52 alteram decisionem manatam in beneficium *Cõsiliarij Valdeuiescio*, cùm *Consiliarijs Frecc. & Franch.* qui licèt Consiliariatus possessionẽ priorem *Consiliario Valdeuiescio* nacti fuerint, tamèn quia hic primò fuit electus, præfatus fuit, prout adnotauit *Camill. Larath. consil. 86. in fine.* Ac
53 deniq; id quod determinatum habemus in causa præcedentiæ inter Dominos *Consiliarios Gizzarellum, & Constantium*, nàm licèt *Constantius* priùs officij possessionem sortitus fuisset, & *Gizzarellus* ipsum antè electus, *Gizzarellus* nihilominùs prælatus fuit, teste *Consiliario Anna consil. 42. num. 37.* qui id in exemplum adducens scripsit in causa omninò simili pro *Regentè de Ponte*, cùm *Regente Lancio*, vt videre est per totum *consilium*: quemadmodum & quoq; prædicta in exemplum adducens *Dom. Consiliarius Franciscus Maria Pratus* hanc aleã probat pro *Dom. Consiliario Francisco Antonio Muscettula* (postmodùm Regiam Cãcellariam dignissimo Regente) vt videre fas est in *tom. 1. Disceptat. forens. cap. 49. ex num. 30.* & videri etiam possunt *Fab. de Anna cons. 42. Larath. cons. 87. à num. 49. Reg. Capyc. Latr. decis. 154. num. 17.* vbi alios adducit, *Reg. Tap. decis. Senat. Ital. 21.* vbi plures casus etiam recensẽt, *Reg. Constant. in Repet. l. 1. C. de Consulib. lib. 12. Consiliar. Georg. Alleg. 35.* & in *Repet. feud. cap. 35. num. 19. & 20.* & cœteri, quos laudatus *Dom. Consiliar. Pratus* adducit *vbi supra, num. 35.*) His tamèn non refragantibus, in possessorio data fuit præcedentiæ manu-
54 tentio memoratis *Dominis Consiliarijs de Ponte, & Rocco*, sub die 18. Maij, 1659. penès Io. Baptistam Pisanum, hodiè Nicolaum Villano à Mandatis Scribam: refert *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Rit. 101. num. 36.* & sequ tur illum laudans *Dom. Blasius Altimar. ad Reg. Rouit. decis. 65. num. 3.* ac constabiliri videtur ex exaratis à *Dom. Præs. de Franch. decis. 393. num. 3. Reg Reuert. decis. 54. tom. 2. Reg Sanfelic* scribente in causa propria *decis. 296. num. 2. lil. Dom. Reg. Capycio Galeota Controuers. Illustr. tom. 2. Cõtrouers. 45. num. 8. Episcop. Ricc. in prax. cap. 580. Reg. Rouit. decis. 65. num. 7. P. Molfes. consil. 15. num. 13. Castill. Sotomayor. de ter. debit. tom. 7. cap. 41. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 4.* qui
55 potissimùm edocent, in officijs tria inspicienda esse, electionem nempè, acceptationem, & ingressum, quod etiam insequitur *Surgens de Neapoli illustrata, lib. 1. cap. 4. num. 28.* quorum porro ex voto laudatus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra dict. l. num. 34.* non parùm dubitat de sententia primo loco adducta, etsi tot exemplis, tantisq; Auctoritatibus sit quoq; comprobata: possessio
56 enim plura præbet commoda, vt *textus* docet in *§. commodum, Element. Iur. de interd.* quem isthac in præcedentiæ materia expendit *Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. de mensib. & alternat. §. 3. in proœm. num. 51.* adducens vulgarum illud,
57 quòd Beatus dicitur, qui possidet, vndè huiusmo-
58 di in præcedentijs solam ipsam quasi possessionẽ attendendam esse, etiam tradidit *Bald. in cap. 1. §. Marchio, col. 2. vers. Ex quo ordine, de his qui feud. dar. poss.* & in *cap. cùm olim, 1. not. extrà de Consuetud.* sectaturq; *Afflict. in proœm. Constit. vers. Vigesimo sextò, col. 1. & in fin.* & secundùm
59 hanc quasi possessionem isthac in præcedentiæ materia iudicandum esse, exponunt *Card. Zabarell. consil 62. col. 2. Menoch. consil. 51. num. 40. & consil. 126. num. 6. Consiliar. Anna consil. 40. num. 10.* quos refert, & sequitur laudatus *Dom. Regens Rouitus dict. decis. 65. sub num 7.*
60 adnectens, quòd etiam istis in casibus semper melior est possidentis conditio, ex *Auend. de exequut. mandat. part. 1. cap. 19. num. 16. vers. Et vbi*, & sententiam expositam alijs etiam adductis paritèr comprobant *Reg. Capycius Latro Consultat. 43. num. 5. & seq. tom. 1. Consiliar. de Anna consil. 135. ex num. 10. vol. 2. Consiliar. Marcianus consil. 28. num. 10. lib. 2. Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. 87. num. 23.* & *Resolut. 92. num. 19. Amat. consil. 60. Francisc. Maz consil. 26. num. 6. & 34.* & quòd in hac materia vltimus
61 status attendatur, probat *Anna pater in allegat. 131.* & sequitur *Reg. Capycius Latro vbi supra, sub num. 7.*

Haùd propterea obstare dicimus, quidquid in contrarium adducere possit, locum nàmq; obti-
62 nere potest in illius dumtaxàt præiudicium, qui præstat impedimentum, vt anteà prouisus possessionem capere non posset, siquidem hoc casu omni assistente iustitia dicitur, anteriorem in prouisione, & posteriorem in possessione præcedere debere posteriori in prouisione, & priori in possessione culpam habenti, impedimentumq; præstan-
63 ti, nè ex sua culpa commodum consequatur, cùm dolus nemini patrocinari debeat *l. si quis in suo, 33. §. legis autẽ, C. de inofficios. testam. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. Gloss. 9. num. 68. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. §. 3. proœm. num. 38. Gabed. decis. Lusit. 5. num. 4. par. 1.* vbi firmat, quòd quando interuenit dolus, aùt negligentia primi causata per secundum, per quam literas suas præsentare prætermisit, tunc illi secundus præferẽdus non est, quantumuis priùs possessionem appre-
64 henserit, etenim pro possessore habetur, qui per aduersarium impeditus fuit, nè possessionem caperet, *Ferret. cons. 3. num. 16. & 17. vol. 1.* cùm
65 pro facto haberi debeat id, quòd fieri debebat, si per eum non stetit, quin factum fuerit.

66 Negatiuam autem sententiam veriorem esse dicas, si quæratur? an Canonicus post adeptam possessionem, si omni Collegij iure priuetur, & deindè ex gratia per viam nouæ prouisionis restituatur, locũ, & stallum antiquum habere debeat, vt firmant *Raguc. de voce Canonicorum in Capitulo, quæst. 17. num. 2. Barbos. de Canonic. & dignit. cap. 18. num. 15. Monet. de option. Canonic. cap. 5. quæst. 1. num. 12.* quia hoc casu tanquàm nouus homo consideratur, sicq; nouissimum locum, qui ei secundùm restitutionis tempus competit, obtinere debet; quod extẽsum esse legimus, vt nempè etiam procedat in Canonico, qui Cano-
67 nicatum dimisit, & alium eadem in Ecclesia impetrauit, vt vltimi Canonicatus locũ dimisso pri-

mo

Digitized by Google

mo obtinere debeat, vt citatus *Monet.* exponit
68 *ibidem*; quod tamèn non procedere in Canonico, qui Canonicatum permutauit, & permutatio effectum habere haùd potuit, notat *Barbos. dict. l. num.* 17. nàm si ad suum Canonicatum redierit, locum, & stallum antiquum habere debet, nequè tanquàm nouus homo censendus est, quia regres-
69 sus concessio tituli restitutionem, haùd autem translationem operatur, Rota *Diuers. part.* 1. *decis.* 427. *num.* 7. & regressu ad Beneficium obtento concessum dicitur id, per quod ad Beneficium iàm obtentum peruenire solet, vt eadem Rota tradit in *decis.* 328. *num.* 3. *lib.* 3.

PROLOGOMEN.

Debitor vt tàm in chirographarij, quàm hypothecarij creditoris præiudicium hæreditatem, vel legatum repudiare nequeat, reiecta communi ICtorum sententia, clarissimis, atquè elucidioribus probationibus traditur, quod circà expenduntur intellectus iurium in *l. qui autem 6. D. quę in fraudem creditorum, &c.* & in *l. non fraudantur*, 177. *D. de regulis iuris*, & ostenditur manifestè, *Vlpianum I.C.* recensitis in locis contrariam, siuè communem ICtorum sententiam minimè probare: circà quæ omnia cùm nonnullis alijs, de quibus in Rerum Summis, peculiaritèr discurritur.

RERVM SVMMA.

1 *Debitor tàm in chirographarij, quàm hypothecarij creditoris præiudicium hæreditatem, vel legatum repudiare potest.*
Contrarium verius, vt num. 5. *& num.* 22.
Limita vt num. 25. *& 27.*
2 *Iuris quærendi repudiatio non est alienatio.*
3 *Creditores non fraudantur, cùm quid à debitore non acquiritur, sed cùm quid de bonis diminuitur.*
4 *Communis opinionis magna est auctoritas, vt ab ea tàm in iudicando, quàm consulendo non facilè recedatur.*
6 *Debitor ex causa onerosa non acquirens bona, nec illa procurans, vt creditoribus satisfaciat, poli in foro lethale perpetrat peccatum.*
7 *Debitor assumere debet media omnia consueta, & facilia, quibus soluere possit.*
8 *Missam qui audire tenetur, ad Ecclesiam confluere debet, & si vestibus careret, peccatum patrat, si illas ab amico oblatas recusaret.*
9 *Breuiario qui caret, si commodatum ab aliquo renueret, contrà Officium recitandi peccat.*
10 *Debitor si calleat artem, seù lucrosum officium, in conscientia exercere tenetur, quando potest sinè indecentia, & de emolumentis creditoribus satisfacere.*
11 *Cibum oblatum respuens, quo proximum in graui necessitate existentem subleuare posset, contrà Charitatem peccat.*
12 *Debitor, qui oblatam sibi hæreditatem, vel legatum repudiat, quo creditoribus satisfacere posset, contrà Iustitiam peccat, immò etiam cõtrà Charitatem, vt num.* 14.
13 *Quilibet debitor ea lege, qua ad finem tenetur, ad media quoq; astrictus censetur, & num.* 19. *Intellige vt num.* 26.
15 *Filiusfamilias cùm mutuum accipit, si pecunia mutuata in ipsius vtilitatem versa sit, Senatus Consulti Macedoniani exceptionem sinè peccati labe proponere nequit.*
16 *Mulier contractum sinè statuti solemnitatibus gestum obseruare tenetur, etsi illud iure ciuili attento nullum dicatur.*
17 *Lex positiua poli in foro non attenditur.*
18 *Fraus propriè, & formaliter in proprij patrimonij diminutione consideratur.*
20 *Debitor vt soluat de proprijs bonis, vel de acquisitis per additionem, materialiter se habet.*
21 *Iurium intellectus in* l. qui autem 6. D. quæ in fraud. credit. *& in* l. non fraudantur 177. D. de regulis iuris, *expenduntur.*
23 *Iudices, & Aduocati si consulant creditoribus, vt repudient, grauiter peccant, & grauius peccant Doctores pro repudiandi libertate scribentes, vt num.* 24.
28 *Præceptum Pietatis vti antiquius. & naturale strictius obligat, quàm illud Iustitiæ, quod est morale.*

OBSERVATIO XVII.

1 PLena sunt Scribentium folia, ac vbique locorum Nostrates de huiusce loci quæstione egerunt, vtrùm scilicèt debitor tàm in chirographarij, quàm hypothecarij creditoris præiudicium hæreditatem, vel legatum repudiare possit: & ferè omnes aientem sententiã veriorem esse tradidere, quemadmodùm constat potissimùm penès *Consiliar. Arias de Mesa Var. Resolut. cap.* 41. *num.* 2. *Salgad. in Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 14. *Gallerat. de renunciatione. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 51. *lib.* 1. *Cancer. Var. Resolut. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 69. *Mart. de succeff. legal. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *à num.* 5. *Francisc. de Petris festiuar. lectionum, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. *Vuessembec. cons.* 17. *lib.* 2. *Surd. decis.* 140. vbi *Dom. Consiliar. Hodiern. Reg. Capyc. Latr. decis.* 8. & 34. *Consiliar. Prouenzal. in obseruat.* 26. *num.* 7. *in Consuetud.* 1. *de succession. ab intest. Dom. Consiliar. Prat Practicar. Obseruat.* 15. *Dom. Consiliar. Rocc. Respons.* 83. *tom.* 1. & tandèm penès *Dom. Consiliarium D. Carolum Petra in Commentar. ad Ritus M.C.V. Rit.* 228. *num.* 38. *tom.* 2. qui quidem omnes theoricam hanc ex *text.* deducunt in *l. qui autem, D. quę in fraud. credit.* vbi determinatum esse videtur, quòd quis ius quærẽdum etiam in creditorum fraudem repudiare,
2 haùdq; acquirere non prohibetur, quia iuris quærendi repudiatio non est alienatio, cùm patrimoniũ minuere minimè dicatur, & demùm ex *text. in l non fraudantur*, 177. *D. de regulis iur.* vbi di-
3 citur, quòd creditores non fraudantur, cùm quid à debitore non acquiritur, sed cùm quid de bonis diminuitur: propterea facta hinc indè discussione hanc secundùm sententiam resolutum fuisse refert hic *Author*, sic quoq; Sacrum Consilium pronunciauisse testatur *Pres. de Franchis decis.* 101. secundùm eamdem decisum memorat *Thatus in compend. decis. tom.* 1. *fol.* 298. & ità demùm per eumdem Sacrum Consilium decisum refert *Consiliar. Arias de Mesa loc. cit. num.* 22.

vndè

Digitized by Google

vndè dicendum videtur expositam sententiam, quia communiter est recepta, & expressis legum suffulta dispositionibus, sectandam esse abdubio.

4 Verùm, etsi communis opinionis magna sit auctoritas, & ab ea tàm in iudicando, quàm consulendo non facilè recedendum, argumento *l. 1. in princ. vers. Sanè crebrior apùd veteres opinio, D. de offic. quæstor. l. Athletas, 4. in princ.* ibi, *Et generaliter, ità omnes opinantur. D. de his, qui notantur infamia, l. ità vulneratus, 51. in princ.* ibi, *dicitur vulgò. D. ad l. Aquil.* attamèn mihi certè (liceat liberè proferre quod sentio) ista tantorum
5 Patrum sententia neutiquam placet: etenim certum est, debitorem ex causa onerosa iure naturali inspecto, & bona fide obligatum esse acquirere bona, illaue procurare, vt creditoribus satisfaciat,
6 alioqui posti in foro lethale patraret peccatum contrà Iustitiam, debitor nàmq; nedùm creditoribus soluere tenetur de his, quæ habet, verùm
7 etiam omnia assumere debet media consueta, & facilia quibus soluere possit, vti scitissimè docent *S. Thomas 2. 2. quæst. 78 art 3. in corp.* vbi *Caietan. & Arag. Card. Lugo de Iustitia, & Iure, disputat 20. num. 137. Molin. eod. tract. tom. 2. tract 2. disput. 435. Nauarr. lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 112. Sanchez de matrimon lib. 6. disput. 4. num. 9. & lib 2. oper. moral. cap. 14. num. 54. Gabriel Vasquez in opusc. de testament. cap. 9. §. 1. dub. 6. num. 18. & seqq.* nupèr *D. Leonardus Duardus Cler. Regular. in Comment. super cap. Omnis vtriusq; sexus, disput. 24. sect. 2. num. 11.* & ex nostris Iuristis etiam inquiunt *Franc. de Petris cons 59 num. 15. Consiliar. Paschal. de viris. patr. potest. part. 2. cap 4. num. 174. Consiliar. Carleual de iudicijs lib. 1. tit. 3. disput. 25. num. 12. & seqq. tom. 2. Ill. Dom de Afflicto Controuers. 18. num 5. Dom. Consiliar. Roccus* alios recensens *Respons. 83. num 6 & Dom. Consiliar. Petra vbi sup. num. 37. & Dom. de Luca ad Pras. de Franch. dict. decis. 101. num. 7. & 11.* quemad-
8 modùm qui Missam audire tenetur, confluere debet ad Ecclesiam, & si vestibus careret, peccatum patraret, si illas ab amico oblatas recusaret; &
9 qui Breuiario caret, contrà officium recitandi peccaret, si ab aliquo commodatum renueret, &
10 demùm qui callet artem, seù lucrosum officiù, in conscientia exercere tenetur, quando potest sinè indecentia, & de emolumentis creditoribus satisfacere, vti ad propositum ex *Nauarr. in cap. non dicetis, 12. quæst 1. num. 9.* exemplificat *Dom. de Luca dict. loc num. 8.*

Et satis quidem ex *Sanch.* comprobatur æquissima illa hæc sententia, tùm quia, sicùt peccatum
11 patraret ille contrà Charitatem, qui oblatum sibi cibum respueret, quo posset proximum in graui necessitate existentem subleuare: ità contrà Iusti-
12 tiam peccatum patrat, qui oblatam sibi hæreditatem, vel legatum repudiat, quo creditoribus satis-
13 facere posset: tùm etiam, quia ea lege, qua quis ad finem tenetur, ad media quoq; astrictus censetur, quoties illa absq; graui incommodo assumere potest, at debitor Iustitia iubente creditoribus satisfacere tenetur, vndè etiam media ad eos satisfaciendum assumere tenetur; quod etiam inquit *Molin. dict. disput. 435.* subiectens debitorem
14 hæreditatem, vel legatum sibi oblatum repudiãdo, nedùm contrà Iustitiam peccatum patrare, verùm etiam contrà Charitatem, secundùm quã

quilibet damno proximi obuiare tenetur, si facilè potest, quod profectò eo fortiùs procedit, si eius causa damnum illud patiatur.

15 Immò ad exuberantiam dicimus, apertum id fieri, ex eo nempè, quod de filio familias dicitur, qui etsi quando mutuo accipit pecuniam, Senatus Consultus Macedoniani exceptione a Iure Ciuili introducta, vt in *l 1. & in tot. titul. D. & C. ad Macedon.* se tueri possit: nihilominus, si pecunia mutuata in ipsius vtilitatem sit versa, exceptionem prædictam sinè peccati labe proponere haùd potest, *Azor. Instit. Moral part. 3. lib. 7. cap. 3. vers. Sed re vera, Guttier de iurament. confirmat. cap 44. num. 6. Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. in dict decis. 8. num. 44* & ursùs ex eis, quod de
16 contractu à muliere sinè statuti solemnitatibus gesto affirmatur, qui quamuis Iure Ciuili attento nullitatis vitio laborare dicatur, in foro tamèn
17 conscientiæ lex positiua minimè attenditur, propter quòd si mulier in nihilo lædatur ex contractu hoc modo gesto, illum obseruare tenetur. & Aduocatus alitèr consulens, peccatum patrare probat optimè *Ala in tract. de Aduocat. & Caufidic. Christian. part. 1. quæst. 67.* & notat *Gizz. dict. loc. num. 43.* Quibus positis.

Haùd planè turbant contraria, etenim dato, quòd in renunciante non adsit dolus, seù fraus,
18 dùm illa propriè, & formalitèr in proprij patrimonij diminutione consideretur, vt in allegata regula *l. non fraudantur*, quòd iuxta ex præcedente contractu ciuilis obligatio, seù actio ad astringẽdũ debitorem ad adeundum, & acquirẽdum minimè oriatur: negari haùd potest, naturalẽ oriri obligationẽ ex iure morali Iustitiæ ex dictamine rationis æquitatisq; naturalis ad agnitionem præfatam ex celebri illa præposita ratione, vt quemadmodùm
19 debitor satisfacere teneatur, ità media vera, & facilia ad eiusmodi soluendi finem conducentia adhibere debet; & materialitèr se habet, quòd
20 quis de propriis soluat bonis, vel de acquisitis per additionem, satis enim est, quòd hoc medium sit verum, & facilius pro æris alieni solutione, quàm acquirendi per medium artis manualis, vel lucrosi officij.

21 Neq; contrà allegatorum dispositio, nempè in *l. Qui auxi*, & in *l. non fraudãtur*, militat, quippè quod mihi decernitur tantummodò, repudiationem nullitati obnoxiam minimè esse, haùdq; dari in foro fori actionem creditoribus ad eam reuocandam, quia iuris acquirendi respectu debitorem obligatum non tenent, neq; eum astringere possunt acquirere, nec eum compellere valent adire, nec impedire lucrum ei delatum repudiare, cùm tantùm eum obligatum habeant ad bona quæsita, & in suo debitoris patrimonio radicata conseruanda: non verò deciditur, hoc à debitore licitè fieri, vt magistraliter *Molina*, & *Sanchez* obseruant *in locis prægallegatis.*

22 Vndè dubio procùl fatendum est, debitorem in creditorum præiudicium hæreditatem, vel legatum posse in foro repudiare haùd posse; neque
23 Iudices, atq; Aduocatos debitoribus, vt repudient, consulere valere, quia grauiter peccarent, vti *Molina*, & *Sanchez* docent *vbi supr.* cùm ex eorum consilio impotentes ad soluendum efficiãtur debitores, propter quòd grauiùs peccare videntur Doctores pro repudiandi libertate scribentes, inducentes alios ad consulendam repudia-

diationem debitoribus: quamuis tamèn aliàs di-
25 cendum videtur, posse nempè citrà culpam re-
pudiationem fieri, quando debitor adeundo filijs,
vel parentibus præiudicat, qui ob id statui suo
congruentia non habeant, vtputà si debitor impo-
tens ad creditoribus soluendum hæreditatem sibi
ex testamento delatam repudiat, vt ad hæredes ab
intestato deueniat, à quibus deindè clàm ob istã
repudiationem certam accipiat pecuniæ summã,
cuius ope familiam suam honestè substentabit,
etenim etsi debitor adhibere teneatur media ad
finem satisfaciendi creditoribus, non tamèn illa
26 assumere tenetur, quæ sunt videlicèt difficilia,
quibus captis vitam suam sit difficultèr substen-
taturus, vel ipse à statu suo iustè acquisito casurus
Nauarr. in summ. cap. 19. n. 26. & id colligitur
ex *Filliuc. q. 3. tract. 32. cap. 5. n. 134.* vbi quã-
27 uis debitor ad finem satisfaciendi creditoribus
hæreditatem adire teneatur, limitat, si adeundo fi-
lijs, vel parentibus præiudicaret, qui ob id statui
suo congruentia non habeant, & si creditor in
æquali foret necessitate, strictiùs pietatis præce-
28 ptum vti antiquiùs, & naturale obligare, quàm
Iustitiæ, quod est morale ex *Azor.* & *Vasq.* fusè
probat *P. Diana Resolut. moral. par. 11. tract. 2.
resolut. 32.*

PROLOGOMEN.

Constito de tribus cõformibus, etsi quòd cõce-
dẽda sit exequutio non obstante quacunque
nullitatis exceptione, cõmuni ICtorum voto
receptum sit, nonnullis tamèn in casibus re-
strictionem habere edocetur, quibus latè ex-
positis demonstratur indè, *Pragmaticæ Ragiæ*
Sanctionem 4. *sub. tit. de dilationibus, cap.* 21.
præfigentem terminum annorum decem
ad dicendum de nullitate à sententijs, locum
vendicare, cùm nullitates per viam actionis,
non autem per viam exceptionis opponun-
tur; Prætereà annuitur, cùm duo decreta cõ-
formia considerantur interposita, grauami-
nis cuiuscunq; remedium opponi non posse,
nisi priùs de plena illorum exequutione
peragatur; Fortitèr quoque asseueratur *Re-
giam Pragmaticam 4. sub titul. de dilationibus,
cap.* 19. quæ disponit, quòd quando sunt duo
decreta conformia alicuius Tribunalis de
nullitate dici non possit contrà primum, à
quo pars, quæ succumbit, appellationem, aùt
reclamationẽ interposuit, procedere etiam,
si aduersùs secundum nullitates allegentur,
& constabilitur ex scito nouitèr per R. C. *S.*
manato in beneficium Sereniſſimorum Re-
gis Poloniæ, & Ducis Neoburg. Deniquè
peculiari calamo probatur, ad finem impe-
diendi exequutionem aduersùs tres conformes
sententias restitutionis in integrum be-
neficium admittendum haùd esse, etsi alij ali-
tèr senserint.

RERVM SVMMA.

1 *Exequutio trium conformium impediri nequit ex quacunque nullitatis exceptione.*

Indicatur ratio num. 2.

Restringitur vbicumq; de sententiæ nullitate euidenter constaret ex actis priùs coràm Iudicẽte factis, qui dictã tertiam sententiam tulit, vt num. 3.

Item restringitur cùm nullitates aduersùs tres conformes deductæ ex iurisdictionis defectu surgerent, vt num. 7.

Quod tamèn limitatur, vt num. 10.

Itidèmq; restringitur, quando trium conformiũ exequutio irretractabilis foret, vt num. 14.

Similitèr quando vna, vel plures ex ipsis sunt reformatoriæ, vel informatoriæ, vt num. 15.

Denique limitationem recipit, quando non per viam principalis petitionis, sed per viam exceptionis de nullitate dictum fuit, vt num. 18.

4 *Sententiæ quòd nullitati subiaceant, vel sint notoriè iniustæ, paria sunt ad effectum, vt conformes dici nequeant.*

5 *Contrà notorium ius partis si iudicatum sit, non est locus tribus conformibus.*

6 *Iudicis officium nunquàm excluditur, & implorari semper potest.*

8 *Nullitatis exceptio ex iurisdictionis defectu promanans tres contrà etiam conformes sententias opponi potest.*

9 *Sententiæ tres conformes cùr exequutioni mandantur nullitatis exceptione non refragante.*

11 *Sententia nulla ex potestatis, iurisdictioniſq; defectu confirmari potest: & nùm idem dicatur de ea, quæ expressum errorem continet, ibid.*

12 *Simplex assertio nullitatis ex defectu iurisdictionis ad effectum impediendi trium conformium exequutionem sufficiens minimè est, nisi summariè de exceptione, ac non proponentis calumnia constare cœptum sit.*

13 *Calumnijs haùd est indulgendum.*

16 *Sententiæ tres quando, & quomodo conformes dicantur, vt exequutioni mandari possint, remissiuè, & num. 17.*

19 *Discrimen intèr modum opponendi nullitates principaliter per viam actionis, et intèr illud opponendi incidenter per viam exceptionis, potissimum esse traditur.*

20 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*

21 *Reo licet de sententiæ nullitate perpetuò excipere.*

22 *Statutum exceptiones omnes reijciens nullitatis exceptionem non comprehendit.*

23 *Nullitates aduersùs res iudicatas per viam actionis infrà triginta annorum spatium opponi possunt.*

24 Pragmat. 4. de dilationibus, cap. 21. *prefigit terminum annorum decem ad nullitates opponendas per viam actionis.*

25 Pragmaticæ *prædictæ dispositio locum quoque vendicat, si nullitates per viam exceptionis perpetuę opponantur.*

Contrarium verius num. 26.

Itaq; in praxi seruatur, vt num 28.

Et S. C. determinationes in medium afferuntur num. 29.

27 *Ius municipale alio in casu, quàm expresso, cõmune Ius corrigere noluisse præsumitur.*

30 *Remedium cuiuscunque grauaminis aduersùs duo decreta diffinitiua conformia opponi non po-*

Digitized by Google

potest, & ità in Regno obseruatur, vt num. 34.

31 *Exceptio rei iudicatæ ex duobus conformibus exoritur.*

32 *Appellatio aduersùs duas sententias conformes non datur.*

33 *Nec eas aduersùs conceditur reclamatio.*

35 Pragmat. 4. de dilationibus, cap. 19. *prohibet dici de nullitate contrà primum decretum, quando sunt duo decreta conformia alicuius Tribunalis.*

An sit Iuri communi consona, num. 42.

36 Pragmaticæ *predicta dispositio procedit etiam, si aduersùs secundum decretum nullitates allegentur, & adducitur nouissimum arrestum è Regia Camera manatum in beneficium Serenissimorum* Regis Poloniæ, *& Ducis Neoburg, num.* 49.

37 *Extensio etiam in statutis locum habet, vbi eadem militat ratio.*

38 *Decretum secundum idem est, ac primum.*

39 *Confirmans idem est, ac confirmatum.*

40 *Confirmans, & confirmatum sunt correlatiua.*

41 *Correlatiuorum eadem est dispositio.*

43 *Ratio eadem vbi militat nõ extensio, sed comprehensio dicitur, & num.* 45.

44 *Vbi eadem ratio, est eadem iuris dispositio.*

46 *Statutum loquens de dote in donatione propter nuptias etiam procedit.*

47 *Decretum primum exequi nequit, quando contrà secundum nullitates admittuntur.*

48 *Pro euibus, quę remanent in propriis pascuis quatuor Prouinciarum subiectarum* Regiæ *fidę ouium remansarum, an solui debeat dicta fida ouium remansarum Serenissimis Dominis Regi Poloniæ, & Duci Neoburg. cessionarijs Regiæ Curiæ, non obstante quòd sint professatæ in Regia Dohana Menepecudum Apuleę, quando haùd sunt dispensatæ, neq; herbagijs illis assignatis vtuntur.*

50 *Restitutio in integrum datur aduersùs tres sententias conformes ad finem impediendi earũ exequutionem.*

Contrarium verius num. 51. *&* 58.

52 *Restitutio in integrum conceditur aduersùs sẽtentiam quæ fecit transitum in rem iudicatam ex capite non appellationis, vel illius non prosequutionis, non autem in casu, in quo transitũ fecit in rem iudicatam vigore trium sententiarum conformium.*

53 *Lex silentij impositionem iubendo, subsidium omne excludit.*

54 *Verbum* silentium *quid importat, & num.* 55. *&* 56.

57 *Bina Iudicis monitio alieni facta ad proponẽdum iura sua infrà certum tempus, aliàs silentium imponatur, quid operatur.*

59 *Commune Romanorum ius, quàm minus potest, ladendum est.*

60 *Lites, vt dirimantur, Iura volunt.*

OBSERVATIO XVIII.

1 SPeciali obseruatione decernimus hic, quòd etsi huiusce loci cõclusio, nempè, quòd cõcedenda sit exequutio constito de tribus conformibus non obstante quacunq; nullitatis exceptione, communem quandam extorserit sententiam, ex *textus* potissimùm decisione in *Clement. 1. de re iudicat.* atque ex ratione illa, quia tali casu impositũ dicitur perpetuum silen-
2 tium, ità vt amplius appellari, nec supplicari possit, cùm alioquin lites haùd dirimerentur, forentquè immortales contrà Imperialem Constitutionem in *l. properandum, C. de iudic.* cùm concordantibus ab Ispomet plena manu exornatis in priori meo *Menexeno, siuè Epitaphio memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium, §.* 12. attamèn restrictionem illam admittere nonnullis in casibus, apùd iurisprudentiæ maximùm peritos verior existimatur; vbicũque enim de sententiæ nullitate euidenter con-
3 staret, & de ea manifestè probaretur, saltèm ex actis priùs coràm Iusdicente factis, qui dictam tertiam sententiam tulit, tunc trium conformium exequutionem impediri posse comperimus, potissimùm ex magno illo practico *Berardino Muscatello*, quem prò mille allegare sat est, in sua *praxi S. R. C. part. 3. Gloss. Prouocare, num.* 37.
3 cùm paria sint, quòd sententiæ nullitati subiaceant, vel sint notoriè iniustæ ad effectum,
4 vt conformes haùd dicantur, *Seraph. decis.* 988. *num.* 5. quarè sufficere, contrà notorium ius partis iudicatum fuisse, ad hoc vt non sit locus tri-
5 bus conformibus, siuè talis notorietas expressa sit in sententia, siuè relata generalitèr, aùt specialitèr, vel indistinctè, tradit *Asin. in prax. §.* 31.
6 *cap. 2. limit. 6.* nàm nunquàm excluditur Iusdicentis officium, quod semper ad trium conformium exequutionem impediendam euidentem propter iniustitiam implorari potest.

7 Idquè eò magis in re illa procedit, quãdo nempè nullitates aduersùs tres conformes deductæ ex iurisdictionis defectu surgerent, vtputà quia is, qui vnam ex dictis sententijs protulit, competens Iusdicens haùd fuisset, iurisdictioneq; caruisset, vti vltrà *Muscatell. d. l.* tradit *Couarr. practicar. cap. 25. num. 4. vers. Septimò his accedit*, adducẽs post alios *Clement. vnic. de sequestr. possess. & fruct. Gloss. non obstante*, nec non inquit *Vant. de nullitat. ex defect. iurisdict. num.* 6. vbi quòd licèt contrà tres conformes sententias aliqua exce-
8 ptio opponi non possit, donèc fuerint exequutioni demandatæ, *Clement. Vt calumnijs, de re iudic.* tamèn nullitatis exceptio ex iurisdictionis defectu promanans opponi poterit, *Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 19. num. 2. & seqq. Guazzin. Ad defens. Reor. defens. 1. cap. 1. num. 1. cùm plurib. seqq.* quos sectatur *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in suo Nicandro, num.* 189. *& seqq. fol. mihi* 45. tres nàmq; sententiæ confor-
9 mes, ideò exequutioni mandantur nullitatis exceptione non obstante, quia præsumptio est pro Iusdicentibus, qui eas tulerint, vt in *cap. præsentia, de renunc.* & in *l. 1. C. de iurisdict. omn. Iudic.* quæ ratio cessat, quando sententia à iurisdictione carente prolata foret, vt fultus *Alexan.* auctoritate *in cons. 77. num. 8.* enucleat idem *Muscatell. in dict. Gloss. Prouocare, num.* 34. Restrictum autem id esse dicimus ex Doctoribus id
10 attestantibus, quoties huiusmodi sententia per aliam sententiam confirmata fuisset, & à dicta sententia confirmante appellatum minimè fuisset, & transitum in rem iudicatam feciſſet, nàmque

11 sententiam nullam ex potestatis, iurisdictionisq; defectu confirmari p sse docent *Alexand. cons. 111. in princ. lib. 5. Vant. in fin. tract. de nullitat. num. 132. Gallupp. in praxi S.R.C. part. 3. cap. 6. sub num. 6. vers. Item declara*, & de praxi testatur *Triuis. decis. Venet. 52. lib. 1 caus. ciuil* etenim tunc dicta nullitas, quę aduersùs huiusmodi priorem sententiam opponi poterit, euacuata dicitur à secundis sententijs, à quibus tanquàm ipsam confirmantibus vires capit prior sententia: etsi autem huic opinioni obstare videatur *Speculat.* doctrina *in tit. de sentent. §. iuxtà, vers. Sed quidquid si à sententia*, vbi formans quæstionem *num. 23.* si à sententia, quæ nulla est, de facto appelletur, & Iudex appellationis eam confirmet, nùm nullitati obnoxia adhùc dici queat, & adducens contraria, negatiua residet in opinione, quòd nempè non confirmetur, ex *text. in l. eum, C. de inofficios. testament.* & in *l. quadam D. famil. ercisc.* & alia iura, *Bartol. in l. si expressim, num. 2. D. de appellat.* & concinat *Menoch. consil. 345. num. 9.* dùm illic inquit, sententiam secundam confirmantem primam nullitatis vitio maculatam propter errorem expressum, adhùc nullam esse, quod antè etiã dixerant *Bartol. in l. si vt proponis, C. quomod. & quand. Iudex, Abb. in cap. cùm Ioannes, in fin. de fide instrument.* & in *cap. dilecto, de appellat.* per *text. in cap. cùm dilecti*, vbi pariter idem *Abb. in 3. & 4. notab. de empt. & vendit.* quem *textum* extollunt *Bald. in l. 1. quæst. 14. C. de rescind. vendit.* & *Alexand. consil. 79. vol. 2.* Quælibet tamèn

12 simplex nullitatis ex defectu iurisdictionis assertio haùd est sufficiens ad effectum huiusmodi, sed saltèm requiritur, quòd summariè de exceptione, ac non præponentis calumnia constare cæptum sit, prout sæpiùs in Curia Romana seruari vidisse refert *Vantius de nullit. in Rubr. quoties, & intrà quod tempus, antè num. 6.* siquidem per simplicè assertæ nullitatis ex defectu iurisdictionis propositionem tot conformium sententiarum nó est

13 retardanda exequutio, cùm calumnijs minimè sit indulgendum, secundùm ea, quæ Ipse notaui in meo priori *Menexeno, siue Epitaphio memorabilium ad bonum Reipublica regimen attinentium*, §. 11.

14 Rursùs restrictionem illam admitti legimus, quando trium conformium exequutio irretractabilis foret, vt post *Bald. in l. si feriatis, D. de feriis*, animaduertit *Muscatellus in dict. Gloss. Nullitatis, num. 50.* & in *dict. Gloss. Prouocare, num. 43. Gallupp. dict. cap. 6. num. 6. vers. Similiter.* Et demùm quando vna, vel plures ex ipsis reformatorię sint, vel informatorię, licq; non conformes, etenim hoc casu certum est, nullitatis propter oppositionē exequutionem minimè impediri, nàm talis exequutio tribus conformibus conceditur, quæ ratio hercle cessat, quando sententiæ conformes haùd essent; Quando autem, &

16 quomodo tres sententię conformes dicantur, vt exequutioni mandari possint, non obstante nullitatis oppositione, ade *Thesaur. in decis. 122.* vbi per nouem ampliationes, & declarationes ostendit, quæ & quales esse debeant sententiæ, vt sint conformes, & exequutionem mereantur, idem tradit nunquàm ad exuberantiam laudatus *Dom. Consiliarius Franciscus Maria Pratus in aurea addit. ad Muscatell. in dict. Gloss. Prouocare, vers. Vt autem*, & consule pariter *Dom. Io Baptistam Hodiern. Regium Consiliarium dignissimum in addit. ad Surd. decis. 114. à num. 3.* vbi laudatur noster *Author hic*, & solemniter enu-

17 cleatur, quando ratione connexitatis, vel diuersitatis capitum in sententia contentorum regula procedat.

18 Tandèm testantibus compluribus ex suprà allegatis Doctoribus, limitationem quidem etiam pati huiuscè loci conclusionem, non ambigimus, quando scilicèt non per viam principalis petitionis, sed per viam exceptionis de nullitate dictum fuit, vt est quando ex eisdem constat actis, tunc enim non solùm vnius, sed trium etiam sententiarum conformium impeditur exequutio, vt etiam exponunt *Addit. ad Lanfranc. in prax. cap. 4. de except. num. 15. vers. Amplia istud dictum, fol. 36. Gabr. Conclus. 4. tit. de citat. Minad. cons. 20. num. 15.* & *Couarr. PP. QQ. cap. 25. num. 2. vers. Primum igitur*, quos refert, & sequitur *Gallupp. in dict. cap. 6. num. 6.* nàmq; potissimùm datur

19 discrimen inter modum opponendi nullitates principaliter per viam actionis, & intèr aliud opponendi incidentèr per viam exceptionis, vti post *Scribentes in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudicat.* ex professo exarat *Vant. in Rubr. quot, & & quib. mod. à num. 34. vsq; ad num. 48.* nec non *Muscatell. in praxi S.R.C. part. 1. Gloss. Nullitatis, num. 36.* ex solemni generali illa regula,

20 quòd temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, *§. 1. Instit. de except. l. purè, §. fin. D. de doli mali, & met. except. l. petenda, 6. C. de tempor. in integr. restitut. l. licèt, 5. C. de except. Abb. Panorm. in cap. si autē, 9. num. 5.* vbi *Felin. num. 6. de rescript. Card. Tusch. PP. Concluſ. lit. T. Concluſ. 27.* cum alijs, quos recenset *Dom. Cōsiliar. Carleual. tom. 2. de iudicijs, lib. 1. tit. 3. disput. 16. sub num. 8. Dom. Cōsiliar. Pratus tom. 1. Disceptat. Forens. cap. 29. num. 19.* atq; *Dom. Consiliar. Roccus tom. 1. Respons. 95. num. 4. & 5.* vbi notat, quòd ideò nunquàm Reo denegatur

21 exceptio, quia perpetua est, & in puncto licere Reo de sententiæ nullitate perpetuò excipere, ex pluribus probat *Rebuff. de sententia exequutione, art. 3. gloss. 2. num. 1. & seq. Bald. cons. 21. col. 2. lib. 4.* cùm alijs per *Anton. Nigrum in tract. de exception. cap. 12. §. 16.* quos sectatur *Dom. Consiliar. Roccus d. l. num. 6.* vbi quoq; tradit, quòd ità semper in nostris Tribunalibus obseruatum fuit: ex quo equidem dictum dignoscimus illud communiter receptum, quòd nempè in statuto exce-

22 ptiones omnes reijciente, nunquàm nullitatis exceptio comprehensa intelligatur, quemadmodum post eruditiores Classicos, & Consulentes tradiderunt *Mascardus de probation. conclus. 159. num. 73. Card. Tuschus PP. Conclus. lit. E. conclus. 381. num. 43. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 24. Alex. Trentacinq. Var. Resolut. lib. 2. de except. nu. 6. Graff. except. 20. num. 1. Iacobus Cancerius Variar. Resolut. part. 2. cap. 15. de Literis requisitorijs, num. 44. Dom. Consiliar. Carleual. dict. disput. 16. num. 8.* cùm alijs, quos Deo fauente in meo *Synopsi Iuris Regni Neapolis*, sub titulo, quem inscribam, *De Pragmaticis, & Regijs Sanctionibus*, vbi id latissimè peragetur, habebis; Sed.

Ad hæc modò hic omittere haùd valeo, quæ præcipuè nostri Regni iura obseruãdum nos du-

23 cunt, vtputà breuiter, & peculiari calamo admo-

tare,

Digitized by Google

tare, nullitates secundùm iura prædicta (ad limitationem iuris communis, quo statuitur, infrà triginta annorum spatiũ aduersùs res iudicatas per viam actionis eas opponi posse ad tradita per Præceptorem *Bartol. in l. si expressissimi, num. 12. de appellat. Bald. in l. scire oportet, §. final. D. de excusat. tutor. Socin. consil. 106. num. 6. vol. 3. Marian. Socin. consil. 22. num. 22. lib. 1. Vuesembec. consil 245. part 5. num. 14. & consil. 348. num. 14. Herm. Vult. de iudicijs, lib 4. cap. 1. num. 49. Ferrar. in form. libell. appell. verb. Fuisse, num. 4. Vãt. de nullit. Rubr. Quoties, & intrà quod tempus, num 8. Gayll. PP. Obseruat. 24. num. 36. Muscatell. in praxi S. R. C. lib. 2. part. 1. Gloss. Nullitatis, num. 12. Mynsing. Singul. Obseruat. cent. 2. Obseruat. 77. Balb. de præscription. in quarta parte principal. quæst. 21. Dom. Consiliar. Carleual. de iudicijs, tom. 2. tit. 3. disputat. 16. sub num. 8. Dom. Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom. 1. cap. 27. num. 10. Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 6. sub num. 9.*) per viam
24 actionis principaliter infrà spatium decem annorum decurrendum à die notificationis mandati de parẽdo deduci posse, ità expressè sanciente *Pragmat. 77. de Officio S. R. C.* vulgò dicta *delli 28. capi* situata in nouissimo *Cod. Pragmat. sub tit. de dilationibus*, & est *4. in ordin. cap. 21.* cuius
25 municipalis sanctionis dispositionem locũ quoque vendicare, si nullitates per viam exceptionis perpetuæ opponantur, exponit latè citatus *Dom. Consiliar. Carleual. in dicta disput. 16. ex num.* 10. *cùm seqq.* verùm posteà, & quidem optimo
26 adstante voto, *num.* 18. concludit, cùm dicitur de nullitate per viam exceptionis perpetuæ etiam vltrà decem annos excipi posse ex eiusdem Regiæ Sanctionis dispositione, etenim si Legislator de nullitatibus etiam, quæ per viam exceptionis proponuntur, intelligere voluisset, verba limitatiua minimè adiecisset, & per verba generalia facilè exprimere potuisset, nullitates nisi decennium intrà proponi non posse, quæ verba vtrumq; casum, tàm scilicèt proponendi nullitates per viam actionis, quàm per viam exceptionis comprehẽderent: quod quia non expressit, sed dumtaxàt loquutus est de nullitatibus per viam actionis pro-
27 positis, euidens signum est, ius commune alio in casu, quàm expresso corrigere noluisse, *Nàm si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere*, inquit *Imperator Iustinianus* in *l. vnic. §. sin autem ad deficientis, C. de caducis tollend.* idem notatur in *cap. ad Audiẽtiam 12. de decimis*, vbi *Abb. num 2. cap. intèr corporalia 2. vers. Vndè si circà, de translat. Episcop. Quod enim non mutatur: quare stare prohibetur*, dicit idem *Imperator Iustinianus in l. sancimus 27. in princ. C. de testament.* & *Quicquid hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum, constitutionumq; regulis omnes relictum intelligant*, rescribunt *Cæsares in l. præcipimus 32. in fine, C. de appellationib.* vbi *Gloss.* addit *textum in Auth. de Administrantib. offic. in fin.* quamobrèm meritò praxis hic semper
28 interpretata fuit dictam Regiam Sanctionem, vt testatur *Galluppus in praxi S. R. C. par. 3. cap. 6. sub num.* 20. quo laudato testatur etiam *Dom. Cõsiliar. Roccus Respons. 95. num. 3. tom. 1.* vbi in fine ita paritèr determinatum fuisse testatur pro patrimonio Ill. Principis Conchæ, contrà patrimonium D. Sueuæ de Aualos: quamq; aleam ex exteris termocinantibus in statuto nostræ statutariæ dispositioni conformi, substinent *Socin. cõsil. 46. num. 42. Paris. consil. 54. num. 41. lib. 3. Rot. diuers. decis. 941. lib. 3. Cacheran. decis. Pedemont. 142. num. 31. Achill. decis 5. & 6. de Constit. Ioseph Sesse de inhibit. cap. 2. §. 5. num. 26.* & ex nostris etiam approbant *Dom. Consiliar. Frãciscus Maria Pratus tom. 1. Discept. forens. cap. 29. num. 14. & cap. 30. num. 2.* ac demùm in *addit. ad Muscatellum in praxi S. R. C. part. 1. Gloss. Nullitas, vers. Quandoq; fuit dubitatum, Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. dict. Rit. 6. sub num. 9. vers. Non parùm;*
29 vbi quoq; refert, casum prædictum euenisse in S. R. C. intèr Vniuersitatem suæ Terræ Caccaboni, cuius partes ipse tuebatur, cùm hæredibus Franciscì Marchesciano, & decisum fuisse in gratiam dictę Vniuersitatis, quòd procedatur ad discussionem nullitatum de mense Decemb. 1652. referente Domino tunc Consiliario de Aquino, penès Figliolam Act. Magist. quiñ? etiam tradit, hoc idem determinatum fuisse in causa D Alonzi Sances cùm D. Aloysio Sances, in qua post viginti annos receptę fuerunt nullitates, aduersùs sententiam per viam exceptionis deductę, expedito mandato de parendo, vt ex Arresto S. C. sub die 20. mensis Decembris 1644. in processu dictorum de Sances, fol. 557. in Banca de Neapoli, Gallo Scriba.

30 Quibus modò ità expositis, ampliando etiam præsentem *Authoris nostri* decisionem, absonum haùd videtur, si notemus, quòd paritèr cùm duo decreta conformia considerantur interposita, grauaminis cuiuscunq; remedium in contrarium opponi non potest, sed oportet priùs de illorum plena exequutione peragi, secundùm ea, quæ ICti tradunt, non solùm tribus in decretis conformibus, vt suprà ostensum est, verùm etiam in duobus conformibus, ad notata *in l. si causam iudicati 2. in l. si vt proponis 6. in l. executorem 8.* & in *l. final.* vbi *Gloss. C. de exequut. rei iudicat.* cùm
31 concordantibus: immò ex duobus conformibus rei iudicatæ exceptionem exorsi tradunt post alios *Dom. Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom. 3. Alleg. 24. num. 4. Vincent. Caroc. de exequutione sententia, seù de remedio, &c. Except. 24. nu. 1.*
32 atque ideò non appellatur, ad tradita *in l. vnic. nè liceat tertio, &c. cap. dilecte, cap. sua, de appellat.*
33 nec relamatur, *l. si quis aduersus, C. de præcib. Imperat. offer. Pragm. 3. de offic. S. R. C. Dom. Præs. de Franchis*, tradens, quòd ideò Sacrum Consilium in secunda sententia perpetuum silentium imponit *decis. 135.* & ibi *Dom. de Luca in Obseruat. Dom. Regens Reuerterius decis. 410. num. 1. & 3.* vbi *Dom. Regens de Marinis in Obseruat. Muscatell. in praxi S. R. C. lib. 2. part. 3. Gloss. appellatio, num. 1. & Gloss. Prouocare*, immò pro hu-
34 iusce nostri Regni particulari obseruantia dici potest de nullitate duarum sententiarum conformium, haùdq; etiam duorum decretorum diffinitorum conformium, vt pecharitèr exponit memoratus *Dom. Consiliar. Carleual. in dict. disputat. 16. num. 26.*
35 Rursùs neque prętermittendum hic est, quòd ex dispositione dictæ *Regiæ Pragmat. 4. de dilationib. cap. 19.* habemus etiam, quòd quando sunt duo decreta conformia alicuius Tribunalis de

nul-

nullitate dici non possit contrà primum, à quo pars, quæ succumbit, appellationem, aùt reclamationem interposuit, dùm propositę appellationis, vel supplicationis tempore iàm nullitates seruata forma *Prag.* prædictæ allegare poterat, quod quidem cùm non fecerit, calumniosè id prætermisisse ex dispositione eiusdem *Pragmaticæ* statuitur: cuius Sanctionis memor est aleam hanc comprobans *Dom. Consiliarius Paulus Staibanus Resolut. forens. tom. 2. Resolut. 113. num. 1.* Verùm
36 maxima super *Pragmatica* prædicta exaranda venit quæstio, an scilicèt quemadmodùm dicta Regia *Pragmatica* disponit, contrà primum decretum de nullitate dici haùd posse, idem sit si aduersùs secundum nullitates allegentur? Itàque reiciendæ sint, vel nè ex eiusdem Sanctionis dispositione.

Enimuerò reiciendas esse respondendum censemus; Primò nàmq; etsi in dicta Regia *Pragmatica* de primo tantùm decreto loqui videatur, debet nihilominùs de secundo quoque intelligi ex quo eadem, quæ in primo, in secundo militat ra-
37 tio, qua stante etiam in statutis extentionem admitti, docent intèr cæteros *Corneus in l. vnic. col. penult. post med. vers. Est multum notanda, num. 12. C. de his, qui ante apert. tabul. Rot. diuers. decis. 227. num. 4 part. 1. Author noster Discept. forens. cap. 546. num. 20.* Tùm etiam, quia secun-
38 dum decretum idem est, ac primum, cùm in secùdo nihil aliud, nisi primum denuò à Iusdicente examinatum consideretur, vndè dicitur, quòd
39 confirmans idem est, ac confirmatum: propterea quod confirmatio nihil de nouo confirmato tribuit, secundùm *Baldi* doctrinam in *l. 4. in fin. C. si aduersùs rem*, & in *cap. 1. in principio per quos fiat inuestitur. Innocent. in cap. dudum, de decimis, Castrens. consil. 132. vers. 71. & 73. Oldrad. consil. 164. Cardin. in Clement. 1. §. 2. de iure iurand.* immò cùm confirmans,
40 & confirmatum correlatiua sint, eadem in vtroque militare debet ratio ex Iuris regula, cor-
41 relatiuorum eamdem esse dispositionem, ad notata in *l. si quis seruo*, per *Gloss.* & *ICtos* ibi, *C. de furtis, Bald. in l. 3. in fin. C. de Sacros. Eccles. in l. 1. C. de Cupressibus, lib. 10. Bartol. in l. final. in princip. C. de indict. viduit. tollend. & in l. si ab eo, C. de legitim. heredib.*

Nec planè recensitæ Sanctionis dispositio ità ampliari, sed optimus potiùs intellectus ei tradi videtur: immò estò videretur ampliari, nec implicat, nàm etsi prohibitiua illa sit, Iuri tamèn
42 communi consona est; Iuribus enim communibus statum est, contrà duo decreta, vel sententias conformes antè illarum exequutionem de nullitate dici non posse, iuxtà tradita in *cap. 1. de sentent. & re iudic. Thesaur. decis. 122. sub num. 2.* immò dicimus, neque nostra in re amplia-
43 tionem considerari, cùm agatur, vt quod in primo militat, in secundo, quod idem est, locum habeat, quod expressè procedere tradit *Alexand.* in terminis *cons. 11. num. 3. lib. 5. & consil. 5. num. 24. eod. libr. nàm*, ibi, *tunc. non dicitur extensio, sed comprehensio ex vulgata regula,*
44 *vbi eadẽ ratio, eadem iuris dispositio, ex l. nàm hoc iure, D. de vulgar. & pupill.* quod *satis etiam tacitè cautum putamus*, inquiunt *Cæsares in l. his solis matribus 7. C. de reuocand. donationib.* vn-
45 dè quòd vbi est eadem ratio, vt non dicatur extensio, sed comprehensio, docent etiam *Gloss. in Clement. 1. verb. Eligatur, de election. Crauett. consil. 113. num. 3. Natt. consil. 442. num. 4. Roland. cons. 27. num. 6. cùm sequ. lib. 2. Surd. consil. 277. num. 27. lib. 2.* & amplexatur Rota coràm R. P. D. Penia Romana dotis de maximis 3. Maij
46 1606. vbi admissa fuit extensio statuti loquentis de dote ad donationem propter nuptias ex ratione identitate, quam laudat, & sequitur *Gratianus Author noster in tom. 5. Discept. forens. cap. 920. num. 4.* allegans etiam *Alexand. consil. 113. n. 6. & 7. lib. 6. Pariss. consil. 69. n. 190. lib. 1. Ruin. cons. 205. num. 1. lib. 2.* tantomagis quòd si admitteretur recipi nullitates contrà secundum decretum, esset contrà mentem eiusdem Regiæ Sanctionis, immò & in illius fraudẽ, dùm disponit, exequi primum decretum interpositum, quod fie-
47 ri nequiret, quando contrà secundum nullitates admitterentur: id quod planè etiam implicaret, propterea quod ex hoc sequeretur, posse tertio contrà decretum prouocare, quod in iure prohibitum est: ex quibus porrò nullitates contrà secùdùm decretum fuisse reiectas tradit decisum per Sacrum Consilium *Illust. Episcopus D. Caietanus de Afflicto in addit. ad eius Controuersias forenses, ad cap. 33. à num. 42. ad nu. 47.* licèt Ipse contrarium fuerit patrocinatus: qui deniquè huiusce Sanctionis intellectus satis quidem diffusè expositus fuit ab eruditissimo, facundissimoquè Oratore *Domino Caietano Ageta* in quadã Allegatione per illum facta pro Serenissimis Rege Poloniæ, & Duce Neoburg. super articulo, An pro ouibus, quæ remanent in proprijs pascuis quatuor Prouinciarum subiectarum Regiæ fi-
48 dę ouium remansarum, solui debeat dicta fida ouium remansarum dictis Serenissimis Dominis cessionarijs Regiæ Curiæ, non obstante quòd sint professaræ in Regia Dohana Menepecudum Apuleæ, quando non vtuntur herbagijs illis assignatis, neq; sunt dispensaræ? Super quo articulo patrocinãte laudato *Domino Caietano*, cùm fuisset bis per Regiam Cameram decisum pro dictis Serenissimis Dominis: cùmq; fuerit demùm de nullitate contrà dicta duo decreta diffinitiua per patronales ouium oppositum, cùm deposito ducatorum viginti quatuor, per viam exceptionis seruata forma dictę Sanctionis, intèr cæteros articulos ad trutinam reuocatos per laudatum *Dominum Caietanum* in dicta causa, fuit expositus intellectus
49 dictę Regiæ Sanctionis, super quo, cùm nullitates essent valdè insubsistentes, die . . . mensis Septembris, anno 1674. per Regiam Cameram decretum fuit, *nullitates non obstare, & depositũ R. C. liberari*, ad relationem Illustris. Domini Præsidentis, & Ducis Insulæ *Iulij Cæsaris Boniti*, patritia neapolitana antiqua nobilitate decoratissimi, morũ honestate, ac animi generositate ornatissimi: penès acta R. C. Surrentini, apùd Nicolaum Anastasium Scribam.

50 Deniquè hic, vt videamus, consentaneum quoque est, vtrùm ad prædictum finem impediendi exequutionem detur in integrum restitutio aduersùs tres conformes sententias? ambigua quidem quæstio hæc est, & licèt affirmatiuam sententiam veriorem esse exponant *Lancellott. de attentat. restit. in integr. pendent. part. 2. cap. 18. Mynsing. cent. 6. Obseru. 84. Muscatell. in dict. Gloss. Prouocare, num. 55.* & alij, quos *Sforz.*

Digitized by Google

Odd. allegat *in tract. de restitut. in integr. par. 1. quæst. 43. art. 3.* vbi hanc opinionem magis communem appellat.

51 Nihilò tamèn minùs contrarium, & verius substinent *Episcopus Couarr. PP. QQ. cap. 25. num. 7. Gamm. decis. Lusit. 110. num. 1.* alios allegat, & decisiones pro hac opinione affert *Sforz. Odd. in dict. art. 3. num. 55.* hanc quoq; opinionē alios recensendo sequitur *Carol. de Graff. except. 54. num. 17.* & luculentèr tuetur *Reg. Capycius Latro Consult. 100. tom. 2.* vbi in fine hanc secūdùm opinionem decisum testatur, quippè quod in integrum restitutio ideò aduersùs sententiam,

52 quæ transitum fecit in rem iudicatam ex capite non appellationis, vel illius non prosequutionis dumtaxàt conceditur, non autem in casu, in quo transitum fecit in rem iudicatam vigore trium sententiarum conformium, quarum vigore ampliùs procedi haùd potest, sed perpetuum imponitur silentium, quia priori in casu lex nonnulla alia aduenit remedia, per quæ aduersùs sententiam in rem iudicatam transactam succurritur, eius vigorem tollendo, & multoties in rem iudicatam transire impediendo, & præsertim dicendo de impedimētis in appellatione, vel illius prosequutione, multaq; alia remedia, quorum enumeratio non est præsentis obseruationis. In casu autem nostro omnia ist hæc cessare certum est, nàm dùm sententia per impositionem perpetui silentij facit transitum in rem iudicatā nullum adest remedium, & lex silentij impositionem iubendo

53 subsidium omne excludere videtur, idcòq; tùm attenta mente, & voluntate iuris ità statuentis per

54 silentij impositionem, tùm natura, & vi huius vocabuli *silentij*, de similibus sententijs ampliùs disceptari non potest, neq; sub hoc in integrum restitutionis prætextu, quod iàm lex competere sciebat, & nihilominùs silentium imponi iussit: ex quibus herclè liquet illud *Baldi* dictum in *l. fin. num. 3. C. de reuoc. donat.* quòd aduersùs sententias, in quibus silentium est impositum, nec

55 prima contrauenientis vox in iudicio audiri debet, & in *l. 2. C. vt lit. pendent.* quòd imponere silentium est excludere, vt minimè quis ampliùs

56 vti possit re, à qua per silentij impositionem est exclusus.

Quinimmò equidē posterior ista elucidata sententia ex eo comprobatur, quia si bina lusdicentis monitio alicui facta ad iura sua certum infrà

57 tempus proponendum, aliàs silentium imponatur, operatur, vt post illum terminum tale silentium absq; alia causę cognitione imponatur, vt audiri ampliùs non possit, & sua proponere iura, quę fortè iusta, & clara esse possent, vt per *Angel. in §. si quis autem, Authen. de hæred. & falcid.* cùm alijs per *Consiliarium Capyc.* adductis in *decis. 205.* quantò magis silentij impositio proposito in casu operabitur, in quo iura non solùm sunt proposita, sed per tres latas sententias discur-

58 sa; rectiùs proindè dicendum consequitur, hoc in integrum restitutionis beneficium ad sententias in rem iudicatam cùm silentij impositione

59 transactas haùd extendi, vt quam minùs possit commune ius lædat, immò cùm in eo se conformet, prout ità intelligendo (vti tenemur) confortmaret se propter lites, quæ hoc modo dirimerentur, ad quarum finem, & directionem iura satis

60 admodùm intenta fuere, quemadmodùm lato cālamo Egoipse exposui in meo priori *Menexeno, siuè Epitaphio memorabilium ad bonum* Reipublicæ *regimen attinentium, §. 12.*

PROLOGOMEN.

Quia, mulieres dotatas esse, Reipublicæ interest, pro absoluto annuitur, bona fideicommisso suppositā pro dote constituenda alienari posse, iuxtà dispositionem *textus in Auth. Res quæ, C. commun. de legat.* cuius dispositionē indistinctè tàm in dote, quàm in antefato, eiusq; interesse, etiam procedere annuitur, & nouissimum S.C. scitum adducitur; Quibus indè præmissis, bona fideicommisso, & perpetuæ alienationis prohibitioni supposita pro dotis augmento alienari posse probatur, solutis etiam Doctorum varijs obiectionibus.

RERVM SVMMA.

1 *Bona fideicommisso supposita pro dote constituenda alienari possunt.*
Amplia vt num. 9. & 10.
2 *Alienationis prohibitio per fideicommissum facta necessariam alienationem non includit.*
3 *Necessitas legibus non subiacet.*
4 *Reipublicæ expedit nuptias contrahi.*
5 *Matrimonium est Reipublicæ fundamentum, & Regiones, atq; Ciuitates frequentes reddit, vt num. 6.*
7 *Reipublicæ expedit, Ciuitatem ingenuis hominibus affluere.*
8 *Nuptiæ ferè nunquàm sine dote contrahuntur.*
11 *Bona fideicommisso supposita pro dotis augmento alienari non possunt.*
Contrarium verius, vt num. 19. 24. & 33.
12 *Dos qualibet à patre constituta competens dicitur.*
Declara, vt num. 30.
13 *Competens quod patri visum fuit, alteri incompetens videri non debet.*
14 *Consilium melius pro filia nemo capere valet, quàm pater ipse.*
15 *Amor nullus vincit paternum.*
16 *Filius, vel filia patris viscerum pars est, & vna eademq; caro.*
17 *Parentes quomodo suos filios amant.*
18 *Parentes per totam vitam venerari maximè decet.*
20 *Obligatio patris de filia congruè dotanda, eius bonis inhæret, & cùm illis ad quemcumq; vadant, transit.*
21 *Dos patris respectu æs alienum censetur, & num. 25.*
22 *Dos pro modo facultatum, & iuxtà vxoris conditionem, viriq; dignitatem, ac Regionis morem constitui debet.*
23 *Tempora quid petant, in omnibus semper considerandum est, & num. 31.*
26 *Filia fœmina agere potest ad congruæ dotis supplementum, licèt secùs ad illud legitimæ.*
27 *Alienatio pro dotis augmento necessaria dicitur.*
28 *Dotis augmentum dos etiam dicitur.*

29 Pri-

Digitized by Google

29 *Priuilegium principali concessum ad eius augmentum extenditur.*

32 *Dos vt congrua dici possit, de tempore ad tempus arguere nequit.*

OBSERVATIO XIX.

HAùd nobis elaborandum est versatilem quęstionem circà hic in principio terminatam, quæ vertitur circà dispositionem *textus in Auth. Res quæ, C. commun. de legat.* etenim plena sunt Scribentium folia, ac vbiq; locorum Nostrates conformi voto
1 scripserunt, bona fideicommisso suppositą pro dote constituenda alienari posse, ea nimirùm ra-
2 tione, quia alienationis prohibitio per fideicommissum facta necessariam alienationem non in-
3 cludit, cùm necessitas legibus haùd subiaceat, *l. tutor qui repertorium, D. de administr. tutor.* & *l. non solùm, §. fin. D. eod.* sicq; quia nuptiæ ad publicam vtilitatem necessariæ dicuntur, cùm expe-
4 diat Reipublicæ nuptias contrahi, *l. hoc modo, §. 1. l. cùm tale, §. si arbitratu, D. de condit. & demonstr.* & notat nunquàm ad exuberantiam laudatus ille vir, qui (præter generis splendorem, aliasq; animi immensas dotes) adeò ingerendis, consulendisq; publicis negotijs aptus est, vt maiorem, vel parem vsque modò non habuerit, nimirùm, Illustrissimus Dominus Marchio Laterciæ, & Regiam Cancellariam Regens *D. Antonius Perez Nauarrete in sua Politica Veritatis,*
5 *part. 1. discurs. 6. fol. 93.* ibi, *Siendo el matrimonio fundamento de la Republica, seminario de la juuentud, y fuente de la qual salen los que mantienen, y defienden la Republica,* quod constabilit ex *Nouella 140. vt consensu matrimonium,* vbi habetur, quòd *Nihil in rebus mortalium perindè venerandum est, atque matrimonium, quippè ex quo liberi, omnisq; deinceps sobolis series existat,*
6 *quod Regiones, atq; Ciuitates frequentes reddat: vndè deniq; optimè Reipublicæ coaugmentatio*
7 *fiat.* Sicq; quia publicè interest Ciuitatem ingenuis hominibus affluere, *l. cùm ratio, §. si plures,*
8 *D. de bon. damnat.* & nuptiæ ferè nunquàm sinè dote contrahuntur, *l. vlt. C. ad Velleian.* ad quorum comprobationem concinunt non parùm, quæ Egomet notaui in priori meo *Menexeno, siuè Epitaphio memorabilium ad bonum* Reipublicæ *regimen attinentium, §. 15.* vbi quoq; à *num. 89. cùm seqq.* pleno exaratur calamo, nùm mulieres esse dotatas interfit Reipublicæ primariò, vel secundariè? quamobrèm pro ea quælibet res fi-
9 deicommisso suppositą alienari potest, etiam si ex dotis causa expresè sit prohibita, vt vltrà 35. Doctores, quos refert, & sequitur *Reg. Rouitus in consil. 54. num. 10. tom. 1.* affirmant alios allegãdo *Fontanella de pactis nuptial. claus. 5. gloss. 1. part. 2. num. 69. tom. 2. P. Molfes. in Commentar. ad nostras Consuetud. tom. 1. part. 3. quæst. 1. num. 42. Dom. Consiliar. Pratus* complures alios conglomerans *tom. 1. Disceptat. forens. cap. 31. num. 21. Dom. Consiliar. Stalbanus Resolut. Iur. Resolut. 73.* & *Dom Consiliar. Hodierna ad Surd. decis. 62. num. 15. & 16.* vbi ex ore laudati *Dom. Regentis Rouiti* quoq; tradit Sacrum Consilium
10 opinionem hanc indistinctè sequutum fuisse, tàm pro dote, quàm pro antefato, eiusq; interesse, tali prohibitione non obstante, quod nouissimè die 8. Iulij 1672. referente *Dom. Dominico Petrone* tunc Regio Consiliario, & ad præsens Regiæ Cameræ Summariæ Præsidente dignissimo, in causa Laudoniæ de Medicis, cùm creditoribus quodnàm Ignatij de Felice, per eumdem Sacrum Consilium solemni arresto determinatum fuit, his verbis, *Per hanc nostram diffinitiuam sententiã dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, deberi antefatum petitum Laudoniæ de Medicis super massaria subiecta fideicommisso, vt ex actis, oppositis per Didacum de Felice non obstantibus,* vt in processu in Banca Iulij Amonta Actorum Magistri.

11 Solùm itàq; de secundo articulo, nùm scilicèt dicta bona fideicommisso suppositą prò eius augmento alienari possint, peragendum esse, nostrũ exposcit obseruandi onus, in qua igitùr sanè re, etiprima facie, atque primo intellectus voto negatiuè respondendum videatur, tùm quia talis alienatio necessaria non dicitur, cùm publicam non respiciat vtilitatem: tùm etiam, quia quæli-
12 bet dos à patre constituta competens dicitur, ea nimirùm ratione suadente, quia quod compe-
13 tens patri visum fuit prò filia, alteri incompetens videri non debet, cùm nemo melius prò filia cõ-
14 silium capere sciat, quàm pater ipse, vti *Papinianus I.C.* exponit *in l. nec in ea 22. D. ad l. Iuliam de adulter.* ità vt nec ab aliquo redargui possit,
15 cùm nullus amor vincat paternum, quandoquidem filia patris viscerum pars est, vt notatur in *l. Cùm scimus 21. in fin. C. de agricol. & censit. lib.*
16 *11.* & vna eademque caro, *cap. contradicimus 21. §. 1. 35. quæst. 3. Aristotel. lib. 1. Moral. cap. 34. & lib. 5. Ethic. cap. 6. Gloss. 1. in l. 1. tit. 20. part. 2. Becc. consil. 16. num. 5. Morot. consil. 1. num. 7. & 42. Aluar. Velasc. Consult. 122. num. 25. & Consult. 126. num. 5. Escobar de purit. part. 2. quæst. 6. §. 1. num. 10. vers. Confirmatur primò, Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 18. num. 27. & lib. 5. præsumpt. 33. num. 11.* quod herclè *Artaxer.* facto etiam probatur, qui Regnum Persarum *Dario* filio tradidit, nihilq; à se abdicasse credebat à Regno, quòd in filium transtulisset: quin etiam dicere solebat, Maiestatis suæ insignia, quæ in filio conspiciebat, in se ipso gestare, teste *Iustinio in princ. lib.* 10. quem adducit *P. Fragosius de regim. Christiana Reipublica, part. 3. lib. 1. tit. de obligat. parent. disp. 1. num. 3. vers. Ratio potissima.* Vndè idem *Aristoteles*
17 *lib* 8. *Ethicor.* ait, *Parentes amant suos filios, sicùt sui aliquid existentes,* & *Seneca lib. 6. de benefic. cap. 24. Itàq; beneficiorum maxima sunt, quę à parentibus accipimus, dùm aùt nescimus, aùt nolumus,* quapropter *Plato 4. de legib.* inquit, *In*
18 *verbis per totam vitam parentes venerari maximè decet,* & iterùm, *Existimandum est, nullum apùd Deos magis existimandũ simulacrum, nos habere debere quàm patres, & Anos senio confectos, matresq; simùl, quibus honoratis, Deus gaudet.*

19 Nihilò tamen minùs, his minimè obstantibus, contrariam sentẽtiam omninò veriorem esse diudico, eaq; præsertim ratione moueor, quia ex præsumpta testatoris mente, stante temporum mutatione, censendum est, augmentum huiusmodi factum esse, quasi viuens fecisset, vt ex *text. in l. cùm seruus, 81. propè finem, D. de condit. & demonstr.*

Digitized by Google

monstr. obseruat noster *Author hic, num. 6.* neq; valet dicere, id in bonis fideicommisso suppositis
20 non procedere, nàm quemadmodum cogi posset pater ad dandam congruam dotem, ità isthæc obligatio eius bonis inhæret, & cùm illis ad quẽcumq; vadant, transit, ac si ab eo dicta bona pro congrua dote obligata fuissent, *Castrens. cons. 80. num. 1. vol. 1. Roland. cons. 85. num. 36. lib. 1.* po-
21 tissimùm, quia dos patris respectu æs alienum censetur, vt post *Bald. in l. Papinianus, §. vndè si quis, D. de inoffic. testam.* aduertit *Tiraquell. in l. si vnquàm, num. 114. C. de reuocan. donation.* & per consequens in fideicommisso nunquàm esse videtur, quod pro dote filiæ necessarium fuerit.
22 Et profectò isthæc sententia *textus* fulcitur decisione in *l. Quæro* 61. & in *l. Cùm post diuortiũ* 70. *§. gener in fin. D. de iure dotium*, vbi *Celsus*, & *Papinianus* satis clarè decidunt, dotem pro modo facultatum, & iuxtà vxoris conditionem, viriquè dignitatem, ac Regionis morem constituen-
23 dam esse, etenim *In omnibus quid tempora pe-tant, aut quid personis dignum sit, semper considerandum est*, inquit latinæ eloquentiæ lumen, & Orator *Cicero in 2. de Inuent.* & iterùm, *in 2. de Orat.* ibi, *Habenda est ratio hominum, rei, & temporis*. Vndè cùm pater ità filiam dotare te-
24 neatur, si dotationis tempore appareret, aliquid fore superaddendum, posse bona fideicommisso suppositа pro dotis augmento alienare, dicendum est: præsertim quia patris respectu debitum ne-
25 cessarium esse traditur in eius bonis inhærens, & cùm eis transire ad quemcumq; vadant, quod etiã in specie notat *Gloss. in §. quamobrem, verb. Meritu, Auth. de restit. & ea quæ per vndec. mens.* vbi, si sola legitima ad dotis, dotationisq; constitutionem propter nuptias minimè sufficeret, certum esse, posse filias contrà patris hæredes ad cõgruam dotem agere, traditur, quod non negauit *Socinus senior in cons. 57. num. 8. lib. 4.* vbi inquit, quod licèt fœmina ad legitimæ supplemen-
26 tum non agat, agere tamèn potest ad congruę dotis supplementum, iuxtà Regionis morem, si incompetenter dotata fuerit, quod esse de mente I. Ctorum omnium tradit *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 13. num. 19.*

Ex quibus equidem omnibus ità elucidatis patet, adducta pro parte negatiua haùd refragaris nonenim obstat priorem assumptum, quòd scili-
27 cèt huiusmodi alienatio necessaria non dicatur, quia contrarium verius est, cùm idem iudicetur
28 de augmento, quod de dote, nàm etiam illud dotem dici notatur in *l. si proprietatem, D. de iure dotium*, & in *l. etiam*, vbi *Bald. C. eod.* traditquè *Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 29. num. 78.* ac etiam *præsumpt. 45. num. 6.* & dixerant *Cephal. cons. 156. num. 25. lib. 2. Roland. de lucro dotis, quæst. 100.* quos recenset noster *Author tom. 2. Disceptt. forens. cap. 254. num. 62.* &
29 priuilegium principali concessum ad eius augmentum vires extendere, legitur in *cap. quia circa, de priuileg.* & in *cap. ex parte*, & *cap. penult. de decim. Bart. in l. si ità, D. de aur. & argen. legat. Brun. de augment. conclus. 9. per totam.*
30 Neq; demùm militat alterum, quòd scilicèt quælibet dos à patre constituta competens dicatur, quia locum habet dotationis dumtaxàt tempore, secùs quando de temporis lapsu appareret, quo casu quia mutata sunt tempora, illam competentem haùd esse erudimur, iuxtà recensitum *Ciceronis* effatum, ex quo porrò habemus, tempora
31 quid petant, in omnibus semper considerandum esse, & temporis perindè, vt hominum, & rei habendam esse rationem; Neq; ad congruam dotem
32 considerandam de tempore ad tempus arguere valet, etenim esse potest, quòd relicti tempore deserat congrua, tempore verò dotationis secùs; sicq; certa summa à patre ei legata haùd obstante, si nuptiarum tempore aliquid doti legatæ superaddendum fore appareret, quia mutata essent tem-
33 pora, id dubio procùl ex bonis fideicommisso suppositis fieri posse firmandum est, vt vltrà allegatos, aliosq; exponunt quoq; *Amat. decis. 82. Anton. Faber in C. lib. 6. tit. 21. commun. de legat. defin. 5. Fusar. de substitution. quæst. 531. num. 117. & 164. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 5. gloss. 1. part. 2. num. 84.*

PROLOGOMEN.

Varij I. Ctorum sensus in controuersia, an census venditor ad collectarum solutionem teneatur, enarrantur, qui ad conciliationem posteà ab Auctore reducuntur; Indè examinatur, nùm pactum validum dici queat, si emptor ad sui beneficium cùm venditore conuenerit de soluendis collectis per Communitatem super censibus impositis, vel imponendis: & deniq; traditur, nùm exteri, qui aliquo in loco bona possident, tametsi onera personalia non soluant, soluere debeant pro bonis per ipsos possessis, tanquàm bona tenẽtes, & quid de Consuetudine totius Italię seruari, annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Venditor census ad solutionem collectarum per Communitatem super censibus impositarum tenetur.*
Contrarium num. 6.
Declara vt num. 7.
2 *Res, quæ censui supponitur, per census constitutionem non venditur, nec conceditur.*
3 *Censum imponens rei censuatæ Dominus, & possessor, quemadmodum prius erat, remanet.*
4 *Collectarum solutio ad Dominum, & possessorem pertinet.*
Intellige vt num. 8. & 10.
5 *Clausula Præcarij inepta iudicatur in census constitutione.*
9 *Censuarius pro rata census onera realia soluere tenetur.*
11 *Pactum nùm validum sit, si in ipsa census constitutione emptor ad sui beneficium conuenerit cùm venditore de soluendis collectis per Communitatem super censibus impositis, vel imponendis.*
12 *Census constituere nequeunt contrahentes contrà, aut extrà formam per Summum Pontificem Pium V. in censibus constituendis præscriptam.*
13 *Census creatus contrà formam à Summo Pontifice Pio V. præscriptam illicitus, fœneratitiusq; est.*

Digitized by Google

14 *Exterus emens annuos introitus, licèt nõ teneatur ad onera personalia, bonatenentiam tamèn soluere tenetur, & ità decisum traditur ibidẽ.*

15 *Forenses in Italia de eius consuetudine collectantur pro bonis, quæ in collectantium loco possident.*

OBSERVATIO XX.

COmmunitèr apùd ICtos haùd est recepta huiuscè loci sententia, quòd nempè cẽsus venditor ad collectas teneatur, quippè quod etsi illam comprobet *Author noster in tom. 3. Discept. forens. cap. 420. num. 3.* & in *tom. 5. cap. 955. num. 30.* & 44. vbi concordãtes allegat, itàq; etiam notet *Surdus cons. 162. num. 26.* & *27. lib. 2.* & *Menochius cons. 983. num. 16. lib. 10.* foueatq; ratio, quia per census cõ-
1 stitutionem ipsa res, quæ censui supponitur, non venditur, nec conceditur, sed ius percipiendi, & consequendi annuam perceptionem, vt post alios dicit *Cencius in tractat. de censib. part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 12.* quem laudans insequitur *Dom. Reg. Merlin. Controuers. forens. cap. 44. num. 19. centur. 1.* qua proindè cùm Dominus census, seù censuarius nullum habeat dominium in re sibi pro censu obligata, ex quo censum im-
2 ponens remanet Dominus, & rei censuatæ possessor, quemadmodum priùs erat, antequàm cẽsum imponeret, dicendum videtur, census venditorem collectarum solutioni obnoxium remanere, cùm
3 ad Dominum pertineat, & possessorem, *l. 1. C. de annon. lib. 10. §. cogites, in fin. Auth. de mandat. Princip.* quæ iura ad hoc allegat *Antoninus Thesaurus in decis. Senatus Pedemontan. 164. num. 4.* ità quod inepta iudicatur clausula illa
4 *precarij*, cùm venditor census rem censuariam (vt dictum est) non vendat, nec illam possidere desinat, nec dominium aliquod vtile, siuè directũ transferat, sed illud cùm illa septem, vel lex pro centum soluendi obligatione retineat, *Nauarr. de vsur. num. 137. Rota Roman. decis. 16. num. 2. impressa post Sagad. in Labyrint. creditor.* vbi alios allegat, & de præsenti *Authoris nostri decisione* memor quoq; est.

5 Attamèn aliorum traditis impulsus se opponit *Reg. Capycius Latro in decis. 116.* potissimùm *num. 21.* & *22.* comprobant *Dom. Marott. de collectis, cap. 20. Garzias de expensis, cap. 18. num. 46.* vbi in Hispania seruari docet, & alios id affirmantes recensens confirmat: nouissimè doctissimus Præceptor meus *Reu. Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodidaschalia. lib. 3. tit. de censibus, num. 2316.* Vndè onus mihi erit pugnantes hascè sententias ad concordiam reducere. itàq; cùm rem aggrediar authorante *Luc. de Penna in l. agros, col. 4. C. de fundo limitroph. lib. 11.* quem sequitur *Viuius in decis. 369. num. 14.* & comprobat *Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. dict. loc. num. 1.*

7 Dico, emptorem annui census ad collectarum solutionem teneri pro eo dumtaxàt, quod super fundo habet, venditorem verò pro residuo, siquidem collectarum solutio illi pertinet, qui rei cõ-
8 modum, fructusq; percipit, vt euidentèr probatur ex *l. si pendentes, §. si quid cloacarij, D. de vsufruct. & quemadm. quis vtat.* & exnotabili *Gloss. in cap. de terris, 16. de decim. primit. & oblat.* quod pro regula tradit *Franciscus Ansaldus de iurisdictione, part. 5. tit. 3. de muneris impositi. & exact. cap. 1. num. 89.* vndè onus fructibus impositum pro rata ad censuarium pertinet: siquidem etiam, cùm census, vel redditus cùm onere suo in emptorem transeat, si onus reale est fructibus impositum, & census est emptus super illis fructibus
9 illo onere reali grauatis, censuarius pro rata census super fructibus constituti onera realia soluere tenetur; quæ de causa dicendum consequitur, quòd
10 rei possessor, super qua creatus est census, idemq; census debitor in census solutione pro rata oneris censuarium tangentis quantitatem concurrẽtem retinere poterit.

11 Hinc notandum euenit, interdùm accidere, vt in ipsa census constitutione fiat ab emptore ad sui beneficium pactum cùm venditore de soluendis collectis per Communitatem super censibus impositis, vel imponendis, quam ob causam disceptationi fit locus, nùm pactum huiusmodi validum sit, vel nullitati obnoxium? Herclè, etsi conscius sim, multa rem hanc circà ab ICtis considerata esse, attamèn nè rem satis latè ab ipsis scriptã, rescriberem, adnotare tantùm libet, Summum
12 Pontificem *Pium V.* in Constitutione edita super censuum creatione, modum, & formam in censibus constituendis præscripsisse, cõtrà quam, aùt extrà contrahentes census constituere, vel illi pacta adijcere, quæ vel census substantiam alterent, vel diuersitatem inducant, haùd possunt, nàm indiuidua est, & inseparabilis, sicq; ad vnguem seruanda, ità vt in parte, vel etiam in minimo ab ea recedi non possit, alioqui census creatus erit
13 illicitus, antichresimquè continens, *Surd. cons. 282. Valasc. Consultat. 133. Cyriac. Controuers. 254. num. 65.* & *Controuers. 540. num. 18. Macerat. Var. Resolut. lib. 1. Resolut. 112. cas. 1.*

14 Supra firmatam autèm sententiam ex Regnicolarum voto extentam esse dico, vt procedat etiã in extero emptore, ità *Reg. Capycius Latro dict. decis. 116.* & *Gizzius eius additionator num. 2.* vbi subnectit, ità de Mẽse Maij 1622. per S. R. C. ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ decisum fuisse, nàm exteri, qui aliquo in loco bona possident, quãtùs onera personalia non soluant, soluũt tamèn pro bonis per ipsos possessis, tanquàm bona tenentes, vt habetur ex *text. in l. per Bithiniã, cùm Gloss. in verbo, Muneribus, C. de immunem. conced. lib. 10.* vbi *Bart. Salycet. in l. placet, C. de Sacros. Eccles. Reg. Rouit. in Rubric. de appretio, seu bonorum æstimatione, num. 2.* & *11. Francisc. de Clapper. in centur. causar. Fiscal. cauſ. 37. quæst. vnic.* vbi lato eluci lat calamo *Bouadill. in sua Politica, lib. 5. cap. 5. num. 24. Phab. decis. Lusitan. 34. Dom. Rodoer. ad Regentem de Marinis lib. 1. Quotidian. Resolut. cap. 63. num. 6.* qui dicit, id esse de consuetudine to-
15 tius Italiæ, in qua forenses pro bonis, quæ in collectantium loco possident, collectantur, & recensẽt *Bart. in l. vnic. num. 34. C. de mulier. lib. 10. Bald. in l. etiam, sub num. 28. vers. Præterea, C. de exequut. rei iudic. Aret. cons. 132. Deci. cons. 694. Mangon. decis. Florent. 66. num. 2. Ruin. cõs. 126. num. 1. vol. 5. Gabriel. de iur. imm. conclus. 2. num. 8. Bertrazz. de Gabell. part. 7. Macoabr. cons. 40. num. 123.* & *148. Mynsing. Obseruat. 27. cent. 3. Apostill. ad Guid. Pap. decis. 87.* & *Ludo-*

uisi,

Digitized by Google

uis. decis. 279. num. 15. quibus Ipse addo, quòd alijs compluribus adductis sententiam hanc laro calamo etiam comprobat *Franciscus Ansaldus in citat. tit. de muneris impositi. & exact. cap. 2. ex num. 7. cum seqq.* & *num. 9.* ex aliorum ICtorum auctoritate de isthac generali Italiæ consuetudine testatur.

PROLOGOMEN.

Nundinas Principis permissione, & non aliter institui posse edocetur, & an procedat in illis, quæ in vna, vel duabus vicibus qualibet in hebdomada fiunt, enucleatur; Rursùs Nundinæ à Mercato, abuè hebdomadali emporio, in quo differant, peculiaritèr exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Princeps nundinarum ius tribuendi facultatem tantùm habet.*
2 *Nundinarum ius tribuendi facultas est de reseruatis supremæ Maiestati.*
3 *Barones suis in terris absq; speciali Regis assensu mercatum, siuè nundinas francas exerceri facere non possunt.*
4 *Seruatur de antiquissimo Regiæ Cancellariæ stylo.*
5 *Et ampliatur in nundinis, vel mercatis, qui in vna, vel duabus vicibus qualibet in hebdomada fit.*
6 *Nundinæ, vt valeant exerceri, particularem, & determinatum locum habere debent.*
7 *Nundinæ statutis in diebus celebrari debent. Et quid si statuta illa dies sit feriata, num. 8.*
9 *Hypothesis altercata in præsenti Authoris decisione remissiuè recensetur.*
10 *Nundinarum genera iudicantur, & num. 15. & 18.*
11 *Nundinæ vulgò dictæ le fiere, num licitè in diebus festiuis fieri valeant.*
12 *Festorum obseruatio an sit de lege humana.*
13 *Consuetudo moderare, ac etiam tollere potest ea, quæ sunt de iure humano, & num. 17.*
14 *Publica necessitas in nundinis consideratur.*
16 *Mercatus num licitè fieri possit in die festiuo.*
19 *Spectantia ad victum num festiuo in die licitè emantur, & vendantur.*

OBSERVATIO XXI.

1 NVndinarum tribuendi, siue instituendi ius, potestatem esse non alijs, sed soli Imperatori, vel alio summo Principi competentem, compertum quidem est, ità enim Imperatores *Valens*, & *Valentinus* rescripserunt in *l. vnica, C. de nundinis, & mercationibus*, ibi, *Qui exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam vel veterum indulto, vel nostra authoritate meruerũt.* habetur itidèm ex *Modestino I.C. lib. 3. Regularum*, notato in *l. 1. D. eodem tit.* ibi, *Nundinis impetratis à Principe*, & notant *Fichard. in d. l. unic. C. de nundin. Campag. in cap. Reg. 51. & 137. Vuesembecius in parat. PP. de nundinis, num. 2. Sueuus Exerc. feud. 5. Assert. 2. vers. Circà res, Arnisæus de Iure Maiest. lib. 2. cap. 3. nu. 18. Matth. Steph. de iurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. Rubr. 2. num. 98. & seqq. Gayllus 2. Obseruat. 69. num.*
2 *24.* ac esse de reseruatis supremæ Maiestati adnectunt *Dom. Regens de Ponte in tract. de potestate Proregis. tit. de mercat. seu nundin.* vbi latè Io: *Baptista Thorus in addit. Francisc. Marc. decis. 52. vol. 1. Thesaur. decis 264. Nouarius in comment. ad Pragm. Reg. 2. de priuileg. Vniuersi. concessis, Capiblanc de Baronib. part. 2. Pragm. 8. num. 52. Mastrill. de Magistratibus lib. 3. cap. 10. Viscont. Conclus. Iur. verb. Nundinarum cõcessio*, nupèr alios manuducens *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 116. num. 12.* vbi, etiam edocet, quod ità Scribentes omnes annuunt, & nouissimè comprobat *Dom. Caietanus Ageta in suis Vision. feudal. part. 2. de feudis constitut. Rubr. 4. Visio. 5. lit. B. fol. 222.* ac Ipse etiam tradidi in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 19. num. 125. & sequ.*
3 Ex quo porrò eruditur, Barones suis in terris absque speciali Regis assensu mercatus, siue nundinas francas exerceri facere haùd posse, etsi absque alia immunitate, & priuilegio eas fieri facere possint, vt *Dom. Regens de Ponte* declarat in *dicto tract. de potestate Proregis, Rubr. de diuers. prouis. tit. de mercat. seu nundin. num. 1.* & ità
4 ex antiquissimo, & indubitatissimo Regiæ Cancellariæ stylo seruari scribit *Dom. Regens Reuerter. decis. R. C. S. 111. num. 5.* vbi *Dom. Regens de Marinis in Obseruat. num. 3.* addit *Dom. Io. Francis. Capiblanc. in dict. Pragm. 8. num. 52.* & sequitur laudatus *Dom. Caietanus Ageta vbi supra, fol. 224. lit. A.* ex recensitorum adijcens voto, procedere etiam in nundinis, vel mercatis,
5 qui in vna, vel duabus vicibus qualibet in hebdomada fit, nàm licèt absque Principis priuilegio illæ fieri possint, vt *Baldus* atteſtatur in *dict. l. vnic. C. de nundin.* tamèn quia dictus indubitatissimus Regiæ Cancellariæ Stylus viget, idcircò resensitam *Baldi* doctrinam in Regno locum non habere concludit.
6 Huiuscemodi autem nundinæ particulatem, & determinatum habere debent locum ad fori instàr iudicialis, per *text. in l. locum, D. de iudic. & cap. statutum, de rescript. in 6.* vt ingeniosè scripsit eruditus *Surgent. de Neapol. illustr. cap. 10. à num. 33. cum sequ.* & demùm *Nouar. super Pragmat. Regn. de nundin. seu ferijs, collect. 1. & 2.* quorum memor Ipse quoque fui in citato *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 19. num.*
7 126. & diebus statutis celebrari debent, secundùm statuta *in Reg. Pragmat. 2. de priuileg. Vniuersi. concess.* dummodò statuta illa dies non sit
8 feriata, quando tamèn consuetudo in contrarũ non est, vt *Dom. Regens de Ponte* testatur in *dict. loc. num. 10.* vbi *Dom. Io: Baptista Thor. in addit.* complures adducit, & sequitur *Dom. Caietanus Ageta, vbi supra, fol. 225. lit. I.* ac ex infrà dicendis etiam dignoscitur.
9 Hinc ad præsentis decisionis hypothesin, vt par est, accedendo, dico, adeundos esse *Nauarr. in tertio Decalogi præcepto, cap. 13. num. 8. vers. Tertiò peccat, Bonacin. in disputat 5. circà tertium Decalogi præceptum, quæst. vnic. punct. 2. num. 10. vers. Nomine mercatus, Filliciũ tom. 2.*

Digitized by Google

QQ. Moral. tractat. 27. cap. 10. num. 180. ac demùm *Dom. Regentem de Ponte vbi supra, tit. de mercatis, num. 10. Nouar. in dict. Pragmat. 2. num. 5.* ambo memores de eo, quod circà præsentis loci articulum per *Illustriss. Cardinalem Iesualdum* tempore Diuæ Memoriæ *Clementis VIII.* factum fuit, alios recenset *Io: Baptista Thorus in addit. ad Regentem de Ponte dict. loc. num. 10.* & in *Compend. decis. verb. Nundinæ*, & de præsenti Authoris nostri decisione memor est laudatus *Dom. Caietanus Ageta in dict. Rubr. 4. Vis. 5. fol. 225. lit. K.* Itàq;

10 Confert, vt etiam notemus, tria esse nundinarum genera; Primum publicarum nundinarum, quę semel, bis, aùt ter in anno fieri solent, hæquè communi voto, atque vulgaritèr dici solent *le-*
11 *fiere*, quas licèt in *cap. 1. de ferijs*, & in *Constitut. Sanctæ memoriæ Pij Papæ V.* prohibitas esse in festis legatur, ex consuetudine tamèn licitæ sunt, dùm Sacrum audiatur, quemadmodùm testantur *Tolet. in Summ. lib. 4. cap. 24. num. 4. Caietan. verb. Festorum violatio, §. quod tertium, Nauarr. dict. cap. 13. num. 8. Bonacin. dict. num. 10. Suarez de Religion. tom. 1. cap. 29. num. 5.* eaquè potissimùm fulcitur ratione, quia cùm
12 tota festorum obseruatio, quò ad electionem scilicèt diei, & quò ad tempus 24. horarum sit de lege humana, potest consuetudo moderari ea,
13 quæ sunt de iure humano, sicùt & tollere omninò, argumento *cap. fin. de consuetud. Filliuc. dict. cap. 10. num. 180 circà medium.* Præterea in his nundinis nonnullæ considerantur rationes illarum consuetudinem cohonestates, inter quas
14 præsertim sibi vendicat locum publica necessitas; solent nàmque fieri huiuscemodi nundinę in diebus festiuis interdùm, vt rustici, pauperesq; homines illas adeant, cùm nequeant in profestis operas suas deserere; itidèm, & Pietas, siquidem huiuscemodi nundinæ fiunt aliquando die festiuo aliquo in loco, quia eo die populorum multitudo illùc conuenire solet pietatis causa, & tunc nè illùc iterùm redire cogantur, vel ibidem magno cùm dispendio detineri, nundinę celebrantur.

15 Secundum genus, sunt aliquæ nundinæ, vulgò dictæ *mercati*, quæ singulis hebdomadis fieri solent, prò vt obseruatur hic Neapol. ter in hebdomada in die Lunæ, & Veneris in foro magno, & ante Ecclesiam Diuæ Mariæ de Monte Carmelo, & in die Mercurij extrà Portam dictam Realem, & ante Venerabilem Ecclesiam Diui Dominici de Suriano Reu. PP. Prædicatorum: hæquè demùm licèt de se sint etiam prohibitæ, sunt pa-
16 ritèr ex consuetudine licitę, vti vnanimitèr testatur supra allegati Doctores, & memini Ego ipse in priori meo *Menexeno, siuè Epitaphio memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium, §. 19. num. 124.* fundamentum herclè idem
17 est, quòd superiùs, nàm potest consuetudo tollere, & minuere ea, quę sunt de iure humano: Deindè huiusmodi nundinæ hebdomadariè fieri possunt in die, quo festum celebratur in gratiam emptorũ, vel quia fortassè sunt rustici, & peregrini, qui alio die huic Vrbi adesse haùd possunt; interdùm etiam in gratiam venditorum, qui alio die ex mentium defectu vendere non possunt, quæ omnia generalitèr spectata ad publicam pertinèt vtilitatem.

18 Tertium deniquè genus, sunt emptiones, & venditiones, quę fiunt in priuatis officinis, quæ planè sunt in viridi obseruantia, nempè ex omni parte prohibitę, & illicitę, exceptis dumtaxàt hijs, quæ ad victum spectant, nàm, experientia
19 teste, licitè hæc secundùm vsum emuntur, & vẽduntur, & notat *Bonacin. in allegato num. 10.*

PROLOGOMEN.

Annorum centum curriculum ad præscribendum legatum annuum Ecclesiæ relictum sat esse annuitur, eamq; contrà quadragenariam locum quoq; habere nonnullis in casibus exponitur, dummodò illa non sit Ecclesia Romana, vel Benedictina Religio, contrà quas ex peculiari priuilegio centenariam requiri enunciatur: quibus indè expositis, adductis etiam restrictionibus, accuratè expenditur, an quadragenaria præscriptio suũ effectum sortiatur in rebus Hospitalium, aliorumq; piorum locorum, quæ in pauperum vsum constructa sunt, sinè tamèn Episcopi authoritate.

RERVM SVMMA.

1 *Legatum annuum Ecclesiæ relictum spatio centum annorum præscribitur.*

2 *Præscriptio quadraginta annorum locum habet contrà Ecclesiam.*
Limitatur in Ecclesia Romana, & Religione Benedictina, quas contrà centenaria requiritur præscriptio, vt num. 3. & 4.

5 *Præscriptio quadragenaria requiritur in vna Ecclesia contrà aliam præscribente.*

6 *Ecclesia Iure Communi, non ex priuilegio præscribit.*

7 *Præscriptio quadraginta annorum requiritur contrà priuatum rem aliquam communem cùm Ecclesia habentem.*
Ampliatur, vt num. 8.

9 *Priuilegia à Iure communicantur annexis: & annexorum idem est iudicium.*

10 *Restitutio in integrum pupillis, & minoribus competens, litis consortibus etiam competit.*

11 *Socius societatis ratione socij priuilegio gaudet, quo aliàs non gauderet.*

12 *Laicus percutiens alterum laicum in Monasterij locutorio incurrit excommunicationem.*

13 *Connexorum idem est iudicium, cùm in indiuiduis versamus.*

14 *Ecclesia priuato succedens quadragenaria præscriptionis priuilegio potitur, residui temporis respectu, quod ad præscriptionem complendam deficit.*

15 *Hospitalis, aliaq; pia loca, quę in pauperum institutuntur vsum, fruuntur priuilegio, vt cõtrà ea non, nisi spatio quadraginta annorum præscribere possit.*

16 *Loca pia in pauperum vsum instituta Ecclesię aquiparantur, & Ecclesia priuilegia gaudent, tametsi Episcopi authoritate constructa non sint.*

17 *Locus vt pius censeatur, sufficit, quòd ad pia opera exercenda institutus sit.*

Digitized by Google

18 *A sententia, quæ fauet piæ causæ in dubio non est recedendum.*

19 *Ecclesia quadraginariæ præscriptionis priuilegio in his tantùm gaudet, quæ ad eam principaliter pertinent.*

Item in his, quæ eius sunt quò ad verum, & proprium dominium, vt num. 20.

Et rursùs in rebus dumtaxàt immobilibus, & in his, quæ Iuris censura tales intelliguntur, vt num. 21.

22 *Præscriptio quadragenaria in rebus Ecclesiæ mobilibus locum minimè obtinet. Nec itidèm in actionibus temporalibus, quæ à lege ad certum breue tempus sunt tantummodò institutæ, vt num. 23.*

OBSERVATIO XXII.

AMbiguam quidem, agitatamq; præsens proponit quæstionem locus, nùm scilicèt legatum annuum Ecclesiæ relictum præscribatur spatio centum annorum? & licèt quidam negatiuam sententiam tueri conentur, nihilominùs affirmatiuam communiori *Doctorum* calculo receptam legimus, & authorem nouisse fertur *Bartol. in. l. annua. §. Titia, D. de ann. legat.* & in *l. si vsusfructus, D. de vsufruct.* quam post alios communem, æquoremuè esse testatur *Turrett. in cons. 26. num. 6.* quemadmodum quoq; *Cephal. cons. 268. num. 25. lib. 2. Alexand. cons. 70. & 86. lib. 1. Surd. consil. 123. num. 16. lib. 1. Dilect. de arte testand. titul. 6 de legat. caut. 57.* quinimmò, & quadragenariam præscriptionem sat esse scribit in puncto *Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 17. num. 103. vers. Si igitur*, quem laudat *Dom. Reg. Merlinus tom. 1. Controuers. forens. cap. 44. num. 24.* & sequitur nouissimè *Dom. Altimarus in addit. ad Reg. Rouit. tom. 1. consil. 91. num. 7. in fin.* & ità communis ICtorum Schola edocet, sufficere nempè 40. annorum præscriptionem contrà Ecclesiam, dummodò non sit Ecclesia Romana cùm contrà eam centum anni requirantur ex *textus* dispositione in *Auth. Quas actiones, C. de sacros. Eccles.* sanciuntq; *Surd. decis. 1. num. 2.* & ibi *Dom. Consiliar. Hodierna num. 1. Barbosa in Summa Apostolicarum decisionum, collect. 271. num. 2.* & *Dom. Verde in sua Pãtonomodidaschalia, lib. 2. tit. de vsucapionib. num. 434.* vel Religio Benedictina, contrà quam pariter centenaria requiritur præscriptio ex priuilegio à *Caldas Pereyra* relato in *tract. at. de potest. eligendi, Rodriq. tom. 1. Regul. QQ. quæst. 36. art. 3.* quo cæteras Religiones, quæ communicant in dictis priuilegijs, gaudere notat *Dom. Verde d. l.* fretus auctoritate *Gabr. à S. Vincent. de Iustit. disput. 5. quæst. 2. num. 18. in fin.* Ex quo equidem notandum euenit.

1 2 3 4

5 Curriculum huiusmodi quadraginta annorum locum habere demùm in vna Ecclesia contrà aliâ præscribente, vt docet *Bonacin. de restitut. disputat. 1. quæst. vltim. punct. 2. §. num. 28. vers. Dixi.* & complures concordantes allegans comprobat *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis. 1. num. 9.* etenim nõ colliduntur priuilegia, cũ Ecclesia Iure Cõmuni, non ex priuilegio præscribat, *Abb. in cap. ad aures, num. 3. de præscript. Couarr. in Regul. possessor. part. 2. §. 2. num. 4.*

6 7 Similitèr, si priuatus cùm Ecclesia communem habeat rem aliquam, ex *Balb. de præscript. 1. p. 5. num. 35.* firmat *Statilius Pacificus de saluiano interdicto, inspect. 2. cap. 2. num 281.* ita; 8 rem communem habens cùm Ecclesia Romana priuilegio gaudet, nè contrà eum, nisi centum annorum curriculo præscribatur, tùm annexorũ 9 ratione, quam ob causam communicantur à Iure priuilegia, quia est idem iudicium, *cap. trãslato, de constit. cap. præterea*, & ibi *Gloss. de offic. Delegat. l. 2. de iurisdict. omn. Iudic.* tum etiam, quia inconueniens haùd est, vt quod directè, & principalitèr lex denegat, respectiuè ad alium, putà digniorem concedatur: exemplo restitutio- 10 nis in integrum pupillis, & minoribus competentis, quæ litis etiam consortibus cõperit *Præs. de Franch. decis. 269.* & ibi *Dom de Luca num. 1. Reg. Capyc. Latr. decis. 79. num. 10.* ibiq; *Gizz. num. 2. Mastrill decis 42. Fontanell. decis. 111. num. 2. Muscatell. in praxi S. R. C. Gloss. Defendendo. num. 2. Montan. Controuers. 79. num. 1. Dom. Consiliar. Pratus Practicar. Obseruat. centur. 1. Obser. 52. num. 12.* alijq; passim: Et socij, 11 qui propter societatem socij priuilegio gaudet, quo aliàs non gauderet, *Natt. cons. 590. num 17. Dom de Luca vbi supr. num. 2. vers. Res equidè.* Quo circà *Episcop. D. Ioan. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. 179. part. 3.* 12 decisum refert, adiacentiæ, connexitatisq; ratione, percutientem aliquem in Monasterij locutorio incidere in censuras *cap. cùm pro causa, de sentent. excommun.* sicuti qui percutit in Ecclesia: Beneuertùm prædicta locum obtinere erudi- 13 mur, quando in individuis versamus, alioquin secùs, vt semper Sacrum Regium Consilium iudicasse testatur *Reg. Reuerter. in decis. 164.* & comprobat inibi *Reg. de Marinis*, nec non *Carena Resolut. Iur. Resolut. 24* & *Dom. de Luca dict. loc. num. 3.*

14 Sed quid in Ecclesia, quæ successit priuato, cuius res immobilis præscribi cœperat? Scio negasse nõnullos, quorum ratio inibi reposita est, quòd hoc in casu illius priuati vices gerere fingitur: Crebriùs autem, & verius in contrariam itum est sententiam, quòd scilicet relidui temporis respectu, quod ad præscriptionem complendam deficit, potatur Ecclesia pro rata suo quadragenariæ præscriptionis priuilegio, *Bartol. Bald.* & *Iaf. in Auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. Abb. cõs. 14. lib. 2. Balb. de præscriptione, vbi sup. num. 33. Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis. 1. num. 8.*

15 Verùm hic etiam, vt videamus necessarium esse existimo, an indicata conclusio suum sortiatur effectum in rebus quoq; Hospitalium, aliorumuè piorum locorum, quæ in pauperum vsum instituta sunt? concludiuè loquuntur *Bonacina de restitution. disputat. 1. quæst. vltim. punct. 2. § 2. num. 28. vers. Addo, Molina de Iustitia, & Iure, tract. 2. disput. 72. num 3. Couarr. in Regul. possessor. par. 2. §. 2. num. 3. Tiraquell. de priuileg. pia causæ, priuil. 139.* quoniam huiusmodi lo- 16 ca Ecclesię æquiparantur, vti inquiunt Doctores per *Reg. Valenz.* citati in *cons. 58. num. 9.* tametsi Episcopi authoritate constructa non sint, & erecta, etenim tunc licèt purè prophana reputẽtur, quam ob causam religiosa, & sacra non censentur,

Digitized by Google

tur, sunt tamèn censenda pia, vt piorum locorum appellatione veniãt, & Ecclesiæ priuilegijs gaudeant; ad hoc nàmq; vt pia censeantur, sufficit, quòd ad pia opera exercenda sint instituta, prout luculentèr obseruant *P. Suarez de Religione, tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia, cap. 27. num. 11. Card. Tusch. Practic. Conclus. tom. 4. lit. H. Conclus. 158. & 163. num. 2. & 4. & tom. 6. lit. P. Conclus. 338. Garzia de Beneficijs, part. 5. cap. 1. num. 602. Magdalen. de numero testium in testamento requisito. part. 2. cap. 2. num. 13. Bouadilla in sua practic. lib. 2. cap. 18. num. 288.* & quamuis *Gabriel Pereyra* exilimauerit in *tract. de Manu Regia, part. 1. cap. 17. num. 10.* locum quemlibet tunc pium esse censendum, quando opera pia in illo Episcopi dumtaxàt authoritate exercentur, contrarium tamèn vltrà recensitos benè probat *Benedictus Aegid. in Repetit. l. 1. part. 1. in initio, num. 54. C. de Sacros. Eccles.* demùmq; *Falician. de Vega ad cap. cùm sit generale, n. 43. de foro competent.* & istæ quidem opinio videtur tenenda, quia in dubio non est recedendum à sententia, quæ piæ fauet causæ, vt post *Bald. in cap. in præsentia, col. penult. de probation.* docet *Tiraquell. de priuileg. pia causa, priuileg. 98. in fin.*

Indicatam veruntamèn conclusionem procedere erudimur in rebus tantùm, quæ principaliter, non in his, quæ secundariò ad Ecclesiam pertinent, vt *Gloss.* notat in *cap. ad audientiam, verb. Principaliter, de præscript.* item in his, quæ sunt Ecclesiæ quòad verum, & proprium dominium, pro quibus competit reiuindicatio, etenim si illius sint ratione quasi dominij, pro quibus publiciana conceditur, sufficit in ijs ordinarium tempus, vti *Bald.* docet in *l. siuè autem, §. si duobus, D. de publ. in rem action. Ias. in l. vltim. num. 13.* & in *dict. Auth. Quas actiones, num. 2. C. de Sacros. Eccles. Angel. Imol.* & alij in *l. vsucapionem, D. de vsucapion. Balb. de præscript. vbi sup. num. 14.* præterea in rebus dumtaxàt immobilibus, & in his, quæ Iuris censura tales intelliguntur, siquidem & in his etiam quadragenaria Ecclesiam contrà requiritur, vt in *cap. de quarta*, in *cap. illud*, & in *cap. ad aures, de præscript.* Hinc portò consequimur, quadragenariam præscriptionem non requiri in rebus Ecclesiæ mobilibus, vt quoq; ex plurium iurium auctoritate docet doctissimus Præceptor meus R. *Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantanomodidascalia, lib. 2. tit. de vsucapionibus, num. 431.* nec itidem in actionibus temporalibus, quæ à lege ad certum breue tempus sunt tantummodò institutæ, & contrà priuatos decennium antè finiuntur, vt est actio redhibitoria, quanto minoris, Prætoria, cùm similibus, de quibus in *titul. de adilit. edict.* & in *l. 2. C. de adilit. action.* atque in *princ. Instit. de perpetuis, & temporal.* nàm etiam contrà Ecclesiam eodem breui tempore finiri, nec annos 40. requiri, intendit *Gloss. in dict. Auth. Quas actiones.*

PROLOGOMEN.

Appellans appellato inuito, vt suæ appellationi renunciare nequeat vnanimitèr receptum esse apùd ICtos omnes eruditur, enodatis ambagibus ex *l. si quis libellos 28. C. de appellationib.* & *l. si Iudex 42. D. de minioribus 25. annortis*: quòd circà expenditur, an communis isthæc sententia procedat: quando pars altera non à tota sententia, sed à parte dumtaxàt appellauit, veluti si in parte, & partibus contrà se tantùm facientibus eam interposuit? Quibus latè expositis ad quæstionem illam protenditur, Nùm scilicèt, si vtraque pars seorsùm vna ab altera appellauit, & altera ex eis in suæ appellationis prosequutione defecerit, vti possit appellatione per partem alteram interposita: deniquè innuitur quoque, nùm adhærere intendens decem intrà dies ad appellãdum concessos id fieri teneatur, & quid si non sit principalis condemnatus, sed interesse prætendens.

RERVM SVMMA.

1 *Appellans inuito appellato suæ appellationi renunciare non potest, & num. 6.*
Ampliatur, vt procedat etiam in tertij preiudicium, qui pro suo interesse appellationi adhæsit, vt num. 5.
Limitatur, quando pars altera non à tota sententia, sed à parte dumtaxàt appellationem interposuit, vt num. 22.
Et quando hoc procedat, declaratur num. 32. 34. & 37.
2 *Appellationis remedium commune est vtrique parti.*
3 *Appellatio eo ipso, quòd interponitur, ius parti quæritur.*
4 *In pari iure vnus alteri præiudicare nequit, etiã si ius illud ex aduersarij persona quæsitum sit.*
7 *Decisio* textus in l. si quis libellos 28. C. de appellationibus, *quando procedat, quibusnè in casibus, demonstratur, & num. 8.*
9 *Dispositio* textus in l. si Iudex 42. D. de minoribus 25. annis, *traditur.*
10 *Vniquique ea contemnere, quæ pro se introducta fuere, permissum est.*
11 *Consanguineus, qui redimere volens sententiã obtinuit contrà emptorem, potest sententia beneficio non vti.*
12 *Emptor, qui in redhibitoria obtinuit, sententia renunciare potest, & num. 17.*
Intellige vt num. 18.
13 Textus in l. si Iudex 42. D. de minoribus 25. annis, *priuilegium continet speciale.*
14 *Minor sententia restitutionis in integrum renunciare valet, cùm ea vti nolit.*
15 *Sententia pro aliquo lata in ipsius priuilegium ei necessitatem illa vtendi non imponit, si noluerit.*
16 *Restitutio in integrum sententia condemnatoria non dicitur, neque ex ea in factum actio oritur.*
19 *Dilationi in aduersarij præiudicium renunciari non potest.*
Declaratur vt num. 20.
21 *Æqualitas in iudicijs attenditur.*
23 *Appellatio cùm ab vno sententiæ capite inter-*

pos-

Digitized by Google

ponitur illud dumtaxàt pro reformatione, aùt confirmatione deuoluitur.

24 *Appellatio limitata effectũ limitatum producit.*

25 *Sententia pro ea parte, à qua appellatũ non fuit, in rem iudicatam transit.*

Et exequutioni mandatur, vt num. 26.

27 *Appellatus, cùm appellatio in parte, & partibus interposita fuit, adhærere non valet, nisi in illo tantùm capite, à quo appellatum fuit.*

28 *Minor cùm integrũ restitutio limitatè ad aliquod caput petijt, maior illo restitutionis beneficio vti non potest, nisi quò ad illud tantùm caput, contrà quod per minorem in integrum restitutio implorata fuit.*

Contrarium traditur, quando simpliciter, & indistinctè beneficium restitutionis in integrũ minori concessum fuit, vt num. 31.

29 *Maiores vti possunt dilationibus concessis minoribus cùm eis litigantibus.*

30 *Causa limitata effectum limitatum producit.*

33 *Sententiæ tot sunt, quot eius capitula.*

35 *Connexa vnum & idem reputantur, & de connexis idem est iudicium.*

36 *Connexa indiuidua sunt.*

38 *Sententia, quando vnum continet, sed diuisibile caput, pro parte acceptari, & pro parte ab ea reclamari potest.*

Contrarium num. 39.

Sed priorem opinionem veriorem esse traditur num. 40.

41 *Sententia quando vnum continet, sed diuisibile caput, pro ea parte exequutioni demandari potest.*

42 *Summa per sententiam diuidi potest.*

43 *Sententia de vno capitulo duo facere potest diuisim pronunciando.*

44 *Altera partium, si in sua appellationis prosequutione defecerit, appellatione per alteram partem interposita vti non potest.*

45 *Prouisio hominis cessare facit prouisionem legis*

46 *Appellans, eo ipso quòd appellat, alterius appellatione, vt minimè contẽtus sit, præsumitur.*

47 *Viam, quam sibi quisque elegit sequi debet.*

48 *Via vna electa ad aliam recurri non potest.*

49 *Adhesio ad appellationem interpositam sit nè facienda intrà tempus decem dierum ad appellandum concessum, remissiuè agitur.*

Et quid si appellare intendens non sit principalis condemnatus, sed interesse pretendens, traditur num. 50.

OBSERVATIO XXIII.

1 MAgna haùd, & quidem nec parua est inter ICtos contentio, num valeat appellans suæ renunciare appellationi inuito appellato: concludunt siquidem pari voto non posse, vti determinatum quoq; in præsentis loci iurgio extat, quos herclè omnes, si sigillatim recensere vellem fastidiosam nimis allegationem contexerem, paucos tantummodò accipito, nẽpè *Muscatell. in praxi S. R. C. part. 1. Gloss. Tenebitur, num. 45. Ruginell. de appellationib. §. 6. gloss. 1. cap. 1. num. 25. Scacc. eodem tractat. part. 2. quæst. 17. limit. 2. num. 94. Nouar. in Rubr. de appellation. super pragmat. num. 41. Fontanell.* decisum testãtem *dec. 412. & 413. tom. 2. Surd. decis. 143. num. 3. Pres. de Franch. decis. 467. & decis. 658. Reg. de Marin. ad Reg. Reuerter. decis. 504. num. 2. Reg. de Ponte cons. 6. num. 37. tom. 1. Reg. Valenz. cons. 49. num. 19. lib. 1. Dom. Reg. Marcian. Disput. Iuris tom. 1. Disputat. 16. num. 2. Dom. Consiliar. Petra super Rit. M. C. V. 251. num. 19.* vbi haùd immemor est isthac de *Autoris* nostri decisione: ea nimirùm ratione suadente, quia appellationis re-

2 medium commune est vtriq; parti, quæ sanè deducitur ex *textu in l. ampliorem, C. de appellationib.* vbi non obscurè habetur, appellationem communem esse appellantem inter, & appellatum, adeò vt vnus alterius appellationi adhærere valeat: & concordat *text. in cap. interposita, § ille denique, in cap. vna sententia extrà de appellat.* & in *cap. vt circà*, vbi *Gloss. in verb. Adhærentes, de election. in 6.* eo enim ipso, quòd appella-

3 tio interponitur, ius parti quæritur, licq; ea inuita auferri non potest, cùm in pari iure vnus alteri

4 præiudicare nequeat, *l. si post mortem 10. §. vlt. D. de bonor. possess. contrà tabul.* etiam quòd sit ius ex aduersarij persona quæsitum: in his enim, quæ iuris beneficio vni parti communicantur, ab altera præiudicari non potest, nec per renunciationem, siuè per corruptionem, siuè per inertiam vnius factam potest ius alterius corrodi, &

5 planè procedere id adnectimus etiam in tertij præiudicium, qui pro suo interesse appellationi adhæsit, aliorumuè adhærentium, vt renunciationes huiusce modi haùd valeant, & nullitatis vitio laborent, nàm semper illis non obstantibus eis appellationis causam prosequi licebit, quemadmodum quoq; *Franc.* & *Bald.* notant ille in *cap. vna sententia, num. 4. de appellat.* hic in *Auth. Nunc si heres, col. 11. C. de litigios.* & sequuntur *Vant. de nullit. qui possit dicere de nullitate, num. 19. & 20. Ruginell. de appellat. dict. cap. 1. num. 11. Gayll. lib. 1. Obseruat. 122. num. 3.*

6 ex quibus equidem comperimus, omni iure assistente in præsentis loci disceptatione conclusum fuisse appellantem inuito appellato suæ renunciare appellationi haùd posse.

7 At nè tamèn ad *textum*, qui contrarium decidere videtur in *l. si quis libellos 28. C. de appellat.* responsionem præcisè, & validam neglexisse videamur; Breuitèr dicimus, eius decisionẽ nostræ communi omnium voto approbatæ sententiæ haùd refragari, deciditur etenim ibi, appellantem appellationi renunciare, & ab ea in totum recedere posse, quod equidem procedere dicitur, quãdo appellatus appellationi non adhæsit, quod in dubium à nemine reuocatur; itèm re integra, antè

8 scilicèt temporis decem dierum spatium, vti *Salycet.* enucleat in *Summar.* ideò enim post dictum tempus appellantis renunciatio non admittitur, quia fit appellato præiudicium, cùm ampliùs appellare non possit, continuo vsu id admittente ex *textus* dispositione in *Auth. Hodiè, C. de appellat.* quod herclè secùs esse comminiscimur re integra, intrà scilicèt dictum decem dierum tempus, quia tunc appellato imputari potest, cùm dictum tempus infrà à lege constitutum appellare posset, non appellauit.

9 Hinc propterea minùs aduersari erudimur, si dicatur in contrarium stare *text. in l. si Judex, 42. D. de minorib. 25. ann.* vbi habetur, quòd si minor vti noluerit sententia restitutionis in integrum

ob-

obtenta, vtilem habere poterit exceptionem aduersùs petentem pretium, quasi ex causa iudicati, quod & in alijs casibus obtinebit, quia scilicèt
10 vnicuiq; ea contemnere, quæ pro se introducta fuere, permissum est, quod locum habet in omnibus, quæ iure quopiam singulari, siuè extraordinario, ac speciali sunt quæsita, vti *Baldus* notat in allegata *l. in 1. & 2. lect.* & sequitur *Tiraquell. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 24.* deducens ex hoc, consanguineum, si redimere velit, & contrà
11 emptorem condemnatum ad rem restituendam soluto pretio sententiam obtineat, posse sententiæ beneficio non vti, ità vt emptor ad pretium sibi soluendum eum cogere nequeat, exemplo
12 emptoris, qui obtinuit in redhibitoria, qui sententiæ renunciare potest, neq; ex ea permissum est venditori agere, *Gloss. in l. illud, in verb. Restituere*, vbi *Bald.* & *Cepoll. in fin. num. 7. D. de adilit. edict.* idem *Cepoll. in l. sciendum, 9. §. dictum, in fin. D. eod. tit.*

13 Nàm respondetur in *dict. l. si Iudex*, priuilegium continetur speciale minorum, non autem ius commune, propter quod haùd arguere valet à restitutione in integrum ad appellationem, nil
14 ideò mirum, si minori concedatur renunciatio, quæ minimè est appellanti concedenda, cùm
15 sententia pro aliquo lata in ipsius priuilegium ei necessitatem illa vtendi non imponat, si noluerit, quemadmodùm in specie ad allega am *l. si Iudex*, respondet *Bald. ibid.* nec non in *l. 2. col. 2. quæst. 2. C. de fideiuss. minor.* & in *l. si constante, §. quoties, D. solut. matrim.* atq; demùm *Tiraquell. de retract. lignag. ad fin. num. 15.* cùm cæteroquin cessante priuilegio iure communi attento non sit
16 pœnitentiæ locus, potissimùm quia in integrum restitutio propriè condemnatoria sententia non dicitur, neq; ex ea in factum actio oritur, *Bald. in l. si prædium, num. 7. vers. Sed pone lata est sententia, C. de adilit. action.* vbi etiam ad illud
17 respondet, quod nempè de in redhibitoria obtinente dictum est, qui sententiæ renunciare potest, vt per citatam *Gloss. in l. illud, in fin. D. de adilit. edict.* hoc siquidem ibi ideò procedit, quia
18 res ad vtriusq; partis condemnationem nondùm transiuit, cùm si secùs, standum esse sententiæ, ex qua venditori actio in factum oritur, si emptor illa vti nolit, inquit *Tiraquell. dict. loc. num. 25. in fin. & num. 26. in fin.* exponit ità quoq; esse in
19 dilatione alicui concessa, cui in aduersarij præiudicium renunciari non potest, tametsi quidam contrarium sentire videantur, quòd nempè renũciari possit dilationi, intelligi enim debet, quan-
20 do quis dilationem meruit de iure speciali per beneficium restitutionis in integrum, secùs in eo, qui dilationem meruit de iure communi, quia ius speciale pro singulari dumtaxàt fauore proditum est, sed de iure communi in iudicijs præ-
21 sertim æqualitas attenditur, *cap. 1. de re iudic. in 6.* Ego ipse in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 2. sub num. 13.* propter quam seruandam dilatio ex legis beneficio facta dicitur communis, ità *Tiraquell.* dissidentes opiniones conciliat in *dicto num. 26. vers. Tu tene primam partem.* In dubium tamèn hoc loco reuocatur.

22 Nùm nostra isthæc laudata, probata, & communitèr recepta sententia procedat, quando pars altera non à tota sententia, sed à parte dumtaxàt appellauit, veluti si in parte, & partibus contrà se tantùm facientibus eam interposuit. Quod etsi quã maximè fuerit controuersum, crebrò nihilominùs in eam itum est sententiam, posse scilicèt appellantem inuito appellato suę renunciare appellationi, etenim appellatio eo casu, cùm id so-
23 lùm deuoluat, & suspendat, vt præsertim docent *Bartol. Bald. Dec. Guid. Pap. Paris.* apùd *Cornazzan. decis. Lucens. 63. per totam*, & sequitur *Dom. Iudex Philippus Maresca in Diatypoſi reconuent. Enarrat. 6. num. 102.* nàm limitata ap-
24 pellatio, limitatum producit effectum, *l. in agris D. de acquir. rer. domin.* ità vt in reliquo, à quo
25 appellatum haùd fuit, sententia in rem iudicatam transire dicatur, vt per *Franc. in cap. 51. duobus num. 8. de appellat.* post *Abb. in cap. significauerunt, num. 7. de exception.* cùm alijs per *Castill.* recensitis in *decis. 64.* & exequutioni mandari
26 debeat, *Carauit. Ritu M. C. V. 252. num. 9. Card. Tusch. Practicar. Conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 364. num. 4. & conclus. 366. num. 1.* communis effecta non dicitur, idem *Card. Tusch. dict. lit. A. conclus. 363. num. 12. Surd. decis. 143. num. 5.* vbi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit. num. 2. Giurb. decis. 30. num. 12. Scacc. de appellation. cap. 2. quæst. 17. limit. 21. à num. 19. Ruginell. eod. tract. §. 2. cap. 4. num. 48. & §. 6. gloss. 1. cap. 1. nu. 37. Rebuff. de recusat. art. 3. gloss. 4. num. 5. Costa de facti scientia, & ignorantia, distint. 31. num. 5. centur. 1. & de remedijs subsidiarijs, Remed. 56. num. 8. Trentacinq. Var. Resol. lib. 2. tit. de appellation. resolut. 8. num. 10.*

27 Idquè clarior equidem ex eo fit, quia appellatus hoc casu appellationi nedùm tacitè, sed neq; expressè adhærere valet, nisi in illo dumtaxàt capite à quo appellatio interposita fuit, vti post *Gloss.* communitèr receptam in *dict. l. ampliorem, in verb. Iudicatis*, sermocinantur *Papiens. in praxi, in forma libelli appellationis à sententia diffinitiua, verb. In illis passibus, Ruginell. dict. cap. 1. num. 35. Dom. Reg. Marcian. dict. Disputat. 16. num. 3. Præs. de Franch. decis. 467. num. 4.* vbi præfatam legem non procedere asserit in appellatione interposita in parte, & partibus, prout consueuisse fieri suo tempore profi-
28 tetur: quemadmodùm dicimus in minore restitutionem in integrum petente, secù beneficium limitatè ad aliquod caput, veluti si beneficium peteret ad ponendum de nouo tantùm, vt non possit maior illo restitutionis vti beneficio, nisi quò ad illud caput, contrà quod per minorem restitutio implorata fuit, probando circà illud quæcumq; voluerit, sicùt ipse minor, non quòad alia circà quæ restitutio petita haùd fuit, ex particulari decisione *Bald. in l. per hanc, col. penult. vers. Pone minor, C. de tempor. appellan.* de qua meminit *Capyc. in decis. 170.* & docent *Afflict. decis. 89. Imbrian. Consider. 7. num. 65. Muscatell. in praxi S. R. C. par. 3. Gloss. Communis, ex num. 3.* quamuis enim *Fontanell. in decis. 112.* per multos dies disputato articulo contrarium referat decisum, *num. 15.* ex illo motiuo, quòd leges, quæ dilationes minoribus concedunt me-
29 dio restitutionis in integrum beneficio, illas communes esse volunt maioribus cùm eis litigantibus ad probandum, idq; generalitèr, & indistinctè ex *l. petenda, C. de tempor. in integr. restitut.* nihilò tamen minùs iterùm ad trutinam re-

Digitized by Google

reuocato articulo per viam supplicationis contrariam resolutionem in Aula plena captam fuisse testatur in anno 1632. quod iterùm comprobat idem *Fõtanell. in decis.* 135. *num.* 15. ex eo quòd
30 limitata causa limitatum producit effectum, & appellatio in vno articulo totam non deuoluit causam; ità demùm indicata *Bald.* decisione attenta iudicatum refert *Reg. Reuerter. decis.* 174.
31 quidquid foret, quando simplicitèr, & indistinctè beneficium restitutionis in integrum minori concessum fuerit, tunc enim tàm minor, quàm maior ipso vtuntur nedùm ad idem probandum, sed etiam de directo contrariũ, cùm cœteroquin longa, & difficilis foret discussio in præfatis nouis, veteribusq; capitulis discernendi, vti *D. Cæsar Vrsill.* obseruat optimè in *addit. ad Afflict. dict. decis.* 89. *num.* 1. *in fin.*

32 Verumtamèn id procedere intelligas in sententia plura continente distincta, & separata ca-
33 pitula, cùm tunc, quot sunt sententiæ capitula, tot esse sententias, post *Gloss. in dict. l. ampliorem, verb. Iudicatis*, & ibi *Bald. num.* 5. adnotarunt *Surdus decis.* 176. *num.* 8. *Giurba decis.* 30. *num.* 16. *Caualcanus decis.* 27. *num.* 81. *part.* 2. *Card. Tuschus Practicar. Conclus. lit. A. Conclus.* 364. *num.* 3. *& lit. S. Conclus.* 165. *& Conclus.* 182. *num.* 24. *Cancerius Var. Resolut. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 64. secùs in capitulis connexis, vel in sen-
34 tentia vnicum tantùm continente condemnationis, vel absolutionis caput, vti post alios ex recensionibus enucleant *Ruginell. de appellation. dict. cap.* 1. *num.* 16. *Giurb. dict. decis.* 30. *num.* 14. *Surd. decis.* 143. *num.* 8. & ibi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit. num.* 4. *Fontanell. decis.* 413. *num.* 3. *Cancer. dict. cap.* 17. *num.* 63. *Dom. Reg. Marcian. dict. disputat.* 16. *num.* 8. & nouissimè *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. Obseruat.* 467. *num.* 3. etenim hoc casu, haùd refragante, quòd appellatio interposita sit in parte, & partibus, ex capitum connexitate totum dicitur deuolutum, suspensumq; per appellationem, nàmq;
35 connexa vnum, & idem reputantur, & de connexis idem est iudicium, *l. eum actum* 18. *D. de negot. gest.* tantæq; esse potentiæ connexitatem arbitratur, vt eius causa illud in iudicio veniat, quod aliàs non veniret, vti *Bartol.* præsertim tra-
36 dit in *dict. l. eum actum*, cùm connexa indiuidua etiã sint *Angel. consil.* 326. *col.* 3. *in* 4. *dub. Aym. consil.* 232. *num.* 2. *Anchar. cons.* 160. *col.* 2. *vers. Item dicitur, Menoch. de Arbitr. cas.* 91. *num.* 9. *fol.* 127. iuxtà *text. in l. quod conclaue, D. de damn. infect.* & in *l. prædys, §. balneas, D. de legat.* Verumtamèn in memoriam redigere opor-
37 tet, id in illa dumtaxàt connexitate procedere, quæ operatur, vt alterum sinè altero stare non possit, cùm alioqui secùs foret: quemadmodum dicetur de actu separationem patiente, vtputà
38 quando sententia vnum continet, sed diuisibile caput, quo casu, etsi conscius sim nonnullos negasse, è quorum numero sat est recensere *Dom. Consiliar. Hodiern. in dict. decis.* 143. *num.* 6. qui illic tradit, sententiam pro parte acceptatam pro
39 ea parte exequutioni demandari haùd posse, quamuis conuentus nullam in eam interposuerit appellationem, veluti si quis biscentum à Titio petierit, & Iusdicens illum in centum dumtaxàt condemnauit, Actor appellando ab ea decreti parte, ex eo quia Iusdicens tacitè Reum ab alijs centum absoluerit, citrà appellationis præiudicium pro illis centum, in quibus Reus condemnatus fuerit, exequutionem Actor petere nõ poterit, quia cùm indiuiduum sit capitulum, appellatio etiam in parte, & partibus, totam deuoluit causam, adeò vt non possit pro parte acceptata exequutioni demandari sententia; Crebriùs tamèn, & veriùs in contrariam itum est aleam,
40 quòd scilicèt sententia, quando vnum continet, sed diuisibile caput, vt tũc eodem modo pro parte acceptari, & pro parte ab ea reclamari possit, quemadmodùm quando plura continet separata capitula, & præter alios docet *Dom. Reg. Marcianus vbi sup. num.* 13. quem laudat, & sectatur *Dom. de Luca loc. cit. num.* 3. *vers. Contrarium*, dixeratq; *Alberic. in l. etiam, §. ex causa, D. de minorib.* quem recenset, & sequitur *Reg. Lanar.* omninò videndus in *cons.* 33. *num.* 19. *&* 20. expressè dicens, quòd vbicumq; certa summa in li-
41 bello petitur, & sententia pro parte condemnaret, & pro alia parte absolueret, exequi tunc poterit pro parte, & pro parte rescindi sententia per appellationem, & ad conualidationem laudat *Bartol. in l.* 1. *col.* 3. *in princ. vers. Ego puto, quòd ex post facto, C. si aduersus rem iudicat.* docentem, quòd si appellatur à quinq; dumtaxàt, sententia in eo tantùm suspenditur, à quo est appellatum, & in reliquo firma remanet, quia sum-
42 ma cũ sit diuisibilis, per sententiã diuidi poterit, prout eam diuisit Iusdicens, & consequenter sententia diuersa dicitur continere capita, quæ diuisionem, & separationem patiuntur, vti *Iacobin. de S. Georgio* extricat optimè in *l.* 1. *num.* 5. *vers. Nota vlteriùs, C. si vnus ex pluribus*, & antè eum pariter dixit *Bald. in l.* 1. *num.* 9. *vers. Et nota, C. nè in vna, eademq; caus. lic. tert. prouoc.*
43 quòd vna sententia potest de vno capitulo facere duo diuisim pronunciando, putà quòd de decem petitis in quinque absoluat, & in quinque condemnet; hocq; sinè scrupulo procedere dixit idem *Reg. Lanar. ibid. num.* 24.

44 Aduertere autèm circà prædicta non omittas, quòd si vtraque pars seorsùm vna ab altera appellauit, etiam si in parte, & partibus, & altera ex eis in suæ appellationis prosequutione defecerit, beneficium parti per legem concessum non appellanti, vt scilicèt vti possit appellatione per partem alteram interposita, denegatur eo casu, ea quippè
45 ratione, quia hominis prouisio cessare facit prouisionem legis, vt ex *text. in l. final. C. de pact. conuent.* inquiunt *Castrens. cons.* 150. *& cons.* 309. *lib.* 2. *Card. Tusch. Practic. Conclusion. tom.* 6. *lit. P. concl.* 951. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsũpt.* 190. *num.* 40. *&* 41. *Noal. de trãsmission. cas.* 8. *num.* 98. *Fontanell. de pactis nuptialib. claus.* 5. *gloss.* 10. *part.* 1. *num.* 51. *cùm seqq.* statim enim quòd quis appellat, alterius appellatione
46 contentum haùd esse præsumitur, videturquè auxilium omne alienum à se abdicasse, ac respuere, & consequenter beneficio, quod ex alterius appellatione obtinere poterat renunciare, & perpetuò excluſum remanere, ità ante omnes voluisse videtur Præceptor *Bartol. in l. a sententia, col.* 1. *num.* 6. *vers. hic est casus, D. de appellat.* atque *Abb. in cap. cùm super, num.* 10. *de re iudicat.* & consultus respondit *Albens. cons.* 307. *num.* 13. *lib.* 3. ac in puncto adnotarunt *Costa de facti scientia, & ingnorantia, distinct.* 30. *num.*

Digitized by Google

6. Ruginell. de appellation. dict. cap. 1. num. 43. Dom. Reg. Marcian. vbi supr. num. 23. quibus, nouissimè accedit *D. de Luca d. l. num. 4.* Insuper, quia viã, quam sibi quisque elegit, sequi debet, *l. si mulier, §. final. D. quod metus caus. cap. quod semèl, de regul. iur. in 6. Scacc. de appellation. quæst. 17. limit. 9. num. 45. vers.* Ratio, *Nouar. QQ. forens. lib. 1. quæst. 44. num. 5. vers. Ad quodammodo, Farinac. in praxi criminal.*

48 *part. 6. quæst. 175. num. 199.* nàm vna via electa ad aliam recurri haùd potest *Scacc. d. l. & de commerc. §. 7. gloss. 5. num. 11. & seqq. Mart. de iurisdict. part. 3. cap. 4. num. 21.* alijque communitèr.

49 Hinc modò non insulsum erit adnotare, quòd articulum illum circà, vtrũ adhærere intendẽs, id fieri teneatur intrà decẽ dies ad appellãdũ cõcessos? latè scripsit *Iulius Cæsar Ruginell. in sæpè allegato tractatu de appellationib. §. 6. Gloss. 1. cap. 1. à num. 3.* vbi aientes recenset, & negantes, ad quem me remittere consultiùs putaui, nè vel rem satis latè ab eo Ego indoctus quidem adolescens rescriberem, tantò magis, quòd ad nostram rem latè displicare non spectat; Si verò quæratur,

50 vtrùm is, qui appellare intendit, si non sit principalis condemnatus, sed interesse prætendens, si appellationi per principalem factæ adhærere voluerit, dicta adhęsio dictos intrà decem dies fieri debeat, vel sententia in rem iudicatam transibit? Aduertas hanc quæstionem circà solemnitèr scripsisse *Dom. Reg. de Ponte in cons. 7.* qui fundauit, quòd habens interesse in causa assistere potest, & appellationis iudicium prosequi, nec ex eo, quòd principales desistunt, eorum desistentia operari poterit, quòd adhærenti præiudicium fiat, ex cuius iure non desistunt, sed proprio; & plura ad materiam recensens, testatur in fine *Consilij* secundùm sua scripta extitisse iudicatum iuxta Tribunalibus S.C. & R.C. Summariæ.

PROLOGOMEN.

Appellationes omnes de Iusdicentibus inferioribus ad superiores interponendæ sunt, & cõtrarium asserere, infandum esse traditur, nisi tamèn alicuius rescripti vigore Iusdicens iudicauerit: quòdcirca firmatur, à sententijs latis per Delegatos Apostolicos appellari posse ad Auditores Rotæ Marchiæ stante *Constitutione Rotali, §. 6. & 21.* tametsi illi maiores sint istis.

RERVM SVMMA.

1 *A sententijs latis per Delegatos Apostolicos appellari potest ad Auditores Rotæ Marchiæ vigore Rotalis Constitutionis.*

2 *Appellatio est de minore Iusdicente ad maiorem prouocatio.*

3 *Appellare dicitur, qui se defensioni superioris subijcit.*

4 *Appellatio ad æqualem, vel inferiorem fieri nõ potest.*

5 Athenienses *non passi fuere, eorum sententias à* Macedonibus *recognosci.*

6 *Infandum est reuideri ab inferiore, quæ à supremo gesta sunt.*

7 *Appellationes omnes interpositæ ad Sanctissimum deuolutæ censentur ad Auditores Rotæ Marchiæ ex* Rotali Constitutione.

8 *Auditores Rotæ Marchiæ appellationis respectu sunt maiores Delegatis Apostolicis.*

9 *Maior, & minor quis iudicari potest diuersis respectibus.*

10 *Ab Episcopo quando ad Pontificem Maximum appelletur.*

OBSERVATIO XXIV.

EVersionem Iuris Communis primo intuitu continere videtur præsens locus, etenim

1 tractatur articulus, vtrùm à sententijs latis per Delegatos Apostolicos appellari possit ad Auditores Rotæ Marchiæ, & deciditur affirmatiuè, non obstante, quòd Delegati Apostolici maiores sint dictis Auditoribus, vti *DD.* scribunt in *cap. studuisti de offic. legat.* scitur nàm. que appellationes de Iusdicentibus inferioribus ad Superiores interponendas esse, cùm appellatio

2 propriè sit de minore Iusdicente ad maiorẽ prouocatio, *l. 1. D. de appellat. Franc. in Rubr. de appellation. col. 1.* quem sectantur complures à *Maranta* manuducti in suo *Speculo aureo, 6. part. princip. act. 3. num. 1. & seqq.* nec non *Anchar. cons. 132.* atque ICti communitèr, & ille

3 appellare dicatur, qui ad Superiorem iter arripit, vel se defensioni Superioris subijcit, quemadmodùm *Portius Imolens.* obseruat *in consil. 187. num. 12. lib. 4.* vndè quia appellatio ad Superiorem fieri debet, ad æqualem, vel inferiorem fieri

4 nequit *Card. Tuschus Practicar. Conclusion. lit. A. conclus. 349. 350. & 352. Scacc. de appellation. art. 1.* quos allegat, & sequitur *Larrea Allegat. 52. num. 27.* & notat *Dominus Caietanus Ageta in Epitome fori feudalis, Assert. 11. §. 32.*

3 Illud hinc fertur, Athenienses non fuisse passos eorum sententias apùd Macedonica Tribunalia vti inferiora, deferri, *Matth. Steph. de iurisdiction. lib. 2. cap. 11. num. 20.* deest sanè authoritas destruendi gesta per superiorem Iudicem, à quo appellatio interponitur, cùm ad Iudicem nõ superiorem appellatur, qua potestate cessante, id

6 quòd nempè ad Iudicem non superiorem appellari possit, infandum meritò est, testibus *Bodin. 3. de Republic. cap. 6. num. 319. Besold. de appellat. cap. 4. num. 1. & 2. Osuald. Hiliger.* abundè, & eruditè *ad. Donell. part. 2. lib. 28. cap. 7.*

7 Prædicta tamèn, quamuis vera, casui memorato non aduersari erudimur, siquidem, vt patet ex *Constitutione Rotali §. 6. & 21.* per Summum Pontificem concessa est facultas dictis Auditoribus cognoscendi omnes, & singulas causas dictę Prouinciæ ciuiles, prophanas, Ecclesiasticas, meras, mixtas, & quomodolibet agitandas, ità vt appellationes, querelæ, recursus, nullitates, & in integrum restitutiones à quibuscumque Iudicibus interponendæ, & quomodolibet proponendæ, censeantur omnes deuolutæ ad dictos Auditores, ac si ad Romanum Pontificem interpositæ fuerint; Vndè cùm secundùm Constitutionem prędictam concessum sit speciale mandatum dictis Auditoribus à Summo Pontifice, vt possit ad eos in præfatis etiam causis appellari, repræsentant in dictis appellationibus Summi Pon-

ti-

tificis personam, sicquè quemadmodùm ad Summum Pontificem appellari posset, ità etiã ad eos,
8 qui hoc in casu maiores sunt dictis Delegatis, *Mandos. de inhibition. quæst.* 5. & benè quidem, propterea quod quis vno respectu maior consi-
9 derari potest, *Bartol. in l. 1. §. siquis, D. de appellat.* cùm alijs, quos Ipse indicaui in *Obseruat.* 16. *num.* 42. etsi alio respectu minor sit, nàmque hoc duplicis iuris ratione, quod vnus, & idem habet, siuè representat, conceditur: ità vt vno casu maior esse possit, & dignior, in alio verò minor & minus dignus, *Gloss. in cap. quæritur, verb. Non æquamus, 2. q. 6.*

10 Hinc illud in exemplum adducimus, quòd nempè etsi ab Episcopo ad Archiepiscopum appelletur, vt communiter habetur per *cap. singulos el 2. & cap. conquæstus 9. q. 3.* si tamèn Antistes vigore Apostolici rescripti iudicauerit, tunc non ad Metropolitanum ipsum, sed ad Pontificem Maximum hoc casu prouocari tantùm potest, vt *Episcop. Campanil.* demonstrat in *Comment. super Ritibus Curiæ Archiepisc. Neapol. Rit. 36. num. 27.* & iterùm in *Diuersor. Iuris Canónic. Rubr. 11. cap. 13. sub num. 317.* post *Corn consil. 89. num. 8. lib. 2.* quos, laudans etiam *Authorem* nostrum hic, sequitur *Dom. Consiliarius* semper extollendus *D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 264. sub num. 4.*

PROLOGOMEN.

Optimo distinctionis moderamine adhibito resoluitur antiqua illa Nostratum controuersia an excussio requiratur in Saluiano interdicto? Cuius planè ex resolutione infertur, creditorem, cui aliqua ex debitoris bonis sunt in specie, & cætera omnia generalitèr obligata, generali obligatione vti non posse, neque ad bona generalitèr obligata agere, nisi particulari pignore priùs excusso, iuxstà Imperialem Constitutionem in *l. 2. C. de pignoribus, & hypothecis*, quam tamèn limitationem habere annuitur, cùm in instrumento cautum est de clausula illa, *vt generi per speciem non derogetur, & è contrà*, & ad clausulam *Constituti* quoque protenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Excussio non requiritur in Saluiano interdicto.*
Intellige vt num. 5. & 6.
2 *Saluianum interdictum est remedium possessorium adipiscendæ.*
3 *Exceptio altioris indaginis in saluiano opponi non potest.*
4 *Excussio est exceptio altioris indaginis.*
7 *Tertius conueniendus haud est, donèc debitor est soluendo.*
8 *Creditor super re specialitèr obligata priùs agere debet, & num. 17.*
Limitatur vt num. 18.
9 Textus in l. 2. C. de pignorib. & hypoth. *prohibet agere ad bona generaliter obligata, nisi particulari pignore priùs excusso.*
10 *Quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum est.*
11 *Creditorum audacia compescenda est.*
12 *Creditor omissis rebus, super quibus sententiam habuit, ad alia bona declinare non potest.*
13 *Prætoris authoritas elusoria esse non debet.*
14 *Creditor sufficiens pignus habens, fideiussorem conuenire non potest.*
15 *Vxor dotis assecurationem contrà virũ ad inopiam vergentem petere non potest, dum super alterius bonis cauta est.*
16 *Creditor anterior habens tàm feudalia, quàm allodialia bona obligata, in feudalibus sibi satisfacere debet.*
19 *Creditor, omissis bonis specialitèr hypothecatis, ad bona generalitèr sibi obligata actionem dirigere potest, cùm in instrumento cautum est de clausula,* vt generi per speciem non derogetur, & è contrà, *& num. 23.*
Ampliatur etiam, cùm in instrumento adest clausula Constituti, vt num. 30.
20 *Dispositio* textus in l. 2. C. de pignorib. & hypoth. *locum habet; quando in instrumento adest clausula,* vt generi per speciem non derogetur & è contrà.
Contrarium in praxi seruatur, vt num. 22.
21 *Protestatio contrà Commune Ius nulla est.*
24 *Cautela traditur, vt agens super speciali, agere dein possit super generali hypotheca.*
25 *Excussio specialis hypothecæ nõ requiritur, quãdo in instrumento adest protestatiua clausula,* vt generi per speciem non derogetur, & è contrà.
26 *Clausula* vt generi per speciem non derogetur, & è contrà, *omnibus in instrumentis apponi solet.*
27 *Hypotheca quando conditionalis dicitur, & quando secùs, & num. 29.*
28 *Verbum* indefectum *conditionem importat.*
31 *Creditor, nulla priùs facta excussione, ad bona obligata agere potest ex clausula Constituti.*
Ampliatur, vt procedat etiam, vbi inter duos creditores res ageretur, vt num. 32.
Declaratur, vt locum habeat, quando creditor possessionis retẽtionem huiusce Constituti clausula vigore petit, vt num. 33.
Item debitore viuente, vt num. 35.
34 *Excussio non remedijs possessorijs, sed hypothecariæ actioni opponitur.*
36 *Clausula Constituti per constituentis mortem extinguitur, & pactum in contrarium nec minùs valet, vt num. 37.*
38 *Debitore defuncto contrà tertium possessorem deueniri non potest, non facta priùs bonorum hæredis principalis debitoris excussione.*
39 *Precario extincto non agitur contrà tertium, nisi facta priùs principalis discussione.*

OBSERVATIO XXV.

1 NOn minus vulgaris, quàm antiqua est quæstio, quam præsens porrigit locus, vtrùm scilicèt requiratur excussio in saluiano interdicto, eamq; inter difficiles, & certa decisione carentes locum habere comperimus; vtraq; enim pars affirmatiua nimirùm, & negatiua suos habet sectatores, vti videre fas est penès *Stanilium Pacific.* qui integrum

Digitized by Google

composuit de saluiano interdicto tractatum *inspect. 2. cap. 2. Ioan. Dominicum Gaitum in tract. de credito, cap. 4, quæsit. 7. à num. 776. Abbatem Horatium Barbat. super Pragmat. de assistentia præstanda, Gloss. 10 à num. 59.* & penès *Antoninum Thesaur. in sua solẽni decisione* 175. Quãuis autem in facti contingentia negatiuè concluſum hic referat *Author*, & comprobet *in tom. 1. Disceptat. forens. cap.* 38. hancq; magis communem, ac maiori Doctorum calculo approbatam, & fortioribus rationibus fulcitam esse, ostendat *Statilius Pacificus vbi supr. à num.* 40. & in vsu forensi receptiorem esse, & ab ea in praxi non esse recedendum, dicat *Gaitus dict. loc. sub num.*
2 786. quia est remedium possessorium adipiscẽdæ, in quo exceptiones altiorem indaginem re-
3 quirentes minimè admittuntur, vt per originalem doctrinam *Bartoli in l. final. C. quor. bonor.* concludit post alios *Ludouic. in decis.* 46. *num.* 1. *Menoch.* quoq; *de adipiscend. possession. Remed. 3. num.* 180. & *Sarmient. de reddit. Eccles. part. 3. cap. 2. num. 22. & 33.* Sed ista exceptio al-
4 tioris est indaginis, cùm sit de apicibus iuris, *Ripa in Rubr. D. de pignorib. num.* 19. *Menoch. dict. num.* 180. *Pacific. loc. cit. num.* 41. vndè hoc in saluiani iudicio opponi minimè potest.

5 Satisfacit tamèn mihi aliquorum ex Nostratibus distinctio, dùm scriptum reliquere, negatiuã hanc sententiam de plano procedere respectu iudiciarij ordinis, quia tunc est de iuris apicibus, altioremq; requirens indaginem; secùs respectu
6 interesse tertij, casu quo si excluderetur excussio, iniquitas fieri videretur, siquidem considerando excussionem respectu interesse tertij, videlicèt, quòd donèc debitor est soluendo, nõ molestetur tertius possessor, tunc hoc apicem iuris haùd cõcernit, sed æquitatem, ità vt etiam, quòd causa sola facti veritate inspecta cognoscatur, poterit possessor exceptione ista se tueri, & admitti debet, cùm æquum non sit, vt conueniri possit, do-
7 nèc debitor est soluendo, ità expresè tradidere *Ant. Sola ad Decret. Sabaud. tit. de excussion. gloss. 3. num. 13. Caroc. de excussion. part. 2. quæst. 31. num.* 14. *Author noster decis.* 129. *num.* 10. *Mastrill. decis. Sicil.* 109. *num.* 8. *Magon. decis. Lucens.* 66. *num.* 13. *Cacheran. decis.* 2. vbi in finem secundùm hanc distinctionem Pedemontanum Senatum censuisse refert, *Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 51. *num.* 9. *Facchin. Controuers. Iur. lib.* 8. *cap.* 13. *lit. B. ver. Tertia conclusio*, quos, & alios recensens sequitur *Abb. Barbat. dict. gloss.* 10. *num.* 61. *circà medium.*

8 Quã equidem æquitate attenta dicimus quoque, quòd quando creditor specialem haberet, & generalem hypothecam super bonis debitoris, & contrà possidentem rem super qua generalem habebat, agere vellet, posset tertius iste conuentus opponere, quòd priùs agat super re specialitèr obligata, iuxtà Synodalis *textus* dispositio-
9 nem in *l. 2. C. de pignorib.* vbi habetur, creditorem, cui aliqua ex debitoris bonis sunt in specie, & cœtera omnia generalitèr obligata, generali obligatione vti non posse, neq; ad bona generalitèr obligata agere, nisi particulari pignore priùs excusso: haùd enim æquum est, tertium molestare possessorem, quando ex alijs bonis specialitèr obligatis penès debitorem existentibus sibi satis-
10 fieri potest, stante præsertim regula illa, nempè, quod alteri prodest, & tibi haùd nocet, faciendum est, ad tradita in *l. 1. §. denique, D. de aqu. pluu. arcen.* & demùm, quia compescenda est
11 creditorum audacia, & immodica æstuans auiditas *Bart. in l. eum qui, §. 1. num. 4. D. de verbor. obligat.* vbi dicit, creditorem pro libito variare
12 non posse, neq; omissis rebus, super quibus sententiam habuit, ad alia declinare bona, creditores
13 vexando, nè Prætoris authoritas sit elusoria, contrà *text. in l. si Prætor* 75. *D. de iudic.* prout sic punctualitèr decisum refert *Consiliar. Capyc. in decis.* 33. ac iterùm in *decis.* 46. *num.* 6. quem nouissimè laudat *Dom. Rodoerius in Consil.* 29. *num.* 45. adijciens hoc etiam sectari *Noguerol. Allegat. 33. num.* 51. & *Barbat. vbi supr. Gloss. 2. num.* 19. ac in facti contingentia iudicauit Sacrum Consilium in causa Cosmi Busdraghi Lucensis contrà Gulielmum Meluccium, referente *Reg. Consiliar. Petro Antonio Carauita*, Actuar. de Martino, teste *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis.* 44. *num.* 2. Hinc ad propositum *Castr.* dixit in *l. inter eos, §. creditor, D. de fideiussor.*
14 quòd si creditor sufficiens pignus haberet, fideiussorem conuenire non posset, & idem in *consil. 6. num. 21. & 22. lib. 3.* tradit, vxorem, si alium
15 cùm viro pro dotis restitutione obligatum haberet, correo ad inopiam vergente, pro dotis assecuratione contrà virum agere non posse, dùm super viri bonis cauta est, quod etiam docet *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in tom. 1. Discept. forens. cap. 21. num.* 81. & 82.

Neq; demùm aliæ rationes, siuè probationes desunt, ex quibus sententia ista hæc indubitata
16 redditur, extat enim inter cœteras illa nimirùm, quòd creditor anterior si obligata habeat tàm feudalia, quàm allodialia bona, & posterior creditor allodialia duntaxàt, tunc, nè posterior ius suum amittat, cogitur anterior creditor, vt in feudalibus sibi satisfaciat, quemadmodùm tradunt vterq; *Anna* Pater scilicèt, & Filius, ille in *allegat.* 141. hic *in cons. 63. & 76. Reg. de Ponte de potestate Proregis, titul. de assensu Regio super dote, num.* 38. *Gamm. decis. Lusitan.* 40. iudicatum refert *Minad. in decis.* 13. & post alios *Amatus in cons.* 95. qui sic decisum refert per Regium Collaterale Consilium, prout ità quoq; iudicauit Mantuanus Senatus, teste *Manent. in decis. 62. num.* 5. & ad præsens sic etiam obseruare S. R. C. testatur *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. decis.* 44. *sub num.* 1. Si ergò, creditor anterior quando in feudalibus vnà cùm allodialibus obligatis sibi satisfacere potest, bona allodialia cùm posterioris creditoris præiudicio haùd vexat: ità multo minùs cùm tertij possessoris præ-
17 iudicio contrà bona sibi generalitèr obligata litem intentare debet, si alijs in bonis sibi specialitèr obligatis commodè satisfacere possit: quid-
18 quid sit si talia bona sibi specialitèr obligata non sufficerent, quo casu contrà alia bona generalitèr sibi obligata actionem dirigere posse non ambigimus, quippè quod generalitas illa sub conditione contracta esse videtur, quatenùs nempè specialitas non sufficiat, & per consequens quãdo specialitas creditorem non releuat, neq; ei ex speciali pignore satisfit, agere posse, actionemue contrà possidentem rem generalitèr sibi obligatam dirigere, firmandum est eo casu.

19 Quemadmodùm & quoque, quando cautum

est

Digitized by Google

est in instrumento de clausula illa, *vt generi per speciem non derogetur, & è contra* tametsi eo casu adhùc currere decisionem *dicta l. 2.* doceat *Rodriq. in tract. de concursu creditor. part. 2. art. 1. num. 5.* nec non *Iulius Cæsar Caluin. in tract. de æquitate, lib. 1. cap. 30.* ex quo non valet protestatio contrà commune ius, *Gloss. in l. alimẽta, verb. Materna, C. de negot. gest.* praxis attamèn obtinuit oppositum, vt in terminis *dicta l. 2.* firmat memorandus ille omni æuo vir Præses S. R. C. *Vincentius de Franchis in decis. 5.* vbi cessare ait specialis pignoris excussionem, quando in instrumento appositа fuit clausula, quòd specialitas generalitati non deroget, nec è contrà, ità vt creditor specialem habens cùm generali hypotheca, dictæ protestationis virtute generalem exercere possit speciali in posteriorum præiudicium omissa, quam conclusionem conuallant *Addentes inibi*, & sectantur *Card. Puteus decis. 38. lib. 1. Cacheran. decis. 159. Criuell. decis. 79. Anna allegat. 66. num. 15. Mynsing centur. 6. Obseru. 49. Barbat. super Pragmat. de assistentia præstanda, Gloss. 10. num. 51. Anton. Sola ad Decret. Sabaud. in tit. de excussion. gloss. 3. num. 11.* vbi complures huius opinionis concordantes adducit, *Cassan.* demùm in *Catalogo gloriæ mundi, part. 11. consid 99. num. 25. Costa de remedijs subsidiar. remed. 11. num. 5.* & tandèm alijs omissis vtraq; manu amplectuntur *Cõsiliar. Theodor. allegat. 29. num. 8. Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 2. cap. 58. num 9. in fin. Dom. Consiliar. Pratus Practicar. Obseruat. 29. per totam*, vbi contrarijs argumentis, singulisq; obiectionibus sigillatim occurrit, *Gallupp. in praxi S. R. C. part. 2. cap. 9 num. 32.* qui addit cautelam, vt scilicèt agens super speciali protestetur se velle saluam generalem, nàm secùs contrà generalem agere deindè haùd poterit: & stante dicta clausula rectè voluit *Ant. Faber 8. Cod. in 6. defin. 8.* specialis hypothecæ excussionem non requiri, quoniam si illa excuti deberet, specialis generali derogaret: neq; ineptè *Fontanella de pactis nuptialib. tom. 1. claus. 4. gloss. 18. part. 1. num. 86.* notat, dispositionem dictæ *l. 2.* relegãdam esse hodiè à Palatijs, ex quo omnibus in instrumentis apponi solet dicta protestatiua clausula: & ità de anno 1633. in S. R. C. decisum refert *Thor. in compend. decis. part. 3. vers. Assistentia præstita*, & quamuis contrà prædicta alia extet cõtraria decisio M. C. V. per eumdem *Thor.* relata *ibid. verb. Nulla an censeri debeat, sect. 2.* vbi nullam scribit declaratam fuisse sententiam super bonis in genere obligatis prolatam, omissa re in specie hypothecata; nihilominùs determinationes hasce pugnantes haùd esse obseruat optimè *D. Carolus Antonius de Luca ad Præs. de Franch. in dict. decis. 5. num. 3.* quia prior locum obtinet, quando specialis cùm generali adest, posterior autem quando hypothecatur fundus, & in defectum alia bona, vt inspicitur ex secundo exemplo per *Thor.* adducto: & assignat discrimen inter vtrumq; casum, quia postrema forma conditionalem facit hypothecam, quę non constituitur, nisi purificata conditione defectus rei in specie obligatæ, nàm verbum *in defectum* conditionem importat, vt est *text. in l. 2. D. qui pot. l. decem*, vbi *Iaſ. num. 19. D. de verb. oblig. Ann. cons. 81. num. 9.* & in puncto *Cenc. de censib. quæst. 88. num. 64.* & *Rota Roman. decis. 263. in editis in calce dict. tract.* in priori autem casu, quando nempè creditor se de speciali, & generali simùl prouidet, hypotheca conditionalis minimè est, sicq; creditor tali casu contrà creditorem, eiusue hæredes speciali pignore haùd excusso generalem exercere potest.

Sed an id quoq; procedat, si in instrumento adsit Constituti clausula, affirmatiuè arbitror, quippè quòd huiusce clausulæ virtus hæc est, vt scilicèt nulla priùs facta excussione ad bona obligata agere possit creditor, vti post alios enucleant *Author noster in tom. 1. Discept. forens. cap. 38. num. 8. Anton. Faber 7. Codic. tit. 7. definit. 37. Barbat.* complures concordantes recensens super *Pragmat. de assistentia præstanda, Gloss. 10. num. 49. Reg. de Marinis tom. 2. Quotidian. Resolut. cap. 62. num. 1. & tom. 3. allegat. 145. num. 5. Dom. Consiliar. Pratus citat. obseruation. 29. num. 86. Dom. Consiliar. Staibanus resolut. 71. num. 15.* nouissimè amplecti etiam videtur *Dom. Rodoerius Consil. 29. num. 34. & 36.* & in terminis, quòd stante constituto excussio non requiratur, etiam vbi duos inter creditores res ageretur, voluit *Paris. in cons. 203. num. 8. vol. 3. Aym* quoq; *in cons. 892 num. 4. & noster Author in dict. cap. 38. num. 9.* Beneuerùm id procedere erudimur, quando creditor possessionis rerentionem huiusce constituti clausulæ vigore petit, quoniam excussiò hypothecariæ actioni opponitur, haùd remedijs possessorijs, *Ant. Faber 8. Cod. tit. 6. definit. 8. Guid. Pap. quæst. 432. num. 1.* item debitore mortalium rebus ab humanis non adhùc exempto, nàmq; eo vita soluto constitutum extinguitur, & præcarium, *l. cùm præcario, §. precarij, D. de præcar. cap final. de præcar. Roman. consil. 189. in prim. dub. in fin. Ruin. consil. 127. num. 8. lib. 5. Aſflict. decis. 335. num. 5. Thesaur. decis. 38. num. 1. circà finem, Tiraquell. de iure Constit. part. 2. ampliat. 13. Menoch. de recuperand. possess. Remed. 14. num. 65.* quos refert, & sequitur laudatus *Dom. Rodoer dict. loc. num. 39. & sequ.* vbi ex hoc infert, quòd si expressè paciscereturconstitutũ post constituentis mortem, pactum minimè valeret, quia eo tempore eius dominium soluitur, & extinguitur, ac bonorum possessio libera à constituto in hæreditate remanet, iuxta *Vlpiani I. C.* Responsum in *l. 1. §. Scauola, D. si quis testament. liber esse iussus fuerit*, & tradidit etiam *Alexand. in l. quamuis, §. si conductor, num. 7. D. de acquir. possess.* Quamobrèm meritò eo casu bonorum hæredis principalis debitoris excussionem requiri, docent *Iaſ in §. item si quis, num. 77. Instit. de actionib. Alciat. in l. quod meo, col. 2. D. de acquir. possess. Ludouic. Roman. in cons. 189. in fin.* vbi expressè tradit, quòd quando præcarium debitoris constituentis morte est extinctũ, nisi priùs principali excusso, contrà tertium possessorem agi non potest, hoc idem voluit disertis verbis *Marant. in tract. de remed possess. num. 61.* atq; *Ant. Faber 8 Cod. tit. 9 defin. 40. Barbat. vbi sup. Gloss. 7. num. 57. Dom. Rodoer. dict. Consil. 29. num. 41.* qui demùm *num. 34.* ex pluribus probat, quòd tertius possessor, vt conueniri possit principali debitore non discusso, vigore clausulæ Constituti, probandum est, quòd tempore obligationis res fuerit in bonis, & de bonis debitoris.

PRO-

PROLOGOMEN.

Capellæ, seù sepulcri vsus, vti quid temporale honorem, & præeminentiam respiciens, quocumq; tempore, vt absq; simoniæ labe vendi possit, ex Theologorum, ICtorumuè voto compertum esse demonstratur: ex quo porrò eruditur indè, ius hoc honorificum, posteàquam in laici potestatem peruenit, vēdi, distrahi, & in exequutionem capi licitè posse pro ære alieno soluendo: & deniquè firmatur, sepulcrorum iura ad hæredes transire, ac demùm cedi posse, elucidato *textu in l. quia perindè* 42. *D. ad S.C. Trebellian.*

RERVM SVMMA.

1 *Vsus sepulcri, seù Capellæ, cùm sit quid temporale honorem, & præeminentiam respiciens, licitè, & absquè simoniæ labe vendi potest, & num.* 8.
2 *Præeminentia in Ecclesia, & locus honorabilior tanquàm merè temporalis pretio æstimari potest.*
3 *Sepultura in loco sacro debita est Christianis.*
4 *Sepultura defunctis per eorum Parochos gratis præstanda est.*
5 *Annexa spiritualibus quando vendi possint.*
6 *Laici in Ecclesia acquirere possunt ius sepeliendi, retinendi arma, & insignia domus, sedendi, & præstandi offertum Sacerdoti.*
7 *Vsus sepulcri, seù Capellæ pro creditorum solutione distrahi potest, & num.* 9.
Et pluries decisum traditur num. 10.
11 *Sepulcrorum ius cùm prophanum remanet, quouis titulo alienari, & vendi potest.*
12 *Et super eo creditores satisfieri possunt.*
13 *Sepulcrorum iura cedi possunt.*
14 Textus in l. quia perindè 42. D. ad S.C. Trebellian. *elucidatur.*
15 *Multa, qua in fideicommissarium hæreditatis non transeunt, cedi possunt.*
16 *Sepulcrorum iura ad hæredes transmittuntur. Anuè procedat quòad hæredes extraneos, fideicommissarios, vel Maioratus successores, traditur remissiuè, num.* 17.
18 *Sepulcra, Capellæ, & Iuspatronatus cùm bonorum Vniuersitate transeunt.*

OBSERVATIO XXVI.

1 IN themate huiusce loci concors est cùm *Authore nostro* sententia, quòd scilicèt licitum sit absq; simoniæ labe pretium recipere pro Capella, seù sepultura situs, vel dignioris loci ratione, quasi hoc spiritualitatem aliquam tangere non videatur, sed honorem
2 tantùm, & præeminentiam, quæ pretio æstimari potest, & vendi tanquàm merè temporalis, ità inter cæteros *Sotus de Iustit. & Iure, lib. 9. quæst. 7. art. 1. Petr. de Aragon. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 4. Philiarchus* haùd obscurè id docens *de Officio Sacerdotis, tom. 2. part. 2. lib. 6. cap. 9. Rodriquez in Summa, part. 2. cap. 58. num. 2.* atq; in *tom. 3. QQ. Regular. quæst. 58. art. 2. Filliuc. tom. 3. QQ. moral. tract. 45. cap. 3. quæst. 11. num. 26. D. Perez de Lara in tract. de Anniuers. & Capell. lib. 1. cap. 25. num. 17. Beltraminus in addit. ad Gregoriū XV. decis. 145. num. 10. Ioan. de la Cruz in Direct. conscient. part. 1. cap. 4. dub. 9. conclus. 2. Layman. in Moral. lib. 4. tract. 10. cap. vlt. §. 4. num. 36. Bonacin. in tit. de simonia, quæst. 4. §. 6. Toletus in Instructione Sacerdotis, lib. 5. cap. 8. in fin. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Sepultura, §. 2. Salazar. de vsu, & & consuetud. cap. 10. num. 24. Cabedo de patronatu Regiæ Coronæ cap. 22.* vbi conclusionem hanc tanquàm communem, & in puncto iuris veriorem admittit, hanc quoq; sectantur *Lelius Zechius de Republ. Eccles. lib. 1. cap. 28. de Parocho, num. 19. vers. Causant etiam, Victoria Relect. 2. de simonia, num. 10. Azor. Instit. Moral. part. 3. lib. 12. cap. 17. quæst. 2. Bellett. Disquisit. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 3. à num. 27. Villalobos in Summa, part. 2. tract. 37. difficult. 12. num. 3. & 4. Genuens. in praxi Archiepisc. cap. 41. num. 12. P. Diana Resolut. Moral. part. 2. tract. 1. miscell. Resolut. 57.* & ex nostris Iuristis *Hermosilla in l. 15. tit. 5. part. 5. Gloss. 1. num. 9. 10. & 11. Gratianus Author noster tom. 1. Disceptat. forens. cap. 110. num. 10. Alphonsus de Olea de cessione iurium, & actionum, tit. 3. quæst. 8. num. 24. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 277. Guttier. de gabell. quæst. 9. num. 24. & 25. Noguerol. allegat. 36. num. 22.* post alios *Dom. Consiliar. Petra super Ritu M. C. V. 178. num. 10. Dom. Altimarus ad Reg. Rouitum tom. 2. consil. 75. num. 3.* & deniquè *Spin. de testament. Gloss. 2. princip. tit. de electione sepultura, num. 43.* vbi peculiariter notat, quod sepultura in loco
3 sacro est debita Christianis, & necessaria, neque pro ea pecunia peti, aùt aliquid dari potest, *cap. abolendæ, de sepultur.* tamèn si aliquis honorabiliorem elegerit in Ecclesia locum, huiusmodi propter eminentiam honor ille pretio æstimari potest, ac vendi, cùm hoc casu sepultura, quæ gra-
4 tis est defunctis per eorum Parochos præstanda, haùd vendatur, quasi illa, quæ annexa sunt spiri-
5 tualibus à parte antè vendi possint, cùm remota illa annexione nihil spiritualitatis remaneat; quod secùs erit in annexis, & ex parte post coniunctis, quæ nullo modo à spiritualibus separari possunt, vt idem *Spin. ibid. num. 42. in fin.* Quoduè pos-
6 sint laici aliqua in Ecclesia sepeliendi ius in eminentiori loco acquirere, tradit *Paris. in cons. 149. num. 2. lib. 4. Anchar.* pariter in *cons. 113. num. 4.* vbi ampliat ad ius retinendi arma, & insignia domus, quæ benefactor aliqua in Ecclesia acquirere potest, ità vt sine eius iniuria amoueri nequeant, *Bart. in l. 2. §. nè eius nomine, D. de oper. public. Capol. de seruit. vrban. prad. cap. 7. de pictura, Menoch. de recuperand. possess. Remed. 15. num. 48. in fin.* quos sequitur *noster Author in tom. 2. Discept. forens. cap. 210. num. 49.* & concinit *Port. in §. Apum, Instit. de rer. diuis.* vbi sermonem habet tàm de iure sedendi eminentiori in loco, quàm de præstando Sacerdoti offertum, quod etiam notauit *Cordub. in l. si quis à liberis, in princ. num. 32. D. de liber. agnosc.*
7 Hinc rectè colligitur, ius hoc honorificum, postquàm in laici potestatem peruenit, vendi, ac distrahi posse pro creditorum solutione; siquidem,

Digitized by Google

8 dem, si in priori acquisitione licitè, & absq; simoniæ labe ab ipsa Ecclesia ius hoc honorificum sepulturæ, & Capellæ vendi, & pretio acquiri potest tanquàm merè profanum, & temporale, iuxtà præpositam communem traditionem: multò magis poterit, postquàm in laici potestatem peruenit, vendi, distrahi, & in exequutionem capi pro creditorum solutione, cùm res sit pretio æstimabilis, & à iure minimè prohibitum, vt in terminis probat *Melchior Phœbus Lusitanus in decis.* 8. *num.* 8. *& seqq.* resoluens *num.* 13. vsum sepulcri hæreditarij distrahi posse pro ære alieno
10 soluendo, & ità decisum fuisse affirmat, quo laudato sequitur *Barbos. de Parochis, cap.* 26. *num.* 17. & comprobat *Guttier. de gabellis, quæst.* 9. *à num.* 22. *Alphonsus de Olea vbi supra quæst.* 8. *num.* 23. *Acosta de priuileg. creditor. Reg.* 3. *ampliat.* 53. *num.* 108. ac demùm *Dom. Altimarus vbi supra, num.* 4. & *Noguerol. Allegat.* 36. *num.* 23. attestans *sequenti num.* ità quoq; per Supremum Consilium Regium sæpè determinatum fuisse in casibus occurrentibus, & signantèr in creditorum concursu Marchionis de Annon, vbi patronatus Capellæ maioris Monasterij Diui Augustini vèdi iussit pro Fundatoris ære: quòd-
11 ue quando sepulcrorum ius profanum remanet, vt tunc quouis titulo alienari, ac vèdi possit, quia in commercium cadit, *l. si monumento, C. quæ res*
12 *pignor. obligar. poss.* & super eo creditores satisfieri possint, post *Firman. de Episc. q.* 3. *lib.* 4. & *Rainut. de inuentar. par.* 6. *num.* 68. *tom.* 8. scriptum reliquit *Author noster in tom.* 2. *Disceptat. forens. cap.* 210. *num.* 8. quem sequitur laudatus *Dom. Altimarus dict. loc. num.* 5. & addit *Noguerol.* qui in citata *Allegat.* 36. *num.* 25. inquit, conclusionem prædictã locum obtinere etiam in Patronatibus Ecclesiasticis, in quibus vltrà ius honorificum Patroni Canonicos, & Beneficiatos præsentare, ac Moniales, & Cathedras prouidere possunt, quia, etsi res spiritualis sit, & Ecclesiastica, *cap. quanto, de Iudic.* vendi tamèn valet ex traditis, de quo videri etiam potest *Garzia de Beneficijs, part.* 5. *tit.* 9. *num.* 137.
13 Vndè & illud indè habetur, nimirùm sepulcrorum iura cedi posse, tametsi *Plaza de delictis, cap.* 47. *num.* 4. & *Nealis de transmission. cas.* 59. *num.* 8. contrarium pensitauerint per *text. in l. quia perindè* 42. *D. ad S. C. Trebell.* haùd enim
14 militant, quandoquidem *ICtus* in dicto *textu* minimè decidit, sepulcrorum iura cedi non posse, sed tantùm quòd in fideicommissarium non transeant, vt illic notat *Gloss. in verb. Restituta,* & sequitur *Alphonsus de Olea vbi supra, quæst.* 8. *num.* 22. tradens peroptimè, rectam illationem non esse, hoc in fideicommissarium non transit, ergò cedi non potest: cùm innumera, quæ in fi-
15 deicommissi restitutionem non veniunt, quæ *Fusarius* congerit in *tract. de substitutionibus, quæst.* 624. *cum seqq.* cessibilia esse certissimum
16 sit. Hinc, etsi sepulcrorum iura ad hæredes transeant, vt *Cæsares* rescribunt in *l. si sepulcrũ* 4. & in *l. ius sepulcri* 13. *C. de religios. & sumpt. &c.* iuncto *Vlpiano I. C. in l. vel quæ paterfam.* 6. *D. eodem,* in controuersiam tamèn id reuocatur,
17 an scilicèt procedat etiam quòad extraneos hæredes, fideicommissarios, vel Maioratus successores, vt videre fas est penès peritum *Iacobum Cuiacium lib.* 20. *Paul. ad edictum ad dict. l. quia perindè, Gasparum Antonium Thesaurum QQ. Forens. lib.* 1. *quæst.* 11. *per totam, Francisci Tondut. Quæst.* 4. *Benefic. cap.* 73. *à num.* 16. *Fachineum lib.* 13. *Controuers. cap.* 90. *Antoniũ Gomez Variar. Resolut. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 29. *Ludouicum de Molina de Hispanorũ primogeneis, lib.* 1. *cap.* 24. *à num.* 65. *Fusarium de substitutionibus, quæst.* 636. *Nicolaum Nealis de trãsmissionibus, cas.* 59. *per totum, & Osualdum ad Donell. lib.* 4. *com. cap.* 1. *lit. X. & lib.* 7. *cap.* 25. *lit. E. Authorem nostrum Disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 219. *num.* 37. *& sequ. Dom. Consiliar. D. Carolum Petra super Ritibus M. C. V. tom.* 2. *Rit.* 178. *sub num.* 10. & deniq; penès *Dom. Blasium Altimarum ad Reg. Rouitum, tom.* 2. *consil.* 75. *num.* 7. *& seqq.* adijcens *num.* 11. quòd sepul-
18 cra, Capellæ, & Iuspatronatus cùm bonorum Vniuersitate transeunt ex communi conclusione, de qua *Card. Tuschus PP. Conclus. lit. I. Conclus.* 612. *Episcop. Couarruu. Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 8. *Menoch. cõs.* 90. *num.* 118. *Molin. de Iustitia, & Iure, disput.* 620. *num.* 6. *tract.* 2. & facit *textus in cap. ex literis, de iurepatronat.*

PROLOGOMEN.

Magna dotis modicitas cùm interuenit, vt filia ad supplementum agere possit, etiam statute statuto, quod prohibendo, nè filiæ quid vltrà petere possint, eas dote assignata contentas esse disponat, latè probatur, solutis etiam obiectionibus aduersam aleam probantibus: Verùm procedere eruditur dumtaxàt quando filia dotationis tempore inspectis facultatibus, quas pater eo tempore habebat, cõgruètèr dotata haùd fuit, nàm si cæteroquin secùs esse firmatur.

RERVM SVMMA.

1 *Statutum disponens, filias aliquid vltrà dotes datas petere haùd posse, illas minimè excludit à supplementi petitione interueniente dotis modicitate, & num.* 2.
Intellige, quando filia dotationis tempore inspectis facultatibus, quas pater eo tempore habebat congruentèr dotata non fuit, vt num. 20.
3 *Verba generalia legalem interpretationem recipiunt.*
4 *Læsio enormissima in compromissis ex clausulis generalibus non excluditur.*
5 *Iuramentum reductionem petere non impedit.*
6 *Conditio si æquè iudicatum fuerit in compromissis intelligitur.*
7 *Dolus præsumitur, vbi concurrit enormissima læsio.*
8 *Statutum disponens, filias vltrà dotes aliquid petere non posse, in quo fundatur.*
9 *Pater præsumitur vt filiam non fraudet, & bonum consilium pro ea capiat.*
10 *Filia ad dotis supplementum tanquàm incongruè dotata agere nequit, & traditur decisum, & num.* 11.
12 *Limitatur, si constaret, patrem parentis officio functum non esse.*

13 *Lex*

Digitized by Google

13 *Lex cessat eius ratione cessante.*
14 *Dispositionis causa cessante cessat dispositio.*
15 *Statuti mens sufficit, vt impleatur, quamuis eius verba offendantur.*
16 *Lex, & legis mens idem sunt.*
17 *Legis voluntas, vt pars præcipua, non verba spectanda sunt.*
18 *In legem committit ille, qui verba legis amplexus, contrà legis nititur voluntatem.*
19 *Contrà legem, & in fraudem legis facere an, & quomodò differant.*
21 *Filia, quando dotationis tempore inspectis facultatibus, quas pater eo tempore habebat, congruenter dotata fuit, auctis posteà facultatibus supplementum petere non potest.*
22 *Lesio vt considerari possit, contractus tempus attendendum est.*
23 *Dos congrua dicitur inspecto dotationis tempore.*
24 *Dolus non cognoscitur ex futuro euentu.*
25 *Casus superueniens non annullat, qua ab initio legitimè constant.*
26 *Dos vt congrua dici possit, minus legitima esse nequit.*
Intellige vt num. 27.
28 *Legitima non in vita, sed post patris mortem debetur.*
29 *Pater volens legitimam filio in vita assignare, facere potest.*
30 *Filius Prodigus legitimam in vita sui patris obtinuit.*
31 *Pater in eius vita dotare tenetur.*
32 *Pater congruè dotans in vita, ab ea obligatione liberatur.*
33 *Obligatio semèl extincta non reuiuiscit.*

OBSERVATIO XXVII.

1 STatuta, quæ passim in diuersis extant Prouincijs, ac locis, dùm disponunt, filias cõtentas esse dote assignata prohibendo, nè quid vltrà petere possint, in huiuscè decisionis causa occasionem præbuerunt dubitandi, vtrùm eorum dispositio procedat magna interueniente dotis modicitate, magnouè excessu? & facta hinc indè discussione, concluſum fuit negatiuè, quòd scilicèt constito de enormi læsione ad dictum supplemẽtum agere semper possit, etiam quòd statutum dicat, vltrà peti non posse, ità testatur *noster Author* hic, sectatores sunt herclè *Castrens. in cons. 275. num. 6. lib. 1. Alexand. in cons. 33. num. 4. lib. 4. Menoch. in cons. 251. per totum, Brun. in consil. impresso post tract. de statut. exclud. fœmin. num. 4.* secundùm hanc sentẽtiam per Senatum iudicatum refert *Osasch. in cons. 76. num. 23.* & communem, æquissimam, ac verissimam esse scribit *Gabriel. in cons. 3. num. 6. lib. 2.* hanc demùm sententiam, præter alios, quos sciens, omitto, inquiunt *Bald. Nouell. in tract. de dote, priuileg. 17. num. 6. part. 6. Menoch. de Arbitr. casu 149. num. 15. Thesaur. decis. 192. num. 2. Amat. Var. Resolut. lib. 2. resolut. 75. num.* 48. vbi, quòd ità statutum fœminarum exclusiuum interpretrandum sit; & satis apertè constat,
2 statutum aliquid vltrà dotem peti generalitèr prohibentem, quando magnus probatur excessus, & læsio enormissima, cessare, & locum esse
3 supplemento prædicto, quia etiam verba generalia legalem recipiunt interpretationem, *Bare. in l. stipulatus sum. D. verbor. obligat. Bald. in l. non dubium. C. de legib.* & in *cons. 67. col. 1. in fin. vers. Nec obstat si dicatur. lib. 3. Ias. in l. fideiussor. §. Prætor ait. num. 7. D. qui satisdar. cogant. Tiraquell. de retract. conuent. gloss. 2. §. 1. num. 9. in fin. vers. Nàm & hac dictio*, prout est
4 incompromissis, in quibus neque clausulæ generales, & amplæ enormissimã læsionem excludunt
5 quamuis iuramẽtum adsit, quod neque reductionem petere impediret, quia semper intelligitur
6 conditio, si æquè iudicatum fuerit, *cap. 2. de Arbitr. l. libertus, 30. de oper. libert. Soc. cons. 220. num. 6. lib. 2. Decius cons. 39. num. 6.* quasi
7 tunc præsumatur dolus, qui ex dicta læsione colligitur, *l. summa cùm ratione 22. D. de pecul. Surdus consil. 49. num. 38. lib. 1.* vbi edocet, quòd etsi à quacumque dispositione dolus abesse censeatur, ex *l. prater, D. qua in fraud. credit.* concurrentè tamèn enormissima læsione limitationẽ recipit, quia tunc dolum adfuisse præsumitur, quem extollens sequitur nouissimè *Dom. Ioan. Leonardus Rodoerius in cons. 7. num. 21.*
8 Et quidem eadem sentẽtia suadetur manifestiùs ex eo, quia statuta huiusmodi se fundare videntur in prouidentia paterna, quæ præsumi facit, filiam sufficientèr dotatam fuisse, cùm præsumatur
9 patrem filiam haùd fraudare, bonumuè consiliũ prò ea capere, *l. nèc in ea, in fin.* & ibi *Gloss. in verb. Pietas, D. de adult. l. si furioso, D. de curat. furios. l. patre furioso D. de his, qui sui &c. Altograd. Controuers. 24. num. 18. Viscont. Cõclus. Iur. verb. Filia dotata, Consiliar. Rocc. Respons. 66. num. 9. lib. 1. Marinus Frecc. in addit. ad Napodan. in Consuetud. si moriatur, lit. F. fol. 95.* vbi laudat *Alex. in cons. 29.* testantem pluries decisum, & post *Grammat. decis. 57.* & *Afflict. in Constit. fratribus*, subdit, & nouissimè in causa Antoniæ Caggianæ cùm magnifico Cæ-
10 sare, & fratribus, quæ cùm habuisset dotes vnciarum 40. quę attentis facultatibus tempore mortis patris ad legitimam non ascendebant, petijt illius supplementum, & non obstante quòd nec etiam renunciauerat, iunctis Aulis de consensu omnium celeberrimorum Patrum die 9. Aprilis 1552. lata fuit sententia absoluendo dictos conuentos ab impetitione dictę Antoniæ actricis, deindè alias tres decisiones refert, & cõcludit, talitèr quòd in hoc hodiè non est ampliùs disputandum; estquè ad hoc celebre *Consilium Dom. Reg. de Ponte 65. vol. 1.* vbi nonnullas alias decisiones refert in causis grauissimis, sic quoque nonnullas alias affert *Consiliar. Paschal. de virib. potria potestat. part. 2. cap. 4. num.* 186. nec non *Salernit. in Consuetud. si moriatur, §. & si autem, in verb. Paragij lit. F.* & decisum per Cataloniæ Senatum testatur *Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 9. gloss. vnic. part. 1. num. 61. vers. Contigit, tom. 2.* & latè comprobant, quòd nempè agere haùd possit filia ad dotis supplemẽ-
11 tum tanquàm incongruè dotata, *Lel. Cap. in comment. ad dictam Consuetud. si moriatur, part. 2. §. 3. num. 20. & seqq. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 149. Mascard. de probation. conclus. 571. vol. 1. Reg. Rouit. cons. 36. lib. 2. num. 6.* & ibi *Dom. Altimar. num. 1.* vbi innumeros id affirmantes coadunat, *Reg. Capycius Latro decis.*

99. idem

Digitized by Google

99 idem *Reg. de Pont. de potestat. Proreg. tit. de succes. mulier. in princ. num.* 2. vbi pluries decisum refert, *P. Molfes. in Comment. ad nostras Consuetud. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. *Reg. de Marin. Quotidian. Resolut. tom.* 2. *cap.* 94. *Thorus in Cod. rerum iudicat. part.* 3. *fol.* 91. *& in supplement. verb. Legitimæ supplementum.* Vndè si veritas in
12 cõtrarium appareat dicta præsumptio est sublata, & oritur alia præsumptio lęsionis facto patris inductæ, *Cephal. cons.* 142. *num.* 27. *lib.* 1. *Marin. Frecc. in dict. consuetud. si moriatur. lit. G.* vbi quod prædicta minimè procederent, si constaret, patrem parentis officio functum haùd esse, & honestè, ac decentèr filiam matrimonio non collocasse, & perconsequens quando magnus probatur excessus, & læsio enormissima est locus sup-
13 plemento prædicto, nàm cessante ratione legis, cessare debet & ipsa lex, argument. *l. quod dictum est* 32. *D. de pact.* quemadmodum quoq; cessante
14 dispositionis causa, cessare debet & ipsa dispositio, *Hartm. Pistor. QQ. Iur. lib.* 4. *quæst.* 3. *in respons. num.* 14. vltrà quòd sufficiat, satisquè sit,
15 quòd statuti mens impleatur, etsi verba offendantur, secundùm *Angel. in cons.* 169. *Sim. de Petris in cons.* 189. *num.* 7. *vol.* 1. nàm lex, & legis mens
16 idem sunt, *Din. in cap. final. in fin. de regul. iur. in* 6. quarè legis voluntas, vt pars legis præcipua,
17 spectanda, & conseruãda est, scribit *Gothofr. ad l.* 19. D. *de LL.* nàm etiam *Non dubium est, in le-*
18 *gem committere eum, qui verba legis amplexus, contrà legis nititur voluntatem*, rescribunt *Cæsares in l.* 5. *C. de LL.* & *contrà legem facit, qui*
19 *id facit, quod lex prohibet: in fraudem verò, qui, saluis verbis legis, sententiam eius circunuenit,* inquit *Paulus l. C. in l.* 29. *D. eod.*

Omni igitùr Iure assistente, constito de enormi lęsione ad dictum dotis supplementum agere semper posse, decisum hic fuisse ex suprà adductis probatur; Verùm enimuerò obliuiscendum minimè esse animaduertimus, præfundatam con-
20 clusionem suum effectum sortiri dumtaxàt, quãdo filia dotationis tempore inspectis facultatibus quas pater nuptiarum tempore habebat, congruètèr dotata haùd fuit, secùs autem quando inspectis tunc facultatibus dos congrua fuit, tunc
21 enim rationabile est, vt supplemẽtum auctis posteà facultatibus petere nequeat, iuxtà decisiones per *Marin. Frecc. Reg. de Pont. Consiliar. Paschal. Fontanell.* aliosquè suprà adductos, quo casu, stantibus potissimùm dictis promulgatis rerum iudicatarum iuribus, tantisque Auctoritatibus, contrarium asserere, verè esset os in Cœlum ponere: siquidem quamuis patris facultates auctę fuerint, ità vt illarum respectu de læsione constare posset, ad illam tamèn consideran-
22 dam contractus, dotationisquè tempus attenditur, haùd quod posteà euenit, quo inspecto dos
23 congrua dicitur, vt aliorum fultus auctoritatibus perbellè notat *Dom. Regens Rouitus in dict. cons.* 36. *num.* 11. quem sequitur illic *in addit.* complures manuducens *Dom. Altimar. num.* 7. *Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom.* 1. *cap.* 93. *num.* 2. *Ill. Reg. Capycius Galeota Controuers. Illustr. tom.* 2. *Controu.* 16. *num.* 14. *Pater Molfes. in Commentar. ad nostras Consuetudin. part.* 4. *quæst.* 17. *num.* 23. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 24. *num.* 4. *& seqq. Peregrinus de fideicommiss. art.* 42. *num.* 40. *Fontanella de pactis nuptialibus, clauf.* 5. *gloss.* 8. *part.* 1. *num.* 8. *&* 9. vbi dicit de anno 1588. sic per Senatum illum decisum, *Castil. Quotidian. Controuers. lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 43. *Ciarlin, Controu. forens. lib.* 1. *cap.* 97. *Ant. Faber in Codic. lib.* 2. *tit.* 3. *de pactis, diffin.* 21. *Thor. in compend. decis. part.* 1. *verb. Filia congruè dotata*, aliisquè passim per *textum in l. final. C. de dot. prom. in fin.*
24 & fulcitur euidenti ratione, quia ad patris dolũ cognoscendum futurus euentus attendi non debet, nàm diuinare non potuit, sed ditiorem fieri, *Tiraquell. in l. si vnquam, in princ. num.* 36. *de reuocan. donation. Menoch. de Arbitr. Iudic. lib.* 2. *casu* 149. *num.* 16. quos sequitur alios allegando *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 24. *num.* 8. & quæ ab initio legitimè constant
25 superueniens casus non annullat, *cap. factum legitimè, de regul. iur.*

26 Nequè audactèr quis insurgat dicendo, quòd dos, vt congrua dici queat, minus legitima esse non potest, ex traditis per *Salyc. in Auth. res quę notab.* 2. *C. commun. de legat.* & in *l. sancimus, in fin. vers. Quinimò, C. di nupt.* cùm *cons.* 46. *in fin. Dec. cons.* 276. *incip. proponitur, num.* 5. *Bald. Nouell. de dote, part.* 6. *priuileg.* 16. cùm alijs, quos sequitur *Reg. Capyc. Latro dict. decis.* 99. *num.* 24. etenim respondetur, id mor-
27 tis tempore dumtaxàt procedere, secùs autem quando dos datur à patre viuente, potissimũ vbi ex statuti forma à successione excluditur (quemadmodùm *Constitut. In aliquibus*, attenta firmatur, quam Ego ipse latè, haùdq; inelegãti oratione exaraui in meo *Synopsi Iuris Regni Neapolis, sub titulo de Constitutionibus Regni Neapolis, sect.* 1. quòd Deo adiuuante luci tradere spero,)
28 tùm quia legitima ei haùd debetur, cùm non sit debita in vita, sed post mortem patris, vti firmant communitèr ICti, rametsi illam, si vult, conce-
29 dere possit se viuente, *l. heredes, D. famil. erciscund. Auth. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles.* & præcęteris notat Preceptor meus R. *D. D. Francis. Verde in sua Pantonomedidascalia, lib.* 2. *tit. de*
30 *legitima, à num.* 1956. vbi meminit de filio prodigo, qui illam in vita sui patris obtinuit: tùm etiã
31 quia in eius vita dotare teneturi; sicquè illud tempus attenditur, haùdque mortis, & si pater eo tẽ-
32 pore congruè dotet, semèl fuit liberatus, meritò obligatio semèl extincta reuiuiscere haùd poterit
33 *l. qui res*, §. *aream*, *D. de solutionib. l. si vnus*, §. *sed si pactum*, *D. de pactis. l. electio, C. de noxalib. actionib. Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionib. tom.* 2. *lib.* 22. *tit.* 34. *ante num.* 9. *noster Author Disceptat. forens. tom.* 5. *cap.* 944. *num.* 9.

PROLOGOMEN.

Loci locus si in instrumento deficiat, illud nullitati obnoxium non esse, quando ex coniecturis, & circumstantijs de certitudine, instrumentiq; perfectione constare potest, admittitur, & stante oppositione, vt producenti incumbat onus probandi locum illum specialem, in quo factum fuit instrumentum, annuitur. Notarius Apostolicus, quòd in Regno instrumenta circà temporalia conficere nequeat, communitèr receptum esse de-

Digitized by Google

monstratur ex *Imperatoris Friderici Constitutione*, incipient. *Instrumentorum robur, de fide, & auctorit. instrument. &c.* quæ conclusio in Notario Imperiali extenditur, & alijs nonnullis ad materiam elucidatis, concluditur postremò, Instrumentum extrà Regnum cõfectum præsentari posse, & liquidari in Regno secundùm formam laudabilis *Ritus M.C.V.* 166. & debitorem audiri non, nisi facto depositio, vel vinculis mancipato, tametsi illud absq; *Constitutionis* prædictę forma confectum sit.

RERVM SVMMA.

1 *Instrũmentum in quo loci locus deficit, falsum præsumitur.*
Intellige vt num. 7.
2 *Illius loci omissio instrumentum destruit, vt fidem non mereatur.*
Quamuis esset archiuiatum, vt num. 3.
4 *Archiuium non dat robur scriptura aliàs imperfecte.*
5 *Omissio loci instrumentum non vitiat, quando ex coniecturis, & circumstantijs de certitudine, instrumenti; perfectione constare potest.*
6 *Instrumentum eo in loco confectum præsumitur, in quo Notarius morari, & continuè stare consueuit.*
8 *Notarius Apostolicus instrumenta circà temporalia in Regno conficere valet.*
Contrarium verius, vt num. 9.
10 *Notarius vnius loci alio in loco contrahere non potest.*
11 *Notarius Apostolicus in Regno testamenta conficere non potest.*
Limitatur fauore piæ causæ, & miserabilium personarum, vt num. 18.
12 *Testatorũ volũtates exequi piũ, & spirituale est.*
13 *Mortis solatium aliud non videtur, quàm voluntas vltrò mortem.*
14 *Notarius Imperialis instrumenta in Regno cõficere non potest.*
15 *Notarij potestas eatenùs extenditur, quatenùs Ordinantis comprahenditur iurisdictio.*
16 *Notarius Apostolicus in Regno instrumenta conficere potest inter personas Ecclesiasticas.*
Itèmq; inter res ad spiritualia, & Ecclesiastica spectantes, vt num. 17.
19 *Instrumentum in Regno inter seculares per Notarium Apostolicum celebratum valere potest tanquàm scriptura priuata.*
20 *Instrumentũ per Notariũ Apostolicũ cõfectũ inter seculares in Regno via exequutiua caret.*
21 *Instrumentum extrà Regnum confectum in Regno præsentari potest, & liquidari secundùm formam laudabilis* Ritus M.C.V. 166.
Amplia vt num. 27.
Intellige, si fuerit legalizatum, vt num. 23.
Cur hoc factum, traditur num. 34.
22 *Litera cambij extrà Regnum confecta hoc in Regno exequutionem paratam habent, iuxtà* Regias Pragmaticas.
24 *Practica traditur, quomodò credatur instrumentis extrà Regnum confectis.*
25 *In instrumento extrà Regnum celebrato absq; literis testimonialibus, per idoneos testes probari potest, requisita interuenisse.*
26 *Litera testimoniales quid continere debeant.*
28 *Locus in quo celebratur contractus consideratur quòad instrumentorũ solemnitates, quo verò ad exequutionem consideratur ille, in quo exequutio petitur, & num.* 31.
29 *Instrumenti exequutio in Regno non de decisiuis, sed de ordinatiuis Indicij dicitur.*
30 *Instrumentum extrà Regnum confectum in quo testes descripti non se subscripserunt, præsentari potest via Ritus in Regno, vti confectum seruata forma Iuris Communis.*
32 *Ciuis legibus, & statutis illius loci, in quo nascitur, subijcitur.*
33 *Causa subijcitur legibus iudicij, coràm quo agitatur.*
35 *Scriptura publica iuxtà patriæ morem celebrata, & legalizata vbiq; fidem facere, & exequi debent.*

OBSERVATIO XXVIII.

FAlsitati subiacere instrumentum, in quo
1 locus loci deficit, firmatur *hic in principio*, & vltrà ibi adductos comprobat *Bernardin. Pandus de præsent. instrum. declaration.* 3. *num.* 17. quem laudãs sequitur *Galter. in praxi instrument. part.* 1. *primæ partis, num.* 12. & inquiunt complures, quos *Vrceolus* recenset in *Consult.* 31. *num.* 35. *& seqq.* vbi, quòd
2 ità pronũciauit Rota, adeò vt illius omissio corruere faciat instrumentum, fidemq; non mereatur, etiam si archiuiatum fuerit, quia archiuium
3 nihil facit, cùm non det robur scripturæ aliàs
4 imperfectæ: ipse tamen *num* 40. multorum fultus auctoritatibus inquit, omissionem prædictam instrumentum non vitiare, quando ex coniectu-
5 ris, & circumstantijs de certitudine, & instrumẽti perfectione constare potest, veluti si Notarius aliquo in loco manere solitus esset, vt si fuisset Archiuista, Actuarius, Cancellarius, vel alius, qui ex debito sui officij continuè in tali, vel tali loco
6 moraretur, quia tunc instrumentum eo in loco stipulatum censeretur, in quo Notarius illa conficere, vel residere, morari, aùt stare consueuit; quod profectò mihi haùd displicet, nàm tametsi magis vera, & recepta sit opinio, vt locus loci sit de necessitate in instrumentis apponendus, potissimùm in illis partibus, in quibus de Notariorum stylo apponi solet, vti *Reg. Rouit.* tradit in *Pragm.* 1. *de falsis, num.* 26. nihilominùs semper, ac aliter de eo constare posset, illius omissionem
7 instrumentum non vitiare dicendum videtur: & stante oppositione incumbit producenti onus probandi locum illum specialem, in quo factum fuit instrumentum, vt inquit *Barz. decis. Bonon.* 39. *num.* 52. Hinc adnotare non grauabor, quòd.
8 Nostri *Authoris* traditum *hic num.* 9. quòd Notarius Apostolicus conficere valeat instrumenta in Regno circà temporalia ex doctrina *Luc. de Penna in l. fin. quæst.* 4. *C. de loc at. prad. ciuil. lib.* 10. est de iure, & moribus improbatũ;
9 contrarium enim sancitur in nostri Regni *Constit. Instrumentorum robus*, vbi *Andr. in* 3. *column.* & *Bartol. de Capua*, qui ità determinatum fuisse dicit in pleno Sapientum concilio contrà dictam *Luca de Penna* opinionem, ibiq; paritèr

Iser-

Digitized by Google

Fern. num. 22. vbi post longam disputationem ità plúries in S.R.C. decisum fuisse dicit, & in terminis dictæ *Constitutionis* sic quoq; nouissimè firmat *Dom. Altimar. ad Reg. Rouitum cons.* 66. *num.* 19. *tom.* 2. sermocinãturq; *Frecc. de præsent. instrument. part.* 3. *num.* 2. & 7. *Galter. in praxi instrument. part.* 1. *prima partis*, *num.* 8. *Gait. de credito, cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 482. *Nouar. de priuileg. miserabil. person. priuil.* 272. *num.* 2. *Anna singular.* 245. *Ricc. collectan.* 612. & *decis.* 125. & latissimè comprobant *Boer. decis. Burdegal.* 242. *Carauit. Rit.* 166. *num.* 8. *Masull. ad Capyc. decis.* 201. alijq; quos *Regens Rouitus* recenset in *Pragm.* 2. *de contractib. num.* 12. dixi Ipsemet hoc in eodem Opere, *Obseruat.* 1. *num.* 14. atq; optima demùm fulcitur probatione isthæc
10 sententia, quia nequit vnius loci Notarius alio in loco contrahere, etenim extrà suæ iurisdictionis locum nullã habet potestatem, vti post *Bart.* & *Bald.* obseruat *Frecc. vbi sup. num.* 4. quam
11 ob causam nec testamenta conficere valere tradunt *Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom.* 2. *cap.* 228. *num.* 2. *Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. Iuris, centur.* 2. *Resolut.* 159. *num.* 24. quãuis aliter sensisse videatur *Afflict. in citata Cõstitut. num.* 22. quem sequitur *Modern. in praxi Episcop. cap.* 69. *num.* 24. *cùm seqq.* ea ratione,
12 quia pium vtique, & spirituale exequi dicitur testatorum voluntates, vndè *Quintilianus declam.* 303. scribit, *Nullum sanè maius est solatium mortis, quàm voluntas vltrò mortem*, & ad
13 propositum etiam *Germanicus* apùd *Tacitum lib.* 2. *Annal.* ait, *Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignauo quæstu, sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exequi.*
14 Amplificatur porrò recepta isthæc conclusio, vt se extendat in Notario Imperiali, ille nàmque paritèr contrahere, atq; instrumenta conficere haùd potest, nisi in terris Imperij dumtaxàt, si fidem habemus *Frecc. dict. part.* 3. *num.* 3. vbi allegat *Hostiens. & Ant. de Butr. in cap. sicut, nè Cleric. vel Monach.* cùm eatenùs extẽdatur No-
15 tarij potestas, quatenùs ordinantis compræhenditur iurisdictio, sicq; vltrà vti nõ potest officio, sed tantummodò iurisdictionis intrà metas illius, qui eum constituit, & creauit. Verùm.
16 Dictam nostram rationibus, auctoritatibusq; firmatam, probatamq; conclusionem, sitè sententiam locum non habere inter personas Ecclesiasticas, post alios exponunt *Reg. Rouitus* ità practicari attestans *super dict. Pragm.* 2. *num.* 12. *in fin. Reg. de Marinis dict. cap.* 228. *num.* 3. *P. Molfes. in Comment. ad nostras Consuetud. Neapol. part.* 10. *quæst.* 10. *num.* 12. *tom.* 2. *Danza de pugna DD. tit. de instrument. cap.* 2. *num.* 7. *Thor. in Compend. decis. part.* 1. *verb. Instrumentũ, Ricc. collectan.* 1322. *Gait. de credito, dict. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 45. & 484. & nouissimè comprobat *Dom. Altimar. d. cons.* 66. *num.* 22. ex laudatorum etiam Doctorum voto extensam illam legimus,
17 vt nempè inter res ad spiritualia, & Ecclesiastica spectãtes quoque procedat, & decisum in S.R.C. *Vrsill.* dicit in *addit. ad Afflict. decis.* 245. quapropterea piæ causæ, ac personarum miserabilium
18 fauore posse etiam Neapol. testamenta condere, voluerunt *Borrell. in summa decis. tit. de fide instrument. num.* 114. *tom.* 2. *Peguer. decis.* 144. *num.* 4. *Boer. decis.* 242. comprobatq; *P. Molfes. loc. cit.* & decisum Romæ refert *Nouar. de priuileg. miserab. person. priuileg.* 172. *num.* 7. quarè ità intelligendos esse arbitror *Afflict.* & *Modern. vbi supr.*
19 Valere verùmtamen huiusmodi instrumenta per Notarios Apostolicos inter sæculares celebrata tanquàm scriptura priuata non ambigimus, vti *Marant.* docet in *cons.* 3. quem *Reg. Rouitus* laudans, sequitur *super memorat. Pragm.* 2. *num.* 13. amplectunturq; *Danza vbi sup. num.* 8. & 9. *Gait. ibid. tit.* 1. *num.* 491. & accedit nouissimè *Dom. Altimar. loc. cit. num.* 23. quo stante admit-
20 timus, horum instrumentorum vigore hoc in Regno via exequutiua procedi minimè posse, sed dumtaxàt ordinaria, quam ob causam dandus est in causa terminus, & ordinariè procedendum, *Anna singular.* 245. *Ricc. decis.* 125. *tom.* 1. Hoc autem in loco optima methodo dirigente.
21 Obseruandum est, instrumentum extrà Regnum, vel extrà Regiam iurisdictionem, putà in terris Ecclesiæ, vel Imperij confectum præsentari posse, & liquidari in Regno secundùm formam laudabilis Ritus, & debitorem audiri non, nisi facto depositio, vel vinculis mancipato, quemadmodùm *Robert.* exponit in *opusculo de liquidatione instrument. consider.* 1. *num.* 20. seruatumq; vidisse testatur *Frecc. dict. part.* 3. *num.* 28. *Thor.* comprobat in *compend. decis. verb. Instrumentũ*, §. 12. & post *Carauit. in Rit.* 166. *num.* 61. firmat *Dom. Consiliar. Roccus de assecurat. notab.* 100. *num.* 397. (quiquè *num.* 399. nixus *decis. Reg. Sanfelic.* 311. *part.* 2. tradit, cambij apocam Re-
22 gnum extrà confectam paratam exequutionem habere iuxtà *Regias Pragmat.* quando pro ea in huiusce Regni Tribunalibus agitur) nec non complures alios congerens in *Commentario ad Ritus M.C.V. Rit.* 166. *num.* 25. amplectit nunquàm ad exuberantiam laudatus Dominus meus *D. Carolus Petra* Eques Ordinis Calatrauæ, terrarum Vasti, Girardi, & Caccaboni, aliorumque feudorum dignissimus, prudentissimusq; Baro, & in subsellijs Neapolitanis olim causarum Aduocatus eloquentissimus, atq; deindè M.C.V. in Ciuilibus meritissimus Iudex, & ad præsens Regius Diuæ Claræ Consiliarius egregius, & ornatissimus, quem propter summam suam in scribendo eminentiam, singularemq; eruditionem, & virtutem, ac deniq; propter eius animi candorem, morum honestatem, & Auorum nobilitatem ad maiora munera promouendum esse exopto; Dum-
23 modò tamèn instrumentum huiusmodi legalitate fulgeat, Iudici nàmque, coràm quo instrumentum præsentatur, constare debet, quòd Notarius, qui illud scripsit, est Notarius publicus, vt sancitum legitur in *Ritu M.C.V.* 188. vbi, quòd non creditur, nisi aliqua summaria intercedat infor-
24 matio, quamuis extraiudicialis, qualitèr ille, qui instrumentum scripsit publicus sit Notarius, fidelis, & legalis: id quod constare poterit testimonialibus literis sigillo Officialis, vel Vniuersitatis illius loci, vbi instrumentum confectum fuerit, subsignatis, vti post *Carauit.* exponit *Galter. in praxi instrument. part.* 2. *prima partis*, *Rubr. Aduertat ad debita, & causas, num.* 22. & 23. anteàq; dixerat *Lanfranc.* à *Robert.* laudatus *vbi supr. consider.* 1. *in fin.* sic quoque *Guid. Pap. decis.* 481. *Ludouis. decis. Perusin.* 115. *num.* 6 *Dom. Reg. Tapia in citat. Constitut. Instrumentorum*

Digitized by Google

robur, num. 6. laudatus *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra in Comment. ad Ritus M.C.V. Rit. 188. num. 1. Aloys. de Leo in l. 1. num. 7. C. de nouo Cod. faciend. Nicol. Genua de scriptura priuata, titul. de literis testimon. fol. 160. Danza de pugna DD. tom. 1. cap. 1. de instrument. num. 28.* dequè legalitatibus istis sermonem quoq; habet *Afflict. in decis. 251.* & in *dict. Constit. num. 10.*
25 *in fin.* tradens potissimùm, quòd si dictis testimonialibus literis careat instrumentum, summariè probari poterit per idoneos testes extrà iudicialiter, quòd instrumentum illud confectum sit in loco cognito, prout Romæ, Florentiæ, Papiæ, &c. concinuntq, tradita ab *Hippol. de Marsil. in l. si quis nè quæstio, col. 29. D. de quæstion. Isern. in repert. verb. Instrumentum, in primo vers. Boer. decis. Burdegal. 154. num. 4. Dom. Reg. Tapia dict. Constit. Instrumentorum robur, num. 160.* quorum memor est laudatus *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra dict. loc. num. 2. & Lanfranch. in cap. quoniam, col. 3. vers. Instrumentorum productio, de probat.* aduertit, quòd produci nedùm
26 debent testimoniales literæ Officialis illius loci, in quo degit Tabellio, verùm etiam oportet, quod fiat fides, instrumentum à tali Tabellione scriptum fuisse, quòdue incipit, sic, &c. & finit, sic, &c. cùm in eis dici haùd sufficiat, quòd talis publicus est Tabellio.

27 Idquè testantibus supra recensitis Doctoribus protedere comperimus, quamuis absquè *Constitutionis* prędictæ formatale instrumentum con-
28 fectum sit, etenim quò ad instrumentorum solẽnitates locus, in quo celebratur contractus, consideratur, & quò ad exequutionem consideratur locus, in quo exequutio petitur, secundùm *Paul. de Castr.* & *Alex. in l. 2. C. quemadmodùm testament. aperiant.* & instrumenti exequutio in
29 Regno non de decisiuis, sed de ordinatiuis Iudicij dicitur, attenditurquè propterea ipsius Iudicij locus, vt *Monter.* tradit in *decis. 9. num. 42. & 51.* nec non notant *Roderic. Suarez in l. post rẽ iudicatam, quæst. 5. num. 27. Sesse de inhibition. cap. 4. §. 11. num. 48.* & laudans *Carauit. Rit. 166. num. 61. & 63.* insequitur *D. Io. Francisc. de Cuenca ad comande, siue depositi instrumentum, clausu. 40. à num. 8.* & ibidem *D. Ioseph de Ninno in addit.* alios adducit *Thor. add. part. 3. sect. 1. verb. Instrumentum confectum in loco,* quos sectatur laudatus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra d. Rit. 166. num. 25. in fin.* præmittens, illud extrà Regnum à Notario Imperiali, vel Apostó-
30 lico cõfectum, in quo testes descripti non se subscripserunt, si in Regno exhibitum fuerit, præsentari via Ritus posse, vti confectum seruata Iuris Communis forma, quod descriptionem testium dumtaxat, absquè eorum subscriptione exquirit: aliisquè omnibus probat latissimè assumptum. *Thorus in Compend. decis. part. 1. verb. Instrumentum confectum, fol. 279.* vbi per S.C. ità iudicatum testatur, & concinunt notata per *Bald. in l. 1. col. 1. C. de fil. prò patre,* vbi, quòd si statutũ extaret disponens, publica instrumenta, etiã absque partis citatione, paratam, exequutionem habere, si præsentari contingerit instrumentum
31 confectum extrà dicti statuti territorium, quò ad ordinem iudicij, processus exequutionis seruabitur statutum loci, & iudicij, in quo præsentatur, nam quemadmodùm ciuis dùm nascitur legi-
32 bus, & statutis illius loci subijcitur, in quo nascitur, vt in *l. origine, C. de orig. & mur. lib. 10.* sic & causa nata, & cœpta coràm aliquo Iusdi-
33 cente, subijcitur legibus, & statutis iudicij coràm quo agitatur; Hocquè planè factum esse erudimur, vt publica foueatur vtilitas, & manuteneatur commercium, quod cæteroquin corrueret, si publica scriptura extrà iurisdictionem Regiam confecta, in Regia iurisdictione haùd liquidaretur, eodem enim modo exteri nostras recpuerent scripturas: meritò igitùr scripturæ publi-
35 cæ iuxtà patriæ morem celebratæ, & legalizatæ, vbique fidem facere, & exequi debent.

PROLOGOMEN.

Maioris in præsentia cùm potestas reuerentialis minoris deponatur, eruditur, Episcopum præsente Legato de Latere in Diœcesi, & Ciuitate cui præest, populum benedicere, insigniauè illius ordinariam iurisdictionem significantia, deferre haùd posse: quodcircà ex vestium vsu an dignitatis excellentia arguatur? non abre ostenditur, ac demùm resoluitur, nùm præferendus videatur, qui magis ornatis, & honestioribus vestibus induitur.

RERVM SVMMA.

1 *Episcopus sua in Diœcesi præsente Legato de latere populum benedicere, mozzettamq; deferre non potest.*
2 *Potestas reuerẽtialis minoris deponitur in præsentia maioris.*
3 *Archiepiscopus præsente Legato in Ciuitate cruce, & mozzetta vti non potest; prout nec præsente Summo Pontifice, vi num. 4.*
5 *Dignitatis excellentia arguitur ex Rocchetto, Mantello, & Mozzetta.*
6 *Personæ priuatæ vti nequeunt vestibus magnis viris reseruatis ad dignitatis decorem.*
7 *Vestium cultus magni fuit momenti etiam antiquitùs ad conciliandam homini formam, dignitatemq;*
8 *Toga Magistratum demonstrat, quemadmodũ clamys Militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, & cuculla Monacum.*
9 *Stultus est qui hominem ex veste, aut ex conditione, quomodo vestis circumdata est, æstimat.*
10 *Doctores, & Aduocati indui debent vestibus decentibus, non dissolutis, neque fractis.*
11 *Vestis Doctori promissa nobilis, & honesta præstari debet.*

OBSERVATIO XXIX.

EPiscopum in Ciuitate, & Diœcesi cui præ-
1 est, nõ posse præsente Legato de latere populum benedicere, vestesquè deferre, mozzettam scilicèt iurisdictionem illius ordinariam significantem, decernitur *hic*, quia in præ-
2 sentia maioris deponitur potestas reuerentialis minoris, tametsi contentiosa non amittatur; ità quoque censuit S. Congreg. Conc. in Perusina sub die 2. Octobris 1601. cuius memor est *Sellius in select. Canonic. cap. 2. num. 83.* atque *Aldan-*

in

in compendio Canonic. Resolut. lib. 2. tit. 18. num 43. quos laudat *Barbosa in summa Apostolicarum decisionum, Collectan. 520. num. 7. & Collectan. 449. num. 2.* qui id in Archiepiscopo extendunt, vt nequidèm vti possit Cruce, & mozzetta
3 præsente Legato in Ciuitate, S. Congreg. Rit. 10. Octobr. 1601. cuius meminit idem *Aldan. tit. 8. num. 12. lib. 1. & Augustin. Barbos. in dict. summa collectan. 41. num. 10.* quemadmodùm nec
4 præsente Summo Pontifice, *cap. antiqua 23.* vbi *Abb. num. 1. vers. Secundò dicit, de priuil.* cùm Prælatus inferior insignijs dignitatis non vtatur præsente Superiore, qui est Summus Pontifex, & Legatus de latere.

5 Nequè in contentionem, aùt in controuersiam vertere licet, continuo vsu nos docente, quòd ex Rocchetto, Mantello, Mozzetta, quibus per Sũmum Pontificem tales viri decorantur, dignitatis excellentia arguatur, eisquè præheminentia detur;
6 sunt enim vestes huiusmodi magnis viris reseruatæ ad dignitatis decorem, quibus, sicùt alijs insignijs, priuatis personis vti non licet, nisi ex Principis concessione, *Platea in l. si quis nauiculam, C. de muri legul. lib. 11. Lucas de Penna in l. 4. C. de vestib. holoser. & aurat. eod. libr. Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, part. 12. consider. 96. col. 4. per tot.* prout antiquitùs etiam quantum-
7 momenti cultus vestiũ adfuerat ad conciliandã homini formam, dignitatemque satis indicat *Homerus Odiss.* cùm Nausicaam puellam ità de Vlisse loquentem facit *Antè videbatur specie fœdissimus esse, Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus.* vndè de Mantello, Rocchetto, Mozzetta, alijsquè insignibus per Prælatos portari solitis, multa scribit *Episcop. Campanil. in diuersor. Iur. Canon. Rubr. 9. cap. 5. à num. 3.* & post alios, quos refert *Augustin. Barbosa de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 7. à num. 103.* quem transcribit *D. de Luca, ad Pregs. de Franch. decis. 711.* pluraùè alia notatu digna exponit perdoctus *D. Philippus Maresca in commentar. super Pragmatic. de Scholaribus doctorandis, cap. 2. à num. 61. cum plurib. seqq.* & de vestium generibus, & diuisione plura habes apùd eruditissimum nostrum Regnicolam *Alexandr. ab Alexandr. lib. 5. genial. cap.* 18. ac patitèr penès *Fabr. lib. 2. Semestr. cap.* 10.

8 Hinc paritèr hodiernis temporibus Magistratum ex toga dignoscimus, nàm ea illum demostrat, quemadmodùm clamys militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, & cucculla Monachum, ostendit, *Bald. in cap. causam, de probat. Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, part. 1. consider. 23. Pancirol. in suo Thesaur. variar. Lection. lib. 1. cap. 12.* quos sequitur *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra Super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 101. num. 56.* vbi etiam satis meo more resoluit, ineptè quæri, nùm præferendus videatur, qui magis ornatis, & honestioribus vestibus induitur, quandoquidem ex *Seneca* testimonio,
9 quemadmodùm stultus est, qui equum emturus, ipsum non inspicit, sed sellam, & frenos, sic stultissimus est, qui hominem ex veste, aùt ex conditione, quomodo vestis circumdata est, extimat, *Luc. de Penna in l. 2. C. de vestib. olob. & aurat. lib. 11.* ex quo porrò *num. 58.* infert, Doctores
10 Aduocatosq; ornari debere, atq; indui vestibus ipsis decentibus, cùm vestis statui, ordini, & officio conueniens esse debeat, *Speculator in tit. de Aduocatis, §. sequitur videre,* nàm dissolutos, & fractos in vestibus non recipimus, inquit *textus in cap. parsimoniam, 41. dict.* & notat etiam *Berardinus Muscatellus in tract. de Doctorat. dignitat. impress. post praxim, à num. 31.* vndè
11 vestem Doctori promissam, nobilem, & honestam præstandam esse, scripsit *Bartol. in l. fortissimis, C. de mil. veste, lib. 12.* & tradit *Bolognet. in Auth. habita, num. 30. C. nè fil. pro patr.* quos memorat *Iacobus Benius Eugubinus de priuileg. I. C. priuileg. 36. num. 2.* ac etiam *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra vbi supra, num. 59.*

PROLOGOMEN.

Tutor cuiscumque sit generis, si ad aliquam tutelam suscipiendam, vel ad aliud publicum munus authoritate, & vtilitate priuati nominetur, quòd ad appellationis succursum minimè sit admittendus, edocetur: quidnè post finitam tutelam; & nùm si à datione appellauerit, pupillorum interim bona administrare cogatur: breuitèr annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Tutor, vel Curator quando, quibusnè in casibus à decreto dationis curæ, vel tutelæ appellare valeat, remissiuè traditur.*
2 *Tutor à tutelæ datione appellare non potest.*
Ampliatur, vt procedat in omni Tutore cuiuscunque generis sit, vt num. 3.
Item in Curatore, vt num. 6.
Restringitur post finitam tutelam, vt num. 13.
4 *Appellatio à legis generalis dispositione, eiusq; grauamine haud admittitur.*
5 *Appellari non licet à facto priuati hominis.*
7 *Tutor, & Curator in omnibus quæ administrationem concernunt, æquiparantur.*
8 *Tutor, si à datione appellauerit, interim pupillorum bona administrare cogitur.*
9 *Appellans à sententia dationis tutelæ nõ auditur, nisi exequutioni sententiæ illa mandata fuerit.*
10 *Absens, si ad aliquam tutelam datus fuerit, interim administrare cogitur.*
Limitatur, vt num. 12.
11 *Contumax verus pro præsente habetur.*
14 *Tutela pubertate completa finitur.*
15 *Tutela, & Curæ officium non, nisi redditis rationibus finitur.*
16 *Tutoris, Curatorisnè potestas quò ad causas cœptas finita tutela, & cura non finitur.*
17 *Tutor finita tutela lites cœptas prosequi tenetur, donèc administrationis rationem, & instrumenta causæ reddiderit.*

OBSERVATIO XXX.

CVrrum, & aurigã nobis præstat *Author* in iurgij discussione præsentis loci,
1 dùm luculentèr exponit, quando, quibusquè in casibus valeat Tutor, vel Curator à decreto dationis curæ, & tutelæ appellare, prout sic quoque dotem augendo non obscu-

Digitized by Google

ſcurè ſermocinatur *Iulius Cæſar Ruginellus in ſuo tractat. de appellation. §. 2. cap. 3. num. 961.* quæ omnia percurrere, eaquè noſtris adaugere ſcholijs animo eſſet, ſed obſeruationum cancellos egredi nemo nō agnoſceret: ſedet igitùr magis, vt peculiaria quædam ſuperaddamus, nè è pollitico & hactenùs obſeruato inſtituto recedamus; ità-que ſignificamus, quòd.

2 Si quis ad aliquam tutelam ſuſcipiendam, vel ad aliud publicum munus authoritate, & vtilitate priuati nominetur, ad appellationis ſuccurſum non admittitur, quemadmodùm vltrà per noſtrū *Authorem*, & memoratum *Ruginell.* adductos, obſeruat *Speculat. in tit. de appellation. §. in quibus, verſ. Septimò*, per *text. in l. 1. §. ſi quis, D. quādo appell.* cuius memor eſt, & ſectator *Montan. de excuſat. Tutor. vel Curator. cap. 35. regul. 2. num. 1.* & ex *Leon. deciſ. Valent. 151. lib. 2.* comprobat *Dom. Conſiliarius D. Carolus Petra in Commentar. ſuper Rit. M. C. V. 256. num. 27.* quod planè omni in Tutore cuiuſcumq; ſit generis locum obtinere arbitramur, quippè quod ap-
3 pellare non poteſt Datiuus, nè pupilli per viam appellationis ad ſuperiorem Iuſdicentem trahātur, quod valdè eis foret incommodum, *Bald. in l. ſcire oportet, in princ. D. de excuſat. tutor.* neq;
4 Legitimus, quia à legis generalis diſpoſitione, eiuſq; grauamine appellari non poteſt, cùm illud excuſationem minimè præſtet, *l. final. D. de appellat. Bald. in dict. l. ſcire, in princ.* & *DD. in cap. quia nos 32. de appellat.* nequè tandèm Te-
5 ſtamentarius Tutor, etenim à facto priuati hominis appellari non licet, *l. 1. in princ. D. de appellat. Bald. dict. loc.* quod etiam firmari in Curato-
6 re, aſtruit *Bald. in ſummario dicta l. ſcire*, nec nō *Rebuff. de ſentent. prouiſ. art. 3. gloſſ. 2. num. 15.* & *Ruginell. dict. num. 961. verſ. Decimò*, cùm Tu-
7 tor, & Curator in omnibus, quæ adminiſtrationē concernunt, æquiparentur, *Bald. in l. qui neque, D. de reb. eor.* & in *l. in bonorum, D. de adminiſtr. tutor.* cui accedunt *Spin. de teſtament. Gloſſ. 29. num. 19. Munnoz. de ratiocin. Adminiſtrat. cap. 6. num. 41.* & *44. verſ. Neq; prædictis obſtant fundamenta, fol. 53.* & latè extricat *Reu. Dominus D. Franciſc. Verde in ſua Pantonomodidaſchalia lib. 1. tit. 23. de Curatorib.* Sed hic notabilitèr quæritur.

8 Vtrùm, ſi Tutor à Iusdicente datus fuerit, & is à datione appellauerit, cogatur interim pupillorum bona adminiſtrare? hanc rem circà concluſiuam partē nobis præſtat *text. in dict. l. ſcire oportet*, & *Bald.* notat in *Rubr. de offic. Iudic.* ſcribēs,
9 quòd appellans non auditur, niſi exequutioni data ſit Iusdicentis ſententia, qui eum Tutorem de-
10 dit: idemq; dicendum videtur, ſi abſens datus fuerit, dummodò abſentia illa quæſita ſit voluntā-
11 ria, & affectata, nàm verus contumax pro præſente habetur, *l. properandum, §. 1. C. de iudic.*
12 aliud tamèn fuerit in non vero contumace, qui dolo malo non abfuit; Quarè.

13 Nùm poſſit Tutor poſt finitam tutelam appellare, ſeù ſupplicare quouſq; ſuæ adminiſtrationis rationem reddiderit? ſi quæratur, affirmatiuè reſpondeas ex *Anton. Fabr. in C. lib. 5. tit. 29.* aſtruente hoc procedere, ſiuè tutela per pupilli
14 pubertatē finita ſit, ſiuè quouis alio modo, nàm licèt tutela pubertate completa finiatur, officium
15 tamèn tutelæ, & curæ, ſicq; adminiſtratio non finitur, niſi redditis rationibus, quòad cæpta *l. §. §. poſt completum, D. de adminiſtr. tutor.* amplectitq; *Franc. Marcus, queſt. 99. part. 2. & queſt. 55. part. 1.* vbi reſoluit, Tutoris, Curatoriſuè po-
16 teſtatem quòad cauſas cœptas finita tutela, & cura non finiri: ità demùm *Guttier. de tutel. & cur. part. 2. cap. 19. num. 2. & ſeqq.* vbi quòd Tutor fi-
17 nita tutela lites cœptas proſequi tenetur, donèc adminiſtrationis rationem, & inſtrumenta cauſæ reddiderit.

PROLOGOMEN.

Sententiam, quæ iudicatam in rem ob cauſam deſertam propter lapſum fatalium tranſiuit, ſi de illius iuſtitia factæ fuerint probationes, & dictæ rei iudicatæ exceptio oppoſita minimè ſit, retractari non poſſe firmatur; Indè an inſtantia per ſtatutum abbreuiata prorogari poſſit, vel nè, breuitèr eruditur.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia in rem iudicatam tranſacta retractari poterit, ſi de illius iuſtitia facta fuerint probationes, & de dicta exceptione oppoſitum minimè ſit.*
Limitatur, vt num. 2.
3 *Fauori publico partes renunciare non poſſunt.*
4 *Inſtantia, quæ iàm ob temporis lapſum expirauit, de communi partium conſenſu prorogari non poteſt.*
5 *Inſtantia per ſtatutum abbreuiata de partium conſenſu prorogari poteſt.*
Intellige vt num. 6.
7 *Partes Iudici dare nequeunt iuriſdictionem tranſactis fatalibus, nec eam per deſertionem extinctam reſtaurare, atq; reficere valent.*

OBSERVATIO XXXI.

1 PEroptimè ea in controuerſia, ſcilicèt, an ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit ob cauſam deſertam propter lapſum fatalium, retractari poſſit, ſi de illius iuſtitia factæ fuerint probationes, & dictæ rei iudicatæ exceptio haùd ſit oppoſita? declaratum hic fuiſſe aduertimus, tametſi aliàs tali caſu per Iuſdicentem retractari poſſit, & debeat ſententia,
2 haùd tamèn procedere, quando adeſſet res iudicata ob cauſam deſertam propter lapſum fatalium in Conſtitutione ſtatutum, vt quoque ex multis defendit *Alex. de Neuo in cap. ex ratione, ſub num. 55. verſ. Tertia limitatio, & num. 56. & ſeq. de appellat.* & tenuerunt *Natta in Clement. Sœpè, col. 17. verſ. Circà ſecundum, de re iudic. Neuiz. conſ. 41. num. 29.* vbi inquit, iſtud in iudicando ſequendum eſſe, & neminem attentare debere, ex communi conſenſu à ſtatutis recedere poſſe, & ad commune ius redire, cùm inſtantia
3 per Conſtitutionem limitata fauorem publicum concernat, cui partes renunciare non poſſunt, *Alexan. conſ. 50. num. 8. lib. 2. Barz. deciſ. 32. Scacc. de appellation. cap. 2. quæſt. 15.* quos refert, & ſequitur *Ruginell. de appellation. §. 10. Gloſſ. 2. num. 47. verſ. Sequendo primam opinionem,*

Digitized by Google

nem, vbi quoq; haùd immemor fuit de *Authore* nostro, & *ibidem, vers. Declara quintò, in fine*, notat, quòd optimè noster *Author hic, num. 4. &*
4 *seq.* infert, partes de communi consensu, & cùm iuramento instantiam, quæ iàm ob lapsum constitutionis tempus expirauerit, prorogare haùd posse: & sententiam ideò latam post sententiam primam, quæ ob lapsum fatalium prædictorum in iudicatum transiuerit, omninò nullam esse, consensu partium non obstante, quod etiam sequitur *Scacc. dict. loc. num. 197. & seqq.*

5 Et quamuis nonnulli dicant, instantiam per statutum abbreuiatam de partium consensu prorogari posse, ex traditis per *Felin. in cap. venerabilis, num. 10. de Iudic. & Salyc. in l. properandum, in princ. eod. tit.* procedit attamèn ante tem-
6 poris instantiæ lapsum, secùs autem post, vt probatur ex Synodali *text. in l. nemo, C. de tempor. appell.* vbi decidit, quòd transactis fatalibus temporis reparationem impetrare nemo potest, quia nequeunt partes Iusdicenti ad quem iurisdictionem dare, vel eam iàm per desertionem
7 sopitam, & extinctam restaurare, atq; reficere, *l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. Iudic.* & latè Ipse dixi in *Obseruat. 2. num. 27.* vbi benignum Lectorem remitto, nè iterùm actũ agere videar, quod meis in lucubrationibus semper equidem exhorrui.

PROLOGOMEN.

Æstimatoribus, seù Peritis discordantibus, vt verus rei valor cognoscatur, standum nè sit illis, qui minori in summa concordant? an verò æstimationes coaceruari debeant, illisq; diuisis media æstimatio eligenda sit? secundùm opinionem potissimùm *Salyceti in l. hac edictali, §. is illud, n. 10. C. de secundis nuptijs*, recẽsentur varię ICtorum opiniones: & quid in Regno Neapolis seruetur circà rerum æstimationes, quæ fieri occurrunt? exponitur secundùm normam traditam in *Regia Prag. 2. de Magistris artium.*

RERVM SVMMA.

1 *Æstimatores plures, si in appretio, seù æstimatione non concordent, tunc omnes quantitates singillatim in æstimationibus deductæ, simùl coaceruari debent, & posteà in tot aquas portiones diuidi, quot fuerũt Æstimatores, vnaq; ex eis portio erit iustus rei valor.*
Extenditur isthac conclusio, vt etiam procedat in casu pacti, vt num. 2.
Itèmq; quando testes variè deponunt de pretio, & alicuius rei venditæ valore, vt num. 3.
4 *Testes super quantitate diuersimodè deponentes, quomodò ad concordiam reduci debent.*
5 *Æstimatio alicuius rei valet in minori summa, si Æstimatores discordauerint.*
Ampliatur vt num. 13. & 15.
Intellige vt num. 8. & 10.
6 *Summa minor in maiori adest.*
7 *Sententia trium Arbitrorum discordantium valet in minori summa.*
9 *Æqualitas in iudicijs attenditur.*
11 *Mensis plus præstationis continet, quàm annus.*
12 *Incompatibilia non operantur.*
14 *Humanitas in dubijs semper in leuiorem inclinat.*
16 *Æstimatio alicuius rei, quæ fieri occurrit, à quo facienda est in Regno Neapolis.*

OBSERVATIO XXXII.

ARgum esse oportere iudicantem in annexa quæstione arbitramur, vbi Peritus quidam per emptorem electus domum æstimauit valoris esse scutorum sex qualibet pro canna, Peritus verò venditoris scutorum quindecim esse dixit: isthac stante discordia Cõmunitatis Æstimatores, qui secundùm statuti formam elegi debebant, declararunt, dictum valorem scutorum esse duodecim, à quorum declaratione, cùm interpositam fuisset appellationem, non leuem insurrexisse iurgium, quomodo ad æstimationem procedendum esset, dicit noster *Author hic*, qui licèt illud concordia extinsisse dicat, complura tamèn pro rei exaratione adducit: quibus nos modò innixi, vt sumpto onere, vt par est, satisfaciamus, summatim recensemus, quòd.

1 Hac in re *Salycet.* omnium primus in *l. hac edictali, §. is illud, num. 10. C. de secund. nupt.* edocet Aestimatoribus, seù Peritis discordantibus æstimationes coaceruari debere, illisq; diuisis mediam fore eligendam: alios intèr hanc doctrinam amplectitur *Petr. Girardi in suo singular. 25.* dicens, quòd si vnus ex tribus Aestimatoribus assuetis æstimet in 20. alius in 30. & alius in 35. omnes summæ coaceruari debent, & per Iusdicentem in tertia totius summæ parte æstimari, sequitur *Cassaneus in Commentar. ad Cõsuetud. Burgund. tit. des iustices, §. 6. in fin. in textu ibi, Ennesusaige, ante num. 6. fol. mihi* 325. & veriorem profitetur *Franc. Munnoz de ratiocin. Administrat. cap. 24.* vbi etiam in spe-
2 cie dicit, coaceruationem huiusmodi in casu pacti attendi debere, amplians illam quoq; faciendam esse, quando testes variè deponunt de pre-
3 tio, & alicuius rei venditæ valore, si de illius rescissione ageretur, quod tradere etiam videntur *Aret. & Felin. in cap. significasti, il secondo, de homicid.* dùm inquiunt, quòd si plures testes su-
4 per quantitate deponentes inter se variarent, non vtiq; inter se contrarij dicerentur, sed ad concordiam reducendi essent, quantitates omnes ad vnicam coaceruando, qua posteà in totidem portiones diuisa, quot sunt testes, vnica ex illis portionibus vera erit quantitas: quam traditionem sectatur paritèr *Petrus Gerar. singul. 25.* ac demùm *D. Cæsar Vrsillus ad Afflictum decis. 240. num.* 14. quos laudat nouissimè *Dom. Io. Leonardus Rodoerius in Consil. 44. sub num. 57.*

5 Quidam autem, quòd standum sit illis, qui in minori concordant summa, exponunt, è quorum numero recensentur *Dyn. in l. qui concubinam 29. §. cùm ità legatum, il primo, D. de legat. 3. Natt. in cons. 229. num. 2. Guid. Pap. in decis. 252. Muta super Consuetud. Panorm. cap. 69. num.* 16. & ea quippè ratione mouentur, quia cùm in
6 minori summa omnes concordent, illa attendi debet, quasi in maiori minor adsit, quando in quan-

quantitate sumus: exemplo eius, quòd de Arbitris affirmatur, quorum sententia in minori valebit, si tres in summa discordauerint, *l. diem proferre, §. si plures, D. de Arbitr. cap. 1. eod. titul.* potissimùm quando inæqualitas, aut aliud incõueniens non sequitur, cùm cæteroquin secùs firmandum videatur, veluti si res, quæ valet decem pro quinque daretur ad inæqualitatem euitandam, in iudicijs præsertim, vbi plurimi facienda est dumtaxàt æqualitas, vti in nostro priori *Menexeno, siue Epitaphic memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium* exposuimus, præcipuè in §. 2. *num.* 13. *in fin.* nec non notauimus hoc in eodem opere *Obseruat.* 23. *num.* 21. quæ magis procederent, si sententia plus tempore contineret, licèt minùs quantitate, quando videlicèt vnus in decem ad annum condemnat, & alius in quinque ad mensem, siquidem tunc nec valet sententia, cùm mensis plus contineat præstationis, quàm annus, quamuis enim quinque sint minus quãtitate, mensis nihilominùs est plus tempore, in quo non est consensus, cùm etiam mensis statim eo finito interpellet, quemadmodùm annus illo elapso, quæ tanquàm incompatibilia non operantur, *l. cùm in plures, §. dicta, D. de locat. Bald. in l. 1. vers. Item ille, C. de sentent. quæ sinè quantit. cert.* & concinunt adducta per peritissimum *Cuiac. lib.* 12. *obseru. cap.* 16. vbi effatum illud, quòd standum sit illis, qui in minori concordant summa, procedere tradit, nedùm diuersis in summis, verùm etiam si Iusdicentes diuersis pœnis condemnent, quia in dubijs semper humanitas in leuiorem inclinat, *l. si pars, D. de inofficios. testam.* & non tantùm si sint diuersæ sententiæ, duæ pœnæ, & duæ summæ, sed etiam si tres fuerint Iusdicentes, quorum alter pœnam capitis pronunciet, alius exilij, & alius pecuniariam, quia semper minor prævalebit, idemq; multò magis, si ex septem duo capite, duo exilio, tres pecunia mulctent.

Et hæc scribere secundùm Commune præsertim Ius circà recensitam controuersiam sufficiẽtia sint; At illud modò ad hæc omittere haùd valeo, quod nimirùm præcipuè Iura nostri Regni obseruandum nos ducunt (cuius municipalis Iuris dispositione attenta expositam controuersiam hoc in Regno locum habere minimè posse opinor) vtputà breuitèr annotare, hoc in Regno Neapolis circà æstimationes rerum, quæ fieri occurrunt, cautum esse, vt illæ primò à Tubulario præuia bussula eligendo faciendæ sint, cuius iudicij, si pars aliqua grauata se existimet, reuisio spectat ad Primarium, & tertiò deniquè in gradu grauaminis aditur Iudex, qui Tabularij, aùt Primarij æstimationem, vt iuris est, admittet, vt traditur in *Regia Pramat. 2. de Magistris Artium.*

PROLOGOMEN.

Restrictiones complures habere declaratur cõclusionem illam, quæ statuit, appellationem ab interlocutoria reuideri, atque ex nouis probationibus, & actis iustificari non posse, sed ex eisdem dumtaxàt, ad ornatum *textus in Clement. Appellanti, de appellationib.* quibus omnibus peculiaritèr traditis ad quæstionẽ illam protenditur, An Iusdicens interlocutoriam sententiam pluries reuocare possit? quã circà conclusiua sententia probatur; verùm an procedat, si Iusdicens bis suam confirmauerit interlocutoriam? & nùm illam reuocare queat Successor Iusdicentis, qui eam interlocutoriam pronunciauit? enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 Textus in Clement. Appellanti, de appellat. *determinat, appellationem ab interlocutoria reuideri, atque ex nouis probationibus, & actis iustificari non posse, sed ex eisdem dumtaxàt.*
Limitatur, quando de interlocutoria reuocatione coràm eodem Iudice contrario imperio agitur, vt num. 3.
Itidèm limitatur, cùm Superior per viam querelæ aditur, vt num. 4.
Itidèmq; si probationes post interpositam appellationem ad appellantis notitiam peruenerint, vt num. 6.
Restringitur paritèr, quãdo interlocutoria vim definitiuæ habet, vt num. 10.
Denique limitatur, quando interlocutoria grauamen continet irreparabile, vt num. 15.
2 *Sententia definitiua nouis ex actis iustificari potest.*
5 *Supplicans contrario imperio supplicationi informa adhærere tenetur.*
7 *Sẽtẽtia interlocutoria iustificari potest ex nouitèr productis, seù probatis, quæ veniunt ad probationem causæ priori in instantia expressæ.*
8 *Probationes, quæ denuò emergunt, à statuto eas in appellationis, vel nullitatis causa reijciente excluſæ, & reiectæ non censentur.*
9 *Sententia interlocutoria iustificari potest ex eo, quod in secundo iudicio deducitur, quando illud in priori claudi non potuit.*
11 *Prouisio attentatorum vim habet definitiuæ sẽtentiæ.*
12 *Sententia interlocutoria vim definitiuæ habẽs appellatione sententiæ definitiuæ venit.*
13 *Statutum loquens de mera sententia definitiua locum habet in interlocutoria vim definitiuæ habente.*
14 *Sententia vt vim habeat definitiuæ quæ requirantur, remissiuè traditur.*
16 *Iudex interlocutoriam sentẽtiam pluries reuocare non potest.*
Contrarium verius, vt num. 17.
Ampliatur, vt hoc ex officio facere etiam possit, vt num. 23.
Limitatur, si bis illam confirmauerit, vt n. 27.
18 *Iudex pluries reponere vicissim appellantes potest, & in causa procedere, donèc verum grauamen detegatur, & terminetur.*
19 *Volũtatem suam millies interpetrare potest ille, ad quem voluntatis destructio spectat.*
20 *Iudex definitiuè pronunciãdo functus est officio suo.*
21 *Iudicis officium lata sententia expirat.*
22 *Iudex interlocutoriè pronunciando, Iudex ea in causa etiam remanet.*
24 *Sententia interlocutoria quò ad Iudicem iudicatum nunquàm transit.*
25 *Iudex interlocutoriam etiam exequutam reuocare potest, quãdo irreuocabile ius parti quæsitum non fuit.*

Sen-

Digitized by Google

26 *Sententia festinanter exequuta nullitatis vitio laborat.*
28 *Sententia interlocutoria quando bis confirmata dicitur.*
29 Petitio instantissima pro pluribus petitionibus habetur.
30 *Iudex, qui interlocutoriam pronunciauit, eam tantùm reuocare potest.*
Limitatur in interlocutoria per M.C. in causa remissionis fori lata, vt num. 35.
Sic demùm in ea, qua Iudex se incompetentem declarauit, vt num. 36.
Paritèrque in illa reuocationis attentatorum.
Et deniquè restringitur in habente vim definitiuæ, vt num. 38.
31 *Declaratio personalis ad successorem non transit.*
32 *Successor an pro eodem Iudice habeatur.*
33 *Hæres libellum à defuncto productum declarare non potest.*
34 *Voluntas dubia defuncti per hæredem non declaratur, quando aduersario præiudicat.*

OBSERVATIO XXXIII.

ENimuerò, spicas recolligendo post metentium terga, plena iàm manu à prouidis messoribus collecta messe, erudimur modò, quòd, etsi huiusce loci contentio circà *textum.* sit in *Clement. Appellanti. de appellat.* qui expressè determinat, appellationem ab
1 interlocutoria reuideri, atque ex nouis probationibus, & actis iustificari non posse, sed ex eisdem dumtaxàt: quam determinationem *Abb.* exornat in *commentar. ibidem, num.* 3. exponens hoc esse potissimùm discrimen inter interlocutoriam, &
2 definitiuam sententiam, quoniam definitiua nouis ex actis iustificari potest, & propter eam ità concludit *Crauet. in cons.* 182. sic quoque *Lanfranc. in decis.* 442. *Afflict. in decis.* 79. *num.* 3. *Capyc. in decis.* 5. *in fine*, & absolutè veram existimant *Ruginell. de appellation.* §. 1. *cap.* 2. *num.* 8. *in fine*, *Marant. in speculo aureo, part.* 6. & demùm fertur sententia, *num.* 10, *Muscatell. in praxi S.R.C. part.* 3. *Gloss. Partis, à nu.* 57. *Gaill. Obseruat.* 130. & 131. *lib.* 1. *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in Comment. super Ritibus M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 127. *num.* 18. *circà finem.* qua de causa prima facie, atque primo intellectus voto dictam sententiam absolutè veram esse dicendum videatur.

Nihilò tamen minùs haùd ità firma est, vt limitationem non admittat, & certè quidem quibusdam in casibus non tantùm ex eisdem, sed ex nouis probationibus, & actis reuidenda, & iustificanda huiusmodi appellatio est, potissimùm
3 quoties de interlocutoriæ reuocatione coràm eodem Iusdicente contrario imperio ageretur, prò vt conclusum testatur *Author noster hic*, & affirmat *Crauett. in cons.* 181. *num.* 4. *vers. Adduco* vbi ad Cœlum limitationem istam extollit, amplectuntur quoque; *Viuius decis.* 332. *num.* 5. *Hieronym Giacha in* 1. *cons. de sindicat. num.* 168. & conuallat *Gaspar Gaball. ad Anton. de Butrio in cons.* 6. *in addit. incip. Interlocutoria, in fin.* subnectens idem esse, si ratione interlocutoriæ Superior per viam quærelæ aditetur, quemadmodùm
4 quoque noster *Author* firmat *hic, num.* 2. quem laudans sectatur laudatus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra dict. Rit.* 127. *num.* 18. *in fine*, & manifestum facit nostrum municipale Ius, nàm si ab aliqua interlocutoria contrario imperio supplicetur, sicquè coràm eodem Ius dicente, nouæ fieri possunt probationes decendium intrà, locùs autem si supplicetur in forma, sicquè mutetur Iusdicens, nisi per vnum ex litis consortibus in forma supplicatum foret, & per alium contrario imperio, etenim tunc, cùm qui supplicauit contra-
5 rio imperio supplicationi in forma adhærere teneatur, in illa causa supplicationis in forma conceduntur decem illi dies supplicationis contrarij imperij partibus ad probandum, & deducendum quæcumque velint per quoduis probationis genus.

6 Ità quoque, si probationes post interpositam appellationem ad appellantis notitiam peruenissent, vt quoque notat noster *Author hic, num.* 10. & firmat *Crauett. in cons.* 182. *num.* 1. hoc namque casu interlocutoria ex nouitèr productis iustificari, vel impugnari poterit, quemadmodùm
7 paritèr ex nouitèr productis, seù probatis, quæ veniunt ad probationem causæ priori in instantia expressæ, prò vt idem *Crauetta* tradit *ibidem* laudans *Cyn. Paul. de Castro*, & *Innoc.* ad quod conualidandũ concinunt herclè tradita per *Mar. sil. in singul.* 133. vbi dicit quòd licèt statutum,
8 vel Commune Ius dicat, vt in appellationis, vel nullitatis causa nouæ probationes haùd recipiantur, recipiendas esse, si denuò emerserint, quod interminis exornat *Mathes.* istam commendans limitationem in *l. per hanc, num.* 5. *C. de tempor. appellant.* quod videtur paritèr locum habere,
9 vbi in priori iudicio claudi non potuisset, quod in secundo deducitur, ad tradita per *Bald. in l. inuitus, num.* 6. *C. de Procurat.*

10 Demùm, si interlocutoria vim definitiuæ haberet, vti notant *Crauett. dict. num.* 1. *Mathes. singul.* 39. *num.* 1. *Marant. de ordine iudic. tit. de appellation, num.* 170. *vers. Septimò limita. Reg. Sãfelic. decis.* 4. *num.* 23. iudicatum tradens *num.* 28 *tom.* 1. & reliqui quos *Muscatell.* cumulat in *dict. Gloss. Partis, num.* 62. *vers. Septimò, & vltimò*, neque isthac ab sententia alienum fuisse legimus *Mich. Ferrer. part.* 3. *Obseruat.* 500. adnotantem vnum notabile in praxi, quòd, licèt causa supplicationis in forma ab interlocutoria eisdem ex actis terminari debeat, atmèn receptum est per Regiam Audientiam in causa supplicationis à prouisione attentatorũ no-
11 uas fieri posse probationes, quippè talis prouisio vim definitiuæ habet, vt exponunt complures ICti per *Gabrielem Sarai* congesti in *addit. ad Mathes. dict. singul.* 39. *num.* 13. Interlocutoriam enim sententiam vim definitiuæ habẽtem appel-
12 latione sententiæ definitiuæ venire, non dubitarunt Nostrates, cùm reguletur vt definitiua, in eiusquè appellatione omnes seruentur solemnitates, quæ in appellatione à definitiua seruari debent, *Roman. cons.* 41. *Peguer.* multa adducens *in sua praxi, Rubr.* 16. *num.* 4. *Reg. Sanfelic. vbi supr. num.* 22. dixerantquè *Imol. in cap. peruenit* 2. *de appellat. Ludou. à Peguer. in decis.* 197. *num.* 6. *lib.* 1. adnectentes, statutum de mera
13 definitiua loquentem locum habere in interlocutoria vim definitiuæ habente, sectantur

Digitized by Google

Ant. Faber in Cod. tit. 10. lib. 1, definit. 10. & 12. Ruginell. de appellation. §. 1. cap. 2. num. 38. vbi
14 quoque exarat, quomodo cognoscatur, & iudicetur, sententiam vim definitiuæ habere, & magis peculariter id explanat eruditissimus, doctissimusq; nostri æui I.C. & Regius Consiliarius meritissimus *D. Carolus Petra in Commentar. super Ritibus M.C.V.* Rit. 127. *num.* 8.

15 Tandèm restrictionem pati dicti *textus* dispositionem dicimus, quando interlocutoria grauamen continet irreparabile, veluti si Iusdicens interloqueretur, aliquē torquendum fore, vel aliud simile, hoc nàmque casu ex nouis causis, & probationibus iustificari potest, vti post *Bald. in dict. l. per hanc. C. de tempor. appellan.* edocet *Marant. in dict. part. 6. num.* 169. Hinc expositis attentis, videamus quoque necesse est.

16 An Iusdicens interlocutoriam sententiam pluries reuocare possit? Hac in re post *Dec. in cap. cùm cessante. de appellat.* negatiuam partem amplectitur *Iaffred. in decis.* 194. dicens, semèl tantùm, aùt bis suam posse Iusdicentem reuocare interlocutoriam sententiam; Contrarium autem
17 iex diametro scribunt *Cuman. in l. quod iussit. num.* 4. *vers. Item quærit, de re iudicat. Mandos. form.* 9. *commiss. verb. Admittat, in fin.* vbi illud planè firmant, nimirùm, quòd licitum est Iusdicenti idem grauamen reuocare admittendo, & ab admissione reponendo, & à repositione
18 recedendo, cùm ei permittatur pluries reponere vicissim appellantes, & in causa procedere, donèc verum grauamen detegatur, vel terminetur, & exornat *Angel. in l. quicquid adstringenta* 99. *in fine*, *D. de verborum obligationibus*, vbi id dicit, perpetuò menti tenendum esse, cùm
19 generalis sit conclusio, quòd ille ad quem voluntatis destructio spectat, millies suam interpetrare potest voluntatem, tametsi secùs sit in eo, qui destruendi actum facultatem non habet, ille nàmq; postquàm semèl declarauit, ampliùs declarare nō potest, *Gloss. in dict. l. quicquid adstringẽt ę, verb. Secundum.* Et demùm quia in Iure satis apertè
20 constat, quòd Ius dicens definitiuè pronunciando, functus est officio suo, cùm Iusdicentis offi-
21 cium lata sententia expiret, *Reg. de Põte cons.* 28. *num.* 13. *Fab. de Anna cons.* 24. *num.* 4. *Dom. Cõsiliar. Hodierna ad Surd. decis.* 69. *num.* 2. vbi nonnullos alios concordantes allegat, & quoque *Masull. ad Capyc. decis.* 202. *num.* 4. proindè nil mirum, si nihil aliud agere debeat: pronuncian-
22 do verò interlocutoriè secùs, siquidem eam post etiam Iudex remanet, quo circà in ea se intromittere potest reuocando, & interpetrando, etiam quòd millies hoc facere vellet, nedùm instante
23 parte infrà decem dies, verùm etiam ex officio post decendium, vti exponunt *Surd. cons.* 167. *num* 4. & 11. *Carauit. Rit.* 238. *Afflict. decis.* 115. *Rota Genuens. decis.* 164. *num.* 15. *Magon. decis. Florent.* 131 *num.* 3. *Cappell. Tholos. decis.* 185. quos sectatur *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in supr. allegat. Rit.* 127. *num.* 16. & vlq; ad sententiam definitiuam, quippè quod sententia inter-
24 locutoria quòad Ius dicentem nunquàm in iudicatum transit, quidquid aliud sit quòad partes, prout latè tradit *Monter. in decis. Aragon.* 3. vbi
25 quoq; tradit, interlocutoriam etiam exequutam reuocare posse, quādo irrenocabile ius parti quæsitum non fuit; præsertim quando antè interlocutoriæ exequutionem per partem instatum fuit, vt per eumdem Iusdicentem reuocaretur, & reuocationis cognitione pendente facta fuit exe-
26 quutio, cùm tunc nullitatis vitio laborare dicatur, tanquàm festinantèr exequuta.

27 Verùm enimuerò, si Iusdicens bis suam confirmauerit interlocutoriam, ampliùs super reuocatione loqui haùd posse, docet *Gloss. in Clement. final. in verb. Super ea, de appellat.* & sectantur *Franc.* dicens, id notandum esse tanquàm singulare in *cap. directè, 39. col. 2. in fin. verb. Quarta conclusio, num. 6. de appellat. Berous cons.* 19. *num.* 29. *vol.* 3. *Mastrill. decis.* 23. *Dom. Cõsiliar. D. Carolus Petra* alios addens *dict. loc. num.* 16. *in fine*, & comprobat *Surd. in cons.* 167. *num.* 12. *lib.* 2. subnectens, interlocutoriam bis confirma-
28 tam dici, quando nempè pars maximam fecit reuocandi instantiam, omnemq; conatum pro illius reuocatione adhibuit, quia maxima ista contradictio operatur, ac si bis appellatum fuisset, & sententia confirmata: quema modùm de apostolis dicitur, qui licèt sæpiùs petendi sint, sufficit
29 nihilominùs vnica petitio instātissima, vti *Vestr.* scribit *in sua praxi, lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 36. & comprobat ibi *Grauat. in addit. num.* 64.

30 Solus autèm Iusdicens, qui interlocutoriam pronunciauit, illam reuocare valet, minimè verò Successor, vt de veritate testatur *Surd. in cons.* 162. *num.* 20. quia declaratio illa personalis est,
31 quæ ad Successorem non transit, sicq; prioris Iusdicentis errorem corrigere nequit, haùd refragante, quòd Successor pro eodem Iusdicente ha-
32 beatur, siquidem id quò ad Tribunal, & instantiam dumtaxàt intelligitur, secùs autem quò ad alia personalia, & prædecessoris personæ cohæ-
33 rentia: prout de hærede affirmamus, qui tametsi eadem sit cùm defuncto persona, libellum tamèn ab eo productum declarare non potest, cùm de-
34 claratio personalis sit: quemadmodùm regulariter quoq; dubia defuncti voluntas per hæredem non declaratur, quando talis declaratio aduersario nocere posset, cùm aliàs permissa foret *Bart. in l. si quis à filio, 32. §. si plures, in fin. num.* 2. *delegat.* 1. *Monter. decis.* 35. *num.* 35. tametsi constitutum axioma quandoq; restringi haùd ignoremus, propterea quod interlocutoriam per
35 M.C. in causa remissionis fori latam, per eumdem Iusdicentem reuocare non posse, indicat *Capyc. decis.* 144. *in fin.* qui sermocinatur de Ritu vlterioris Siciliæ Regni, vt *Thor.* aduertit in *Compend. decis. verb. Interloquutoria, part.* 1. quicquid perperàm crediderit *Troysius* loqui de M.C.V. *Ritu* 259. vt ibi *sub num.* 2. indicat, teste *Borrell. in Summa decis. part.* 1. *tit.* 29. *de sentent. & decret. interloquut. num.* 37. neq; illam,
36 qua Iudex declarauit, se non esse Iudicem competentem, *Guid. Pap. decis.* 436. *num.* 93. *Cappell. Tholosan. decis.* 186. & *Capyc. decis.* declarat alia cumulans *Ill. Dom. Reg. Merlin. Controuers. forens. centur.* 1. *cap.* 15. *num.* 22. quiq; *num.* 16. discrimen statuendum esse enucleat, inter eam interlocutoriam, qua Iusdicens se competentem pronunciauit, & illam, qua se incompetentem
37 declarauit: Neq; aliam reuocationis attentatorum *Achill. de Graff. decis.* 31. *de appellat.* atq; alijs
38 omissis, neque vim definitiuæ habentem, idem *Capyc. dict. loc. & decis.* 1. *num.* 24.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Prosequendæ appellationis tempus, vt pauperem aduersùs non currat, receptum esse traditur, per *textum in* §. 1. *circà finem, Auth. de ijs, qui ingrediuntur ad appellationem*, quem tamèn ex eiusdem *textus* mente restrictionem habere edocetur, quando pauper absque vlla impensa appellationem prosequi potest; quo probato, vt recensita decisio procedat, concludenter probandum esse paupertatis impedimentum eruditur, & melior, ac tutior eum probandi modus indicatur. Indè, an depositum pro pœna nullitatum aduersùs decreta, & Tribunalium Collegiatorum sententias, iuxtà *Pragmat.* 5. §. 3. *de Offic. S. C.* & 4. §. 16. *de dilationib.* & pro pœna suspicionum Iudicum in *Pragmat. sub tit. de suspect. Official.* contenta, facere teneatur pauper? breuiter enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Tempus prosequendæ appellationis aduersùs pauperem non currit.*
2 *Paupertatis impedimentum in appellantis persona contingens, excusat ipsum ab appellationis prosequutione.*
3 *Tempus ad appellandum quando non currit.*
4 Pragmat. 2. de expensis, *dispositio limitatur in personis miserabilibus.*
5 *Iudex officium suum in causis miserabilium personarum, etiam non requisitus, impartiri debet.*
6 Textus in §. 1. circà fin. Auth. de ijs, qui ingred. ad appellat. *limitatur, quando pauper absquè vlla impensa appellationem prosequi potest, & num.* 10.
7 *Lex cessat eius ratione cessante.*
8 *Ratio legis, vt pars legis præcipua, spectanda, & conseruanda est.*
9 *Pauper ab omissa appellationis prosequutione non excusatur, si litis expensas à Iudice, vel à parte petere posset, & non petijt sub paupertatis prætextu.*
11 *Aduocatus, & Procurator pro paupere tenentur, si petiti pro eo non appellarunt.*
12 *Procurator si sit non soluendo, an Domino præiudicet, vt ipse appellare nequeat.*
13 *Paupertatis impedimentum concludenter, & euidentissimis probationibus elucidandum est.*
14 *Iuramentum sufficiens minimè est ad probandum paupertatis impedimentum.*
15 *Pauper vt quis dicatur, prudenti Iusdicentis arbitrio remittitur.*
16 *Traditur tutior, & melior paupertatem probandi modus.*
17 *Familiares, & vicini familiarum, vt cinorumq; facta scire præsumuntur.*
18 *Testis ad probãdum diuitias admittitur, quãdo rationem reddit, quia domesticus, vel vicinus, aut coniunctus.*
19 *Depositum pro pœna nullitatum aduersùs sententias, & pro pœna suspicionum Iudicum, facere non obstringitur pauper, si impertito termino summario, probata fuerit paupertas.*
20 *Terminus summarius ad probandam paupertatem impertiri non debet, quando ex inuentario in actis edito, Iudici liquet, paupertate non laborare nullitates proponentem.*
Item illo notoriè diuite existente, vt num. 21.
Et demùm è conuerso, stante scilicèt notoria paupertate, vt num. 22.

OBSERVATIO XXXIV.

ÆQuitatis, Charitatisq; (inopiam enim tolerare res ardua, & onus illius longè omnium grauissimum est, etenim *Pecuniæ sunt sanguis, & vita mortalibus: quisquis eis destituitur, ille inter viuos mortuus stabulat*, inquit *Aristoph. in Plut.*) plenus obuiam nunc fit locus, propterèa
1 quod conclusionem continet illam, nempè prosequendæ appellationis tempus aduersùs pauperem non currere, de qua equidem dubitare haùd conuenit, quippè quod paupertatis impedimen-
2 tum in persona appellantis contingens excusat ipsum, si propter paupertatem intrà tempus per statutum præfixum, appellationem prosequi non potuerit, vt *textus* decidit *in* §. 1. *circà finem, Auth. de ijs, qui ingred. ad appellat.* per quem *textum* ità decisum refert *Io. Maurit. de restitut. in integr. cap.* 362. sic quoq; proprijs in terminis decisum testatur *Reg. Sanfelic. in decis.* 93. *tom.* 1. illumuè ad hoc omnes *Canonistæ* citant *in cap. ex ratione de appellat.* & hanc partem vti veriorem amplectitur *Bald. in l. acceptam,* §. *si quis in iudicio, C. de vsur.* vbi ait, se liberasse quendam à pœna furcarum, sequunturq; *Thesaur. decis.* 10. *num.* 5. *Gaill. Obseruat.* 142. *Lancellott. de attentat. appellat. pendent. ampliat.* 1. *à num.* 50. *& seqq. Ruginell. de appellat.* §. 4. *cap.* 1. *num.* 24. *Scacc. eodem tract. cap.* 2. *quæst.* 15. *num.* 45. *& seqq. Breder. de appellat. part.* 2. *tit. de defect. col.* 212. *in fin.* 219. *circa med. &* 226. *in fin.* atq; de communi testatur *Brunor. à Sole quæst.* 24. *sub num.* 47. *Valasc. de priuileg. pauper. par.* 1. *quæst.* 31. & complures alios recensens notat *Dom. Cõsiliar. D. Carolus Petra in Commentar. ad Ritus M. C. V. Rit.* 260. *num.* 42. nec non *Dom. Consiliar. Staiban. Resolut. Iur. tom.* 2. *Resolut.* 97. *num.* 11. & *Reg. Tap. in Constit. Appellationum tempora, num.* 16. nonnulla subnectens impedi-
3 menta, quibus detentis non currit ad appellandum tempus: propterèa ad restrictionem *Pragm.* 2. *de expens.* miserabiles personas ad appellatio-
4 nem prolequendam admitti, minimè refectis expensis primæ instantiæ ex *Carauit.* determinatum recenset *Nouar. de priuileg. miserab. personar. priuileg.* 14. *num.* 4. quiq; ex eodem *Carauit.*
5 *in priuileg.* 58 *num.* 9. post alios firmat, Iusdicentem officium suum impartiri debere, etiam non requisitum in causis talium personarum.
6 Huiusmodi beneuerùm *textus* decisio restrictionem pati videtur, quando absq; vlla impensa appellationem prosequi potest: loquitur nàmque *textus* illis in casibus, in quibus appellatio ipsa interponi, & prosequi non nisi maxima cùm expensa poterat, cùm appellans separatas Prouincias adire cogeretur, & ad longinquas partes per-

Digitized by Google

uolare teneretur, vt in *textu* ibi, *Et quia nauigare non licuisset de Prouincia, contrarijs stantibus ventis: per terram verò venire non valentes propter inopiam, aut certè quia in Insula commanentes, aliter nisi per mare venire non poterant: & propterea non valuerunt examinare vsq; ad finem negotium, neque secundo anno?* quamobrèm limitationem recipit indicato in
7 casu, cùm certum sit legem cessare eius ratione cessante, vt itidèm dixi in *Obseruat.27. num.14.* ex argumento *l.quod dictum est 32. D.de pactis,*
8 quæ quidem, vt pars legis præcipua, spectanda, & conseruanda est, *Gothofr. ad l.19. D.de LL.* quod hercle *Ruginell.* amplecti etiam videtur *vbi suprà*, dicens hanc paupertatis exceptionem, nedum quò ad appellationem interponendam, sed nec quòad ipsius prosequutionem habere locum posse in Prouincia Mediolanensi, siquidem vbiq; pauperibus prouisum est de Aduocato, Causidico, & Notarijs, qui eisdem operas, patrocinium, & scripturas gratis præstare teneantur: Ampliùs,
9 si Iure Communi inspecto, is qui litis expensas à Iusdicente, vel à parte petere posset, nõ petijt sub paupertatis prætextu, à prosequutione omissa non excusatur, cùm non petendo in culpa constitutus dicatur ex traditis per *Felin. in cap. si qui, sub num.9. vers. Et in quantum, de testib.* dicendum
10 est, pauperem sub paupertatis prætextu se excusare haùd posse, si sibi Procuratorem, Aduocatumq; non petijt, cùm absq; impensa petere facillimè posset: quidquid sit, quando Aduocatũ,
11 & Procuratorem petijt, & ipsi pro eo non appellarunt, quo casu posse sub isto paupertatis prætextu excusationem obtinere, eumdemq; Aduocatum, & Procuratorem pro paupere teneri, concludendum videtur, iuxtà *text.in l.final.* cùm si-
12 mil. *D.de Procurat.* sed quid si Procurator sit nõ soluendo, an Domino præiudicet, vt ipse appellare nequeat, cõsule *Lancell.loc.cit.limit.5. Alex. cons.95.num.7. & seqq.lib.2. Lauer.decis.Auen. 90. Crescen.decis.7. alias 258. de appellat.*
13 Paupertatis autem impedimentum, vt procedat decisio, concludentèr probandum esse, notat *Gloss.in l.si verò, §.si pro rei qualitate, D.qui satisdar.cogan.* quam sectantur *Afflict. decis. 377. num. 6. Author noster tom. 1. Disceptat. forens. cap.7.num.9.* & euidentissimis probationibus, ità
14 vt ad illud probandum iurisiurandi religio haùd sufficiat, *l.final.§.illud, C. de tempor.appelland. Reg.Sanfelic.dict.decis.93. num.2.* Beneuerùm in hoc valdè operatur Iusdicẽtis arbitrium, nàm
15 vt quis pauper dicatur prudenti Iusdicentis arbitrio remisere *Bald.cons.449. lib.5. Couarr.* plenissimè *Var.Resolut.lib.2.cap.6.num.8. Calà de modo articuland. Gloss. vnic.§.2.n.407. vers. Vel coniuge,* cùm alijs innumeris penès *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib.2. cent.1. casu 65. num.7. & Surd.de aliment.tit.9.quæst.37. num.1.* atq; nouissimè *Dom. Dominicus de Rubeis in Forensiũ Certaminum Specimine, Certam.7. num.107. in Apostill.in fin.* Inter alios tamèn modos pauper-
16 tatem probandi, admittitur ille pro meliori, tutioriquè, quando scilicèt familiares, seù vicini, vel coniuncti, vel de alicuius bonis informati deponunt, quòd quis non habet, nisi talia bona, & si plus haberet ipsi scirent ob præsumptionem dictæ vicinitatis, seù familiaritatis, quæ facit, vt talis notitia in eis cadat, vt in proposito obseruat *Roman.in cons.295.num.9.* necnon *Couarr.dict. loc.vers.Cæterùm paupertas,* vbi quòd est notandum, tanquàm sit rectus negatiuam probãdi modus, iuxtà *Gloss.* singularem in *§. hinc nobis ingressa, vers.Si verò obsint aliqui, in verb. Et vidisse, in fin. Auth.de hared. & falcid.* & in *l.1.in verb.An non, in fin.D.de itin.actuq; priuat. Angel.in dict.§.hinc nobis, num.29.* vbi, quòd hoc modo meliùs probatur, quàm vllo alio, cùm tales
17 familiares, & vicini familiarum, vicinorumq; facta scire præsumantur, ideò si familiaris, & vicinus interrogetur, an quis pauper sit, probabit, si respondeat, quod sic, quia est familiaris, & vicinus, quemadmodùm enucleant optimè *Bart.* & alij in *l.2.C.quando Fisc. vel priuat.* idem *Bart. in l.1.num.15.vers.Quæro quid in isto,* vbi *Alex. num.6.* & *Purpur. num.6. D. si certum petatur,* qui etiam sermonem habent de diuitiarum pro-
18 batione, quæ admittitur, quando testis rationem reddit, quia domesticus, vel vicinus, aùt coniunctus, *Bald. in l.facultas, num.7. C.de iur. Fisc. lib.10 Alex.cons.50. num.17. lib.5. & cons.70. num.7. lib.2.*
19 Indè fit, vt depositum pro pœna nullitatum aduersùs decreta, & Tribunalium Collegiatorũ sententias, iuxtà *Pragm.5 §.3. de Offic. S.C. & 4.§.16. de dilat.* & pro pœna suspicionum Iudicum in *Pragm.sub tit.de suspic.Official.* contenta, facere haùd obstringantur, si impertito termino summario, probata fuerit paupertas, præuio Proregis, eiusq; Collateralis Consilij rescripto, remisso Tribunali, in quo vertitur lis, quòd constito de paupertate seruatis seruandis iustitiam faciat, vt in dies vsus inualuit, illaq; non probata prouideatur, quòd depositum faciat pro pœna, quoq; nõ facto, quòd reijciantur nullitates, quocircà *Dom. Consiliarius Franciscus Maria Pratus Practicar.Obseruat.cent.1. Obseru.56, à num.4.* dicit, memoratum terminum impertien-
20 dum minimè esse, quando ex inuentario in actis edito, Iusdicenti liquet, paupertate non laborare nullitates proponentem, & ità resolutum indicat: propterea erudimur, illo notoriè diuite exi-
21 stente, impertiendum haùd esse terminum, sed benè decretum interponendum, quòd, ex quo notoriè est dives, suspicio non admittatur absq; de-
22 posito; ità è conuerso stante notoria paupertate.

PROLOGOMEN.

Conditio *si Monasterium ingrediatur,* an impleta dicatur per Religionis ingressum ante factam professionem, peculiari distinctionis fœdere adhibito demonstratur, reiectis per *Iasonem* traditis in *l. si quis hæredem, num.12. & 13. D. de institut. & substitut.* quòd circa nonnulla etiam indicantur, exponuntur, dilucidanturq; prout in Rerum Summis.

RERVM SVMMA.

1 *Conditio* si Monasterium ingrediatur, *non dicitur impleta per Religionis ingressum ante factam professionem.*

2 *Religionem intrasse non dicitur, qui professionẽ non emisit.*

3 *Pro-*

Digitized by Google

3 *Professionem antè intrasse non dicitur, sed velle intrare.*
4 *Testatoris verba cùm effectu intelligi debent.*
5 *Legatum priori Monasterio remanet, si Monacus ab eo licitè, & cùm Superioris licentia exiuerit, & aliud intrauerit.*
6 *Ingressus, qui fit ante professionem, verus ingressus non dicitur.*
7 Iason in l. si quis hæredem, num. 12. & 13. D. de instit. & substit. *malè docet, simplicem conditionem,* si Monasterium ingrediatur, *non importare, quod professio emittenda sit, nisi exprimatur, vndè refellitur num. 9.*
8 *Testator legando sub conditione,* si intrauerit, *de effectuali ingressu intelligit.*
10 *Verba naturaliter intelligi minimè debent, quotiescumq; sequeretur absurdum.*
11 *Nouitius durante nouitiatus anno Religiosus propriè non dicitur, & num. 21.*
12 *Religiosus ille nuncupatur, qui tria vota Paupertatis scilicèt, Castitatis, & Obedientiæ emisit.*
13 *Verbum* Religiosus *omnem professum dumtaxàt includit.*
14 *Habitus non facit Monacum.*
15 *Monacus ante professionis actum non dicitur Monacus, nec efficitur de corpore Monasterij.*
16 *Nouitius præceptis, & Religionis statutis non adstringitur.*
17 *Nouitius non tenetur vt professus Diuinum persoluere officium.*
18 *Nec casibus Religionis reseruatis obnoxius censetur.*
19 *Nouitius vocem activam, nec passiuam habet.*
20 *Bona Nouitij si alienari contingerit, decimæ regali non subiacent.*
22 *Nouitius durante nouitiatus anno feudum non amittit.*
23 *Beneficium vacare non dicitur intrà annum nouitiatus.*
24 *Nouitius si ante professionem è Religione exiuerit, eidem omnia, quæ sua erant, restitui debent.*
Amplia vt num. 25.
Intellige vt num. 26.
27 *Episcopus facere tenetur, vt Nouitio, si ante professionem è Religione exiuerit, omnia, quæ sua erant, restituantur.*
28 *Habitus Nouitij expensis, factus an ei restitui debeat, si è Religione intrà probationis annũ exiuerit.*
Et quid si factus sit deuotorum eleemosynis, eo fine datis, vt Religionem ingrederetur, traditur num. 29.
30 *Conditio si Monasterium ingrediatur impleta dicitur, quãdo Nouitius ante professionem intrà probationis annum obijt.*
31 *Nouitius quando ante professionem obijt, eadem in voluntate, quam ab initio habuit, perseuerasse videtur.*
32 *Impeditus implere, impleuisse præsumitur.*
33 *Conditio quomodocumq; deficit pro impleta habetur, si per honoratum non steterit.*
Ampliatur, vt num. 35.
34 *Opus etiam non effectuatum stante impedimento pro consummato habetur.*

OBSERVATIO XXXV.

DIstinctionis fœdere præsentis loci contentionem, An nempè conditio, *si Monasterium ingrediatur*, impleta dicatur per Religionis ingressum ante factam professionem? resoluendam esse arbitror, tametsi alij alitèr dixerint, & *Bartol.* omniũ Magister in *l. si quis hæredem, D. de instit. & substit.* eam determinare noluerit, sed solùm dubitantèr proposuerit; Aùt scilicèt Nouitius ante professionem intrà probationis annum in sæculum redijt, aùt intrà dictum probationis annum obijt: Si primum.

1 Constantèr teneo, memoratam conditionem impleram dici minimè posse, si è Monasterio exiuerit, cùm intrasse haùd dicatur, qui professionẽ non emisit, prout absq; hæsitatione aliqua exposuerunt *Fulgos. & Alexan. in dict. l. si quis hæredem,* & *Imol. in l. si substitutione, num. 4. vers. In alia, D. de vulgar.* vbi concludit, quòd ante
2 professionem intrasse non dicitur, sed velle intrare, quòd *Corn.* demùm firmat optimè in *dict. l. si quis hæredem, num. 5. & 6.* dicens *Bartolum* absq; ratione dubitasse; sic quoq; *Paul. de Castr. ibid.* adnectens, de hoc non esse iurgium formandum, quia testatoris verba cùm effectu intelligi
4 debent, & consequentèr de intellectuali ingressu professionem emittendo, cuius tantam esse vim asseuerat, quòd etsi deindè Monacus licitè, & cùm Superioris licentia ab eo exiuerit, vel aliud
5 intrauerit, remanebit tamèn legatum, & bona priori Monasterio, in quo professionem emisit, nec secundùm ius aliquod prætendere poterit, argumento *l. inter antiquam, C. de vsufruct.* hãc demùm sententiam sectantur, & vtraque manu tanquàm veriorem amplectuntur *Barbat. in cap. in præsentia, num. 114.* ibidemq; *Berous num. 554 de probation. Riminald. cons. 447. num. 9. lib. 5. Clar. § testamentum, quæst. 28. num. 6.* vbi impro-
6 prium vocat ingressum illum, qui fit professionẽ antè, sequitur *Episcop. Riccius decis. 77. num. 1. tom. 2. Surdus decis. 303. num. 4.* & exornãt *Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 83. num. 74. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 59. vers. Quocircà, Bossius de contract. matrimon. cap. 11. num. 642. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 3. num. 82. Boetilier. de successione ab intestat. cap. 2. theorem. 72. num. 2. Bellect. Disquisit. Clerical. part. 1. de bonis Cleric. § 21. num. 19.*
7 Dubitat beneuerùm hac de parte *Ias. in d. l. si quis hæredem, num. 12. & 13.* moreuè suo ab ea longissimè se ostendit, tradens, discrimen dari inter intrare Religionem, & profiteri, tanquàm duo diuersa, vt probatur in *cap. beneficium, de regul. iur. in 6.* propter quod benè dicitur, quem Religionem intrare antequàm profiteatur, cùm non dixerit, & professionem fecerit, & quamus dici possit, testatorem legando sub illa conditione,
8 *si intrauerit*, de effectuali ingressu intellexisse, scilicèt cum professione, tamèn in dubio non præsumitur, & testatoris mens fuit alia, quàm eius verba indicant, *l. labeo, § idem Tubero, D. de supplem. legat.* sicq; simplex conditio, *si Monasterium ingrediatur*, non importat, quòd professionem

Digitized by Google

nem emittere debeat, nisi exprimatur, quoniam si hoc testator voluisset, facilè ei erat exprimere, *l. vnic. §. penult. C. de caduc. tollen.*

9 Sed mirandum omninò est, virum alioquin grauissimum, & doctissimum à communi, receptaq; sententia fragilibus tantoperè fundamentis diuertisse; Quis enim tàm paruæ erit mineruæ, vt sibi persuadere possit, testatorē de simplici dumtaxàt ingressu intellexisse, ità vt sufficere voluerit, legatarium Religionem intrasse, licèt deindè ab ea exiuerit? certè nemo. Semper enim præsumendum erit, testatorem ità legasse, quatenùs Religionem ingressus fuerit, inibiq; permanserit, quod sanè fieri nequit, nisi per professionis emissionem; Nec verba naturaliter intelligi debent,
10 quotiescumq; sequeretur absurdum, prout foret, si de simplici, & naturali ingressu huiusmodi legatum intelligere velimus, nàmque naturaliter etiam dici posset, quem Monasterium intrasse, qui orandi, vel visitandi, vel per Claustra ambulandi gratia intrauerit, quod sanè ridiculum esset affirmare, qua proindè ciuili modo, & cùm effectu huiusmodi verba intelligenda dicimus.

Quid plura? certè si hæc quæ diximus indubium aliquo modo reuocari possent, (quod planè chimericum est) non tamèn aliæ desunt optimi iuris probationes, ex quibus isthæc nostra sentētia indubitata redditur: adducimus enim potissi-
11 mùm, illud, quod communiter fertur, nempè quòd Nouitius durante nouitiatus anno Religiosus propriè dici nequit, vt inter cæteros docent *Moscouius de maiestate Ecclesiæ, part. 4. cap. 2. Rodriquez tom. 3. QQ. Regular. quæst. 12. Boer. de statu Haremitarum, num. 16. Ricc. decis. 252. num. 6. tom. 2.* quia ille Religiosus nuncupatur,
12 qui tria vota Paupertatis scilicèt, Castitatis, & Obedientiæ emiserit, *Abb. in cap. dilecta, de offic. deleg. Nauarr. cons. 81. num. 12. lib. 3. de Regular. Selua de benefic. part. 1. quæst. 6. num. 9.* sed habetur, ac vbique vti sæcularis arbitratur, *Felin. in cap. cùm deputati, de iudic. Berous in dict. cap. in præsentia, num. 552. de probat. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 84. & de Arbitr. casu 436. num. 21. & seqq.* quippè quod
13 verbum *Religiosus*, etsi generale sit, includit tamèn omnem professum, vt *Gloss.* docet in *Clemēt. Religiosus, verb. Religiosus, de procurat.* tùm
14 quia habitus non facit Monacum, sed professio, & vita regularis, *cap. ex parte, de Regular. cap. quia ingredientibus, detestam. Card. Tusch. Practicar. Conclus. tom. 4. lit. H. conclus. 12. num. 1. Campan. in Diuersor. Iuris Canon. Rubr. 12. cap. 4. num. 5. Bellet. Disquisit. Clerical. part. 1. tit. de disciplina Clericali, §. 15. num. 10.* tùm etiam,
15 quia non appellatur Monacus, nec efficitur de corpore Monasterij antè professionis actum. *cap. porrectum, de Regular. Barbat. in dict. cap. in præsentia, num. 56. Fab. Turret. cons. 5. vol. 3. Magon. decis. Florent. 141. num. 2. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 3. num. 81. & seq.* vbi nostram supra expositam sententiam confirmat; id quod adeò verum esse dicit *Azor. Institut. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 2.*
16 *quæst. 10.* vt Nouitius non adstringatur præceptis, & Religionis statutis, quod etiam fuit de mente *Henriq. in summa, lib. 7. cap. 22. §. 7.* & conuallant *Doctores*, quos refert, & sequitur *Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 6. cap. 10. num. 7.*
17 ideòque haùd tenetur vt professus diuinum persoluere officium, *Bartholom. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 6. quæst. 169.* nec casibus
18 Religionis reseruatis obnoxius censetur, idem *Bartholom. à S. Fausto ibidem, lib. 5. quæst. 203.*
19 *Azor. dict. quæst. 10.* nec aliquam vocem habet actiuam, nec passiuam, *Moscouius dict. cap. 2. pag. 522.* propter quod necessaria consecutione concedendum consequitur, quod, quia vllo prorsùs modo Religiosus dici potest, tali casu haùd implera sit conditio.
20 Quinimò prædictis addimus, illa adeò veritate niti, vt si interim Nouitij bona alienari contingerit, decimę regali non subijciant, vt *Lasart.* dixit in *tract. de decimis, cap. 19. num. 50.* nec non *Rodriquez de Regularib. tom. 3. quæst. 74. art. 9.* ea
21 ratione, qua supra, quia interim Nouitius non emissa professione verè Religiosus minimè est, sed laicus; Accedit inquàm. quia nec feudum in-
22 terim amittit, provt concludunt *Dom. Reg. Tap. in Auth. ingressi, num. 16. C. de Sacros. Eccles. Consiliar. Capyc. in decis. 115. num. 13. & 14.* cæterique, quos *Carolus de Grassis* coadunat *in tract. de effectib. Clericor. effect. 4. num. 25.* De-
23 mùm, quia nec etiam Beneficia, quæ Nouitius retinebat per simplicem Religionis ingressum, & intrà probationis annum vacare dicuntur, *cap. Beneficium*, vbi *Geminian. de regul. iur. in 6.*

Idquè ipsum confirmat alia, non minùs cuidēs
24 quàm viua ratio, quia ante professionem Nouitius adeò vti sęcularis existimatur, vt si exiuerit, eidem omnia, quæ sua erant, restitui debeant, quēadmodùm *Sacrum Concilium Tridentinum* statuit *in sess. 25. de Regularib. cap. 16. in fine*, & exponunt *Dom. Reg. Tap. in dict. Auth. ingressi, verb. Sua, cap. 14. num. 16. Cald. Pereir. in l. si Curatorem, verb. Implorare, à num. 27. C. de in integr. restit. Azor. dict. par. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. Barthol. à S. Fausto dict. lib. 5. quæst. 190. Carolus de Grassis dict. effect. 4. num. 25. Campanil. in diuersor. Iuris Canonic. Rubric. 12. cap.*
25 *13. à num. 125.* vnà cùm fructibus indè perceptis, tradit *Gallet. in margarita casuum conscient. verb. Nouitius num. 5.* verùm id intelligitur de-
26 ducto victu, & vestitu. Sed quis coget supradictā Nouitio restituere, dato casu, quo Religio renueret? Respondit *Laurent. de Peirin. de Prælato, quæst. 3. cap. 1. num. 109.* quòd Episcopi id fa-
27 cient vigore *Sacri Concilij Tridentini ubi supra*, etiam cogendo per censuras Ecclesiasticas, ità quoque respondent *Nauar. in luçerna Regular. verb. Episcopus quò ad Regulares, num. 16. Vulpe in praxi fori Ecclesiast. cap. 42. num. 11.* An-
28 autem Nouitio restituendus sit habitus ipsiusmet Nouitij expensis factus? idem *Laurent. de Peirin. vbi supra, num. 107.* dicit dictum habitum ei restituendum haùd esse, benè tamèn valorem illius temporis, quo eum deponit, non quo factus est, adnectens *num. 102.* de Iustitia dari non debere habitum emptum non pecunia Nouitij, sed
29 eleemosynis deuotorum, eo fine datis, vt Religionem ingrederetur, quia cùm habitus ille eo fine datus sit, vt in Religione permaneat, cùm ab ea egrediatur, non censetur amplius illi datus, sed Religioni, cuius intuitu datus est. Priori distinctionis parte sic resoluta, vt videamus consequens est de secunda, scilicèt de casu, quo Nouitius antè professionem intrà probationis annū ab ist hac

mor-

Digitized by Google

mortali vita decessit; Itaq; ad illam peruadens.
30 Reor probabilitèr dici, conditionem impletã fore, si re vera ab initio Ingressus expressè dicauit Monasterio se, & bona sua, vel si ex coniecturis constaret, Religionem amplecti voluisse, etenim hoc casu Ingressus Monasterium eadem in
31 voluntate, quam ab initio habuit, perseuerasse videtur, *Dec.* de magis communi attestans *in cap. in præsentia, num. 23. de probation.* ità hanc partem ex multis inquit noster *Author hic*, & per ipsummet vti Arbitrum determinatum asserit, firmaruntq; *Nauarr. in Commentar. 2. de Regular. num. 49. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 184. à num. 13.* & latè *in addit. ad suum tractatum de Arbitr. casu 436. à num. 19. Gabriel Commun. Conclus. tit. de præsumption. conclus. 12. num. 13. Surd. decis. 303. num. 8.* vbi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit. num. 2.* & *Reg. Capyc. Latro decis. 118. num. 11.* licèt enim per obitum, & rebus ab humanis exemptionem
32 professio facta minimè sit, stantibus supradictis impleuisse videtur, tanquàm impeditus implere, præsertim ex quo receptum videtur, conditionẽ quomodocumq; deficere, si per honoratũ haùd
33 steterit, pro impleta haberi, eo quod stante impedimento opus etiam non effectuatum pro con-
34 summato habetur, vti rectè *Anchar.* tradit *in cons. 69. num. 8.* præterea, quia id locum obtinet,
35 tametsi conditio per quamcumq; impotentiam deficiat, etenim in ea sufficit effectus eius, qui implere debet, licèt effectus alterius facto, vel per casum sequi haùd possit, dummodò culpa casum non præceserit, nàm si is, qui impleri debuit, in implendi mora fuerit, tunc licèt posteà implementum impediatur casu, conditio, quæ semèl defecta videtur, ampliùs pro impleta minimè habetur.

PROLOGOMEN.

Probationum inopia vbi adest, deferri posse iuramentum suppletiuum deciditur ad ornatum *textus in l. admonendi sumus 31. D. de iure iurand.* ad cuius tamèn delationem ad hoc, vt validè deueniri possit, complura requisita interuenire debere demonstratur: quibus omnibus peculiaritèr elucidatis inquiritur, An iuramentum huiusmodi tàm Reo, quàm Actori deferri possit? Nùmue locum habeat, vbi sunt multi testes singulares? Et an denique succumbens priori in instantia iuramentum istud appellationis in causa obtinere possit? non sine Obseruationis aptitudine edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Iuramentum suppletiuum defertur in probationis supplementum, & num. 5.*
Quod tamèn, vt locum habeat, complura requiruntur, quæ indicantur num. 6. 9. 24. 26. 27. 30. & 33.
2 *Iudex parte petente deferri facere potest iuramentum semiplenè probanti.*
3 *Iuramentum suppletiuum cùr necessarium etiã nuncupetur.*
4 *Iuramentum suppletiuum locum non habet, vbi plenè probatum est.*
7 *Semiplenè probatum non dicitur, quando vltrà semiplenam probationẽ nonnihil probatum est.*
8 *Iuramentum suppletiuum non defertur, vbi verosimiliter plures testes haberi possunt.*
10 *Periurus semèl semper talis præsumitur.*
11 *Periurus testis esse nequit, etiam si per pœnitentiam emendatus fuerit.*
12 *Periurus ad testificandum non admittitur: nec ad inquisitionem informandam.*
Nec sufficit ad capturam, vt num 13.
Nec probat etiam, quòd cùm tortura deponeret, vt num. 14
15 *Creditum præstatur depositioni factæ in tortura, quando testis varius reperitur.*
Limitatur, quãdo testis est periurus, vt num. 16.
17 *Testis periurij ratione inhabilis omnino iudicatur.*
18 *Periurium, & testis infamia an per torturam purgetur.*
19 *Periurium quantum graue flagitium sit, traditur: ac etiam omni lege, & semper apud omnes prolibitum demonstratur.*
20 *Grauitas delicti ex pœna grauitate facilè cognoscitur.*
21 *Periurij extrà ordinem puniri solent.*
22 *Testibus, non testimonijs iudicandum est.*
23 *Testium persona potissimùm attendi debent.*
25 *Iuramentum suppletiuum hæredi non defertur.*
28 *Causa quæ parua, vel magna dicatur, in prudenti Iudicis arbitrio residet.*
29 *Iuramentum suppletiuum magnis in causis quando locum obtineat.*
31 *Quantitatis probatio inanis est, substantia legitimè, & sufficienter non probata.*
32 *Iuramentum suppletiuum circà quantitatis dumtaxàt probationem datur, quando priùs debiti substantia constaret.*
34 *Iuramentum suppletiuum post conclusionem in causa deferri potest, si ante petitum fuerit.*
Ampliatur vt num. 35. & 36.
37 *Iuramẽtum suppletiuum tàm Reo, quàm Actori deferri potest.*
38 *Verùm Reo defertur, quando tàm pro Reo, quàm pro Actore semiplenè probatum est.*
39 *Reo fauendum semper est.*
40 *Iuramentum suppletiuum Actori deferri debet, quando semiplenè probauit, Reus verò nihil.*
41 *Iuramentum suppletiuum, vbi multi sunt testes singulares, deferri non potest.*
Intellige vt num. 44.
42 *Testes multi singulares semiplenè non probãt.*
43 *Plura imperfecta ad vnicam perfectionem constituendam coniungi non possunt.*
45 *Singularitas adminiculatiua, vel cumulatiua nihil repugnans continet.*
46 *Probationes diuersæ de vno debito fieri possũt.*
47 *Testes singulares singularitate adminiculatiua, vel cumulatiua coniungi possunt ad plenam probationem inducendam.*
48 *Succumbens in priori instantia iuramentum suppletiuum appellationis in causa obtinere non potest.*
Intellige vt num. 49.
50 *Iuramẽtum suppletiuum locum minimè habet, quando contrà semiplenam probationẽ aliqua vrget iuris præsumptio*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO XXXVI.

SVbsidiatrix propemodùm præsens locus est, edocet nàmq; quòd in casu, quo probationum inopia adesset, deferri poterit iuramentum suppletiuum, seù necessarium, vt appellant Seniores nostri ad *l. admonendi sumus 31. D. de iure iuran.* & est illud, quod in probationis supplementum defertur, quando scilicèt Actor, vel Reus semiplenè tantùm probauit, quia tunc Iusdicens parte petente deferri facere potest iuramentum semiplenè probanti, per cuius iuramentum suppletur eius probatio sufficiens ad condemnationem, vel absolutionem: ideòq; necessarium nuncupatur, quia ex necessitate defertur parte petente, etiam parte altera inuita, vt probatur in *l. in bonæ fidei, vers. Oportet, C. de rebus credit.* Quo fit, iuramentum huiusmodi non deferri, nec ità posse, vbi plenè probatum est, sed vbicumq; Actor, vel Reus semiplenam habebit probationem, atq; præsumptionem, & coniecturam, defertur nàmq; in probationis supplementum, *cap. 2. de probat. Gloss. in dicta l. admonendi sumus, verb. Exacto iureiurando, Bald. in l. 1. num. 1. in fin. C. de rebus credit. Marant. in Speculo aureo, part. 6. de iuramento, & eius different num. 2. Borrell. in tit. de iurament. suppletor. Mynsing. cẽt. 1. obseru. 68. in princ. Thor. voto 35. num. 5. tom. 1. Gallupp. in praxi S. R. C. part. 2. cap. 2. num. 9.* & ibi *Dom. Verde in addit.* vndè vbi plenè probatum est, deferri nequit.

Deueniri autem ad huiusmodi iuramenti delationem ad hoc, vt validè possit, complura interuenire debere requisita, notant ICti omnes materiam pertractantes, quæ nos summo verborum compendio proponere hic conabimur, itàq; ipsorum freti auctoritatibus dicimus, requiri potissimùm, quòd semiplena isthæc probatio ex vno dumtaxàt teste omni exceptione maiore resultare debet, vti præsertim post antiquos ex recensioribus exponunt *Muscatell. in praxi S. R. C. lib. 1. part. 7. Gloss. Conclusio, num. 19. & 23. Thorus voto 35. num. 4. tom. 1.* etenim huiusmodi in casu non omnis semiplena probatio admittitur, sed requiritur, quòd vnus sit testis omni exceptione maior, & cùm diligentia examinatus, ità vt plus, quàm semiplenè probatum dicatur, quando vltrà semiplenam probationem nonnihil probatum est, vt si duo testes deposuissent, quorum alter integræ haùd esset fidei: aùt si vltrà vnum testem omni exceptione maiorem aliquæ sint coniecturæ fauorabiles, vti *Salyc. Iaſ.* & alij tradunt in *dict. l. admonendi, D. iure iurand.* hinc *Bart. ibid. num. 36.* dixit, iuramentum prædictum minimè deferri, in casu quo verosimilitèr plures haberi possunt testes, nàm si quis intentionem suam per plures testes probare potuit, haudquè ob negligentiam probauit, denegatur illi suppletorium iuramentum, *Marsil. singular. 461.* vbi id notandum esse dicit, *Ceuall. Commun. contrà Commun. quæst. 300. Mascard.* futilissimè in *tract. de probation. conclus. 954. Gaill. lib. 1. obseruat. 108. & lib. 5. obseruat. 94. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 190. & 192. & de præsumption. lib. 1. præsumpt. 82.* vbi quando sufficiat vna semens præsumptio, cùm alijs per *Facchin.* adductis in *lib. 1. Controuers. Iur. cap. 15. cùm tribus seqq.* & per *Costam de remedijs subsidiar. remed. 97. num. 1.*

9 Itèm requiri admittimus, quòd is, cui tale iuramentum defertur, sit persona honesta, & bonæ vitæ; quia aliàs personæ vili, periuro, aùt suspectę de periurio, nõ defertur, vti per Curiam Archiepiscopalem Neapol. decisum testatur *Episcop. Riccius in decis. 164. part. 1.* post alios tradunt *Marant, dict. part. 6. num. 6. Mancin. de iurament. part. 7. num. 4. Thorus dict. voto 35. num. 15. & voto 49. num. 15. tom. 2. Costa dict. remed. 97. num. 3.* & nouissimè magnus Criminalista rũ rerum practicus *Dominus Anellus de Sarno in sua praxi criminali cap. 6. num. 22. in fin.* eaquippè ratione, quia de iure præsumitur, vt qui 10 semèl fuit periurus, adhùc esse periuraturum, *Bald. in Auth. ei, qui iurat, in princ. C. de bonis author. Iudic. possid. Episcop. Riccius dict. decis. 164. num. 2.* vbi alios recenset, & probatur etiam ex testimonio *Ciceronis de Diuin.* inquiẽtis, *Vbi quis semèl peierarit, ei credi posteà, etiam si per plures Deos iuret, non conuenit.* adeò quod talis 11 periurus testis esse nequit, etiam si per pœnitentiam emendatus fuerit, vt in *cap. testimonium, de testib.* & docet *Lanfran. in cap. quoniam contrà, de probation. cap. 8. num. 74.* quem referens sectatur *Dom. de Sarno in dict. num. 22.* quia semèl periurus ad testificandum amplius non 12 admittitur, propter quod non facit inditium ad torturam, imò nec quoque ad inquisitionem informandam, *Cephal. cons. 233. num. 4. Eugen. cons. 27. Osasc. cons. 61. num. 31. Bursatt. cons. 35. num. 5.* vbi hanc esse communem præconizat traditionem, *Episcop. Riccius dict. decis. 164. num. 3. Mascard. de probationib. conc. 68. num. 5.* nec 13 inquàm sufficit ad capturam, vt *Alciat* docet *de præsumption. regul. 3. præsumpt. 10.* quem refert, & sequitur *Cephal. in dict. cons. 233. num. 5. & 8. Roland. cons. 95. num. 21. lib. 4.* nec probat etiã, 14 quòd cùm tortura deponeret, *Ruin. cons. 146. num. 4. vol. 4. Ricc. dict. decis. 164. num. 4.* vbi alios id affirmantes allegat, *Baiard. ad Iul. Clar. in §. periurium, n. 9. Dom. De Sarno d. num. 22.* nàmq; tametsi depositioni factæ in tortura credi- 15 tum præstetur, quando testis varius reperitur, *l. si postulauerit, §. sed si negauerit,* vbi *Bart. D. de adult.* limitationem tamèn recipit id, quando 16 testis periurus esset, quia tali testi, etiam in tortura testificanti, contrà tertium non creditur, nàm 17 periurij ratione omninò inhabilis iudicatur, *Dec. cons. 189. col. 5. vers. Nec obstat,* vbi, quod licèt in causa ciuili periurium, aùt testis infamia per torturam purgetur, vt fletur testis dicto in 18 tortura, secùs est criminali in causa, vbi si aliquẽ contià in tortura deponeret, ei creditum nõ præstatur; Quod herclè periurium quantum grauis 19 sit flagitium, indicant notiones, animaduersionesq; Censorũ, qui nulla de re diligentiùs, quàm de iureiurando iudicabant: indicant fœdera, quibus etiam cùm hoste deuincitur fides: indicant Leges in XII. tabulis, *cap. 8.* vbi ità scriptum extat, *Periurij pœna, Diuina exitium, humana dedecus,* & pariter indicant Sacra, Nonnè habemus in Lege Dei scriptum, *Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in vanum,* vt notatur in *cap. 12. 22. quæst. 1.* Prædicandum est etiam, inquit *Pontifex in cap. 17. quæst. cit.* vt

per-

Digitized by Google

periurium fideles caueant, & ab hoc summoperè abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in Lege, & in Prophetis, & in Euangelio prohibitum: *Immò non modò apud imbutos Christiana Religione animos, verùm apud eos etiam, quibus falsi Dij, & fictiles, iurisiurandi religio semper maxima fuit, & potentissima*, inquit *Demosth. Orat. in Beot.* nimirùm grauis pœna periuris imminere nunquàm nō credita, vt exponit *Grot. de iur. belli, lib. 2. cap. 13.* ac demùm ex pœnarum magnitudine, quas leges periuris imponunt, ostēditur, *l. si quis maior, C. de transact.* nàm delicti
20 grauitas ex pœnæ grauitate facilè cognoscitur, *Bartol. in l. Iouia, D. de accusat. Bald. in l. nemo, in fin. C. de Summ. Trinit. & Fide Cathol.* & latè de periurij pœnis pertractat *Io. Sylu. de Benefic. quæst. 2. col. 4.* ac demùm *Clarus, §. Periurium, num. 2. Foller. in fragment. num. 203. & in prax. censual. verb. Nicolaus Episcopus, num. 79. Mōtell. in prax. arbitr. part. 4. quæst. 8. num. 23. Prgs. de Franch. decis. 366. num. 16. Episcop. Ricc. Collect. 1316.* quos recensēt *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 79. num.* 32. & verba quoq; facit meo more in *tem. 2. Rit. 171. num. 4.* vbi nonnulla paritèr in periurij detestationem scribit, & periuros extrà ordi-
21 nem puniri solere, notat *Menoch. de Arbitr. cas. 319.* Hinc falsi testis in causa publici, & capitalis iudicij pœna talio, *l. 1. D. de falsi.* in alia, siue criminali, siue ciuili, pœna falsi, *cit. l. 1.* quæ, cùm publicatione bonorum, deportatio, *cit. l. 1. §. vltim. Iach. à Beust. de iureiur. num. 213.* huius autem Regni iure, in criminali iudicio, & testis, & consulentis, instruentisq; siue sit cōtrà Reum, siue pro Reo vltimum supplicium: in Ciuili verò, dexteræ manus obtruncatio, *Pragmat. 5. de falsis*, quod planè si esset in more; ò quot Scæuolas videremus! Vndè erudimur, testibus, haùd
22 testimonijs iudicandum esse, secundùm notabile *Inn. Pontificis* effatum in *cap. tua nos, de cohabit. Cleric.* propterea considerandum minimè
23 est, quid testes loquantur, sed benè eorum personæ attendi debent, an fide sint dignæ, quibus credendùm est.

24 Demùm requiri aduertimus, quòd tale iuramentum sibi deferri petens veritatem verosimilitèr sciat per sensum corporeum, *Thorus in citato voto 35. num. 15.* nec non in *dict. voto 49. num. 14. Costa loc. cit. num. 4. Marant. dict. part. 6. num. 5.* vbi dat rationem, quia ad effectum huiusmodi testi æquiparatur, vt *Gloss.* notat in *dict. l. admonendi, in vers. Exacto*, vbi quoque *Bartol. & Gloss. in dict. l. bona fidei, C. de rebus cre-*
25 *dit.* ideòq; hæredi non defertur, quia verosimilitèr negotij veritatem ignorat, vt *Marant.* addit *ibidem*, immò vehementem scientiæ præsumptionem requiri docet *Roman. in cons. 91. num. 10.* ità vt si leuis sit haùd sufficere addit *Menoch. de præsumption. lib. 1. præsumpt. 82. num. 3.*

26 Requiri quoque adnotamus ad hoc, vt validè ad huiusmodi iuramenti delationem deueniri possit, quòd talis semiplena probatio ex vno teste omni exceptione maiore resultans per contrarias probationes in aliquo elisa non sit, quemadmodū notant optimè *Bart. in l. 1. C. qui, & aduersùs quos, Roman. in cons. 91. col. penult.* quos referēs insequitur *Marant. in suo speculo aureo, dict. part. 6. num. 9.* cui se subscribit *Thor. in allegat. voto 35. num. 15.* & confirmat *Costa in dict. remed. subsidiar. 97. num. 5.* dicens requiri, quòd dicta semiplena probatio diluì, aùt obscurari nequeat præsumptione aliqua in contrarium.

27 Inquàm requiri tradimus, quòd causa, super qua est controuersia, siue disceptatio, magni haùd sit ponderis, quippè quod in causa ardua, vel criminali non defertur, prout docent *Marant. dict. part. 6. num. 7. Gargiar. singul. 9. num. 6. Costa vbi supr. num. 3. Thorus dict. voto 35. num. 15. & voto 49. num. 16. Gallupp. in praxi S. R. C. cap. 20. num. 11.* & ibi *Dom. Verde in addit. num. 45. in fin.* quæ autem parua, vel magna dicatur cau-
28 sa, in prudenti Iudicentis arbitrio residet, *Carauit. Rit. 115. num. 4.* vbi insequendo communem opinionem dixit, remittendum esse Iudi cis arbitrio, *Menoch. de Arbitr. cas. 55. num. 11. & cas. 190. Muscatell. in praxi S. R. C. lib. 1. part. 1. Gloss. Petitur. num. 29.* secùm personarum qualitate inspecta, vti *Afflict.* dixit *in Constitut. In pecuniarijs, num. 6.* sed etiam causarum, vti *Asyn.* probat *in praxi Iud. §. 3. cap. 31. num. 32.* siquidem, quemadmodum ipsemet testificatur, contingi posset, causam inter magnos viros, & diuites agitari, & tunc causa ducatorum centum modica diceretur, sicuti è conuerso inter pauperes causa vnius bouis, vel suis magna arbitraretur: idemq; confirmat *Afflict. in Constit. cùm per, num. 3.* vbi alia exponit conferentia, *Benintend. decis. 67. num. 2. & 5. Thorus dict. voto 35. num. 28.* bene-
29 uerùm magnis in causis deferri posse iuramentum huiusmodi, docet *Foller. in addit. ad Marant. vbi supr. num. 16. & 17.* primò, quando super principali causæ puncto non defertur, sed super incidenti, secundùm *Bart. & Ias. in dict. l. admonendi, D. de iureiuran.* Secundò, quando pars aduersa causam esse magnam, minimè articulauerit, tametsi in rei veritate causa magna sit, secundùm *Lanfranc. in d. l. admonendi, concluf. 35.*

30 Rursùs ad effectum huiusmodi requiri erudimur, quòd disceptatio, siue controuersia super debiti substantia non vertatur, sed super quantitate, *Costa in cit. remedio subsidiar. 97. num. 8.* alioquin secùs, cùm quantitatis probatio inanis
31 sit, substantia legitimè, & sufficientèr non probata, *Plot. de in lit. iurand. §. 36. num. 9.* solùm
32 enim datur huiusmodi iuramentum circà quantitatis probationem, quando priùs de debiti substantia constaret, non autem secùs, *Marsil. singul. 322. num. 1. vers. Scias tamèn.*

33 Tandèm, ad hoc vt validè ad huiusmodi iuramenti delationem deueniri possit, vltrà dilucidata requisita, requiri etiam concludimus, quòd illud ante conclusionem in causa petitum fuerit, cùm cæteroquin secùs esse, inquiunt *Bald. in §. itèm si vasallus, num. 8. de controu. inuest. Ruin. cons. 35. num. 6. lib. 5. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 464. in fin.* vbi de communi post *Bart. in dict. l. admonendi, num. 60. Costa vbi supr. num. 3. Thorus dict. voto 35. num. 15. & voto 49. num. 17.* Verùm post conclusionem deferri posse,
34 si tamèn ante petitum fuerit ex *Marant.* & *Carauit.* notat *Masull. ad Capyc. decis. 85. in princ.* nec non latè *Thesaur.* ipso referente per Senatū iudicatum attestans *decis. 93. Mynsing. Singul. Obseru. cent. 3. Obseru. 17. num. 9. Gaill. Practic.*

Obseruat. lib. 1. Obseru. 108. num. 4. Muscatell. in praxi S.R.C. lib. 1. part. 1. Gloss. Conclusio, num. 16. cùm alijs compluribus, quos recenset *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra ad Ritus M.C.V. Rit. 239. num. 4.* & simplicitèr illud admitti,
35 etiam petitum post conclusum, vsquè ad calculum ferendæ sententiæ, dicit *Foller. in 1. addit. ad Marant. part. 6. act. 9. num. 12.* atq; determinatum in Collaterali Consilio, recenset *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. sect. 58. num. 32.* qui de hac probatione per iuramentum eloquitur *sect. 55.* nec non post alios, quos refert, decisum in S.C. tradit laudatus *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra ibidem* in propria causa Dom. D. Vincentij sui genitoris, sub die 24. Nouembris 1654. & confirmat *Iacob. Mandell. cons. 35. num. 8. &* 9.
36 etiam ex Iusdicentis officio, parte minimè expetente, vt alijs adductis concludit noster *Author hic num. 12.* & firmant *Mascard. de probation. conclus. 954. num. 47. Borrell. in Summ. decis. part. 1. tit. 54. num. 56. & part. 2. tit. 26. de conclus. num. 74. Gaill. dict. Obseru. 108. num. 6. Intrigliol. Singul. 170.* & contrà *Capyc.* placito *Vincen. Anna singul. 283.* cui se subscribit *Dom. Petra Senior ad Capyc. decis. 35. num. 3.* & tradit *Cancer. Var. Resolut. tom. 2. cap. 8. num. 10.* vbi haùd immemor est de ista hac *Authoris* nostri decisione.

37 Hoc loco indubium reuocatur, nùm iuramentum huiusmodi tàm Reo, quàm Actori deferri possit? Equidem ex supra expositis liquet, affirmatiuè respondendum esse, & docet punctualitèr *Bartol. in dict. l. admonendi, n. 62.* quem refert, &
38 sequitur *Cancer. vbi supr. num. 27.* verùm si tàm prò Reo, quàm prò Actore semiplenè probatum sit, tunc iuramentum Reo, hàudq; Actori deferri docet doctissimus Præceptor meus R. i. *Dom. D. Francisc. Verde in loco supra allegat. num. 44.*
39 quia Reo fauendum est, *l. Artanus, D. de action. cap. veniam, 35. q. 9.* cùm notatis per me in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 1. num. 6. & 7.* si verò Actor semiplenè probauit, &
40 Reus nihil, tunc Actori iuramẽtum deferri debet vt probatio plena fiat, & illo non iurante Reus absoluitur, *l. qui accusare, C. de edend. l. frustrà l. actor. C. de probat.*

41 Ex superiùs itidèm dilucida oratione propositis constat, prænominatum iuramentum deferri haùd posse, vbi sunt multi testes singulares, etenim semiplena requiritur probatio ex vno teste omni exceptione maiore resultans, & multi testes singulares semiplenè nõ probant; quia vnus
42 alterius fidem diminuit, adeò quod duo testes, qui non sunt omni exceptione maiores, prò vno mini mè habentur, qui maior sit omni exceptione, & sic faciat semiplenam probationem: plura enim imperfecta ad vnicam perfectio-
43 nem constituendam coniungi minimè possunt, quoniam maiorem imperfectionem constituunt, sicquæ plures probationes non semiplenæ ad semiplenam probationem constituendam coniũgi nequeunt, vt in puncto tradit *Caccial. in Repetit. dict. l. admonendi, num. 221.* tametsi autem ac in re huic adhęrere soleamus distinctioni, scili-
44 cèt aùt ista testium singularitas est obstatiua, vel diuersificatiua, vbi videlicèt testes inter se cõtraria, seù diuersa attestantur, & hoc in casu locum obtinent adnotata: aùt est adminiculatiua, vel cumulatiua, vt quando ex dictis testibus nulla resultaret contrarietas, neque factorum diuersitas, immò talibus testibus licèt singularibus coadiuuaretur Actoris intentio, vt si cùm Actor proponeret mutuum de decem, testes deponerent de diuersis confessionibus à debitoribus diuersis locis
45 seù temporibus factis, quia ista singularitas nihil repugnans continet, cùm non repugnet, quòd de eodem debito debitor plures faciat confessiones, neque ex ea factorum diuersitas resultat, nàm licèt deponat de diuersis confessionibus, haùd tamèn ex hoc sequitur, quòd diuersa sint debita,
46 cùm de vno debito diuersæ fieri possint probationes; & hoc casu, quia vnus adminiculatur alteri deferri potest huiusmodi suppletorium iuramentum, vt post alios exarat noster *Author hic num. 6.* immò hoc casu non solùm dicti testes ad semi-
47 plenam probationem constituendã coniungi possunt, sed etiam, & certis casibus ad plenã probationem inducendã, vt notant *Aym. de antiquit. tempor. part. 4. & cons. 267. n. 3. & seqq. Ioseph. Ludouis. decis. Perus. 9. à n. 7. vsque ad num. 15. part. 1.*
48 Cœterùm aduertimus, succumbentem in priori instantia iuramentum istud appellationis in causa obtinere posse, vt post alios exponunt noster *Author hic num. 8. Foll. ad Marant. vbi supr. num. 20. Costa dict. remed. 97. num 10. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 36. num. 194.* quoniam in ea paritèr errores omnes purganter, qui causæ causas concernunt, & concinit pertritum illud, non productum deducam, & nõ
49 probatum probabo, dummodò postulans admitti ad hoc iuramentum per absolutoriam à Iudicij obseruatione succubuisset, quia nihil in priori instantia probatum fuisset, vel peremptà instantia in principali causa foret, alioquin secùs, *Boer. decis. 95. num. 7.* vbi quando hinc, & hinc extat se-
50 miplena probatio, vel contrà semiplenam probationem aliqua vrget iuris præsumptio, quòd locũ haùd habeat hoc suppletorium iuramentum.

PROLOGOMEN.

Eum, qui ingressus Monasterium habitu haùd susceptò donauit, intuitu tamèn Religionis ingrediendæ, solemnitatibus in *S. C. T. sess. 25. cap. 26. de Regularib.* contentis minimè adhibitis, sub dicta S.C.T. dispositione cõprehẽdi, DD. agminibus etiam recensitis, probatur: resoluto paritèr, quòd laudata S. C. T. dispositio procedat demùm in maiore XX. annis renunciante; Restrictionem tamèn pati in supremis voluntatibus traditur indè, verùm secùs esse posteà eruditur in donatione, siue renunciatione confecta in testamento per ipsum testatorem Religionem ingredi volentem, aùt etiàm ingressum condito.

RERVM SVMMA.

1 *Dispositio* S.C.T. sess. 25. cap. 16. de Regularib. *traditur.*

2 *Recensita dispositio non comprehendit illum, qui ingressus Monasterium non susceptò habitu donauit illius solemnitatibus non adhibitis etsi intuitu Religionis ingrediendæ.*

In-

Digitized by Google

Indicatur ratio num. 3.
Contrarium edocetur num. 4. & firmatur num. 15.
5 *Qualibet in dispositione tempus minimè attenditur, in quo actus perficitur, sed in quod effectus confertur.*
6 *Hæres incapax testamenti tempore institui potest cùm capax erit.*
7 *Dispositio* S.C.T. sess. 25. cap. 16. de Regularib. *frustraretur passim, si donationes, renunciationes, & obligationes, quæ fiunt ante susceptum habitum, cogitando tamen de eius susceptione, non comprehenderet.*
8 *Absurdum omnibus in dispositionibus euitandum semper est.*
9 *Lex exorbitans, & pœnalis ad alium casum, quando extendatur.*
10 *Dispositio S.C.T. sess. 25. cap. 16. de Regularib. in donantis, siue renunciantis fauorem inducta fuit.*
Et demùm ad fraudes euitandas, vt num. 21.
11 *Extensio in fauorabilibus admittitur, & num. 13.*
12 *Lex noua ità intelligenda est, vt Commune Ius minus, quàm possibile sit, lædat.*
14 *Quis quando facere dicatur donationem aliquam, siue renunciationem cogitando de Religionis ingressu.*
16 *Dispositio* S.C.T. sess. 25. cap. 16. de Regularib. *locum minimè habet in maiore XX. annis renunciante.*
Contrarium verius, vt num. 19.
17 *Professio ante XVI. annum perfectum, & ante professionis annum emissa, inualida est.*
18 *Dictiones* quoque, *& anteà quid importent, & num. 20.*
22 *Ratio eadem vbi militat, eadem etiam vigere debet dispositio.*
23 *Ratio vbicumque locum habet, lex, siue dispositio locum habere etiam debet.*
24 S.C.T. sess. 25. cap. 16. de Regularib. *pro forma requirit solemnitates inibi enunciatas, & num. 41.*
25 *forma eadem vbique esse debet.*
26 *Dispositio* S.C.T. sess. 25. cap. 16. de Regularib. *locum habet in testamentis.*
Contrarium verius, vt num. 27.
28 *Testamentum minimè continetur appellatione renunciationum, donationum, & obligationum.*
29 *Actus suprema voluntatis reuocabiles sunt.*
30 *Testamentum liberè reuocari potest.*
31 *Testamentum instrumentorum appellatione venit. Intellige, vt num. 32.*
33 *Solemnitates per S.C.T. enunciatæ an requirantur in donatione, siue renunciatione confecta in testamento per ipsum testatorem Religionem ingredi volentem, aut etiam ingressum condito.*
Affirmatiuè concluditur num. 40.
34 *Contractus in testamento validè confici, & celebrari possunt: & aliorum contractuum naturam retinent, vt num. 35.*
36 *Testamento irrito actus in eo gestus non irritatur.*
37 *Contractus naturam actus assumit, cùm quo interponitur.*
Intelligitur secundùm notata num. 44.
38 *Legatarius si sub conditione stipulatus fuerit legatum ab hærede, si antè conditionis aduentum decesserit, legatum non transmittit.*
39 *Mixtura ratione vnum alterius naturam assumit.*
42 *Solemnitates pro forma requisitæ si non seruentur, actus redditur nullus.*
43 Textus in l. 1. § si quis sub conditione, D. vt legatorum nomine, *elucidatur.*

OBSERVATIO XXXVII.

1 APùd Iurisprudentiæ maximùm peritos communi cõtrouersia discepratur quæstio præsentis loci, an scilicèt Conciliaris S.C.T. dispositio *de Regularib. sess. 25. cap. 16.* vbi disponitur, quòd nulla obligatio, seù renunciatio, etiam cùm iuramento, vel in fauorem piæ causæ valeat, nisi cùm Episcopi, vel Vicarij licentia intrà duos menses proximos ante professionem, & non aliàs effectum sortiri intelligatur, nisi sequuta professione: compræhendat illum, qui ingressus Monasterium non suscepto habitu donauit, intuitu tamèn Religionis ingrediendæ, solemnitatibus inibi contentis minimè adhibitis? Et licèt negatiua opinio communem
2 quandam extorsisse videatur sentẽtiam, quemadmodùm firmant noster *Author hic*, & in *tom. 5. Disceptat. forens. cap. 975. num. 31. August. Barbos. in remission. ad Concil. Trident. indict. cap. 16. sess. 25. de Regular. Portell. in dubijs Regular. vers. Nouitius, num. 41. Gallett. in Margarita casuum conscientiæ, verb.* Religiosus, *pag. 226. col. 1. & verb. Nouitius, Nald. in verb. Religiosus, num. 1. Frater Bortholom. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis Nouitijs, disput. 8. dub. 8. num. 4. Bartholom. à Sancto Fausto in Thesauro* Religionis, *lib. 5. quæst. 183. Quaranta in summa Bullarij, verb. Monasterium*, qui ità per Sacram Concilij Tridentini Congregationem determinatum refert, de qua declaratione etiam testatur *Passarellus in priuileg. Minimor. cap. 37.* & quoque mentionem facit *Nauarr. infrà citand.* nec non prò isthac opinione iudicatum fuisse, dicit *Rodriquez. QQ. Regular. tom. 2. quæst. 45. art. 8.* & alijs relatis comprobant *Pater Diana Resolut. moral. tom. 3. tract. 2. cap. 55. & p. 8. tract. 6. resol. 87. Pater Molfes. in comment. ad nostras Consuetud. tit. de renunciat. quæst. 16. num. 15. Vgalin. de potest. Episcop. cap. 20. §. 7. num. 3. Molin. de iustit. & iure, lib. 6. disput. 139. Cutell. de donationib. contemplat. matrimonij, tract. 1. discurs. 2. partic. 3. num. 153. Villalobos in summa, tom. 1. tract. 35. different. 17. num. 4.* idem *August. Barbos.* latè etiam Doctores cumulans *de potestat. Episcop. allegat. 99. num. 17. Costa de remedijs subsidiarijs, remed. 85. in fin. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 436. num. 4. Marta de succes. legal. part. 3. quæst. 13. art. 1. sub num. 13.* vb. etiam Sacri Concilij Tridentini declarationem refert, *Thesaur. QQ. forens. lib. 2. quæst. 56. num. 8. Garz. de Benefic. part. 11. cap. 9. num. 15. Sanchez in summa, lib. 7. cap. 5. num. 3. & 4.* vbi in fine refert Granatensis Senatus decisionem per sex Iudices, nemine eorum discrepante, ità etiam iudicatum sub die 30. Aprilis 1630. dicit *Aldan. in Compẽd. Canonic. Reso-*

lut. lib. 2. tit. 8. num. 5. Episcop. Campanil. in Diuersorio Iuris Canonici, Rubr. 12. cap. 3. num. 17. Ricc. collectan. 454. & decis. 294. part. 2. qui hanc opinionem sequitur, tueturq; & ab ea vti communi, & à Doctoribus approbata discedendum haùd putat *Episcop. Marant. in Respons. 3. & 29. tom. 4.* quemadmodùm quoque alijs relatis *Reg. Capycius Latro in decis. 31. num. 7. tom. 1.* vbi *Gizz. in addit. Reg. de Marinis tom. 2. Quotidian. Resolut. cap. 166. in fin. Dom. Consiliar. Staiban. Controuers. Iuris, controu. 85. num. 7. tom. 1.* quæ opinio fundatur præcipuè in ea ratione, nimirùm, quia Sacrosancta Tridentina
3 Synodus de obligatione, seù renunciatione post ingressum facta loquitur, qua proindè ante ingressum, tametsi illius contemplatione fiat, extendenda haùd erit, cùm sit iuris communis correctoria: propter quòd suadere dictam sententiam veram esse videantur.

4 Attamèn aduersam ex diametro sententiam edocent *Emman. Sà in summa, verb. Religio, Lessius de Iustitia, & Iure, lib. 2. cap. 41. num. 39. Nauarr. cons. 81. & 82. in tit. de Regular. lib. 2.* licèt in fine *consilij* contrarium à Sacra Congregatione resolutum fuisse referat, quòd nõ habeat locum Concilij dispositio, nisi in donatione, seù renunciatione facta post susceptum habitum, hanc etiam opinionem pro inualiditate dictæ renũciationis, tenet *Flamin. Paris. de resignat. Benefic. lib. 3. quæst. 13. num. 9.* qui refert, secundùm dictam opinionem per eamdem Sacram Congregationem declaratum fuisse, hanc quoq; sectantur *Lelius Zech. de Republic. Ecclesiast. tit. de Regular. cap. 3. num. 10. Royas in Epitome succes. cap. 7. num. 30. Azor. Instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2.* qui dicit, quòd quotiescumq; facta est renũciatio, siue donatio ingrediendi intuitu Monasterium, est in fraudem, & nullitati obnoxia, hanc etiam opinionem disputato articulo tenet *Rodriquez tom. 2. QQ. Regular. quæst. 45. art. 8.* licèt dicat, contrarium in Prætorijs iudicatum fuisse, vt suprà notatum est, *Lopez de Cõtract. lib. 2. cap. 39. notab. 5. Guttier. in cap. quãuis pactum, §. dum nuptui tradebatur, in fin. de pactis in 6. Spin. in Specul. testament. Gloss. 12. princ. num. 50. Paul. Fusc. de visitat. Eccles. lib. 2. cap. 18. num. 37. Mari Antonin. Var. Resol. lib. 1. Resolut. vltim. cas. 42.* alijq; cõplures apùd *Sanch. in Summ. tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 3. Barbos. de Iure Ecclesiast. tom. 1. cap. 42. num. 235. vers. Quamuis,* & apùd *Reg. Capyc. Latr. dict. decis. 31. num. 4.* qui in fine decisionis, secundùm hanc sententiam in S. C. decisum fuisse testatur, licèt hoc euenisse dicat, quia pars audita minimè fuit, & sequitur etiam *Layman. tract. 5. cap. 6. de vltim. volunt. num. 7.* quamuis fateatur, contrariam opinionem esse etiam probabilem, & pro ista refert *Marsiglia* declarationem Sacræ Congregationis in *dict. cap. 16. de Regul. sess. 25.* per hæc verba, *Si donatio, aùt renunciatio facta fuerit intuitu Religionis ingredienda, semper tanquàm facta in fraudem huius Canonis videtur subesse eius dispositioni.*

Dubietatem propterea, & quidem non mediocrem controuersiam istam habere, ex his comperimus profectò; Nihilò tamen minùs isthac in ambiguitate priorem sententiam nedùm considerandam, sed insimùl reijciendam præmonemus, non sola verborum confutatione, sed quidem optimi iuris suadente probatione; Scitur nàmque
5 qualibet in dispositione tempus minimè attendi, in quo actus perficitur, sed in quod effectus confertur, quia actus tempore, quo effectus producit, fieri dicitur, decidente *textu in l. in tempus, D. de haredit. instit.* vbi incapax testamenti tem-
6 pore, hæres institui potest, cũ capax erit: quamobrem, licèt donatio, seù renunciatio antè ingressum facta sit, quia illius contemplatione, & intuitu facta fuit, ità vt effectum sortiatur, ac si post ingressum facta fuisset, primum attendi haùd debet tempus, sed hoc posterius, quo attento viget Sacri Concilij Tridentini dispositio.

7 Præterea, si laudata Sacri Concilij Tridentini dispositio donationes, renunciationes, & obligationes, quæ fiunt antè susceptum habitum, cogitando tamèn de eius susceptione, non comprehenderet, frustraretur passim, faciendo scilicèt donationes prædictas, renũciationes, siuè obligationes paulò antè Religionis ingressum, vndè nè
8 hoc sequatur, præsertim quia absurda omnibus in dispositionibus sunt semper euitanda ex iuribus adductis per *Barbos.* notabilia adnectentem *de axiom. iur. vsufrequ. axiom. 2. num. 1.* dicendum est, donationes, siuè renunciationes huiuscemodi sub dicto Sacri Concilij Tridentini decreto prohiberi, quippè quod etiam lex exorbitans, & pœ-
9 nalis ad alium extenditur casum, ad quem nisi extenderetur, frustraretur, *cap. si Ciuitas, de sentent. ex lib. 7. & cap. 2.* iuncta *Gloss. in verb. Aliter facta, de vsu eod. libr.* eò magis, quia fit ad casum similem, & lumus in materia fauorabili, cùm
10 dispositio ista hæc in donantis, siuè renunciantis fauorem inducta fuerit, nè indeliberatè disponat, atquè renunciet, quo casu semper admittitur
11 extensio ex *Gloss. in l. illud, in fin. C. de Sacros. Eccles. Alexan. in l. si constante, col. 13. vers. Secundò limita. D. solut. matrim. & in l. filius familias, §. Diui, col. 9. vers. Sed ad hoc fundamentũ, D. de legat. 1.* haùd refragante, si dicatur, laudatam Sacri Concilij Tridentini dispositionem correctoriam esse Iuris Communis, propter quod nõ
12 extendenda de casu ad casum, nàm omnis noua lex ità intelligenda est, vt Commune Ius minus, quàm possibile sit, lædat, *l. 2. D. de noxal. action. Bart. in l. omnes populi, num. 6.* inibiq; *Ias. num. 62. D. de Iustit. & Iure,* cùm alijs, quos Ego ipse plena manu adduxi in meo *Synopsi Iuris Regni Neapolis, sect. 1. de Constitutionibus Regni Neapolis, Enarrat. 1.* quod luci quamprimùm tradere spero, Deus tamèn nostris si annuat votis: quippè quod id minimè procedit in materia fauora-
13 bili, in qua extensio non denegatur, *Dec. consil. 69. num. 5. vers. Cum igitùr,* quem refert, & sequitur *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 23. tit. 17. sub num. 6.*

Cùm autem quærimus, quando quis facere dicatur aliquam donationem, vel renunciationẽ cogitando de Religionis ingressu? dicimus, quòd si in dictæ donationis, aùt renunciationis instru-
14 mento mentio fiat de Religionis ingressu, sumus in claris, sin minus, sumus in dubio, & residet in prudenti Iusdicentis arbitrio, attento temporis interuallo ab obligatione ad Religionis ingressum, & perpensis alijs etiam coniecturis, quemadmodum notant *Episc. Couarr. in cap. 2. num. 5. ad finem, de testament. Guttier. in cap. quamuis*

Digitized by Google

uis pactum, verb. Dùm nuptui, in fine, de pactis, lib. 6. Boer. in Auth. Si qua mulier, C. de Sacros. Eccles. Ex his igitùr comperimus, huiuscè loci
15 determinationem, quod nempè laudata Sacri Concilij Tridentini dispositio non comprehendat illum, qui ingressus Monasterium habitu minimè suscepto donauit intuitu Religionis ingrediendæ, solemnitatibus inibi contētis haùd adhibitis; non esse optimis legum suffultam dispositionibus; At hic modò attentis prædictis dilucida oratione propositis minimè aspernenda emergit quæstio.

16 An laudata Sacrosancti Concilij Tridentini dispositio procedat in maiore XX. annis renunciante? Quam circà controuersiam tametsi *Menoch.* dicat *in tract. de Arbitr. Iudic. casu 436. num. 8.* Solemnitates dicti *cap. 16.* in ea, vel eo locum nō habere, qui, vel quæ ætatis annum XVI. excedit, ex eo quia, cùm tali casu cesset minor illa annorum sexdecim ætas à Sacro Concilio considerata, quam ad hoc aptam minimè credidit ad professionem emittendam, neq; se obligandum, vel renunciandum, iuxtà laudatam Sacri Concilij dispositionem, liberè potest se obligare, & bonis renunciare absq; Ordinarij Episcopi, vel Vicarij præsentia, siue licentia; & demùm concinat nobilis inspectio, etenim ex verbis dicti *cap. 16.* coniunctis cùm alijs verbis præcedentis *capitu-*
17 *li*, in quo inualida decernitur professio antè decimum sextum annum perfectum, & antè professionis annum emissa, copulatiuè requirere videtur, quòd scilicèt prolabuerit annus decimus sextus, & alter professionis, quarè dùm postmodùm *cap. 16.* subiungit, nulla quoque renunciatio, aùt obligatio anteà facta, &c. propter dictio-
18 nem illam, *quoque*, & illam alteram *anteà*, videtur dicendum, dispositionem illius Canonis cùm qualitatibus in antecedenti Canone positis procedere, vt scilicèt donatio, vel renunciatio facta à minore sexdecim annorum, & antè professionem, nullitatis vitio laboret, nisi infrà vltimos duos menses, & consequentèr, vt emissa à maiore valeat.

19 Nihilò tamen minùs his minimè refragātibus contrarium, & veriùs exponunt post alios *Sanchez in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap 5. num. 7. Campan. in Diuersorio Iuris Canonic. Rubr. 12. cap. 3 num. 18. Valascus de partitis, cap. 16. num. 27. Morquech de diuis. bonor. lib. 4. cap. 5. à num. 34. Guttierez Canonic. QQ. lib. 2. cap 1. num. 34. Armendariz in addit. ad Recompil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus, num. 36.* vbi decisum refert, memoratum *cap. 16.* sibi locum vendicare etiam in is, qui decimum sextum excedunt annum, & verba illa an-
20 teà facta, ad renunciantis ætatem minimè referri, sed ad duos menses proximos antè professionem; ea sanè ratione suadente, quia laudata Conciliaris
21 dispositio ad fraudes euitandas, quæ in dies per parentes, consanguineos, vel alias personas, & quandoq; per eosdem Monacos committebantur, facta fuit, vt *Nauarr.* aduertit *in cons. 8. sub tit. de donationib.* atqui fraus huiusmodi sic per prædictas personas XVII. XVIII. vel XX. annorum committi potest, sicut in eo, qui decimum sextum dumtaxàt annum habet, ac proindè cùm
22 in vtroq; eadem militet ratio, eadem etiam vigere debet dispositio, *l. illud, D. ad legem Aquil. l. si postulauerit, §. 2. D. ad l. Iul. de adult. l. illud, C. de Sacros. Eccles. Fulgos. cons. 15. num. 2. & cons. 77. num. 2. & 3.* vbi, quòd vbicumq; ratio habet
23 locum, habere illum debet lex, siue dispositio, *Card. Tusch. Practicar. Conclus. tom. 6. lit R. conclus. 31. Thom. de Thomas. in floribus legū, Regul. 299. Trentacinq Var. resolut. lib. 1. tit. de statutis, Resol. 1. sub num. 2. vers. Primò. Farinac. fragment. criminal. part. 1. lit. E. num. 51. cùm seqq.* cùm alijs pènès *Barbos. axiom. 197. num. 3. & 4.* Suadetur præterea isthæc nostra sententia
24 ex eo, quia Sacrosanctum Concilium pro forma
7 solemnitates hasce requirit, cū illis minimè seruatis actus reddatur nullus, forma autem, & so-
25 lemnitas eadem vbiq; esse debet, & non diuersa, ad *textum in l. si is, qui quadrigenta 79. §. quedam, D. ad l. Falcid.* sicq; cùm laudatum Sacrosanctum Concilium Tridentinum genericè formam dederit in Nouitijs, ex annorum multiplicitate variare minimè potest. Hactenùs de propositis controuersijs, quoniam actum est, modò de illa eamdem circà materiam, quam porrigit noster *Author hic in addit.* scribere congruit; itàq; controuersia talis est.

26 An laudata Sacri Concilij Tridentini dispositio locum habeat in testamentis? quam circà affirmatiuam sententiam licèt tueri conentur *Spin. in speculo testament. Gloss. 12. num. 50. & Castill. de vsufruct. lib. 1. cap. 68. num. 7.* scribentes, nullam renunciationem, donationem, aùt testamentum valere eius, qui Monasterium ingreditur, nisi illius decreti forma seruata: nihilominùs negati-
27 uam communiori Doctorum calculo receptam legimus, vti notant noster *Author hic in addit. num. 3. & 4. Barbos. in remiss. ad Concil. Trident. in dict cap. 16. Moneta de commun. vltimarum volunt. cap. 5. num. 11. Pater Diana Resolut. moral. part. 8. tract. 6. Resol. 87. Pater Molfes. in Commentar. ad nostras Consuetud. tit. de renunciat. quæst. 16. num. 36. Garzia de Beneficijs, part. 11. cap. 9. num. 11. Castill. de vsufruct. cap. 65. num. 7. Barbat. de diuisione fructuum, part. 2. cap. 2. num. 75. Thesaur. lib. 2. QQ. foren. quæst. 56. num. 5.* vbi hanc secundùm sententiam decisum testatur, secundùm eamdem decisum quoq; refert *Molin. de ritu nuptiar. quæst. 99. num. 26.* & comprobant sexcentis alijs relatis idē *Barbos. de Iure Ecclesiast. cap. 42. num. 234. Cauall. commun. contra commun. quæst. 63. à num. 7. & quæst. 121. num. 4. Gizz. ad Reg. Capycium Latro decis. 31. num. 4.* vbi laudat *Reg. de Marin. Quotidian. Resolut. tom. 2. cap. 196. num 2.* qui hanc sententiam probat, & secundum eamdem decisum refert per Rotam Romanam; & quidem suadetur ex eo, quia inibi de renunciationibus, donationibus, & obligationibus
28 dumtaxàt fit mentio, quarum appellatione testamentum non continetur, vt expressè edocet *Vlpianus I. C. lib. 12. ad edict.* notatus *in l. 20. D. de V. S.* ibi, *Verba, contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testandi ius?* vndè cum Sacrum Concilium Tridentinum his vtatur verbis, dicendū consequitur, testamenta, omnesq; alios vltimæ voluntatis actus comprehendere noluisse.; Præte-
29 reà, quia Doctoribus communitèr attestantibus constat, suprema voluntatis actus reuocabiles esse, inter viuos verò irreuocabilitatem sapere, idcircò in contractibus, quibus pœnitentia denegatur,

Digitized by Google

gatur, maiorem authoritatem iura requirunt, &
30 in testamento secùs, quia liberè reuocari potest, & quæ anteà libertas Nouitio concedebatur, eadem ipsa professionem antè viget.

Neque obicem facit brocardicum illud, quod per ICtorum omnium volitat ora, quòd scilicèt
31 testamentum instrumentorum veniat appellatione, & de contractibus ad vltimas voluntates, & è contrà arguere valeat, ad *text. in l. final. C. de legat.* & in *l. pactum inter haredem*, vbi *Bart. D. de pactis*, etenim respondetur manifestè, quòd nempè procedat illud eadem dumtaxàt militante ratione, *l. illud, C. de Sacrof. Eccles. l. illud, D. ad legem Aquil.* cùm adductis per *Tiraquell. in dict. l. si vnquàm, verb. Libertis.* secùs verò vbi
32 diuersa militat ratio, quemadmodùm est in casu prædicto, quia testamentum professionem antè reuocabile semper est, etiam si in Religione permanere vellet, at in donatione, seù renunciatione contrarium cautum extat, cùm illa reuocari non possit, nisi ob conditionis non impletæ defectũ, scilicèt professionis non emissæ, & sic diuersa adest ratio.

Cùmq; dixerim laudatam Sacri Concilij Tridentini Constitutionem supremis in voluntatibus locum non habere, non exilis indè dubitatio exoritur, nùm solemnitates per laudatum Sacro-
33 sanctum Concilium Tridentinum enunciatæ requirantur in donatione, siue renunciatione confecta in testamento per ipsum testatorem Religionem ingredi volentem, aùt etiam ingressum condito? Hoc opus, hic labor est. Dubiam herclè admodùm, & intricatam existimarunt nonnulli ex Nostratibus non vulgaris eruditionis, nos modò occasione isthac expostulante non remissiuo calamo de illa rescribere conabimur, verùmtamen omisso maiori apparatu, nè aliorum scripta vsurpare videamur, breui methodo de ea perage-mus, tãtò magis, quòd ad nostram rem latè displicare non spectat, nè ab hactenùs obseruato instituto recedamus; Itàque quòad rem nostram attinet.

Duo hic examinanda fore dicimus, vt pateat indè resolutio. Primò, nùm contractus huiusmodi in testamento confici possint? Secundò, an dictæ donationes, seù renunciationes in testamento contentæ sapiant vim contractus, vel vltimæ voluntatis.

34 Ad primum, nullibi dubium est, quòd contractus in testamento validè confici, & celebrari possunt, ità docente *Bartolo* huius opinionis auriga *in l. haredes palàm, §. final. D. de testament.* quem omnis interpetrũ Schola sequuta est, quos si sigillatim recensere vellem, fastidiosam nimis allegationem contexerem, paucos tantummodò accipito, nempè *Mascard. de probation. conclus.* 359. *num.* 2. *& seqq. Genuens. in practicabilib. Eccles iast. quæst.* 169. *Nouar. de incertis, & malè ablatis, priuileg.* 28. *&* 29. *Emman. Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verb. Contractus, num.* 309. *Viscont. conclusion. Iuris, verb. Confessio facta per testatorem, fol.* 38. *Card. Mãtic. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 36. ità vt, aliorum contractuum natu-
35 ram retineant, haùdq; reuocentur per aliud testamentum posteà sequens, vt animaduertunt *Bald. in l. fin. D. de rebus eor.* dicens irrito testa-
36 mento, actum in eo gestum minimè irritari, *Dinus in regula, quod semèl, de regul. iur. Ripa in l. nemo potest, num.* 34. *D. de legat.* 1. *Card. Mantic. dict. loc.*

Ad secundum, quod attinet, etsi difficilis disputatio hæc apùd *Doctores* sit, potissimùm ex *Vlpiani* loco *in l.* 1. *§. si quis sub conditione, D. vt legatorum nomine*, vbi videtur contractus natu-
37 ram actus assumere, cùm quo interponitur, propter quòd dicendum videtur, donationes hasce, siue renunciationes vltimæ voluntatis naturam sapere, cùm mixturæ ratione vna res ab altera naturalitatem recipiat: dicit nàmq; inibi *ICtus*,
38 quòd si legatarius sub cõditione stipulatus fuerit legatum ab hærede, si antè conditionis aduentum decesserit, legatum non transmitteret, eo quod stipulatio illa onus, legatiq; naturam assumpsit, & quemadmodum legatum ipsius natura inspecta transmissibile haùd erat, ità & dicta stipulatio, vt ex eiusdem *ICti* verbis liquet ibi, *Si quis sub cõditione legatum stipulatus, pendente conditione decesserit, stipulatio euanescit, quia nec legatum transmittitur, & huic stipulationi easdem causas, & conditiones inesse sciendum est.* vndè pa-
39 tet, quòd mixturæ ratione vnum alterius naturam assumit, sicq; cùm contractus in testamento confectus illius naturam assumat, si testamentum solemnitatibus per laudatum Sacrosanctum Cõcilium Tridentinum enunciatis haùd subiaceat, nec contractus in eo confecti dictis subiacent solemnitatibus.

40 Nihilominùs illam circà his minimè refragãtibus contrarium veriorem esse arbitror, quoniã solemnitates hasce laudatum Sacrosanctum Con-
41 cilium Tridentinum pro forma requirit, vt suprà dictum est, propterea ad vnguem obseruari debent, iuxtà tradita per *Bald. in l.* 2. *C. quomodo,*
42 *& quando Iudex*, & illis non seruãtis actus redditur nullus, *Ias. in l. gallus, §. quidam rectè, D. de liber. & posthum. Borrell. in Summa decis. tom.* 3. *tit.* 19. *num.* 3. *&* 4. Nequè obstat memo-
43 ratus *Vlpiani* locus, quippè quod inibi haùd proponitur casus, in quo vnus actus esset ab altero separatus, sed vnus in alterum transfusus, proindè cùm eadem conditione, quæ per priùs actui inerat, repetitus dicitur; quamobrèm malè argui-
44 tur, contractum testamenti naturam assumere, cùm sit actus separatus, haùdq; in alterũ transfusus, & per consequens cùm sint actus diuersi, solemnitatibus dicti Sacrosancti Concilij Tridentini subiacere dicimus.

PROLOGOMEN.

Statutum vbi adest disponens, quòd adhiberi debeat proximiorum cõsensus in mulierum, minorumuè contractibus, vt tunc haùd sufficiat probare, ad effectum dicendi de actus nullitate, alios adfuisse propinquiores, nisi etiam probetur, vt contractus tempore dicti propinquiores habiles essent ad consensum præstandum; quoduè de facili talis consensus adhiberi potuisset, demonstratur: quem quidem consensum si propinquiores illi absquè iusta causa præstare denegent, vt valeat Iusdicens attenta necessitate, cùmq; causæ cognitione licentiam mulieri, vel minori præbere, vt contrahere valeat, etiam edocetur.

RE-

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Proximiorum existentia de tempore contractus probata non sufficit ad annullandum contractum eorum ex defectu claudicantem, nisi etiã probetur, quòd eo tempore consanguinei, aquè commodè contractus celebrationi interuenire potuerint.*

2 *Proximiorum habilitas predicta nedùm naturalis probanda est, qua scilicèt in sanitate consistit, sed etiam, quòd eorumdem accidentalis inhabilitas, qua in occupationibus impedimẽtisq; verificatur, minimè adfuerit, & num. 7.*

3 *Sanitas in homine de iure præsumitur, & infirmitas excluditur.*

4 *At præsumptio iuris, & de iure haùd est, qua probandi onus in aduersarium transferat.*

5 *Sanitas est difficilis probationis, ideò ex circũstantijs, & coniecturis elucidatur.*

6 *Sanitas quia de iure præsumitur, sufficienter probata dicitur ex circumstantijs insimul cùm dicta præsumptione consideratis.*

8 *Proximiorum inhabilitas accidentalis in occupationibus consistens adfuisse non præsumitur, eam idcircò allegans ad mulieris, minorisue contractum substinendum probare tenetur.*

9 *Inhabilitas accidentalis in impedimentis, occupationibusq; consistens diu duratura minimè est.*

10 *Propinquus (cuius consensus exposcitur) dicitur proximior, cui de iure ab intestato deferenda est successio, & per S.C. iudicatum traditur. Ratio indicatur num. 13.*

11 *Propinquus ille dicitur, quem nemo antecedit.*

12 *Statutum disponens, quòd adhiberi debeat proximiorum consensus in mulierum, minorumuè contractibus, ad fraudibus dumtaxàt obuiandum emanatum creditur.*

14 *Statutum exigens consensum duorum, de proximioribus intelligitur, aliàs contractus nullitati est obnoxius.*

15 *Proximiores si consensum à statuto requisitum, absq; iusta causa præstare denegent, valet Iusdicens attenta necessitate, cùmq; causæ cognitione licentiam mulieri præbere, vt contrahere valeat.*

Immò tali casu fieri potest per Iudicem præceptum, quòd infrà tantum tempus assensum præstent, aliàs pro præstito habeatur. vt num. 16.

17 *Consensum præstare renuens, in casibus, in quibus cogi potest, quomodo compellendus sit.*

OBSERVATIO XXXVIII.

1 DOctissimis ICtorum votis prò indubitata eadem ipsa etiam firmatur sententia, quæ hic statuitur, nempè, stante statuto, quòd adhiberi debeat proximiorum consensus, in mulierum, minorumuè contractibus, non sufficere prò annullando actu probare, alios adfuisse propinquiores, sed requiri etiam, quòd probetur, vt contractus tempore dicti propinquiores habiles essent ad consensum præstandum, quodue de facili talis consensus adhiberi potuisset, vt concluſum tellatur noſter *Author hic* non nullos sectantes allegans, quibus addimus *Amat. decis. 46. num. 22. Thomat. decis. 68. num. 39. & sub. nnm. 61.* ambos eiusdem *Authoris* nostri Rotæ Iudices, & Auditores, *Caualc. decis 30. sub num. 5. vers. Vbi qui vult venire, part. 1. Castr. cons. 124 num. 2. vers. Secundò videdum lib. 1. Corn. cons. 241. num. 7. lib. 2. Crauett. cons. 80. num. 14. Rotæ in recens. decis. 344. sub. num. 3. & decis. 469. num 1.* nec non *decis. 677. num. 1. part. 3. & coràm Merlino decis. 310. num. 15. Tiraquell. de LL. Conub. Gloss. 8. sub. num. 51. Zacch. de obligat. Camer. quæst. 3. num. 16. Fenzon. ad Stat. Vrbis, fol. 234. num. 42.* propterea attentis laudatorum ICtorum votis.

2 Consequimur hic, nedùm sufficere probare eorumdem proximiorum naturalem habilitate in quæ in sanitate consistit, cùm licèt sanitas nulla
3 egere videatur probatione, quia de iure præsumitur in homine, cùm infirmitas sit habitus contrà naturam, *l. 1. § sed sciendum. D. de ædilit. edict. l. semèl. C. de re milit. lib. 10. Rota dict. decis. 677. num. 2.* vbi alios cumulat *part. 3. recent. Ripa in tract. de peste, tit. de preseruat. remed. contra pestem, part. 2. num. 160. Mascard.* late *de probationib. concluſ. 1289. num 1.* hæc nihilominùs
4 præsumptiua probatio de iure ità fortis, & cõcludens haùd est, vt apta sit trasferri in aduersã partem probandi onus, *Rot. dict. decis. 677. num. 2.*
5 tametsi aliàs difficilis arbitretur ista sanitatis probatio, quando tamèn ex circumstantijs testes deponunt sanitatem proximiorum de die contra-
7 ctus, ea sufficienter probata dicitur, vt ex *Io. Andrea Igneo, & Farinac.* dixit eadẽ *Rota dict. decis. 677. sub num. 1. in fine*, præcipuè huiusmodi præsumptione concurrente, quæ testium dicta coadiuuat, *Rota ibid.* Sed etiam est probanda accidentalis illa, & carentia impedimenti quæ in
7 occupationibus consistit, atquè in impedimentis quibus tales propinquiores detineri potuerint, quominùs contractui interuenirent, quoniam &
8 illa de iure non præsumitur, eo sicquè ipso, quòd per contrahentẽ huiusmodi accidentalia impedimenta adfuisse non probentur, fundata dicitur impugnantis intentio in ipsa negatiua, quòd ea scilicèt non adfuerint, vti luculenter eadem *Rota* notat *ibidem num. 4.* & sequitur *Beltramin. in annotat. ad decis. Gregor. 406. num. 19.* tradens rationem, quia cùm eiusmodi impedimenta diù
9 duratura non sint, eorum finis, exitusquè erat expectandus; hoc autem sufficiens est, vt contractui innitens probare debeat huiusmodi impedimenta adfuisse, & quidem talia, quę necessariò longo tempore detinere potuissent consanguineum, seù proximiorem ad habendum commoditatem interueniendi contractui, & quorum cessatio breuiter speratura minimè erat, vt is qui censetur *Lamberteng. de contractibus mulierum, Gloss. 12. num. 5.*

Huiusmodi autem stante statuto necessarium
10 haùd esse proprinquorum omnium consensum, sed proximiorum dumtaxàt, & propinquorum, quibus de iure ab intestato deferenda foret successio, decreuit in vna facti contingentia nostrũ S.R.C. quemadmodum memorandus *Regius S. C. Consiliarius Nicolaus Antonius Gizzarellus* testatur in *decis. 63. num. 1.* ex auctoritate, & doctrina *Iacobi Butrig. in l. 1. C. vndè vir, &*

vxor.

Digitized by Google

vxor. quod quidem nullam prorsùs habere difficultatem mihi videtur, & diligenti intellectu
11 conſideranti patet, ſiquidem propinquus, ille nuncupatur, quem nemo antecedit, vt *Paulus I.C.* inquit *lib.7. QQ.* notatus *in l.proximus* 92. *D.de V.S.* & demũ quia ſtatutũ huiuſmodi ad mulie-
12 res inhabilitandũ emanatũ minimè eſſe credẽdũ eſt, ſed ad fraudibus dumtaxàt obuiandũ, nè ſcilicèt mulieres ex earum ſimplicitate fraudentur, quia ob earum ſimplicitatem crebriùs, & ipſæ mulieres decipiuntur, vt ad propoſitum in *Epiſt. Phyllidis ad Demophoontem Ouidius* cecinit.

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit.
Sum docepta tuis, & amans, & Fœmina verbis:
Dij faciant, laudis ſumma ſit iſta tua,

ſicquè illorum propinquorum conſenſus ſufficiens eſt, quibus de iure ab inteſtato deferenda eſſet
13 ſucceſſio, cùm non ſit veroſimile, quòd facilitèr, & ſinè cauſa alienationi conſentiant, prò vt in puncto exponit *Angel. in conſ.* 170. dicens, con-
14 tractum à muliere geſtum cùm duorum conſenſu, qui non erant proximiores, nullitati eſſe obnoxium, quia ſtatutum propinquorum conſenſum exigere intelligitur ad remouendas fraudes, nàm quilibet remotiſſimo in gradu de facili prębere poſſet conſenſum: habentur enim de facili, inquit, (vt nos docet experientia) nouellæ malitiæ, & calcatæ fides in non valdè propinquis, vt nullius vtilitatis foret ſtatuti prouidentia, & conſilium, ſi quilibet remotiſſimo in gradu conſenſum prębere poſſet, quem commendans ſequitur *Tiraquell. de legibus connub. Gloſſ.* 4. *num.* 5. & alios recenſens ſectatur *Conſiliar. Gizzarell. vbi ſupra, num.* 5. *cùm ſeqq.*

15 Confert his omnibus, vt videamus, nùm, ſi huiuſmodi propinquiores requiſiti abſque iuſta cauſa conſenſum præſtare denegent, valeat Iuſdicens attenta neceſſitate, cùmque cauſæ cognitione licentiam mulieri, vel minori prębere, vt contrahere valeat? quod etſi fuerit controuerſum, affirmatiua tamèn ſententia mihi placet, quam prę-cœteris ſectantur, *Abb. in cap. nullus, num.* 1. *de iure patronat.* & in *cap. tua, num.* 3. *de Cleric. reſid. Felin. in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 20. *de Conſtitut. Bald. in l.* 1. *num.* 3. *& in l. vidua, num.* 4. *C. de nuptijs, Reg. Valenz. conſ.* 132. *num.* 27. *tom.* 2. & citatus *Abb, in dict. cap. nullus* per illum *textum* generalitèr inquit, quòd ſi aliquis abſque iuſta cauſa conſentire renuit, eiuſque requiratur conſenſus ad contractus, ſiuè actus perfectionem, apùd Superiorem haberi poterit recurſus, vt ipſe conſenſiat, vel ad conſenſiendum
16 compellat: immò hoc in caſu per Iuſdicentem præceptum fieri ſolet, quòd infrà tantùm tempus aſſenſum præſtet, aliàs habeatur prò præſtito, ſic deciſum in S.R.C. teſtatur *Præſ. de Franchis deciſ.* 310. quem latè ſequitur ibi *Dom. de Luca in Obſeruat.* nec non *Fontanell. de pactis nuptialib. clauſ.* 6. *Gloſſ.* 3. *part.* 5. *num.* 5. *cùm ſeqq. & tom.* 1. *deciſ.* 152. *&* 153. Sed quomodo renuens
17 præſtare conſenſum, in caſibus, in quibus cogi poteſt, compellendus ſit? duo docentur remedia alterum per pignorum capturam, alterum verò, quòd pronuncietur, vt conſenſus habeatur prò præſtito, de quibus videndi ſunt *Præſ. de Franchis vbi ſupr.* inibiquè *Dom. de Luc.* ad quos me remittere conſultiùs putaui, nè vel rem ſatis latè à petitis præcipuè Regniculis Ego indoctus quidẽ adoleſcens reſcriberem, tantò magis, quod ad noſtram rem latè id enucleare non ſpectat.

PROLOGOMEN.

Bonorum omnium præſentium, futurorumq; donationem quacumq; ex cauſa factam de iure valere, & ſubſiſtere peculiaritèr probatur, reiecta communi Doctorum Pragmaticorum Schola ſe fundante in ſolemni *Iuliani I.C.* Reſponſo in *l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61. *D. de verbor. obligation.* quod clarè elucidatur, & eorum ſententiam non probare oſtenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Donatio bonorum omnium præſentium, & futurorum nulla eſt.*
Contrarium verius, vt num. 3.
2 Auctor *maximi facit receptas opiniones, verùm eas, quando contradictionem habere agnoſcit, in medium proferre, minimè audet.*
4 *Donationis in materia non adeſt diſcrimen inter bona præſentia, & futura.*
5 *Quidquid naturale conceſſum, & permiſſum eſt, legibus id ſemper, & in infinitum, & conceſſum, & licitum intelligitur, niſi in quantum viciſſim à legibus, & moribus reſtrictum eſt, & num.* 9.
6 *Donare nos poſſe res noſtras naturale eſt.*
7 *Quis, vt de rebus ſuis pro libito diſponat, conforme eſt rectæ rationi.*
Et etiam legibus permiſſum, vt num. 8.
10 *Donandi ius vt ad præſentia tantùm bona reſtrictum ſit, in toto Iuris corpore hàud legitur.*
11 Textus in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. D. de verbor. obligation. *elucidatur.*
12 *Pactum de futura ſucceſſione eſt contrà bonos mores: quemadmodum etiam cogere aliquem ad diſponendum de rebus ſuis, vt num.* 13.
14 *Voluntas humana de ſui natura mutationi ſubiecta ad mortem vſque.*
15 *Donatio bonorum omnium liberam teſtandi facultatem adimit.*
Contrarium verius, vt num. 16.
17 *Teſtamentum facere velle non videtur, qui alteri bona ſua donat.*
18 *Lex illa, quæ ſunt contrà bonos mores, approbare non poteſt.*
19 *Teſtamentum quis condere poteſt, licèt nihil proprij habeat.*
20 *Conuentiones, quæ libertatem, teſtandiq; facultatem directò impediunt, improbatæ ſunt.*
21 *Teſtamenti factio quibus ex actibus amittatur.*
22 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ex cauſa matrimonij facta valida eſt.*
Ampliatur, vt procedat etiam ſi facta ſit Eccleſia, vel alteri loco pio, vt num. 23.
Itidèm, quoties illorum bonorum vſusfructus reſeruatus fuerit, vt num. 24.
25 *Librorum multitudo animum diſtrahit.*
26 *Scriptores ex allegatorum copia laudandi minimè ſunt.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO XXXIX.

SEnescere videtur potiùs, quàm pubescere præsens locus pertractans articulum, an donatio bonorum omnium præsentium, & futurorum sit nullitati obnoxia, & licèt communis Doctorum Pragmaticorum quidem Schola omnium bonorum maximè futurorum donationes non valere asserat, tanquàm testandi facultatis impeditiuas, iuxtà solemne *Iuliani I. C.* Responsum in *l. stipulatio hoc modo concepta* 61. *D. de verbor. obligat.* vbi *Bart. Angel. Castrens. Alexan. Ias.* Rip. & cæteri Interpetres, cui opinioni post alios, quos laudant, subscripserunt *Clarus in* §. *donatio, quæst.* 19. *Paul. Rub. decis.* 21. *part.* 9. *recent. Gamm. decis.* 339. *Fontanell. decis.* 242. *Petr. Duenn. Regul.* 229. *Cancer. Var. Resol. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 74. *Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestat. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 116. *Nicol. Mozz. de donation. sub tit. de reb. quæ donari possint, vel non, D. Dominicus Antunez Portugal de donationibus iurium, & bonorum Regiæ Coronæ, tom.* 1. *lib.* 1. *prælud.* 2. §. 3. *num.* 20. *Guttierez de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 16. *Olemand. ad disput. Gipharij* 12. *num.* 2. *Alexan. Trentacinq. lib.* 3. *Resolut.* 3. *de donation. Facchin. lib.* 6. *Controuers.* 87. *Dom. Consiliar. Hodierna lib.* 1. *Controuers. forens. cap.* 29. *num.* 32. *Reg. Rouit. tom.* 2. *consil.* 86. vbi *Dom. Altimar. in addit. Dom. de Luca ad Præs. de Franchis decis.* 168. *num.* 1. vt proindè nefas videatur hodiè à prædicta communi tot PP. traditione Senatus Consulto approbata recedere.

2 Attamèn Ego, licèt receptas opiniones maximi faciam, non tamèn sum veritus ab eo sanè die, quo ad scribendum animum appuli, si quando eas cõtradictionem habere agnouerim, in medium proferre, vt saltèm ansam præbeam Lectoribus perspicaciùs intueri, meaq; errata corrigere, credo etenim quod errem, non abnuo, consentiendum tamèn mihi erit errata ingenij mei tenuitati adscribenda fore, non fidei! veritatis etenim indagatio cordi mihi semper fuit, & erit quousquè manus calamum rexerit; Vtquè igitùr è semita ad viam redeam, contrariam sententiam, vtpotè
3 expressis legum suffultam dispositionibus, veriorem esse existimo, quam etiam tenuit subtilissimus *Anton. Faber de errorib. Pragmatic. decad.* 48. *error.* 6. & tuetur eius assecla *Schifordegher. lib.* 1. *tract.* 13. *quæst.* 1. *& seqq.* nec non sequuntur *Harpprect. ad Clar. dict. quæst.* 19. *à num.* 2. *cùm seqq.* vbi alios recenset, *Coras. miscellan. lib.* 6. *cap.* 17. *Vasq. Controu. vsufreq. cap.* 62. *num.* 2. alijq; relati per *Castill. Controuers.* 53. *num.* 39. *lib.* 4. quibus nouissimè accedit doctissimus Præceptor meus *Reu. Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodidaschal. lib.* 2. *tit. de donationib. num.* 635. & licèt nonnulli ex suprà recẽsitis Doctoribus asserant, quod prædicti Doctores contrarium sequentes ideò id effecerunt, vt suorum ingeniorum acumen ostenderent, & sibi ipsis, & suis famam, & gloriam, difficilia valdè defendendo, comparatent: nihilominùs ipsa quidem sententia, quam nos sectamur, euidẽtissimis probationibus, concludentissimisq; rationibus elucidatur.

4 Et quidem primò, etenim præsentia inter, & futura bona nullum discrimen adesse in materia præcipuè donationis, compertũ in Iure legimus, vt in *l. si quis argentum* 35. §. *sed si quis Vniuersitatis, & §. seq. C. de donation. l. si vnquàm* 8. *C. de reuocand. donation. l. omnes*, 17. §. 1. *D. quæ in fraudem creditor. l. si totas*, 5. *C. de inoffic. donat. l. in ædibus*, 9. §. 1. *D. de donation.* quibus in legibus indistinctè omnia bona donari posse decernitur: immò quidquid naturale concessum, &
5 permissum est, legibus id semper, & in infinitum intelligitur, & concessum, & licitum, nisi in quãtum vicissim à legibus, & moribus restrictum est, argumento *leg. Gracchus* 4. *C. ad legem Iuliam de adulter.* at nos donare posse res nostras
6 est naturale, §. *per traditionem* 40. *Elementorum Iuris, lib.* 2. *tit.* 1. *de rer. diuis.* & donationem istã iure naturæ valere, docet nunquàm ad exuberãtiam laudatus *Dom. D. Ioannes Caramuel* dignissimus Satrianensium, & Campanienſium Episcopus *in lib.* 2. *Theol. moral. num.* 615. nàm
7 est conforme rectæ rationi, vt quis de rebus suis pro libito disponat: pro qua libertate standum est, quamdiù clarè de oppositio non constat, & hoc maximè si quis Deo seruire velit, sequendo Domini nostri IESV CHRISTI consilium, *nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet.* Atque
8 etiam legibus permissum, vt in toto *titul. D. & C. de donation. l. in re mandata*, 21. *C. mandati, l. nemo*, 9. *C. de Iudæis, cap. vnic. per quos fiat inuestitura*: igitùr, & semper, & in infinitum donare
9 possumus, nisi in quãtum à legibus hoc ius reperiatur restrictum; iàm verò nullibi in toto Iuris corpore legitur, donandi ius restrictum ad om-
10 nia præsentia tantùm bona, quasi scilicèt omnia præsentia, haùd etiam futura donare possimus; vndè donatio bonorum omnium præsentium, & futurorum valida est.

11 Neq; audactèr quis insurgat dicendo, adesse indicatum *Iuliani I. C.* Responsum *in dict. l. stipulatio hoc modo concepta* 61. *D. de verbor. obligat.* etenim cùm *Dom. Verde vbi supr.* respondetur duplicitèr, & quidem primò, quia *ICtus ibi*
12 dumtaxàt dixit, pactum de futura successione esse contrà bonos mores, vt diligenti intellectu consideranti patet, quod herclè alienum est à casu nostro; Secundò, quia in allegato *Responso* testandi facultas haùd tollitur, sed dumtaxàt libertas, ità vt, quis condat testamentum necessitate coactus, quod est contrà bonos mores, cogere
13 scilicèt aliquem ad disponendum de rebus suis, cùm quilibet de re sua liberè disponere debeat, vt etiam perbellè notat *D. Marius Cutelli* videndus *in tract. de donation. contẽplat. matrim. tom.* 2. *discurs.* 1. *special.* 1. *num.* 5. vbi quòd *ICtus ibi* non dicit, bonorum omnium donationem nullitati obnoxiam esse, sed dumtaxàt affirmat, stipulationem pœnalem corruere, per quam quis aliquem hęredem instituere cogitur, ex quo aliàs impediretur libera illa voluntas, quæ de sui na-
14 natura mutationi subiecta est vsq; ad vltimum vitæ afflatum, *Ambulatoria enim est voluntas defuncti vsque ad vitæ supremum exitum*, inquit *Vlpianus I. C. lib. XXXIII. ad Sabinum*, notatus *in l. Quod si iterum* 4. *D. de admen. vel trãsfer. leg.* & comprobat *Idemmet ibidem* relatus *in l. cùm hic status* 33. §. *Oratio, D. de donation. inter vir. & vxor.* in verbis illis, *Et perseuerantem*

tem in ſupremum diem voluntatem eius ſpectare nos oportet, & infrà, *Vt ſi duraverit voluntas vſque ad mortem, valeat donatio.* At id equidem à noſtra controuerſia alienum valdè eſt, in qua quis liberè de rebus ſuis, deq; ipſa teſtandi facultate, donando, diſponit.

15 Quamobrèm minùs obſtat potiſſimùm Pragmaticorum omnium fundamentum, cùm dicant, talem donationem, omnium bonorum nempè liberam teſtandi facultatem adimere, quod iure fieri nequit, & eſt contra bonos mores, ex *l. pactum* 15. *D. de pactis*, *l. ius publicum* 38. *D. eod.* Nàm reſpondetur manifeſtè, primò quidem,

16 quòd in cuiuslibet arbitrio ſit, teſtari velle, vel non, argumento *l.* 1. *D. qui teſtam. facer. poſſ.* idcircò alteri, qui bona ſua donat, non videtur velle facere teſtamentum, vndè etiam dici nequit,

17 quòd donatio iſthæc eius faciendi teſtamentum voluntatem tollat, aùt quomodolibet impediat. Secundò, quia ſi reddere ſe impotentem ad teſtàdum, eſſet contrà bonos mores, à lege approbari

18 non poſſet, nàm lex illa, quæ ſunt contrà bonos mores approbare nequit; ſed de facto approbat actum, per quem ad teſtandum quis redditur impotens, vt eſt actus arrogationis, & profeſſionis, *l. qui in poteſtate*, 6. *D. qui teſtam. facer. poſſ. Auth. Ingreſſi*, *C. de Sacroſ. Eccleſ. §. illud* 12. *Inſtit. de adopt.* vndè ſe inteſtabilem reddere contra bonos mores minimè eſt; Tertiò quoniam conſtat, quòd tametſi quis nihil proprij habeat, teſtamentum nihilominùs de rebus etiam alienis, ve-

19 luti commodatis, præcario acceptis, cæteriſq; condere poſſit, vt probatur ex *titul. D. pro herede*, *Dom. Verde vbi ſupr. num.* 643. immò ipſum teſtamentum, & hæreditatem conſiderari in eo certum eſt, qui nihil in bonis reliquit: neque id prorsùs ſine vtilitate aliqua dicendum erit, etenim qui teſtari poteſt, poterit (licèt nullum ipſe in bonis habeat) dare Tutorem filio ſuo exhæredato, *l.* 3. *D. de teſtam Tutor. Clar. lib.* 3. *recept. ſentent. §. teſtamentum, queſt.* 22. *num.* 3. *Dom. Verde dict. num.* 643. itèm ſubſtituere filio ſuo pupillariter, *l.* 2. *D. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Dom. Verde dict. loc.* quòd tamèn facere non poſſet, niſi teſtamenti haberet factionem.

20 Hinc propterea erudimur, illos dumtaxàt actus, conuentioneſq; iure improbatas eſſe, quæ libertatem, teſtandiq; facultatem directò impediunt, vel in contrarium præcipiunt, iuxtà *tex. in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61. *D. de verbor. obligat. l. pactum* 15. *C. de pactis*, *l. ex eo inſtrum.* 4. *C. de inutil. ſtipulat.* vndè cùm per huiuſmodi donationes directò non agatur, verumtamèn per indirectum, & in conſequentiam tantùm, donator teſtari nequeat, meritò in conſiderationem venire haùd ſolet, *l.* 1. *D. de author.*

21 *& conſenſ. Tutor.* ità enim paterfamilias arrogari poteſt, *§.* 1. *Inſtit. de adopt.* ingredi Monaſterium, *Nouell.* 5. *de Monach.* & ſeipſum vendere, *§. ſerui*, 4. *verſ. aut iure Ciuili*, *Inſtit. de iure perſonal. l. & ſeruorum*, 5. *D. de ſtat. homin.* quibus tamèn actibus teſtamenti factionem amitti patentèr legimus *tot. tit. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, *l. qui in poteſtate*, 6. *D. qui teſtamentum facere poſſunt*, *Auth. Ingreſſi*, *C. de Sacroſ. Eccleſ. §. illud*, *Inſtit. de adopt.*

22 Immò ſi in contrarium allegatum fundamentum vigeret, qua ratione defendi poterit, quòd donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ex cauſa matrimonij facta ſit valida, vt ex *Oldrad.* tradit *Boer. in deciſ. Burdegal.* 353. *num.* 10. & prę cæteris ſequuntur *Molin. de Hiſpanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. *Caſtill. Controu. Iur. lib.* 4. *controuerſ.* 53. *num.* 35. *Dom. Altimar. dict. conſ.* 83. *num.* 11. & aliorum fultus auctoritatibus latè tuetur *D. Marius Cutelli de donation. cõtemplat. matrim. tom.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 1. *per tot.* Quoduè eadem donatio Eccleſiæ, vel

23 alteri loco pio facta etiam ſubſiſtat, vt per *text. in l. iubemus*, *C. de Sacroſ. Eccleſ.* exponunt *Bart. in l. fin. num.* 13. *C. de pactis*, *Epiſcop. Couarr. in Rubr. de teſtament. part.* 2. *num.* 7. *Ludouiſ. deciſ. Peruſ.* 93. *num.* 8. *Præſ. de Franchis deciſ* 168. *num.* 2. *Guttier. de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 7. *Tiraquell. de priuileg. pia cauſa*, *priuil.* 100. vbi *Thor. & Ricc. Addentes*, quos ſequitur *Dom. Altimar. vbi ſupr. num.* 8. & alios addens amplectit *Cutell. dict. loc. num.* 9. nec non *Buratt. deciſ.* 7. *num.* 3. *Cancer. Var. Reſolut. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 67. *Andreol. Controuerſ.* 2. *num.* 23. *& controu.* 209. *num.* 4. quos ſectatur *Dom. de Luca ad Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 168. *num.* 4. Igitùr omni iure aſſiſtente concludendum conſequitur, donationem huiuſmodi bonorum omnium tàm præſentium, quàm futurorum quacũq; ex cauſa factam, de iure valere, & ſubſiſtere.

Certò tamèn omni *DD.* in Schola certiùs indubitata illa ſententia eſt, donationem huiuſmodi, etſi bonorum omnium præſentium, & futurorum, ſubſiſtere, quoties illorum bonorũ vſuſ-

24 fructus reſeruatus fuerit, vti dixit *Paul. Caſtrẽſ. in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta*; *num.* 3. quem *Molin.* miratur *vbi ſupr. num.* 20. quòd Scribentes ad hoc communitèr allegare non ſoleant, cùm ſit præcipuus huius opinionis Author, & qui illam meliùs declaret: profitẽtur id ipſum *Raph. Cuma*, *Alex. Iaſ.* & cæteri *Scribentes* communitèr *in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta*, vbi ſignanter citatus *Alex. num.* 19. dicit, quòd ità in conſulendo, & iudicando tenendum eſt, ità; etiam *Roland. conſ.* 65. *num.* 5. & 6. *Crauett. conſ.* 222. *num.* 2 & 9. vbi in fine inquit, hanc opinionem de iure, & æquitate veriorem eſſe, *Menoch. conſ.* 92. *num.* 43. vbi, hanc quoq; veriorem, magiſq; receptam atteſtatur, & communem profitetur *Clarus in §. donatio*, *queſt.* 19. *in fine*, nec non *Fontanell. de pactis nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 22. *num.* 2. *cùm ſeqq.* adnectens *num.* 7. hanc ſententiam amplexum fuiſſe eius Senatũ, ità demùm deciſum refert *Gamm. deciſ.* 166. & receptum eſſe teſtatur *Præſ. de Franchis in deciſ.* 549. *ſub num.* 2. ibi, *Similitèr receptum eſt apud nos, hanc donationem valere, quando facta eſt reſeruatio vſusfructus, vel alicuius quantitatis?* quod priùs etiam approbauerat in citata *deciſ.* 168. *num.* 4. quem ſequitur inibi alios congerens *Dom. de Luca*, nec non cæteri, quos laudat *Dom. Altimar. vbi ſupr. num.* 21. quos nec affero, ſed ad inſtitutum dumtaxàt conſtituo, cùm oneret Diſcentem turba, non inſtruat, multòq; ſatiùs ſit paucis Auctoribus ſe tradere, quàm per multos errare, atque di-

25 ſtrahat animum librorum multitudo, faſtidientis ſtomachi quoq; ſit multa deguſtare, quæ vbi varia ſunt, & diuerſa coinquinent, non alant; probatos ità; ſemper legendos, & ſi quãdo ad alios

Digitized by Google

diuerti libuerit, ad priores redire consuluerit *Seneca de tranquillitate vitæ*, & in *Epistolis*, *epistol.* 1. nostrorum tamèn temporum deploranda calamitas ad id magis laboriosiùs, quàm vtiliùs
26 intendit, magnoq; applausu (bone Deus) recensiores Scriptores ex allegatorum copia satis laudatos vidimus.

PROLOGOMEN.

Meris in liberalitatis actibus læsionem considerari haùd posse præponitur: vndè compertum esse traditur, de ea rationem habere minimè deberi in ingrediente Monasterium: quapropter à congruæ dotis, legitimæquè supplementi petitione excludi filiam etiam eruditur, si cùm Monialis efficitur, dotem Monasterio dari solitam recepit.

RERVM SVMMA.

1 *Dolus in volente, & consentiente haùd consideratur.*
2 *Donatio est actus voluntarius, & gratuitus.*
3 *Læsio in contractibus, & correspectiuis actibus tantùm consideratur.*
4 *Læsio in donatione non cadit.*
Restringitur in donatione correspectiua, vt num. 12. *&* 16.
5 *Substantiæ diminutio est de natura donationis.*
6 *Læsio non consideratur in ingrediente Monasterium, qui ob paupertatem seruandam donat.*
Stante præsertim Religionis more, vt num. 7.
8 *Dos, quæ datur Moniali secundùm consuetudinem Patriæ, & Monasterij congrua dicitur, & num.* 10.
9 *Dotata congruè excluditur à petitione supplementi legitimæ.*
11 *Dos loco legitimæ succedit.*
13 Textus in l. 2. C. de rescind. vendit. *locum habet in donatione remuneratoria.*
14 *Læsio consideratur in renunciatione facta alicuius dati, vel remissi respectu.*
15 *Donatio remuneratoria propriè donatio non est.*

OBSERVATIO XL.

1 NVllum considerari dolum in volente, & consentiente, rescribunt *Cæsares in l.* 34. *C. de transact.* ibi, *Cùm donationis, seù transactionis causa administratæ tutelæ debiti, scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec vnquàm volentibus dolus inferatur.* qui planè *textus* cauillari non potest, nullamq; admittit responsionem: idem ait *Vlpianus I. C. lib.* 66. *ad edictum*, notatus *in l.* 188. *D. de regul. iur.* ibi, *Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt.* licq; dolus in consentiente excluditur: At donatio est
2 actus voluntarius, & gratuitus, nàm *Donari videtur, quod nullo cogente iure conceditur*, vt inquit *Papinianus I. C. lib.* 9 *Responsorum*, relatus *in l.* 83. *D. de regul. iur.* & tradit etiã *Iulianus I. C. lib.* 16. *Digestorum*, notatus *in l.* 1. *D. de donationib.* Vndè in donatione nulla læsio considerari potest: præsertim quia illa solùm considera-
3 tur in contractibus, & correspectiuis actibus, quando scilicèt aliquid datur ab vna parte, & aliquid etiam recipitur ab altera, vtputà in emptione, permutatione, transactione, & similibus, secùs verò in actibus, qui ex causa lucratiua, & in his, quibus obligatio est ab vna tantùm parte, procedunt; propterea tàm in donatione, quàm in
4 omnibus actibus mera liberalitate factis, aliquã læsionem considerabilem non esse, communi, irrefragabiliq; calculo ICti omnes tradidere in *Repetit. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* & post alios hanc sententiam sectantes sequuti sunt *Reg. Ronit. in cons.* 13. *sub num.* 16. *tom.* 2. *Anchar. cons.* 433. *in fin. Alex. cons.* 125. *num.* 7. *lib.* 1. *Syluan. cons.* 13. *num.* 3. *Corn. cons.* 36. *col.* 2. *& fin. lib.* 1. *Marc. Anton. Eugenius in cons.* 3. *num.* 51. *Io. Baptist. Cost. in cons.* 18. *num.* 55. *Cancer. Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 223. *& seqq. Carena Variar. Resolut.* 6. *num.* 6. *Andreol. Controuers. tom.* 3. *cap.* 239. *num.* 82. *& seqq. Molin. de Hispanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 30. *Ciarlin. Controuers. lib.* 2. *cap.* 124. *num.* 22. *cùm seqq. Author noster Disceptat. forens. tom.* 5. *cap.* 952. *num.* 26. *&* 27. *Andreol. Controuers.* 6. *num.* 7. *D. Dominicus Antunez Portugal de donationibus iurium, & bonorum* Regiæ Coronæ, *tom.* 1. *lib.* 1. *pralud.* 2. *sub num.* 41. *vers. Quamuis, Dom. Consiliar. de Rosa Consultat.* 38. *sub num.* 41. *& sub num.* 44. *vers. Secundò*, alijque, quos nouissimè refert, & sequitur *Dom. Rodoerius, consil.* 7. *sub num.* 2. vbi etiam notat hoc taliter verum esse, vt contrarium affirmare sit absurdum, quò grauiùs in Iure dari nequeat, quod etiam dicit *Costa de fact. scient. & ignor. in consil. posito sub distinct.* 91. *num.* 2. *cent.* 1. cùm cæteroquin si in simplici donatione daretur læsio, omnes rescindi
5 possent, & impugnari ex eo prætextu, quòd substantiam diminuant, quia id de sui natura important, cùm ex liberalitate, & propriæ substantiæ diminutione promaneant.

6 Ex his equidem comperimus, id certè certiùs procedere in ingrediente Monasterium, qui ob seruandam paupertatem, vouendamq; Religionem vult profiteri, paupertatem quærit, & eligit, vt omni iure assistente decisum noster testatur *Author hic*, propterea admittendus non erit ad quærendum bona illa, & diuitias, quarum relinquendarum causa vitam monasticam elegit: stante præsertim generali omnium ferè Religio-
7 num consuetudine, secundùm quam solent Religionem ingressuri ad patrum, fratrum, &c. fauorem renunciare, illisq; sua bona donare, reseruata dote pro Monasterio, & aliquo annuo redditu, quo casu ab dubio minùs talis læsio consideratur, *Aym. cons.* 938. *num.* 8. *vers. Secundò respondetur, lib.* 5. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 37. *num.* 10.

8 Hinc porrò dictum dignoscimus illud, nempè, congruæ dotis supplementum haùd dari Moniali, seù Monasterio, in quo illa est ingressa, si soluta fuerit dos dari consueta, quamuis sit nimis exigua, & modica attenta familiæ dignitate, patrimonijque quantitate, & habito respectu ad dotes sororibus nuptis assignatas, quemadmodùm alijs adductis latè tuetur noster *Author hic in addit.* eruditè probat *Episcop. Couarr. in cap. quamuis*,

Digitized by Google

pactum, de pact. in 6. 3. part. recollect. §. 2. num. 5. vers. Cæterùm si verum est, vbi adducit huius sententiæ *Dec. cons. 31. Crauett. cons. 160. in princ.* sequuntur *Io. Guttier. in dict. cap. quamuis, verb. cùm nuptui tradebatur, num. 1. Stephan. de Gaieta in consuetud. si moriatur, fol. 100 lit. A. Prouenzal. ibidem, obseruat. 1. per tot. & Fontanell. de pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 5. Gloſſ. 8. part. 1. num. 56.* dicens, ſufficere debere moniali habere ea, quæ cæteræ habent moniales: ità quoque *Vaſqu. de ſucceſſ. creat. part. 2. §. 18. num. 100. Reg. Rouit. conſ. 42. num. 3. tom. 1.* & deciſum teſtatur *Præſ. de Franchis in deciſ. 44.* nec non præter cæteros, quos ſciens prætereo, exponit mirabiliter Ill. Dominus Regens, & S. C. Præſes *D. Franciſcus Merlinus Pignatellus* Marchio Ramontis emeritiſſimus, ac omni virtute, vitæque probitate præditus in *centur. 1. Controuerſ. forenſ. cap. 3. num. 6. & per tot.* quem non minus ſanguinis coniunctione, quàm ſuo fœlici ingenio illuſtrauit eius Nepos, & alumnus Illuſtriſs. *Dom. D. Carolus Calà*, digniſſimus Diani Dux, & in Supræmo Italiæ Conſilio emeritiſſimus Regens, vir quidem conſpicua nobilitate clariſſimus, vitæ integritate eximius, omniumque ſcientiarum genere præditus, & decoratiſſimus, quem humili oratione in patronum deprecor, vt doctrina, & Auorum nobilitate, qua decoratur, me inopem, veluti indignum ſeruum veris diuitijs, præcipuè Iuriſprudentiæ, ditet.

9 Vndè verſum eſt, cùm congruè dotata dicatur, vel quia pater dotauit, vel quia habuit dotem Monaſterio dari ſolitam, à legitimæ ſupplementi petitione excludi, prò vt conſuluit *Curt. ſenior in conſ. 80.* quem & alios referens, ſequitur laudatus *Ill. Dom. Regens D. Franciſc. Merlin. ibid, num. 9.* nec non *Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 3. gloſſ. 7. part. 1. num. 55.* vbi tradit, attẽdẽdas minimè eſſe dotantis facultates, vbi mu-
10 lier dotem Monaſterio dari ſolitam acceperit, etſi minor legitima fuerit, quòd quidem in Regno fortiùs procedit, cùm receptum ſit, dotem,
11 quæ filiæ, vel ſorori datur vigore *Conſtitut. In aliquibus* ſuccedere loco legitimæ iuræ naturæ debitæ, vti inibi docent *Andr. de Iſern. col. 8. & Afflict. num. 26. Conſiliar. Paſchal. de virib. patriæ poteſtatis, part. 2. cap. 4. num. 180. Dom. Reg. Merlin.* alios congerens *vbi ſupr. num. 10.* & cæteri, quos Ego ipſe adduxi in meo *Synopſi Iuris Regni Neapolis. ſub tit. de Conſtitutionibus Regni Neapolis, ſect. 1.* quod Deo adiuuante luci tradere ſpero.

12 Ex ſuperiùs autem enucleatis dicendum videtur, læſionem conſiderari poſſe, ſi donatio correſpectiua fuerit ad aliquã causã, putà reſpectu alicuius dati, ſeù remiſſi, per illum cui donatur, quoduè *Bartol.* docet *in conſ. 90. num. 1. lib. 2.* dicens, quòd quando aliqua donatio, ſeù iurium remiſſio fit, etiam per minorem ex mera liberalitate haùd alicuius dati, vel recepti reſpectu, locum nõ
13 habet diſpoſitio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ſecùs ſi fiat reſpectu alicuius recepti, ſeù remiſſi, quia tunc præſumitur, quòd donans, ſeù renuncians exiſtimauerit illud, quod recepit, æquiualens eſſe rei per eum donatæ, ſeù renunciatæ, quoduè aliàs non donaſſet, ſeù renunciaſſet, ſequitur illum laudans *Stephan. Bert. in conſ. 46. num. 6. vol. 2.* comprobantq; *Pinell. in Repetit. d. l. 2 C. de reſcind. vẽ-dit. part. 1. cap. 4. num. 4. Curtius Iunior conſ. 121. num. 14. Dec. conſil. 180. num. 4. & 5. Menoch. conſil. 8. num. 71. Tiraquell. in l. ſi vnquàm, verb. Donatione largitus, num. 81. Card. Tuſchus PP. Concluſ. lit. D. Concluſ. 713. & ſequ. Larrea deciſ. 66. num. final. Auguſtinus Barboſa* optimè ſermocinans *Voto 25. num. 64. Maſcardus de probationibus, concluſ. 1186. num. 10.* quos recenſet nouiſſimè Clariſſimus, Doctiſſimuſq; Penamacorenſis I. C. *D. Dominicus Antunez Portugal in ſuo celeberrimo tractatu de donationibus iurium, & bonorum Regiæ Corona, tom. 1. lib. 1. prælud. 2. num. 41.* & ſectari etiam videtur *Aretin. in l. qui ſuperſtitis, D. de acquir. hared.* inquiens, læſionem cauſari non poſſe in
14 renunciante ſimpliciter, ſecùs reſpectu alicuius dati, vel remiſſi, niſi ei dictum eſſet, quòd bona, quibus renunciabat, modici eſſent valoris, ſicquè ad renunciandum inductus eſſet: quamobrem
15 donationem huiuſmodi conſiderato effectu, haùd donationem propriè, ſed contractum innominatum, dixere *Honded. conſ. 42. num. 24. vol. 1. Peguer. deciſ. 193. num. 9. & ſeqq. tom. 1.* quos laudat, & ſequitur *Iacobus Cancer. dict. cap. 15.*
16 *num. 230.* propterea in ea læſionem conſiderari poſſe, adnotarunt *Bartol. conſil. 90. num. 2. lib. 1. Paulus de Caſtro conſil. 18. vol. 1. Curtius Iunior Conſil. 141. num. 14. Corneus conſil. 161. num. 8. & 9. lib. 3. & conſil. 179. num. 11. verſ. Dato autem, lib. 4. Crauett. conſil. 192. num. 2. Dec. cõſil. 180. & 181. Menoch. conſ. 80. n. 20. cùm ſeqq. & conſil. 1211. num. 10. vol. 3. Morot. conſil. 28. num. 18. & 19. Honden. conſil. 42. num. 23. & 24. lib. 1. Mandell. Albenſ. conſil. 81. num. 55. Surd. conſil. 46. num. 16. vol. 1. Camill. Borell. conſil. 4. num. 3. Durand. deciſ. 121. num. 20 Noguerol. Allegat. 34. num. 23. Ciryac. controu. 322. n. 87. Coccin. deciſ. 222. n. 3. Durand. deciſ. 121. n. 20. Andreol. Cõtrouerſ. 366. n. 16. Anton. Faber in C. lib. 4. tit. 30. de reſcind. vendit. definit. 8. Fontanell. de pactis nuptialib. tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 14. num. 24. Marta de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 14. art. 5. num. 21. Ciarlin. Controu. lib. 2. cap. 124. ſub. num. 21. verſ. Etenim in donationibus, Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 21. num. 3. cum ſeq. Caput. in conſuetud. ſi moriatur. num. 6. circà med. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 3. num. 33. Caſtill. Quotid. Reſolut. lib. 3. cap. 2. num. 3. Dom. Conſiliar. de Roſa dict. conſult. 38. ſub num. 41.* & nouiſſimè poſt alios latè probat *Dom. Ioan. Leonardus Rodoerius in conſil. 7. per totum.*

PROLOGOMEN.

Donatarij hæredes donante ſuperſtite vt ad donationem admittendi ſint, ex pluribus demonſtratur: reſoluiturquè ex eo porrò, feudum à patre matrimonij contemplatione filio donatum, illo præmortuo, ad patrem redire debere: & quid fore dicendum de annua donatione, nùm ſcilicèt illa paritèr ad donatarij hæredes tranſmittatur donante viuẽte? etiam edocetur adhibito diſtinctionis moderamine.

RE

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Donatio per filiam patri facta ad patris præmorientis hæredes transmittitur.*
2 *Donatio pura ad omnes, & quoscumque hæredes transmittitur.*
3 *Donationis puræ natura est, vt ad donatarij hæredes vadat.*
4 *Pater succedit filio in bonis per eum donatis insimul cùm fratribus vtrinque coniunctis, & per S.C. iunctis Aulis decisum traditur.*
5 *Feudum à patre filio donatum contemplatione matrimonij, illo præmortuo ad patrem redit successionis iure.*
6 *Pater es alienum filij prædecedentis soluere tenetur, cùm succedit feudo à se filio donato, & & num. 8.*
7 *Feudum per donationem antiquum esse non desinit.*
9 *Releuium soluere tenetur pater post filij obitum.*
10 *Releuium successionis ratione soluitur.*
11 *Donatio annua ad hæredes donatarij præmorientis transmittitur, quando stipulatio pro se, & hæredibus interuenit.*
12 *Donatio annua pro priori anno pura, pro sequẽtibus verò conditionalis dicitur.*

OBSERVATIO XLI.

1 NOtabilitèr presenti concluditur in loco, donationem per filiam patri factam ad patris præmorientis hęredes transmitti, nàmque donatio pura inter viuos ad
2 omnes, & quoscumque hæredes etiam extraneos transmittitur, ità vt donatario præmoriente, illius hæredes admittantur, *l. si quis argentum, §. final. C. de donation. Roland. cons. 77. num. 12. vol. 1.* hec enim est donationis puræ natura, vt
3 perpetua sit, ad hæredesquè donatarij vadat, nec ad donantem reuertat, vt noster *Author* exponit in *tom. 3. Discept. forens. cap. 554.* comprobatq; *Gabriel Pereira* iudicatum attestans *in decis. 98.* & sequitur nouissimè *D. Dominicus Antunez Portugal in suo tract. de donationibus iurium & bonorum Regiæ Coronæ, tom. 1. lib. 1. prælud. 2. §. 1. sub num. 75.*
4 Hinc è conuerso firmatur, quòd si facta fuerit filio donatio à patre, & filius eo viuente decesserit, ipsa donatio ad patrem donantem haùd reuertitur, sed in illa alij succedunt fratres in simùl cùm patre, non vti donans, sed vti vnus ex legitimis hæredibus, prò vt dilucidant *Crauett. consil. 102. Gomez. ad l. 22. Taur. vbi Tellius num. 19.* quos refert, & sequitur *D. Marius Cutelli de donation. contemplat. matrimon. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 5. num. 35.* & iunctis duabus S.G. Aulis determinatum testatur *Dom. Præs. de Franchis in decis. 59.* cui se subscribunt inibi *Dom. de Luca in Obseruat. Dom. Consiliar. Hedierna ad Surdum decis. 154. num. 16. Viuius decis. 421. Fontanell. de pactis nuptialib. clausul. 4. Gloss. 7. part. 2. num. 52. Guttierez de iurament. confirmat. part. 1. cap. 4. num. 8.* atque concinit pergrauis *Decisio III. eiusdem Præsid. de Frãch.* vbi determinatum legimus, feudum à patre
5 matrimonij contemplatione filio donatum, præmoriente filio redire debere ad patrem haùd regressus, sed successionis iure, vti tenuit *Andr. in cap. 1. quid iuris sit. si vasallus post alienationem feudi id recuperet, sub num. 6. in fin. in cap. 1. de eo, qui finem fecit Agnato, sub num. 1. & sub num. 3. in cap. 1. de nat. succ. feud. num. 7. in fin. in cap. 1. qui successf. teneant, num. 7. prope fin. in cap. 1. per quos fiat inuestit. sub num. 9. in cap. 1. de alienat. feud. patern. num. 8. in fin. & in Constit. Regni, Vt de successionibus, in Gloss. sub vers. Fratres, propè finem.* ità vt persoluere teneatur onera per filium interim contracta, pro vt
6 *Dom. Regens Moles in loco infrà citando, num. 44.* per S.C. decisum refert pro Ill. Domina D. Sueua Gesualda cõtrà Comitem Policastri, qui olim refutauerat feudum eius filio, & latè quoque dilucidant *Reg. de Ponte de potestate Proregis. tit. 8. de refutation. à num. 1. per tot. Reg. Rouit super Pragm. 1. de titul. abus. Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. resolut. 126. & tom. 2. resolut. 189. num. 36.* & *Dom. de Luca in obseruat. ad dict. decis. 3. Præs de Franch.* ea potissimùm ratione suadente, quia feudi dominium per donationem in filium transit tàm prò se, quàm prò descendentibus *cap. 1. de alienat. feud. pat.*
7 & feudum antiquum esse non desinit, ex quo regulariter, vbi refutatur feudum sub quauis cõtractus specie, siuè donationis, aùt venditionis in proximè successurum semper antiquum remanet, & dicitur veteris inuestituræ potiùs continuatio, quàm nouæ formæ introductio, *Zas. cons. 13. per tot. Amicang. QQ. feudal. 5. num. 14. Reg. de Ponte dict. tit. 8. de refutat. num. 37.* propterea quando prædecedit filius donatarius, pater qui
8 donauit, vti proximior agnatus succedet, & persoluet æs alienum filij, *Giurb. de success. feud. §. 2. gloss. 12. num. 9.* & demùm, quia, hoc in casu pa-
9 ter post filij obitum a releuij solutionem tenetur, prout *Andr.* docet *in cap. 1 §. sed & res, alias incipit, sed & plures, 10. col. vers. Et tunc pater, per quos fiat inuestit.* ad quem locum se remittit in *tit. de alienat. feud. pater, §. & si libellum, §. col. in fin.* & sequuntur *Afflict. in Constit. Regni, Constitution. Diuæ Memoriæ, in 3. not. ab. verb. & idem dicebat. Andr. Giurb. vbi supr. §. 1. gloss. 12. num. 55.* atquè post *Paridem de Puteo*, alios què lectatur *Præs. de Franch. dict. decis. 3. num. 3.* & ibi *Dom. de Luca num. 2.* nec non complures auctoritates, & decisiones cumulans comprobat, *Dom. Capanus de iure releuij, cap. 2. & 18.* & reijcit *Frecciam de sub feud. lib. 1. auth. 3. n. 13.* malè existentem patrem à releuij solutione; quod quidem etiam in R. C. sub die 18. Decembris 1570. maxima cùm discussione determinatum fuit, vt testatur memorandus *Dom. Regens D. Anibal Moles in suis QQ. tit. de iure releuiorum, §. 21. quæst. 2. n. 20.* quas ad communem omnium vtilitatem optimo quidem adiuuante voto tijpis mandari curauit Clarissimus huiusce nostri ævi I. C. *Dom. D. Franciscus Moles* laudati *Regentis* Pronepos, qui ætate adhùc florensi, meritis magis quàm annorum grauitate matura, nobilissimo genere natus, in Equitum Calatrauensium numerum ascitus, indè propter eius virtutem, vitæque probitatem M. C. V. in criminalibus Iudex electus, & post alia postmodùm ab Inuictissimo, Potentissimoq; Rege Catho-

tholico D. N. Regiæ Cameræ Præsidens euocatus fuit, quod quidem munus ad præsens laudatissimè gerit, vndè ad maiora fastigia promouendum esse exoptamus; At releuium ratione dumtaxàt successionis soluitur, vt latè *Præs. de Franchis, & Capan. dictis locis*, vndè in feudo donato, vti proximior succedet pater, sicq; iure successionis, haùdq; regressus, & per consequens cùm onere æs alienum filij soluendi.

11 Quoties autèm quæratur, an donatio annuali casu ad hæredes donatarij transeat? tametsi hac in re varia varij dixere; respondeas, donationem huiusmodi ad donatarij hæredes transire, quoties in ea stipulatio pro se, & hæredibus intercessisset, secundũ tradita per Scribẽtes in *l. sancimus, §. final. C. de donation. Capyc. in decis.* 203. alioquin secùs, quia donatio huiusmodi sub conditione nempè, *si vixerit donatarius*, conce-
12 pta præsumitur, quocircà pro priori anno pura dicitur, pro sequentibus verò conditionalis, vt alibi hoc in eodem Opere quoq; adnotauimus, & per consequens ad hæredes non transmittitur.

PROLOGOMEN.

Dispositionis causa cessante, quia cessat dispositio, idcircò donationem ob Monasterij ingressum reuocari ob causam non sequutam, contrarijs facillimè explosis, firmatur, antè tamèn professionis actum, & cùm de egressu liquidò constat: quæ conclusio extenditur, vt locum sibi etiam vendicet stãtib. clausulis *Ad habendum, possidendum, vendendum, alienandum, &c.* atq; illis alteris *Liberè, purè, & simpliciter, cùm promissione non reuocandi.*

RERVM SVMMA.

1 *Dispositionis causa cessante cessat dispositio. Intellige, vt num. 6.*
2 *Donatio ob ingressum Monasterij reuocatur, si donans ex* Religione *egrediatur.*
Constabilitur ex S. C. T. determinatione, vt num. 26.
Verùm intellige antè professionis actum, vt num. 27.
Et dummodò professio valida existat, vt num. 28.
Item, quando de egressu liquidò constat, vt num. 31.
3 *Donans donare intelligitur firmo manente Religionis proposito.*
4 *Dispositio qualibet* rebus sic stantibus *facta intelligitur.*
5 *Donatio intuitu ingressus facta donationi mortis causa assimilatur.*
7 *Causa finalis quanam dicatur, & num. 8.*
9 *Causa impulsiua quando finalis efficiatur.*
10 *Vna causa cessante effectus non cessat altera manente.*
11 *Ingressus Monasterium causa finalis dicitur in materia præcipuè donationis.*
12 *Amoris paterni vis, & effectus mirus est.*
13 *Parentes venerari maximè decet, & eos charissimos habere debemus.*
14 *Causa, quæ ad agendum impellit, impulsiua dicitur.*
15 *Clausula* Ad habendum, possidendum, vendẽdum, alienandum, &c. *dominij translationem inferunt.*
16 *Clausula prædicta de Notariorũ stylo in instrumentis apposita censentur.*
Item in executiuis tantùm, vt num. 17.
Et posita in dispositiuis, rebus sic stantibus *intelligi debent, vt num. 18.*
19 *Clausula* liberè, purè, & simpliciter, cùm promissione non reuocandi, *donationem simplicem non faciunt.*
Ampliatur, vt num. 21.
20 *Donatio simplex nõ dicitur, quando causa præcessit.*
22 *Donatio reuocari potest, tametsi pactum adsit de non reuocando donationem ex ingratitudinis causa, si illa per dolum sequatur.*
Ampliatur, vt procedat etiam stante iuramento, vt num. 24.
23 *Pactum, vt donatio reuocari non possit etiam ex ingratitudinis vitio, nullum est.*
25 *Iuramentum futurum dolum non remittit, nec delinquendi occasionem præbet.*
29 *Professio si ratificata fuerit, ratificata censetur donatio illius occasione facta, & num. 30.*
32 *Potentia actui proxima pro actu multoties habetur.*
33 *Potentia differt ab actu.*
34 *Potentia, quæ ad actum non deducitur, vana est.*

OBSERVATIO XLII.

1 PEr omnium ICtorum ora regulam volitare comperimus, quòd nempè dispositionis causa cessante, cesset dispositio, ex *textu in cap. cùm cessante, de appellationib. in l. generaliter, C. de Sacrosanct. Eccles. in l. 1. in fin. D. de donationib. & in l. adigere, §. quamuis, D. de iure patronat.* ísthac herclè freti erudimur, donationem ob Monasterij ingressum
2 reuocari ob causam non sequutam, contrà conclusionem præsentis decisionis, etenim talis donatio intuitu, ingressusq; contemplatione facta, ob causam facta dicitur, ea igitùr cessante deficit etiam ipsa dispositio; præsertim quia etiam do-
3 nans donare intelligitur firmo manente Religionis proposito, cùm non sit verosimile, quòd donare voluisset, si ad sæculum redire credidisset, *Abb. in cap. quod à te, num. 3. vers. Vt professionem, & num. 4. vers. Secunda solutio, de cleric. coniug.* cùm alijs, quos sequitur noster *Author loco infrà citando, num. 4.* prout regulare est, vt
4 quælibet dispositio etiam iurata tacitam contineat conditionem, rebus sic stãtibus, *l. quod Seruius, D. de condit. ob caus. Tiraquell. in l. si vnquam, in præfat. num. 166. C. de reuocand. donation. Surd. decis. 236. num. 13. & 289. num. 12.* vbi alios conglomerat, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 4. num. 68. Giurb. ad Statut. Messan. cap. 2. gloss. 5. num. 15. Author noster Discept. forẽs. tom. 1. cap. 96. num. 23. Facchin. Controuers. lib. 12. cap. 24. Cyriac. Controuers. 481. num. 39. Larr. Allegat. 50. num. 23.* & nupèr hanc nostram sententiam latè comprobans inquit pariter *D. Dominicus Antunez Portugal in tract. de donationibus iurium, &*

bo-

Digitized by Google

Bonorum Regiæ Coronæ, tom. 1. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 98. At propositum huiusmodi per egressum ex Religione cessat, vndè, illam corrui, tanquàm defecta conditione, dicendum euenit, quemadmodùm & quoq; latè sententiam hanc comprobat noster *Author Disceptat. forens. tom. 5. cap. 971.* quem laudans sequitur memoratus *D. Dominicus Antunez Portugal dict. §. 1. num. 99.* vbi etiàm tradit, donationem huiusmodi in-
5 tuitu ingressus factam donationi mortis causa assimilari, & sicùt hæc morte confirmatur, ità illa professione inita, quod itidèm dixerant *Surd. consil. 171. num. 7. & decis. 166. num. 9. Dom. Regens Tapia in Repet. Auth. ingressi, verb. Ideoq; nec de his, Molin. disputat. 289. num. 6. Azor. Instit. Moral. lib. 11. tit. de donat. cap. 10. quæst. 8. Augustinus Barbosa lib. 4. Decretal. tit. 20. cap. vltim. num. 21. Rebell. de obligat. Iustit. par. 2. lib. 6. quæst. 13. Frãc. Molinus de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 1. num. 9.* & post eos omnes *D. Marius Cutelli de donationibus contemplat. matrim. tom. 1. discurs. 2. particul. 3. num. 2.*

6 Neque obijcere valet, indicatam regulã, quòd nempè dispositionis causa cessante, cessat dispositio, procedere, quando illa est causa finalis, haùd impulsiua, iuxtà *text.* decisionem *in l. 2. §. final.* vbi *Gloss. & Bart. D. de donation.* etenim etsi conscij simus, id verum esse, chimericum attamèn est, id hoc in casu asserere, siquidem illa dicitur
7 causa finalis, & vera, quæ arctat dispònentis animum ad faciendum, & sinè qua aliàs facturus non fuisset, vt do tibi decem, vt eas Romam, aliàs non daturus, & hac quidem cessante, cessat effectus, *cap. cùm cessante, de appellation. cap. magnæ in fine, de voto, l. si pecuniam, D. de condit. ob causam*, & ità præcæteris luculentèr exarant *Cardinal Mantica* omninò videndus *in tom. 1. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 12. num. 20. & seqq. Episcopus Maranta in tom. 1. Respons. 15. num. 13.* At causa, quæ arctat ad huiusmodi
8 faciendam donationem est perseuerantia in Religione, seù Monasterio per professionis emissionem; vndè causa dicitur finalis, & per consequẽs ea cessante cessat dispositio; Immò, quando causa est talis, qua cessante quis facturus, siue donaturus haùd esset, semper tunc finalis dicitur, & si
9 impulsiua foret, ea qualitate adiecta, finalem effici, statuunt *Bald. in l. falsam, num. 2. C si ex fals. instrum. Burs. cons. 304. num. 10. lib. 3. Fabius de Anna cons. 134. num. 12. lib. 2.*

Quamobrèm minùs obesse dicimus, nostri *Authoris* ponderationem *hic n. 4.* quòd id nempè haùd procedat, quando donatio nedùm est facta simplicitèr ob causam ingressus, sed etiam ob amorem, quo ingressus patrem prosequebatur,
10 nàm licèt cesset vna causa, de qua in dispositione, non per hoc cesset effectus, seu dispositio altera manente, *§. Affinitatis, Element. Iur. de nuptijs.* Respondetur enim manifestè, etenim, si do-
11 nationis causam in genere sumptam consideramus, quis sanæ mentis negauerit? aùt asserere arbitrauerit? quin fuisset ingressus, quæ planè causa finalis dicitur, vt supra extricauimus; Si verò consideramus, quare patri, haùdq; alteri donaue-
12 rit, hęc vis est paterni amoris, cuius effectus, vt mirus sit, quis abnuat? vndè *Plato 4. de LL.* inquit, *In verbis per totam vitam parentes venerari*
13 *maximè decet*, & *Cicero post redit. ad Senat. Parentes charissimos habere debemus, quòd ab his vita, patrimonium, libertas, Ciuitas tradita est,*
14 quæ causa impulsiua dicitur profectò, quia ad agendum impellit, *l. 1. §. sexum, D. de postul. Bart. in l. 2. §. vltim. D. de donation. & in l. demonstratio, §. quod autem, num. 19. D. de condit. & demonstrat. Card. Mantic. dict. tit. 12. sub num. 21.* consequentèr si per è Monasterio egressum causa finalis donationis cessauit, dicendum est illam extinctam fuisse.

Vndè neq; aduersari erudimur, quod idemmet *Author* noster *hic num. 6.* exponit, nempè, quòd
15 abdubio sit contrarium amplectẽdum, vbi clausula adest, *ad habendum*, scilicèt, *possidendum, vendendum, alienandum, &c.* cùm illicò dominij translationem inferat, vt notant *Crotus in l. qui Romæ, §. duo fratres, D. de verbor. obligat. Soc. cons. 9. nu. 33. vers. Nonò, lib. 1. Card. Tusch. Practicar. Conclus. lit. C. conclus. 297. num. 7. Theodos. de Rubeis in Singularibus Rotæ tom. 2. part. 4. claus. 4. §. 3. Borrell. in Summa decis. tit. 36. num. 19.* Quippè quod omisso, quòd nonnul-
16 li nostræ Iurisprudentiæ Periti tenent, clausulam hanc de Notariorum potiùs stylo, quàm à partibus appositam censeri, vt per *Dec. in cons. 3. num. 151. lib. 1. Rimin. iun. in cons. 80. num. 42. vers. Me mouet, lib. 1. Pedem. decis. 164. num. 2.* Respondetur, clausulam illam, & similes, in exe-
17 cutiuis, haùdq; in dispositiuis positas esse, sicq; dispositionem non alterant, vt latè *Osasch. in decis. 164.* & quatenus etiam essent in dispositiuis,
18 intelligi debent, rebus sic stantibus, & dummodò donantis status non mutetur, sed firmum remaneat Religionis propositum, ob quod principalitèr fuit intentio, animusq; donandi, *Natt. cõs. 50. num. 2.*

19 Ex quo equidem consequimur, nostram sententiam locum sortiri, quamuis donatio fuita sit clausula, *liberè, purè, & simpliciter, cùm promissione non reuocandi*; etenim huiusce clausulæ vis restringitur, vt nempè donationem simplicem nõ faciat, quando expressa fuit causa donantis commodum respiciens, *Dec. in l. si donatione, col. 6. ad med. vers. Simpliciter notandum est, num. 24. C. de collat. Sura. cons. 407. num. 40.* vbi notat,
20 quòd quando præcessit causa, donatio simplex non dicitur, quidquid partes dicant *purè, simpliciter, & liberè.*

21 Itidèm, vt procedat, tametsi promissio facta fuerit, de ratam semper habendo donationem, illamq; non reuocando, etiam si è Religione exire contingeret, quemadmodùm *Socc.* docet *in cons. 183. n. 3. lib. 2.* cùm hoc ideò dixerit donans, quia firmitèr credidit, se è Religione egressurum non esse, cum cæteroquin præsumendum minimè sit, velle suis bonis spoliatum in sæculo remanere, sicq; clausula huiusmodi donationis naturam nõ
22 alterat: exemplo pacti de non reuocando donationem, etiam ex ingratitudinis causa, quod do-
23 nationis reuocationem minimè tollit, si illa per dolum sequatur, & nullitatem pacti tradit *Dom. Verde in sua Pantonomodid. lib. 2. tit. de donationibus sub num. 671. ex Ripa in l. fin. quæst. 54. num. 180. C. de reuoc. donat. Bart. ibid. num. 3.* vbi etiam *Bald. num. 11. Speculat. in tit. de donation. verb. Quod si actum sit, Tiraquell. in l. si vnquam, in præfat. num. 140.* idq; etiam stante
24 iurisiurandi religione, firmant *Tiraquell. ibid. num.*

Digitized by Google

num.155. Bocer. de donation. cap. 3. num. 39. Gutierez. de iuramẽt. confirmat. part. 1. cap. 10. num. 5. Dom. Verde d. num. 671. nàm iuramentũ
25 nec aliquid operatur, cùm ex eo verus dolus futurus remitti non valeat: & delinquendi occasionem præberet, vt notat *Io. Andr. ad Speculat. in dict. tit. de donation.* quem laudat *Dom. Verde ibidem.*

26 Quæq; igitùr diximus tergiuersari haùd possunt, præsertim quoq; ex S.C.T. dispositione in *sess. 25. de Regularib. cap. 6.* vbi cautum legimus, quòd omnia bona renunciata, seù donata restituantur, & Monasterium repellit, si expensas factas petierit, nè huius causa inuoluntariè in Religione permaneat, ibi, *Nè hac occasione discedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem substantiæ suæ Monasterio possideat, nè facili discesserit, id recuperari possit.*

Hoc verumtamèn in loco animaduertendum dicimus, dictam nostram tot rationibus, tantisq; Auctoritatibus firmatam, probatam, declaratãq;
27 conclusionem, siue sententiam procedere professionis antè actum dumtaxàt, etenim post illum donationem rescindi haùd posse, firmant Doctores innumeri, quos *Augustinus Barbosa* manuducit *in tract. de Iure Ecclesiast. tom. 1. cap. 42. num. 237.* benè verùm sufficiens minimè est, vt
28 professio fiat, sed requiritur, vt valida existat, quemadmodùm rectè resoluunt *Laurẽt. de Peirin. de priuileg. Regular. tom. 1. Constit. 2. Sixti IV. num. 78.* cœteriq; penès eumdem *Augustin. Barbos. ibidem, num. 238.* & si nulla emissa fue-
29 rit, illa ratificata, donationem quoq; ratificatam censeri, dicit *Episcop. Riccius in decis. 146. part. 4.* quem sectatur *Barbos. ibidem*, extollens potissimùm *Sanch.* qui ait, quòd si professio nulla fo-
30 ret non ratione ætatis, sed quia facta esset anni interstitio non integrè transacto, vel ex metu, aùt alijs de causis, hoc in casu cùm renunciatio, seù donatio ab initio valuerit, eiusq; firmitas à professione validè emissa pendeat, quamuis professio initio irrita fuerit, sicq; renunciationem, seù donationem non confirmauerit, cùm tamèn adhùc pristino in suo valore perseueret, confirmabitur, quoties illa professio alia professione valida, siue tacita, siue expressa ratificata fuerit.

31 Cœterùm, ad effectum, vt huiusmodi donatio reuocari queat, de egressu constare debet, alioquin, si dumtaxàt deductum fuerit, donantem è Monasterio exire velle, quæ voluntas hùc vsq; effectum sortiri non potuit, in consideratione minimè habenda est, cùm illam vltrà ad actus validitatem potestas quoq; requiratur, *l. qua ætate, in princ. de testament. Bald. in l. cùm te, C. de denation. antè nuptias*, & latè dilucidat noster *Author hic num. 9. & seqq.* & quamuis potentia
32 actui proxima pro actu multoties habeatur, *Bald. in l. penult. D. de testament. milit. Marsil. in Rubric. de fideiussor. num. 216.* in huiusmodi tamèn casu non procedit, quia ista potentia ad actum perduci non potest, donèc per Superiores cognitum sit, an facta fuerit professio, ob quam è Monasterio egredi non licebit, ac proindè probandum priùs est, causam cessare, ob quam donatum fuit: cùm etiam, si fieri potuisset, discrimen habeat, factum esse, & fieri potuisse, nàm potentia
33 differt ab actu, *Bart. in l. 1. D. de iniust. rupt. testam.* & potentia, quæ ad actum non deducitur,
34 vana est, *l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi*, cùm alijs penès *Barbos. axiom. 184. num. 1.*

PROLOGOMEN.

Instrumenti fides quanta sit ostenditur, notato hoc in Regno rigorosam esse, & priuilegiatam illius exequutionis causã, vt non, nisi exceptiones ex ipsius instrumenti fonte resultantes admittat. Indè confessio sit nè interpètranda contrà confitentem, an in eius fauorem? breuitèr quoq; indicatur.

RERVM SVMMA.

1 *Instrumentum est probatio probata, veritas apparens, res certa, & manifesta.*
2 *Instrumentum dicitur noli me tangere.*
3 *Instrumento potiùs, quàm illud contrà attestantibus in dubio credendum est. Amplia, vt num. 4.*
5 *Notarius, qui instrumentum ambiguum scripsit, etsi illud declarare queat, eum tamèn corrigere aùt addere non potest.*
6 *Causa exequutionis publici instrumenti in Regno exceptiones, quæ ex ipsius instrumenti fonte resultant, dumtaxàt admittit.*
7 *Confessio dubia in confitentis fauorem interpetranda est.*
8 *Confessio, vt damnum afferat confitenti clara, & liquida esse debet.*
9 *Verba enunciatiua instrumenti, quando operentur.*
10 *Genus incertitudinem parit, & obscuritatem.*
11 *Probatio obscura, & incerta non releuat.*
12 *Fides maior præstatur duobus testibus in specie, quàm mille in genere deponentibus.*
13 *Probatio in specie delicti, præualet probationi in genere, quòd accusatus sit bonæ famæ.*

OBSERVATIO XLIII.

1 PRimum huiuscè loci assertum, vti *Author* noster exponit, firmat, instrumentum probatam esse probationem, veritatem apparentem, rem certam, & manifestam: nos erudimur, id communi omnium voto receptum esse, vt post alios, quos recensent, legitur penès *Card. Tusch. Practicar. Conclus. lit. I. conclus. 237. num. 10. & 45. P. Molfes. in Comment. ad Nostras Consuetud. Neapol. tom. 2 part. 10. quæst. 6. num. 7. & 8. nostrum Authorem tom. 5. Discept. forens. cap. 939. num. 4. & cap. 963. num. 10. Anichin. de præuent. instrument. cap. 1. quæst. 4. num. 155. Reg. Rouitum cons. 1. num. 30. & 31. tom. 1.* qui inibi etiam subdit, vt dicatur
2 noli me tangere, *Reg. Capyc. Latr. decis. 138. num. 22. & 23. & consult. 46. num. 40. tom. 1. Reg. de Marin. Quotidian. Resolut. tom. 2 Resolut. 55. num. 7. Dom. Consiliar. Prat.* qui post alios complures, quos conglomerat, perbellè sermocinat *Respons. criminal. 26. à num. 1. & tom. 1. Discept. forens. cap. 19. num. 12. & cap. 27. num. 35. Dom. Consiliar. Petr. in Commentar. super Ritibus M. C. V. Ritu 166. num. 19.* ità vt in dubio
3 magis fides præstetur instrumento, quàm illud con-

Digitized by Google

contrà attestantibus, vt decisum refert *Mynsing. Obseruat. 39. centur. 4.* & comprobant *Rota Spirensis in decis. 137. lib. 3. Anichin. in dict. quæst. 4. num. 153.* etiam si Notarius asseueret, illud
4 nullitati obnoxium esse, adnectit *Guid. Pap. decis. 540.* inquiens, quod semper iudicari vidit, vt magis credendum sit testibus pro instrumento facientibus, quàm ipsi Notario contrà illud deponenti, vt sic etiam pro hac parte concludere videtur *Reg. Lanar. in cons. 49. num. 11.* dicens, quòd dùm de ordine S. R. C. quidam Notarius extendere debuisset renunciationem secundùm stylum, declarauit, dictam renũciationem nedùm masculis factam fuisse, sed etiam fœminis, quam declarationem subdit nullius roboris fuisse, ea-
5 ratione, quia licèt Notarius, qui instrumentum ambiguum scripsit, illud declarare queat, eum tamèn corrigere, & addere non potest, ex notatis per *Bald. in Rubr. C. de fide instrument. Guid. Papa decis. 119. ad med.* inibiq; *Addentes in verb. Extendere.* Propterea non immeritò in Re-
6 gno est adeò rigorosa, & priuilegiata exequutionis publici instrumenti causa, vt nullam admittat exceptionis allegationem, nisi quæ ex ventre, & ipsius instrumenti fonte resultat, vt post alios obseruant *Reg. Valenz. in cons. 48. num. 15. lib. 1. Dom. Consiliar. Roccus in Responsi. 34. num. 7. tom. 1. Reg. Merlin. Controuers. forens. centur. 1. cap. 76. num. 4. & cap. 96. num. 1.* & demùm alijs omissis in *lib. 1. Controuers. Illustr. controu. 63. num. 27. & seqq.* notat *Illust. Dom. Fabius Capycius Galeota*, dignissimus Reginæ Dux, Regiam Cancellariam emeritissimus Regens, & dulcissimus Pater Illustris. Domini mei Ducis S. Angeli *Regentis Iacobi Capycij Galeotæ*, qui in ætate adhùc florensi, meritis magis, quàm annorum grauitate matura, Magistratus fasces decorari meruit, & tandèm etiam Regiam Cancellariam pro meritissimo Decano regere visus est.

7 Ad aliud nunc conuolando assertum, ad illud nempè, Confessio dubia interpetranda contrà cõfitentem sit nè, an in eius fauorem, aduertimus, cùm *Authore* nostro, quòd scilicèt ad confitentis fauorem interpetrari debeat talis confessio, concurrere *Maresc ott. Var. Resolut. lib. 1. cap. 59. num. 34.* nàm confessio, vt damnum afferat con-
8 fitenti, clara, & liquida esse debet, *Roman. cons. 321. Anchar. cons. 179. col. 2.* quos sequitur *Crauett. cons. 157. num. 9.* & dilucidat *Paulus de Castro in cons. 273. col. 2. lib. 1.* vbi, si quis dicat, se Antonium occidisse, talis confessio non nocet, cùm non appareat de quo Antonio: concinitquè, quod idem scribit *in cons. 139. col. 2. post mediũ*,
9 vbi, quòd vt verba enunciatiua instrumenti operari possint, necesse est, vt clarè, & specificè quid enuncient, cùm quid in genere enunciari non
10 sufficiat, genus enim in certitudinem parit, &
11 obscuritatem, *l. in tradendis 8. D. de comm. præd. l. cùm stichus 29. D. de solution.* & probatio obscura, & incerta non releuat, *cap. in præsentia, de probation. Barbos. in l. si quis intentione. num. 38. cum seqq. D. de iudic. Mascard. de probationib. conclus. 1363. num. 6. Farinac. in praxi criminal. part. 2. tit. de oppos. contrà dicta testium, quæst. 68. num. 1. cum seqq. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. Resolut. 586. num. 6. in 2. edit.* adeò
12 quod maior fides præstatur duobus testibus in specie, quàm mille in genere deponentibus, *Alexan. cons. 148. num. 4. lib. 2. Paris. cons. 88. num. 31. lib. 3. Card. Tusch. PP. Conclus. lit. G. Cõclus. 36. num. 42. & 65.* subnectens *num. 66.* ex *Alexan. in cons. 27. num. 6. lib. 1.* quòd probatio in-
13 specie delicti præualet probationi in genere, quòd accusatus sit bonæ famæ.

PROLOGOMEN.

Princeps cùm causam alicui Ordinario Iusdicenti committit, quæ aliàs ad ipsius Ordinarij cognitionem spectabat, an, quibusuè in casibus delegare, uel iurisdictionem excitare uideatur? dilucidè exaratur, indicatis demùm clausulis, per quas delegatio inducitur: ac paritèr dilucidatur *Regia Pragmatica LXXXIX. Capitulorum, aliàs X. sub tit. de Iudic. §. 14.*

RERVM SVMMA.

1 *Causa cùm per Principem alicui Iudici Ordinario committitur, quæ aliàs ad ipsius Ordinarij cognitionẽ spectabat, si aliquid addatur, vel detrahatur de ordinaria iurisdictione, & modo procedendi, Ordinarius fit Delegatus, & num. 3. & 10. Traditur ratio num. 4.*

2 *Iurisdictio excitata dicitur, quando causa Iudici Ordinario simpliciter committitur.*

5 *Dispositio* Regiæ Pragmaticæ 89. capitulorum, aliàs 10. sub tit. de iudic. §. 14. *indicatur. Verùm de quo casu loquatur, traditur num. 6. Et secundùm Commune Ius intelligi debet, vt num. 8.*

7 *Ratio finalis statuentium ex statuti præfatione colligitur, & sequens statuti dispositio restringitur.*

9 *Clausula* Iustitiam faciat, Mandamus, Præcipimus, Committo, *delegationem de Iure non inducunt.*

11 *Statuti verba ad vnguem seruari debent, vt statuti dispositio locum habeat.*

12 *Statutum Iuri Communi conforme declarationes omnes Iuris Communis recipit.*

13 Regia Pragmatica *supra memorata an omnes alios casus includat, dùm solùm excludit casum, quando expressè dicitur, vt procedat tãquàm Delegatus? & de qua specie commissionis loquuta sit, remissiuè traditur.*

OBSERVATIO XLIV.

VSui forensi mirum in modum conducunt ea, quæ hoc in loco noster insinuat *Author*, dùm quærit, quando Ordinarius Iusdicens Delegatus dicatur in causa sibi commissa, & sit excitata iurisdictio, & ex quibus verbis Delegantem Delegatum facere voluisse præsumatur: interq; autem insinuata extollenda euenit traditio illa, quòd
1 nempè quando per Superiorem causa alicui Ordinario Iusdicenti committitur, quæ aliàs ad ipsius Ordinarij cognitionem spectabat, si aliquid aùt additur, aùt detrahitur de ordinaria iurisdictione, & modo procedendi, censeatur, Superio-

Digitized by Google

rem Ordinarij iurisdictionem delegasse, haùd
2 autem excitasse, quoniam excitata dicitur iurisdictio, quando causa Iusdicenti Ordinario simpliciter committitur, ad *textum in cap. licèt in corrigendis, de officio Ordinar. & in l. 1. §. si quis simpliciter, D. de verbor. obligat.* vtrobiquè *DD.* secùs verò quando aliquo modo addendo, vel
3 detrahendo Ordinarij alteratur iurisdictio, tunc enim dubio procùl Ordinarius Iusdicens Delegatus efficitur, quemadmodùm prò absoluto firmant *Abb. in dict. cap. licèt, num. 5.* inibiquè *Felin. num 7. & 8.* & alij communiter, *Iason in l. Ius Ciuile, num. 5. D. de Iustit. & Iure, & in dict l. 1. §. si quis simpliciter, num. 5. D. de verbor. obligat. Barbos. in l. cùm Prator, §. 1. num. 34. & seqq. D. de Iudicijs, Angel. cons. 137. Plot. consil. 24. Boer. decis. Burdegal. 151. num 5. Lanfranc. decis. 49. Mastrill. decis. 292. num. 8.* Riccius plura recensens verba, ex quibus Superiorē delegasse præsumitur in *decis. 205. tom. 1. Matthaf. singul. 89. Joan. Baptist. Granut. theorem. 2.* & nouissimè omni se mota difficultate amplectuntur alios recensendo *Dom. Consiliarius Ioseph de Rosa*, cuius viri nomen, & virtus, morte ipsa licèt inuita, manēr, æternumquè manebūr, *consult. 48. num. 7 & 8.* haùd nostri *Authoris* immemor, *Dom. Altimar. ad Reg. Rouit. cons. 7. num. 5. tom. 1. Dom. de Luca ad Præs. de Franch. obseruat. 646. num.*
4 *6. vers. addo.* atque euidenti fulcitur ratione, quia cùm qualitas addita, vel diminuta sit præter naturā, formāq; ordinariæ iurisdictionis, & potestatis, necessariò, nè impertinens reddatur adiecta qualitas, Superiorem delegare voluisse, dicendum est. Neq; contrà dictam nostram sententiam communi Doctorum calculo fulcitam, euidentiq; ratione roboratam, ad eam nempè improbandam.

5 Obijciendo insurgas, ex eo, quòd in *Regia Pragmatica 89. Capitulor.* aliàs *decima sub titul. de Officio Iudic. §. 14.* videtur disponi, quòd dùm causa per Proregem Ordinario committitur, nisi expressè illam delegari dicatur, delegata non intelligitur, sed tantùm excitata iurisdictio: idcircò superiori proposito in casu non censetur Principem delegare, sed tantummodò Ordinarij iurisdictionem excitare.

Respondetur enim manifestè, illam nostræ sētentię nedùm non aduersari, verùm etiam illam expressè comprobare, quippè quod in illius
6 *Pragmatica* terminis disceptabatur, an causæ commissio Ordinario Iusdicenti facta delegationem induceret, quando negotium ad ipsius Ordinarij cognitionem spectabat, & traditur, de iure dubitari non posse, quin delegationem inducat, vt legimus in verbis illis *se bene è molto chiaro per dispositione di raggione, &c.* Vndè, cùm dicta Regia *Pragmatica* in illis loquatur terminis, in quibus de iure Communi apertum erat, commissionem Ordinario Iusdicenti factam delegationē
7 non inducere, etenim, ex statuti præfatione finalis statuensium ratio colligitur, & sequens statuti dispositio restringitur, *Grammat. decis. 65. num. 48. Ozasch. decis. 59. num. 50.* Cùm Iuris Communis dispositione se conformare voluerit, & in ipso Iure Communi se fundet; Propterea his attentis dubio procùl dicendum est, quòd se-
8 cundùm dictum Commune Ius intelligi debet, sicquè vt loquatur dumtaxàt in casu simplicis, & ordinariæ commissionis, quę fieri solet per clau-
9 sulam *Iustitiam faciat*, vt dixit *Gayll. lib. 5. obseru. 45. num. 6.* nec non per clausulam *Mandamus*, vt notat *Matthæsil. singul. 90.* vbi *Gabr. Sarai*, per clausulam *Præcipimus* vt scribit *Nouar. in dict. Pragmat. num. 75.* & per clausulam *Committo*, vt tradit *Petrus de Luna in addit. ad cons. Feder. Capixani inter consil. Diuers. Siculorum Illustr. consil. 30. num. 5.* non autem quando in
10 commissione qualitas adest ordinariam iurisdictionem alterans, vel restringens, vt latè circà huiusce *Pragmaticæ* enucleationem Ipse scripsi in meo *Synopsi Iuris Regni Neap. sect. 4. de Pragmaticis, & Regijs Sanctionibus*, quod Deo dante typis mandari spero: & proprijs in terminis dilucidant *Nouar. in collect. ad eamdem Pragmat §. 14. num. 76. & seq. Dom. Consiliar. de Rosa vbi supra, à num. 16.* aduertens *num. 21.* id euidenti fulciri ratione, quia tunc *Pragmaticæ* verba, quòd scilicèt clarum sit de iure ex hac cōmissione delegationem non induci, verificari haùd possunt, immò omninò oppositum fit apertum quòd nimirùm Ordinarius Iusdicens ex isthac
11 commissione Delegatus efficiatur, nàmque statuti verba ad vnguem seruari debent, vt statuti dispositio locum habeat, *Bartol. in l. 1. §. & parui. num. 5. D. quod vi, aut clam, Gaballin. Milleloq. 90.* quos sequitur laudatus *Dom. Consiliar de Rosa dict. num. 21.* comprobans id notabili-
12 tèr *num. sequ.* ex eo potissimùm, quòd statutum Iuri Communi conforme, prout est memorata *Pragm.* quæ in Iure Communi se fundat, declarationes omnes, & limitationes Iuris Communis recipiat, vt latè post alios tradit etiam *Alderan. Mascard. de interpetrat. statut. conclus. 2. num. 71.*

Nec quidquam obstat effatum illud, quod nō
13 nulli irresolubile arbitrarunt, nempè, quòd dicta Regia *Pragmatica* excipit solùm casum, quando expressè dicitur, vt tanquàm Delegatus procedat, vt legitur ibi, *eccetto quando expressamente se li dice, che proceda come Delegato.* sicquè cæteros omnes excludit, ad regul. *l. nàm quòd liquidę, D. de penu leg.* Illud nàmque non militare luculentèr dilucidat idem laudatus *Consiliarius de Rosa ibidem à num. 25. & seqq.* complures tradens responsiones menti tenendas, ad quas nobis arridet submittere, idcircò consule Lector tantum Lectorē, nec te illum legisse pœnitebit; nobis enim curæ est hisce in laboribus, in primis singularia quædam contingentia ad ornatum eorum, quæ noster *Author* edocet, ad sua certa deducere principia, ad hoc vt Lectores faciliorem habeant aditum alia inuestigandi meliora.

PROLOGOMEN.

Procuratorem ad lites vt sine solemnitatibus per statutum requisitis constituere nequeat mulier edocetur: Indè probatur, actum à muliere, vel minore gestum, si solemnitates per statutum requisitæ adhibitę haùd fuerint, tametsi illum ei vtilis sit, nullitati obnoxium esse: verùm an procedat, quando de mulieris, vel minoris vtilitate, & commodo euidenter constaret? enucleatur: & nùm statutariæ solemnitates in necessaria obligatione suum obtineant locum? paritèr demonstratur.

RE-

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Mulier Procuratorem ad lites constituere potest sine solemnitatibus per statutum requisitis.*
2 *Statutum cùm aliquam exigit solemnitatem in factis mulierum, solemnitate illa minimè seruata, actus nullus dicitur.*
3 *Solemnitas in Procuratoris constitutione à muliere adhibenda est, quæ adhibenda foret, si ipsamet tunc illum actum fecisset.*
4 *Solemnitas quæ in alienatione requiritur, necessè est, vt quoque interueniat in actu, ex quo alienatio sequi potest.*
5 *Alienatione prohibita omnia prohibita censentur, per quæ ad illam deueniri potest.*
6 *Minor absque Tutoris, vel Curatoris authoritate regulariter in iudicio stare non potest.*
7 *Nec Procuratorem ad Iudicia constituere valet.*
8 *Actus à muliere, vel minore gestus validus est, si ei vtilis sit, licèt Statutaria solemnitates adhibita minimè fuerint.*
Contrarium verius, vt num. 9. vbi etiam decisum traditur.
Limitatur, quando de mulieris, vel minoris vtilitate euidenter constaret, vt num. 13.
Verùm intelligitur, vt num. 16. & 20.
10 *Vtilitas sufficiens non est, nisi eo etiam modo disponatur, quo Iura disponunt.*
11 *Solemnitas pro forma introducta dicitur.*
12 *Vtilitas quando consideretur.*
14 *Actus vtilis non præsumitur solemnitate deficiente.*
15 *Vtilitas præsumitur, cùm solemnitas per statutũ requisita interuenit.*
17 *Filius familias Iure Communi inspecto ex omni contractu obligatur.*
18 *Limitatur in mutuo, vt num. 18.*
Itidèm hoc in Regno, vbi ex peculiari Sanctione se obligare nequit sine præsentia, & expresso patris consensu, vt num. 19.
21 *Solemnitas quãdo in aliquo actu pro forma requiritur adhiberi debet, nè actus, etsi vtilis, nullus dicatur.*
22 *Contractus vltrò citròque obligatorius approbari non potest contrahentis inhabilis vtilitate inspecta.*
23 *Solemnitas per statutum requisita locum minimè habet in obligatione necessaria.*
24 *Necessitati imperare Legislator neque vult, neque potest.*
25 *Necessitas cuncta in eum statum reducit, in quo ante leges conditas res fuere.*
26 *Quicquid cœgit defendit.*
27 *Ab omni lege excipitur, & ex illicito facit licitum.*
28 *Statuto non subiacet, qui actum facit ex necessitate.*
29 *compromissum per mulieres factum absque propinquorum authoritate à statuto requisita, validum dicitur.*
30 *Bona inuecta, & illata in domum conductam per minorem tacitè obligata sunt pro pensione, quamuis decretum non interceserit.*
31 *Minor lasus minimè dicitur ex obligatione legali, vel necessaria.*

OBSERVATIO XLV.

AD palestram paritèr forensem non parum confert quæstio præsẽtis loci, scilicèt, nùm possit mulier Procuratorẽ ad lites constituere sinè solẽnitatibus statutarijs? licèt enim nõ fuerit decisa, exquo deindè productũ fuit mãdatũ omnibus cùm solemnitatibus per statutũ requisitis, vt noster *Author* dicit *hic*, ipse tamèn suo quidem more fundat negatiuam partem, nempè mulierem Procuratorem ad lites sinè solemnitatibus per statutum requisitis constituere non posse: cuius herclè vestigia Nos modò insequendo, dicimus, sententiam hanc amplexandam esse ab dubio, ea potissimùm ratione suadente, quia si statutum aliquam exigat solemnitatem in factis mulierum, solẽnitas illa, nisi seruetur, actus nullitatis vitio laborare dicitur, ad *text. in l. qui heredi. 44. & in l. Manius, cui fundus 54. D. de condition. & demonstrat.* vndè si mulier ad ea conficienda Procuratorem constituat, illam adhibere debet solemnitatem, quæ adhibenda foret, si ipsamet tunc illum actum fecisset, cæteroquin talis Procuratoris constitutio non valebit; quam quidem rationem probabilem planè habere haùd posse difficultatem arbitramur, sed estò quòd haberet, quod tamèn negamus,

Corroboratur ex eo nimirùm, quod *Bald.* diserte inquit in *l. Præses, C. de transactions. & in l. 2. C. si aduersùs transact.* vt si in alienatione aliqua solemnitas requiratur, eadem quoque necesse sit, vt interueniat in actu, ex quo alienatio sequi potest, nàm, si ipsamet sinè illa alienare nequeat, minùs alteri mandare potest, vt alienare queat, quia prohibita alienatione prohibita omnia censentur, per quæ ad illam deueniri potest, *l. oratio, D. de sponsal. l. pupillus, §. sed si per interpositam, D. de authorit. Tutor. l. eos, in fine, C. de vsur.* & magis in proposito nostro videmus, quòd quemadmodùm minor in iudicio absque Tutoris, vel Curatoris authoritate regulariter stare haùd potest, *l. 2. & 3. C. qui legit. person.* ità etiã Procuratorẽ ad iudicia constituere nequit, *l. neque Tutores, C. de Procurator.* Optima itaque iuris probatione assistente in facti contingentia pro nostri *Authoris* sententia, nempè, mulierem non posse Procuratorem ad lites sinè solemnitatibus statutarijs constituere, decidendum ex his comperimus. Hic modò otiosum minimè censemus indagare.

Nùm actus à muliere, vel minore gestus, si ei vtilis sit, & solemnitates per statutum requisitæ adhibitæ haùd fuerint, sit validus? Quod circà, etsi consciji simus, affirmatiuam sententiam quosdã sectatos esse, quoties mulieris, vel minoris conditio melior efficiatur, ex *Gloss. in l. cùm hi, §. eam transactionem, D. de transact.* vt videre fas est penès *Authorem nostrum in tom. 3. Disceptat. forens. cap. 565. num. 56. Tiraquell. de legibus Connubialib. l. 16. gloss. 8. num. 62. & seqq. Reg. Capyc. Latr. in decis. 19. num. 5. & seq.* Nobis tamèn arridet aduersa sententia, quòd nempè in mulierum, minorumuè gestis vtilitas non sufficiat, nisi etiam solemnitates concurrant, vt optimè exponunt *Paul. de Castro in l. cùm hi, §. eam trã-*

Digitized by Google

factionem, num. 12. de transact. & in l. mandato, D. de offic. eius, cui mandata est iurisdict. vbi expresse reprehendit citatam *Gloss.* contrarium tenentem, *Iason*, qui de communi attestatur, in *l. contra iuris, in fine, D. de pactis*, & hanc etiam communem, & veriorem appellat *Arius Pinell. in l. 1. part. 3. num. 31. C. de bon. mat.* quemadmodum quoq; alios congerens noster *Author dict. cap. 565. num. 57.* nec non *Surdus in decis. 278. num. 19.* vbi diffusè Additionator *Dom. Consiliar. Hodierna à num. 25. Card. Puteus decis. 2. in princ. lib. 1.* vbi etiam notat, quòd *dict. Gloss.* quæ contrarium voluit, communitèr reprobatur, *Afflict. decis. 87.* vbi *Vrsill.* per Sacrum Consiliũ nullam fuisse declaratam venditionem refert; & *Capyc. in decis. 113.* testatur, quòd Sacrum Consilium noluit interponere decretum ex defectu illorum requisitorum, quæ requirebantur, quamuis contractus esset pupillo vtilis; & tandèm cæteris omissis hanc sententiam sectantur *Anton. Faber in Rationalibus in dict. l. cùm hi, §. eam transactionem, Simonc. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 125. Alciat. de verbor. significat. lib 1. car. 4. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 171. num. 60. & 63. Tiraquell. dict. gloss. 8. num. 56. & seqq. Brun. in tract. de form. tit. de potent. & effect. 2. membr. ampliat. 9. Caualcan. de tutor. & curat. num. 12. Card. Mantic. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 63. vers. Sed aduerte, Consiliar. Theodor. allegat. 6. num. 15.*

Equidèm pertritum apùd Iurisprudentiæ maximùm peritos extat effatum, vtilitatem scilicèt [10] sufficientem haùd esse, nisi eo etiam modo disponatur, quo Iura disponunt, *cap. Monachi 16. quæst. 1.* est enim solemnitas introducta pro for- [11] ma, quæ adhiberi, siue adimpleri debet nulla cõsideratione habita, an actus, qui geritur vtilis sit, [12] etenim tunc vtilitas respiceretur, quando esset in fauorem prohibiti, non autem pro forma, vt rectè notant *Bald. in l. final. §. necessitatem, num. 15. col. 5. vers. Et ex praedictis dicimus, C. de bon. quę liber.* Roland. *cons. 54. num. 45. lib. 2.* tametsi [13] aliàs aduersantium opinionem aliquam habere subsistentiam comperiamus, quando nempè de mulieris, vel minoris vtilitate, & commodo euidenter constaret, veluti quando nulla ex mulieris, vel minoris parte interuenit obligatio, & in casu, in quo ipsi alium obligant, vt in donatione, stipulatione, vel sententia ad eorum fauorem prolata: cùm regulariter solemnitate deficiente actus [14] vtilis non præsumatur, *Bart. in l. quæcumque, vers. Scias tamèn, C. de bonis quæ liber. Caputaq. decis. 200. num. 3. lib. 3. Tiraquell. dict. gloss. 8. num 89.* quemadmodùm è contra, quando illa [15] interuenit, vtilitatem præsumere facit, *Bald. in cap. sicut, in fine, num. 6. de re iudicat.* per *text. in l. 1. C. de prædys curial. lib. 10.* quod tanquàm egregium, & notabile commendat *Alexan. in cons. 79. num. 6. in fin. lib. 1.* & alijs adductis tradit *Surd. dict. decis. 278. num. 21.* atque amplecti videtur eius Additionator *Dom. Consiliar. Hodierna num. 28.* Nihilò tamen minùs procedere [16] dumtaxàt posse dicimus quando scilicèt persona capax est contractus, nàm si cæteroquin secùs erit ab dubio, vt est filiusfamilias in mutuo potissimùm, qui licèt ex omni contractu Iure Com- [17] muni inspecto obligetur, *l. filiusfamilias, D. de action. & obligat. l. tàm ex contractibus, D. de* [18] *iudic.* non tamèn obligatur ex mutuo, *l. 1. & totò titul. D. & C. ad S. C. Macedon.* cùm concordantibus communitèr: quod quidem Macedoniani exceptionis beneficium plenius hoc in Regno ampliatum fuit per *Reg. Pragmat. 1. eod. tit.* in ea enim prouisum extat, contractus omnes, qui [19] quomodocumq; à filijsfamilias fiunt sine præsentia, & expresso patris consensu, nullitatis labe maculatos esse, nisi filij emancipati sint, seù ab eorum patribus habitent, & viuant seorsùm, cùm eorum vxoribus, & familia; nàm quamuis contractus illi sit vtilis, non tenet, cùm eo dumtaxàt [20] casu contractus vtilis initus absq; solemnitate subsistinere poterit, quando nimirùm lex non resistit, secùs è contrà, nàm tunc ipso iure est nullus, neq; approbari potest, vt latè *Barsat. in cons. 82. num. 12. & 18. lib. 1.* quemadmodùm & quo- [21] que, quando solemnitas aliquo in actu pro forma requiritur, *Dom. Præs. de Franchis decis. 35. num. 8. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 6. num. 14. & 25.* & quando contractus est vltrocitrò; obligatorius, quo ca- [22] su approbari nequit contrahentis inhabilis vtilitate inspecta, sed totalitèr inualidatur, vti *Carrar.* probat *in decis. 46. num. 27.* & pluribus modis comprobat *Scacc. de iudic. cauf. ciuil. cap. 2. num. 396. & seqq.*

[23] Statuti autem solemnitates in necessaria obligatione haùd intrare, dicendum videtur ex eo, [24] quia necessitati imperare nullus Legislator potest, vt inquit *Plato 9. de LL.* quin etiam velle nullus existimatur, quamuis legis verba id facere videantur, vndè *Menius Discuss. Leuamin. inop. debitor. cap. 1.* dicit, *Irruentis necessitatis id quoque priuilegium est, quod eximit ab omnibus le-* [25] *gibus. & reducit cuncta in eum statum, in quo ante leges conditas res fuere*; quamobrèm rectè *Seneca lib. 4 Contr. 27.* vocat magnum humanæ imbecillitatis patrocinium: quæ omnem legem [26] frangit, quicquid coegit defendit, & *Isocrates* iniuriæ velamentum appellat: ac etiam ad propositum *Quintilianus Declam. 260.* inquit, *Multum contrà Iustitiam necessitas valet. Ex eo hac* [27] *vsurpant axiomata: Necessitatem excipi ab omni lege; Facere ex illicito licitum; Iusta habenda, quæ imponit.* Et demùm expositа conclusio probatur ex eo, quia regulare est, quòd ad faciẽdum actum necessarium necessitate legis, statutaria solemnitas non requiritur, ad *text. in l. 1. §. sed si, D. de rebus eor. & in l. si tibi pecuniam, D. si* [28] *certum petatur*, vbi *Angel.* docet, quòd qui actũ facit ex necessitate, haùd subiacet statuto: quæ præcipuè ratione *Rota Romana decis. 827. num. 5. tom. 2. in nouiss.* censuit, compromissum per [29] mulieres factum absq; propinquorum authoritate, quæ statuti vigore requirebatur, validum fuisse, sequitur *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 534.* Hinc fit, quòd bona inuecta, & illata in do- [30] mum conductam per minorem tacitè obligata sunt pro pensione, quamuis decretum, aut solemnitas non interceserit, quia lex pro eo obli- [31] gat, neque læsus dicitur minor ex legali obligatione, vel necessaria, *Bald. in l. certi, quæst. 8. num. 11. C. locat. Surd. decis. 287. num. 24. & 25.* vbi reprobat *Bart.* opinionem *in l. item quia, in princ. de pactis*, quæ contrarium edocet, & confirmat *in tract. de alimentis, tit. 9. quæst. 44. num. 15.* & ità practicari dicit *Canall. quæst. 112. in fin.*

nec

Digitized by Google

hoc non *Muta in Commentar. ad Consuet. Panormit. cap* 34. *num.* 15. vbi saluat *Bartoli* opinionem in bonis, quæ seruando seruari possunt.

PROLOGOMEN.

Rationum repetitam calculationem, ad debiti solutionem, siuè remissionem præsumendã, esse de forma in *textu in l. Procula* 26. *D. de probationibus*, & *Papinianum I. C. inibi* in hoc principalitèr fundari probatur, explosis alijs interpetrationibus; Recensiti indè *textus* dispositionem limitationem pati in eo, qui probabilitèr ius suum ignorare potest, ac demùm in censuali contractu annuitur: anuè procedat in redditione administrationis tutelæ, & curæ? & quantum tempus requiratur? breuitèr eruditur.

RERVM SVMMA.

1 Textus in l. Procula 26. D. de probationib. *quid contineat.*
2 *Requisita* textus in dict. l. Procula, *copulatiuè probanda sunt, & num.* 4.
3 *Rationum calculatio sæpè facta non est de forma in* textu dict. l. Procula.
Contrarium verius, vt num. 5.
6 *Rationum repetita calculatio vbi non est, locum minimè habet* textus in dict. l. Procula.
7 *Calculatio rationum sæpè facta, quãdo dicatur in terminis* textus in dict. l. Procula.
Sed de veritate num. 8.
9 Textus in dict. l. Procula, *locum minimè habet contrà creditoris heredem, vel ius suum ignorantem.*
Nec itidèm procedit in rebus magni momenti, vt num. 10.
Quemadmodum nec etiam in contractu censuali, vt num. 11.
12 *Temporis diuturnitas in* dict. l. Procula, *requisita quomodo indicari soleat.*
Et quid in administratione tutelæ, num. 14.
13 *Census ex sui natura perpetuus est.*
15 *Tutores, Curatoresue administrationis rationem vsq; ad annos triginta reddere tenentur.*
16 *Administratores omnes rationem reddere tenentur.*
Ita quoque eorum heredes, vt num. 17.

OBSERVATIO XLVI.

1 PRæsens impellit locus, vt calamum protrahamus circà dispositionem *textus in l. Procula* 26. *D. de probationib.* quo cautum extat, quòd ex temporis diuturnitate, sanguinis coniunctione, & calculata sæpè ratione inter creditorem, & debitorem solutum præsumatur debitum; sed quoniam institutum nostrum hactenùs obseruatum fimbrias dilatare prohibet, idcircò selectiora quædam notabilia summo verborum compendio exarare ducitur animus; Ità q; significamus, quòd.

2 Etsi dubium vulgare haùd sit inter ICtos, nùm tria illa requisita copulatiuè concurrere debeant ad debiti solutionem, siue remissionem præsumendam? nonnulli nàmq; sensiere, tertium illud requisitum, sæpè calculatæ rationis, necessarium minimè esse ad effectum prædictum, sed sufficere, satisq; esse temporis diuturnitatem, & sanguinis coniunctionem, ità inter alios aduertit *Crauett. in cons.* 159. *num.* 4. vbi, quòd præsumpta donatio ex *dict. l. Procula*, resultat ex illa sanguinis coniunctione, quæ potens est ad illam inducendam, concurrente temporis diuturnitate, allegans ad hoc *text. in l. si seruus communis*, D. *de donation. inter virum, & vxorem*, per quem *textum* sic considerat *Calcan. in cons.* 23. *in fine*, *Dec. in cons.* 68. *col. penult. vers. His tamèn*, licèt *Alexan.* solam rationem coniunctionis sanguinis ponderet in *cons.* 167. *num.* 7. *vers. Non obstat, in quinta obiectione, lib.* 7. *& Soccin. in cons.* 4. *col.* 8. *vers. Octauò, lib.* 4. sic etiam in materia *dict. l. Procula* hæc duo sufficere dixerunt *Barbos. in l. quæ dotis, num.* 44. *D. solut. matrim. Gamm. decis.* 144. *Francisc. Marc. decis.* 273. *num.* 3. *part.* 2. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 13. *num.* 14. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *Nouar. QQ. forens. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. *cum seqq.* & sequuntur *Dom. Regens Merlin. Controuers. forens. cent ur.* 1. *cap.* 87. *sub num.* 9. *vers. Immò*, *Dom Consili ar. Theodor. Allegat.* 78. *num.* 18. *Dom. Consili ar. Hodierna Controuers. forens. cap.* 13. *num.* 47

4 Pleriq; verò alij eam amplexi sunt sententiam, scilicèt, quod tria illa requisita copulatiuè ad effectum prædictum concurrere debent, ità vt vno ipsorum deficiente cesset omninò ipsius vigor, ità post *Gloss. & Bart. in l. libertis quos*, *§.* 1. *num.* 1. *de aliment. legat. Bald. Salycet.* & alios tenet elegantèr *Ripa* latè agens de explicatione illius legis in *tit. de probation. & præsumption. Responsi.* 1. *num.* 2. *Iason* de communi attestans in *l. quæ dotis, num.* 18. *D. solut. matrim. Soccin. senior cons.* 25. *num.* 10. *lib.* 4. qui de communi etiam attestatur, atq; ità demùm profitetur *Soccin. iunior in cons.* 128. *num.* 108. *&* 128. *lib.* 1. & sequitur *in cons.* 14. *in fin. lib.* 3. *& in cons.* 46. *num.* 49. *lib.* 4. nec non etiam attestatur *Cephal. cons.* 466. *num.* 26. *Alex. cons.* 46 *num.* 12. *vol.* 1. & latè opinionem istam sequuntur, atq; tuentur *Afflict. in decis.* 13. *num.* 12. *&* 13. *Gramm. at. in decis.* 103. *num.* 39. *Capyc. in decis.* 180. *num.* 15. prout quoque *Card. Mantic. de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 16. *num.* 2. *Mascard. de probationib. conclus.* 555. *num.* 41. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 52. *num.* 2. *cùm seqq. Menoch. de Arbitr. cent.* 1. *casu* 88. *num.* 17. *cum seqq. Tiraquell de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 154. *Excobar. de Ratiocin. Administr. cap.* 37. *num.* 6. *Macerat. Var. Resolut. lib.* 2. *resol.* 60. *casu* 25. *vers. Secundò*, & alios congerens tradit noster *Author hic*, *num.* 13. vbi quòd ità ab omnibus intelligitur *textus in dict. l. Procula*, atq; nouissimè approbat elucubratissimus *Dom. Io. Leonardus Rodoer. in addit. ad Reg. de Marinis tom.* 1. *Quotidian. Resolut. cap.* 75. *num.* 8. vbi confutat sententiam illorum dicentium, requisitum sæpè calculatæ rationis ad præsumendam debiti solutionem, siue remissionem necessarium haùd esse.

5 Nobis attamèn arridet posterior isthæc sententia tria illa requisita copulatiuè requirens, immò dicimus, quòd illius *textus* decisio principalitèr fundari videtur in hoc tertio requisito sæpè calculatæ rationis, prout patet ibi, *Cùm varijs ex causis sæpè in rationem fratris pecunias ratio*

Pre-

Procula soluisset? & probat *Afflict. vbi sup. num.* 12. ibi, *Tertiò calculatio rationis sæpius, inter eos facta, absq; eo, quòd de illo debito in ratione fuerit facta mentio, aliàs illa duo sine hoc tertio non sufficiunt?* huc vsq; *Afflict.* complures Doctores adducens, & *num.* 13. concludit, quòd ex quo non habemus legem, quæ disponat, quòd loco calculationis alia suppleri possint, perconse-
6 quens in puncto Iuris non habet locum dictæ *legis Procula* dispositio, vbi non adest dicta sæpè calculata ratio: idemq; fundat *Excobar in d. cap.* 37. *num.* 6. ibi, *Necessariò concurrere debent omnia adminicula signata à I. C. in l. Procula, D. de probation. vbi insimùl exigit diuturnitatem temporis post rationem calculatam, sanguinis affectionem, & multiplicatam rationum calculationem, ex quibus, & non minoribus coniecturis quietationem, & realem reliquorum solutionem præsumit?* hactenùs *Excobar*, quam communem sententiam asserens multorum Doctorum voto comprobat, quibus alios addens se subscribit *Reg. Capycius Latro in consult.* 46. *à num.* 47. *& seqq.* vbi commendat *Soccin. iuniorem vbi supr.* dicentem, quòd etiam si aliqua negotia inter partes adfuerint, argui non potest ex dicta *l. Procula*, nisi probentur calculationes
7 sæpiùs hinc indè factæ, & quòd sæpè sæpiùs sit facta calculatio, importat, quòd facta sit ter, quater, vel pluries, vt per *Gloss. in l. cùm quæstio, C. de legat. Barbos. in dict. l. quæ dotis, num.* 4. *vers. Vlteriùs, D. solut. matrim. Ripam in dict. Respons.* 1. *num.* 6. & sequi videntur *Dom. Reg. Merlin. in dict. cap.* 87. *num.* 4. *& Dom. Consiliar. Hodierna in dict. cap.* 13. *num.* 46. *in fin.* mihi tamèn hac in
8 re veriùs videtur, vt prudenti Iusdicentis arbitrio relinquatur, quot actus desideret.

Ex laudãdorum ICtorum autem voto, & quidem prudentissimo, dictæ *legis* dispositionem li-
9 mitationem admitti dicimus, vt scilicèt non procedat in eo, qui probabiliter ius suum ignorare potest, quemadmodùm est hæres, & similes, *Afflict. dict. decis.* 13. *num.* 13. *Menoch. dict. casu* 88. *num.* 19. *vers. Declaratur primò, Maceraten. dict. resolut.* 60. *casu* 25. *vers. Primò quia, Fusar. de substitution. quæst.* 592. *num.* 4. *Sforz. Odd. de restitut. in integrum, quæst.* 51. *num.* 23. *Censal. ad Peregrin. art.* 52. *fol.* 538. *vers. Declaratur verò*, quos refert, & sectatur *Dom. Rodoer. vbi supr. num.* 10. ex *Gloss. in l. si seruus communis, vers. Si id sciuisset, D. de donation. inter vir. & vxor.* adnectens *num.* 11. nec minùs locum obtinere in
10 rebus magnis, cùm non præsumatur, quòd quis magnum debitum remittere voluerit, & tàm grauiter sibi præiudicare substuluerit, quemadmodùm singulariter elicitur ex *Andr. in cap.* 1. *hac edictali, num.* 46. *in fin. vers. Sed quia inter patrem, tit. de pact. iuram. firm.*

11 Neq; demùm procedere adnectimus in contractu censuali, quoniam omnia illa requisita cõcurrere, & interuenire minimè possunt: vltrà nàmq; sanguinis coniunctionem, & rationes sæpiùs calculatas, necesse est etiam temporis diuturnitatem probare, *laf. in dict. l. quæ dotis, num.* 12. *D. solut. matrim.* cùm aliis suprà recensitis;
12 quæ annorum decem inter præsentes, & viginti inter absentes iudicari solet, vt exponunt *Dom. Consiliar. Theodor. dict. alleg.* 78. *num.* 10. *Dom. Consiliar. Hodierna dict. cap.* 13. *num.* 46. cùm aliis adductis per *Dom. Reg. Merlin. dict. cap.* 87. *num.* 3. hæc enim temporis diuturnitas in contractu censuali considerari non potest, cùm
13 sit ex sui natura perpetuus, haùdq; redimibilis, nisi venditore volente, quò fit, vt crediti remissio, iuxtà terminos dictæ *legis* nunquàm facta censeatur, vt luculentèr *Soccin. iunior* notat in *cons.* 128. *num.* 14. *&* 126. *lib.* 1.

14 In casu autem præsẽtis decisionis aduertimus, quòd longinguitas illa temporis non attenditur, nisi lapsi sint anni triginta, nàm Tutores, Cura-
15 tores, eorumuè hæredes administrationis rationem reddere tenentur vsq; ad annos triginta, vt post alios tradit *Author noster hic, num.* 2. & cõuallat *Cancer. Var. Resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 83. *& lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 201. quod locum habet in
16 quocumque Administratore, etenim omnes satisdare tenentur *Boer. decis. Burdegal.* 59. *num.* 1. *Ludouis. decis. Perus.* 4. *num.* 3. cùm aliis per *Roman. in cons.* 414. *num.* 1. & ibi *Mandos. in verb. Extendit, in princ.* ità vt etiam Administratoris
17 hæredes teneantur, *Boer. dict. num.* 1. *Munnoz. de ratiocin. Administr. cap.* 3. *in fin. noster Author tom.* 4. *Discept. forens. cap.* 760. *num.* 3. iuxtà *l. hæredes, D. de regul. iur. l.* 3. *§. hæc actio, D. de negot. gest. l. tutelæ, & l. omnes tutores, C. de arbitr. tut. l.* 2. *C. de hæred. action.*

PROLOGOMEN.

Vxorem relictam vsufructuariam & dotem, & vsumfructũ petere posse, peculiariter demõstratur, elucidato, debitum alterum necessarium, voluntarium verò alterum esse: ex quo etiam ostenditur, expositam conclusionem in antefato locum paritèr habere, & restrictionem recipere in legato mobilium vxori relicto, quod computari debet in debito vestium lugubrium, lectiq, vidualis, quod de Nobilium more, & Consuetudine in scriptis non adhùc redacta debetur isthac in nostra Fidelissima Ciuitate Neapolis. Functionem quia inuicem non recipiunt quantitas cùm specie, vel species cùm specie, idcircò his in casibus compensationem locum non habere eruditur ad expositorum elucidationem, iunctis alijs, de quibus in Rerum Summis.

RERVM SVMMA.

1 *Debitum alter necessarium, voluntarium alter. Necessarium qualè num.* 4.
Et quod voluntarium, num. 5.
2 *Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur.*
3 *Debitor quis sit.*
6 *Dotis restitutio debitũ voluntariũ nuncupatur.*
7 *Compensatio locum habet in debito necessario, secus in voluntario.*
Ampliatur vt num. 21.
8 *Legatum nihil aliud est, quàm donatio in testamento relicta.*
9 *Debitor necessarius compensandi animo legasse videtur.*
10 Textus in l. Titia cùm testamento 35. §. qui in vita, D. de legat. 2. *quibus in casibus loquatur.*

11 *Vxor*

Digitized by Google

11 *Vxor relicta vsufructuaria dotem, & vsum fructum petere potest.*
Immò etiam antefatum, vt num. 23.
12 *Maritus dotis debitor ex causa voluntaria dicitur.*
13 *Compensatio non fit de quantitate ad speciem, & è contra.*
Nec de specie ad speciem, vt num. 14.
Ampliat, vt num. 16.
Limita vt num. 17.
15 *Compensandi animum habere nō videtur praestans aliud, quàm id, quod debebat.*
18 *Expressum dicitur, quod de mente disponentis per coniecturas colligitur.*
19 *Coniectura ad vltimas praesertim voluntates eliciēdas legitima, ac euidentes putantur probationes.*
20 *Bona etsi in dubio allodialia praesumantur, per coniecturas tamèn contrarium probari potest.*
22 *Heredis aditio in consideratione non habetur ad cognoscendum, an debitum compensandū sit, vel nè.*
24 *Antefatum voluntarium debitum dicitur.*
25 *Antefatum non constitutum, nec constitui promissum, minimè debetur.*
26 *Interesse antefati definitum per Consuetudinem Neapol. naturam debiti voluntarij non mutat.*
27 *Decisiones vbi sunt diuersa, vel contrariæ, nouissimis standum est.*
28 *Stylus vltimus Tribunalis preualere debet.*
29 *Legatum mobilium vxori relictum computatur in debito vestium lugubrium, lectique vidualis, quod de Nobilium more, & Consuetudine Neapol. debetur, & num. 32.*
30 *Vestes lugubres, & lectus vidualis debentur vidua de Consuetudine: & debentur ab heredibus viri premortui in eius honorem, vt num. 31.*

OBSERVATIO XLVII.

AGitantur Curiæ, vt frequentissimis dissidijs perstrepunt diuerberatæ Scholę in praesentis loci quæstione, An scilicèt Vxor relicta vsufructuaria petere possit legatum vsusfructus, & dotem? Nos antequàm introrsus difficultatis aditum aperiamus, illam distinctionis gladio in partes disceptando,
1 hoc modo componimus; Debitum alter necessarium, voluntarium alter, quamuis enim omne
2 debitum sit necessarium, quia obligatio est iuris vinculū, quo necessitate adstringimur, vt in *princip. titul. Elementorum iuris, de Obligation.* & debitor appelletur is, à quo inuito exigi pecunia
3 potest vti *Modestinus I.C.* docet *lib.* 3. *PP.* notatus in *l. debitor* 108. *D. de verbor. signif.* nihilò tamen minùs necessarium debitū illud in proposito dici haùd ambigitur, quod à legis dispositione
4 originē trahit indepēdentèr à testatoris volūtate, *l. si cū dotē, 23. §. si pater, D. solut. matrim.* vbi debitum respectu patris est necessariū; voluntariū
5 verò illud dici, quod initio, & origine sua à testatoris voluntate dependet, etsi stipulatione, alioùè contractu interposito necessarium postmodùm fiat, ex Regula *textus in l. sicùt, C. de actionib. & obligation.* cùm suis concordantibus, cuius rei exemplum est in *l. vnica, §. primū itàque, vers. sciendum, C. de rei vxor. action.* in cuius specie, licèt dotis restitutio sit necessaria,
6 quia tamèn ex matrimonij contractu dependet, quod merè voluntarium est, debitum voluntarium nuncupatur, cùm alijs lato calamo consideratis per *Barbos. in dict. l. si cùm dotem, § si pater, num. 5.* vbi egregiè, discrètèque paritèr hos voluntarij, necessarijquè debiti terminos exponit, quemadmodum & quoque *Cardinal Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 10. tit. 2. per tot.* atque *Dom. Regens Capycius Galeota controuers. Illustr. lib. 1. Controu. 29. ex num. 7. & seqq. & Controuers. 40. ex num. 3. & Dom. Consiliar. Arias de Mesa lib. 2. Var. Resolut. cap. 9. & 10.*
7 Constitutissimum itàque est, compensationem in debito necessario locum habere, secùs verò in voluntario, ex *Bartol. in dict. §. si pater.* assignatur discrimen, quia donationis natura, quæ
8 legatis inest, cùm legatum nihil aliud sit, quam donatio testamento relicta, quemadmodùm *Modestinus I.C.* docet *l. 3. PP.* notatus in *l. legatum 37. D. de legat. & fideicom. secund.* satis ostendit, testatorem potius liberalitatem exercere voluisse, quā debitū legādo soluere, quarè si voluntarius debitor creditori suo legauerit, cessat cōpensatio, & vtrunq; peti posse affirmatur: Cæterū
9 debitor necessarius compensandi animo legasse videtur, quia contractæ obligationis necessitas, liberalitatis præsumptionem excludit, ex Regula *l. rem legatam, D. de adimend. legat.* & ex multis probari solet isthęc distinctio, potissimùm per *text. in l. creditorem 87. D. de legat. 2. & in l. creditor 16. C. eod. tit.* vbi elicitur, & quidē apertè, in debito voluntario compensationem cessare, nec non per *text. in l. Titia cùm testamento 35. §. qui in vita, vers. Praterea, D. dele-*
10 *gat. 2.* vbi firmatur, quòd in debito necessario locum habeat compensatio, quæ sanè dispositio, vt facilius percipiatur, animaduertendum dicimus, *ICtum ibi* duos proposuisse casus, quorum prior est in eius §. initio, cùm scilicèt pater non consentiente filia scientèr dotem à genero malè exegerit, & posteà ex hęreditatæ filiæ fideicommissum dotis nomine reliquerit, quo casu dotis, & legati compensatio fit prò modo concurrentis quantitatis; secundus casus est in vers. *Praterea*, cùm scilicèt pater existimauit, se rectè suo iure, inuita quoque filia, dotem petere posse, quo casu si posteà filiæ legauerit dotis exactæ, & legati compensatio fit, non ex patris voluntate, quia se debitorem esse non putabatur, neque generi, atquè filiæ respectu, sed ex sola legis potestate, quæ hoc casu patrem necessarium debitorem facit, propter quā necessitatem est compensationi locus, vt rectissimè perpendit *Barbos. in dict. § si pater, num. 7.*

Ex quibus equidem omnibus ità dilucida ora-
11 tione propositis patet controuersiæ responsio, quòd nempè in ea respondendum sit, vxorem relictam vsufructuariam petere posse dotem, & vsumfructum, prout decisum testatur noster *Author hic*, quam decisionē laudat *Dom. Consiliarius Hodierna in addit. ad Surd. decis. 211. num. 10.* & comprobant post alios *Rota Romana impress. post Merlin. de pignorib. decis. 63. à num. 16. Card. Mantic. de coniectur. vltimar. vo-*

Digitized by Google

volunt. lib. 10. *tit.* 2. *num.* 12. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 33. *num.* 41. *Castill. de usufruct. cap.* 46. *num.* 13. *Dom. Reg. Merlin. Cõtrouers. forens. centur.* 2. *cap.* 44. *num.* 22. & ibi Ipsemet in *Scholijs* propediem in lucem, Deo dante prodituris, *Dom. Regens Capycius Galeota Controuers. Illustr. lib.* 1. *Controu.* 29. *num.* 4. *& per tot. & Controuers.* 30. *num* 15. *Dom. Reg. Marcianus Disputat. Iuris tom.* 1. *Disputat.* 49. *num.* 11. *Dom. Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 19. quibus nouissimè assentitur *Dom. Altimar. ad Reg. Rouit. tom.* 1. *cons.* 25. *num.* 26. & post alios quos sequitur *Vrsil. ad Afflict. decis.* 44. *nu.* 19. ità Ipsemet Sacrum Consilium determinasse testatur *ibidem*, quippè quod maritus
12 dicitur debitor dotis ex causa voluntaria, etenim vbicumque aliquis est debitor ex cõtractu, & ex causa à principio voluntaria, quamuis ex post facto sit necessaria, debitor necessarius non dicitur, quemadmodùm suprà exaratum est, & punctualitèr tradit *Dom. Consil. Hodierna in dict. decis.* 211. *ante num.* 9. & latè ostendit *Dom. Regens Capicius Galeota vbi supra, sub num.* 9. *& Controuers.* 30. vbi etiam docet, hoc adeò verum esse quòd nempè debitum ex dote dependens voluntarium sit attenta origine, siue obligationis exordio, vt etiam si cùm ipso actu voluntario statuti vel consuetudinis dispositio concurrat, adhùc naturam debiti voluntarij ab initio insitam retineat.

Prætereà, quia vsusfructus bonorum omniũ
13 quid diuersum est à quantitate dotis restituendę, quo casu non fit compensatio, veluti de quantitate ad speciem, ex Regula *textus in l. si conuenerit, D. de pignorat. action. Bartol. in l. huiusmodi §. cùm pater, D. de legat.* 1. & defendit *Couar. in cap. officij. num.* 2. *de testament.* subdens cùm *Soccin.* ab isthac opinione tàm in iudicãdo, quàm in consulendo recedendum haùd esse, *Consiliar. Arias de Mesa* comprobat in *dict. cap.* 9. *num.* 2. nec non *Card. Mantic. dict tit.* 2. *num.* 8. *Guttier. de tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 34. *Barbos. dict. §. si pater, num.* 13. *vers. Quartò ex prædictis, & num.* 15. *vers. Non obstat tertia ratio*, vbi dicit, validissimam esse præsumptionem compensationem excludentem, quando debitor speciei quantitatem reliquit, vel è contra: alios allegat, & sequitur *Dom. Andr. Capanus in tract. de vita, & militia quæst.* 15. *num.* 9. quemadmodùm neque quan-
14 do vtrumque, & debitum, & legatum in specie foret, vt ex *Surd* qui alios recenset in *cons.* 112. *num.* 63. *cùm seqq. &* 101. *vol.* 1. notat *Caput. in Consuetud. si moriatur, part.* 2. *§.* 11. *num.* 18. nàm quantitas cùm specie, vel species cùm specie functionem inuicem non recipiunt, idcòque
15 aliud præstans, quam id, quod debebat, animum compẽsandi habere minimè videtur, tametsi aliud sit, si ex præsumpta disponentis mente aliud colligi posset, *Dec. & Ias. in Auth. preterea, C. vnde vir, & vxor*, cùm alijs per *Surd. in tract. de aliment. tit.* 6. *quæst.* 16. *num.* 15. *& in dict. cons.* 112. *num.* 101. vbi quòd est verior opinio, siuè si-
16 mus in contractibus, siuè in vltimis volũtatibus, in quibus neque de specie ad speciem, neque de quantitate ad speciem fit compensatio, dummo-
17 dò ex disponentis voluntate aliter non apereat: & illum laudans sequitur *Dom. Consiliarius Roccus in Respons.* 64. *num.* 23. *tom.* 2. dixeratquè alijs adductis *Simon de Pratis de interpetratione vltimarum voluntatum lib.* 4. *dubit.* 6. *fol. mihi* 294. *à num.* 3. *vsque ad* 8. *vers. Item aduerte*, quẽ laudans comprobat nouissimè *Dom. Consiliarius Ioseph de Rosa Consultat.* 45. *num.* 12. *&* 13. vbi adducit *textum* à nemine allegatũ, qui hoc probat in terminis in *l. fideicommissa* 11. *§. item si quis certam D. de legat.* 3. nàm satis expressum
18 dicitur, quod de mente disponẽtis per coniecturas colligitur, *l. Prætor*, vbi *Gloss. in verb. expressum. D. de nou. oper. nunciat. Tiraquell. ad LL. connubiales, gloss.* 2. *num.* 2. *&* 17. *in* 7. *genere expressi*, cùm præsumptio liquidissima iuris dica-
19 tur probatio *l. in tempus* 62. *§. quoties, D. de heredib. instituend. l. si seruus plurium* 53. *§. final. l. licèt Imperator* 77. *D. de legat.* 1. *l. cùm proponebatur*, 66. *D. de legat.* 2. *gloss. in l. si Tutor petitus* 5. *verb. Ostẽderis, in fin. C. de petition. Tutor. Bartol. in d. l. licèt Imperator, num.* 10. *Ruin. consil.* 223. *num.* 5. *vol.* 1. *Dom. Consiliar. de Anna consil.* 10. *num.* 35. *lib.* 1. *Marcus Anton. de Amat. decis. Ferr.* 5. *num.* 13. *Card. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 3. *tit.* 5. *sub num.* 25. *& lib.* 10. *tit.* 4. *sub num.* 9. *ante vers. Ex duobus, Dom. Reg. Capyc. Latr. decis.* 180. *num.* 32. *&* 33. *tom.* 2. *Dom. Reg. D. Io Hieronym. de Philipp. Dissertat. Fiscal. dissert.* 37. *num.* 85. *Dom. Reg. Capyc. Galeota* perbellè *lib.* 1. *Controuers. Forens. Controu.* 48. *num.* 61. *D. Præs. Io. Philipp. Responsa* 13. *sub num.* 35. *Castill. Controuers. lib.* 5. *cap.* 93. *§.* 6. *sub num.* 3. vndè euenit, quòd
20 etsi indubio bona allodialia præsumantur, vt benè probat *Capyc. in inuestit. feudal. verb. Feuda allodialia*, sequitur *Dom. Capanus de iure releuij, part.* 1. *quæst.* 14. *nu.* 5. & alijs omissis comproba: *Dom. Michael Angelus Gizzius ad Reg. Capycium Latro, tom.* 1. *decis.* 93. *sub num.* 4. *vers. Res enim*, per præsũptiones tamẽn, & cõiecturas contrarium probari potest, vt ex communi feudistarum intellectu dilucidat *Dom. Caietanus Ageta in sua Epitome fori feudalis, assertione decima. §.* 3. *vers. Sciẽdum est. & §.* 4. *per tot.* vbi lato calamo, complura notatu digna recensens, cõiecturas omnes, & præsumptiones, quibus feudũ ostenditur, enumerat; Propterea.

21 Similitèr eisdem freti votis dicimus, dilucidatam hanc sententiam procedere nedùm in debito, ad quod defunctus ipse tenebatur, sed etiam in eo, quod hæres eius post testatoris mortem obligandus erat, ex causa tamẽn hæreditatis, quo-
22 niam hæredis aditio non est in consideratione habenda, vt cognoscatur, an debitum compensandum sit, vel nè, cùm spectati debeat obligationis initium ex persona defuncti, vt sit voluntariũ quando proprio contractu se testator obligauit, vt luculentèr aduertit *Surd. in dict. cons.* 112. *num.* 67. *cùm seqq. &* 71. dicens, attendendam esse originem an voluntarium sit, vel necessarium respectu defuncti, quia eodem modo in hæredis persona cõsideratur; Ex quibus etiam modò erudimur, optimo voto decisum hic in eius controuersia fuit, quòd nempè vxor relicta vsufructuaria petere possit dotem, & vsumfructum.

23 Quinimmò etiam antefatum dicimus, vt sentire videtur *Vrsill. ad Afflict. decis.* 44. *num.* 18. quem laudat, & expressè probat *Consiliar. Arias de Mesa in dict. cap.* 9. *num.* 17. & scitò S. C. cõprobatum esse exponit *Thor. in compend. decis. tom.* 1. *verb. Legatum factum à viro*, quia eius debitum voluntarium quoq; est, *Bald. cons.* 52. *lib.*

2. *lib.*

Digitized by Google

a. *Illustr. Dom. Reg. Fabius Capycius Galeota Controuers. Illustr. tom.* 1. *Controuers.* 29. *à num.* 5. *Afflict. decis.* 242. *num.* 1. vbi etiam dicit, antefatum haùd constitutum, nec constitui promissũ, non deberi, quod comprobat *Grammat. in decis.* 97. *num.* 3. *&* 4. idq; tametsi fuerit à Neapolitana Consuetudine taxatum, *Illustr. Dom. Reg. Capycius Galeota ibidem, à num.* 26. *Consiliar. Arias de Mesa loc. cit. num.* 17. estq; ratio, nàm quamuis taxatum sit, non tamèn necessarium de-
26 bitum nuncupatur, quippè quod constitutio requiritur, quę est voluntaria, propterea excluditur compensatio, ad *text. in l. creditorem* 86. *D. de legat.* 2. *& in l. creditor* 16. *C. eod. tit.* & iuxtà hanc sententiam bis in S.C. decisum fuisse testatur *Pater Molfes. in Commentar. ad nostras Consuetudin. Neapolitan. part.* 6. *tit. de iure dotium, quæst.* 10. *num.* 9. quamuis Idem contrarium magis probet, quem meritò carpit laudatus *Illustr. Dom. Reg. Capycius Galeota in dict. Controuers.* 29. *à num.* 26. nec non citatus *Consiliar. Arias de Me-*
27 *sa ibidem*, inquientes, iuxtà memoratas decisiones vti recentiores, & maturiùs latas omninò iudicandum esse, hæc enim obseruantia, & vltimus Tribunalis stylus obseruandus est, vt pro-
28 prijs in terminis probat etiam *Dom. Consiliar. Thomas Grammaticus in decis.* 103. *num.* 99.

29 Haùd tamèn ità in legato mobilium vxori relicto affirmandum videtur, illud nàmq; computari debet in debito vestium lugubrium, lectiq; vidualis, quod de Nobilium more, & Consuetudine in scriptis non adhùc redacta, debetur in hac nostra Ciuitate Neapolis, vt per S.C. decisum testatur *Dom. Reg. Capycius Latro in decis.* 94. *in fine, tom.* 1. quam sectantur *Dom. Reg. Merlinus Controuers. forens. centur.* 2. *cap.* 44. *num.* 24. vbi Ipse hoc etiam tradidi in meis *Scholijs*, quæ prælo expedire, & publicam in lucem edere quãprimùm facere, Deo adiuuante, spero, *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surd. decis.* 119. *num.* 15. *Dom. Consiliarius Roccus in Respons.* 64. *num.* 5. *tom.* 2. & punctualitèr dixit *Michael. Ferrer.* 3. *part. obseruat. cap.* 157. vbi, quòd legatum vxori factum censetur factum animo compensandi cũ iuribus vestium lugubrium, & alijs, quę vxoribus ex consuetudine debentur, subdens, sic in Cathaloniæ Senatu iudicatum fuisse, & eum sequuti sunt *Cancer. Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 73. *& Fontanell. de pactis nuptial. clauf.* 7. *gloss.* 3. *part.* 7. *num.* 101. *Moccia in Sylua casuum forens. cap.* 11. *num.* 20. prædicta nàmq; ex memo-
30 rata consuetudine sunt debita viduis, & debẽtur ab hæredibus viri præmortui, vt probat *Ludou. Bell. in cons.* 77. *num.* 37. præsertim in hac Fidelissima Ciuitate Neapol. vt decisum referunt *Capyc. decis.* 26. *& Præs. de Franch. decis.* 413. & docent Reg. *Capyc. Latro dict. decis.* 94. *num.* 1. vbi *Gizz. num.* 1. *Reg. Rouitus cons.* 9. *num.* 1. *tom.* 2. *Consiliar. Marcian. cons.* 35. *sub num.* 1. *et* 2. *lib.* 1. *Francisc. de Petris cons.* 57. hocq; in viri
31 prædefuncti honorem, vt habetur ex *Præs. de Franch. dict. loc.* & in Germania mos est, vt *Erneft. Cothman.* testatur in *Respons.* 8. *num.* 20. *vol.* 4. & in Cathalonia *Michael Ferrer. dict. part.* 3. *obseruat. cap.* 44. *num.* 4. Sicq; ex necessitate debentur, atq; ideò, cùm maritus sit debitor neces-
32 sarius, legando suo creditori, nempè vxori, censetur de iure compensare velle cùm debito illo necessario, vt notant omnes allegati Doctores, apùd quos pleraq; alia scitu, notatuq; digna inueniet Lector, quorum dictis cùm satis quid hac in materia per ea præcipuè, quæ iure huius Regni statuta sunt, instructum sit, ad tantorum virorum calamum, me imperitum hanc rem circà remittere censui, nè vel tandèm inerudita mea oratione Lector fastidiretur.

PROLOGOMEN.

Ex vsusfructus bonorum omnium legato detrahi minimè posse falcidiam exponitur, declarata *Bartoli* doctrina in *l. vxori meæ, D. de vsufruct. legat.* qua proindè deducitur, contrà vsufructuarium *Remedium quorum legatorum* hæredi minimè competere, præsertim si inuentarium conficere omiserit; Quibus enucleatis resoluitur indè, nùm si integra legata soluat, falcidiam detrahere queat.

RERVM SVMMA.

1 *Falcidia ex legato vsusfructus omnium bonorum non detrahitur.*
2 Bartol. in l. vxori meæ, D. de vsufruct. legat. *de quo casu loquatur.*
3 Remedium quorum legatorum *contrà vxorem vsufructuariam bonorum omnium non competit, cùm nullus hæres eo tempore extat.*
4 *Inuentarium si conficere omiserit hæres, ad integra legata tenetur.*
5 Remedium quorum legatorum *hæredi falcidia ratione conceditur.*
6 *Trebellianica inuentario minimè confecto an per datur? remissiuè traditur.*
7 *Hæres, si integra legata soluat, falcidiam detrahere non potest, & num.* 13.
Restringitur si ex errore soluat, vt num. 8.
9 *Error facti tolerabilis est.*
10 *Falcidia, & trebellianica contrà testatoris mentem deduci dicuntur.*
11 *Falcidia beneficium hæredis fauore inductum fuit.*
12 *Fauori suo quis renunciare potest.*

OBSERVATIO XLVIII.

1 QVarta portio, quæ per legem falcidiam ex legatis deducitur, quæ dodrantem excedunt, nùm locum habeat in legato vsusfructus omnium bonorum vxori relicto? disquiritur *hic*, & negatiuè concluditur, haùd obstante, quòd ex *Bart.*
2 & alijs in *l. vxori meæ, D. de vsufruct. legat.* videatur esse falcidię locum, etiam in vsufructu bonorum omnium, quia sermocinantur, quando legatum dodrantem excederet, quod non applicabatur ad huiusce decisionis hypothesin, quoniam ex facto contrarium constabat, iuxtà computationem *l. hæreditatum, D. ad l. falcid.* vt dicit noster *Author hic*, ità pariter propijs in terminis tradidere *Canalcan. de vsufruct. num.* 225. *Menoch. de adipisc. possess. Remed.* 2. *quæst.* 17. *num.* 68. vbi adnectit, quòd ex quo non est locus detractioni prædictæ, neq; competit contrà vxo-

Digitized by Google

3 rem vsufructuariam remedium quorum legatorum, etiam quòd vxor sua manu legatũ vsusfructus occupauerit, nàm ex quo hæres aliquis eo tempore non extat, à quo legatum consequi possit, sua manu illud apprehendet, & adducens ad hoc concordantes, complura notabilia, in quibus remedium hoc quorum legatorum cessat, enumerat, vbi curiosum Lectorem remittimus.

4 Hinc consequimur, sententiam hanc eo fortiùs procedere, si hæres inuentarium conficere omiserit, vt tradit noster *Author hic num. 6. & in addit. num. 5.* atq; ICti omnes id pertractantes, & perconsequens si perdit falcidiam, perdit quoq;

5 remedium quorum legatorum, quia si ratione falcidiæ conceditur hæredi hoc remedium contrà legatarium, necessariò sequitur, quòd vbi falcidiæ locus non est, cessare omninò debet, *Menoch. dict. Remed. 2. quæst. 19. num. 71. cùm seqq.* & notat etiã *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis. 246. num. 1. circà medium*, sed an tunc idẽ

6 firmandum sit circà trebellianicam? dubium maximum est, licèt nàmq; noster *Author in dict. num. 5.* affirmatiuam partem pro absoluta admittat, in ea tamèn maximoperè se inuoluunt *Doctores*, vt videre fas est penès *Peregrin. de fideicommiss. art. 3. à num. 73.* pro resolutione idcircò illum ade, & tuum præbe calculum.

7 Queat nè autem falcidiam detrahere hæres, si integra legata soluat? Herclè, etsi conscius sim maximoperè exagitari, sum tamèn in ea sæpis dubius! arbitrarem verumtamèn negatiuam partem amplectendam fore, nimirùm, vt tali casu falcidiam detrahere non possit, siuè sciat, siuè ignoret, illam sibi de iure competere, *text. & Gloss. in l. error, C. ad leg. falcid. l. cùm quis, & l. 1. D. de cõdit. indeb. l. cuius per errorem, D. de regul. iur. Bart. cons. 93. Cancer. lib. 1. Var. Resolut. cap. 2. num. 56.* quos sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. decis. 246. num. 1. circà fin.*

8 nisi ex errore facti solidè legata soluat, putans hereditarias vires sufficere, tàm ad integra legata soluenda, quàm ad quartam retinendam; error

9 enim facti, haùd iuris tolerabilis est, *l. error facti 7. C. de iur. & fact. ignorant.* cùm iuris error neminẽ excuset, *Lapus allegat. 13. in princ. Card. Tusch. Practicar. Conclusion. lit. E. conclus. 320.* & fulcitur ea potissimùm ratione ist hæc sententia, quia falcidia, & trebellianica contrà testatoris

10 mentem deduci dicuntur, dùm hæres non detrahendo plenã testatoris fidem sectatur, adimpletq; perfectè, & in totum, quod testator iussit, ac voluit, vt post multos notant *Card. Mantica de coniecturis vltimar. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 8. per tot. Peregrinus de fideicommiss. art. 3. num. 86. Fontanell. de pactis nuptialib. claus. 4. gloss. 9. part. 5. num. 112.* & ex *l. patrem, & l. debitorem, D. quæ in fraud. creditor.* inquit etiam *Annæus Robertus loco infrà citando, fol. mihi 863. circà fin.* & demùm, quia cùm falcidiæ be-

11 neficium hæredis fauore inductum fuerit, *l. potest, D. ad leg. falcidiam* (quamuis debita sit ciuilitèr, & naturalitèr, vt per *Gloss. in l. cùm quis, C. de iuris, & facti ignorant.* quam communiorem esse post infinitos ostendit ibi *Padill.*) nè scilicèt hæredis nomen inane esset, neuè fierent irritæ testantium voluntates, & vt hæres institutus præmio aliquo, & commodo ad hæreditatem adeundam inuitaretur, prout scribit peritus *Annæus Robertus Rerum iudicatarum, lib. 4. cap. 17. fol. mihi 865. circà fin.* & fauori suo renun-

12 ciare possit, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* inducta censetur renunciatio, seù remissio quò

13 ad illius detractionem, & ità exponere videntur *Cancer. dict. cap. 2. num. 56. circà med. Peregrin. dict. art. 3. num. 124. & art. 47. num. 38. Gallerat. de renunciat. centur. 1. renunc. 48. num. 3. & 4. tom. 1.* quos sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis. 246. num. 1.*

PROLOGOMEN.

Moræ purgationi locum haùd esse, stante declaratione Domini volentis emphyteutam esse priuatum ob canonis non solutionem, in puncto Iuris probatur, Doctoribus contrarium sectantibus explosis, solutisq; eorum obiectionibus: verùm de æquitate canonica, & S.C. stylo sententiam hanc comprimi posteà eruditur, compluribus adductis, recensitisq; huiusce styli authoritatem circà, quem pro lege seruandum esse citrà dubium annuitur. Hinc illa altera non iningens proponitur quæstio, An ob canonis receptionem remissa censeatur caducitas? & exposito quot modis possit Dominus pensionem, seù canonem recipere, ac latè super eo suis in casibus fermocinato, clarè resoluta demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Purgatio moræ locum habet post declarationem Domini volentis, esse caducitati locum. Contrarium verius, vt num. 3. 8.*
Verùm restringitur de æquitate canonica, & stylo S.C. vt num. 25. & 32.
Secundùm quam æquitatem pacta, & conuentiones intelligi debent, vt num. 28.
2 *Priuilegium à lege concessum tolli non potest.*
4 *Declaratio Domini sufficit, vt emphyteuta in commissum cadat ob canonis non solutionem, sententia declaratoria, ac etiam citatione minimè expectata, & num. 18.*
Præsertim cùm pactum adest in instrumento, vt non soluente, vel alienante, &c. à suo cadat iure, vt num. 12.
Ampliatur id, vt locum obtineat etiam, si talis declaratio tacita sit, vt num. 9. & 19.
Verùm intelligitur, dummodò Dominus alium inuestiuerit, tanquàm de re deuoluta, vt num. 11.
5 *Emphyteuta ob canonem non solutum ipso facto ius suum perdit Domino volente, & num. 20.*
6 *Ab opinione, quam communis DD. sententia, & consuetudo approbauit, discedendum minimè est.*
7 *Fructus emphyteusis post Domini declarationem ad ipsum Dominum directum pertinent.*
10 *Voluntas, & verbis, & factis declaratur.*
13 *Dominus propter caducitatem rei emphyteuticæ possessionem propria authoritate capere potest.*
Intelligitur tamèn adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, vt num. 14.
15 *Sententia præuia partis citatione requiritur super*

Digitized by Google

per declaratione Domini volentis, esse caducitati locum.
Ampliatur, vt procedat etiam stante statuto disponente, quòd non soluens canonem sit ipso iure priuatus, vt num. 16.
Intelligitur tamèn, vt procedat ad essentiam exequutionis dumtaxat, non autem ad essentiam priuationis, vt num. 17.

21 Priuatio emphyteusis propter canonem non solutum non est in facto esse, sed in potentia fieri Domino volente.
Ampliatur, quamuis in inuestitura dictum sit, vt si canonis solutio non sit facta in die statuto, ipso facto res cadat in commissum, vt num. 22.
Extenditur itidèm, tametsi capitula adessent, quæ disponerent, quòd si canon non soluatur, res sit reuersa ipso facto ad Dominum, vt num. 23.
Ac paritèr ampliatur, quamuis præstita fuerit iurisiurandi religio, vt num. 24.

26 Tempora mutantur, similiter & persona, cùm nihil sit sub Sole perpetuum.

27 Stylus S.C. circà moræ purgationem cùm canonica æquitate se conformat.

29 Emphyteuta ob non solutionem canonum, per S.C. de facili non condemnantur ad relaxandum res emphyteuticas vti deuolutas, quia plures largiuntur termini pro censuum solutione, moræue purgatione, antequàm sententia proferantur.

30 Sententia S.C. circà rerum emphyteuticarum deuolutiones ob canonem non solutum, semper admittunt morosos emphyteutas ad purgandum moram infrà certos dies, quibus elapsis, haùdq; ante, exequuntur.

31 Obseruantia S.C. circà rescissionem contractus ad formam Bullæ, ob tertias non solutas, refertur.

33 Stylus Curiæ pro lege seruandus est.
Ampliatur, quamuis in contrarium iuris esset dispositio, vt num. 36.

34 Consuetudo iudicandi per binas sententias inducitur.

35 Consuetudo iudicandi in aliquo Tribunali attendenda est.

37 Sententia contrà stylum prolata nulla est.

38 Stylo potiùs, quàm consuetudini standum est.

39 Dominus quot modis canonem recipere possit, indicatur.

40 Dominus rei emphyteuticæ postquã cessatũ fuit in canonis solutione, recipiens canonem integrè ab emphyteuta, ipso facto caducitatem remittere intelligitur, nec ad deuolutionem amplius agere potest.
Ampliatur, etiam si canonem petierit, & nondùm illum receperit, vt num. 65.
Cùm declaratione tamèn de qua num. 67. & 71.
Restringitur quò ad caducitatem, quæ nondum euenit, vt num. 72. & 74.
Restringitur, si rem esse deuolutam ob canonem non solutum, ignoraret, vt num. 44.
Similiter limitatur, si non ipse Dominus, sed eius generalis Procurator canonem post incursam caducitatem ab emphyteuta receperit, vt num. 46.
Sed an id procedat, si mandatum habeat ad pensionem recipiendam, traditur num. 47.

41 Dominus rei emphyteuticæ canonem integrè recipiendo ab emphyteuta post caducitatem, videtur, quòd voluerit, vt emphyteuta in eodem maneat statu.

42 Via vna electa alteri renunciatum censetur.

43 Canonem recipere, & ad caducitatem agere absurdum est.

45 Dominus canonem præteriti temporis post caducitatem recipiendo, an præsumatur quòd sciuerit, vel ignorauerit, bona esse deuoluta.

48 Facultas faciendi gratuitas renunciationes nõ venit in mandato, vt quis facere possit, quod constituens ipse posset.

49 Facultas donandi in mandato cùm libera non comprahenditur.

50 Facultas remittendi caducitatem non præsumitur concessa in mandato recipiendi solutiones canonis.

51 Dominus rei emphyteuticæ post declarationem caducitatis canonem recipiens, sed non integrè, caducitatis pœnam remittere non præsumitur.
Ampliatur, etiam si ad integralem solutionem vnus nummus deficeret, vt num. 52.
At ponderandum esse, traditur num. 55.

53 Minimum attenditur, vbi ex pacto, siue tacito, siue expresso aliquid debetur.

54 Pœna vbi adest, non liberatur debitor soluendo partem, quin pœna committatur pro toto.

56 Dominus rei emphyteuticæ canonem præteriti temporis recipiens cùm protestatione, saluum sibi ius esse caducitatem declarandi *sibi quòad caducitatem non præiudicat.*
Traditur ratio num. 57.

58 Dominus rei emphyteuticæ si canonem simpliciter receperit pro tempore futuro caducitatem remisisse dicitur.
Ampliatur, tametsi adfuerit protestatio saluum sibi ius esse caducitatem declarandi, vt num. 59.
Restringitur, si Dominus ab expulsione priùs incœperit, vt num. 63.
Itèm, si emphyteuta tacendo protestationi directi Domini consenserit, vt num. 64.

60 Emphyteuta vt quis sit, & non sit eodem tempore, incompatibile est.

61 Factum præualet verbo, cùm vtrumq; saluari non potest.

62 Protestatio contraria facto non releuat.

66 Petere, & recipere paria sunt.

68 Emphyteuta ex mora beneficium consequi non debet.

69 Actus ex quo caducitas causatur, cùm tractum habet successiuum, perseuerat etiam post actũ, per quem caducitatis remissio resultat.

70 Vasallus in continua alienationis pertinacia manere dicitur, si Dominus non recognoscat, fidelitatem iuret, & inuestituram suscipiat.

73 Renunciatio ad futurum ius non extenditur.

75 Remedium quorum legatorum cessat pro ea parte, pro qua ab altero hæredum est concessa facultas legatario occupandi legatum sua sponte: secùs verò ob licentiam aut hæredem ante aditam hæreditatem concessam legatario, vt sua sponte legatum occupet.

76 Hæres consensum præstans quando vti hæres illum præstitisse dicatur.

Digitized by Google

OBSERVATIO XLIX.

INgentes nonnullæ hic exarantur quæstiones, nos duas dumtaxàt disquirere velimus, tanquàm pulchriores, ac in praxi frequentiores: quarum Prior est, an moræ purgatio locum habeat, postquàm Dominus velle esse caducitati locum, declarauerit? Secunda est, an ob canonis receptionem remissa censeatur caducitas? itàq; proposita stante methodo.

1 Significamus, quòd quidam priorem controuersiam circà sectati fuerunt, esse moræ purgationi locum non obstante declaratione Domini volentis, emphyteutam esse priuatum ob non solutionem canonis, ea nimirùm ratione suadente, quia cùm beneficium hoc purgandi moram emphyteutæ competat ex *cap. potuit, locat.* per Domini declarationem tolli non potest, nè aliàs in
2 ipsius sit potestate priuilegium à lege concessum auferre, vt de veriori opinione, & magis æquà testatur *Episcop. Couarr. Var. Resol. lib. 3. cap. 17. num. 4. vers. Ex quibus falsum videtur*, quem laudans sequitur *Corbul. de iure emphyteut. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 41. num. 9. & 10.* vbi laudat quoque *Iacob. de Nigris in l. si insulam, num. 78. & seqq. D. de verbor. obligat. Cepoll. cautel. 135. Tu scis quòd emphyteuta, num. 1.* quos, alios addens, sequitur noster *Author in tom. 2. Disceptat. forens. cap. 378. n. 13.* & de æquitate amplectitur latè *Marsil. singul. 463. Bero. cons. 150. num. 30. & seq. vol. 1. Sarmient. select. interpret. lib. 3. cap. 5. ad intellectum l. magnam, C. de contrahen. emption.*

3 Contraria tamèn sententia, & quidem rectè, alijs placuit, quam communitèr amplexari testatur *Anton. de Butr. in dict. cap. potuit, num. 18. Ias. in l. 2. num. 12. & seqq.* ibidemq; *Salyc. num. 28. & seqq C. de iure emphyt. Natt. cons. 274. num. 14. Cassad. decis. 2. num. 1. sub tit. de locat.* cum alijs, quos plena manu recensèt, & sequitur *Corbul. vbi supr. ampliat. 45.* nec non *Tiraquell. in l. si vnquam, verb. Reuertatur, num. 187. C. de reuocand. donat.* & post alios, quos referunt sectantur noster *Author dict. cap. 378. à num. 3. & seqq.* vbi quod verior sit, & magis communis sententia, *Thesaur. QQ. forens. lib. 2. quæst. 15. num. 7. Dom. Verde in sua Pantonomodidaschalia, lib. 3. tit. de censu emphyteut. num 2545. in fin.* atque mordicùs defendit *Dom. Ioannes Baptista Hodierna* Regius Consiliarius emeritissimus, litterarum præstantia, vitæq; probitate præditus in *lib. 1. Controuers. forens. cap. 1. num. 27. & seqq.* & firmauit *Card. Mantic. de tacit. & ambig conuent. tom. 2. lib. 22. tit. 27. num 31.* aduertès quòd non requiritur sententia declaratoria, & con-
4 sequentèr citatio nõ est necessaria, sed sufficit qualiscumq; Domini declaratio, vt præcæteris latè exponit *Alexand. in cons. 6. num. 14. cùm seqq.* attestans de magis communi *num. 17. lib. 3.* & sequitur *Corneus in cons. 114. num. 7. & 8. lib. 1.*
5 dicens, quòd ipso facto propter canonem non solutum emphyteuta perdit ius suum, & res ad proprietarium reuertitur, dummodò ipse voluerit: quamq; opinionem communem quoq; attestatur in *cons. 137. num. 12. eodem lib. 1. & in cõs. 165. num. 26. lib. 2.* vbi patèr communem profitetur: quemadmodum & quoq; *Ruin. in consil. 153. num. 6. lib. 1. & in cons. 57. num. 2. lib. 4.* nec non *Soccin. iun. in cons. 111. num. 2. in fin. cùm seqq. lib. 2. Decian. cons. 4. num. 18. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 9. lib. 4. sentent. receptar.* qui omnes communi Doctorum voto approbatam esse dicunt, & probat *Corbul. in dict. ampliat. 45. num. 1. in fin. & num. 2.* dicens, veriorem esse illorum sententiam, qui existimant, emphyteutam ob canonem non solutum ipso iure priuari, absq;
6 eo, quòd Iusdicentis sententia, aùt eius declaratoria requiratur, tùm quia in practica ab hac opinione, quam communis Doctorum sententia, & consuetudo approbauit, non est discedendum, vt *Iul. Clarus* inquit *dict. loc.* tùm etiam, quia om-
7 nes Doctores concedunt, fructus emphyteusis, pro qua canon solutus non fuit, post declarationẽ à Domino factam, etiam antè declaratoriam, & Iusdicentis sententiam, ad Dominum directum pertinere, *Rota Bonon. decis. 37.* & latè dicit ipsemet *Corbul. ibid. ampliat. 38.* vndè sequitur, quòd statim facta Domini declaratoria, emphy-
8 teuta sit priuatus, nàm alioquin fructus ad emphyteutam tanquàm ad Dominum vsq; ad Iusdicentis sententiam, vel saltèm vsq; ad litis contestatæ tempus pertinerent, iuxtà *text. in l. certum, C. de reiuendicat. & in l. ex diuerso*, vbi Doctores, *D. eod. tit.*

Quarè aliorum fultus authoritatibus idẽ *Card. Mantic.* firmat *ibidem num. 32.* atq; complurib⁹ exemplis dilucidat, quòd ad effectum prædi-
9 ctum satis etiam est tacita istius voluntatis declaratio, quando ex antecedenti necessariò sequitur, videlicèt, si post deuolutionem Dominus rem emphyteuticam vendiderit, vel alijs illam in emphyteusim concesserit, ex hoc enim satis intelligitur suam voluntatem declarasse, quòd priorem emphyteutam repellere voluerit, quasi nedùm
10 verbis, sed & multò magis factis voluntas declaretur, vt *Scaeuola I. C.* docet *lib. V. Responsorum*, notatus in *l. Paulus respondit 5. D. rem ratam haber.* iuncto *Iuliano I. C. lib. LXXXIV. Digestorum*, relato in *l. de quibus causis 32. D. de LL.* vbi etiã *Gloss. in verb. Factis* & exponunt *Ruin. cons. 166. num. 14. lib. 1. Soccin. sen. cons. 4. num. 23. in fin. & seq. lib. 3. Corn. cons. 237. num. 12. in fin. & seq. lib. 1. Soccin. iun. cons. 111. num. 15. & 16. lib. 2.* vbi super hoc dicit, insistendum minimè esse, quia est clarum, idemq; respondit *Bero. in cons. 119. num. 12. lib. 1.* necnon *Crauett. in cons. 658. num. 21.* & alios recensens communitèr Doctores id cõcedere dicit *Corbul. in dict. ampliat. 45. num. 3.* intelligendo tamèn, dummo-
11 dò Dominus alium inuestiuerit tanquàm de re deuoluta, *Alex. cons. 128. num. 7. ad fin. vers. Nec obstat si dicatur, lib. 5. Corn. cons. 115. num. 11. lib. 1.* & alij, quos sequitur *Card. Mantic. dict. num. 32. vers. Tertiò deducitur, in fin.* Quòd equidem eò fortiùs procedit, si in instrumento
12 pactum adesset, vt non soluente, vel alienante, &c. à suo cadat iure, quemadmodùm tales contractus de stylo fiũt cùm pactis emphyteuticis, &c. quod post *Surd. in decis. 29. num. 12.* considerat laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. cap 1. sub num. 28.* & etiam probatur ex *l. 2. C. de rei emphyteut. & Auth. qui rem, C. de Sacros. Eccles.* vbi, caducitatem propter valet Dominus

au-

Digitized by Google

13 authoritate propria possessionem capere, id quod communi ICtorum calculo receptum esse testatur *Gozadin. in cons. 39. num. 25.* præsertim, vbi pactum præcederet, vt latè *Card. Mantic.* ostendit in *dict. lib. 22. tit. 22. num. 12. & 14.* vbi habes, licere Domino proprio iure fundum ingre-
14 di, cùm moderamine tamèn inculpatæ tutelæ, haùd verò si coactis hominibus armatis possessionem capere niteretur, quod affluètèr *Menoch.* exornat in *tract. de adipiscend. possess. Remed. 5. num. 81. & seqq.* omnes nàmq; leges, omniaq; iura permittentes, vim vi repellere, cùm moderamine inculpatæ tutelæ admittunt, vt ICti communitèr docent in *l. vt vim, D. de iustit. & iur.* Neq; contrà dictam nostram firmatam, Auctoritatibusq; comprobatam conclusionem, ad improbandum nempè, quòd non sit moræ purgationi locus post Domini declarationem, tali argumento.

15 Obijciendo insurgas, ex eo quòd nonnulli dicant, super huiusmodi declaratione sententiam requiri præuia partis citatione, vt inquit *Ronchegall. in l. 2. num. 34. de duob. reis*, vbi etiam asserit, quòd videtur communis omnium opinio, & firmant *Reg. Rouit. super Prag. 1. de censib. num. 42. & seqq. Trentacinq. Var. Resolut. lib. 3. tit. de iure emphyt. resol. 4. num. 1. & 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. dict. tit. 22. num. 14. vers. Non autem*, licèt dicat *Rotam* indecisam hanc controuersiam in facto reliquisse, *Menoch. de adipisc. possess. Remed. 5. num. 77. cùm seq. noster Author tom. 1. Discept. forens. cap. 36. sub num. 10.* alijq; apùd *Cost. de portion. rat. quæst. 6. num. 8.* & decisum in S.C. refert *Afflict. in decis. 97.* licq; etiam *Ioseph Ludouic. in decis. Lucens. 9. num. 9.* quam-
16 uis statutum extaret, quòd non soluens canonem sit ipso iure priuatus, cùm intelligatur secundùm Ius Commune, *Card. Mantic. dict. tit. 27. num. 30.* idcircò in casu proposito esse morę purgationi locum poterit.

Respondetur enim distinguendo præmissam illam, quòd super huiusmodi declaratione requi-
17 ratur sententia præuia partis citatione, vt scilicèt procedat ad essentiam exequutionis dumtaxàt, nó autem ad essentiam priuationis, quo casu huiusmodi declarationis modus haùd requiritur, vti *Afflict.* tradit in *dict. decis. 97. num. 1. & 4.* & explicat laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. cap. 1. Controu. forens. num. 33. & in addit. ad Surd. decis. 29. sub num. 2.* ad causandam enim caducitatem ob canonem non solutum satis est
18 Domini declaratio, nedùm expressa, quæ est quando Dominus etiam absente emphyteuta, protestatur, quòd nó intendit ipsú ampliùs habere prò emphyteuta, ex quo in canonis solutione cessauit, vt per *Cepoll. cautel. 135. Tuscis, quòd emphyteuta priuationem emphyteusis inducit, & Corbul. d. ampliat. 45. nu. 8.* sed etiã tacita, & con-
19 iecturata declaratio, veluti si Dñs emphyteusim, vti ex non solutione canonis ad ipsum deuolutã, alteri concedat, nàm tunc tacitè declarare dicitur velle esse caducitati locum, vt latè ex *Card. Mantic.* potissimùm suprà firmatum est; tametsi sẽper
20 intelligatur id, si Dominus voluerit, cùm nunquàm res in commissum cadat, nisi Domino volente, *Bartol. in l. 2. num. 2. C. de iure emphyt.* eodemquè loco *Salyc. num. 2. Bald. in secund. lect. num. 3. & Iason num. 6. vsque ad num. 12. Rimi-*
nald. in §. 1. nu. 22. Instit. de donation. Paris. communem id præconizans in *cons. 108. num. 33. lib. 1.* omnesquè Doctores ità sentire, dicit *Dec. in cons. 146. sub num. 5.* & alijs adductis aduertunt *Card. Mantic. dict. lib. 22. tit. 27. num. 32. vers. Fatendum est autem, Corbul. dict. ampliat. 45. num. 5. Tiraquell. in dict. l. si vnquàm, verb. Reuertatur, num. 10. C. de reuocand. donation. Cassaneus in Consuetud. Burgund. Rubric. 9. Des Mainsmortes, §. 22. in text. Demeurent au seigneur, num. 1. fol. mihi 1531. Guliel. Reodan.* ex cõmuni Doctorum sententia in *tract. de rebus Ecclesiæ non alienand. quæst. 19. num. 15. & Rota Bonon. decis. 37. num. 15. vers. In contrarium*, vbi
21 inquit, quòd priuatio emphyteusis propter canonem non solutum non est in facto esse, sed in potentia fieri Domino volente, *Roland. à Valle cons. 81. num. 6. vol. 1. & cons. 57. num. 9. vol. 3.* vbi hoc verum esse tradit, etiam si in inuestitura
22 dictum sit, vt si canonis solutio non sit facta in die statuto, ipso facto res cadat in commissum, vt etiam docuit *Dec. in cons. 138. sub num. 6. & Corn. in cons. 115. num. 1. vol. 1.* qui similitèr di-
23 cit hoc verum esse, etiam si capitula adessent, quę disponerent, quòd, si canon nó soluatur, res sit reuersa ipso facto ad Dominum, quod etiam, si præ-
24 stita fuerit iuris iurandi religio, procedere tradit *Grat. in cons. 55. num. 25. & seqq. vol. 1. & in cõs. 121. num. 26. vol. 2.* & sequitur *Corbul. vbi supr. num. 8.* Ex quibus equidem liquet, posteriorem hanc sententiam veriorem esse.

25 Sed quidem in puncto iuris, secùs autem de æquitate, & Sacri Consilij stylo, secundùm quod semper re integra, quando ius partis non est factum deteriùs, admittitur ex æquitate morę purgatio, vt fuit iudicatum in S.C. sub die 1. Iulij 1636. in causis Cæsaris Zattara cùm Casalibus Terræ Iuæ, de qua testatur *Dom. Reg. Capycius Latro in decis. 30.* cuius meminit, de stylo prædicto attestans *Dom. Cõsiliar. Hodierna ad Surdum decis. 29. num. 9.* de quo etiam stylo testatur *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus cẽtur. 1. Discept. forens. cap. 27. ex num. 84.* sic pariter *D. Cæsar Vrsill. ad Afflict. decis. 174.* contrà id, quod decisum fuit tempore eiusdem *Afflicti in eadem decisione*, quia mutantur tempora, mutan-
26 tur personæ, & omnia, cùm nihil sit sub Sole perpetuũ, *l. cùm debere columnam*, & ibi *Bart. D. deseruit. vrban. prad.* de prædicto demùm stylo testatur *Anna in singular. 349.* vbi duas refert Sacri Consilij decisiones inuicem pugnãtes, quia in vna admissa fuit moræ purgatio, haùdq; in altera, & dicit, rationis diuersitatem audiuisse ab eruditissimo Sacri Consilij Præside *Hieronymo Seuerino*, nàm vno in casu partis ius factùm erat deterius, in alio verò secùs, sicq; equi-
27 tas istha:c cùm canonica æquitate se conformat, de qua in *cap. potuit, locat.* & probat hoc Synodalis *textus in l. si post tres, D. si quis caution.* ibi, *Neq; Actoris ius ex mora deterius factum sit, consequens est dici, defendi eum debere exceptione*, per quem ità tenuit *Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 8. num. 6.* quem sequitur noster *Author in tom. 5. Discept. forens. cap. 915. num. 3.* allegans quoque *Decian. in cons. 138. col. 3. in fin.*
28 vbi, quod ista purgatio morę est fundata in æquitate, secundùm quam pacta, & conuentiones intelligi debent, *l. consensu, D. de action. & obligat.*

Digitized by Google

gat. notat hoc idem in terminis Reg. *Rouitus in decis.* 53. *num.* 10. vbi alios complures recenſet, quemadmodùm & quoque *Reg. Capycius Latro in decis.* 160. *num.* 8. *tom.* 2. nec non *Carroc. de locat. & conduct. part.* 4. *tit. de mora, poſt num.* 20.

Cœterùm de memorato ſtylo S. C. fidiſſimus nobis eſt teſtis *Dom. Præſ. de Franchis in deciſ.* 482. *num.* 10. vbi dicit, quòd in Sacro Conſilio
29 ſtrictiſſimè proceditur in declarando res emphyteuticas deuolutas ob canonem non ſolutum, quia multi dantur termini pro illius ſolutione, & moræ purgatione, antequàm proferatur deuolutionis ſententia ex cauſa prædicta: immò in eadē
30 ſentētia apponitur clauſula, quòd ſi infrà certum tempus emphyteuta ſoluerit, ſententia deuolutionis non mandetur exequutioni; haùdq; prædicta dumtaxàt in emphyteuſis deuolutione obſeruantur, ſed quoq; in reſciſſione contractus an-
31 nuorum reddituum ad formam *Bullæ Nicolai*, & *Martini* Summorum Pontificum, de quibus in *Reg. Pragm.* 1. *de cenſib.* nàm quamuis adſint pacta, quòd ob non ſolutionem duarum tertiarum, contractus reſcindi poſſit, ſub quibuſuis clauſulis, quòd mora purgari non poſſit, tamèn antequàm ad reſciſſionem deueniatur, bina ad minùs fiunt præcepta, quòd conuentus infrà certum tempus ſoluat tertias decurſas, aliàs prouidebitur ſuper petita reſciſſione, quibus in terminis, ſi non ſoluerit, moramuè purgauerit, fertur reſciſſionis ſententia, condemnando Reum ad ſortis principalis reſtitutionem, vnà cùm cenſibus, ſiuè tertijs decurſis; & nihilominùs apponitur clauſula, *quòd ſi infrà aliquod tempus* (quod ad arbitrium Sacri Conſilij apponi ſolet) *velit purgare moram, & ſoluere tertias decurſas, ſuperſedeatur in ipſius ſententiæ reſciſſionis exequutione*, de quo teſtatur idem *Dom. Reg. Capycius Latro dict. deciſ.* 30. *num.* 17.

32 Quamobrèm laudandam hanc Sacri noſtri Conſilij obſeruantiam euenit, vt quando ius partis non læditur, benignior ſit facienda interpretatio pro moræ purgatione, æquitate quoq; canonica ſuadente ex *text. in dict. cap. potuit*, propte-
33 reà pro lege ſeruandum eſſe citrà dubium conſequimur, nàm Curiæ ſtylus pro lege ſeruandus eſt in vnaquaq; Curia reſpectiuè, ſcilicèt in ea, vbi vigere cōſueuit, *Bart. in l. iuriſperitos, in fin. D. de excuſat. tutor. Bald. & Cyn. in l. fin. C. quæ ſit longa conſuetud. Mainard. deciſ.* 11. *Cappell. Tholoſ. deciſ.* 115. *Carauit. Rit. M.C.V.* 79. *num.* 12. *& Rit.* 260. *num.* 7. *Afflict. in prælud. Conſtit. not.* 9 *& deciſ.* 135. *num.* 3. *Præſ. de Franch. de-*
34 *ciſ.* 238. *num.* 3. vbi quod per binas iudicaturas inducitur iudicandi conſuetudo, quod etiam inquit *Regens Capycius Latro deciſ.* 30. *num.* 20.
35 & quòd iſta obſeruantia, & conſuetudo iudicādi in aliquo Tribunali ſit attendenda, idem *Præſ. de Franch. deciſ.* 470. *num.* 4. *Cauenſ. in Rit. M.C.V.* 1. *num.* 8. *Mantua in tract. caſuum ſtyli Sacri Palatij Apoſtolici, in princ. Ferrer. ad obſeruat. Cathaloniæ, part.* 1. *cap.* 505. *Theſaur. in proœm. deciſ. Pedemont. nu.* 32. *Napod. in proœm. Carol. num.* 330. *Ignat. de Villar. in ſilua reſpōſ. lib.* 1. *Reſponſ.* 1. *Perez in lib.* 28. *tit.* 4. *lib.* 2. *ordinat. pag.* 251. *Maſcard. de probation. concluſ.* 1041. *Ann. ſingul.* 497. *Ludouic. deciſ. Peruſin.* 96. *num.* 7. *Nouar. de grauam. vaſall. tom.* 2. *gra-*
uam. 39. *Gallupp. in prælud. praxis S.R.C. part.* 2. *num.* 5. *Io. de Montaygne de parlam. in addit. num.* 8. *Reg. Rouit. ſuper Pragm.* 3. *de ceſſion. bonor. num.* 23. *verſ. Inoleuit frequētiſſima praxis, Reg. Capyc. Latro deciſ.* 30. *num.* 19. *& deciſ.* 74. *num.* 17, *Dom. Conſiliar. Pratus Practicar. Obſeruat. centur.* 1. *Obſeru.* 44. *& tom.* 3. *Diſcept. forenſ. cap.* 41. *à num.* 95. nec non in *diet. cap.* 27. *num.* 88. vbi proprijs in noſtris terminis hoc firmat alios addens, & *Dom. Conſiliar. Petra ſuper Rit.* 1. *M.C.V. num.* 60. *& ſub num.* 61. vbi alios
36 recenſet, qui etiam dicunt ſtylum pro lege obſeruandum eſſe, quamuis in contrarium iuris eſſet diſpoſitio, *l. ſi quando, in fine, C. de iniur.* §. *fin. Inſtit. de ſatisdat.* propterea, quòd ſecundùm illum fit, ſecundùm ius peroptimè agitur, *Innoc. in cap. cùm veniſſent, de eo qui mitti. in poſſeſſ.* ſiuè ille ad ordinandam, ſiuè ad terminandam litem tendat, *Zabarell. in Clem. ſæpè*, § *& quia, in* 6. *notab. de verbor. ſignifie.* cùm alijs plena manu adductis per *Menoch. de præſumpt. quæſt.* 8. *num.* 14. *lib.* 2. vndè fit, quòd ſententia contrà ſtylum
37 prolata nullitatis labe maculata dicitur, *Rebuff. de conſtit. art.* 2. *Gloſſ.* 13. *num.* 44. *tit. de conſuet. Marcell. Calà de modo articul.* §. 1. *Gloſſ.* 41 *num.* 82. *Surd. deciſ.* 175. *num.* 10. cùm alijs, quos ſequitur *Dom. Conſiliar. Petra dict. loc. num.* 62. ſubnectens *num.* 63. ex complurium ICtorum
38 voto, quod ſtylo potiùs, quàm conſuetudini ſtādum eſt; & proindè quotidiè è M.C.V. S.C. cæteriſq; Superioribus Tribunalibus manant decreta, & prouiſiones, quòd obſeruetur ſtylus Curiarum inferiorum, vt prouiſum per *Dom. Præſid. de Franchis*, tunc Reg. Conſiliarium, & cauſæ Cōmiſſarium, Menſe Maij 1571. in cauſa Terræ Siciniani, memorat *Nouar. citat. grauam.* 39. *num.* 14. Elucidata priori quæſtione, modò non ſinè noſtri inſtituti aptitudine de ſecunda videre eſt; itàque.

Et ſi amplectenda nè ſit affirmatiua pars, an reijcienda, ingens ſit difficultas, nihilò tamen minùs huius difficultatis tumor detumeſcit, ſi priùs diſſeramus, quot modis poſſit Dominus penſio-
39 nem, ſeù canonem recipere; Et quidem, vt pateſcat, ſciendum eſt, quòd poteſt primò canonem recipere pro tempore præterito integrè; poteſt ſecundò non integrè, veluti ſi adhùc triennium, vel biennium in Eccleſiæ emphyteuſi remaneret; tertiò poteſt Dominus canonem præteriti temporis recipere, adhibita proteſtatione, ſaluum ſibi ius eſſe caducitatem declarādi; quartò poteſt canonem recipere pro futuro tempore ſimpliciter; quintò adhibita proteſtatione prædicta; Quibus poſitis.

40 Dicimus, Dominum, poſtquàm ceſſatum fuit in canonis ſolutione, & eſt incurſa caducitas, canonem integrè ab emphyteuta recipiendo, dici declaraſſe, nolle caducitati locum eſſe, vt *Gloſſ.* voluit in *d. cap. potuit, de locat.* quam doctrinam ſequuntur *Iaſon. in l.* 2. *num.* 124. *C. de iure emphyt. Ruin. conſ.* 151. *num.* 12. *lib.* 1. cœteriquè, quos referunt, & ſectantur *Menoch. de recuperand poſſeſſ. remed.* 9. *num.* 152. nec non in *tract. de præſumption. lib.* 3. *præſumpt.* 112. *Corbul. in tract. de emphyteutis, & cauſis ex quibus ſuo iure priuantur, tit. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, declaration.* 21. *num.* 1. *Fulgin. de iure emphyteut. tit. de alienat. quæſt.* 1. *num.* 325.

Cald.

Digitized by Google

Cald. de extinct. emphyteus. lib. 4. cap. 11. num. 16. Amic. de iure emphyteut. quæst. 33. quam sententiam esse communi Doctorum voto receptã, & ab ea tàm in consulendo, quàm in iudicando recedendum non esse, dicit *Trentacinq. in lib. 3. Var. Resolut. tit. de iure emphyteut. Resolut. 4. sub num. 4.* prout sic quoq; compluribus alijs Doctoribus adductis tradit *Hercules Marescotta in lib. 2. Var. Resolut. cap. 137. num. 5.* necnon *Dom. Regens Rouitus super Prag. 1. de censib. sub num.* 41. vbi communiorem esse præconizat sententiam, & approbatam in Senatu fuisse, memorat *Surdus in decis. 317. antè num. 1.* & fulcitur euidenti coniectura, etenim ex canonum receptione
41 aliud inferri nõ potest, nisi quòd recipiẽs voluerit, vt emphyteuta in eodem maneat statu, & per cõsequens, vt ampliùs de incursa caducitate non curet, quasi ex huiusmodi receptionis actu remissa illa videatur, cùm vna via electa, alteri re-
42 nunciatum censeatur, *l. post diem, D deleg. commiss.* neq; enim æquum foret vtrumq; facere, recipere nempè canonem, & ad caducitatem agere,
43 immò esset absurdum, & contrà *Gloss.* apertam *in l. 2. vers. Item triennio, C. de iure emphyt.* vbi expressè prohibetur, Dominum directum vtrũq; agere posse, cuius equidem *Gloss.* dispositionem communiori ICtorum voto approbatam esse etudimur, prout eam præcæteris approbant *Dom. Reg. Rouitus super dict. Pragmat. 1. de censib. sub num. 42. Guid. Pap. decis. 172. Clarus in §. emphyteusis, Gigas* communem esse inquiens *in tract. de pensionib. quæst. 76. post num. 6. Amic. d. quæst. 33.* Quidquid foret, si Dominus, rem esse deuolutam
44 ob canonem non solutum, ignorans, illum receperit, quo casu caducitatem haùd remittere præsumi, docet *Speculat. in §. nunc aliqua, quæst. 24. num. 35. de locat.* per *l. mater, D. de inofficios. testament. & l. si quando, §. final. C. eod. l. final. C. de furt. l. legitima, D. de petition. hæreditat. & 3. quæst. 9. cap. Indicas,* quem sectatur *Iason in dict. l. 2. num. 130. vers. Prædicta omnia, C. de iure emphyt.* vbi in eandem sententiã citat *Cyn. Bald. & Imol. in l. Manius, §. duobus, D. de legat. 2. Bald. in cap. 1. in 3. col. Quo tempore miles, & Ant. de Butrio in cons.* 20. quibus consentiunt *Alexan. in cons. 105. num. 14. vol. 3. & in cons. 113. num. 2. vol. 4. & in cons. 13. num. 22. & seq. vol. 6. Ruin. in cons. 70. num. 14. vol. 5. Grat. in cons. 2. num. 75. vol. 1.* vbi quoq; sententiam hanc cõmuni Doctorum voto receptam esse testatur, & *Tiraquell.* qui more suo multos alios huius sententiæ sectatores congerit, in *tract. de retract. consangu. §. 1. gloss. 10. num. 22.* quibus se subscribit *Corbul. in citat. declarat. 21. num. 14.* inqui-
45 rens, an præsumatur, quòd Dominus sciuerit, vel ignorauerit, bona esse deuoluta, & Lectorem remittit ad tradita per *Bero. in cons. 117. num. 5. vol. 1. & in cons. 116. num. 13. cùm seqq. eod. vol.* & per *Alexand. in cons. 105. num. 14. vol. 3. Ruin. in cons. 70. num. 14. col. 5. Dec. in cons. 452. num.* 26. Quemadmodùm quoq; dicẽdum est, vt nem-
46 pè haùd procedat, quãdo non ipse Dominus, sed eius generalis Procurator canonem post incursam caducitatem ab emphyteuta recepit, quia is, sicùt transigere, eamq; expressè remittere non potest, ità nec tacitè canonem recipiendo, vt in propijs nostris terminis tradit *Paris. in cons. 86. num. 17. vol. 4.* quem sequitur *Corbul. vbi supr. num. 16.* nisi habeat ad hoc speciale mandatum, vt scribit *Bero. in d. cons. 116. num* 10. nec non *Afflict. in decis. 129. num. 10. & seq.* tametsi hanc rem circà *Corn. in cons. 187. vol. 1.* sentire videa-
47 tur, quòd is, qui mandatum habet ad pensionem recipiendum, & renouandum absq; eo, quòd mãdatum habeat ad caducitatem remittendum, recipiendo canonem Domino præiudicet, nisi is priùs actum nullitati obnoxium etiam fecisset, ex quo appareret, ipsum animum habuisse acceptandi amissionem emphyteusis ob canonem non solutum: quia tunc postea canonem ab emphyteuta recipiendo, ei incursam caducitatem remittere haùd dicitur; Id attamẽn rectè ponderandum est,
48 cùm in contrarium esset, quòd in mandato, vt quis facere possit, quod ipse conditurus posset, minimè veniat facultas faciendi gratuitas renunciationes, *Bald. in l. 1. num. 15. vers. Inducitur etiam ad 4. quæst. C. de bonis maternis, Dec. in cons. 255. in princ.* neq; in mandato cum libera
49 donandi facultas comprehendatur, *Bero. quæst.* 33. neq; demùm in generali mandato, certorum casuum speciale mandatum requirentium enumeratione adiecta, comprehendantur casus ponderosiores expressi, *Imol. in Clement. non potest, num. 3. de procurat.* ex quibus fit, quòd in man-
50 dato recipiendi solutiones canonis, & renouandi, nullo modo intelligi debet concessa remittendi caducitatem facultas, vt in terminis docet *Afflict. in citat. decis. 129. num. 10. & seq.* per multa alia iura, quæ apùd eum videre fas est, quem etiã complures recensens sequitur noster *Author hic num. 25.* iunctis *num. 27. & 28.*

51 Si verò Dominus pro tempore iam elapso canonem reciperet, sed non integrè, puta si adhùc triennium, vel biennium in emphyteusi Ecclesiastica remaneret, tunc caducitatis pœnam minimè remissam intelligi, tradunt *Speculat. in tit. de locato, siue de emphyteusi, §. nunc aliqua, quæst. 29 num 40. Io. Andr. ad Speculat. ibid. in verb. Constituitus, Oldrad. cons. 29. Alber. in Auth. quirem, num. 4. C. de Sacros. Eccles. Bald. in Rubric. C. de contrah. emption Castr. in l. in executione, §. si ità stipulatus antè num. 2. vers. Quòd § emphyteut. 1, D. de verbor. obligat. Gozad. cons. 57. num. 15. & cons. 69. num. 8. Natt. cons. 479. num. 7. & seq. vol 3. Iaf. in l. 2. quæst. 16. num. 54. C. de iure emphyteut. Berous cons. 120. num. 17. vol. 1. Hippol. Riminal. cons. 94. num. 2. & Instit. de donation. §. 1. num. 4. Imol. in cap. potuit, post num. 47. extrà, de locat. Crot. in l. 4. §. Cato, num. 29. D. de verb. obligat. Gulielm. Mayner. in l. imaginaria venditio, num. 2. D de regul. iur. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 26. & in tract. de Iudic. in rebus exiguis, vers. Si, lo secondo,* quos omnes refert, & sequitur *Dom. Reg. Rouit. super Pragm. 1. de censibus, sub num.* 41. quibus addimus *Fulgin. de var. caduc. quæst. 14. num. 9.* atq; *Corbul. in dict. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliat. 5. num.* 1. qui supra recensitos omnes pari èr Doctores allegat, alios complures addens: ex quibus cemũ habetur, quod sententia ista hæc procedit, etiam
52 si ad integralem solutionem vnus duntaxàt deficeret nummus, vt expressè probari dicit idem *Reg. Rouit. ibidem* ex *tex. in l. executione, §. item si ità, D. de verbor. obligat. & in l. quamdiu. C. de distract. pignor.* & ex decisis per *Gloss. in l. res bona*

Digitized by Google

na fide, D. de contrah.empt. ea ratione, quia vbi
53 ex pacto, siue tacito, siue expresso aliquid debetur, etiam minimum attenditur, & de eo est habenda ratio, vti *Dec.* exarat in *Auth. qui rem, num.18. C. de Sacrof. Eccles.* & vbi pœna adest,
54 non liberatur debitor soluendo partem, quin pœna committatur pro toto, vt voluit *Bartol. in l. scire debemus, num.4. D. de verbor. obligat.* & sequitur citatus *Dom. Reg. Rouit. dict. num.41. in fine.* Quod tamèn rectè perpèndendum est, etenim
55 nescio, quomodò defendi possit, si triennium, vel biennium, ex quo causatur caducitas, haùd remaneat, quod ex infrà dicendis clarior fiet, & videda sunt, quæ lato calamo citatus *Corbulus* exponit in *dict. ampliat. 5. per totam.*

56 Si autèm Dominus pensionem, seù canonem præteriti temporis receperit adhibita protestatione, saluum sibi ius esse caducitatem declarandi, tali casu aliquod sibi præiudicium quòad caducitatem non infert, neque illam remittere censetur, vt sermocinari videtur *Gloss. in dict. cap. potuit, de locat. in verb. Expelli,* & eo loco sub *num.* 19 declarat *Anton. de Butrio,* videnturq; sentire *Imol. ibidem sub num.39. Alexand. in cons.105. num.13. vol.5.* atq; probatur ex ijs, quæ *Soccin.* tradit in *cons. 167. num.10. vol.2.* vbi inquit, quòd si cessatum sit per sex annos, & Dominus canonem pro primis, siue pro vltimis tribus annis recipiat, poterit nihilominùs emphyteuta expelli, quam *Gloss. in dict. cap. potuit,* dicit esse per Legistas omnes, & Canonistas communitèr approbatam, *Iason in l. si post moram, sub num.4. vers. Confirmo per illud,* D. *de eo quod certo loco,* & *Alberic. in dict. l.2.* vbi etiam idem *Ias. sub num.* 124. *vers. Item in quantum Bart. in 3. membro,* & demùm firmant præcœteris hanc sententiam *Author noster, hic num.31.* dicens, quòd omnes Doctores eam admittunt, *Iulius Clarus in dict. §. emphyteusis, quæst.10. in princ. Corbul. in citat. declarat.21. sub num. 3. vers. Vel nisi Dominus, Fulgin. in supracitat. loc. vers. Secundus casus, Guliel. Reodan. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienand. quæst.20. num.17. pag.445.* estq; potissima ratio, quia tunc talis protestatio compatibi-
57 lis dicitur, haùdq; contraria facto, nàm simùl stare potest, quòd Dominus pro tempore præterito canonem recipiat, & sibi ius expellendi emphyteutam reseruet, cùm triennium, vel bienniũ, ex quo causatur caducitas, remanet, pro quo Dominus ipse canonem non recepit.

58 Præterea, si directus Dominus canonem simplicitèr receperit pro tempore futuro, ideò decurso post causatam caducitatem, exempli gratia, si emphyteuta per quatuor cessauit annos, & Dominus post cessationem duorum, vel trium annorum canonem recepit, tunc dubio procùl caducitatem remisisse arbitratur, vt *Fulgin.* notat *in supracitato loco, vers. Tertius casus,* cùm alijs lato calamo notatis in supra posito priori casu.

59 Cœterùm, si tali casu nempè, si directus Dominus canonem pro futuro tempore receperit adhibità indicata protestatione, saluum sibi ius esse caducitatem declarandi, tunc, haùd obstante eius protestatione, caducitatem remittere dicitur, vt contrà *Bart. in dict. l.2. num.8. in fine, C. de iure emphyt.* concludunt communitèr ICti omnes, vt testantur *Iason in dict. l. 2. sub num. 124. vers. Item in quantum,* vbi etiam refert, quòd idem contrà *Bart.* eo loco tenent *Cyn. Cardinal. & Ant. de Butrio in dict. cap. potuit, num.19. Anton. Rub. in l. non solùm, §. morte, num.290. D. de nou. oper. nunciat. Ruin. in cons.110. num.4. & in cõs.51. num.12. vol.2. Surdus in decis.317. num. 26. Iul. Clarus in dict. §. emphyteusis, quæst.10. paulò post princip.* dicẽs, incompatibile esse, quòd pensio recipiatur pro tempore decurso post caducitatem, & quòd saluum sit ius caducitatis, &
60 consequentèr, quòd quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta, idcircò quidquid cantet protestatio, factum præua-
61 let verbo, cùm vtrumq; saluari non possit: quam sententiam etiam contrà *Bart.* sequuntur *Gigas in tract. de pensionib. quæst.73. num.7.* vbi illam communem quoque præconizat, *Corbul. in dict. declarat.21. num.2.* vbi etiam de communi testatur, *Fulgin. vbi supr.* & *Hercul. Marescotta lib. 2. Var. Resol. cap.137. num.6. & seqq.* adnectens, quòd ità per Rotam resolutum fuit in vna Romana deuolutionis domus, 2. Decembris, 1592. coràm Cardinale Mantica, illa nimirùm ratione
62 suadente, quia protestatio isthęc vti contraria facto, & vti incompatibilis cùm receptione canonis pro tot annis, quòd posteà triennium, vel biẽnium, per quod causatur caducitas, haùd remanet, protestanti non prodest, *cap. cùm M. Ferrariensis, extrà de Constit.* Restrictionem tamèn id pati dicit *Cephal. in cons.222. num.3. vers. Sed his non obstantibus, vol.2.* quem sequitur *Corbul. dict. loc. sub num.3.* vt scilicèt minimè procedat,
63 si directus Dominus ab expulsione priùs incœperit, vt putà quia iàm esse caducitati locum declarauit, iàmq; caducitatis iudiciũ incœpit; prout quoq; dicendum videtur, si emphyteuta tacendo
64 protestationi directi Domini consenserit, vt tradit *Ruin. in dict. cons.151. num.12.* ex sententia *Imol. in dict. cap. potuit, num.39.* & sentit etiam *Ias. in dict. l.2. num.127. C. de iure emphyt.* nec non *Rub. in dict. l. non solùm, §. morte, num.290. in fin.* quos sequitur *Corbul. vbi supr, num.4.* atq; *Fulgin. dict. loc.* Hactenùs de proposita posteriori controuersia, modò illam circà adnotare conuenit.

65 Quòd eius prior pars procedit, nedùm si Dominus directus canonem receperit, sed etiam si illum non solutum petierit, & nondùm illum receperit, nàm petendo canonem ab ipso emphyteuta æquè sibi præiudicat, ac si solutionem receperit, cùm duo isti casus receptionis canonum, & petionis illorum æquiparentur ad effectum, vt caducitas remissa censeatur, quippè quod paria
66 sunt petere, & recipere, *l. ad solutionem, C. de re iudic.* ità post alios, quos referunt hac in specie firmant *Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. Gloss. 2. num.64. Marescott. dict. Resolut. 137. num.9. Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis.6. num.11.* & approbatum pro vero in Senatu fuisse, tradit *Surdus in decis. 317. num. 1.* complura ad propositum recensens *num. seqq.* Contrarium tamèn verius Ipse arbitror, vt scilicèt procedat id, quando petitionem post sequutum
67 est effectum, vtputà si petens consequutus fuerit, quòd petijt, quia emphyteuta à Domino requisitus, vt canonem soluat, si soluere negligat, constitutus dicitur in noua mora, quæ illi præiudicium inferre debet, cùm absonum sit, vt pro-
68 pter eius nouam, & vltimam moram, quæ nocet,

vt

Digitized by Google

vt notatur per *Ioan. Sadolet. in Repet. l. quod te, num.* 44. *D. si certum petatur*, & ibi per ICtos communiter; beneficium recuperationis amissæ emphyteusis consequatur, quemadmodùm rectè notat *Corbul. in citat. declarat.* 21. *sub num.* 11. qui quamuis in fine cogitandum relinquat; nihilominùs ist hæc nostra sententia sectanda est abdubio, prout sequuntur *Petr. de Bellapert. in lib. commissoriæ, in fin. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, Castrens. in l.* 1. *num.* 11. *cùm seqq. C. eod. tit.* per *tex. in l. nihil, §. cùm filius, de inoffic. testam.* nec non dilucidat *Cassan. in cons.* 11. *num.* 96. adnotans, quòd si actus, ex quo caducitas causatur, tractum haberet successiuum, tunc
69 etiam post actum, per quem caducitatis remissio resultat, perseuerare debet actus, per quem caducitas nascitur, videlicèt, si post feudi alienationē, aùt ob non petitam inuestituram, Dominus post
70 annum admittat vasallum, donèc res stat alienata, vel cessatur in petendo inuestituram, mutari poterit voluntas ist hac stante negligentia, & ad caducitatem recurri, quasi vasallus, in continuæ alienationis pertinacia manendo, continuò alienare videatur: quod etiam tradit *Butr. in cons.* 22. *num.* 3. & 4. & licèt subnectat, non audere hoc firmare, ex quo non habet *Glossam*, aùt *Doctorem*; nihilominùs bona venia sua allegare poterat *Speculat.* prout allegat *Corbolus in citat. declarat.* 21. *num.* 11. qui in §. *nunc aliqua, quæst.* 84. *num.* 106. *de locato*, expressè id firmat, nàm
71 antiquo, & communi Iure inspecto præfixum post tempus soluere non licebat, immò res emphyteutica morosò auferebatur, cùmq; autèm hodiè Iuri Communi additum fuerit, vt sibi possit celeri satisfactione prouidere, abdubio intelligēdum id est, quòad effectualem solutionem, nàm qui exactus debitum non soluit, celeritèr sibi prouidere dici minimè potest, vt perbellè *Corbulus dict. num.* 11. alios sectantes coadunans, quibus addimus *Surd. decis.* 221. *num.* 18. *Schrader. de feudis, 2. part. nonæ partis principalis, sect.* 14. *num.* 31. *vers.* 22. *concludo.*

72 Deniq; tacita ist hæc non implementi remissio ex receptione, seù petitione proueniens, operatur dumtaxàt in obseruantiæ, seù caducitatis iàm commissæ respectu, minimè verò illius, quæ nōdùm euenit, siquidem si expressa renunciatio ad
73 futurum ius suas vires non extendit, *Capyc. decis.* 159. *num.* 19. & alij passim: multò minùs tacita ex sola pensionis, seù canonis petitione prouenies ad eam extēditur, vt latè exponit *Surdus in dict. decis.* 317. referens ità decisum per Mantuanum Senatum, & hanc partem proprijs interminis, quòd Dominus directus canonem re-
74 cipiendo caducitatem nondùm commissam remittere haùd cēseatur, tenuit *Castr.* contrà *Gloss.* communiter reprobatam in *l. in executione, §. item si ità, num.* 2. *D. de verbor. obligat.* dans rationem, quia iuri de futuro renunciare non videtur, sequiturq; *Ias. ibid. num.* 3. *in fin. ver. In prima part.* vbi quoq; ait *Gloss.* ibi esse contrà *text.* & communiter reprobari, *Corbul. in dict. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliat.* 5. *num.* 18. & concinit *Menoch. de adipiscend. possession. Remed.* 2. *num.* 40. vbi aliorum
75 fultus auctoritatibus tradit, quòd etsi remediū quorum legatorum cesset pro ea parte, pro qua ab altero hæredum est concessa legatario facultas occupandi legatum sua sponte, haùd tamèn cessat ob licentiam ab hærede antè aditam hæreditatem legatario concessam, vt sua sponte legatum occupet, quia consensus hoc tempore, nempè antè aditam hæreditatem præstitus, tanquàm ab extraneo præstitus dicitur, non autem vt ab hærede, quemadmodùm *Zuchardus* tradit in *l.* 1. *num.* 120. *C. de pactis*, scribens, illum consentientem non consensisse, vt hæredem, quia tunc
76 adita censeretur hæreditas, sed vt extraneum, & postquàm adiuit hæreditatem alius dicitur, idcircò nil mirùm, si consensu primo loco non obstante agere possit quorum legatorum remedio.

PROLOGOMEN.

In prioris instantiæ expensis vt victus minimè condemnatus intelligatur, cùm expressè fuit absolutus, tametsi appellationis Iudex sententiam confirmando dixerit, victum in expensis condemnamus, clarè probatur, eruditurq; de ordinario S. C. stylo passim hodiè conuentos ab expēsis absolui, & stylum prædictum pro lege in Regni subsellijs seruandum esse: ac demùm quando Victus foret condemnandus, vt minimè sit condemnandus in omnes expensas, quas Actor designat, & petit, sed eas priùs moderari, & taxari debere, annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Iudex appellationis sententiam confirmans, in expensisq; condemnans, de expensis prioris iudicij minimè intelligitur, quando victus expressè absolutus fuit, & num.* 3.
Traditur ratio num. 4.
Limitatur quando Victus priori in instantia tacitè fuit absolutus per condemnationem expensarum tacitè omissam, vt num. 2.
Et decisum indicatur ibid.
5 *Factum in eo, quod omissum est, potiùs suppletur.*
6 *Conuenti ab expensis hodiè absoluuntur de ordinario stylo S. C.*
Quod potissimùm seruatur in sententijs rescissionis instrumentorum annuorum introituum, vt num. 7.
Et traditur decisum, ibid.
8 *Stylus pro lege seruandus est, & contrà eum iudicari minimè potest.*
9 *Authoritas Patrum nostrorum pro lege seruanda est.*
10 *Sententia lata contrà solitum iudiciarium ordinem nulla est, nec rei iudicatæ authoritatem continet.*
11 *Victus cùm in expensis condemnandus est, non est ità in omnes expensas, quas Actor designat, & petit, sed illæ priùs moderandæ sunt.*
12 *In expensarum taxatione erit nè habenda ratio dāmnorum omnium, & interesse passorum per Victorem, traditur remissiue.*

Digitized by Google

OBSERVATIO L.

IVdex appellationis sententiam confirmans, in expensisq; condemnans, quòd non intelligatur de expensis etiam prioris instantiæ, quando Victus expressè absolutus fuit, cõcluſum in iurgio præsentis decisionis legimus, prout nosset *Author* exponit, & confirmat in *decis.* 83. *num.* 4. ac in *tom.* 1. *Disceptat. forens. cap.* 1. *num.* 17. quam conclusionem absolutissimam esse præconizamus ex voto demùm *Dom. Regentis Scipionis Rouiti*, qui *Authorem nostrũ hic* nominatim laudans, hanc sententiam extollit in *Commentar. super Pragmat.* 1. *de expensis, num.* 12. tametsi nonnulli aliter sentijsse videantur, eorum nàmq; dicta locum obtinent, quando victus in priori sententia tacitè absolutus esset per condemnationem expensarum tacitè omissam, vt *Iacob. Puteus* decisum testatur in *decis.* 246. *lib.* 2. vbi dictum fuit, quòd si primus Iusdicens victum in expensis condẽnare omisit, dùm tamèn non absoluat, si postèà Iusdicens appellationis confirmando priorem sententiam dicat, victum in causa huiusmodi in expensis condemnamus, intelligitur in expẽsis tàm prioris, quàm posterioris instantiæ; secùs quando expressè absolutus esset, quia hoc in casu ab huiusmodi expressa absolutione appellare oportet, alioqui propter transitum in iudicatum de ipsis ei à secundo Iusdicente succurri haùd poterit, ex *Felin. in cap. significauerunt, sub num.* 2. *de exception.* vbi latè hanc tuetur sententiam, & fouet potissima ratio, quia cùm expensarum absolutio sit expressè facta, necessè est illam reuocare, sicq; contrà factum prioris Iusdicentis venire, proindè nil mirùm, si hoc casu expressè appellare teneatur, quia victus expressè fuit absolutus, quod secùs vbi condemnatio est omissa, tunc enim potiùs suppletur eius factum in eo, quod est omissum.

De ordinario Sacri Consilij stylo passim hodiè conuenti ab expensis absoluuntur, ideòq; in ipsius sententijs adijci solet in fine clausula illa, *Neutram partem, &c.* hocq; in specie seruari in sententijs rescissionis instrumentorum annuorũ introituum, in quibus passim expensæ parui solent esse momenti, notat clarissimus Iurisconsultus *Dom Paulus Staibanus* Regius Consiliarius emeritissimus in *tom.* 2. *Resolution. Iuris, Resolut.* 176. *num.* 101. subnectens *num.* 102. ità per S.C. decisum fuisse in causa D. Matiæ Staibanæ, cùm Illustr. Marchione Ceruinatiæ: qui stylus legem facit in Subsellijs Regni, propter quòd contrà eum iudicari minimè potest, cùm sit pro lege seruandus, *Afflict. in Constitut. Præsenti lege, notab.* 4. *in decis.* 88. *in fine, & in decis.* 135. *num.* 3. *Carauit. Rit.* 1. *num.* 23. *in fine*, post *Cyn. & Bald. in l.* 1. *in fin. C. qua sit longa consuetudo, Thesaur. in proœm. ad decis. Pedemont. num.* 32. *vers. Quod si ter, Ferrer. in obseruat. Cathalon. part.* 1. *cap.* 505. quos referens sectatur memorãdus Regens *Scipio Rouitus in Commentar. super Pragmat.* 3. *de cessione bonorum, num.* 23. cõcinuntq; quos *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra* recenset in *Commentar. ad Ritus M.C.V. ritu* 1. *num.* 62. *&* 63. cùm alijs, quos Ipse adduxi in *Obseruat.* 49. *num.* 36. cuius styli nulla incumberet necessitas perquirendi rationem, quia sufficit nostrorum Patrum authoritas, quæ pro lege est seruanda, ex traditis per *Præs. de Franch. in decis.* 470. *per tot.* & præsertim *num.* 4. *vers. Mouetiam fuerunt*, & comprobat *Reg. Rouit. in dict. Pragm.* 3. *num.* 24. nec non laudatus *Dom. Consiliarius Staibanus in dict. Resolut.* 176. *num.* 104. & 105. vbi quòd ideò sententia lata contrà solitum iudiciarium ordinem est nullitatis labe maculata, neq; rei iudicatæ authoritatem obtinere potest, *l. prolatam, num.* 4. *C. de sentent. & interloc. omn. Iudic.*

Quando tamèn Victus condemnandus foret, non est ità in omnes expensas, quas Actor designat, & petit, sed priùs eas moderari, & taxari, superq; taxatis victori iuramentum deferre debet, vt ex *Nouell.* 82. *cap. oportet*, 10. *Auth. post iure iurandum, C. de iudic.* firmat nouissimè peritissimus, eruditissimusq; nostri Æui I.C. *Casetanus Ageta in sua Epitome fori feudalis, assert.* 11. §. 40. *vers. Non tamèn*, & an in taxatione habenda sit ratio damnorum omnium, & interesse passorum per victorem, latè agit *Thesaur. in decis.* 67. cui se subscribit *Reg. Rouitus in Commentar. super Pragmat.* 1. *de expensis, num.* 18. vbi hac de re latè quoq; habes in *numeris seqq. & per tot.* ad quem me remitto, nè vel longè de rebus hic haùd perneceſsè spectantibus, agerem.

PROLOGOMEN.

Appellatione prohibita, recursum quoq; inhibitum haùd esse firmatur, quo gaudere Fiscũ per viam supplicationis, seù reclamationis, etsi hoc in Regno Neapolis specialitèr sancitum sit, vt à sententijs absolutorijs in causis criminalibus appellare nequeat, ostenditur, dummodò notoriè se grauatum demonstrauerit: quem itidèm infrà tempora, infrà quæ appellatio fuisset admittenda, petẽdum esse eruditur.

RERVM SVMMA.

1 *Recursus, cùm appellatio est prohibita, non denegatur.*
Limitatur, vt num. 2.
3 *Recursus appellationi similis est.*
4 *Infrà quod tempus petendus sit, & num.* 10.
5 *Recursus stat loco appellationis, & reclamationis.*
6 *Remedium extraordinarium in tempore ab ordinarijs rmedijs regulari debet.*
7 *Appellari non potest à sententijs S.R.C.*
8 *Appellatio denegatur aduersus Præfectorum Prætorio sententias.*
9 *Reclamatio infrà quod tempus concedatur.*
11 *Fiscus in Regno à sententijs absolutorijs in causis criminalibus appellare non potest.*
Ampliatur in omnibus alijs decretis, vt num. 12.
Comprimitur de Communi Romanorum Iure, vt num. 13.
Itidem in Curia Archiepiscopali Neapolis, vt num. 14.
15 *Fiscus in Regno recursum habet per viam sup-*

Digitized by Google

supplicationis, seù reclamationis.
Quod etiam seruatur de totius Italiæ consuetudine, vt num. 16.
At intelligitur, dummodò Fiscus notoriè se grauatum demonstrauerit, vt num. 18.
17 *Practica communis, qua obseruatur in S.R.C. circà petitionem recursus indicatur.*
19 *In recursu maius grauamen requiritur, quàm si agatur per viam ordinariam appellationis.*
20 *Fiscus nùm valeat reclamare à sententia perpetuum silentium imponente, remissiuè inquiritur.*

OBSERVATIO LI.

ATrenta conclusione communi omnium ICtorum voto approbata erudimur, huiuscè loci definitum, ex quo habetur, appellatione prohibita, recursum quoque esse inhibitum, optima probatione suffultum minimè esse, vbi enim appellatio non da-
1 tur, esse recursui locum, fatentur post alios *Reg. Rouitus decis. 14. num. 3. Reg. Capycius Latro decis. 165. num. 26. & decis. 173. num. 3. Reg. Sãfelic. decis. 4. tom. 1. Præs. de Franch. decis. 148.* vbi *Dom. de Luca in Obseruat. num. 2. Grammatic. decis. 35. num. 4. Magon. decis. Lucens. 37. Minad. decis. 27.* & inibi *Monach. in addit. & in Constit. In aliquibus, vers. Nota primò de ista conclusione, num. 54. Masull. ad Capyc. decis. 144. num. 1. Plot. cons. 130. num. 64. inter consil. criminal. Diuersor. tom. 1. Gaill. Practicar. Obseruat. cap. 135. lib. 1.* & ibi *Graueі Consid. 1.* & latissimè *Costa de Remedijs Subsidiarijs, Remed. 22. Lancellott. de attentat. post inhib. cap. 119. sub num. 22.* vbi hanc communem dicit esse opinionem, prout quoq; *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. cas. 70. num. 24. Brun. de statut. in ver. Nullitas, col. penul. vers. Item quæritur, Gallupp. in praxi S.R.C. part. 3. cap. 4. num. 43.* & nuper comprobant *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra in Comment. ad Ritus M.C.V. Ritu 258. sub num. 13. Dom. Rodoer. in addit. ad Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. cap. 150. num. 12.* atq; notat etiam *Ioan. Laganar. in addit. ad Reg. Rouit. super Pragmat. in Rubric. de appellation. lit. A.* nisi tamèn quis anteà appellasset, &
2 appellationem deseruisset, vt aduertunt, quos noster *Author* recenset *hic sub num. 1.* quibus addimus *Gallupp. in dict. cap. 4. sub num. 43. vers. Non censeri prohibitus.*
3 Huiusmodi autèm recursus, quia similis est appellationi, ità vt sententiam, processumuè ad vlteriora suspendat, sicùt appellatio, *Magon. decis. Lucens. 23. num. 2. & 3. Laganar. vbi supr. vers. Est etiam aduertendum;* idcircò quòd pe-
4 tendus sit infrà tempora, infrà quæ appellatio fuisset admittenda, edocent peroptimè *Reg. Rouit. in dict. decis. 14. sub num. 8. & in decis. 16. num. 5. Reg. Capyc. Latro in dict. decis. 173. num. 4. Episcop. Riccius collect. decis. 3517. Gallupp. dict. cap. 4. num. 43. vers. Verùm est petẽdus, Laganar. dict. loc. Masull. ad Capyc. decis. 144. num. 2.* po-
5 tissimùm quia recursus stat loco appellationis, & reclamationis, *Lancellott. dict. cap. 19. à num. 7.* quem laudat *Dom. Consiliar. Petra dict. Ritu 258. sub num. 13. in fin.* quę quidem remedia sunt
6 ordinaria, vndè remedium hoc extraordinarium in tempore regulari debet à remedijs ordinarijs, per consequens decem infrà dies tantùm, infrà quos appellare potest, peti debet, nè in tempore sit magis priuilegiatus hoc extraordinarium, quàm ordinarium remedium; Verùm aduersùs decreta à quibus appellatio non datur, sed reclamatio, prout sunt præsertim decreta S.R.C. Diuæ
7 Claræ, quod vices gerit Præfecti Prætorio, à quo
8 appellandi facultas prorsùs est interdicta, *l. 1. §. 1. D. de offic. Præfect. Prat. l. 19. C. de appellat. A Præfectis autem Prætorio, qui soli vice sacra cognoscere verè dicendi sunt, prouocari non sinimus: nè iàm nostra contingi veneratio videatur.* Sunt verba *l. 16. C. Theodos. tit. de appellat.* credidit enim Princeps, eos qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non alitèr iudicaturos esse, pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus: quia
9 hæc reclamatio tàm de iure communi, quàm nostri Regni municipali infrà biennium conceditur, vt ex nostris Regnicolis præcipuè notant *Dom. Consiliar. Petra in Commentar. ad Ritus M.C.V. tom. 2. Ritu 251. sub num. 18. Dom. Ageta in Epitome fori feudalis, assert. 11. §. 34. vers. Sin autem, lit. B. & Dom. Motillus in praxi S.R.C. tit. de appellatione, cap. 6. num. 43.* recursus
10 infrà idem biennium peti poterit, vt etiam aduertunt *Dom. Reg. Rouitus in dict. decis. 14. sub num. 8. & Gallupp. in dict. cap. 4. antè num. 44.* nec non notat *Dom. Altimar. in addit. ad citatam decis. 14. Reg. Rouit. in princ.*
11 Ex his planè descendit, Fiscum, quamuis hoc in Regno Neapolis specialitèr sancitum sit, vt à sententijs absolutorijs in causis criminalibus appellare nequeat, per binos *M.C.V. Ritus*, nempè 258. & 261. vbi noster *Carau. Annibal Troyss. in Rit. 41. n. 16. Grammat. decis. 14. Muscatell. in praxi criminal. Rubr. de iniur. & famos. libell. num. 4. Reg. de Marinis tom. 1. Quotidian. Resolut. cap. 150. num. 1.* vbi *Dom. Rodoer. num. 3. Reg. Sanfelic. decis. 351. num. 19. lib. 3.* cum alijs, quos recenset *Dom. Consiliar. Petra in dict. Rit. 258. num. 1. & Rit. 261. num. 3. & Reg. Capycius Latro decis. 161. num. 3. & decis. 165. num. 13.* vbi ex auctoritate *Capyc.* præsertim tradit quoque, quòd *Ritus* prædicti in interlocutorijs etiam sententijs obseruantur, & *num. 15.* adnectit, id
12 procedere, nedùm in sententijs absolutorijs, in quibus loquuntur indicati *Ritus*, verùm etiam in omnibus alijs decretis, ex *Carauit. in dict. Rit. 258. sub num. 2.* quod quidem statutum, siuè constitutionem vigere etiam in Statu Mediolani, testatur *Clarus in quæst. 94. num. 3.* in Flandria, siue Gallia inferiori, testatur *Iodochus in praxi criminal. cap. 149. num. 2.* & in omnibus ferè locis vigere, scribit *Boss. in praxi crimin. tit. de appellat. num. 7.* licèt contrarium sit de Iure Communi, cùm non reperiatur in Iure prohibitum,
13 Fiscum tàm in ciuilibus, quàm in capitalibus causis appellare posse, vt habetur ex *text. in l. illud, la 2. D. de appellat. in l. litigatoribus, C. eodem tit. in l. non tantùm, D. eod. tit. & in l. addictos, C. de Episc. audien.* nec non in *cap. Cùm sit Romana, de appellat.* & probant post alios, quos referunt *Gabriel commun. concluſ. lib. 6. tit. de*

Digitized by Google

malefic. concluſ. 14. Stephan. Guazzin. de confiſcat. bonor. concluſ. 30. num. 1. Peregr. de iure Fiſci, lib. 7. tit. 4. num. 1. Hieronym. Bucca de differ. int. Iudic. ciuil. & crimin. different. 174. num. 3. Farinac. QQ. Var. queſt. 201. num. 30. cum ſeqq. Scacc. de appellation. queſt. 17. limit. 49. num. 14. Baiard. ad Clar. §. final. queſt. 94. num. 24. Borrell. in Summa deciſ. par. 2. tit. 33. num. 748. de appellat. Praſ. de Franchis deciſ. 148. num. 8. Reg. Capyc. Latro deciſ. 165. num. 17. tom. 2. Fontanell. deciſ. Cathalon. 122. & 123. tom. 1. & deciſ. 412. & 413. tom. 2. Iaffred. deciſ. 29. Thoming. deciſ. 21. Dom. Conſiliar. Petra dict. Rit. 258. num. 3. & Dom. Rodoer. dict. cap. 150. num. 1. cui quidem Iuri inhæret Ritus Cu-
14 riæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cuius ſanctione admittitur appellatio interpoſita ab illius Fiſco, vt deciſum fuiſſe, ac practicari teſtatur *Epiſcop. Riccius in deciſ. eiuſdem Curiæ 81. part. 2. & collect. deciſ. 3861. part. 8.* prout pariter *Genuenſ. in praxi eiuſdē Curiæ, cap. 45.* vbi etiam ità pluries in dicta Curia ſeruatum fuiſſe teſtatur, & ſignanter anno 1600. cùm quędam mulier carcerata pro falſa depoſitione facta in diſpenſatione matrimoniali, condemnata per Curiam Archiepiſcopalem ad fuſtigationem, appellaſſet ad Summum Pontificem, & Delegatus reuocaſſet ſententiam, Fiſcus Curiæ Archiepiſcopalis de nouo appellauit, & poſt longam diſputat onem in Vrbe habitam ad eius inſtantiam, fuit cauta appellationis commiſſa Reuerendiſs. Nuncio Neapol. qui ſententiam protulit: hacq; de praxi memores quoq; ſunt *D. Franciſc. de Magiſtris in Sylu. Eccleſ. part. 2. lib. 1. tit. 10. cap. 2. num. 28. Dom. Cōſiliar. Petra dict. Ritu 261. ſub num. 3. & Dom. Rodoer. dict. loc. num. 4.*

15 Nihilò tamen minùs recurſum habere per viam ſupplicationis, ſeù reclamationis, certum eſt, nàm ità deciſum refert præcitatus *Dom. Praſ. de Franchis adduct. deciſ. 148.* inibi præſertim explicans, & *cit. deciſ. 470. num. 10. & 11.* per Collaterale Conſilium ità quoq; determinatum teſtatur *Dom. Reg. Rouit. in dict. deciſ. 14. in fin. Dom. Reg. Capycius Latro dict. deciſ. 161. ſub num. 3. & deciſ. 165. à num. 18.* vbi ità practicatum teſtatur poſt *Minad. deciſ. 27.* qui refert, Fiſco conceſſum fuiſſe recurſum, nè ei ſublata videatur defenſio, vt idem *Minad. in Conſtit. Regni, In aliquibus, verſ. Nota primò exiſta concluſione, num. 54. fol. 63.* & probant *Dom. Reg. de Ponte de poteſtate Proreg. tit. de electione Official. §. 1. num. 51. Dom. Reg. de Marinis dict. cap. 150. ſub num. 1.* vbi *Dom. Rodoer. in addit. num. 11. Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 4. nu. 9. Dom. Conſiliar. Petra dict. Rit. 258. ſub num. 5. Dom. de Luca ad Praſ. de Franch. dict. deciſ. 148. ſub num. 2. Laganar. ſuper dict. Rubr. de appellat. lit. A. Thor. part. 1. Compend. deciſ. verb. Appellari, Io. Grande de bello exulum, ſpecul. 48. Capib lanc. de Baronib. Pragm. 8. num. 125. Muſcatell. vbi ſupr.* quin etiam totius Italiæ conſuetu-
16 dine concedi eidem Fiſco recurſum, poſt *Gramat. deciſ. 14.* teſtatur *Farinac. in dict. queſt. 101. num. 32.* & praxim poſt *Dom. Reg. Tap. in cap. Regni, Plerumq; contingit, num. 4.* edocet *Dom. Reg. Capyc. Latro in deciſ. 165. à num. 19.* conſi-
17 derando an M. C. procedat vti Tribunal ordinarium? an verò procedat vti Delegata? etenim ſi vti Tribunal ordinarium, tunc Fiſcus dat ſupplicationem Spectabili Præſidi S. R. C. ſub nomine Regis, petitq; recurſum, vti plurimùm grauatus, & Dom. Præſes decretatione emanat, quòd M. C. verbum faciat in S. C. ad finem videndi, an ſit deferendum petito recurſui; ſi vti Delegata, eo caſu, cùm nullæ ſint partes S. C. Fiſcus aſſerens ſe notoriè grauatum ſupplicationem porrigit Excellentiſſimo Proregi, à quo paritèr ordinatur M. C. quòd relationem faciat in Collaterali Conſilio.

18 Procedit attamèn, dummodò Fiſcus notoriè ſe grauatum demonſtrauerit, nàm aliàs recurſus denegaretur *Dom. Praſ. de Franchis deciſ. 148. & 370.* ad hoc enim, vt recurſui locus eſset, de notoria decreti iniuſtitia conſtare debere, talitèr quòd Fiſci iuſtitia aliqua probabili ratione offuſcari non poſſet, & non alitèr, ſcripſerunt *Honded. in conſ. 27. num. 42. lib. 1. Menoch. in conſ. 345. num. 46. Farinac. in conſ. 85. num. 148. Maſtrill. in deciſ. 158. num. 26. par. 2.* ùm maius re-
19 quiratur grauamen in recurſu, quàm in appellatione *Dom. Reg. Tap. in lib. 3. Iuris Regni, tit. de ſententia in ſcriptis proferenda, num. 40. Danza de pugna Doctorum, tom. 1. de officio Fiſci, num. 38. & 39.* & concinit *Thor. in Compend. deciſ. part. 3. ſect. 1. verb. Fiſcus,* inquirens, nùm prædicta procedant in Tribunali Regiæ Cameræ, &
20 an à ſententia perpetuum ſilentium imponente, valeat Fiſcus reclamare; Hæcq; ad exuberantiam ſcripta ſint rem hanc circà, alia nàmq; enarrata, probata, & elucidata habebis in meo *Synopſi Iuris Regni Neapolis, ſect. 3. de Ritibus M. C. V.* quod præſto expedire, & publicam in lucem edere facere ſpero, Deus tamen noſtris ſi annuat votis.

PROLOGOMEN.

Appellationis remedium, vt ſuum minimè obtineat locum in ſaluiano interdicto, ex communi Doctorum calculo traditur, verùm comprimi nonnullis in caſibus remiſſiuo calamo poſteà notatur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio locum non habet in ſaluiano interdicto.*
Limitatur in caſibus remiſſiuè traditis num. 5.
2 *Appellatio in meris poſſeſſorijs non datur.*
3 *Immiſſio in ſaluiano interdicto non impeditur, quamuis interpoſita ſit appellatio.*
4 *Saluianum interdictum dicitur poſſeſſorium.*

OBSERVATIO LII.

1 OMnium per ora volitat concluſio illa, in ſaluiano interdicto non eſse appellationi locum, quia tanquàm merum poſſeſſorium appellationem non ad-
2 mittit, ità ſcriptum reliquit *Bartol.* omnium primus *in l. 1. in fine, D. de ſaluian. interdict.* quem omiſſis ſcribentibus, & conſulentibus, quos citant infrà citandi, ſequuntur *Theſaur. in deciſ. 175. num. 3. Rota diuerſ. in deciſ. 34. num. 3. lib.*

2. Ca-

Digitized by Google

T. Caputaqu. in decis. 106. & 141. *lib.* 3. *Negusant. de pignorib. & hypothec. membr.* 1. *octauæ partis num.* 2. *Menoch. de adipiscend. possess. Remed.* 3. *num.* 186. vbi hanc communem traditionem esse attestatur, *Contard. de momentan. possession. limit.* 14. *num.* 10. *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 11. *Pacific. de saluian. interdict. inspect.* 2. *cap.* 1. *num.* 69. & affluêter *in inspect.* 4. *cap.* 2. vbi nonnullas Rotæ Romanæ decisiones adducit, *Sarmient. in commentarijs de redditibus Ecclesiæ, part.* 3. *cap.* 2. *num.* 26. *Gaitus in suo tractat. de credito, cap.* 4. *quæsit.* 7. *num.* 896. propterea, tametsi interpolita
3 fuerit appellatio, immissio non impeditur, ex *Gloss. in cap. non solùm, in verb. Casibus, de appellation. in* 6. & tradit *Bald. in cap. Pastoralis, §. præterea, num.* 4. *de offic. Delegat.* ac comprobat, quos *Contard.* recenset *vbi supra, num.* 13. qui etsi in possessorij causa loquantur, nihilominùs hoc idem locum obtinet in saluiano, quod
4 dicitur possessorium, & in terminis saluiani est decisio *Caputaq.* 141. *lib.* 3. *per totam.*

Hinc verumtamèn animaduertendum esse dicimus, quòd etsi conclusio isthæc sit communi ICtorum voto comprobata, suas nihilominùs ha-
5 bet nedùm ampliationes, verùm etiam restrictiones, quas vltrà notatas in *decis.* 9. & Deo fauente dicemus in *decis.* 55. & 204. inueniet Lector apùd *Statilium Pacific. in dict. inspect.* 4. *cap.* 2. ad quem me remittere consultiùs putaui, cùm sufficiat pro re nostra peculiaria secundùm ea, quæ porrigit decisio, adnotare, & ICtos probatos illa comprobantes recensere.

PROLOGOMENA.

Ex æquitatis benignitatem largiendi motiuo firmatur, suspensiuam appellationem à sententia personalis seruitij condemnatoria cõcedendam haùd esse, & roboratur ex conformi sententia alimentorum in causa constituta; Hinc illud examinatur nimirùm, An salarium trium annorum curriculo præscribi possit? & quid in operibus obsequialibus? quibus indè positis exponitur, Nùm famulo infirmo debeatur salarium? & nùm Dominus tali casu expensas ipsi facere teneatur.

RERVM SVMMA.

1 *Salarium operarijs debetur etiam de Iure Diuino.*
2 *Appellatio suspensiua à sententia condemnatoria seruitij personalis non admittitur.*
3 *Exequutio in causa mercedis famulorum retardari non debet.*
4 *Famulus cùm ob paupertatem à fideiussoria cautione excusatur, iuratoriam præstare tenetur.*
5 *Exequutio sententiæ alimentorum præstationem condemnantis per appellationem non suspenditur.*
Intellige, vt num. 7.
6 *Fames est acutissimus ensis, & venter non patitur dilationem.*
8 *Vita hominis ab alimentis futuris, & præsentibus dependet.*
9 *Alimenta ante sententiam decursa futura dicuntur.*
10 *Alimentorum causa compensationem non admittit.*
Neque compromissum, vt num. 11.
12 *Salarium trium annorum spatio præscribitur.*
Limitatur, si famulus elapso triennio, mercedem sibi solutam non fuisse, probaret, vt num. 15.
Itidèm, quando Dominus ad salarium prænio instrumento obligatus esset, vt num. 19.
Itidèmq; restringitur in operibus obsequialibus, quibus homines benè nati nobilioribus viris, & Magnatibus inseruiunt, vt num. 22.
13 *Præscriptio triennalis circa salarium famulorum per viam solutionis, non autem per viam compensationis opponi debet.*
14 *Statuto disponente, quòd elapso triennij interstitio salarium non petatur, vt quis vti possit, aduersùs famuli petitionem solutionem allegare debet.*
16 *Probatio in contrarium contrà præsumptionem admittitur.*
17 *Præsumptio omnis contraria præsumptione excluditur.*
18 *Probatio qualibet alia probatione eliditur.*
20 *Salarij, vel alterius debiti petitio per præscriptionem non excluditur, quando redditis inter creditorem, & debitorem rationibus illud calculatum fuit.*
21 *Statutum mãdans salarium præscribi per aliquod temporis spatium intelligitur de salario principali, non de calculato.*
23 *Salarium famulo infirmo non debetur.*
Contrarium, num. 24.
Intelligitur, vt num. 25.
26 *Dominus expensas facere tenetur famulo infirmo, quando sunt modicæ.*
27 *Salarium non debetur famulo, qui longo tempore infirmus extitit, in quo operas Domino præstare non valuit.*
28 *Tempus quodnàm longum, vel breue iudicetur, prudenti Iudicis arbitrio committitur.*

OBSERVATIO LIII.

1 ÆQuitatis benignitas patitur, vt in causa mercedis famulorum, retardari non debeat exequutio, quæ est miserabilis, & debetur operarijs etiam de Iure Diuino, cùm sit opus pium, & spirituale, *Rodoan. de simonia mental. part.* 2. *cap.* 25. *num.* 5. ex eam equidem largiendi motiuo dubium resoluitur, an à sententia condemnatoria seruitij personalis detur appellatio suspensiua?
2 quamobrèm meritò in controuersia præsentis loci conclusum fuit, non dari appellationem in causa huiusmodi, quod rectè confirmant *P. Fragos. de regimine Reipubl. Christian. part.* 3. *lib.* 10. *de coniug. fidelit. §.* 5. *disput.* 22. *de salario famulor. num.* 103. *Rebuff. de sentent. prouis. Gloss.* 8. *art.* 3. *num.* 1. & *de famul. salar. Gloss.* 12. *in princ. Abruzz. de seruitut. personal. priuileg.* 11. *num.* 51. & 52. *Maurus Burgund. de modo procedendi ex abrupto, quæst.* 5. *num.* 339. *Barbos. in remission. ad ordin. Regni Portugallia, lib.* 3. *tit.* 70. *num.* 9. *Tasson. de antefato, vers.* 3. *obseruat.* 3.

num.

Digitized by Google

num. 118. *Anna Singul.* 42. *Scaccia de appellation. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 17. *limit.* 8. *num.* 8. *Ruginell. eodem tractat. §.* 2. *cap.* 3. *num.* 280. *& ſeqq.* vbi memor eſt huiuſcè deciſionis, prout memores quoque ſunt, & ſectatores *Dom. Conſiliarius Hodierna ad Surd. deciſ.* 24. *num.* 9. *Dom. Conſiliarius D. Carolus Petra ad Ritus M. C. V. Ritu* 256. *num.* 27. *tom.* 2. & doctiſſimus, eruditiſſimuſq; noſtri æui Iuriſconſultus, & S. R. C. emeritiſſimus Senator *Dom. Franciſcus Maria Pratus in aureis annotationibus ad Conſiliar. Paſchal. in tractat. de viribus patriæ poteſtatis, part.* 1 *cap.* 3. *verſ. Pro coronide*; & quatenùs ap-
3 pelletur, eius exequutio retardari haùd debet; præſtita tamèn iuratoria cautione, quotiès ob
4 paupertatem famulus à fideiuſſoria excuſaretur, vt idem noſter *Author* tradit *hic*, *num.* 8. quem laudat, & ſequitur *Dom. Conſiliar. Hodierna ad Surdum deciſ.* 24. *num.* 9. adducens etiam *Io. Vincent. de Anna ſingul.* 42. quemadmodùm &
5 quoq; in alimentorum cauſa, vbi per appellationem non ſuſpenditur exequutio, *Iaſon in l. alimentis, C. de tranſaction. & in conſ.* 124. *num.* 2. *lib.* 1. *Afflict. in deciſ.* 152. & ibi *Vrſill. in addit. Cacheran. in deciſ.* 25. *num.* 20. *Marant. in Speculo aureo, part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 168. *Scacc. de appellation. quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.* 1. *Caualcan. de vſufruct. num.* 138. *Thorus voto* 73. *num.* 26.
6 *tom.* 1. & latè *voto* 44. *tom.* 2. quia fames eſt acutiſſimus enſis, & venter non patitur dilationem:
7 modò tamèn vel pauperi debeantur, vel futura ſint, vti exponunt allegati *Doctores*, nàm à futu-
8 ris, & præſentibus vita hominis dependet, *l. de alimentis*, vbi *Bald.* & *Iaſon*, *C. de tranſact.* benè tamèn verum eſt, ad effectum huiuſmodi fu-
9 tura quoque dicuntur illa, quæ ſunt antè ſententiam decurſa, poſt tamèn litem motam, ſeù illorum petitionem, vt pluries deciſum fuiſſe atteſtatur *Rota Romana in deciſ.* 764. *num.* 5. quam refert, & ſequitur *Ruginell. vbi ſupra num.* 273. *Surdus de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 15.
10 *in fine*, adeò vt vllam compenſationem admittant, *Mareſcott. lib.* 2. *Var. Reſolut. cap.* 83. *num.* 4. *Mauſon. de cauſis exequutiu. ampliat.* 31. *num.* 7. immò neque compromiſſum, vt deciſum in
11 S. C. teſtatur *Minad.* vbi *Monach.* latè comprobat in *addit.* & ſuper eis ſequeſtrum fieri minimè poteſt, *Coler. de aliment. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 20. Quibus poſitis adnotare congruit, quod.
12 Salarium trium annorum curriculo præſcribi poſſe, innuit *Author* noſter *hic num.* 6. adducens *Duenn. in Regul.* 306. *& Bou. de ſtatut. Vrbis præſcript. gloſſ.* 19. *in verb. Contra omnes creditores, num.* 47. hancq; præſcriptionis exceptionē (ſtante præſertim ſtatuto, quòd elapſo triennij interſtitio ſalarium non petatur) per viam ſolu-
13 tionis, non autem compenſationis opponi deberi concludit *Surdus in deciſ.* 24. & latè hanc opinionem tuetur *Guttier. in repetit. l. nemo poteſt, num.* 200. *& ſeqq.* cùm ad effectum, vt quis tali vti poſſit ſtatuto, aduersùs famuli petitionem
41 ſolutionem allegare debeat, ad eamq; probandam ſtatutariam præſcriptionem producere; Verùm enimuerò notabilitèr ex pluribus id pluribus exarat modis *D. Conſiliar. Hodierna in addit. ad dictam deciſ.* 24. *Surdi, à num.* 6. & quidem primò dicit, quòd quamuis famulo ſalarium
15 petenti obſtaculum fieret præſcriptio triennij interſtitio quæſita, nihilò tamen minùs, ſi mercedem, ſeù ſalarium ſolutum non fuiſſe famulus probauerit, non excluderetur, cùm præſcriptio illa minimè locum habeat, quando famulus ſalarium haùd fuiſſe ſolutum probauerit, quod anteàq; profingulari dixerat *Gamm. in deciſ.* 334. aduertens *num.* 6. id veriſſimum eſſe, cùm etſi lex per huiuſmodi præſcriptionem ſolutionem præſumat, contrà tamèn hanc præſumptionem
16 probatio in contrarium admittitur, *l. in contractibus, C. de non numerat. pecun.* potiſſimùm,
17 quia etiam omnis præſumptio contraria præſumptione excluditur, prout quoque omnis pro-
18 batio alia probatione eliditur, argumento *l. Diuus*, vbi *Gloſſ. D. de reſtit. in integr. l. incontractibus, C. de non numerat. pecun.* Secundò, quòd
19 quotieſcumq; Dominus præuio inſtrumento, vel contractu ad ſalarij ſolutionem obligatus eſſet, ſtatutum locum non habet, vt *Gamm. ibid. Carpin. ad Statut. Mediolan. cap.* 498. *num.* 18.
20 vel quando redditis inter eos rationibus illud calculatum fuiſſet, etenim tunc durat ſalarij, ſeù alterius debiti calculati petitio, nàmq; ſtatutum
21 mandans, ſalarium præſcribi per aliquod temporis ſpatium, de principali debito intelligitur, ſecùs de eo, quod partes inter calculatum eſt, quaſi tunc ſit dati, & accepti ratio conſummata facta computatione, & concluſione, quantum debeatur, vt poſt *Rebuff. de mercator. minut. vendent. art.* 1. *Gloſſ.* 27. *num.* 1. *cùm ſeqq. & de famul. ſalar. Gloſſ.* 13. *tom.* 1. tradit *Author noſter in tom.* 2. *diſceptat. forenſ. cap.* 273. *num.* 52. *&* 53. Tertiò, quòd id locum dumtaxàt obtinet *in*
22 famulis, & ancillis circà ſeruitia communitèr præſtari ſolita: minimè autem in operibus obſequialibus, quibus homines benè nati nobilioribus viris, & magnatibus inſeruiunt, illi nàmq; etſi lapſum ſit triennij interſtitium, à petitione minimè excluduntur, vt ità iudicatum vidiſſe teſtatur *Gamm. in dict. deciſ.* 334. *in fin. num.* 11. Optima methodo dirigente conuolandum nunc eſt ad huiuſcè loci additionem.

23 Quo equidem in loco *num.* 5. præſertim inſinuat *Author*, famulo infirmo minimè deberi ſalarium, quam ſententiam vltrà per eum inibi adductos ſubſtinent, quos longa ſerie recenſet *Dom. Conſiliar. Franciſcus Maria Pratus in* 1. *Practicar. Obſeruat. cap.* 74. *per totum*, per *text. in l. ſi vno* 17. *§. item cùm quidam, D. locat.* quo in *textu* clarè diſponitur, quòd ille, qui locauit operas ſuas, mercedem non recipit eius temporis, quo morbo impeditus præſtare haùd potuit: & ſi contrariam ſententiam ſectare videantur
24 alij, quam omnium primus inſinuauit *Accurſ. in l. arboribus* 13. *§. de illo, in verb. Ægrotante, D. de vſufruct.* & in *l. vno* 17. *§. item cùm quidã, in verb. Perſonis in fin. verſ. Vel dic, D. locat. Speculat. in tit. de location. §. poſtquàm, num.* 20. cùm iuris fictione, dùm ægrotat, interim ſeruire intelligatur; procedit attamèn in cibarijs, modi-
25 ciſq; expenſis, quæ famulo ægrotanti per Dominum ſubminiſtrari debent, ex traditis per *Bartol. in l. ſi cùm dotem, §. ſi autem in ſeuiſſimo, num.* 8. *D. ſolut. matrim.* vbi quæſtionem format, an Dominus expenſas facere teneatur famulo infir-
26 mo, & tradit, quòd ſi expenſa ſit modica tenetur, ſi autem fuerit magna ſecùs, adducens *text. in l. in rebus, §. poſſunt, D. commodat.* vbi proba-

tur,

Digitized by Google

tur, commodatarium expensas alimentorum, vel valetudinis paruas non repetere, secùs magnas:
27 quarè si famulus longo infirmitatis tempore fuerit detentus, in quo operas Domino præstare non valuit, ei salarium minimè debetur, si verò modico temporis spatio infirmus extiterit, tunc
28 illi salarium debetur: prudenti tamèn Iudicētis arbitrio committendum est, quodnam longum, vel breue diudicetur tempus, cui equidem sententiæ conducit perbellè decisio Senatus Gathaluniæ apùd *Ludouic. Peguer. decis.* 149. *per tot.* ab eaq; haùd discedit noster *Author cit. loc. num.* 6. & approbat laudatus *Dom. Consiliar. Pratus in dict. cap.* 74. *à num.* 43. *cùm seqq.* nec non in *annotat. ad Consiliar. Paschal. de virib. patriæ potestatis, part.* 1. *cap.* 3. *vers. Distinctionis etenim fœderæ*, vbi in fine consulendum esse monet *P. Fragos. in tract. de regimin. Reipubl. Christ. part.* 1. *lib.* 4. *disput.* 9. *§.* 4. *num.* 7. *& lib.* 3. *disputat.* 8. *§.* 3. *num.* 34. vbi nonnulla Lectores meliora inuestigent.

PROLOGOMEN.

Bonorum fideicommisso, perpetuæq; prohibitioni suppositarum alienationem, Iuris Regula est, prohibitam esse, sed varijs in casibus, præsertim pro Legitimæ, Trebellianicæq; detractione illam comprimi eruditur, iuxtà *Vlpiani I. C.* Responsum in *l. Marcellus* 3. *§. Res, quæ, D. ad S. C. Trebell.* qua itidèm in re solutis obiectionibus, adductisq; declarationibus, quæstio illa communi controuersia disceptata proponitur, nimirùm, An fideicommissarius vniuersalis si possideret, legitimus sit contradictor aduersùs hæredem, ad ei scilicèt impediendam immissionem, quando Trebellianicæ deductio faciēda foret? eaq; super recensitis ICtorum varijs opinationibus, Auctoris tandèm proponitur sententia, quæ latè nonnullis in casibus extenditur, ornaturq;

RERVM SVMMA.

1 *Alienatio bonorum fideicommisso suppositarum prohibita est.*
Limitatur, quoties iusta adesset alienandi causa, vt num. 2.
3 *Bona fideicōmisso subiecta pro Legitimæ, Trebellianicæq; detractione alienari, & distrahi possunt.*
4 *Trebellianica, antequàm restitutionis fideicommissi casus aduenerit, detrahi non potest.*
Intelligitur, vt num. 6.
5 *Trebellianica quid sit.*
7 *Hæres, cùm vult, eligere potest rem in Trebellianicam imputandam, illamq; alienare, antequàm restitutionis fideicommissi casus aduenerit, & num.* 8.
Intelligitur tamèn, quatenùs alienatio quartã non excederet, vt num. 9.
10 *Hæres fideicommissi cōditione pendente est Dominus bonorum omnium.*
11 *Hæres portionem ad se spectantem alienare non impeditur per fideicommissi conditionis suspensionem.*
12 *Hæres in singulis rebus hæreditarijs quartam detrahi potest, quando in vna re detrahi nequit.*
Intelligitur, dummodò res penès grauatum inueniatur, vt num. 13.
14 *Fideicommissarius vniuersalis si possideret, sit nè legitimus contradictor aduersùs hæredem, ad ei scilicèt impediendam immissionem, quãdo Trebellianica, & legitimæ deductio faciēda foret.*
Recensentur variæ opiniones num. 15. 16. 17. 18. 23. *&* 25.
19 *Legitima est bonorum quota, & non hæreditatis.*
20 *Legitima, nisi ære alieno deducto, nec certa, nec liquida ratione loci, & quòta dicitur.*
Idem dicitur in Trebellianica, vt num. 21.
22 *Filius antè æris alieni deductionem nùm petere possit legitimam sibi assignari in bonis hæreditarijs? & quid oblata fideiussione de restituendo, quod fortè superfluum legitimè datum apparuerit facta æris alieni deductione.*
24 *Iustè possidet, qui authore Prætore possidet.*
26 *Fideicommissarius bonorum fideicommisso subiectorum possessionem propria authoritate capere non potèst.*
Ampliatur, quamuis hereditas sit vacans, cùm hereditati iacenti Curator dari debeat, vt num. 27.
Similitèr, cùm fideicommissi restitutio sit ipso iure, vt num. 33.
Paritèrq; si incontinenti de iure suo doceret, vt num. 34.
Ità quoq; si cùm Iudicis authoritate possideret, vt num. 35.
Præsertim, quando immissio facta esset cùm clausula, Saluo iure omnium personarum, vt num. 36.
Extenditur etiam, si potestatem ingrediendi propria authoritate à testatore haberet, vt num. 37.
Deniq; ampliatur, quamuis facta essent detractiones Trebellianicæ, & Falcidia, vt num. 39.
28 *Possessio fideicommissarij vitiosa dicitur, etiam si illam acceperit antè aditam hæreditatem.*
Extenditur etiam data fideicommittentis potestate, vt num. 29.
30 *Possessio anterior non iuuat, cùm iniustè apprehensa est.*
31 *Fideicommissarius ius sibi dicere non potest.*
32 *Ius sibimet dicere nemo potest, cùm ad hoc publicè constituti sint Iusdicentes, quorum culmen adeundum est, vt quod sibi quis deberi putat, per eosdem reposcat.*
38 *Licentia fideicommissario à testatore concessa de possessionem ingrediendo propria authoritate, quomodo intelligenda sit.*
40 *Fideicommissum totum grauato restituendum est, pro facienda detractione Trebellianica, et falcidia.*
Nec cautio admittitur de restituendis detractionibus, vt num. 42.
41 *Hæres Trebellianicæ petitor constitui non debet.*
43 *Possessio fideicommissarij in totum vitiosa dicitur, vbi per hæredem facienda sit detractio Falcidiæ, & Trebellianicæ.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO LIV.

INter Iurisprudentes siuè fori, siuè Scholæ
1 professores, nemo est, qui nesciat, prohibitam esse alienationem bonorum fideicommisso, & perpetuæ prohibitioni suppositarum, diciq; ab initio nullam, & per eam dominij translationem impediri, ac statim posse retractari, ad notata per *Gloss. in l. cùm pater 79 §. libertis, in verb. Nè id alienarent*, D. *legat. 2. Castr. in l. Marcellus, §. res quæ*, vbi etiam *Alexand. num. 5. vers. Quartò limita, & Alciat. num. 7.* receptiorem dicentem opinionem, nec non *Socin. num. 10.* ab ea in iudicando, & consulendo recedendum haùd esse tradentem, *D. ad Trebellian.* & per alios de quibus *Tiraquell. de legib. connubial. gloss. 7. num. 57.* & alij passim; Verùmtamen neminem quoq; latet, tutissimum hoc
2 Iuris principium restringi, quoties iusta adesset alienandi causa, tunc enim fideicommisso, & prohibitione haùd obstante bona huiusmodi dictam ob causam per grauatum alienari possunt, vt cómuni voto exponunt ICti omnes in *Repetit. Auth. Res quæ, C. commun. de leg.*

Ex quo equidem comperimus, quòd rectissimè, & omni associante iustitia per Auditores Rotæ Marchię in controuersia huiusce loci, valida iudicata fuit alienatio cuiusdam domus facta per Dom. Equitem Ascanium Ludouicum de Ancona, non obstante, quòd illa fideicommisso subiecta erat, & suppositа, etenim facta fuit
3 pro legitimæ, trebellianicæq; detractione, vti noster testatur *Author hic*, quæ quidem causa sufficiens est pro dictorum bonorum alienatione, vt decidit Synodalis *textus in l. Marcellus 3. §. Res, quæ, D. ad S. C. Trebell.* dilucidat illic *Alexan. in Summario*, nec non *Gloss. ibidem*, & sectantur ICti omnes imbi scribentes, *Ripa*, qui dicit esse de mente *Bartol.* in *l. in quartam, num. 103. D. ad leg. falcid. Caphal. conf. 391. Alexand. conf. 178. num. 4. lib. 5. Gabriel de legitima, conclus. 4. num. 9.* vbi id communitèr receptum esse quoq; tradit.

Et si autem huic conclusioni non leuem scrupulum inijcere videatur consideratio illa, vt scilicèt trebellianica non debeatur, neq; detrahi possit, antequàm restitutionis fideicommissi casus aduenerit, cùm trebellianica sit quarta eius, quod
5 per fideicommissum vniuersale restituitur, vt tradit *Bartol. in quamquàm, C. ad leg. falcid.* & & inter cæteros notat doctissimus Præceptor meus *Reu. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodidaschalia, lib. 2. tit. de fideicommiss. substit. sub num. 1650. vers. Hinc sub Vespesiano.* Nihilominùs mittet illicò te scrupulus si memineris, dari discrimen inter detrahere quartam trebellianicæ, ac aliquid in eam imputare, & eligere rem in trebellianicam imputandam, ac illam
6 alienare, qua proindè nil militat consideratio, illa nàmq; locum obtinet in priori dumtaxàt casu, secùs verò in posteriori, quo casu potest fieri
7 ante casum restitutionis fideicommissi, nempè quando hæres voluerit, cùm *textus in dict. §. Res, quæ*, absq; vlla temporis præfixione concedat hæredi facultatè prædictam alienàdi; quamobrèm licèt restitutionis fideicommissi tempore
8 facienda sit trebellianicæ deductio, & bona alienata in trebellianicam sint imputanda ad quartam vsque, non tamèn impeditur hæres per prædictæ rei alienationem illius electionem facere, ad hoc vt postèa tempore debito illam in trebellianicam imputet.

Recolendum beneuerùm hinc dicimus, quòd quamuis bona restitutioni obnoxia sub conditione, illa pendente alienari possint, & conditione aduenìente alienatio non reuocetur, intelligi-
9 tur tamèn quatenùs alienatio quartam non excederet, vt rectè *Bolognet.* notat in *l. in quartam, num. 237. D. ad leg. Falcid.* dicẽs, quòd per *text. in dict. §. Res, quæ*, poterit res restitutioni subiecta alienari ad quartam vsquè, etiam fideicommissi purificatione minimè expectata, cùm intè-
10 rim hæres sit Dominus bonorum omnium, ipsiusq; quartæ, & licèt postèa fideicommissi conditio purificetur, alienatio reuocari non poterit, nisi quartam excedat, immò semper firma manèbit, cùm per conditionis suspensionem non de-
11 beat hæres impediri portionem ad se spectantẽ alienare: subnectitq; *ibi Bolognet.* hanc communem esse sententiam, & adeò veritate niti, vt for-
12 tiatur effectum, etiam si quarta in vna re detrahi non possit; sed in singulis rebus hæreditarijs, iuxtà *tex. in l. Linea margaritarum*, & in *l. plautius, D. ad leg. Falcid.* dummo jò tamẽ res penès
13 grauatum inueniatur, nõ autem si talis deductio facta fuisset, quemadmodùm *Bartol.* docet in *dict. l. in quartam*, & sequitur *Bolognet. ibid. num. 235.* Sed.

14 An fideicommissarius vniuersalis si possideret, sit legitimus cõtradictor aduersùs hæredem, ad ei scilicèt impediendam immissionem, quando trebellianicæ deductio facienda foret? Varia varios hanc rem circà dixisse certum est, idcircò equidem, nè in variarum ICtorum opinionum circà hanc rem Oceano naufrager, methodicè illorum aliquas proponere opiniones, atq; sententias volui, vt illis enucleatis, valeam tandèm medullitùs huiusce rei, quantum mei iuuencscentis ingenij virium ius est, libare veritatem. Vndè.

15 Prima sententia est, fideicommissarium, quoties capit possessionem rerum fideicommisso subiectarum vacantem, & sinè vitio, licèt postèa superueniat hæres, & petat immitti, si promptus est de iure suo incontinenti docere, esse legitimum contradictorem aduersùs hæredem ad impediendam ei immissionem, tametsi detractio aliqua facienda foret, nàm sufficit, quòd talis fideicommissarius cautionem præstat de soluendo quidquid fuerit iudicatum respectu prętensæ detractionis, ità post alios, quos refert, probat *Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 2. cap. 88. num. 13.* quem laudat, & sequitur *Dom. Consiliarius Ioseph de Rosa in Consultat. 40. num. 25.* & comprobare videntur, licèt expressè in casu detractionis non loquantur *Reg. de Ponte consil. 21. num. 26. lib. 1. Reg. Capycius Latro decis. 108. num. 47. Consiliar. Theodor. allegat. 18. num. 70. & 71. Camill. de Medicis cons. 68. num. 4. Card. Tusch. PP. Conclus. lit. F. conclus. 268. num. 1.* & cæteri, quos plena manu coadunat *Amat. in Resolut. 39. num. 158.*

16 Secunda, quæ sequitur sententia, oppositum ex diametro fundat, scilicèt, fideicommissarium vniuersalem non esse legitimum contradictorem

ad-

aduersùs hæredem, etiam si sinè vitio possideret, & in continenti de iure suo probaret, quando detractio trebellianicæ, & falcidiæ facienda foret, ità compluribus adductis tradit *Dom. Reg. Rousitus in cons.* 50. *num.* 32. *tom.* 1. sic quoque *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 204. *num.* 28. *Surd. in decis.* 333. vbi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit.* latè hanc sententiam tuetur, & complures non modicæ farinæ eam firmantes recensèt, *Reg. Capycius Latro dict. decis.* 108. *num.* 9. ac in *Consultat.* 78. vbi latè quoq; tuetur, & decisum fuisse testatur in fine, *Menoch. de adipiscend. possess. Remed.* 4. *num.* 638. *Argel. de legitim. contrad. quæst.* 10. *art.* 9. *num.* 125. *Merlin. de legitim. lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 10. & plures decisiones Rotæ referens sic etiam tradit alijs omissis *Marescott. Var. Resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. & 30. iunctis, quos plena manu cumulat *Amat. dict. Resolut.* 39. *num.* 159. & tuetur *Dom. Io. Leonardus Rodoer. in Consil.* 11.

17 Tertia, quæ nobis occurrit, sententia firmat, quòd vbi constat, fideicommissarium in fideicommissi possessione antè hæredis apprehensionem reperiri, vel alitèr sit vitium, non totum cogatur restituere hæredi fideicommissum pro detrahendis deductionibus, sed fideicommissarius tantùm condemnari debeat, vt pro mensura Trebellianicæ, seù aliorum iurium, quæ verosimilitèr appareat in dictis bonis habere hæredem grauatum, restituat possessionem rerum hæreditatis hæredi grauato, seù eius hæredi, & in possessione reliquorum remaneat, ità docet *Corneus in cons.* 232. *antè fin. vol.* 4. quem refert, & sequitur *Zuchar. in Repetit. l. final. num.* 428. *C. de edict. Dini Adrian. tollend.* & secundùm hanc sententiam iudicatum refert *Vincent. Honded. in cons.* 28. *in fin. lib.* 2. quam pro absoluta amplectitur *Cãcer. Var. Resolut. lib.* 3. *c.* 17. *de sentent. & earum exequut. sub num.* 507. *circà finem*, vbi quoq; dicit, quòd est æquior sententia, & in Supremis Tribunalibus recepta.

18 Quarta sententia, quæ repræsentatur, cùm posteriori isthac enarrata concurrit, sed cùm restrictione, vt scilicèt procedat dumtaxàt in casu, quo portiones, vel quartæ per hæredem grauatum detrahendæ, tàm ratione loci, quàm quotæ, iàm liquidæ, & certę sint, vt quando hæreditas in pecunia numerata consisteret, vel si alitèr incontinèti liquidari, ac certificari possent, ità *Peregrin. de fideicommiss. art.* 47. *sub num.* 70. *vers. Si tamèn*, *Amat. dict. Resolut.* 39. *num.* 161. vbi complures alios manuducit, & aliorum fultus auctoritatibus adnectit, quòd prudenti Iusdicentis arbitrio remittitur, nempè si liquidum sit, vel in promptu liquidari possit liquidationum prædictarum creditum, sin autem ità sit, totum fideicommissum grauato restituendum pro detractionibus fiendis censet, cùm *Baldo* potissimùm in *l.* 1. *C. quorum legatorum*, non pro mensura deductionum dumtaxàt, nàm partis occupatę ratione totum restituendum venit: quemadmodùm quando nedùm Trebellianica per grauatum est detrahenda, sed etiam legitimæ portionis debitum, quia filius grauatus extiterit, quæ cùm sit bonorum
19 quota, haùd hæreditaris, *l. Papinianus*, *§. quarto*, *D. de inofficios. testam. Craff. §. legitima*, *quæst.* 1. *num.* 3. *Amatus cons.* 11. *num.* 4. & 11. *Valenzuel. cons.* 86. *num.* 5. *Præs. de Franch. decis.* 127. *num.* 1. non dicitur certa, nisi ære alieno deduc-
20 to: proindè ratione loci, & quorę incerta dicitur legitimæ quantitas antè ęris alieni detractionem, eiusq; liquidationem, *Bart. in l. meminimus*, *C. quando, & quibus quarta pars, lib.* 10. *Bertrand. cons.* 173. *num.* 35. *vol.* 3. *Cravett. cons.* 114. *num.* 16. *Marescott. Var. Resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 31. vbi etiam Trebellianicam ratione lo-
21 ci, & quotæ incertam esse firmat in proposito: ex quo descendit resolutio ad controuersiam illam, nùm filius rectè petat sibi assignari legiti-
22 mam antè æris alieni deductionem? & quid si offerat fideiussionem de restituendo, quod fortè in excessum datum apparuerit facta liquidatione, & æris alieni deductione? consulendi sunt *Præs. de Franch. decis.* 127. *Reg. Tap. decis. S. C.* 14. *num.* 46. *Surd. cons.* 248. *num.* 17. *Cyriac. controu.* 222. *num.* 7. *tom.* 2. *Ant. Fab. in C. de inofficios. testament. definit.* 6. *Raudens. in appendic. ad tractatum de Analogis*, *in* 6. *part. post num.* 51.

23 Quinta detegitur sententia, quæ statuit, fideicommissarium, quando Iusdicentis authoritate possidet, & de iure suo incontinenti docet, legitimum dici contradictorem ad immissionem hæredi impediendam, ex regula illa, quòd iustè
24 possidet, qui authore Prætore possidet, *l. iustè*, *D. de aequir. possess.* & quoque si licentiam expressam, vel tacitam capiendi possessionem propria authoritate à testatore habuerit fideicommissarius, nàm cùm dictæ licentiæ ratione possessionem propria authoritate capere poterat, cõsequentèr eò magis impedire poterit immissionem hæredi illius, qui fuit grauatus, & legitimus erit contradictor, ità exponit *Argel. de legitim. contrad. quæst.* 10. *art.* 2. *num.* 10. cùm alijs, quos laudat, & sequitur *Dom. Consiliar. Roccus tom.* 2. *Respons.* 80. *à num.* 34. *& seqq.* nec non *Dom. Reg. Capycius Latro dict. decis.* 108. *à num.* 30. *cum seqq.*

25 Mea tandèm sententia est, fideicommissarium vniuersalem legitimum haùd esse contradictorem, etiam si sinè vitio possideret, aduersùs hæredem, quando detractio Trebellianicæ, seù aliorum iurium facienda esset, iuxtà secundam præpositam sententiam; firmum nàmque, indubitatumq; est principium à Iurisconsultis, Cæsaribusq; toties repetitum, atq; decantatum, quòd bo-
26 norum fideicommissio subiectorum possessio à fideicommissario de manu hæredis est accipienda, haùd autem authoritate propria, aliàs non dicitur legitima, sed potiùs vitiosa, ad *text. in l.* 1. vbi *DD. quorum legatorum*, *l. restituta*, *D. ad Trebell. Bart. & DD. in l. filiam fratribus*, *D. ad Trebell. Gozad. in l. vnica*, *limit.* 2. *§.* 1. *num.* 19. *C. si de moment. possess. Roman. cons.* 312. *in in princ. Dec. cons.* 424 *num.* 14. *Rolan.* alios cumulans *cõs.* 78. *num.* 14. *lib.* 3. quos sequitur *Marescott. Var. Resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. aliosq; infinitos coadunat *Amatus dict. Resolut.* 39. *num.* 149. obseruatq; *Peregrin. de fideicommiss. art.* 48. *num.* 5. & 33. & notât etiam *Reg. Rousit. Consil.* 50. *num.* 31. *tom.* 1. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. *§.* 1. *num.* 25. *Reg. Capycius Latro decis.* 108. *num.* 22. & *Consultat.* 78. *num.* 4. *Dom. Consiliar. Theodor. Allegat.* 61. *num.* 51. *Dom. Consiliar. de Rosa consultat.* 40. *nuu.* 19. *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis.* 333. *num.* 2.

Digitized by Google

adnectens procedere, quamuis hæreditas esset
27 vacans, cùm dari debeat Curator hæreditati iacenti, iuxtà *consilium Bald.* 234. *in fin. lib.* 3. & tenuit etiam *Bart. in l. si bona, in fine, C. de bon. author. Iudic. possid.* quem sequuti sunt *Dec. in cons.* 400. *col.* 3. *Cacheran. in decis.* 34. *num.* 21. cœteriquè, quos insequitur *Amatus dict. Resolut.* 39. *num.* 150. nec non *Dom. Consiliar. Hodiern. ibidem*, *Dom. Rodoerius*, qui alios recenset in suo celebri *Consil.* 11. *num.* 6. & *Vivian. Cirocch. Disceptat.* 2. *num.* 46. vbi perbellè tradit,
28 possessionem vitiosam esse, etiam si fideicommissarius possessionem acquisiuisset antè aditam hæreditatem, quia priùs saltèm constituendus erat Curator hæreditati iacenti, ex pluribus *decisionibus Rotæ Romanæ*, quas colligit *Rota impress. post tract. Postij de manutention. decis.* 383. vbi decisum fuit, inmittendos esse in possessionem bonorum hæreditariorum hęredes grauati, qui in eorum possessione existebat tempore
mortis, non obstante anteriori capta per fideicõmissarium eorumdem bonorum propria authoritate tempore, quo hæreditas iacebat, ac etiam
29 non obstante, quòd per fideicommittentem data fuisset talis potestas fideicommissario, illa ratione, quia possessio anterior tunc poterat iuuare,
30 quandò iustè apprehensa fuisset, secùs quando iniustè, cùm fideicommissarius ius sibi dicere non poterat, & hæreditatem quasi possidentem spoliare: id ipsum in *decis.* 520. *part.* 1. *Diuers.* vbi resolutum fuit, cessionarium Monialis, & Monasterij hęredis grauati esse immittendum in possessionem cuiusdam Casalis, non obstante fideicommissarij impedimento; & exornat *Dom. Consiliarius Staibanus in Obseruat. ad suam Resolut.* 99. *à num.* 38. *vsque ad fin.* atq; *Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. art.* 47. *in fin.* vbi
31 ex eadem ratione, quòd fideicommissarius ius sibi dicere haùd possit, contrà fideicommissarium obtinuisse testatur in M. C. & quidem omni assistente Iustitia, etenim in hominum potestate,
32 qui politica, & ciuili reguntur ratione, ius sibimetipsis quoquo modo sua manu dicere, minimè est, *Petrus Gregorius de Republic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 49. *Dom Consiliar. Carleual.* complures alios recensens *de iudicijs, tom.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 1. *sub num.* 786. *Dom. Regens de Philipp. Dissert.* 40. *num.* 28. *Prukman cons.* 36. *num.* 12. *lib.* 1. *Herman. Vultei cons.* 46. *num.* 268. *vol.* 4. id enim iniquum admodùm esse fatentur *Cæsares in l. vnic. C. nè quis in sua caus. iudic.* sunt quippè publicè ad hoc constituti Iusdicentes, quorum culmen est adeundum, vt quod sibi putat quis deberi, per eosdem reposcat, nè si secùs fiat, vim publicam, vel priuatam incurrat, nàm & *Cæsar dixit, tu vim putas esse solum si homines vulnerentur? vis est, & tunc quoties quis id quod deberi sibi putat, non per Iudicem reposcit,* teste *Calistrat. lib. V. de cognit.* relato nobis in *l. penult. D. de vi priuat.*

33 Ex quo equidem dicimus, nostram sententiam procedere etiam, quando fideicommissi restitutio fit ipso iure, cùm tunc quoq; fideicommissarius possessionem propria authoritate apprehendere non possit, sed illam de manu hæredis capere debeat, secundùm *Gloss.* communitèr receptam in *l.* 1. *§. quoties, D. ad S. C. Trebell. Bald. in l. penult. C. eod. tit. Natt. cons.* 653. *num.* 7. & 8. *Roland. cons.* 78. *num.* 15. *lib.* 3. *Reg. Rouitus cõs.* 50. *sub num.* 31. *tom.* 1. *Ricc. collect.* 1254. *Marescott. cap.* 1. *var. resolut. num.* 3. vbi alios recẽset, *Simon de Pratis de interpretat. vltim. volũt. lib.* 5. *interpr.* 2. *dub.* 1. *num.* 80. iunctis, quos lato calamo conglomerat *Amat. in dict. Resolut.* 39. *num.* 151. & 152. vbi complures recensẽt, qui dilucidant, quibus in casibus ipso iure fideicommissario facta cẽseatur fideicommissi restitutio;
34 Vndè firmandum euenit, fideicommissarium vniuersalem legitimum nõ dici contradictorem ad hæredis immissionem impediẽdam, quamuis incontinenti de iure suo doceret, quia ad effectum huiusmodi, quòd legitimè possideat, etiam requiritur, iuxtà notata in *l. final.* vbi *Dec. num.* 48. *C. de edict. Diui Adrian. tollend.* & docent expressè *Socin. iun. in cons.* 75. *nu.* 18. *lib.* 1. *Dec. in cons.* 424. *num.* 18. *Roland. in cons.* 1. *num.* 71. *lib.* 1. *Ioseph Ludouic. decis.* 47. *num.* 15. *Argel. de legitim. contradict. dict. quæst.* 10. *num.* 13. *Post. de manutent. Obseru.* 47. *num.* 2. *Dom. Reg. Capyc. Latro Consult.* 78. *num.* 8. alios addens sequitur nouissimè *Dom. Rodoerius Consil.* 11. *num.* 13. & tradit paritèr *Menoch. de adipiscend. possess. Remed.* 4. *num.* 632. *& seq.* vbi etiam dicit *Zuchardum* id docere, quia licèt statim constare possit, hunc fideicommissarium esse, non tamèn ius aliquod habet in hæreditate ante factam restitutionem, & sequitur abdubio *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. decis.* 333. *num.* 5. ac demùm ex ratione illa probatur, quia in iudicio meri possessorij, si detur odor iustitiæ circà petitorium, non tamèn immutat, possessoriumue iudiciũ tollit, quemadmodùm inquiunt *DD. in l. si finita, in princ. D. de damn. infect.* & sequuntur *Dom. Consiliar. Theodor. Allegat.* 61. *num.* 2. *Dom. Rodoerius dict. Consil.* 11. *n.* 14. Quamobrem,
35 Dicimus etiam, expositam nostram sententiã extensionem admittere, vt scilicèt procedat, tametsi talis fideicommissarius cùm Iusdicentis authoritate possessionem adeptus esset, cùm neq; tunc legitimus dici possit contradictor ad impediendum, nè hæres scriptus comparens, & petens se immitti, non immittatur, vt tradit *Rota Romana in decis.* 520. *part.* 1. *in nouiss.* quam referens sectatur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna ibidem, num.* 6. demùmq; perbellè *Dom. Rodoerius dict. consil.* 11. *num.* 11. & plenè tuetur *Peregrinus in citat. artic. num.* 60. *cum seqq.* ac in *art.* 48. *num.* 17. vbi subdit, præsertim pro-
36 cedere, quando immissio facta esset cùm clausula, *Saluo iure omnium personarum.*

Et quidem etiam, vt procedat, quamuis licentiam expressam, vel tacitam capiendi possessionẽ
37 propria authoritate à testatore habuisset fideicommissarius, cùm illi concessa censeatur facultas illa dumtaxàt, quam habet capiendi suam portionem, sicquè postquam factæ fuerint detractiones, non antè, vt perbellè *Zuchard. in l. final. num.* 428 *vers. Si verò possideret de voluntate testatoris, C. de edict. Diui Adrian. tollend. Ruin. in cons.* 140. *num.* 4. *lib.* 5. *Surd. in decis.* 333. *num.* 8. *in fin.* vbi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit. num.* 7. & latè exponit *Marescott. in dict. cap.* 1. *Var. Resol. num.* 30. *& seqq.* adnotans potissimùm, hoc decisum fuisse in vna Romana de Cappizzuchis coràm Cardinale Lancellotto, & determinauit etiam *Rota Romana in citat. decis.*

Digitized by Google

decis. 383. *impress. post tractat. Postij de manutention.* quamobrem licentia illa de possessionem
38 ingrediendo propria authoritate à testatore concessa intelligi debet, vt procedat, quando constat, hæredi nullam omninò competere defensionem, secùs si competat, vel etiam dubitari possit, an aliqua competere possit defensio: nàm etiam, etsi
39 detractiones Trebellianicæ scilicèt, & Falcidiæ factæ essent, poterit adhùc hæres impedite, nè fideicommissarius in possessionem mittatur, vel immissionem factam reuocare pro alijs creditis, ea licentia minimè refragante, cùm dubium non sit, quòd hæredibus alię competant detractiones, veluti æris alieni, & omne eorum creditum generalitèr deducere possint, *l. coheredi, §. cùm filia, D. de vulgar. Alex. in l. ità tamen, §. si ex Trebelliano, D. ad S. C. Trebell.* cùm alijs per *Surd. in cons. 7. num. 23. & seq.* atq; in *dict. decis. 333. num. 16.* vbi complures enumerat detractiones, & respondet ad Regulam, *Dolo facis, &c.* & ad aliam, quòd nempè circuitus sunt euitandi, quod etiam firmat *Dom. Consiliar. Hodierna ibidem num. 8.* & ex *Card. Anchar.* & alijs tradidit *Crauett. in cons. 376. num. 24.* nec non *Ruin. in cons. 160. lib. 5.* & voluit *Rota in decis. 520. num. 15. par. 1. diuers.* vbi etiam dicitur, quòd in dubio hæredi aliam competere posse defensionem præ-
40 sumitur; & totum fideicommissum grauato restituendum pro detractionibus fiendis, certum esse comperimus ex dilucidatis in quarta sentẽtia suprà indicata, & ex eo demùm, quia non debet hæres constitui petitor Trebellianicæ, vt cõ-
41 cludit *Natta in cons. 653.* quem insequitur *Peregrinus in dict. art. 47. de fideicommiss. num. 67. in fin.* & sentire videntur *Argel. in dict. tract. de legitim. contradict. quæst. 13. art. 5. num. 60. Puteus in decis. 471. num. 3. lib. 2.* vbi, quòd cautio
42 de restituendis detractionibus minimè admittitur, quia actualis requiritur restitutio, & propterea, non tantùm illius detractionis respectu pos-
43 sessionem vitiari, sed in totum, dicendum consequitur, vt inquiunt *Bald. in l. 1. C. quorum legator. & Zuchard. in dict. l. final. num. 426. vers. Limitatur ista conclusio, C. de edict. Diui Hadrian. tollend.* quos sequitur *Dom. Præs. de Frãchis in decis. 204. num. 30.* ac demùm *Dom. Cõsiliar. Hodiern. vbi supr. num. 3. Dom. Rodoer. dict. consil. 11. num. 19.*

Hæcq; scribere præpositam circà controuersiam sufficientia sint, restrictiones nàmque, quas illa recipit, latè habes apùd *Marescott. Var. Resolut. lib. 1. cap. 1. per tot. Peregrin. de fideicommiss. art. 47. & 48. per tot. Argel. de legitim. contradict. quæst. 13. art. 5. & 6. Reg. Capyc. Latr. in decis. 108. Dom. Consiliar. de Rosa in Consultat. 40. num. 19. cùm seqq.* ad quos me remittere consultiùs putaui, nè pro obseruationibus tractatum conficere videar, quod extrà nostrum hactenùs obseruatum institutum planè foret.

PROLOGOMEN.

Ægidianæ Constitutionis dispositionem, quæ appellationem denegat omnibus in iudicijs possessorijs, in terris, Ciuitatibusq; Sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectis locũ dumtaxàt habere, secùs autem in alijs annuitur: eamq; demùm intelligendam esse, vt appellationem deneget quò ad effectum suspensiuum, haùd autem deuolutiuum probatur, dummodò tamèn notoriè de iniustitia, seù nullitate sententiæ minimè constaret.

RERVM SVMMA.

1 *Constitutio Ægidiana locum habet in omnibus locis Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectis.*
Ampliatur vt num. 2.
3 *Constitutio Ægidiana prohibet appellare in possessorio.*
Intelligitur quò ad effectum suspensiuum, secùs autem quò ad deuolutiuum, vt num. 5.
Limitatur, cùm de iniustitia, seù nullitate sententiæ notoriè constaret, vt num. 8. & 9.
4 *Appellatione remota, vel prohibita, remota non censetur facultas allegandi nullitates.*
6 *Appellatio ad finem suspensiuum à decretis affirmatiuis assistentia non datur.*
7 *Sententia lata in iudicio assistentiæ, fit appretium, & consignatio bonorum obligatorum creditori pro concurrenti summa, & postea appellans auditur.*
10 *Appellare licet in possessorio, cùm lata est sententia sine causæ cognitione.*
11 *Causæ cognitio præcessisse præsumitur, quando sententia lata est contrà præsentem, haudq; appellantem.*

OBSERVATIO LV.

ÆGidianam Constitutionem in terris, Ciuitatibusq; Sanctæ Romanæ Ec-
1 clesiæ immediatè subiectis locum dumtaxàt habere, non autem in alijs, dicit noster *Author hic*, vt declarauit *Sixtus IV. in Constit. 15.* & obseruat *Cherub. ibidem Schol. 2.* quem refert, & sequitur *Antonellus de loco legali, lib. 2. cap. 15. num. 179. & per totum*, vbi plura scribit, laudans nostrum *Authorem hic*, ità quoq; *Io. Baptist. Pont. de spolio, part. 3. cap. 3. sub num. 22. in fine*, dicens, quòd in terris Romanæ Ecclesiæ mediatè subiectis, vt est Parma, Placentia, & loca aliorum Baronum, non est seruanda, quemadmodùm nec paritèr in terris Imperij, vt attestatur idem *Pont. num. 42.* verùm
2 si litigium suprà aliquo Castro ageretur, quod Sedi Apostolicæ immediatè subiecto haùd esset, sed mediatè, si tamèn personæ litigantes forent immediatè subiectę, & litigarent in Vrbe, eo casu locum habere hanc Constitutionem, dicit *Cõtard. de momentan. possess. in verb. Ægidiana, quæst. 6. in princ.* quia tametsi verba extensionis *Pauli III.* qui eã confirmauit, in rem dirigantur, personas nihilominùs concernit, ideòq; locum habebit Ægidiana.
3 Ista hæc quidem Constitutio appellationem denegat omnibus in iudicijs possessorijs, vt per nostrum *Authorem hic, Caputaq. decis. 227. lib. 1. Ioseph Ludouic. decis. 20. num. 2. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 25. num. 10.* & per *Antonell. dict. cap. 15.* vt proindè conformis sit cùm nostro Ciuile Ius, iuxtà *text. in l. 1. C. si de*

Digitized by Google

moment.possess.Bartol.in l.2. col.1. D. de appellat.recip. quamuis agi possit de nullitate ex communi illa,& generali regula,vt cui appellandi via
4 præclusa est,indistinctè nullitates allegare possit, *Afflict.Regn.pœnam eorum,tit.de bannit.& for. iudic.num.55. Præs.de Franch. in decis. 232. & 688.num.3. Anna allegat.93. Dom.Consiliarius Petra super Rit.M.C.V.6.sub num. 6. verb. Et appellatione remota,Marsil.de bādit.vers.Nullitas,num.9.Marchesan.de commiss.par.1.num. 56.fol.301.& 302.*cùm alijs,quos sequitur *Dom. Rodoer. in addit. ad tom. 1. Quotidian. Resolut. Reg.de Marinis,cap.150. nu.8.& 9.* & proprijs in terminis dictæ Ægidianæ Constitutionis est *Decisio* 58. *Rotæ Romanæ impress.* post *Salgad. in labyrint.creditor.*vbi *num.1.* dicit, quòd memorata Ægidiana Constitutio appellationis exclusiua in iudicijs omninò summarijs, non habet locum attenta sententiæ iniustitia.

5 Quamobrèm erudimur, indicatam Constitutionem intelligendam esse, vt appellationem deneget quò ad effectum suspensiuum, non autem quò ad deuolutiuum,putà,vt appellationem propter sententiæ exequutio haùd impediatur, secùs autem vt penitùs appellatio nõ admittatur,quemadmodùm statutum est de iure ciuili, vt in dicta *l.1.C.si de moment. possess.*& dicimus in assistentiæ iudicijs per dispositionem Regiæ *Pragmat.* incip. *Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum*, per quam à decretis affirmatiuis assistentiæ non datur ap-
6 pellatio ad finem suspesiuum,scilicèt, vt exequtio haùd impediatur, non autem quòd penitùs nõ admittatur appellatio, quoniam exequutioni demandata sententia appellans suam prosequi poterit appellationem, vt expressè statuere videtur dicta Regia *Pragmatica*, & voluerunt *Afflict. in decis.261.& Præs.de Franch.in decis.120.num.* 1.qui *num.2.* subdit, quod semper obseruatum
7 fuit, & adhùc obseruatur, quòd lata sententia super iure assistendi fit appretium, & configuratio bonorum obligatorum creditori pro concurrente sui debiti quantitate, & posteà auditur appellans, antequàm verò dicta sententia cùm effectu exequutioni demandata haùd fuerit,appellans nõ auditur, nec in appellatione, nec in ipsius prosequutione, vt expressè decidit dicta Regia *Pragmatica* in verbis illis; *post exequutionem verò factam,appellationes iustificari posse,etiam ad effectum ipsius assistentiæ reuocandæ declaramus.*

8 Verùm enimuerò limitationem admitti dicimus, quando notoriè de iniustitia, seù nullitate sententiæ constaret, prout in eadem Ægidiana Constitutione disponitur, & notant *Contard.de moment.possess.verb.Ægidiana, quæst.4.num.6. Menoch.de adipiscend.possession. Remed.4.num.* 850.vbi alios recenset,inter quos est *Alexand.in cons.77.col.penult.& vltim. lib.2.* qui dicit, his
9 casibus licere appellare, cùm appellandi ratio sit in promptu,vt quia ex actis constat de iniquitate, quocirca appellatio ab ea interposita nedum deuolutiuum,sed & suspensiuũ effectum operatur, vt *Menoch.ibidem,num.854.& seq.* ad huiusmodi propositum exponit, quod in illo remedio, si
10 lata fuerit sententia absq; causæ cognitione, ab ea appeliare licebit,iuxtà doctrinam *Alexand.in l. final. num.28. C.de edict.Diui Hadrian.tollend.*vbi *Zuchard.num.448.* ait, sententiã istam nullitati esse obnoxiam,& cùm sit lata absq; causæ cognitione datur appellatio, cùm causa adsit appellandi; aduertendum tamèn est, quòd hoc, quod *Menoch.*ex *Zuchard.* dicit, non procedit, quòad præsumptionem validitatis sententiæ,cùm
11 causę cognitionem præcessisse præsumatur,quãdo sententia lata esset contrà præsentem, haudq; appellantem, vt per *Doctores in cap. per venerabilem,qui filij sint legitim.Cassad.decis.1.de præsumpt.Sarmient.de trienn.possess. quæst.33.*

PROLOGOMEN.

Rei Ecclesiasticæ legatum valeat nè saltèm quò ad æstimationem? & quid si res illa alicuius in commercio esse non possit? breuitèr declaratur: eruditurq;indè,Ecclesiasticam emphyteusim per hæredis institutionem relinqui posse, dummodò ad extraneos hæredes transitoria illa sit,& nisi alicuius Ecclesiæ,vel loci pij fauore fiat institutio, quodtamèn declarationibus ornatur.

RERVM SVMMA.

1 *Alienatio rerum Ecclesiasticarum inhibita est.*
2 *Legatum rei Ecclesiæ inferioris valet, saltèm quòad æstimationem*
Declaratur, vt num.3.& 6.
Ampliatur in legato rei Ecclesiæ Superioris constito de testatoris voluntate, vt num.7.
Verùm restringitur,cùm defunctus rem esse Ecclesiasticam ignorabat,vt num.8.
4 *Res sacra æstimatione caret.*
5 *Res sacra, vt sacra, vendi nequit.*
9 *Emphyteusis Ecclesiastica per hæredis institutionem relinqui potest.*
Declaratur,dummodò ad extraneos heredes sit transitoria,vt num.12.
Limitatur, quando alicuius Ecclesiæ, vel locì pij fauore fieret institutio, vt num.23.
Quod etiã pluribus modis restringitur, vt num. 24.25.& 26.
10 *Emphyteusis Ecclesiastica in generali institutione non venit,vbi de ea cogitatum haùd fuerit.*
Ratio traditur num.16.
Restringitur in vniuersali bonorum omnium institutione, vt num.11.
13 Textus in §. emphyteusim, Auth. de non alienand. *corrigitur ex* textu in §.licentiam,Auth. de alien.& emphyt.
14 *Descendentes in perpetuum non durant,sed plerumq; deficiunt.*
15 *Emphyteusis Ecclesiastica transit ad extraneos hæredes, si dictum sit* pro omnibus,& quibuscumque hæredibus: *vel etiam si adsit clausula* Ad habendum,tenendum,&c. & quidquid placuerit.
17 *Dispositio generalis ad prohibita, & illicita non extenditur.*
18 *Disponens de bonis suis, intelligere non censetur de his, per quæ si includerentur, graue inferretur præiudicium.*
19 *Arbitri ex generali potestate iniungere non possunt partibus,vt faciant generalem quietationem.*

20 *Dispo-*

Digitized by Google

20 *Disponens actum illicitum, & prohibitum fieri voluisse, in dubio non præsumitur.*
21 *Dispositio de emphyteusi hereditaria permittitur sine Domini consensu.*
22 Surdi *doctrina* in decis. 11. *quomodo intelligatur.*

OBSERVATIO LVI.

HAùd parum laborant ICti ea in quæstione, quàm præsens porrigit locus, an scilicèt legatum rei Ecclesiæ valeat saltèm quòad æstimationem? cùm
1 plusquàm manifestum sit rerum Ecclesiasticarum alienationem non permitti; quamuis enim varia dicant, vt videre potissimùm fas est penès Eminentissimum Cardinalem *Franciscum Mătic. in tractat. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 9. tit. 10. per tot.* tutior nihilominùs, & receptior est sententia illa, quòd debeatur æstimatio, quando res legata est de rebus Ecclesiæ,
2 quæ alienari facilè solent, prout sunt bona Ecclesiæ inferioris, secùs Ecclesiæ Romanæ, quæ alienari non possunt, neq; solent; secundùm quam sententiam in controuersia præsentis loci determinatum fuisse testatur noster *Author hic*, eamquè lato calamo substinet, & tuetur *Card. Mantic. dict. tit. 10. à num. 2.* atq; defendit etiam *Episcop. Couarr. in cap. filius noster, sub num. 5. de testament.* à qua equidem sententia etsi minimè recedendum videatur.
3 Nobis attamèn arridet illam hoc modo componere, aùt Ecclesiæ res in alicuius commercio esse non potest, vt est res sacra, & tunc corruere legatum etiam quò ad æstimationem affirmare
4 non ambigimus, nàm tali æstimatione res sacra caret, vt probat expressè *textus in l. idem Iulianus 41. §. constat*, & ibi *Bartol. in summar. D. de*
5 *legat. 1.* & quòd res sacra, vt sacra vendi nequeat, est *textus* Synodalis *in cap. 8. & 9. de simonia*, vbi communiter *Doctores*, nam esset ponere æqualitatem inter rem temporalem, & non temporalè, putà inter rem sacram, & prophanam, quę enormis foret irreuerentia, & rei sacrę inæstimatio;
6 aùt res legata est prophana, & tunc æstimatio debetur, cùm sit pretio æstimabilis, quamuis sit de rebus Superioris Ecclesię: prętereà, quando ap-
7 paret testatorem eam omninò relinquere voluisse, tunc siue sumus in rebus Ecclesię Superioris, siue inferioris debetur æstimatio, vt rectè *Menoch. in præsumpt. 110. num. 5.* quem laudans sectatur noster *Author hic num. 21.* temperari be-
8 nè verum id debet, vt scilicèt locum habeat, quãdo defunctus rem esse Ecclesiasticam sciebat, secùs si ignorabat, quia forsitan si sciuisset Ecclesiasticam rem esse, non legasset. Hactenùs de potissima huius loci controuersia, quoniam actum est, modò de illa conclusione, quam tradit noster *Author hic num. 4.* quòd scilicèt Ecclesiastica
9 emphyteusis per hęredis institutionem relinqui possit, scribere congruit.
10 Illam itaq; circà annuimus, quòd etsi in generali bonorum dispositione emphyteutica bona non veniant, cùm de eis nihil fuerit cogitatum, vt præcæteris exponunt *Amic. in tract. de Iure emphyt. quæst. 80. Surd. in decis. 93.* vbi *Dom. Consiliarius Hodierna num. 1.* alios recenset: nihilò tamen minùs aliud dicendum videtur in
11 vniuersali bonorum omnium institutione, de qua agit noster *Author hic*, cùm in ea illa contineantur, quasi plura veniant in vniuersali, quæ non in generali, vt inquit *Speculat. in §. nunc aliqua, quæst. 113. num. 139. tit. de loc.* per *tex. in cap. ex literis, de iure patronat.* quem sequitur *Corbulus de iure emphyteut. tit. de causa alienationis ob alienationem irrequisito Domino factam, limit. 14. num. 3.* concinitq; *Bartol. in l. generali, §. vxori, D. de vsufruct. legat.* & in specie concludunt *Natt. in cons. 159. num. 24. vsque ad num. 31. Cephal. in cons. 207. num. 34. lib. 2. Menoch. in cons. 16. num. 16. in fin. Ruin. in cons. 37. num. 12. lib. 1. Curtius Iunior in cons. 26. num. 8.* quos laudans insectatur noster *Author in tom. 2. Discept. forens. cap. 344. num. 2.* cui se subscribit *Dom. Consiliar. Hodierna d. l. num. 2.* dummodò
12 tamèn ad extraneos hæredes transitoria sit emphyteusis, vt dilucidè determinatur ex recensitis *ICtorum* votis, cui sententiæ etsi obsistere videatur *textus in §. emphyteusim, Auth. de non alien.* vbi determinat, Ecclesiasticam emphyteu-
13 sim ad extraneos hæredes transire haùd posse, præter quam ad maritum, & vxorem, si de eis nominatim dictum fuerit, & quò ad descendentes ad tertiam vsq; tantùm generationem: eius nihilominùs dispositio corrigitur ex *textu in §. licentiam, Auth. de alien. & emph.* vbi decidit, quòd Ecclesia, & Monasteria Vrbis Constãtinopolitanæ in emphyteusim concedere haùd possint, nisi ad tertiam vsq; generationem, aliæ verò Ecclesię in perpetuum possint: cui equidèm consequens est dicere, vt emphyteusis, quæ ad Constantinopolitanam Ecclesiam non pertinet, ad quoscumque hæredes etiam extraneos trasire possit, nàm descendentes in perpetuum non du-
14 rant, sed plerumq; deficiunt, vt vltrà quotidianum experimentum, notat peroptimè *Cardinal. Mantica in tom. 2. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. sub num. 4. & seq.* vbi hoc etiam à contrarijs substinet, & tuetur.

Quod propterea ex verbis, & coniecturis dilucidari posse, statuerunt, quos lato congerit calamo citatus *Card. Mantica ibidem à num. 22. cũ seqq.* vbi coniecturas omnes colligit, & verba, ex quibus contrahentes emphyteusim ad extraneos hæredes transire voluisse præsumitur, inter
15 quæ equidèm verba, illa potissimùm, emphyteusim ad extraneos hęredes transire, præsumi faciũt, nempè si dictum fuerit *prò omnibus, & quibuscumque hæredibus*, vel etiam si adfuerit clausula *ad habendum, tenendum, &c. & quidquid placuerit*, etenim propter huiusmodi verba talis emphyteusis suam naturam amplius non retinet, sed comprehenditur omnis titulus hęreditarius, & successionis, ac de ea iudicatur, sicùt de alijs bonis hæreditarijs, *Bald. cons. 70. num. 4. lib. 2. Aymon Crauetta* perbellè *in cons. 256. sub num. 4. vers. Breuitèr puto concludendum*, & in puncto docent *Menoch. in cons. 129. Farinac. in decis. 642. num. 9. & 10. part. 1.* bona enim emphyteu-
16 tica ideò in generali dispositione non veniunt, quia sinè Domini consensu alienari prohibentur: ob id quoties disponit quis de bonis suis generalitèr, de bonis prohibitis intelligere minimè cẽ-
17 setur, quia generalis dispositio ad prohibita, & illicita non extenditur, *l. si procurator, D. de condit.*

dit. indeb. l. quamquàm, D. de ritu nupt. Alex. in conſ. 95. lib. 6. & in conſ. 10. ad fin. lib. 7. Paulus de Caſtro in conſ. 396. lib. 1. Decius in cap. ex literis, col. fin. circà medium, de conſtit. & in cõſ. 184. col. 4. Iaſ. in l filius à patre, §. final. in 2. not.

18 *D. de liber. & poſth.* Rursùs diſponens de bonis ſuis, intelligere haùd cenſetur de his, per quæ ſi includerentur, graue inferretur præiudicium, argum. not. per *Bald. in l. cum Aquiliana, D. de tranſact.* vbi Arbitri ex generali poteſtate in-

19 iungere non poſſunt partibus, vt faciant generalem quietationem, veluti nimis præiudicialem: ob id ſi diſponens generalitèr de bonis de talibus emphyteuticis intelligeret, graue inferretur præiudicium, quia ſinè Domini conſenſu diſponens amittere poſſet emphyteuſim, fieretq; actus om-

20 ninò prohibitus, & illicitus, quod in dubio credendum minimè eſt voluiſſe diſponentem: Quæ planè rationes ceſſant, quando emphyteuſis eſt verè, & propriè hæreditaria, etenim cùm de ea

21 permittatur diſpoſitio ſinè Domini conſenſu, nihil mali, aùt incommodi præſumitur, ſi de illa in generali diſpoſitione cogitatum cẽſeatur, quamobrèm permiſſa alienatione abſq; aliqua pœna, permitteretur etiã diſpoſitio per viam inſtitutionis, vt firmant *Curt. iun. in conſ. 169. num. 11. Corn. in conſ. 321. num. 10. lib. 4.* in feudo probat expreſsè *Crauett. in dict. conſ. 256. ſub num. 5.* & ità

22 intelligitur *Surd. in deciſ. 11.* vbi, quòd non cenſentur venire bona emphyteutica in inſtitutione, quia loquitur, quando eſſemus in emphyteuſi familiari, & ex pacto, non hæreditaria, & in caſu, in quo Domini conſenſus requireretur, vt idem *Surdus* explicat *ibidem num. 19.* exaratq; etiam *Simon de Pratis lib. 3. de interpretat. vltim. volunt. ſolut. 2. num. 6. & 7. fol. 184.* & concinunt *Fabius de Anna in conſ. 120. lib. 2. & Camill. de Medicis in conſ. 20. num. 14.* quos ſequitur *Dom. Conſiliar. Hodiern. in dict. deciſ. 93. nu. 20.*

23 Illud nihilominùs prò reſoluto damus, Eccleſiaſticam emphyteuſim, etſi ad extraneos tranſitoriam, haùd venire, cùm alicuius Eccleſiæ, vel loci pij fauore fieret inſtitutio, quia tanquã perſonæ potentes, & manus mortuæ, in eos tranſire non poteſt, *Bald. in Auth. quas actiones, num. 13. verſ. Tertio modo, C. de Sacroſ. Eccleſ. Ruin. cõſ. 143. num. 10. verſ. Secundò etiam, lib. 1. Clar. receptar. ſentent. §. emphyteuſis, quæſt. 15. verſ. Arbitror tamèn, Corbul. de iure emphyteut. tit. de cauſa priuationis ob alienationem irrequiſito Domino factam, ampliat. 12. num. 2.* vbi alias enumerat perſonas prohibitas, & potenſiores, *Redoan. de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt. 79. cap. 9. num. 27.* deciſum teſtatur *Ludouiſ. deciſ. 529.* vt etiam de loco pio, Archiconfraternitate, & Collegio merè laicali, dicit *Farinac. in deciſ. 603. num. 2. par. 1. Dom. Conſil. Hodiern. vbi ſup. num. 16. & ſeqq.* licèt ex *Beltram.* potiſ-

24 ſimùm dicat, concluſionem hanc triplicem admittere reſtrictionem, vt ſcilicèt primò non procedat, vbi tranſitoria foret ad extraneos hæredes, de cuius tamèn veritate non inſiſtit idem *Dom. Hodiern.* & optimè, quia etſi tranſeat in extraneum, haùd tamèn amittitur ſpes deuolutionis, nec laudimij, prout foret in Eccleſia, vel quauis alia manu mortua, licèt hoc in caſu cogi poſſet vendere infrà annum emphyteuſim, vt in priuatorum manus incidat, iudicatum refert *Farin. dict. deciſ. 603. num. 1.* vi tamèn directiua rationis, haùd arctatiua: & nonnulli teneant, Eccleſiam laudimium ſoluere debere, & deindè quindenium, hoc eſt laudimium ſingulis quindecim annis; nè nimis grauetur Dominus directus, vt firmat *Epiſcop. Ricc. deciſ. 10.* inter omiſſas poſt praxim, *Nouar. in explicatione Bullarum inter pretermiſſas ſolutionis quindemij, fol. 633. num. 16. cùm ſeqq. Capan. de iure releuij, quæſt. 27. cũ ſeq. Rota deciſ. 280. num. 4. apud Farinac.* Secũ-

25 dò, quando Eccleſia retinere nollet, ſed parata eſſet vendere perſonæ priuatæ, cùm pretij reſpectu capax eſſet, ex traditis per *Speculat. de locat. §. nunc aliqua, quæſt. 117.* quem ſequuta fuit *Rota apud Farinac. in deciſ. 261. ſub num. 7. part. 1.*

26 Tertiò, vbi Dominus directus vellet, vt Eccleſia retineret, ex *Surd. in conſ. 521, num. 10. verſ. Quartò reſpondeo, & Menoch. in conſ. 216. num. 43.* dummodò non eſſemus in terminis Bonifacianæ, quæ facit emphyteuſim ad quoſcunque tranſitoriam, præter Eccleſiam.

PROLOGOMEN.

Præſens ſtatus cùm in omnibus attendendus ſit, reſoluitur, damnum in frumento datum æſtimari debere habito reſpectu ad herbam, quo tempore damnificatum fuit, non verò cùm erit maturum: ac quoq; ſtatutum diſponens, ſtandum eſſe iuramento damnum paſſi, quando procedat? & an locum habeat, cũ Dominus animalium contrarium probare vellet? exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Damnum in frumento datum æſtimari debet non habito reſpectu ad herbam, ſed cùm erit maturum.*
Contrarium verius vt num. 5.
2 *Damnum nedùm in rei præſentis valore, ſed etiam in ſpe, & valore rei futuræ conſiſtit.*
3 *Principale tollens ad illud tenetur, vnà cùm et damnis emergentibus.*
4 *Res præſens plus valet, quàm futura.*
6 *Status præſens non futurus attendi debet.*
7 *Præiudicium non dicitur, quod de præſenti non imminet.*
8 *Iudicium prudens non eſt ſuper præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum contingere poteſt.*
9 *Iudicium ſuper futuro eſſe non poteſt.*
10 *Statutum quòd ſtetur iuramento damnum paſſi reſtringi debet, ſi Dominus animalium contrarium probare vellet.*
11 *Iuramento damnum paſſi ſtatur, quando priùs conſtat, quòd verè paſſus eſt damnum.*
Item quando iſta talis eſt integræ vitæ, vt n. 12.

OBSERVATIO LVII.

1 FVtura, quæ adeſſe poſſunt, & abeſſe, nùm ſint in conſideratione habenda? oſtendit præſens locus controuertens, an damnum in frumento datum æſtimari debeat habito reſpectu ad herbam, quo tempore damnificatum

Digitized by Google

catum fuit, an verò quando erit maturum; quod equidem circà, etsi primo intuitu, atq; primo intellectus voto dicendum videatur, quòd damnũ in frumento datum æstimari debeat, habùd habito respectu ad herbam, sed quando maturum
2 erit, quia damnum nedùm in rei præsentis valore consistit, sed etiam in spe, & valore rei futuræ, sicquè æstimari debet damnificatio præsens, & futura; & quemadmodùm principale tollens ad
3 illud tenetur, vnà cùm damnis emergentibus, ità rem presentem destruens tenetur eam, ac demùm futuram ex illa re præsenti restituere, tametsi damnum futurum pro præsenti tempore estimetur, cùm minus valeat, etenim plus valet res præ-
4 sens, quàm futura: plus res futura certa, quàm incerta: plus res futura sinè expensis, quàm cùm expensis: sinè periculo, quàm cùm periculo.

Nihilò tamen minùs oppositum docet noster *Author hic*, quòd scilicèt æstimatio damni dati
5 in herba, siuè arboribus fiat habita consideratione ad tempus damni dati, quantum scilicèt tunc res valebat, & non recollectionis, quòd tantum eo tempore habere potuisset: quàm planè sententiam pro indubitata admittunt *Cassaneus in commentar. ad Consuetud. Burgundiæ, tit. des Iustices, §. 6. in text. ibi. Damnorum, num. 5. Vrsillus ad Afflict. in decis. 34. num. 4. Marescott. lib. 2. Var. Resolut. cap. 16. num. 7. Cancer. lib. 1. Var. Resolut. cap. 13. num. 14.* nupèrque *Dom. Consil. Franciscus Roccus in Responsis. 5. num. 25. tom. 2.* & antè eos firmauit etiam *Afflict. in Constitut. nostri Regni, quæ incipit, Peruenit, in 7. notab.* ad
6 quam thesim comprobandam illa mihi præcipuè arridet ratio, quia semper præsens status attendi debet, haùdq; futurus. *cap. 2. de iure iurand. Tiraquell. in l. si vnquàm, in præfat. num. 166. C. de*
7 *reuocand. donat.* etenim præiudicium propriè dici, neq; arbitrari potest, & debet, quod de præsenti non imminet, *Gomes. in Regul. de iure quæsito non tollendo, quæst. 4. in princ.* immò ne-
8 què prudens diiudicatur iudicium super re præsenti statuere, ex eo quod in futurum contingere potest, cùm tamèn incertum sit, *Alexand. cons. 39. col. 2. vers. Ergò cùm possibile fuerit, lib.*
9 5. & iudicia super futuris esse minimè possunt, *Cassad. decis. 16. num. 3. de præb.* & deciditur à *Iaboleno I.C. in l. non quemadmodum 35. D. de iudicijs.*

Circà insupèr statutum, quòd stetur iuramento damnum passi, de quo paritèr disceptatur in præsenti *Decisione*, recolendum est, illud locum
10 obtinere, & procedere, nisi Dominus animalũ contrarium probare vellet, scilicèt damnum se non dedisse, prout regulariter introductum est omnibus in casibus, in quibus statuto cauetur, vt stetur iuramẽto alicuius, quod latè *Tiraquell.* prosequitur in suo *tract. de retract. consangu. §. 4. gloss. 1.* & in terminis *Reg. Ronit. super Pragm. 1. de Offic. Baiuli, num. 31. Dom. Consiliar. Rocc. dict. Responsi. 5. num. 25.* Verùm statur iuramen-
11 to damnum passi, quando priùs cõstat, quòd verè passus est damnum, vt per *Bartol. in l. Diuus Traianus, D. de testament. milit.* dicit *Tiberius Decianus in Responsi. 8. num. 33. vol. 1.* quodùè sit integræ vitæ, etenim si infamis sit infamia facti, illi non creditur statuto non obstante, vt se in facto iudicati vidisse dicit *Angel. in l. qui iudicia, D. de accusation.* quem sequitur citatus *Tiber. Decianus in Responsi. 93. num. 40. vol. 2.* | Iuraud alia circà materiam scribit *Marescott. in lib. 2. Var. Resol. cap. 16.* ad quem benignum Lectorem remitto, nè vel longè de rebus hic non spectantibus agerem, cùm sufficiat pro re nostra peculiaria, quantum assumptum onus exquirit, & ingenij votum viget, exponere.

PROLOGOMEN.

Iniuriarum actionem, quæ iniuriam passo acquisita fuerat, extinctam minimè dici per reuocationem post litis contestationem factã, deciditur: elucidato quotuplex sit actio, quæ aduersùs iniuriantem conceditur; Indè per iniuriæ condonationem damna, & interesse remissa non præsumi, nisi plena illa fit, & in pacis tabulis cautum, exponitur: & paritèr resoluitur, eum, qui facto, vel dicto iniurioso ad iram prouocatus, calore iracundiæ aliquid iniuriosum dixerit, iniuriamuè retorserit, iniuriarum actione non teneri, si animo defendendi, & purgandi se illata ab iniuria hoc fecerit.

RERVM SVMMA.

1 *Actio iniuriarum, quæ iniuriam passo quæsita fuerat, per reuocationem extincta non dicitur. Præsertim, cùm post litis contestationem facta est, vt num. 2.*
3 *Actio iniuriarum ad heredem transmittitur.*
4 *Actio, qua aduersùs iniuriantem conceditur, quotuplex sit.*
5 *Quanto tempore durat.*
6 *Emendatio delicti pœnam non tollit.*
7 *Iniuriam remittens, damna, & interesse remisisse non censetur.*
Limitatur, quando remissio est plena, & in pacis instrumento cautum id extat, vt num. 9.
8 *Iniuriatus remittere tenetur, qua salutem animæ impedire possent.*
10 *Cautela, vt per iniuria condonationem damna, & interesse remissa censeantur.*
11 *Iniuriato iniuriantem offendere non licet.*
12 *Prouocatio verbis iniuriosis facta, alijs verbis vlcisci potest.*
13 *Prouocatus iniuriam retorquens iniuriarum actione non tenetur.*
Restringitur, quando conuicium prouocanti obiectum ad eius innocentiam non spectat, vt num. 21.
14 *Vim vi depellere licet.*
15 *Iniuriam iniuria retorquere potest.*
16 *Famam negligens crudelis dicitur.*
17 *Fama cæteris sæculi rebus anteponenda est.*
18 *Fama respectu pro nihilo reputantur mille thesauri, & diuitiæ.*
19 *Fama describitur, quòd sit dignitatis æstimatio.*
20 *Fama ab omnibus æstimari debet.*
21 *Prouocatus si conuicium prouocãti obijciat ad alium finem, quàm ad eius innocentiam ostendendam, mitiùs puniri debet.*
22 *Dolorem animi iustum compescere, difficile est.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO LVIII.

1 LItigium præsentis loci, an nempè iniuriarum actio, quæ iniuriam passo acquisita fuerat, extincta dicatur per reuocationē? in negatiuam partem determinatū fuit, vti testatur noster *Author hic*, quam sententiam comprobat *Boss.* ità quoque iudicatum attestans in sua *pract. criminal. tit. de iniur. num.* 22. & se subscribit nostrum *Authorem* laudans *Dom. Cō. siliarius Hodierna in addit. ad Surd. decis.* 89. *num.* 1. & quidem eo fortiùs procedit, quando
2 reuocatio est facta post litis cōtestationem, quia
3 tunc quæsitum est ius iniuriam passo irreuocabiliter, ità vt ad hæredem etiam transmittatur, vt per *tex. in l. iniuriarum actio*, & in *l. vltim. D. de iniur.* concludunt *Cagnol. in l. quidquid calore, de regul. iur. Nicas. in §. fin. num.* 4. *Instit. de iniurijs, DD. in cap. Cùm te, de re iudicat. Natt. cons.* 671. *in fin. vers. Nouissimè autem, lib.* 4. noster *Author hic, num.* 14. *Anton. Fab.* 9. *C. tit.* 20. *defin.* 2. quos sequitur *D. Verde* haùd nostri *Authoris* immemor in sua *Pantonomodidaschalia, lib.* 4. *tit. de iniurijs, post num.* 228.

4 Duplex autem est actio, quæ aduersùs iniuriantem conceditur, ciuilis scilicèt, & criminalis, prior, vt teneatur iniurians ad iniuriæ æstimationem: posterior, vt idemmet in vindictam iniuriæ puniatur, æquali tamèn carent permanentia,
5 quippè quod ciuilis ad petendam scilicèt iniuriæ æstimationem est perpetua, quemadmodùm ex *Clar. & Mynsig.* tradit *D. Verde l. c.* criminalis verò extinguitur per lapsum vnius anni in alijs, & quinquennij in adulterio à die scientiæ, *Natt. cons.* 225. *num.* 2. *Ruin. consil.* 21. *num.* 6. *lib.* 4. *Cęual. quæst.* 675. & 676. quos sequitur *D. Verde ibidem sub num.* 227. & sentit hoc idem noster *Author hic, num.* 9, vbi notat puniri, etiam factam per vsum, licèt sit sequuta emendatio,
6 quæ pœnam delicti non tollit, *l. qui ea mente, D. de furtis, Clarus in §. iniuria, in fin. post Hostiēs. in cap. pro humani, col.* 3. *de homicid. in* 6. Incongruentiùs nunc haùd videtur, vt ad quæstionem illam trascendamus.

7 An per iniuriæ condonationem damna, & interesse remissa censeantur? Conscius equidem essim quam maximè controuersam esse, ea tamèn sententia mihi placet, quòd nempè damna, & interesse per iniuriæ condonationem remissa non censeantur, nàmque constitutissimum est, vt in-
8 iuriatus ea dumtaxàt remittere teneatur, quæ salutem animæ impedire possent, odium scilicèt, & rancorem, sicquè non damna, & interesse, *Gloss. in cap. si quis contristatus*, 10. *in verb. Satisfaciente, dist.* 90. *& in cap. & qui emendat* 11. *in verb. Dimittit, dist.* 45. atque demùm in *cap.* 1. *in verb. à temeritate, de maledic. las.* qui de communi in *l. si tibi decem, §. qui nam, D. de pactis, Bald. in consil.* 195. *num.* 6. *part.* 2. vbi dicit, non ideò quòd super iniurias prouisum est, actiones, & partium iura perempta intelligūtur, quod etiam tradit *Alex. in consil.* 168. *vol.* 2. *& in consil.* 20. *vol.* 5. dicens, remittentem iniurias, non videri remittere ius consequendi damnum, quod ex iniuria passus est, & pro absoluto annuit *Ioachim. Mynsiger. Singular. Obseruat. centur.* 4. *Obseru.* 10. scribens, Doctores pro communi, & indubitata regula tradere, quòd etsi quis remittat iniurias sibi illatas, simplicitèr, non facta mentione damnorum, & interesse, non censeatur actiones sibi competentes remisisse: quod etiam nupèr tradit laudatus *D. Verde in cit. titul.*
9 *de iniurijs, num.* 229. Dummodò plena haùd foret remissio, & in pacis instrumento id cautū esset, vt post *Bald.* alioquè notat noster *Author hic in addit. num.* 6. & ex *Bald.* potissimùm patrèr tradit citatus *Mynsinger. ibidem in fin.* cō-
10 monens, quòd cauti esse debemus, vt non solū iniurias, sed damna etiam, & interesse remitti curemus, *l. si tibi, §.* 1. *D. de pactis, l. si* 1. *& l. si pro fure, in princ. D. de condict. furtiu.* Hinc fit, li-
11 citum haùd esse iniuriato iniuriantem offendere, vt post alios dicit *Muta in decis.* 36. *num.* 30 *& seqq.* subnectens, hoc casu iniuriatum Iusdicentē adire debere, vel saltim, vt *Bald.* inquit in *l.* 1. *vers. nunquid, C. vndè vi.* prouocationem ver-
12 bis iniuriosis factam, alijs verbis vlciscendam esse, non autem manu, aùt ferro, sequitur *Aretin. in tract. de malefic. in verb. contumeliosa, vers. Quid si aliquid dicto, vel facto*, & latè disputat *Gaball. Resolut. criminal. centur.* 2. *casu* 154. quos, & alios ad rem sequitur idem *Muta loco proximè citato num.* 34.

13 Ex quo planè resoluitur, eum, qui facto, vel dicto iniurioso ad iram prouocatus, calore iracūdiæ aliquid iniuriosum dixerit, iniuriamuè retorserit, iniuriarū actione minimè teneri, quia prouocatus ad eum modum respondens, honoris sui defendendi gratia, haùd iniuriandi animo talia verba protulisse intelligitur, vndè meritò iniuriarum actione conueniri non potest, *l. illud, D. de iniur. l. Diuus, D. ad L. Cornel. de Sicar. l. qui cùm maior, §. si libert. D. de bon. libert.* & quem-
14 admodum permissum est incōtinenti vim vi depellere, vt habetur in *l. vt vim* 3. *D. de Iustit. & Iure*, & latinę eloquentiæ lumen, & orator *Cicero* probat *in Oratione pro T. Annio Milone*, ità
15 iniuriam iniuria retorquere, decidente *Vlpiano I. C.* notato in *l. qua omnia* 25. §. 1. *D. de Procurat.* vbi demùm hoc notant *Bartol. num.* 1. *& Angel. num.* 3. pulcrè *Ias. in dict. l. vt vim, num.* 37. *Speculat. in tit. de accusatore, num.* 11. *vers. Quid si te vocaui latronem, Dec. cōsil.* 487. *num.* 5. quo pertinet, quòd crudelis sit, qui famam suā
16 negligit, vt *Diuus Augustinus* inquit *in sermone de communi vita Clericorum*, relatus in *cap. Nolo* 12. *quæst.* 1. & alludit *Cicero Philippica* 3. ibi, *Ad decus, & libertatem nati sumus, aùt hæc teneamus, aùt cùm dignitate moriamur*, quippè
17 quod nihil est apùd nos mortales, quod tanti debeat fieri, quanti famæ dignitas, atque excellentia, quæ cæteris rebus omnibus huius sæculi antefertur, arente *ICto in l. Iulianus scribit* 26. *D. si quis omissa caus. testam.* & in eius famæ com-
18 paratione pro nihilo reputantur mille thesauri, & diuitiæ, vt ex veteri testamento, *Prouerb. cap.* 22. *Salamon* omnium sapientissimus ità admonet, *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis pertinebit tibi, quàm mille thesauri pratiosi, & magni.*

Quid enim salui infamia nummis.

inquit *Iuuenal. Satyr.* 1. Vndè factum est, vt
19 *Adrian. Quodlib.* 11. *in* 1. *supposito*, nuncupauerit famam, *Æstimationem dignitatis*, quia

val-

20 valdè ab omnibus estimari debet, & *Liuius lib. 3. decad. 1.* inquit, *Fama damna maiora esse, quàm vt æstimari possint.*

21 Benè tamèn verum est, propositam conclusionem suum locum obtinere, cùm prouocatus retorquet iniuriam animo defendendi, & purgandi se ab iniuria illata: secùs si conuicium prouocanti obiectum aliud factum concernat, ità vt ad eius innocentiam non spectet, tunc enim vtriq; iniuriarum actio competit, vt habetur in *cap. veniès, de iure iurand.* ibi, *alternatim conuicia inferendo*, & probat *Abb. Panorm. in cap. cùm te à B.* 21 *num. 25. de re iudic.* etsi autem prouocatus mitiùs puniri debeat, cùm difficile admodum videatur, 22 iustum animi dolorem compescere, & temperare, vt *Papinianus I.C.* docet *lib. XXXVI. QQ.* notatus in *l. si adulterium* 38. §. *Imperatores, D. ad L. Iul. de adult.* & ità resoluit *Andr. Gaill. in lib. 2. Pract. Obseru. 100.* quem laudat *Dom. Reg. Rouitus super Rubr. de iniurijs, num. 8.*

PROLOGOMEN.

Trebellianicæ deductionem alijs de bonis non prohiberi stante particulari prohibitione de certas res alienando, firmatur: vndè comprimitur, cùm bonorum omnium alienationis adest prohibitio, quo casu, quia de voluntate constat, nùm id facere possit, si de extraneis tractetur? & quid de filijs primi gradus? exponitur recensitis Supremorũ complurium Tribunalium Arrestis.

RERVM SVMMA.

1 *Trebellianicæ deductio alijs de bonis non prohibetur, cùm particularis adest prohibitio de certas res alienando.*

2 *Testator certarum rerum alienationem simpliciter prohibens haredem sua quarta priuare voluisse non videtur.*

3 *Testatoris voluntas, vt seruetur, sat est.*

4 *Testator, qui certarum rerum alienationẽ grauato prohibet, nullum quodammodò ei affert incommodum.*
Comprimitur in bonorum omnium alienationis prohibitione, vt num. 5.

6 *Trebellianica hæredibus extraneis prohiberi potest.*

7 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi nõ potest.*
Ampliatur, etiam si duas detrahant quartas, vt num. 8.
Limitatur in Ciuitate Neapolis, in Ciuitate Mediolani, & in Alma Vrbe, vt num. 9.

10 *Prohibitio tacita plus, quàm expressa operare non debet.*

OBSERVATIO LIX.

1 MOnemus, conclusionem huiuscè loci, quòd Trebellianicæ deductio de alijs bonis haùd prohibetur, quando particularis adest prohibitio de certas res alienando, communi *ICtorum* voto approbari, & facilè quidem suadetur, etenim testator, qui certarum rerum alienationem simpliciter 2 prohibuit, hoc feciſſe non præsumitur, quòd hæredem sua quarta priuare, aùt eam aliqua in parte diminuere voluerit, cùm cætera bona sufficiunt, sed quia noluit res illas, ad quas fortassis specialem habuit affectionem, alienari etiam detractionum occasione, ideòq; satis esse traditur, 3 eius voluntatem seruari, detractionem scilicèt illis in rebus non permittendo, haùd verò grauatum impedire, nè integram suam quartam alijs de rebus detrahere possit, vtpotè ad quas eamdem testator non habuit affectionem, *Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 198. num. 28. Catell. in memorab. in verb. Trebellianica non detrahitur, Roman. conſ. 206. in princ. verſ. Quia rerum, num. 1.* & ibi *Mandoſ.* qui de communi testatur in *verb. Non detrahitur*, latè *Roland. in conſ. 9. num. 15. lib. 4. Pariſ. in conſ. 126. num. 35. & 54. lib. 1.* cùm alijs, quos sequitur noster *Author in tom. 2. Diſcept. forenſ. cap. 334. num. 10.* extollens potissimùm *Bald. in Auth. Sed & in eare, C. ad falcid.* dicentem, casum hunc notabilem esse, & quotidianum, ad quem Aduocati, & Doctores communiter non aduertunt, & probat etiam *Bellon. de iure accreſcend. tom. 1. cap. 6. quæſt. 5.*

4 Hinc dicimus, testatorem, qui certarum rerum alienationem grauato prohibet, nullum quodãmodò ei afferre incommodum, cùm Trebellianicam alijs de rebus detrahere possit, licèt aliud sit, quando ei bonorum omnium alienationem in- 5 terdicit, vt post complures recensitos *ICtos* exponunt *Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 3. num. 91. verſ. Contrà, Menoch. dict. præſumpt. 198. verſ. 3. & num. 29.* quo casu, quia de voluntate constat, inspiciẽdum est, nùm id facere potuerit? siquidẽ si potuit, vt quia tractemus de extraneis, 6 hæres Trebellianicam detrahere non poterit, *Pariſ. conſ. 43. num. 25. vol. 3.* & alij passim; si verò non potuit, vt quia tractemus de filijs primi gra- 7 dus, iuxtà opinionem *Couarr. in cap. Raynutius, §. 11. num. 7. Ann. in conſ. 25. & 116. Mangil. de imputatione, quæſt. 116. Peregrin. dict. art. 3. num. 107. P. Molfeſ. in commentar. ad noſtras Conſuetud. part. 2. tit. de perſonis, quæſt. 10. num. 6. Mart. voto 113.* iuxtà quam opinionem pluries iudicatum Florentiæ testatur *Roman. in l. Marcellus, §. quod autem, D. ad Trebell.* in Senatu Montisferrati *Roland. in conſ. 5. num. 31. & 53. vol. 3.* in Senatu Veronæ *Pariſ. in conſ. 137.* Paduæ *Peregrin. dict. num. 107.* in Collegio Bergomens *Alban. in conſ. 1.* Venetijs *Socc. in conſ. 28.* Ferrariæ *Portius Imola in conſ. 97.* in Rota Senens. *Phanuch. de inuentar. part. 7. num. 24.* Sabaudiæ *Neuizan. in conſ. 1. & 2.* in Senatu Pedemontano *Theſaur. QQ. Forenſ. lib. 1. quæſt. 20.* in Senatu Dolano *Criuell. in deciſ. 107.* & in nostro S.R.C. tempore *Vrſilli*, vt ipse ad *Afflict. in deciſ. 367.* & simus ijs in locis, in quibus isthęc opinio seruatur, scilicèt, vt eis Trebellianicam pro- 8 hiberi nequeat, etiam si duas detrahant quartas (etenim hac in Ciuitate seruatur oppositum, cùm 9 vigeat consuetudo prohibendi, attestãtibus *Præs. de Franch. in deciſ. 11. Reg. Capycio Latro in deciſ. 1. num. 25. Reg. de Marinis Quotidian. Reſolut. tom. 1. reſol. 281. & in addit. ad Reg. Reuerter. deciſ. 355. Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. deciſ. 108. num. 10.* quemadmodùm etiam in Ciuitate Mediolani, ad tradita per *Alciat. in l. cùm*

Digitized by Google

proponas, verſ. Portieni, C. de pactis, Caluin. in tract. de equitat. lib. 1. cap. 28. num. 1. & in Alma Vrbe Romæ, vt ſcribit *Caſſador. in deciſ. 4. ſubtit. de teſtament.* nec non *Caluin. ibid. num. 2.* quos recenſet *Gizz. dict. loc.*) magis eſt, vt eam detrahere poſſit, alienationis prohibitione non
10 obſtante, nè alioquin plus operetur tacita, quàm expreſſa prohibitio, contrà *textus* regulam in *l. cùm ex filio 39. §. filio, D. de vulgar.* aliàs ſeruanda erit teſtatoris diſpoſitio, vt hæres à Trebellianicæ detractione repellatur.

PROLOGOMEN.

Appellationis auxilium vt detur à ſententia, in qua quis in poſſeſſionē immittitur, propter ſententiam nullam, & quia benè fuit appellatum, ſtante Ægidiana appellationem in poſſeſſorio prohibente, contrarijs etiam explosis edocetur; Et de dictione *Propterea*, quam cauſam importet, cùm nonnullis alijs elucidatur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio datur à ſententia propter duas cauſas ſimùl complicatas, licèt vna eſſet appellabilis, altera verò ſecùs.*
Declaratur vt num. 4.
2 *Statutum appellationem prohibens ad incidētia, & emergentia extenditur.*
Intelligitur quando eadem met inter incidentia, & emergentia cùm cauſa principali eſt ratio, vt num. 3.
5 *Actus vnus iudicatur, quando concurrunt duo, quorum vnus ſit propter alterum, aùt alterius contemplatione.*
6 *Dictio* Propterea *expreſſam, & finalem diſpoſitionis cauſam denotat.*
7 *Dictio* Propterea *poſita poſt copulatiuam, &, cōiungit diſpoſitionem.*
8 *Dictio* Propterea *ex* propter, *&* ea *facta dicitur.*
9 *Dictio* Propterea *apùd Grammaticos pro* idcircò *vſurpatur, & ferè cùm* quod, *vel* vt *copulatur.*

OBSERVATIO LX.

1 APprobamus abdubio concluſionem cōtrouerſiæ hic diſcuſſæ, quòd ſcilicèt, etſi per Ægidianam Conſtitutionem in poſſeſſorio prohibita ſit appellatio, attamèn quando illa conceditur propter ſententiam nullam, quia benè fuit appellatum, tunc cùm non ſit quid diuerſum, & dependeat ab appellabili cauſa, vt quia dictum ſit, *benè appellatum, & propterea in poſſeſſionem mittatur*, quòd tunc ab eo datur appellatio; Etſi autem in contrarium vrgere videatur concluſio illa, quòd ſtatutum appellationem prohibens, ad incidentia, & emergentia extenditur, quia cùm ſit generale, generalitèr intelligendum eſt, ad tradita per *Bartol. in l. 2. D. de Offic. Præſid. & Bald. in l. ſi aduersùs, C. de furt.*

Nihilò tamen minùs, quidquid ſit de iſthac concluſione (etenim quò ad me haùd diſplicet in-
3 dicata concluſio, quando eademmet inter incidentia, & emergentia cùm cauſa principali eſt ratio, non per viam extenſionis, ſed comprehenſionis, vt rectè *Crauett. de antiquit. tempor. part. 4. num. 86. & 191. Sforz. Odd, in conſ. 59. num. 9.*) Reſpondetur, caſum præſentis deciſionis diuerſum eſſe, quippè quod inibi de incidentibus, &
4 emergentibus ſimplicitèr non agitur, ſed de annexis ipſi ſententiæ, ſicquè de re inſeparabili, quæ ex ſententiæ indiuiduitate natalia obtinet, quia ibi immiſſio conceditur contemplatione prioris ſententiæ nullæ declaratæ, & appellationis benè interpoſitæ, idcircò videtur quid indiuiſibile, ab
5 ipſaq; ſententia inſeparabile, ob quod pro vno dumtaxàt actu iudicatur, iuxtà notata per *Signorell. in conſ. 1. col. 2. poſt med. Crauett. in conſ. 202. num. 13.* & latiùs *Imol. in conſ. 134.* per *text. in l. cùm eiuſdem, §. final. D. de adilit. edict.* quos ſequitur ità præſentem deciſionem elucidās Dominus *Ioann. Baptiſta Hodierna*, vir vndiquè doctiſſimus, & Regius Sanctæ Claræ Cōſiliarius meritiſſimus in *addit. ad Surd. deciſ. 27. num. 30. & per tot.* vbi hac de re latè habes, ideò illum conſule Lector, nàm etiam concinentia digito demonſtrat, quaſi Mercurius in triuio.
6 De dictione, *Propterea*, plura edocet noſter *Author hic*, & præſertim dicit, quòd dicta dictio denotat expreſſam diſpoſitionis cauſam, & finalem, quod comprobat ſequutus noſtrum *Authorem hic Auguſtin. Barboſ. in tract. de dictionibus vſufrequentib. diction. Propterea 293. num. 2.* ſubnectens, quòd poſita poſt copulatiuam, &,
7 coniungit diſpoſitionem, ità vt altera ab altera pendere dicatur, vt per *Card. Seraphin. in deciſ. Rotæ 883. num. 7.* & quòd *Propterea* ex *propter*,
8 et *ea* factum eſſe apparet: apùd Grammaticos au-
9 tem pro *idcircò* vſurpatur, & ferè cùm *quod*, vel *vt* copulatur, *Cicer. lib. 5. Epiſtol. 28.* Propterea quod nullam rem grauiùs iàm diu tuli; idem *lib. 6. Epiſt. 18.* cùm eſſem otioſus in Tuſchulano, propterea quod diſcipulos obuiam miſeram; idē *lib. 13. Epiſt 6.* Propterea ſcripſi, vt me non ſinè cauſa laborare intelligeres.

PROLOGOMEN.

Fratribus vtroque ex parente coniunctis minimè extantibus, Auum, vel Auiam ad ſucceſſionem admictendos eſſe, deciditur per *text. in Auth. Defuncto, C. ad S. C. Tertull.* ſolutis iuribus in *l. 7. C. eod. tit.* & in *l. 1. C. de legit. hæred.* Hinc in terminis ſtatuti vocantis ad ſucceſſionem defūcti proximiores probatur, fratrem vtrinque coniunctum conſanguineo præferri, dummodò tamèn cognationis vinculum haùd ſit omninò, & penitùs ſublatum, & niſi ſtatutum bonorum diſtinctionem faciat, vocando ſcilicèt agnationis iura habētes ad vnam bonorum ſpeciem, ad alteram verò habentes iura cognationis: quibus omnibus longa oratione elucidatis annuitur poſtremò, teſtamenti factionem prorsùs filiofamilias interdictam eſſe, etiam patris accedente conſenſu, ad ornatum potiſſimùm Impe-

ria-

Digitized by Google

rialis Constitutionis in *l. senium 3. C. qui testament. facer. poss.* & conclusio isthæc ad bona etiam aduentitia, quorum vsusfructus patri haùd quæritur, porrigitur, exarato quoque secùs esse in Regno Neapolis, vbi contraria sententia recepta est per *Consuetud. Filiusfamilias, & Filia familias, de filijsfam. testar. volent,*

RERVM SVMMA.

1 *Auus, & alij ascendentes non succedunt, etiam fratribus vtroque ex parente coniunctis minimè extantibus.*
Contrarium verius, vt num. 2.
3 Textus in l. 7. C. ad S.C. Tertull. *corrigitur ex* textu in §. si igitùr, Auth. de hæredib. ab intestat. venient. *& in* Auth. defuncto, C. ad S.C. Tertull.
4 *Parentes fratribus vtrinque coniunctis æquiparantur.*
5 Textus in l. 1. C. de legitim. hæredibus, *correctus est per* Auth. de cõsangu. & vterin. fratrib.
6 *Frater vtrinq; coniunctus præfertur consanguineo, stante statuto vocante proximiores ad defuncti successionem, & num. 8.*
Restringitur, quando cognationis vinculum est omninò, & penitùs sublatum, vt num. 14.
Itidèm limitatur, quando statutum facit bonorum distinctionem, vt num. 16.
7 *Statutum agnationis rationem habens cognationis vinculum non excludit, quando est cùm illo agnationis coniunctum.*
9 *Masculus solus, non etiam fœmina familiam, & agnationem conseruat.*
10 *Fœmina familiæ suæ caput, & finis vocatur.*
11 *Familiæ splendorem nulli magis vnà cùm nomine conseruare, ac masculis conuenit.*
12 *Masculi familiarum columnæ sunt.*
13 *Frater vtrinque coniunctus prælationem retinet, licèt ex statuto agnati cognatis præferantur.*
15 *Feudum ex pacto, & prouidentia agnatis finitis ad directum Dominum deuoluitur.*
17 Consuetudo Ciuitatis Neapolis *diuidit bona in paterna, & materna, & ad paterna vocat proximiores ex parte patris, ad materna verò proximiores ex parte matris.*
18 *Vinculi duplicitas quando considerari nequeat.*
19 *Frater vtrinque coniunctus attenta* Consuetudine Neapolis *fratres ex vno latere non excludit, sed cùm eis concurrit, nempè cùm consanguineo ad paterna, cùm vterino ad materna.*
20 *Frater vtrinque coniunctus cùm fratre consanguineo æqualiter succedunt in paragio sorori debito, quod ipsa ad hæredes transmittit.*
21 *Filiusfamilias testamentum facere non potest.*
Nec codiciltos conficere valet, vt num. 22.
Extenditur, etiam patris accedente consensu, vt num. 23.
Et demùm ampliatur dicta prohibitio in bonis aduentitys, quorum vsusfructus patri non quæritur, vt num. 33.
Hoc tamen limitatur in Regno Neapolis, vt num. 34.
24 *Testamenti factio est iuris publici, & num. 29.*
25 *Pater, licèt suo consensu dare possit bona sua, ius tamen publicum dare non potest.*
26 *Pacta priuatorum nec tollere, nec dare publicũ ius possunt.*
27 *Testamentum ab alieno arbitrio pendere non potest.*
28 *Filius cùm patris consensu mortis causa donare potest.*
30 *Donatio mortis causa cùm contractibus grauẽ similitudinem habet, etsi quòad effectum vltimæ voluntati sit similis.*
31 *Donatio mortis causa tres imbibit conditiones,*
32 *Cautio mutiana in donatione causa mortis locum habet.*
35 *Filiusfamilias ex Consuetudine Neapolis testari potest de bonis maternis, & à linea materna peruentis.*
Ampliatur, vt testari possit extrà Ciuitatem, & in omni loco, vt num. 36.
Itèm vt procedat tàm in casu matrimonij contracti iuxtà antiquam consuetudinem in scriptis redactam, quàm iuxtà nouum vsum Capuanę, & Nidi, vt num. 37.
Restringitur in bonis maternis, vel ex linea materna habitis, extrà Ciuitatis districtum existentibus, vt num. 38.
Sed notatur, vt num. 41.
39 *Consuetudo, sicuti lex, loco circumturbitat.*
40 *Intestatus pro parte, & pro alia testatus quando quis decedere possit.*
42 *Consuetudo, seu statutum quando non bona, sed personam respicit, ad bona etiam territorium extrà trahitur.*

OBSERVATIO LXI.

1 CRebra in Tribunalium subsellijs est disceptatio, An auus, vel auia ad successionem admittendi sint fratribus ex vtroq; parente coniunctis haùd extantibus? & quamuis primo intellectus voto negandum videatur per *textum in l. 7. C. ad S.C. Tertull.* vbi Imperator *Iustinianus* ità rescripsit, *Si quis, vel si qua matre superstite, & fratre legitimo, vel sola cognationis iura habente intestatus, vel intestata decesserit, non excludit in successione filij matrẽ, sed vna cùm fratre mortui, vel mortua admittitur.* Quemadmodùm, & quoq; per *textum in l. 1. C. de legitim. hared.* vbi consanguineus concurrit cùm fratribus vtrinque coniunctis, quia cognationis vinculum non attenditur.
2 Dicendum nihilominùs est, quòd fratres, & sorores ex vno tantùm latere ab auo, vel auia concurrentibus excludantur, vt conclusum testatur noster *Author hic*, per *text. in Auth. Defuncto, C. ad S.C. Tertull.* vbi *Bald.* receptam hanc esse sententiam fatetur, & edocent *Dom. Præs. De Franch. in decis.* 682. vbi *D. De Luca num.* 3. haùd immemor fuit nostri *Authoris, Consiliar. Paschal. de patria potest. part. 2. cap. 1. sub num.* 60. *Boer. decis.* 185. *Mart. de success. part. 2. quæst. 1. art. 2. num. 2. Graff. de success. ab intestat. quæst.* 24. *Bariy de success. lib. 18. tit. 2. de succes. ab intestat. num. 2. Anna cons.* 92. *num.* 24. *Facchin. lib. 6. Controuers. cap. 8. Ciryac. controuers.* 417. *num. 7.* quod liquidum est profectò, allegatis iu-
3 ribus minimè refragantibus, propterea quod clarescit *text. in dict. l. 7. C. ad S.C. Tertull.* correctionem recepisse à *text. in §. si igitur, Auth. de haredib. ab intest. venient.* & in *dict. Auth. defuncto*, vbi *Bald.* dat rationem, quia parentes æquipa-

Digitized by Google

4 rantur fratribus vtrinque coniunctis, qui fratres ex vno latere excludunt: prout similiter *text. in dict. l.* 1. qui postea fuit immutatus per *Auth. de* 5 *consanguineis, & vterinis fratribus* à *Iustiniano* editum, qui agnationis, & cognationis discrimen sustulit in *Auth. de haredib. ab intest. venientib.*

Ex quo equidem descendit resolutio ad quęstionem illam apùd Doctores communi controuersia disceptatam, an scilicèt in terminis statuti vocantis ad successionem defuncti proximiores, frater vtrinque coniunctus consanguineo præferatur? & dignoscitur aientem sententiam veriorem esse, quam meritò post *Anchar. in Repetit. cap. Canonum statuta, sub num.* 253. *de constit. Alexand. in cons.* 5. *num.* 5. *Fulgos. in cons.* 84. *lib.* 6. *Ruin. in cons.* 28. *lib.* 2. & alios antiquiores latissimè disputato articulo ad partes, tuentur *Tiberius Decianus tom.* 1. *Responsi.* 16. *Crauett. cons.* 653. *Bertaz. consil.* 22. *Cephal. cons.* 323. & 623. *Riminald. Iun. cons.* 401. qui omnes etiam fatentur sententiam hanc esse communiori Doctorum voto receptam, prout quoq; testatur, & ità iudicatum refert *Peregr. in cons.* 81. *num.* 14. & *seq. vol.* 1. ità q; demùm iudicatum dicit *Mazzol. in cons.* 23. *num.* 64. nec non *Alex. Raudens. in suo celebri consil.* 14. *lib.* 1. vbi etiam affert votum *Aldobrand.* tunc Rotæ Auditoris, postea Summi Pontificis *Clementis VIII.* & ità pariter iudicatũ testatur *Hieronym. de Laurent. decis. Auen.* 37. *num.* 3. atque etiam *Petrus Cabal. consil. ciuil* 10. *lib.* 2. vbi licèt anteà tenuisset contrarium, nihilominus postea mutato consilio, hanc iudicauit veriorem, & secundùm eam decisum refert, docẽq; memorandus noster S.R.C. *P. æses Vincent. De Franch. in decis.* 26. *num.* 7. *D. Consil de Anna*, qui de magis communi quoq; attestatur in *cons.* 125. *num.* 32. *lib.* 2. *Dom. Consiliar. de Rosa in consultat.* 35. *à num.* 75. *P. Molfes. in commentar. ad nostras Consuetudin. par.* 4. *tit. de succes. ab intest. quæst.* 39 *sub num.* 2. *Michalor. de duobus fratribus, part.* 3. *cap.* 14. *num.* 16. vbi, quòd in iudicando non est ab hac sententia recedendũ, *Capriol. de succes. ab intestat. lib.* 3. *num.* 121. *Matthæac. in Epit. fideicõmiss. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 20. & *seq. Valentin. Forster. de successi on. lib.* 8. *cap.* 17. & nouissimè reiecto *Cyriac.* contrarium probante in *Controuers.* 353. sequitur *Dom. de Luca in tract. de linea legali, art.* 3. *num.* 47. quę quidem etiam thæsis manifesta suadetur ratione,
7 etenim, etsi à statuto agnationis ratio habeatur, putà quia masculos vocet, & fœminas excludat, haùd propterea validè sequitur, cognationis vinculum excludi, quando est cùm illo agnationis coniunctum, cùm prohibitio illa eo dumtaxàt casu procedat, quando nempè cognationis vinculũ per se solum consideratur, vndè optimè concludi-
8 tur, vt qui vtrunq; vinculum habet, vnum dumtaxàt habenti præferatur, sic enim & statuto, & iuri communi satisfiet: statuto quidem, quia agnatus cognatum solum excludet, vt familia conseruetur: iuri communi, vt is, qui vtrinque coniũctus est, præferatur, in quo planè statutum haùd repugnat, cùm expressè non dicat, quòd vinculi duplicitas non attendatur, sed tantùm familiam conseruare intendat, cùm certum sit, quòd soli
9 masculi, haùd etiam fœminę familiam, & agnationem conseruant, *l pronunciatio* 195 *§. final. l. familia* 196. *de verbor. significat. Bart. in l. Titio centum* 71. *§. Titio Genero, D. de condit. & d monstrat. Dec. in l.* 2. *num.* 61. *D. de regul. iur. Paris. cons.* 22. *num.* 14. *vol.* 1. *Burs at. cons.* 1. *num.* 38. *lib.* 1. *Card. Mantic. de coniect. vltim. volũt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 8. *Vincent. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst.* 312. *num.* 11. *Menoch. de præsumption. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *num.* 5. *Mynsing. decad.* 8. *respons.* 79. *nu.* 32. *Vuehner. PP. Obseruat. verb. Germ. Stemm. Hondedei. cons.* 75. *num.* 16. & *seq.* quos omnes Ipse etiam allegaui in meis *Scholys*, Deo dante edendis, *ad Controuersias forenses Ill. Dom. Regent. D. Francisc. Merlin. centur.* 1. *cap.* 1. *vers. Vndè euenit.* Fœminæ enim ad alienam, mariti scilicèt transeundo familiam paternam, auitamque finire dicuntur, vndè familiæ suæ, &
10 caput, & finis vocantur, *l. pronunciatio, in fin. de verbor. signific.* & familiæ splendorem nulli magis vnà cum nomine conseruare, ac masculis
11 conuenit, ipsique parentum cognationem dilatant, ab eisque proles denominatur meritò, vt perito calamo eleganter notat eruditissimus noster Regnicola ille *Alexander ab Alexandro lib.* 5. *genial. cap.* 4. iunctis *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 18. *num.* 21. & *seq. Pichard. in disputat. de nobilitat. communicand. num.* 68. & masculi ijdẽ
12 familiarum, iuxtà *Euripid.* effatum, columnæ sunt; Quippè igitur famina æque benè conseruatur, si vtrinque coniunctus succedat, quàm si cùm consanguineo concurrat, immò magis conseruatur, si solus vtrinque coniunctus succedat, etenim tunc facultates vnitæ conseruantur, nec in plures partes diuiduntur; Quamobrèm cur dicendum haùd erit, vtrinque coniunctum præferri? non
13 enim eo, quòd statutum agnationem consideret, & præfert, vtrinque coniunctus iura excludendi consanguineum amittet, cum id expressè haùd dicatur, & vtrumque conuenire possit optimè, vt agnationis ratio habeatur, & vtrinque cõiunctus, qui agnatus est, propter vinculi duplicitatem, cõsanguineum excludat, hocque in effectu voluit *Ruin. in cons.* 28. *num.* 12. *lib.* 3. & *in cons.* 29. *nu.* 6. nec non *Riminala. Iun. in cons.* 401. *num.* 28. & 59. & perito calamo probat laudatus *Dom. Consiliar. de Rosa in dict. cons.* 35. *à num.* 81. *vsque ad num.* 92.

14 Verumtamèn compertum id esse dicimus, dummodò cognationis vinculum haùd sit omninò, & penitùs sublatum, quemadmodùm communi ore fertur in feudis, atque in emphyteuli masculina ex pacto, in quibus fœminæ, & cognati nullo vnquam tempore, neque etiam agnatos post, admitti possunt, sed agnatis finitis ad directum Domi-
15 num deuoluitur res: etenim hoc casu propter totalem, & omnimodam cognationis vinculi exclusionem, nemo est, qui iure ambigere audeat, quippè his in terminis loquitur ferè maior *ICtorum* pars, qui pro contraria sententia afferuntur, vt *Raudens.* obseruat optimè in citato suo celebri *cons.* 14. *lib.* 1. *num.* 191. & *seq.* quem meritò lectatur laudatus *Dom. Consiliar. de Rosa d. l. num.* 94. adnectens, quod vbi ipes aliqua adesse potest, quòd aliquãdo cognati, aùt fœminę post agnatos, vel masculos admittantur, tunc multi ex ijs, qui contrariæ opinioni adhęrent, in hanc nostram sẽtentiam cõcurrunt, ex *Gabriel. in cons.* 6. *sub num.* 1. *vol.* 1. & ex alijs complurib us dicunt etiam *Gerius Spino in cons.* 77. *sub num.* 2. *vers. Secundò dato, Raudens. d. l. num.* 124. & *seq.* atque haùd

haùd parum vrget *Tiberij Deciani* argumentatio in relato *cons.* 16.*num.*72. vbi, quòd prælatio vtrinque coniuncti locum habuit, eo etiam tempore,quo licèt cognatio non esset omninò impertinens,sed admitteretur ad successionem,admittebatur tamèn post omnes agnatos.

16 Quemadmodùm, & quoque procedere illud dicimus, nisi statutum faciat distinctionem bonorum, vocando scilicèt iura agnationis habentes ad vnam bonorum speciem,& ad alteram nempè iura cognationis habentes, prout est Consuetudo
17 huius nostrę Fidelissimę Ciuitatis Neapolis,quę bona diuidit in paterna, & materna, & ad paterna vocat proximiores ex parte patris: quippè quod tunc vinculi duplicitas considerari nequit,
18 quoniam vnum quodque vinculum sua habet distincta bona, in quibus succedit, immò cùm tunc expressè consideretur coniunctio respectu personæ, vndè bona ortum habuerunt, nempè ex parte patris, & sic eùm patre ad paterna,ex parte matris, & sic cùm matre ad materna; indè fit manifestè, vt vinculum, quo quis coniungitur ex parte matris cùm vita migrante, in bonis paternis considerari non possit, quia per illud nullo modo patri, neque ex ipsius parte coniungitur; Ideòque iuxtà nostram Consuetudinem vtrinque coniun-
19 ctus fratres ex vno dumtaxàt latere nō excludit, sed cùm eis concurrit, nempè cùm consanguineo ad paterna, cùm vterino ad materna, vt quoque *Napodanus* decidit in *Consuetud. Si quis, vel si qua, num.*241.*vers. sed pone.* ibi. *Sed pone quidā habens fratrem vterinum tantùm, & alium consanguineum tantùm, & alium vtrinque coniunctum decessit;quaro, qualiter veniant isti fratres ad successionem frutris? respondeo,quòd vterinus veniet ad bona materna, & alia ex materna linea obuenientia cùm vtrinque coniuncto, quia certum est, ambos fuisse coniunctos defuncto ex linea etiam materna,& sufficit lineam durare.* hactenùs *Napodan.* quem sequuntur *Dom. Pras. de Franch. in decis.* 99. vbi punctualitèr comprobat expositam nostram sententiam, atque ità decisum testatur,prout quoque in *decis.*619.*Reg. Capycius Latro in decis.*61. *num.* 4. & ibi *Gizz. in obseruat. sub num.*4. *Dom. Consiliar.Hodierna Controuers.forens.cap.*24. *num.* 34. *& 37. lib.* 1. *Montan.Controuers.*1.*Dom.Consiliar.de* Rosa *dict.consult.*35.*sub num.* 95. & concinit *Pater Molfesius in commentar.ad nostras Consuetud. part.*4. *de succes.ab intest. quæst.*39. *à num.*3.*& seqq.*vbi ex citata *Pras.de Franch.decis.*619. firmat,in paragio sorori debito, quod ipsa ad hære-
20 des trāsmittit,æqualitèr succedere fratrem vtrinque coniunctum,& consanguineum, ea ratione, quia illud paragium processisse dicitur,& peruenisse ex bonis paternis, & tanquàm ad bona paterna omnes, qui æquale habent agnationis vinculum,& lineæ succedūt, *Bottilier de succession. ab intestat.tit.de exlus.& parag.theorem.* 15. & in simili statuto in Cathaloniæ Senatu decisum refert *Fontanell. de pactis nuptialib. clauf.* 5. *gloss.*13.*num.*21.

Sed hic etiam,vt videamus, necessarium esse existimo,nùm veritate nitatur illud,quod noster
21 *Author* tradit *hic num.*6. nempè filiumfamilias facere haùd posse testamentum? Profectò, ei interdictam esse testamenti factionem in dubium non reuocamus attento documento omnium, præsertim *Anton.Fabr.de errorib.Pragmat decad.*43.*error.*7.*Osuald.ad Donellum, lib.*6 *cap.* 5.*lit.B. & K. Amaya lib.*2. *Obseruat. Iur. cap.* 16.*num.*16.*&* 17. *Dom. Verde* constitutissimum esse dicentis, *lib.*2. *Pantonomodidaschalia, tit.* 22.*num.*914.*Vrceol.consult.*6.*num.*31. vbi quòd
22 neque codicillos conficere valeat, *Fontanell. decis.*531.*num.*20.*&* 21. *Thesaur.* expeditum dicentis *decis.*150.*sub num.*1. *Molin.de Iustitia, & Iure,tractat.*2.*disput.*138.atque Imperatorum *Diocletiani. & Maximiani* Constitutione in *l. senium* 3.*C.qui testament.facer poss.* vbi indubi-
23 tati iuris esse rescriptum extat: etiam patris consensu accedente per *text.in l.*6 *&* 16.*D.de testament.*& in *l.penultim.C.qui testamēt. facere poss. Gloss.in l.*3.*C.eod.*quam sententiam communiter amplexari refert,& sequitur *Rub.in cōs* 93.*num.* 3. atq; demùm *Gabriel in cons.*167.*num.*11.*lib.* 1.*M.Aurel. Canalcan.de vsufruct.cap.*9.*&* 10. *Tiraquell.de priuileg.pia causa, priuileg.*78. *&* 79. noster *Author hic num.*9.*Thesaur.dict.loc. num.*10.qui licèt complures inibi adducat rationes hanc sententiam fortificantes, attamèn vera ratio petenda est ex *l.*3. *D. de vulgar.* vbi testa-
24 menti factio est iuris publici, & pater licèt suo consensu dare possit bona sua, ius tamèn publicū
25 dare nequit, cùm ius publicum in bonis patris non sit: nec deniq; pacta priuatorum tollere,aùt
26 dare publicum ius posunt, *l. pacta priuatorum, D.de pactis,l.neque pignus,D.de regul.iur.*& cōcinit quoque, quia testamentum ab alieno arbi-
27 trio pendere minimè potest, *Nàm satis constantèr veteres decreuerunt,testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendère,* ait *Caius I. C. in l. illa institutio* 32. & tradit etiam *Papinianus I.C.in lib.VI. Responsorum* notatus in *l. captatorias* 70. *D. de haredib. instit.*

Neq; hanc aduersùs sententiam arguere valet ex eo nimirùm, quòd quemadmodùm potest fi-
28 lius cùm patris consensu causa mortis donare, ità etiam poterit legare,cùm legata, & donationes mortis causa sint exequata, *l. Marcellus, & l.si debitor,D.de mortis caus.donation.* etenim disparitas euidens est, & promptuaria, verum nàmque est,& ab omnibus vnanimi consensu re-
29 ceptum,testari, & legare iuris publici esse, neq; cùm contractibus similitudinem haberetur donatio mortis causa cùm contractibus, qui sunt iuris
30 priuati,grauem similitudinem habet, requiritur enim partium consensus, stipulatio, vel traditio, in quo contractui assimilatur, etsi quò ad effectū vltimæ voluntati sit similis, *Abb.cons.*40. *lib.*2. *Card.Tusch.*PP.*Conclus.*664. *num.*11.

31 Hinc idcircò traditur,donationem mortis causa tres semper imbibere conditiones, prima scilicèt, nisi donatarius præmoriatur; secunda, nisi donans ex infirmitate conualuerit; tertia, nisi donans reuocauerit;immò & in ea mutuam cau-
32 tionem locum habere fertur, vt nempè res donata integrè ad donantem reuertatur, si dictæ conditiones haùd purificentur.

33 Addimus propterea,neque de aducitijs, quorum vsusfructus patri haùd quæritur, testamentum conficere valere filiumfamilias, vt verior in Iure Ciuili probatur in *l. nemo* 11.*C.qui testament. facere poss.* vbi filiusfamilias testari nequit, etiam de rebus illis,in quibus est plenè dominus,

& quam-

Digitized by Google

& quamuis adsit patris licentia : etsi autem hac in re contrariam sententiam quidam tueri conentur, nihilominùs nostram, vti veriorem, communiori *ICtorum* calculo receptam legimus, præsertim penès *Iul.Clar. in §.testamentum, quæst.* 18. *Viu.commun.opinion.lib.*1. *verb.Filiusfamilias, Couarr.in* Rubric. *de testamentis, part.*3. *num.*9. & 28. *Spin.in specul.testament.in* 4. *part. glos. rubr. f.* 21. *sub num.*13. *Mich.Graff.commun. opinion.* §. *testamentum, quæst.* 23. *num.*2. *Vurmser.lib.*1. *Practicar. obseruat.forens.tit.de testament.cap.*17. *Facchin.lib.*5. *Cõtrouers.Iur. cap.*94. *Gratian.tom.*2. *discept.at.forens.cap.*382. *num.*4. *Vrceol. dict. consult.*6. *num.*32. *Thesaur. dict.decis.*150. *num.*11. qui etiam dicit, cùm hac sententia communitèr recepta transire Pedemõtanum Senatum.

34 Verùm enimuerò etsi verior in Iure Ciuili probetur isthæc sententia, in Regno tamèn nostro Neap. approbata est contraria per *Consuetud. filiusfamilias, & filiafamilias, De filijsfamil.testar.volent.* qua consuetudine attenta testa-

35 ri potest filiusfamilias de bonis maternis, & à linea materna peruentis, etiam quòd Ciuitatem extrà testaretur, quia est habilitatio personæ,

36 quæ operatur, vt omni in loco testari possit, vt probant etiam *Consiliar.de Georg.allegat.*27. & 28. *Montan.Controuers.Iur. Controu.*1. *num.*9. *Bottilier. de successf. ab intestat. cap.* 1. *theorem.* 13. *num.* 20. *Dom.de Luca ad Præs. de Franch. obseru.*72. *num.*4. & *obseru.*606. *sub num.*1. *vers. Correcta.* & id procedere, tàm in casu matrimo-

37 nij contracti iuxtà antiquam consuetudinem in scriptis redactam, vulgò *alla vecchia maniera*, quàm iuxtà nouum vsum Capuanæ, & Nidi, vulgò *alla noua maniera*, decisum per nostrum S. R. C. testatur *Præs. de Franch. in decis.*552. *num.*22. & comprobat mihi *Dom.de Luca*, nec non *Dom. Barbat.de fideicommiss.part.*2. *cap.*5. *num.* 105.

38 At priuilegium hoc largitum, atque communicatum illis non fuit, vt eo priuilegio gauderent in bonis etiam maternis, vel ex linea materna habitis, extrà Ciuitatis districtum existentibus, quemadmodùm habetur ex traditis per *Napodan. in Consuetud. Pupillus, in verb. Bona, de in integrum restitut.* videturq; exponere *Ant.de Alexãdro in proœm.Consuetud.verb. Districtu, lit.A. fol.mihi* 55. & probant expressè *Præs.de Franch. in decis.*546. *num.*6. noster *Author in tom.*2. *Discept.at.forens.cap.*382. *num.*13. vbi alios recenset, *Dom.Barbat. vbi supra, num.* 102. *Dom.de Luca dict. decis.*552. *num.*2. nàm

39 Consuetudo, sicuti lex, loco circumturbitat, *cap. final. de constitut.* Neq; audactèr quis insurgat dicẽdo, absurditatem redolere, si prò cæteris bonis intestatus decedat, contrà notissimum Iuris principium, quo habetur, neminem pro parte testatum, & pro alia parte intestatum decedere posse, iuxtà *Pomponij I.C.* Responsum in *l.Ius nostrũ* 7. *D.de regul. iur.* quod præsertim extollit *Bartholom.Chesius Interpetr.Iur.lib.*1. *cap.*16. *num.* 4. & 13. Etenim absurditatem maximam, & qui-

40 dem nec leuem esse erudimur, nàm qui de omnibus bonis testari potest, prò parte testatus decedere nequit, secùs qui de omnibus testari facultatem non habet, nàm non dicitur prò parte testatus decedere, vt diligenti intellectu consideranti patet, & notauit in proposito *Bald. in l. cunctos populos, col.*9. *in fin. vers. Non obstat regula iuris, num.*15. *C.de Sacros. Eccles.* quem sequitur noster *Author in dict.cap.*382. *num.*14. controuersijs tamèn inuolutum prospicimus id ex eo, quod

41 suprà annuimus, nempè quòd ex tali testamenti conficiendi potestate inducta dicitur habilitatio personæ, etenim si ità est, talis potestas etiam circà bona extrà Ciuitatis districtum existentia operatur, quoniam Consuetudo, seù Statutum quan-

42 do haùd bona, sed personam respicit ad bona etiam territorium extrà trahitur, vt distinguit *Napodan.in dict.verb.Bona.* Quid igitùr hisce in discrepantijs resoluendum est, submittitur interim Lectoris iudicio, etenim nostrum opinamentum habebit, Deo adiuuante, in nostro *Synopsi Iuris Regni Neapolis, sub tit.de Consuetudinibus Ciuitatis Neapolis, section.* 5. vbi suprà dicta omnia, aliaq; complura concernentia, lato calamo, haùdq; ineleganti oratione exarata quoque inueniet.

PROLOGOMEN.

Citationem domi factam, nisi legitimè facta sit, præiudicium non afferre, vt post decem dierum spatium appellatio interponi haùd possit, eruditur : traditurq; dictæ citationis forma iuxtà Almę Vrbis stylum, quam in Regno Neapolis etiam seruari notatur, præsertim in citationibus ad informandum, & ad capitula, & exornatur *Regia Pragmat.*2. *de ordin. Iudic.* Citatio domi facta vt subsistat, opus esse, vt fiat in propria inquisiti domo, vbi degere ipse solet, demonstratur indè, prout demùm, citationem notificatam vxori in viri domicilio validam esse, etsi citatus tunc ab illa abesset domo, ad ornatum *Constitutionis Regni Citationis literæ, de assignat. literar. citator.* & citandus, si vnam haberet domum extrà iudicij locum, vbi nec ipse, nec aliquis de sua familia habitaret, & vbi moraretur, ignorari posset, quomodò citatoriæ literæ exequutioni essent demandandæ, traditur postremò. Cæterùm demonstratur, laudum tempus extrà compromissi prolatum nullitate euidentèr pollere, tanquàm absque iurisdictione commissaria, etsi Arbitris cõpromissi instantiam prorogandi data sit potestas : & in laudi promulgatione ab Arbitris facienda partium requiri citationem, quamuis in compromissi instrumento adiecta sit clausula, *Quòd procedi possit ad laudum partibus præsentibus, vel absentibus*, quidquid sit stãte clausula *Ipsis partibus citatis, & non citatis.*

RERVM SVMMA.

1 *Citatio domi quomodò facienda sit.*
2 *Citatio legitimè minimè facta non præiudicat, vt post decem dies appellari non possit.*
3 *Citandi forma, quæ in Vrbe seruatur circà citationem domi factam, traditur.*
4 *Quam etiam in* Regno Neapolis *seruari eruditur*

Digitized by Google

tur in citationibus ad informandum, & ad capitula.

5 *Citatio domi facta non subsistit, nisi constito de diligentia pro reperiendo citandum de persona.*

6 *Exornatur* Regia Pragmat. 2. de ordin. Iudic. *quæ an alternatiuè loquatur personaliter scilicèt, vel domi, latè ostenditur.*

7 *Citatio facta non in domo propria inquisiti, sed in aliena, vbi degere ipse non solet, nulla est.*

8 *Citatio cùm nulla est, omnia quæ deindè sequũtur, eodem vitio ipso iure laborant.*

9 *Citatio ea in domo facienda est, in qua citatus ipse citationis tempore degit, & num.* 11.

10 *Citatio ad forum dicandum facta ad domum, quam inquisitus cùm familia olim conductam habebat, si de præsenti aliò eius familia habitet, nullitatis vitio laborat.*

12 *Citatio facta hospitio, etiam relicta cartella à Porterio, nulla est.*

Sic quoque, si facta fuerit in apotheca, vt num. 14.

13 *Nuncius Neapoli Porterius nuncupatur.*

15 *Citatio vxori facta in viri domicilio subsistens dicitur.*

Quod hodiè de Iure Regni seruatur, vt num. 16.

Limitatur si fortè eum odio habeat, vt num. 18.

17 *Maritus domicilium habere præsumitur in domo, in qua vxor habitat.*

19 *Citatio viri facta in domo vxoris cur valida sit.*

20 *Maritus citandus est in vxoris domo, si duas domos habere contingeret, in quibus habitet.*

21 *Vir, & vxor sunt vna caro.*

22 *Citandus, si vnam haberet domum, vbi nec ipse, nec aliquis de sua familia habitaret, quomodò citatoria litera exequutioni essent demandanda, traditur.*

Quid si esset vagans? exponitur num. 23.

Et quid si citatio fieret contrà incertos interesse prætendentes? annuitur num. 24.

25 *Citatio prima notificari nè debeat principali necessariò, vel incipere possit à Procuratore? remissiuè traditur.*

26 *Nuncius si dicat, se citasse, & pars neget, cuiusnam assertioni standum sit.*

Et quid hoc circà practicatur in Regijs Tribunalibus? habetur num. 27.

28 *Notario exequenti citationem sine testibus, non creditur.*

Limitatur vt num. 30.

29 *Nuncijs, & Cursoribus creditur in pertinentibus ad eorum officium.*

31 *Laudum extrà tempus compromissi prolatum validum est, cùm non constat de Arbitrorum præsentia, neque de eorum acceptatione, quando factum fuit compromissum.*

32 *Tempus in compromisso adiectum ab acceptationis die currere incipit.*

Comprimitur, si dictum fuerit infrà duos menses ab hodie, vel à tali die, vt num. 33.

34 *Arbitrorum potestas à facultate eis à partibus in compromisso tributa regulatur.*

35 *Laudum extrà tempus compromissi prolatum nullitate euidentèr pollet.*

Ampliatur, etiam si prolatum sit per horam post terminum compromissi, vt num. 36.

Extenditur itidèm in casu, quo Arbitris compromissi instantiam prorogandi data sit potestas, vt num. 39.

37 *Quæ incontinenti fiunt, quando inesse dicantur.*

38 *Iudex officio suo functus dicitur propter verbum* absoluo, *vel* condemno.

40 *Arbitri potestate prorogandi instantiam compromissi quando vti possint.*

41 *Non entis nulla sunt qualitates.*

42 *Prorogatio quenam propriè sit.*

43 *Prorogatio termini in compromisso statuti partibus notificanda est.*

44 *Laudum citatione omissa nullum est.*

Ampliatur, quamuis in compromissi instrumẽto adiecta sit clausula, Quod procedi possit ad laudum partibus præsentibus, vel absentibus, *vt num.* 45.

Limitatur, si apposita fuerit clausula, Ipsis partibus citatis, & non citatis, *vt num.* 46.

47 *Citatio in partium fauore inducta est.*

48 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*

OBSERVATIO LXII.

1 HAùd constare de causæ desertione, & re iudicata, decisum fuit *hic* in principali articulo, etenim, quia constabat, citationem domi factam in scriptis factã non fuisse, ac per literas ad domum affixas, prout requirebatur ex *Bald.* potissimùm in *l. consentaneum, num.* 2. *C. quomodo, & quando Iud.* post *Gloss. in l.* 4. *§. toties, in verb. Libellum, de damno infect.* habitum fuit pro vero, huiusmodi citatio-

2 nem non esse legitimam, & per consequens non præiudicare, vt post decem dies appellari haùd possit; quam equidem decisionem in Statu Ecclesiastico veriorem esse, & grauissimis Choryphęorum votis comprobatam, nõ ambigimus, vt præsertim ex Ægidiana Constitutione testatur *Cartar. de exequution. sentent. cap. final. num.* 180. *vers. Tamèn, & de iure communi,* & refert *Farinac.* 1. *loco de inquisit. quæst.* 11. quòd licèt sat sit domi citasse, tamèn in Vrbe seruari, vt vltrà schedulam, seù citationis copiam domi per Nun-

3 cium dimissam, fit de stylo, vt consimilis copia in Curiæ valuis affigatur, nisi Iusdicens in forma citationis expresserit, personaliter citatis, si de persona reperiri contingat: tunc nàmq; Nuncij relatio adhibitæ diligẽtiæ anteire debeat, ipsemet *Farinac.* subnectit, & inoleuisse stylum Auditoris Cameræ, meminit *Foller. in prax. canonic. verb. Reperti culpabiles, num.* 18. admonens, hoc quippè casu Nuncio referente se domi citasse, non constito de diligentia pro reperiendo de persona, nullaq; concurrente ipsiusmet Nuncij de illa attestatione, cui cùm iuramento adhibetur fides, ex *Bellam. decis.* 200. & 319. citationem nullitate euidentèr pollere.

4 Quod etiam testantibus infrà citandis nostris Regnicolis in nostro Regno seruari dicimus, in citationibus præsertim ad informandum, & ad capitula, vbi huiusmodi citandi forma seruatur, videlicèt, ceteris personaliter, si reperiri personaliter contingerit, sin autem domi suæ solitæ habitationis, vt testantur *Præs. de Franch. in decis.* 322. *Reg. Capycius Latro in decis.* 161. *num.* 8. & *seqq. tom.* 2. *Reg. Sãfelic. in decis.* 225. *nu.* 8. & 9.

Guaz-

Digitized by Google

Guazzin. de defensione Reorum, defens. 10. *cap.* 2. *num.* 7. *& cap.* 4. *Scialoya de foriudic. cap.* 6. *Scacc. in tract. criminal. lib.* 1. *cap.* 48. & concinit, quòd *Imperator Fridericus* rescribit in *Cõstit. Citationis litera, de assignatione literarum citatoriarum*, qua *Constit.* innixus *Afflict.* tradit *ibidem*, citationem domi factam non sufficere,
5 nisi priùs, adhibita per Ciuitatem diligẽtia, illius copia omninò haberi non possit, id quod fuit etiã de mente *Bartol. in l.* 4. §. *Prætor ait, de damn. infect. Innocent. in cap. significauit, de testib. Abb. in cap. fin. in vltimis verbis, de eo, qui mittit in possess. & in cap. causam, de dolo, & contumac.*
6 sed valdè controuersum legimus ex *Regia Pragmat.* 2. *de ordin. Iudiciorum* alternatiuè loquente personalitèr scilicèt, vel domi, ex quo infertur, vt permissum videatur Nuncio, vt directò ad citandi domum, haùd aliter facta perquisitione, accedere queat; quod circà etsi, quòd ex alternatiua in citata *Pragmat.* contenta minimè inducta sit citandi electio, sed potiùs citationis ordo positus, suadeant iura adducta à *Lanfranch. de citat. num.* 3. qui subiungit, alternatiuam illis in iuribus enunciatam intelligi, quòd quis personaliter, si reperiatur, sin autem domi citandus sit: attamèn, quia huiusmodi alternatiua in Pragmatica, seu statuto adiecta est, vt statutum vltrà ius commune aliquid inducat, & operetur, nõ ad citandi ordinem, sed ad citantis electionem respexisse, firmant *Foller.* vbiq; seruari attestans *in prax. criminal. verb. Vel eos verbaliter, citar. fac. num.* 28. *Marant. in speculo aureo, tit. de citat. num.* 103. *Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom.* 1. *cap.* 340. *num.* 2. in quo ostendit modum citandi Capitulum, Collegium, Vniuersitatem, &c. *Dom. Consiliar. Petra ad Ritus M.C.V. rit.* 94. *sub num.* 7. *vers. Attamèn*, alijque, quos recẽset *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. obseruat.* 322. *sub num.* 4. *vers. Contrarium*, quod tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus iudicijs obseruari attestatur *Io. Anton. Palma in praxi rerum notabilium iuris communis, & Regni, part.* 2. *gloss.* 20. *num.* 6. *&* 12. quem referens amplectit nouissimè in terminis dictæ Pragmaticæ *Dom. Gregorius Motillus* magnus nostri æui practicus in sua *praxi S.R.C. tit. de gradu citationis, num.* 12.

7 Huiusmodi autem citatio domi facta vt subsistat, opus esse non ambigimus, vt fiat in propria inquisiti domo, vbi ipse degere solet, etenim si in aliena fieret, vbi inquisitus degere haùd solet, nullitatis labe maculata dicitur, vt aliorum fultus auctoritatibus aduertit *Farinac. vbi supr. quæst.* 21. *num.* 41. *vers. Et in proposito aduertas*, quo fit,
8 vt omnia, quæ deindè sequuntur eodem vitio laborare ipso iure dicantur, iuxtà *Gloss. in l. accusatoribus, C. de accusat.* cui concinunt iura, & notata per *Dom. Caietanum Ageta in Epitome fori feudalis, assert.* 11. §. 1. *vers. Instruendorum, circà medium*, nec non *Iul. Clar. in quæst.* 31. *vers.* 1. *& seq.* quem sequitur *Tranquillus Ambrosinus in suo processu informatiuo, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 18. citatio enim ea in domo facienda est, in
9 qua citatus ipse citationis tempore degit, *Bartol. in l.* 4. §. *ait Prætor, D. de damno infect. Reg. Sanfelic. in sua prax. section.* 32. *num.* 4. *Dom. de Luca, vbi supr. sub num.* 4. *vers. Reus est citandus*, vbi quoque erat *Clar. dict. quæst.* 31. *& Guazz. in dict. loc. num.* 23. propterea citationem fact[a]
10 inquisito ad foriudicandum ad domum, quam olim conductam habebat citatus cùm familia, si de præsenti aliò eius familia habitet, nullitate pollere, & comparentibus agnatis pro eo, iterùm citari debere, decisum testatur *Præs. de Franch. in decis.* 514. quia mutata domo per temporis la-
11 psum, citari debet inquisitus, vbi ad præsens habitat, quam decisionem laudando sectatur *Dom. Reg. Rouit. super Rubric. Pragmat. de sentent. foriudic. Dom. Reg. Tapia in Iure Regni, super dict. Constit. Citationis litera, Dom. Thorus in Cod. rerum iudicatarum, casu* 1. *num.* 87.

12 Ex quibus equidem comperimus, omni iure assistente in causa Pompilij Lombardi famigeratissimum nostri æui I. C. & Regium Diuæ Clatæ Consiliarium meritissimum *D. Carolum Petra* respondisse, literas exequutoriales relaxatas vigore apocæ Banci, effectum sortiri non posse, vt audiri nequiuisset, nisi in vinculis, vel facto deposito, iuxtà Regni Sanctionem, ex quo dictus Pompilius fuerat in quodam hospitio citatus, nõ de persona, sed relicta cartella à Porterio (ità
13 enim Nuncios Neapoli nuncupamus) vt *ipsemet* testatur *vbi supr. sub num.* 9. quia talis locus non est locus, vbi degit, *l.* 1. §. *habitare, de his, qui vi effud. Lanfranc. de citat. num.* 5. idem affirmans
14 de citatione facta in apotheca, insequitur *Troysius in comment. ad Pragmat.* 2. *de ordin. iudic. num.* 4. & comprobant *Reg. Sanfelicius dict. sect.* 32. *num.* 9. *Nouar. de grauamin. vasallor. tom.* 3. *grauam.* 55. *num.* 8. *Io. Baptista Fenzonius in Annotat. ad Statuta Vrbis Romæ, cap.* 51. *num.* 9. vbi ad hanc sententiam quoq; citat *Surd. in consil.* 88. *num.* 5.

15 Sat esse verumtamèn arbitratur, quòd vxori in viri domicilio notificetur, quamuis tunc citatus abesset ab illa domo, *Innoc. in cap. quid si aduersarius, de eo, qui mitt. in possess. Tiraquell. de retract. lignag.* §. 9. *gloss.* 1. *num.* 7. *Menoch. de præsumptionib. lib.* 2. *præsumpt.* 27. *Fenzon. in cit. Annotat. ad Statuta Vrbis Romæ, cap.* 51. *num.* 7. *Guid. Pap. decis.* 445. *Mynsing. Obseruat.* 37. *cent.* 3. *Reg. Rouit. super Pragm.* 2. *de citation. sub num.* 10. *Dom. Consiliar. Petra dict. loc. sub num.* 9. *vers. Sufficit*, vbi alia enarrat, & latè probat *Illustr. Dom. Regens D. Franciscus Merlinus Pignatellus*, cuius adhùc obnoxiam omnibus iacturam deploramus, *centur.* 1. *Controuers. forens. cap.* 41. scribens præsertim *num.* 4. quòd hodiè iure huius Regni non est in dubium reuo-
16 candum, valere citationem mariti factam in domo vxoris tàm in iudicio ciuili, quàm criminali, ex eaquè posse illum contumacem reputari: atq; tandèm Imperiali Constitutione id expressè sancitur, vt legitur in citata *Constit. Citationis litera*, & probatur ex ratione illa, quia ea in domo do-
17 micilium habere præsumitur, in qua vxor cum familia habitat, ad *text. in l.* 1. §. *domum, de liber. agnosc.* ibi, *larem matrimonio collocauerit*, & concinit *text. in l.* 2. *C. vbi Senator. vel Clariss.* nec non in *l.* 2. §. *final. D. ad Sillan.* vbi *Vlpianus* ait, *commixta familia est, & vna domus*: & *Cicero lib.* 1. *de Offic. Prima societas in ipso est coniugio, proxima in liberis, deindè vna domus, communia omnia*; ad quorum comprobationem plura adiungit eruditissimus *Annæus Robertus lib.* 4. *rerum iudicatarum, cap.* 1. nisi tamèn inter eos

odium

Digitized by Google

odium adesset, & inimicitia, vt per M.C.V. iudi-
18 catum refert laudatus *Illustr. Dom. Regens Merlin. ibidem sub num. 7.* & ex *Iacob. de Aret.* sententia teneri videtur *Mynsiger. in cit. Obseruat. 37. num. 2.* etenim tàm dicta Imperialis Constitutio, quàm relata DD. placita, haùd in simplici ma-
19 trimonij ratione, sed in mutuo amore, & cohabitatione se fundantur, prout aliàs considerauit *ICtus in l. cùm hic status 33. §. si mulier, D. de donation. inter virum, & vxorem*, ibi, *Non enim coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio.*
20 At, si virum duas domos habere contingeret, in quibus habitet, & odium inter ipsos coniuges nõ adesset, tametsi noster *Author* aliorum fultus auctoritatibus dicat in *tom. 4. Disceptat. forens. cap. 697. sub num. 26.* citationem vtraq; in domo exequi posse, & eum insequatur *Io. Baptist. Fenzonius in cit. cap. 51.* nihilominùs Ego indoctus quidem adolescens dicerem, vt fieri haùd posset citatio, nisi in vxoris domo, nàmq; inibi potiùs dicendum est, quòd cohabitet, quia vir, & vxor
21 sunt vna caro, *Genes. 2. & Marc. 10.* & propter amorem, quo vxor virum prosequi præsumitur, vt illud *Propertij lib. 4.*

Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior.

22 Sed citandus, si vnam in Regno dumtaxàt domum haberet, in qua nec ipse, nec quisquam de sua familia reperiretur, quid seruandum foret? hanc rem circà *Dom. Motill. vbi supra num. 16.* nixus *Afflict.* traditis in *citata Constit. Citationis litera, num. 5. & 10.* exponit, quòd tali casu prouisiones expediuntur, in quibus apponi debet terminus dierum triginta, vel quatraginta Iusdicentis arbitrio, cùm peremptorio ad comparendum, deindè in eadem citandi domo coràm duobus testibus, Iudice ad contractum, & Notario publicantur, coràm eisque publicatæ in porta eiusdem domus affiguntur, de qua publicatione, & affixione, post nonnullos dies publicus fieri debet actus, in quo mentio fiat spatij temporis, quo dictæ prouisiones affixæ fuere, quo peracto, huiusmodi actus copia in Banca præsentatur, & ità ad vlteriora proceditur; Si verò citandus vagans sit, ità vt permanenti domo careat, tunc ci-
23 tatio per edictum seruatur, loco publico affigẽda, quo homines conueniunt, & vbi citandus sæpiùs videri, & conuersari solet, iuxtà *textum in l. eius qui, la. 2. §. si quis, D. ad municip.* & in *l. dies cautioni, §. Prator ait, D. de damn. infect.* & ex *Maranta* obseruat *Gaill. PP. Obseru. lib. 1. Obseruat. 57. num. 5.* ac demùm post *Bald. in l. si quando, col. vltim. C. de testib. & Afflict. ibidem num. 7.* aduertit idem *Dom. Motill. vbi supr. num. 17.* subnectens, dictam citationem antè per edictum constare debere præuia informatione de loci incertitudine, secundùm *Dom. Reg. Sanfelic. in praxi sub titul. de ordin. procedendi, num. 17. fol. mihi 149.* & hanc eamdem citandi for-
24 mam in citationibus demùm contra incertos interesse prætendentes, vel putantes, obseruari testatur *Nouar. super Pragmat. de citationibus, coll. 55. num. 80.* & sequitur idem *Dom. Motill. ibidem*, ac probat *Andr. Gaill. in cit. Obseruat. 57. num. 6.* adducens etiam *text. in cap. final. de elect. in 6. in l. si eo tempore, C. de remiss. pignor. & in l. sed etsi pupillus, §. proscribere, D. de instit. act. Felin. in cap. quoniam frequenter, num. 14. vt lit. non contest. & Marant. in Speculo aureo, part. 6. tit. de citatione, num. 89.*

25 Prima verò citatio, an principali necessariò notificari debeat, vel incipere possit à Procuratore inquirit *Dom. Regens Rouitus in Rubric. Pragmat. de citation. num. 5.* & praxim nostrorum Tribunalium recenset *Dom. Regens de Marinis in obseruat. ad Reg. Reuerter. decis. 224. num. 3.* Si autèm Nuncius citasse dicat, pars verò neget,
26 cuius assertioni potiùs assentiendum sit? vide *Hieronym. Ceuagl.* abundè tractantem, duasquè ad inuicem contradicentes opiniones referentem *in quæst. 381.* sed vt Nuncio in dubio credatur, docet *Felin. in cap. 1. de iudic.* & notat *Gloss. in cap. cùm parati, de appellat.* sicq; in nostris Re-
27 gijs Tribunalibus practicari testatur *Dom. Motill. vbi supra num. 15.* quemadmodùm & quoq; testatur *Muscatell. in praxi S. R. C. Gloss. Intimato, num. 18.* Credendum verò an sit Notario
28 citationem exequenti sinè testibus? negatiuè firmat noster *Author hic num. 9. & 10.* & comprobat in *tom. 5. Disceptat. forens. cap. 907. num. 42. & 43.* cùm ad huiusmodi officium non sit deputatus, quemadmodùm esse solent Nuncij, & Cur-
29 sores, quibus tanquàm electis ad illud officium, creditur circà ea, quę ad suum pertinẽt officium, nec non in ijs, quæ in citationis consequentiam veniunt, *Bartol. in Extrauag. ad reprimendum, in verb. Per nuncium, Gabriel. de citat. concluſ. 4. in fine.* & hoc idem examinat *Fontanell. in decis. Cathalon. 567. num. 13. & 14. lib. 2.* & tra-
30 dit, Notario præstari fidem sine testibus, si ille Nuncij, seù Cursoris officio fungatur, ex *Ludouis. decis. 426. num. 4.* & ibi addit. Hactenùs de attinentibus ad principalis articuli decisionem, quoniam actũ est, modò de alio articulo hic paritèr discusso, & deciso scribere congruit.

31 Controuersum itidèm fuit in causa huiusce loci, nùm laudum extrà tempus compromissi prolatum nullitatis vitio laborare dicatur? quod circà quia non constabat de Arbitrorum præsentia, neque de eorum acceptatione quando factũ fuit compromissum, concluſum fuit pro laudi validitate, vt testatur noster *Author hic, num. 12.* tem-
32 pus nàmq; in compromisso adiectum ab acceptationis die currere, tradit *Bartol.* per illum *textum in l. si cùm dies compromissi, D. de recept. arbitr.* nec non *Dec. in cap. ex ratione, 5. col. vers. Et ista concluſio, extra de appellat.* & concordantes allegat *Cotta in memoriabil. verb. Compromissum non dicitur*, nisi tamèn in compro-
33 misso dictum fuerit infrà duos menses ab hodie, vel à tali die, etenim tali casu secùs esse tradit optimè *Soccin. in cons. 87. vol. 4.* & pulchrè probat *Iacobin. in l. tale, §. facta, D. de iure dot.* quorum limitationem approbatam fuisse per S. R. C. testatur *Dom. Præs. de Franch. in decis. 354. in fin. vers. Quo verò ad secundam*, adnectens, ità ipsummet obtinuisse tempore, quo Aduocationis munere fungebatur in causa Polidori Scaragij, cũ Hectore Palagano, & sequuntur *Dom. Reg. Rouitus super Pragm. 1. de Arbitris, num. 52. Muscatell. in praxi S. R. C. part. 2. Gloss. Gradum, in addit. lit. E.* & nouissimè *Dom. de Luca in obseru. ad dictam decis. Præs. de Franch. 354. num. 1. & 3.* vbi præcisè tenet, recedi haùd posse à di-
34 cta decisione, quia Arbitri non habent, nisi eam potestatem, quam partes tribuunt ipsis in com-

Digitized by Google

promisso, vt ex *Soec. Reg. Rouit. dict. loc.* alijsque, quos laudauimus in *Obseru. 6.* quibus modò addimus nostrum *Authorem in decis. 64. num. 6.* quo fit laudum tempus extrà compromissi prolatum nullitate euidenter pollere, tanquàm absq; 35 iurisdictione commissaria, iuxtà *text. in l. 1. C. si à non competent. Iudic. Bald. cons. 372. vol. 2.* vbi id procedere tradit, etiam si laudum prolatum sit 36 per horam post terminum compromissi, quod sequitur illum laudans *Afflict. in decis. 73. num.* 8. vndè erudimur tali casu, quæ in continenti 37 fiunt, inesse haùd censeri, tametsi vulgata sit regula, quòd ea quæ incontinenti fiunt à iure inesse dicuntur, per *textum in l. Lecta* 40. *§. dicebam, D. de rebus credit.* & in *l. petens, C. de pactis*, quia locum dumtaxàt habet in ijs, in quibus partes de nouo disponere possunt, secùs autem in Iudice, 38 qui functus est officio propter verbum absoluo, vel condemno, *Card Tusch. PP. Conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 81. Anton. Gabriel commun. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 13. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 43. num. 54.*

39 Quamobrèm opportunè consequimur, cõclusionem prædictam suas vires extendere in casu demùm, quo Arbitris compromissi instantiam prorogandi data sit potestas, etenim tametsi ea 40 vti possint facultate, procedit attamèn si talis prorogatio facta sit primum terminum intrà, ac priùs quàm ille expiret, secùs si post, tùm quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in Prouincia, D. si certum petatur, l. Seia egressa, D. de tutor. dat. ab his*, tùm etiam quia prorogatio illa 42 planè dicitur, quæ fit durante priori dumtaxàt tempore, haùd autem eo finito, *l. sed si manente, D. de præcar.* cùm alijs notatis hoc in eodem opere *Obseruat. 2. num. 9. & 28.* & proprijs interminis exponit *Præs. de Franch. in citat. decis. 354. num. 2.* eo tamèn casu, quo validè tali vtuntur potestate, prorogationem illam esse partibus 43 notificandam, alioquin & illam non valere, & laudum post talem prorogationem esse nullitatis labe maculatum, tradit *Bald. in l. eos, §. Apostolos, col. 1. in fin. vers. Quaro nunquid Iudex, C. de appellat.* quem alijs adductis sequuntur *Hippol. de Marsil. in l. de vnoquoque, num 47. D. de re iudic. Fabius de Anna in cons. 75 num. 73. Reg. Rouitus super dict. Pragmat. 1. de Arbitris, num. 50. Vantius* egregiè in *tract. de nullitatib tit. de nullitat. ex defectu citationis, Guttier. Canonic. QQ. lib. 2. cap. 16. num. 13. Costa de facti scientia, & ignorantia, distinct. 76.* vbi id procedere tradit, nisi ambo litigatores scientiam habuerint; Quemadmodùm quoq; nullum foret laudum 44 citatione omissa, etenim in ipsa laudi promulgatione ab Arbitris faciẽda partium requiritur monitio, seù citatio ad instar sententiæ à Iudice ferendæ, prout ex *textu in l. diẽ proferre, §. si quis litigatorum, D. de arbitr.* post nonnullos nonmodicæ farinæ voluere *Reg. Rouit. super dict. Pragmat. 1. de Arbitris, num. 2.* vbi *Io Laganar. in addit. sub lit. A. Reg. Sanfelic. in praxi iudic. section. 41. num. 13. Reg. de Marinis tom. 1. Quotid. Resol. cap. 45. num. 3.* vbi *Dom. Rodoer. in addit. num. 3.* ex quibus etiam votis habetur, sententiam istam procedere, quamuis in compromissi 45 instrumento adiecta sit clausula, *quòd procedi possit ad laudum partibus præsentibus, vel absentibus*, vt quoq; firmauit *Hippol. Marsil. singular. 173.* cuius memor est laudatus *Regens Rouitus dict. num. 2.* quia non valet dicere, procedi poterat partibus absentibus, ergò non est necessaria citatio: datur nàmq; potissimum discrimen inter abesse, & ignorare, & abesse, sed esse informatum, porrè licèt Arbitris data sit arbitrandi potestas partibus ipsis absentibus, requiritur tamèn ad laudi validitatem ipsarum partium citatio; haùd tamèn ità si in dicto compromissi instrumento 46 adiecta fuerit clausula, *ipsis partibus citatis, & non citatis*, vt ex *Alexand. in l. si quis arbitratu, num. 14. D. de verbor. obligat.* alijsq; complu ribus obseruat *Io. Laganar. vbi supra lit. A.* quippè quòd tunc rectè Arbitri eorum promulgare poterunt laudum citatione omissa, cui renũ- 47 ciatum fuit, & haùd inualidè, etenim citatio est inducta in partium fauore, ad hoc vt non auferatur defensio, quæ est iuris naturalis, *Clement. Pastoralis, de re iudicat.* vndè poterunt partes ipsæ 48 ei renunciare, nàm quilibet fauori suo renunciare potest, *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, l. quoties, C. de fideicommiss. Alciat. in l. 2. §. mutui datio, D. si certum petatur, Ludou. decis. 64. par. 1. Dom. Verde in addit. ad Gallupp. in praxi S. R. C. part. 3. cap. 2. sub vers. Cui beneficio*, & Ipsemet etiam dixi hoc in eodem opere, *Obseruat. 48. num. 12.*

PROLOGOMEN.

Fructuum sequestrationem appellationis in causa concedendam esse, cùm de eorum depopulatione, ac dissipatione timetur, pro absoluto edocetur, dummodò tamèn contrà possessorem prior lata fuerit sententia, ad ornatum *Papyrij Iusti* Responsi in *l. Imperatores verus 21. in fin. D. de appellat. & relat.*

RERVM SVMMA.

1 *Sequestratio fructuum fit appellatione pendente, quando de eorum depopulatione, ac dissipatione timetur.*
Intelligitur, quando prior sententia contrà possessorem lata fuit, vt num. 11.
2 *Sequestrum, vt appellatione pendente fiat, sufficit qualis qualis dissipationis timor.*
3 *Iudicium eluforium fieri non debet.*
4 *Exequutio haùd est inanis reddenda.*
5 *Possessor si fructus omnes in proprios vsus conuertat licèt non dilapidet, sequestrum fieri debet, & num. 7.*
6 *Possessor ius suum prosequi, & rebus suis frui non prohibetur.*
8 *Sequestrum concedendum est in casu, in quo adesset timor difficilis exactionis, & recuperationis fructuum.*
9 *Grauari qui timet, etiam ante factum Iudicis officium implorare potest.*
10 *Iudex ex officio, si iustum sibi videbitur, omnibus in casibus sequestrare potest, in quibus ad partis instantiam sequestrum concedi non solet.*
12 *Possidentis conditio melior esse debet.*
13 *Beatus dicitur, qui possidet.*
14 *Sequestratio dicitur materia prohibitoria.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO LXIII.

AMbigere haùd posse arbitramur de iustitia decreti in causa huiuscè loci prolati, ex quo determinatum fuit, faciendam esse fructuum sequestrationem appellatione pendente, quia de eorum depopulatione, ac dissipatione timebatur, etenim sententiam hanc probat expressè *Papyrius Iustus in l. Imperatores Verus 21. in fin. D. de appellation. & relation.* ibi, *Quamuis vsitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi, tamèn cùm depopularentur ab aduersario, æquum sibi videri fructus apùd sequestrem deponi.* cuius decisione fretus absq; tergiuersatione hanc quoq; sententiam tradit memorandus *Dom. Consiliar. Ioseph de Rosa in Consultat. 5. num. 12.* adnectens indè *num. 13.* quòd ad effectũ
2 prædictum qualem qualem dissipationis timorẽ sufficere compertum est, quod ex alijs inquit pariter noster *Author hic num. 4.* & dixerant etiam *Abb. in cap. dilectus, extrà de sequestr. possess. & fruct. Innocent. in cap. final. eod. tit.* & ibi *Io. Andr. Bald. & Anchar. Laderch. cons. 167. Puteus decis. 150. num. 2. & 3. lib. 2. Milanens. decis. 11. num. 31. lib. 1. Magon. decis. Florẽt. 31. num. 13. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 12. num. 11. & 15. Mynsinger. Obseruat. 35. num. 4. centur. 5. Gaill. Obseruat. 148. lib. 1.* nè iudicium
3 fiat eluforium, quod esse non debet, *l. si Prator, D. de iudic. & l. nè in Arbitris, C. de recept. arbitr.* & nè exequutio reddatur inanis, vt habetur
4 in *l. ab exequutione, C. quorum appellat. non recip. in l. si cùm dotem, §. si verò dotem, D. solut. matrim. in l. si fideiussor, §. final. D. qui satisd. cogant. & in dicta l. Imperat. §. final. D. de appellat.* & ibi *Gloss. in verb. apùd sequestrem.*

5 Ex quibus porrò inducitur, vt sententia isthæc procedat, sufficere, si fructus à possessore in proprios vsus cõuertantur, & pro suis necessitatibus consumantur, notantibus præsertim etiam *Abb. & DD.* communitèr in *cap. final. de sequestr. possess. & fruct. Bald. & Ludouic. Roman. in l. si seruus, in fin. D. de acquir. haredit.* idem *Bald. in cap. ab eo, de sequestr. possess. & fruct. & in cap. 1. §. sancimus, num. 2. quo tempore miles, Aretin. in l. si seruum, §. Prator, D. de acquir. haredit. Reg. Rouit. cons. 34. num. 10 tom. 2. Natta cons. 514. et 584. vol. 3. Angel. in d. l. Imperatores, §. idem num. 2. Lancellott. loc. cit. num. 16. Curt. de sequestr. in princ. num. 9. Aufrer. ad decis. Cappell. Tholos. 477. antè med. Authore nostro hic num. 3. & in tom. 1. Discept. forens. cap. 114. sub num. 1. Dom. Consiliar. de Rosa vbi supr. num. 14.* atquè demùm accedente euidenti illa ratione, quia quò ad Actorem pertinet, parui refert, nè à possessore fructus dilapidentur, vel in proprios vsus conuertantur, vtroq; enim modo in rerum natura esse desinunt, tametsi hoc admittere haùd videatur *Coler. de process. exequut. part. 1. cap. 2. num. 150.*
6 *& seqq.* quali possessor non sit prohibendus ius suũ prosequi, & rebus suis frui, sicùt priùs *Gloss. in cap. non solum, de appellat. in 6.* etenim nos in eo sermocinamur casu, quando scilicèt possessor
7 fructus omnes consumeret, aliaq; bona haùd haberet, de quibus appellatio possit integrè super petitis in principali libello, ad quem condemnatio in re iudicata dirigebatur, satisfieri, vt exarsit. *Abb. Curt.* & alij, de quibus per eundem *Coler. in dict. cap. 2. num. 131. & seq.*

8 In casu itidèm, in quo adesset timor difficilis exactionis, & recuperationis fructuum procedit nostra sententia, quoniam tunc, etiam cessante fructuum dilapidatione maior militat ratio apponendi sequestrum, *Puteus decis. 105. num. 3. lib. 2. & decis. 249. num. 3. lib. 3. Rot. Diuers. decis. 13. part. 2.* quos recensẽt noster *Author in dict. cap. 114. num. 6.* Et demùm generale est, quòd quotiescumque ex facto alieno timet quis grauari,
9 poterit antè factum Iusdicentis officium implorare, nè id fiat, quemadmodùm *Bald.* tradit per illum *text. in l. 3. num. 2. C. qui bon. ced. poss.* quem sequitur *Reg. Rouitus vbi supr. num. 11.* & Iusdicens ex officio, si iustum sibi videbitur, omnibus
10 in casibus sequestrare potest, in quibus ad partis instantiam concedi haùd solet sequestrum, *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 12. num. 26. & part. 3. cap. 29. num. 148.* post *Bartol. in l. Imperatores, §. final. de appellation.*

11 Animaduertendum veruntamèn hinc dicimus firmatam supra sententiam effectum sortiri, quãdo scilicèt prior sententia possessorem contrà, haùdque ad ipsius fauorem lata fuit, & si secunda contrà indè lata sit, nàm alioqui sequestrationem admittendam non esse eruditur, prout in specie concludit *Card.* dicens esse notabilem restrictionem in *Clement. vnic. q. 4. num. 13. de sequestr. possess.* sequiturquè *Mandos. form. 19. commiss. verb. In tertia instantia, vers. secundò quia supra dixi,* & declarauit noster *Author* in vna facti contingentia, vt ipsemet testatur in *dict. cap. 114. num. 15.* siquidem hoc in casu vterque tàm appellans, quàm appellatus pro se sententiæ præsumptionem habet, quo circà hac stante paritate
12 possidentis conditio melior esse debet ex *textus* dispositione in *cap. in pari, de regul. iur. in 6. l. apùd Celsum, §. Marcellus, D. de doli mali except. l. si seruum §. sequitur, D. de verbor oblig. & in l. final. C. de rei vendicat. Præs. de Franch. decis. 167. num. 13. Alex. cons. 161. num. 6. vol. 6. Neuiz. cons. 76. nu. 27. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 66. num. 7.* Ego ipse in *Obseruat. 16. num. 60.* ac demùm *num. 57.* vbi vulgatum il-
13 lud adduxi, nimirùm, quòd Beatus dicitur, qui possidet: præsertim quãdo sumus in materia pro-
14 hibitoria, quemadmodùm est sequestratio *l. 1. & 2. C. de exequut. rei iudic. l. vnic. C. de probation. sequestr. pecun.* latè *Coler. vbi supr. num. 102.* & noster *Author ibidem,* adnectens, quòd hoc etiam innuere videtur *textus in dict. Clement. vnic.* in verbis illis, *vna contrà possessorem diffinitiua promulgata,* ex quibus appareat significari non dùm aliam sententiam latam fuisse ad eius fauorem, vel contrà, prò vt notat *Cardin. ibidem, num. 13. vers. & secundùm hoc, quod hic dicit, quæst. 4. Cassador. decis. 1. num. 2. sub titul. de sequestrat. possession. Puteus decis. 77. num. 1. lib. 1.* & concinit *Vestr. in praxi, cap. 2. lib. 7. num. 7. ad fin.*

PROLOGOMEN.

Arbitri munus subire haùd posse Religiosos absque Superioris licentia, ex receptiori sen-

tentia amuitur: eamq; prohibitionem ad testimonia extendi, nimirùm, vt nec etiam ipsi absque prænominata licentia iudiciarij valeant testes esse, probatur; Hinc indè contenditur, laicum arbitrum esse posse Clericorũ in causa, si in ipsum insimùl, vnà cùm Clerico compromittatur; Deniq; suadetur, Ecclesiasticum Iudicem adeundum esse in causa Clerico, & laico commissa, si ab eorum sententia appellationem interponi contingat.

RERVM SVMMA.

1 *Religiosus absque Superioris licentia Arbiter esse non potest.*
Limitatur in Fratribus Franciscanis, qui neque ex Superioris licentia, atque Monasterij vtilitate arbitri munus subire possunt, vt num. 2.
3 *Religiosi absque Superioris licentia testes iudiciarij esse nequeunt.*
Restringitur in instrumento, vt num. 4.
Item in tabulis testamentarijs, vt num. 5.
6 *Fratres Capuccini sunt idonei testes in testamento absque Superioris licentia, & traditur decisum.*
7 *Sacerdotibus magis creditur, quàm secularibus.*
8 *Testimonium quatuor Clericorum tantum valet, quantum sex laicorum.*
9 *Laicus Arbiter esse potest in causa Clericorum, si in ipsum insimùl vnà cùm Clerico compromittatur.*
10 *Laicus in causis spiritualibus Arbiter esse non potest.*
Limitatur si in eum insimùl cùm Clerico factũ fuerit compromissum, vt num. 12.
11 *Spiritualia in laicum compromitti non possunt.*
13 *Denominatio in indiuiduis an fiat à minori parte quando plures considerantur, vt singuli? & quid cùm considerantur, vt collegium.*
14 *Qualitas duorum laicorũ per se inhabilium habilitatur propter adiunctionem vnius Clerici.*
15 *Iudex Ecclesiasticus adeundus est in causa Clerico, & Laico comm: ssa, si ab eorum sententia appellari contingat.*
16 *Appellatio coràm Superiore prioris Iudicis interponenda est.*
17 *Appellatio ad æqualem, vel inferiorem interponi non potest.*
18 *Imperium par in parem non habet.*
19 *Absurdum, & infandũ est reuideri ab inferiore, quæ à supremo gesta sunt.*
20 *Reductio ad arbitrium boni viri petenda est coràm eo Iudice, qui de causa cognouisset, si compromissum factum non esset.*
Restringitur, si Ecclesiasticus insimùl cùm laico electus fuerit Arbiter, vt coràm Ecclesiastico Superiore petenda illa sit, vt num. 21.

OBSERVATIO LXIV.

1 NEmini dubium videri debet, quin Religiosi arbitri esse possint absque Superioris licentia, vt præsertim tradit noster *Author hic*, aduertitquè *Fulvius Pacianus in cons. 162. num. 93.* quos laudans sequitur *Dom. Regens Rouitus super Rubric. Pragmat. de Arbitris, num. 2.* cui se subscribit nouissimè *Dom. Caietanus Ageta in sua Epitome feri feudalis, assert. 3. §. 2. in apostill. final. lit. z.* & dixerant etiam *Augustin. Barbosa in tract. de Iure Ecclesiast. tom. 1. cap. 43. num. 49. Sanchez* latissimè in *pracept. Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 13. à num. 55. cùm seqq.* resoluens *num. 66.* Fratres Frã-
2 ciscanos etiam ex Superioris licentia, atque Monasterij vtilitate arbitri munus subire haùd posse, ad quod etiam respexit noster *Author hic, num. 10.* demùmque *Tamburrin. de iure Abbatum, tom. 3. disputat. 3. quæst. 6. num. 29. Machado en su perfetto confessor. tom. 2. lib. 5. part. 2. tract. 2. document. 4. num. 2. & seqq.* & latè sermonem habet laudatus *Dom. Regens Rouitus super dict. Rub.* cumulans *ibidem* complura, de quibus eum videas, dùm notandum se se offert, quòd.
3 Religiosi neque testes iudiciarij esse possunt, ideſt, vt tanquàm testes in iudicio deponant, absquè Superioris licentia, quia Iudex iuramentum tanquàm à teste illo petiturus, proprius Religiosi Iudex non est, atquè ità exactus ab illo testificari non potest, nec se sponte ad testificandum absque Superioris licẽtia illi subijcere valet, *Albertus de Malertis in tract. de testibus, part. 1. cap. 5. num. 28. & 29. Cãpeg. eodem tractat. Regul. 94. Tamburrin. dict. tom. 3. disputat. 3. quæst. 6. num. 30. Machado dict. tract. 2. document. 6. nu. 3. Trullench. in pracept. Decalogi, tom. 2. lib. 8. cap. 3. dub. 4. num. 13.* alijquè, quos sequitur *Sanchez dict. cap. 13. num. 103.* atque *Augustin. Barbosa loc. cit. num. 51.* ex quibus tamèn etiam votis
4 sententiam hanc comprimi habetur in instrumento, vt scilicèt in eo talis sententia locum non habeat, quia nullibi id interdicitur, nequè id est aliquem alienæ iurisdictioni submittere, que-
5 madmodùm, & quoque in tabulis testamentarijs, vt vltrà eos firmant pariter *Hieronym. Roder. in compend. QQ. RR. Resolut. 135. Farinac. de testibus, quæst. 61. num. 134. Mascard. de probationibus conclus. 260. infin. Anton. Fabric. de Beneficijs, titul. de secular. & Regular. Benefic. num. 34. lit. R.* vbi multorũ Gallicanorũ Arrestorum nominatim *Paponij*, ac *Guidonis Papæ* authoritate confirmat, *Carauit. Rit. 144. num. 33.* vbi id ve-
6 riorem esse dicit, vt de Fratribus Capuccinis intestes adhibitis absquè Superioris licentia, dicit *Reg. Capycius Latro in decis. 10. sub. num. 11. & per tot.* vbi sic pro immissione hæredis fuit in S.R.C. determinatum, non obstante testamenti nullitate ex causa dictorum testiũ oppositа: quemadmodùm etiam pro immissione idem S.R.C. iudicauit in causa Io: Baptistæ Bonelli, & Bernardi Anconitani, penès Izzum Actorum Magistrum, & iunctis Aulis in causa Ludouici, & Nicolai Rodulphi fratrum super testamento Marchionis Basilicis, de quibus quoque mentio facta fuit in
7 *dict. decis. 10. num. 16. & seqq.* magis enim creditur testibus Sacerdotibus, quàm sęcularibus, &
8 tantùm valet quatuor Clericorum testimonium, quantùm sex laicorum, vt post *Gloss. in cap. Monacus 77. distinct.* probat *Crauett. in cons. 267. num. 2. & in cons. 172. num. 16. vers. Tertiò probatur,* & sequũtur *Reg. Capycius Latro in decis. 12. num. 15. tom. 1. Canalean. in decis. 46. num. 338. part. 1. Giouagn. in Respons. 6. num. 113. lib.*

1. quos

Digitized by Google

1. quos sectatur *Michael Angelus Gizzius in addit. ad Reg. Capyc. Latr. dict. decis. 10. num. 2.* Hinc vt videamus, alienum minimè est.

9 Nùm laicus Arbiter esse possit in causa Clericorum, si in ipsum insimùl, vnà cùm Clerico cõpromittatur? Generalis quippè videtur resolutio pro affirmatiua, vt exponunt *Couar. practicar. cap. 34. num. 1. vers. & etiam ratio. Bonacos. Commun. crimin. part. 2. verb. Laicus, fol. 45. Viuius tom. 1. Commun. opin. lib. 2. tit. 26. num. 17. vers. & sic compromissum, Bouadill. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 93. Monet. de decimis, cap. 8. num. 23. Rebuff. de priuileg. Scholar. priuileg. 106. vers. Septimò. Farinac. in praxi criminal. part. 1. quæst. 8. nu. 24. vers. Limita 2. noster Author in tom. 2. Disceptat. forens. cap. 238. num. 44.*

10 & cautum extat in *cap. per tuas 9. de Arbitr.* etenim tametsi laicus in spiritualibus causis Arbiter solus esse non possit, ad *text. in cap. contingit, 8. de Arbitr.* vbi quòd spiritualia in laicum

11 compromitti non possunt, & docent *Sylua de Beneficijs, part. 2. quæst. 23. num. 7.* vbi hanc communem præconizat traditionem, & *Borrell. de compromiss. §. 1. gloss. 2. num. 324. & §. 2. gloss. 1. num. 72.* nihilò tamen minùs insimùl cùm Cleri-

12 co secùs est, adeò vt nihil referat, quòd compromissum de re spirituali fiat in duos laicos simùl, & in vnũ Clericum, quasi actus etiam indiuiduus

13 à digniori parte nomen accipiat, quamuis sit minor numero, & quantitate, quoties plures considerantur vti singuli, non vt collegium: quidquid foret, quando plures vt collegium considerari deberent, etenim tunc in indiuiduis à maiori parte fit denominatio, et si ea non sit dignor, pro vt in specie explicat *Couarr. d. l. num. 1. antè med. vers. Potissimùm huic opinioni, & vers. Nàm, & fieri potest*, per laudatum *text. in cap. per tuas. de Arbitris*, quem autem appellat *Marsil. in singul. 180. num. 2.* vbi colligit notandum, quòd

14 qualitas duorum laicorum per se inhabilium habilitatur propter adiunctionem vnius Clerici *Marian. Socc. in cap. 2. col. 22. num. 30. vers. 8. fallit, Felin. in cap. 2. num. 8. de iudic. Barthol. Soccin. in cons. 168. col. penult. ad med. vers. Et sic patet, quod loquitur, lib. 1.* quos sequitur noster *Author d. l. num. 45. & seqq.* vbi alia complura obseruat, cui me submittere fas est.

15 Adeundus est autem Ecclesiasticus Iusdicens in causa Clerico, & Laico commissa, si ab eorum sententia appellari contingat, vt ex *Rom.* potissimùm in *cons. 265. num. 2. vers. si verò Ecclesiasticus*, tradit noster *Author in tom. 1. Disceptat. forens. cap. 100. num. 51.* estque ratio ab eo non ta-

16 cta, quia cùm appellatio coràm eo Iudice interponenda sit, qui sit maior primo Iudicante, *cap. Romana, §. debet, de appellat. in 6. l. Imperatores, D. de appellat. l. præcipimus, C. eod.* etenim

17 ad æqualem, vel inferiorem fieri haùd potest, *Card. Tusch. PP. Concluss. lit. A. Conclus. 349. 350. & 352. Scacc. de appellat. art. 1. Larrea allegat. 52. n. 27. Dom. Iudex Maresca in diatyposi reconuentionali, enarrat. 6. num. 111.* & diximus

18 in *Obseruat. 24.* cùm par in parem non habeat imperium, *l. nàm Magistratus, D. de recept. arbitr.* & absurdum sit dicere, vt inferior corrigat,

19 vel acta sui Superioris confirmet, *Gloss. in cap. 2. de consuetud. in 6.* quinimò infandum sit ab inferiore reuideri, quæ à supremo gesta sunt, testibus *Bodin. 3. de Republ. cap. 6. num. 319. Besold. de appellat. cap. 4. num. 1. & 2.* abundè ad eruditionem videndus *Oswald. Hiliger. ad Donell. p. 2. lib. 28. cap. 7.* & ex nostratibus *Dom. Reg. Sanfelic. decis. 69. num. 10. Dom. Iudex Maresca dict. loc. à num. 112.* erit vtique ad Superiorẽ Ecclesiasticum interponenda, vt etiam probatur in *cap. Beatus 6. q. 1. cap. duo sunt, 96. dict. Gloss. in cap. sedes, verb. Maiores, de rescrip.* itaque, ii-

20 cèt reductio ad boni viri arbitrium coràm eo Iudice, qui de causa cognouisset, si compromissum factum non esset, petenda sit, iuxtà præsertim notata, & congesta per *Surd. in cons. 106.* atquè per nostrum *Authorem d. l. num. 52.* nihilomi-

21 nùs si Ecclesiasticus simùl cùm Laico electus fuerit Arbiter, illorum sententiæ reductio ad boni viri arbitrium, coràm Ecclesiastico, haùd autẽ sæculari Superiore petenda est, vt punctualitèr scriptum reliquit *Bald. in dict. l. præcipimus, nu. 3. C. de appellation.* atque *ibidem Salycet. num. 6.* quos sequitur *Bruner. à sole in quæst. 14. num. 2.* vbi plures concordantes, rationesuè adducit.

PROLOGOMEN.

Emphyteusi pro se, & filijs, & nepotibus per patrem recepta, vt ea in re filios, & nepotes nequeat pater præiudicare, ex communi IC-torum sententia exploratum esse demonstratur: suum autem locum sententiam hanc non obtinere annuitur deinceps, cùm filijs, descẽdentibusq; quæsitum ius est sub conditione, *si alienauerit*, dummodò ipso in contractu, inue-stituræquè tempore concessa sit alienandi licentia; Demiquè pater in casu, quo filijs præiudicare potest, absque Domini consensu, & in eius præiudicium, in emphyteusi valeat nè maioratum constituere? ad rem disseritur aptissimè.

RERVM SVMMA.

1 *Pater filios, vel nepotes, præiudicare non potest in emphyteusi recepta pro se, & filijs, & nepotibus, & num. 9.*

2 *Filij in emphyteusi stipulata pro se, & filijs, & nepotibus, succedunt, etiamsi patris hæredes non sint, vel eius hæreditatem repudiauerint.*

3 *Feudum pacti, & prouidentia à filio retineri potest repudiata patris hæreditate, vel eo patris hærede non existente.*

4 *Feudum in dubio hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia præsumendum sit.*

5 *Pater in filiorum præiudicium alienare potest emphyteusim, quando filijs, & descendentibus quæsitum ius est sub conditione, si non alienauerit.*

Intelligitur, si in ipso contractu, & inuestituræ tempore concessa sit alienandi licentia, vt num. 6.

7 *Pater in casu, quo filijs præiudicare potest, an absque Domini consensu, & in eius præiudicium, in emphyteusi maioratum constituere valeat.*

Distinctione resoluitur num. 8. 10. & 11.

12 *Successor facto defuncti contrauenire nequit.*

13 *Feudum liberè in Ecclesiam quoquo titulo trãs-fer-*

Digitized by Google

ferri poteſt, & ab Eccleſia acquiri, & poſſideri, donec Dominus directus conqueratur.

14 *Dominus directus indemnitatis ſuæ æſtimationem inuitus accipere non tenetur.*

OBSERVATIO LXV.

EXplorata ea conclusio, quòd recepta per patrem emphyteusi pro ſe, & filijs, & nepotibus, pater ea in re filios, & nepotes præiudicare non poteſt, quoniam emphyteutis ſic conceſſa filijs, & nepotibus ex ſola patris prouidentia non acquiritur, ſed etiam ex Concedentis gratia, quo caſu filij, & nepotes antiqui, haùdque noui emphyteutæ dicuntur, vt poſt alios id ſtatuentes firmant *Aluar. Velaſc. de iure emphyteut. queſt. 49. num. 6. & queſt. 38. nu. 24. Gabr. eodem tract. concluſ. 2. Cald. Pereyra in ſimili tract. de iure emphyteut. lib. 2. quæſt. 15. num. 2. & ſeq. & queſt. 17. num. 22. Petr. de Gregor. de conceſſione feudi, part. 3. quæſt. 7. num. 30. Couarr. lib. 2. var. cap. 18. num. 2. Peregrin.* communem eſſe traditionem dicens in *tract. de fideicommiſſ. art. 6. num. 24. Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 22. num. 37. Amatus* qui infinitos alios coadunat in *lib. 2. var. reſolut. 84. num. 62. Suarez in theſaur. receptarum ſententiar. lit. P. num. 24. Facchin. lib. 6. controuerſ. 63. Mãgilius de imputatione, quæſt. 150. num. 3. Scrader de feudis, part. 10. ſect. 2. num. 97. & 106.* & de magis cõmuni alios cõplures coadunando firmat *Bertaz. in conſ. 114. à num. 2. vſque ad 6.* nec non *Honded. in conſ. 36. lib. 1. Torret. in cõſ. 61. lib. 1. Bero. in conſ. 155. lib. 3. Surd. in deciſ. 324. Gama* quide magis cõmuni atteſtatur in *deciſ. 151. Caſtill. in deciſ. 106. nu. 17. lib. 2. Seraphin. in deciſ. 341. num. 22.* adeò vt ij poſt patris hac ex vita
2 migrationem ad ſucceſſionem admittantur, etiam ſi patris hæredes haùd fuerint, vel paternam hæreditatem repudiauerint, cùm vti filij, non vti hæredes vocati cenſeantur, & ità pro eis paterna ſtipulatio inita videatur, vt alijs adductis ſermocinatur *Couarr. d. num. 2. verſ. Quinta concluſio,* & quoque *Amatus* complures pariter conglomerans in *dict. Reſolut. 84. nu. 63.* nec non *Card. Tuſch. PP. Concluſ. lit. E. concluſ. 147. num. 11. & ſeqq. Ouid. de Amicis de iure emphyteutico in proœmio, num. 21. infin. Clar. in §. emphyteuſis* latè in *queſt. 37.* & in *queſt. 16. num. 1. infin. Caldas Pereyra vbi ſupr. lib. 2. queſt. 22. num. 22. & ſeqq; & lib. 3. cap. 16. num. 36. & cap. 17. num. 32. & ſeqq. Mart. de ſucceſſione legal. part. 1. queſt. 16. art. 2. ſub. num. 22. Trentacinq. Var. Reſolut. lib. 3. tit. de iure emphyteut. reſolut. 3. num. 7. Gaill. lib. 2. Obſeruat. 128. num. 18.* & plenè *Caſtill. in dict. deciſ. 106.* vbi ità reſolutum quoque fuiſſe dicit in donatione propter nuptias, in qua vocati ſunt filij: quemadmodùm in feudo
3 pacti, & prouidentiæ, quod per filium non hæredem patris, vel etiam paterna hæreditate repudiata retineri poteſt, vt perbellè *Iulius Clarus* qui hanc communem appellat opinionem *lib. 4. ſententiar. §. feudum, quæſt. 9. verſ. Quandoque verò,* & complurib. adductis ſequuntur *Molin. de primogen. Hiſpanor. lib. 1. cap. 8. num. 5. Scrader de feudis, part. 8. cap. 8. num. 12. Card. Tuſch. PP. Concluſ. lit. F. concluſ. 356. num. 8. Gregor. Lopez. l. 6. titul. 26. part. 4. Gloſſ. lo heredo, Aguirri in Reſponſo Portugallie, num. 10. & 81. Roſental. de feudis, cap. 7. concluſ. 20. & 21. Facchin. Controuerſ. Iuris, lib. 7. cap. 5. Coſta de retrotract. caſ. 3. cap. 8. num. 11. Trentacinq; vbi ſupr. lib. 3. reſol. 2. tit. de feudis, num. 3. & 4. Gaill. dict. Obſeruat. 128. num. 19.* cæteriq; quos recenſens ſectatur *Amat. d. l. num. 65.* & ſentire videtur *Dom. Caietanus Ageta in Epitom. fori feudalis, aſſert. 10. §. 4. verſ. Quintò,* diſputans dilatatis fimbrijs, & maxima cùm eruditione, & facundia in §. 6. an
4 feudum indubio hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia præſumendum ſit? quod etiam dilucidat peculiari adhibita oratione in ſuis *Viſion. I. feudal. part. 1. viſ. 17. in Elucidat. num. 6. fol. 105.*

5 Ex his deſcendit profectò, nùm communis iſthæc ſupra expoſita ſententia locum habeat, vel nè, quando ius eſt filijs, & deſcendentibus quæſitum ſub conditione, *ſi non alienauerit?* hoc planè diſcutitur hoc in loco, & traditur concluſum, patrem hoc in caſu in filiorum, & deſcendentiũ præiudicium emphyteuſim alienare poſſe, & de ea ad eius libitum diſponere, dummodò ipſo in
6 contractu, inueſtituræ nè tempore conceſſa ſit alienandi licentia, etenim ſi ſecùs, tunc haùd poſſet, cùm filijs, & deſcendentibus ius priùs ſimpliciter ſit quæſitum, cui per licentiam in eorum præiudicium poſtea obtentam derogatum non eſt, prout *Ruin.* extricat in *conſ. 213. à num. 5. lib. 1.* demùmq; *Gozadin. in conſ. 25. num. 9. Ancharan. in conſ. 125. num. 7.* quos ſectatur *Gabriel. in dict. concluſ. 2. num. 54.* vbi dicit *Alexand.* qui ex aduerſo allegatur in *conſ. 106. ſub num. 8. lib. 4.* eſſe reprobatum; Quamobrem videndum conſequitur.

7 Valeat nè pater in caſu, quo filijs præiudicare poteſt, abſq; Domini conſenſu, & in eius præiudicium in emphyteuſi maioratum conſtituere? examinat hanc quæſtionem, eamq; diſtinctionis fœdere reſoluit citatus *Roderic. vbi ſupr. num. 38.* dicens, aùt emphyteuſis eſt ex pacto, & prouiden-
8 tia: aùt eſt hæreditaria; Si primum non licere emphyteutæ in ea maioratum conſtituere, neque alienationem in eorum præiudicium, pro quibus conceſſa eſt, neq; Domini directi prohibere (ex quo equidèm ſuadetur apertè, controuertendam minimè eſſe ſententiam ſuprà expoſitam, quòd
9 ſcilicèt pater præiudicare non poſſit filios, & nepotes in emphyteuſi per eum recepta pro ſe, & filijs, & nepotibus, cùm huiuſmodi emphyteuſis ſit ex pacto, & prouidentia, quo in caſu filijs, vel nepotibus præiudicare non poteſt emphyteuta, quid quid ſit de probatis per *Dom. Cõſiliar. Hodierna,* ac per *Doctores* ab eo adductos in *addit. ad Surd. deciſ. 322.*) Si ſecundùm, tuncquè aùt
10 de filiorum, hæredumq; præiudicio agitur: aùt de Domini directi præiudicio; ſi primum, emphyteutam maioratum in ea conſtituere poſſe tradit, dummodò filijs vltrà tertium, & quintum bonorum non præiudicet, iuxtà *l. 27. Tauri.* Si ſecundum, non valere maioratum, nec alienationem
11 prohiberi poſſe concludit, nè laudimiorum iuri præiudicium fiat; idemq; cum antè dixerat *Alciat. in conſ. 8. num. 18. lib. 6.* vbi, quòd alienationis prohibitio tenet quò ad emphyteutæ ſucceſ-
12 ſores, qui facto defuncti contrauenire nequeunt, *l. cùm à matre, C. de rei vendicat.* ſed non valet,

quò

Digitized by Google

quòd ad Dominum directum, qui de nullitate dicere potest: & concinunt quæ *Modern.* scribit in *Consuetud. Paris. part.* 1. §. 41. *num.* 60. vbi, quòd
13 feudum, & censualia prædia liberè in Ecclesiam, vel simile corpus mortuum quoquo titulo transferri possunt, & ab Ecclesia acquiri, & possideri, donèc Dominus directus conqueratur, quo casu nõ resoluitur, neq; annullatur alienatio, sed compellitur Ecclesia manum suam extrà in manum idoneam ponere, nisi Dominus ipse malit indem-
14 nitatis suæ æstimationem, quam inuitus accipere non tenetur; ità & paritèr valebit emphyteusis concessio titulo maioratus, donèc Dominus directus de grauamine non alienandi haùd conqueratur, & de eius nullitate dicat.

PROLOGOMEN.

Quibus in casibus luculenta illa comprimatur conclusio, quæ statuit, primo creditore bona hypothecata iure crediti extraneo emptori vendente, inhibitum esse secundo creditori pretium emptori offerre: vendẽte verò haùd creditoris iure, sed suæ acceptionis insolutũ vigore, secundum creditorem emptori oblationem fieri posse; haùd breui aperitur tractatione ad ornatum Imperialis Cõstitutionis in *l.* 1. *C. si antiquior creditor pignus vendiderit.* Vendi autem pignus à creditoribus iure creditoris, an potiùs à debitore, censendum nè sit, cùm instantibus creditoribus res pignori capta iudicati in causam à Iudice exequente venditur? eadem methodo recensitis aliorũ placitis illustratur: disseriturq; demùm, An iuris offerendi beneficium secundo competat creditori, cùm primus creditor rem habuit pignoratam à Iudice per deliberamentum, ex quo subhasta posita fuit, & sibi liberata præsente secundo creditore, qui licitare potuit, haùdq; licitauit? & quid è contrario sensu, etiam exponitur, demõstraturq; ex solemni *Decisione LXIX. Dom. Præs. de Franchis.*

RERVM SVMMA.

1 *Creditore vendente bona hypothecata iure crediti extraneo emptori, secundus creditor illi offerre non poterit, & num.* 7.
Traditur ratio num. 2.
3 *Creditor tempore hypothecæ alienandi ius habet à debitore.*
4 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*
5 *Creditor primus non vendens iure creditoris, sed vigore suæ acceptionis insolutum transfert dominium affectum.*
6 *Cautela traditur, ad hoc vt emens ab illo, qui multos creditores habet, tutus sit ab offerendi iure cæteris creditoribus competente.*
8 *Creditor secundus exercere valet offerendi ius, quando primus creditor rem pignoratam debitoris heredi vendidit.*
Ampliatur etiam, si talis emptio ab herede debitoris, antequàm hereditati se immiscuisset, facta fuerit, vt num. 10.
Limitatur in herede, qui hereditatem adijt cũ beneficio legis, & inuentarij, vt num. 11.
9 *Heres defuncti personam repræsentat.*
12 *Heres inuentarium conficiens se ab hereditate abstinere videtur.*
13 *Ius offerendi competit secundo creditori, quãdo venditio iure creditoris fideiussori principalis debitoris facta fuit.*
Ratio traditur num. 15.
14 *Fideiussor emens bona debitoris, pro quo fideiussit, dolum committit.*
16 *Creditor secundus si rem pignori nexam à primo creditore emerit, per alium creditorem ei offerre poterit.*
17 *Præsumptio iuris, & de iure probationem in contrarium non admittit.*
18 *Dispositio* textus in l. cùm secundus 5. §. si secũdus, & in l. cùm posterior 6. D. de distract. pignor. *limitatur, quando creditor pignus emit non vti creditor, sed vti tertius.*
Declaratur vt num. 19. *&* 20.
21 *Creditor secundus succurritur aduersùs pignorum venditionem à primo creditore factã iure creditoris viliori pretio cùm læsione vltrà dimidiam, & num.* 22.
23 *Ius offerendi locum habet in venditione iure creditoris extraneo facta per primum creditorem, quando ritè, & rectè facta non fuit, & num.* 26.
Ampliatur vt num. 24.
25 *Læsio vltrà sextam admittitur in S. R. C. in venditione, quæ fit sub hasta.*
27 *Venditio pignorum an fieri dicatur iure creditoris, quando fit sub hasta instantibus creditoribus.*
Recensetur negatiua opinio, num. 28.
Contraria notatur num. 31
Distinguitur num. 34.
Quæ distinctio ab Auctore *approbatur num.* 37.
29 *Factum Iudicis partis factum censetur, & num.* 32.
30 *Creditor quidquid facit circà pignoris venditionem, facit tanquàm debitoris procurator.*
33 *Creditor pignora sibi obligata vendi petens, quod propria authoritate sine Iudice facere posset, suam conditionem deteriorem non facit, sed meliorem.*
35 *Authoritas Iudicis in pignore iudiciali distrahendo eadem est, quæ est creditoris in pignore conuentionali vendendo.*
36 *Debitor de euictione tenetur in venditione pignoris à Iudice facta, ac si ipse illam fecisset.*
38 *Opinio distinguens inter alias extremè pugnãtes præualere debet.*
39 *Media via semper est eligenda.*
40 *Ius, vel sententia quando ad vnam magis partem, quàm ad aliam adaptari non possit.*
41 *Ius offerendi secundo creditori haùd competit, quando primus creditor rem pignoratam habuit à Iudice per deliberamentum præsente secundo creditore, qui licitare potuit, & non licitauit.*
Ratio indicatur num. 42.
43 *Creditor facta licitatione non comparens ius hypothecæ amittit.*
44 *Ius offerẽdi locum habet aduersùs priorem credito-*

ditorem, quando licitationis tempore posterior creditor præsens minimè fuit.
Coarctatur, si tertius subhasta emisset, vt num. 45.

46 *Creditor primus quando præuio appretio sibi debitoris bona adiudicat, posteriori creditori non denegatur offerendi ius contrà illum pro re sibi adiudicata.*

OBSERVATIO LXVI.

1 Cœcas luculenti certaminis tenebras dissoluit hæc decisio exponens, primo creditore bona hypothecata iure crediti extraneo emptori vendente, haùd posse secundum creditorem emptori oblationem fieri: vendente verò haùd creditoris iure, sed suæ acceptionis in solutum vigore, posse eo casu secùdum creditorem pretium emptori offerre; discriminis ratio assignatur per Imperatorem in *l. 1. C. si antiquior creditor pignus vendiderit*, cuius memores sunt noster *Author hic*, *Negusant. de pignorib. & hypothec. membr. 3. quinta partis, num. 4.* *Ludouic. Morot. in QQ. de iure offerendi, posit. post sua* Respons. *num. 16.* *Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. cap. 219. num. 5.* est; ca-
2 quippè, quia quando primus creditor iure creditoris vendit, in emptorem dominium non affectũ transfert, etenim cùm creditor ipse acceptæ hy-
3 potheçe tempore à debitore licentiam, iusuè alienandi habuerit, *l. si conuenerit, D. de pignorat. action.* vendendo, omne ius secundi creditoris sublatum censetur, estq; ac si res illa ei nunquàm obligata fuisset: licentia nàmq; vendendi obligationem secundi creditoris præcedit, quocircà quando ex causa præcedenti dominium debitori aufertur, aufertur quoque omnibus, quorum ius
4 ex debitoris facto pendet, quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *l. vbi, §. sed & Marcellus, D. de in diem adiect.* cùm ergò sic tollatur, meritò & ius tollitur, quod ex ea pende-
5 bat, acideò cùm vendit, facit ex potestate præcedenti, sicq; iura omnia, quæ ex dominio illo pẽdent, confundit; Quando verò non creditoris iure, sed suæ acceptionis in solutum vigore vendit, dominium in emptorem affectum transfert, quia quando insolutum recipit, tunc dominium suum acceptione insolutum causatur, non ex potestate sibi tradita, vt vendat, & recipit eo modo, quod dationis tempore debitor habet, at illud obligationis vi est affectum, ideòq; cùm sua macula
6 transit; hanc idcircò discriminis rationem amplectendo *Cynus in d. l. 1. num. 2. in fine* admonet, quòd quando vis benè amico tuo consulere, qui emere vult ab illo, qui multos creditores habet, consules sibi, quòd à creditoribus anterioribus iure creditoris vendentibus emat.

Verùm enimuerò etsi traditio isthæc luculenta sit, & contingẽti in casu haùd parum proficua, & de pane lucrando: nihilominùs semper, ac omni in casu locum obtinere non admittitur apùd Iurisprudẽtię maximùm peritos, propterea quod
7 statuunt, oblationem per secundum creditorem fieri haùd posse emptori, qui à primo creditore iure creditoris vendente emit, quando primus creditor extraneo emptori venderet, non autem si secùs.

Quamobrèm eorum potissimùm votis attentis animaduertimus profectò, iuris offerendi beneficium non cessare, & secundo creditori meritò
8 competere, cùm primus creditor rem pignoratã debitoris hæredi venderet, quoniam tunc huiusmodi venditio extraneo facta dici nequit, sed po-
9 tiùs ipsi debitori, cuius personam repræsentat hæres: vndè euenit, vt sub nomine magis reluitionis, quàm emptionis cadat, ac proindè secundo creditori offerendi ius competat, & procedit etiã
10 si talis emptio ab hærede debitoris, antequàm se hæreditati immiscuisset, facta foret, vt *Gloss.* docet in *l. 2. verb. Conueneris, C. de repudiat. hæredit.* quàm *Paulus de Castro* illic dicit esse perpetuò menti tenendam, quòdue de facili quilibet oppositum diceret: itàq; etiam notat inibi *Iason*, & conuallat *Negusant. vbi supra sub num. 5. vers. Quintò restringitur*, atq; comprobat *Dom. Regẽs de Marinis dict. cap. 219. num. 11.* vbi tamèn
11 adijcit, sententiam hanc restrictionem recipere in hærede, qui hæreditatem adijt cùm legis, & inuentarij beneficio, quia talis hæres ità hæreditatem adiens, vt quilibet extraneus reputandus est, ex *l. final. §. & si præfatam, C. de iure deliber.*
12 cùm hoc præsertim sit inuentarij beneficium, quod scilicèt operatur, vt quis se ab hæreditate abstinuisse censeatur, vt post alios notant *Reg. de Ponte in cons. 37. num. 3. Consiliar. de Georg. Allegat. 42. num. 6. Anna Allegat. 32. num. 13.* & alij, quos sequitur *Dom. Consiliar. Hodierna in addit. ad Surd. decis. 315. sub num. 6.* vbi etiam, quòd exhæredari, abstinere, & hæreditatem capere cùm beneficio legis, & inuentarij idem sunt, ad finem obtinendi priuilegium dictæ *l. final. §. & si præfatam, C. de iure deliber.*
13 Eò magis igitùr id compertum esse, & in principalis debitoris fideiussore locum occupare dicimus, vt scilicèt competat secundo creditori iuris offerendi beneficium, quãdo huiusmodi venditio iure creditoris fideiussori principalis debitoris facta foret, ità enim determinat *Papinianus in l. Fideiussor conuentus 2. D. de distractione pignorum, & hypothecarum*, & probant expressè illic *Bartol. Ludou. Morot. in quæst. de iure offerendi, posita post sua* Responsa, *num. 17.* *Negusant. de pignorib. & hypoth. membr. 3. quinta partis, num. 5. Dom. Reg. de Marinis citat cap. 219. num. 6. Dom. Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib. 1. cap. 10. num. 2.* & videtur sentire *Dom. Consiliar. Carleual. tom. 2. de iudicijs lib. 1. tit. 3. disput. 24. num. 10.* dicens, reuocandam esse venditionem per actionem de dolo, etenim
14 fideiussor, qui emit bona principalis debitoris, pro quo fideiussit, dolum committit, quò fit, vt rem cùm fructibus restituere debeat, iuxtà *text. in l. 1. C. de dolo, l. si mandato Titij 59. §. Paulus, il primo, D. mandat. l. Paulus 59. D. de fideiuss. l. 45. tit. 13. part. 5.* vbi etiam hoc *Gregor.* notat, & sequuntur *Gaspar Roder. de annuis redditib. lib. 2. quæst. 17. ex num. 22. & num. 28. Felician. de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 11. Parlador. lib. 2. Rerum Quotidian. cap. final. §. 16. num. 17. & 18. Hevia Volano in Curia Philipp. 2. part. §. 22. num. 22. Balduin. de pignorib. cap. 18. col. 4. Menoch. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 121. num. 9. Fab. de Anna cons. 37. num. 12. Villadieg. in Politic. cap. 2. num. 154.* quos omnes recenset *Dom. Consiliar. Carleual. d. l.* Idquè

præ-

Digitized by Google

15 præsertim etiã, quia fideiusor, quemadmodùm & secundus creditor, rei principalis pignora emens, videtur magis emere tuendi sui iuris causa, quàm vt dominium acquirat, vt respondent *ICti in l. cùm secundus 5. §. si secundus, & in l. cùm posterior 6. D. de distract. pignor.* ex quibus iuribus inter alios ità perbellè docet *Præs. de Franch. in decis. 69. num. 6. & 7.* & exornatur ex infrà dicendis.

16 Consequimur hinc porrò, certissimam esse conclusionem, quòd si secundus creditor rem pignori nexam à primo creditore emerit, per alium creditorem ei offerre poterit, & contrà eum iuris offerendi beneficio vti, cùm censendus sit, eum tuendi magis pignoris causa, quàm dominij acquirendi ad venditionem accessisse, ideòq; rectè ei offerre ab alio creditore posse, ex allegatis proximè iuribus exponunt *Negusant. & Morot. locis citatis, Reg. de Marinis ibidem num. 7. Dom. Consiliar. Carleual sub dict. num. 10. in fin. & Præs. de Franchis dict. loc.* vbi quoq; tradit, præsumptionem huiusmodi esse iuris, & de iure, cu-

17 ius proprium est, vt probationem in contrarium minimè admittat, *Gloss. in Auth. de equalit. dot. 9. aliud quoque, verb. Priuilegium, Speculator in tit. de præsumptionibus, §. species, num. 5. Bartol. in l. siuè, 16. num. 12.* vbi *Bald. num. 15. C. de probation.* & ibi paritèr *Salycet num. 5. & Alberic. num. 15. Innocent. in cap. quia verisimile, num. 2. de præsumption. Abb. Felin.* alijq; in *cap. quanto, eod. tit.* & latè explicant *Menoch. de præsumption. lib. 1. quæst. 3. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 11. Merend. Controuers. Iuris, lib. 1. cap. 41. & 42.* tametsi autem in contrarium, & præsertim contrà *Dom. Præs. de Franch.* acritèr inuehat *Dom. Consiliarius Arias de Mesa dict. lib. 1. Var. Resolut. cap. 9.* exponens, celsare allegata iura, nempè *l.*

18 *cùm secundus 5. §. si secundus, & l. cùm posterior 6. D. de distract. pignor.* quando creditor pignus emit, non vti creditor, quo in casu procedunt illa, sed vti tertius: nihilò tamen minus quidquid subtilitèr ediserat Ipse, à priori sententia recedendum haùd esse suadent facilè notata per allegatos Doctores, & dixerat *Ipsemet eodem in lib. 1. Var. Resol. cap. 8. num. 10.* dùm tradidit decisionem *textus in d. l. cùm secundus, §. si secundus,*

19 restringendam esse ad eum præcisè casum, quo posterior creditor pignus emit, non autem ad illum, quo iudiciali decreto pignus priori creditori adiudicatum est, ad formam traditã in *l. à Diuo Pio, §. si pignora, de re indicat.* quia ratio à *Modestino* tradita in *d. l. cùm posterior 6. Quia non tàm acquirendi dominij, quàm seruandi sui pignoris causa, intelligitur pecuniam dedisse.* secũdo creditori ementi rectè conuenit, haùd itèm priori, quippè quod cùm antiquior creditor meliora, potioraq; habeat iura *l. potior 11. D. qui potiores*, per emptionem à posteriore factam nihil ampliùs cautionis, aùt securitatis iuri suo adijceret, atq; ideò potiùs de dominio quærendo, quàm de pignore confirmando cogitasse præsumi debet; vndè dicendum euenit, vt omnibus in iuri-

20 bus, in quibus agitur de oblatione pignoris confirmandi causa, haùd de priori creditore à posteriori ementę, sed è contra de secundo creditore, qui à primo comparauit, tractetur, *d. l. cùm secũdus, §. si secũdus, l. cùm posterior 6. D. de distract. pignor. l. in bello 12. §. si pignori, D. de captiuis, l. secundus creditor 22. C. de pignorib. l. prior 5. C. qui potiores in pignor.*

21 Non minùs, idem consequimur dicendum procedere etiam in casu, quando scilicèt primus creditor iure creditoris viliori pretio cùm læsione vltrà dimidiam rem pignoratam venderet, tametsi hoc in casu non per remedium iuris offerendi, sed per remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* succurrendum sit secundo creditori, vt reiecta *Antonij Fabri* sententia tradit *Dom. Consiliar. Arias de Mesa dict. lib. 1. Var. Resol. cap. 35. num. 25.* expendens ad id verba *textus in dict. l. 2. C. si antiquior creditor, &c.* ibi *rectè distrahere*, quibus verbis haùd obscurè significatur,

22 non alitèr posteriores creditores agere impediri ad rei pignoratæ valorem, quàm si iusto pretio fuerit distracta, & hanc nostram sententiam probare etiam videtur *Pereira in decis. 70. num. 4. ad fin.* licèt de *Anton. Fabro* non memmerit, comprobat *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. decis. 224.* reijciens alios aduersantes, & constabilitur abdubio, si rectè perpendantur, & ad casum nostrum applicentur rationes perpensæ pro debitore per eumdem *Dom. Consiliar. Arias de Mesa dict. cap. 35. à num. 4.*

23 Quamob. èm ex hoc idem firmandum dicimus, quando vẽditio extraneo facta per primum creditorem, etsi iure creditoris, ritè tamèn, & rectè facta non esset, veluti quia antè tempus, vel alitèr iuris, pactiq; forma non seruata vendidit, sicq; vt tunc secundus creditor dictam venditionem reuocare volens, audiendus sit debitum offerendo, *Negusant. & Morot. vbi sup. Dom. Reg. de Marinis dict. cap. 219 num. 9. Dom. Consiliarius Arias de Mesa* alios allegans, la èq; id explanans *dict. lib. 1. Var. Resolut. cap. 28. per tot.* & fulcitur ratione illa, quia tunc iste emptor tanquàm merus possessor remaneret, cõtra quem procedit *textus dict. l. 1. & 2. C. si antiquior creditor*, iuncta *l. mulier, D. qui potior. in pign. habeãt. Præs. de Franch. decis. 224.* qui subdit in casu

24 propositæ ibi quæstionis, quòd si facta fuerit vẽditio iure creditoris ritè, & rectè seruatis debitis solemnitatibus, licèt posteriori creditori iuris offerendi beneficium non competat, attamèn si iusto pretio facta non fuerit venditio, & adfuerit læ-

25 sio vltrà sextam, quam dicit dari in Sacro Consilio in venditione, quæ fit sub hasta: consulitur creditori huic posteriori per remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* & proindè refert *ibi num. 4.* Sacrum Consilium cõdemnasse emptorem ad supplendum iustum pretium habito respectu ad emptionis tempus, haùd autem ad pretium, quod si à principio oblatum fuisset, læsio in sexta nõ adesset, absoluendo dictum emptorem ab impetitione iuris offerendi, super quo erat controuersia: etsi autem decisionem istam aduersùs acritèr inuehat *Morot. de secundo creditore offerente num. 25.* vbi complura pensitat ad illam impugnandã, nihilominùs illum reicit *Dom. Reg. de Marinis dict. cap. 219. num. 13.* & tenebat *Dom. de Luca in Obseruat. ad dict. decis. Præs. de Franch. 224. num. 2.* atq; defendi poterit abdubio supponendo casum istum comprehendi, & cadere sub illo, qui controuersiam non admittit, vt idemmet *Morot.* probat *num. 20.* competere scilicèt iuris offerẽdi beneficium in casu, quo venditio per primũ cre-

26 ditorem facta esset aliquo respectu nulla, & in-

ualida, quoniam cùm venditio ist hæc ex læsione, quam admittit vltrà sextam Sacrum Consilium in subhastationibus, dominium irreuocabiliter non transferat, sed benè reuocabiliter in casu, quo appareret de huiusmodi læsione, vtiq; si nulla, & inualida à principio haùd diceretur, nisi docto de læsione, fiet tamèn aliqualiter iniusta, ex quo non iusto pretio; Hæc autem obtinent iuxtà notas regulas, cùm pignus venditur à creditore iure creditoris extraiudicialiter, modò videndum quoq; hìc spectat.

Nùm si instantibus creditoribus res pignori
27 capta in causam Iudicati à Iudice exequente vẽdatur, censendum sit, vendi pignus à creditoribus iure creditoris, an potiùs à debitore? Equidem varia varios hanc rem circà dixisse constat; Quidam enim dictam cõtrouersiam circà sectati fue-
28 runt, pignus à debitore vendi censendum esse, nàm iuris censura idem est, quòd si idemmet debitor venderet, vt inter cœteros sunt *Negusant. de pignorib. & hypothec. dict. membr. 3. quinta partit, num. 7. Anton. Faber in Cod. lib. 8. tit. 10. definit. 1. & de error. Pragmaticor. Decad. 1. error. 5. Surd. decis. 266. num. 13.* quorum omniũ fundamentum constitutum est in celebri adnotatione *Gloss. in l. id quod nostrum 11. oppositi. 5. D. de regulis iuris*, dicentis, factum Iudicis censeri fa-
29 ctum partis, seù debitoris, ideòq; ex facto, & vẽditione facta à Iusdicente tenetur debitor, ac si ipse eam fecisset, *l. si ob causam*, vbi ità notant *ICti* omnes, *C. de euictionib.* obseruatq; *Dom. Cõsiliar. Carleual de iudicijs, tom. 1. lib. 1. tit. 1. disputat. 8. sub num. 8. vers. Eatenùs autem dumtaxàt*, & multis exornat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 13. & 14.* Præterea fun-
30 datur illa in prẽsumptione nimirùm, quòd quidquid facit creditor circà pignoris venditionem, facit tanquàm debitoris procurator, & iuris censura idem est, quòd si faceret procurator debitoris, seù debitor per suum procuratorem, *l. creditori*, vbi notat *Iason num. 2. D. de noui operis nũciat. Bartol. in l. si pignori, num. 8. D. famil. erciscun. Negusant. de pignorib. & hypothec. membr. 1. sexta partis, num. 13.* vndè cùm creditores apùd Iusdicentem pro pignoris venditione istãt, est quasi debitor ipse instaret, vendiq; pignus faceret.

Oppositum verò & alij sectati fuerunt, cùm
31 dicant, quando instantibus creditoribus à Iusdicente venditur pignus, illud vendi à primo creditore iure creditoris censendum esse, è quorum numero recensentur *Præs. de Franchis*, qui ità seruari dicit in S. R. C. *decis. 69. num. 2. Io Vincent. de Anna allegat. 56. ex num. 3. Episcop. Riccius collectan. 67.* ad quam thesim cõprobandam eo vtuntur fundamento per partem aduersã adducto, illud nempè, quia factum Iudicis factũ
32 partis censetur, igitùr cùm Iudex vendit creditoribus instantibus, censendi sunt creditores ipsi vendere: & quidem eo demùm, quia creditores actionem suam exercentes, eamq; in iudicium
33 deducendo, dùm pignora sibi obligata vendi petunt, quod propria authoritate sine Iusdicente ipsi facere possent, deteriorem suam haùd faciunt conditionem, sed meliorem, *l. aliam, D. de nouation. l. non solet, D. de regulis iuris.* Vndè cùm melius sit, tùm creditoribus ipsis ob maiorem emptorum copiam inueniendam: tùm etiam emptoribus, vt remaneant tuti, securiq; ex pignorum venditione, nè ab eis per ius offerendi posteriorum creditorum auferri possit, erunt potiùs censendi iure creditoris vendere, quàm quòd debitor vendat.

34 Alij autem ad rem hanc explicandam distinctionis gladio vsi fuere, dicentes, venditionem pignoris capti in causam iudicati instantibus creditoribus à Iudice ritè, & rectè factam, censeri à creditore iure creditoris factam quò ad quædã, & à debitore quò ad alia: à creditore quidem iure creditoris ad excludendos posteriores omnes creditores à iure offerendi, & quò ad omnia
35 ipsi creditori vtilia, eadem nàmq; est Iusdicentis authoritas in pignore iudiciali distrahendo, quæ est creditoris in pignore conuentionali vendendo, & vtriusque exequuta est potestas *l. 1. C. si in causam iudicat. pign. capt. sit*, cùm ad creditoris instantiam per Iudicem distrahatur, vt ex eius pretio eidem creditori satisfiat, *l. à Diuo Pio §. in venditione, & §. si super rebus vers. Quod si res, D. de re iudicat.* à debitore verò, nè possit ipse legitimum Iusdicentis factum contradicere, aùt impugnare, tanquàm si proprium factum esset,
36 etiamuè euictionis respectu, vt teneatur, ac si ipse vendidisset, quoniam pretium in eius vtilitatem versum est: ità præter alios scribit *Francis. de Claperijs in centur. causarum, caus. 100. quæst. 3. nu. 3. & 4.* nec nõ *Felicianus de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 14. vers. Tertiò prò eadem parte*, & notat *Dom. Consiliarius Carleual. vbi supra.*

37 Ego verò inter literatos illiteratus homuncio, vt in huiusmodi Iurisprudentum dissidio meum interponã opinamẽtum, posteriorem hanc sentẽtiam veriorem esse diudico, potissimùm, quia distinguens opinio inter alias extremè discrepã-
38 tes prævalere debet, nàm quę media est ad veritatem magis accedere videtur, vt *Gloss.* notat in *cap. scientes 3. verb. Ab initio, de censibus*, ibique *Abbas num. 3. & 4. Surd. decis. 126. num. 12. Card. Tuscus PP. Conclus. lit. O, conclus. 150. nu. 17. & 23. conclus. 153. num. 25. & conclus. 154. num. 5. Decian. Respons. 28. num. 8. lib. 1. Mauson. de causis exequutiu. lib. 1. quæst. 7. ampliat. 40. num. 5. Menoch. de præsumptionib. lib. 2 præsumpt. 71. num. 47. Cauall. in speculo pract. in præfa-*
39 *tio, num. 83.* & media via est semper eligenda, *§. penult. Element. Iur. quibus ex causis manumitt. non licet. §. cùm ex aliena. Element. Iur. de rerum diuis. Thom. de Thomass. in floribus legũ, Regul. 178.* vbi declarat, quando ius, vel sententia
40 ad vnam magis partem, quàm ad aliam adaptari haùd potest, *Card. Thusc. PP. Conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 170.*

41 Conuenit ex his omnibus vt videamus, nùm iuris offerendi beneficium competat secũdo creditori, quãdo primus creditor habuit rem pignoratam à Iudice per deliberamẽtum, ex quo subhasta posita fuit, & sibi liberata, præsente secundo creditore, qui licitare potuit, haùdque licitauit? Hercùlè hac in re denegandum esse posteriori huic creditori iuris offerendi beneficium, tradit *Dom. Regens de Marinis dict. cap. 219. sub num. 8.* & ità per Senatum Pedemontanum iudicatum fuisse refert *Thesaurus in decis. 157. sub num. 11.* quod in reuisione confirmatum fuisse testatur *Thesaurus Filius in addit. ibidem lit. B.* reijci-
42 ens *Morot.* contrarium sentientem, ea præcœte-

ris

Digitized by Google

ris ratione, quia ex quo fuit præsens, & non licitauit, sibi præiudicium parauit circà iuris offerendi beneficium, ità vt eo vti postmodum non possit, quod probari etiam videtur per *textum* satis
43 bonum in *l. si eo tempore, C. de remission. pignor.* vbi creditor facta licitatione non comparens ius hypothecæ amittit, vndè amissa hypotheca tractãdum haùd erit ampliùs de iure offerendi.
44 Consequens tamèn ex hoc fit (à contrario sensu) quòd si licitationis tempore talis posterior creditor præsens non fuisset, illud circà præiudicium sibi allatum minimè fuisset, & per consequens hoc in casu dicendum euenit, esse locum iuris offerendi beneficio aduersùs priorem creditorem, quemadmodùm per nostrum S.R.C. decisum testatur *Præs. de Franchis in decis. 69.* vbi *Dom. Reg. de Marinis d. num. 8. & in addit. ad Reg. Reuer. decis. 20. num. 3.* vbi punctualitèr dicunt hoc procedere etiam, si creditor anterior emisset sub hasta, vt hoc in casu hypothecę posteriorum creditorum extinctæ non censeantur, tametsi secùs sit quando emisset tertius subhasta ex venditione
45 facta ad instantiam anterioris: quidquid voluerit *Anell. Amatus consil. 8. num. 4.* nàm ità in S. C. pluries iudicari vidisse testatur *Illustriss. Dom. Reg. Merlinus Controuers. forens. centur. 2. cap. 68. num. 6. in fin.* quippè quod in hoc quòd posteriori creditori, vel etiam debitori offerendi ius integrum sit, nulla priori creditori afficitur iniuria, qui pecuniæ creditor est, ad eamquè consequutionem pignorum venditio ordinatur: quinimò
46 expressum hoc habemus in Regno, quod scilicèt quando primus creditor præuio appretio sibi debitoris bona adiudicat, posteriori creditori non denegatur offerendi ius contra illum pro re sibi adiudicata, vt testatur *Dom. Præs. de Franch. decis. 12. in princip.* etsi autem ratio esse possit, quia huiusmodi adiudicationes in Regno præuia subhastatione non fiunt, sed vel per Tabularios in Ciuitate Neapolis, vel per Expertos extrà Ciuitatem Neapolitanam.

PROLOGOMEN.

Domus appellatione quando, quibusuè in casibus veniat apotheca, haùd breui elucidatur calamo: ac illud ex eo annuitur, nimirùm, Nùm statutum puniens delictum in Ecclesia patrantem locum habeat, si delictum in Ecclesiæ apotheca commissum sit.

RERVM SVMMA.

1 *Domus appellatione venit apotheca, quando ex coniecturis apparet, quòd partes illam de domus pertinentijs esse voluerunt, & num. 3.*
2 *Domus qua contineat, indicantur.*
4 *Res domui coniuncta, quãdo in domus concessione veniat, & num. 6.*
5 *Res ipsa non seruitus consideranda est, vt cognoscatur, an sit ad vsum parata.*
7 *Separatio partis fundi non perpetua, sed propter vberiorem culturam fundum diuersum non facit.*
8 *Possessio apprehensa in vna fundi parte, quando de prædio distincto capta intelligatur.*
9 *Apotheca domui vnita, & sub eodẽ tecto, ac solo existens, qua vno pretio cùm domo empta fuerat, domus appellatione venit.*
10 *Apotheca à domo separata non est domus.*
11 *Statutum puniens delinquentem in Ecclesia locum non habet, si delictum in Ecclesia apotheca commissum sit.*
12 *Statutum prohibens aliquem capi in domo, nõ ideò prohibet capi in apotheca non sita in domo, neque sub eodem tecto.*
13 *Domus appellatione in statuto imponente pœnam offendẽti, seù insultanti ad domum, an veniat apotheca, statium, seù taberna offensi? traditur remissiuè.*

OBSERVATIO LXVII.

1 COntrouersum hic extitisse legimus, An domus appellatione veniat apotheca? & concluſum fuisse constat, illius appellatione non venire, nisi ex coniecturis appareret, quòd partes illam de domus pertinentijs esse voluerunt, vt ex alijs firmat quoque noster *Author in tom. 1. Discept. forens. cap. 126. à num.* 12. quamuis enim domus contineat porticum,
2 aditum, solum, superficiem, claustrum, cameras, tectum, parietes, fundamenta, ostium, portam, ac apothecam, sicquè omnia, quæ pars domus dicuntur, & in domus venditione veniunt, *l. solum, D. de rei vendicat. l. rerum mixtura, D. de vsucapion. Bartol. in l. quod conclaue, D. de damn. infect. & in l. cætera, §. hoc senatus, & in l. quod in rerum, §. si quis post, D. de legat. 1. Alberic. de statut. tom. 2. quæst. 203. num. 2. Albert. Brun. de*
3 *mutat. & trasformat. fol. 393.* nihilò tamen minùs quando contrarium apparet, haùd veniunt, nisi solùm destinata, & ad vsum domus annexa; immò nedùm requiritur, ad hoc vt res domui coniuncta in eius concessione veniat, quòd sit ad
4 illius vsum destinata, sed etiam vt aditum ad domum habeat, consueueritquè cùm illa locari, & eodem pretio cùm domo ipsa empta fuerit, *l. prædijs, §. balnea, D. de legat. 3. Surdus* qui plura adducit *consil. 207. num. 6. & per totum, lib. 2. Bertazzol. cons. 87. num. 13.* quos refert noster *Author vbi supra num. 11.* præmittens *num. 10.*
5 quòd in cognoscendo an res ad alterius vsum parata sit? considerari debet res ipsa, non seruitus, cùm aera, vel solum pars principalis sit, ex *Bartol. in l. periculum, §. quadriga, vers. Hoc non placet, D. de legat.*
6 Isthæc præterea vnio perpetua esse debet, haùdque temporalis, etenim quando res domui destinata, seù vnita non est, vt perpetuò duraret, sed solùm temporalitèr, huiusmodi vnio tantam non habet vim, vt in domus cõcessione ea veniat: que-
7 madmodùm è conuerso, prædia ad vsum vnius agri semèl destinata, ad illumuè incorporata, & vnita, si Dominus alijs illa posteà locauerit colẽda, cùm obligatione plantandi vites, quam obligationem coloni dicti agri acceptare noluerunt, separati ab illo agro ex hoc censeri non debent, cùm locantis mens fuerit separare, & distinguere non perpetuò, sed propter commodiorem culturam, *Ruin. cons. 72. num. 12. & 13. lib. 2.* & concinit *text. in l. Caius 88. §. fin. delegat. 2. Surd.*

Digitized by Google

consil. 195. *num.*5. *lib.*2. post *Bartolum in l.*1. *num.*3. *vers. Sed si poneremus, de reb. dub.* quos sequitur noster *Author dict. cap.*126. *num.*21. ad nectens *num.* 22. quòd per possessionem vnius
8 partis fundi apprehensam est quæsita totius fundi possessio, haùd autem prædiorum distinctorũ, dummodò gratia vberioris culturæ per sœpem, & fossata distincta haùd fuerint, quoniam tunc etiam de illis capta possessio intelligeretur, pro vt in specie concludit *Bald. in l. possessio* 4. *vers. Vltimo attende. num.*4. & ibidem *Angel. num.*5. *C. de acquir. poss.*

9 Domus igitur appellatione venit apotheca domui vnita, & sub eodem tecto, ac solo existens, quæ vno pretio cùm domo empta fuerat; quando verò apotheca per se stat domus appellatione haùd venit, quippè quod attento potissimùm
10 communi loquendi vsu non est domus, quando est à domo separata, *Corn. cons.* 203. *lib.* 1. *Cranett. cons.* 234. *num.*4. *vers. Nonò ista dubitatio, Card. Tusch. PP. Concluſ. lit. D. concluſ.* 619.
11 *num.*39. Hinc fit, statutum punientem in Ecclesia delinquentem locum non habere, si delictum in Ecclesię apotheca commissum sit, vti scribit *Mastrill. in decis.* 222. & si prohibeat aliquem ca-
12 pi in domo, nõ ideò prohibet capi in apotheca nõ sita in domo, nequè sub eodem tecto, *Corn. d. l. num.* 6. & 7. *Castrens. cons.* 211. qui id intelligit, si apotheca suum habeat aditum ex publico separatum, secùs si vnitum, adeò quod aditus ex domo detur; An autem, & quando domus appel-
13 latione in statuto inponente pœnam offendenti, seù insultanti ad domum, veniat apotheca, statiũ, seù taberna offensi? ade *Corn. d. cons.* 203. *à num.* 4. *Bart. cons.* 107. *lib.* 2. *Alberic. de statut. lib.* 2. *quæst.* 35. *sub num.*3. *Farinac. fragment. criminal. part.*1. *lit. D. num.* 232. *Caballin. Resolut. criminal. casu* 13. *num.*2. *cùm seqq. Baiard. ad Clar. §. fin. q.* 82. *num.* 116. *Card. Tusch. dict. concluſ.*619. *num.*34.

PROLOGOMEN.

Ex clausula *sola facti veritate inspecta* largitam haùd esse Iusdicenti facultatem iudicandi sine legitimis probationibus, & requisitis in alijs iudicijs, contenditur, expositis nonnullis de huiusce clausulæ effectu: Verùm Iusdicens cùm ex conscientia negotij veritatem perfectè scit, vt secũdùm eam iudicare teneatur, minimè verò secundùm allegata, & probata, ex nonnullis *Sacræ Scripturæ* præsertim locis suadetur.

RERVM SVMMA.

1 *Iudex ex clausula* sola facti veritate inspecta *num habere dicatur facultatem iudicandi sine legitimis probationibus, & requisitis in alijs iudicijs.*
*Negatiuè resoluitur num.*2.
3 *Clausula* sola facti veritate inspecta *non operatur, vt Iudex demptis substantialibus tàm pro Reo, quàm pro Actore procedere possit.*
4 *Defensiones legitimæ per clausulam prædictam non tolluntur.*
5 *Clausula* sola facti veritate inspecta *quas solemnitates remittat.*
*Et quomodo intelligenda sit, num.*6.
7 *Iudex ex clausula* sola facti veritate inspecta *leuiores probationes admittere potest.*
*Intelligitur vt num.*8.
*Et declaratur vt num.*10.
9 *Iudex secundùm conscientiam iudicare tenetur quando ex ea negotij veritatem perfectè scit.*
11 *Clausula* sola facti veritate inspecta *excussionis beneficium non tollit.*
Nec facit, vt lite pendente dari non debeat manutentio in possessorio summariissimo, vt num. 12.
*Nec etiam citationem aufert, vt num.*13.
*Denique nec tollit ea, quę alio statuto sunt in specie prouisa, vt num.*14.
15 *Clausula* manu regia *qua operetur.*

OBSERVATIO LXVIII.

1 ADtrutinam reuocat clausulam *sola facti veritate inspecta* noster *Author hic* disputans, an vigore huius clausulæ detur Iusdicenti facultas iudicandi sinè legitimis probationibus, & requisitis in alijs iudicijs, nempè necessarijs, plenis, & concludentibus? quemadmodùm quoque *Marta de clausulis, part.*1. *clausul.*368. *Vgon. eod. tract. pag.* 487. & 488. *Barbos. de clausulis vsu frequentib. clausul.* 173. vbi laudat præsentem decisionem, *Gambar. de Legat. lib.*8. *tit. de potestate Legat. in iudic. num.*163. *cum seq. & num.* 169. *Theodos. de Rubeis in singularibus Rotæ tom.*2. *part.* 4. *clausul.* 791. *Blanc. de compromiss. quæst.*1. *num.*37. *Menoch. de Arbitr. lib.*1. *quæst.* 24. *Lancellott. de attentat. in præfat. num.*45. *Mynsinger. Obseruat.* 44. *centur.* 2. *Cacheran. decis. Pedemontan.* 1. cœ. teriquè quos recenset *Dom. Regens* Rouitus *super Pragmat.* 4. *de Ordine Iudicior. num.* 16. &
2 in proposito cerramine negatiuè resolut idem noster *Author hic*, vt pariter firmarunt *Bartol. in Extrauag. ad reprimendum*, *Ruin. cons.*38. *lib.* 5. *Natt. cons.*585. *lib.* 3. etenim clausula illa tantæ haùd est potentiæ, vt per eam intelligatur,
3 quòd procedere debeat Iusdicens demptis substantialibus, tàm prò Reo, quàm prò Actore, vt *Bartol.* aderit *ibidem*, nec non *Luc. de Penna in l. litibus, vers. Edictalem, C. de agric. lib.* 11. nèc demùm, quòd sublata intelligatur facultas
4 alicui ex partibus faciendi suas defensiones, quæ per eam minimè tolluntur, vt statuere videtur *Clement. sæpè, de verbor. signif.* cuius verba sunt hæc, *Non sic tamèn Iudex litem abbreuiet, quin probationes necessarię, & defensiones legitimæ admittantur*, & in terminis post *Bald. in l. nemo, C. de sentẽt. & in l. Iustitia, D. de Iustit. & Iur.* dicit *Rodoan. de spolio Eccles. quæst.*13. *nu.*14. nec non *Rota Bonon. Diuers. decis.*65. *n.*140. vbi ait,
5 prænominatam clausulam rigorosas iuris solemnitates dumtaxat remittere, secùs autem eas, quæ ad reperiendam veritatem tendunt: & quòd illa
6 intelligi debeat de veritate legibus probata, ex *textu in l. nemo, C. de sentent. & interloc. omn. Iudic.* notant elegantèr *Gaill. lib.*1. *obseruat.* 42. *num.* 2. *Mynsing. centur.*2. *Obseruat.*44. *num.* 4. *Benintend. decis.* 44. *n.*2. quos sequitur *Illustriss.*

Dom.

Digitized by Google

Dom. Regens Merlin. Controuers. forens. cap. 34. num. 5. tom. 1. vbi Ipse hoc etiam probaui in meis *Scholijs*, quæ typis mandari spero, Deus tamen nostris si annuat votis.

7 Etsi autem virtute huiusce clausulæ leuiores probationes admittere possit Iusdicens, vt tenent *Roland. cons. 7. num. 36. & Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 24.* quos recensет *Marta dict. clausul. 368. n. 8.* hoc tamen intelligitur, quãdo aliũdè
8 scit veritatem aliter se habere, vt *Cravett.* probat in *tract. de antiquit. tempor. particul. 9. quinta partis principalis, num. 6.* cuius memor est *Barbos. dict. clausul. 173. num. 15.* vndè dicimus, eũ secundùm conscientiam iudicare teneri, cùm ex
9 ea, negotij veritatem perfectè scit, hàùd verò secundum allegata, & probata, (quidquid non nulli contrarium dixerint) per *textum iuris Sacræ Scripturæ Exod. 23. v. 7. Leuit. 19. v. 15. Zach. 7. v. 9. Matth. 27. v. 15. Marc. 15. v. 10.* facit Ius Canonicum in *cap. eum eterni 1. de sentent. & re iudicat. in 6. Clement. multorum 1. §. verùm, de hæretic.* & confert Ius Ciuile in *l. eum, 79. §. Iudicibus 1. D. de iudic. l. testium 3. §. 1. D. de testibus, l. quod si 4. sub fin. D. de eo quod certo loco, l. placuit 8. l. rem non nouam 14. in princ. C. de iudic. Auth. hodiè, C. eod. tit. Coras. lib. 4. Miscellan. cap. 20. num. 5. Bachou. in animadu. & not. ad Treutl. vol. 1. th. 14.* concludens sub fine, rectiùs facere Iudicem si se abstineat, & rei dubiæ Superiorem conscium faciat, quod notat etiam nouissimè *Dom. Ageta in Epitom. for. feudal. assert. 3. §. 5. circà finem*, & hanc nostram thesim aliorum auctoritate fultus *in suo Discursu Politico-Legale pro tuitione iuris dictionis militaris, cap. 13. fol. 93. circà med.* probare etiam videtur Illustriss. Marchio Latertiæ Dominus *D. Antonius Perez Nauarrette* Eques sanè Nobilissimus, I.C. præstantissimus, Senator integerrimus, constãtissimique animi administer, S.R.C. Decanus, ac Summus Regiam Cancellariam Regens; Quinimò quamuis tradatur, quòd licitum sit
10 leuiores illas probationes admittere, hàùd tamen arguere valet, vt Iudex iuxtà legitimas probationes iudicare non teneatur, cùm substantialia iudicij talis clausula non tollat, quemadmodùm
11 neque demùm excussionis beneficium, *Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 51. num. 4. Marta dict. clausul. 368. num. 10.* quos, & alios refert *Barbosa vbi supr. num. 23.* etenim considerando discussionem respectu interesse partis, videlicèt, quòd donèc debitor est soluendo, non molestetur tertius possessor, tunc hoc apicem iuris non concernit, sed æquitatem, ità vt quamuis causa cognoscatur sola facti veritate inspecta, poterit tamen tertius possessor exceptione ista se tueri, admittiquè debet, quasi inconueniens sit, haùdque æquum, vt conueniri possit, donèc debitor, eiusquè fideiussor est soluendo.

12 Præterea, neque talis clausula operatur, vt lite pendente dari non debeat manutentio in possessorio summarijssimo, vt notat noster *Author in tom. 3. Disceptat. forens. cap. 569. num. 33.* que-
13 mamodùm nec etiam citationẽ aufert, vt docet *Brun. in cõs. 27. n. 7. vers. Sextò ex modo procedẽdi*, post *Bartol. in Extrauag. ad reprimend. in verbo, Et figura, num. 13. vers. Item etiam in dictis causis*, & sequitur noster *Author. in decis. 231. num. 4.* nec non *Barbos. dict. clausul. 173. num. 24.* & demùm neque ea, quæ alio statuto sunt in specie prouisa, excludit, *Minach. decis. 2. num. 9.* Hæcque omnia procedunt pariter in
15 clausula *Manu Regia*, quæ licèt operetur, vt possit quis quasi Princeps procedere, fallit nihilominùs in dictis casibus, vt post alios, quos refert, lato calamo exponit idem *Barbos. in clausul. 78.*

PROLOGOMEN.

Notarius, si fideiussionem receptionis tempore hàùd idoneam receperit, vt ad partis interesse teneatur, annuitur: sed an omnibus in casibus conclusio isthæc suum obtineat locũ? ostenditur, resoluto demùm, An ad partis interesse teneatur alterum laudans, dicendo, illum locupletem esse bonum, & securum? ad ornatum Responsi *Vlpiani I.C. in l. si verò 12. §. cùm quidam, D. mandati.*

RERVM SVMMA.

1 *Fideiussionis contractus vt necessarius societati humanæ, ità periculis obnoxius.*
2 *Fideiussores recipientes obnoxij sunt fideiussionis periculo.*
3 *Scriba, qui per negligentiam, vel dolum in inuentario fecit minorem rerum æstimationem, & secundùm illam fideiussores recepit, tenetur ex conditione l. final. C. de Magistr. conuent.*
4 *Actor electionem habet conueniendi prius Magistratum, vel Scribam, vel Æstimatorem.*
5 *Notarius recipiendo fideiussionem minus idoneam ad partis interesse tenetur, & num 7.*
Declaratur, vt num. 6.
Limitatur, cùm Notarius de Iudicis mandato id facit, vt num. 8.
Item, cùm principalis debitor est soluendo, & multum dines. vt num 9.
Item; quando fideiussorem in præsentia partis non reclamantis recepit, vt num. 10.
Itidem, quando fideiussores cùm approbatore recepit, vt num. 11.
Itidemque cùm fideiussor fideiussionis præstitæ tempore erat soluendo, vt num. 12.
13 *Laudans alterum dicendo, illum locupletem esse bonum, & securum, ad partis interesse nõ tenetur.*
Limitatur vt num. 14. & 15.
16 *Approbans, & persuadens alicui, vt alteri credat, mandati actione tenetur, si ille est idoneus, sin autem actione de dolo.*

OBSERVATIO LXIX.

1 VAdimonij, & fideiussionis contractus, vt necessarius societati humanę, ità periculis obnoxius, nàm eo depauperari homines, luctuosis experimentis didicimus, *Ecclesiast. 8.* vbi, *Si fideiusseris, cogita id, tibi esse soluendum.* Huic verùmtamen
2 oneri non solùm fideiussores, sed etiam qui eos recipiunt, si receptionis tẽpore idonei haùd fuerint, subijciuntur, ad *text. in l. fin. C. de Magistr. conuen.* vbi Scriba, qui per negligentiam, vel do-

lum

lum inuentarium scripsit', minorem æstimationẽ
3 rerum faciendo, & secundùm illam fideiussorem recipiendo, tenetur conditione ex dicta lege, vel
4 actione in factum, qua tenetur etiã Magistratus, ità vt in Actoris electione sit, an priùs Magistratum, vel Scribam, vel Æstimatorem conuenire velit, licèt secundùm alios priùs Tutores, & Magistratus conueniãtur, posteà Scribæ, & Æstimatores, vt refert *Gloss. in dict. l. final. in verb. Legibus*, quæ tamèn dicit nulla lege probari, prout etiam testatur *Azo, & Cuiac. in summa Cod. eodem titul.* & passim *ICti in l. 1. D. de Magistr. conuenien.* ac noster *Author hic n. 2.*

5 Hinc fit Notarium ad partis interesse teneri recipiendo fideiussionem receptionis tempore haùd idoneam, vt conclusum testatur noster *Author hic*, approbatq; *Aretin. de fideiussorib. sect. 3. cap. 4. num. 12.* per *text. in dict. l. final.* itaq; etiã *Dom. Præs. de Franch. decis. 480. num. 3. Seraphin. decis. 576. num. 6. part. 1. Farinac.* luculentèr in *sua praxi criminal. tit. de delictis, & pœnis, quæst. 24. num. 83.* & iterùm in dicta *praxi, titul. de carcer. & carcerat. quæst. 33. num. 83. cùm seqq.* vbi admonet, quòd fideiussor per Notarium receptus, si non est idoneus, Notarius tenetur de
6 suo, qui declarat, & restringit præmissa ad fideiussorem iudicij, secùs verò esse vult, si sit fideiussor contractus, & subdit, quando teneatur Iudex, quando Notarius, quandouè Approbator; hocq; idem tradidit *Ioseph Ludouic. in decis. 33.* vbi ad saturitatem disputat, an, & quando, & quomodo, ac quibus in casibus Notarius recipiens fideiussores haùd idoneos teneatur de suo, si fideiussores illi non sunt soluendo? quibusq; casibus Notarius excusetur, licèt fideiussores illi à Notario recepti soluendo non sint? vbi sub *num. 1.* dicit firmans
7 regulam, Notarium fideiussores minus idoneos recipientem teneri ad interesse Fisco, Pupillo, & Reipublicæ, & sub *num. 2.* hoc extendit ad priuatas personas.

8 Præcipui autem casus sunt quippè, quando Notarius de Iudicis mandato id facit, nàm tali casu mandatum Iudicis Notarium excusat, vt de proprio non teneatur, *Ioseph Ludouic. dict. decis. 33. num. 13. Farinac. dict. titul. de carcer. & carcerat. quæst. 33. num. 90.* Prætereà, quando princi-
9 palis debitor est soluendo, & multum diues, sufficit nàmq; hoc in casu, quòd eius patrimonium tantùm valeat, quantùm est quantitas promissa. *Ioseph Ludouic. ibidem num. 14. & 15. Farinac. dict. loc. num. 91.* Demùm, si Notarius fideiussorem minus idoneum in præsentia partis non re-
10 clamantis recepisset, *Ioseph Ludouic. vbi supra num. 16. Farinac. dict. quæst. 33. num. 92.* qui dicit, satis esse non tantùm expressum, verùm etiã
11 tacitum partium consensum; denique, quando Notarius fideiussores cùm Approbatore recepit *Farinac. cit. loc. n. 89.* & tandèm, quando fideiussor tempore fideiussionis præstitæ erat soluendo, licèt ex post effectus fuerit non soluendo, *Farinac. dict. quæst. 33. num. 93.* His modò attentis
12 incongruum haùd est, vt notemus, quòd.

13 Ad partis interesse non tenetur alterum laudans, dicendo, illum locupletem esse bonum, & securum, nàm qui alterum laudat, atque commẽdat, cùm illo contrahi non mandat, vt expressè decidit *Vlpianus I. C. lib. XXXI. ad Edictum*, notatus in *l. si verò 12. §. cùm quidam, D. mandati*, nisi ad decipiendum contrahentem laudet, quo-
14 niam tunc foro poli etiam attento ad omne damnum parti ex tali fideiussione illatum tenetur, *Ioseph Ludouic. dict. decis. Lucens. 33. num. 4. &* 5. vbi vult, quòd simplices laudatores ex eorum laudatione non obligant, nisi dolosè hoc egerint,
15 vel nisi sit consuetudo, redditq; rationem, quia nemo non approbando non vult inimicitias contrahere in præsentia maximè partis, & improbare personam, aùt alicuius facultates; hoc idem ponit *Peregrin. de iure Fisci, lib. 6. tit. 5. de conduct. & emption. gabell. & rerum fiscal. num. 38.* vbi hoc extendit ad eum, qui aliquem in iudicio in fideiussorem pro idoneo nominat.

16 At quid fore dicendum in aliquid alicui persuadente, vt alteri credat, an & ipse sit fideiussor, & vt talis obligetur? fui hac hercle in re semèl interroga us, & respondi, quòd si approbatus, & persuasus est idoneus, approbator dicitur persuasor, quapropter indè mandati actione tenetur; si verò idoneus haùd est approbatus, eumquè haùd idoneum esse sciebat, tunc talis persuasor actione de dolo tenetur, nixus potissimùm authoritate *Pyrrhi Mauri Arretini* punctualitèr id docentis in *tract. de fideiussoribus dict. cap. 4. num. 9.* vbi allegat *textum in l. si remunerandi, §. si tibi, D. ad Macedon.*

PROLOGOMEN.

Attentatorum causam summariam esse, & priuilegiatam quantum ad iudiciarium ordinem, ità vt in ea seruari minimè debeant termini seruandi in causis ordinarijs, exponitur, notato demùm, Num attentata in primis, & ante omnia reuocentur? & quid stantibus clausulis *Summariè, sola facti veritate inspecta, & Manu Regia.*

RERVM SVMMA.

1 *Attẽtata reuocantur, etsi termini nõ seruentur, qui aliàs in causis ordinarijs seruari solent.*
2 *Causa attentatorum est summaria, & priuilegiata quantum ad iudiciarium ordinem.*
3 *Iudicium attentatorum est magis priuilegiatũ, quàm illud nullitatis.*
4 *Nullitas cùm per viam appellationis deducitur, innouata attentatorum priuilegio reuocãtur, secùs si sine appellatione.*
5 *Attentata quando in primis, & ante omnia reuocentur, & num. 6.*
Quidnè stantibus clausulis Summariè, sola facti veritate inspecta, *&* Manu Regia, *traditur num. 7.*
8 *Clausula prædicta operãtur, vt Iudex vti Princeps, & sicut Deus procedere possit.*
Et demùm, secundùm suam voluntatem, vt num. 9.

OBSERVATIO LXX.

1 IN iurgio huiusce loci, testante *Authore* nostro *hic*, decisum fuit, benè actum fuisse super reuocatione attentatorum, etiã quòd non fuerint in eo seruati termini, qui aliàs

in

in causis ordinarijs seruari solent, etenim vnico
2 fertur ore, attentatorum causam summariam esse, & priuilegiatam quantum ad iudiciarium ordinem, vt præsertim *Abb. in cap. in literis, vers. Item aduerte, num. 46. de restit. spoliat. Oldrad. cons. 1. num. 16. Bellam. decis. 286. & 294.* Vndè *Mandos. form. 14. commiss. in primis, & antè omnia exponit*, tradit, haùd obstante pendentia super nullitate antè omnia attẽtata reuocari, cùm
3 attentatorum iudicium sit magis priuilegiatum, quàm illud nullitatis: quidquid aurumet *Vestr. in praxi, lib. 8. cap. 4. num. 2.* vbi, quòd attentata nullitatis causa pendente in primis, & ante omnia non reuocantur, sed postquàm is, qui de nullitate diceret, in causa nullitatis obtinuisset, sicq; beneficio iniustitiæ: Etenim, quando nullitas per viã,
4 & modum appellationis deducitur, semper exequutionem impedit, nè aliquid interim patri innouetur, & attentata sunt nulla, ac via, & priuilegio attentatorum reuocãda veniunt: quando verò nullitàs principalitèr sinè appellatione deducitur, tuncq; locum eorum reuocatio non habet, sed magis negotij finis, ac victoria super nullitate expectatur, vt perbellè dilucidat noster *Author hic num. 12. & in decis. 110. num. 13.* subnectens, hanc esse vnam de differẽtijs, & vtilitatibus, quæ nullitatem per viam appellationis deducẽdo elicitur, cuius naturam assumit, multaq; alia priuilegia obtinet, *Franch. in cap. Dilecto 63. num. 22. quæst. 9. vers. Quarto operatur, & num. 32. vers. Ex quibus omnibus tene menti, de appellation. Rebuff. de sentent. exequut. gloss. 10. art. 7. num. 8.*
5 Hæc equidem attentata in primis, & antè omnia reuocantur, si attentantem intèr, & eum, qui illa passus est, agatur, secùs autem respectu tertij, per quem impediri potest, nè possessio restituatur attentata purgando, quasi personas, quas attẽtatorum articulus concernit, egredi haùd debeat, *Ruin. consil. 75. num. 9. lib. 5.* dummodò tamèn
6 cum illo tertio attentata non concurrant, quippè quod etsi tertius iste impedire possit, nè possessio restituatur, procedit nihilominùs, quatenùs cùm eo attentata non concurrant, ex rationibus compluribus per *Lancellott.* congestis in *cap. 30. de priuilegijs attentatorum, num. 256.* vbi, quòd ità resolutum fuit in Rota coràm Cardinale Blanchetto Calaguritana translationis 3. Iulij 1573.
7 Haùd deniquè attentata in primis, & antè omnia reuocantur stantibus clausulis *Summariè, sola facti veritate inspecta, & manu Regia*, prout inquiunt *Honded. cons. 94. num. 65. lib. 1. Lancellott. de attẽtat. part. 1. in præfat. num. 45. Mãdos. de commiss. form. 14. quæst. 4.* quos recensẽt, & sequitur noster *Author in decis. 68. num. 19.* atquè in *tom. 2. Disceptat. forens. cap. 206. num. 2.* & sectantur demùm *Augustin. Barbos. de clausulis, clausul. Sola facti veritate inspecta, 173. num. 22. Ruginell. practicar. quæst. cap. 1. num. 162.* quia huiusmodi clausulæ operantur, vt Iu-
8 dex vti Princeps, & sicùt Deus procedere possit, *Bertaz. in Repetit. l. si quis maior, num. 60. & 61. C. de transactionib. Valasch. de iure emphyteutico, quæst. 6. num. 12. noster Author decis. 36. num. 13. decis. 68. num. 1. & dict. cap. 206. num. 3. Augustin. Barbos. dict. clausul. 173. num. 6.* atq; de-
9 mùm secundùm suam voluntatem, *Vgo de Clausulis, num. 89.* cuius memor est idem noster *Author dict. cap. 206. num. 3.*

PROLOGOMEN.

Bonorum mariti excussio, vt interueniat, opus esse, antequàm mulier contrà tertium m. possessorem assecurationis iudicium instituat, contẽditur ex *textu* præsertim in *Auth. Hoc si debitor, C. de pignorib.* eamq; assecurationem, vt super bonis à tertio possessis consequi valeat mulier, viri vergentiam ad inopiam concludentèr probare debere annuitur, etsi aliud sit, cùm directè, & immediatè contrà virum ad inopiam vergentem pro dotis assecuratione suos dirigit gressus; Postremò probatur, vxorem nuptialibus tabulis carente dotis assecurationem petere posse, iuxtà solemnem S.R.C. decisionem penès *Matthæum de Afflictis 332.* & exornatur *Consuetud. Neapol. Dos, & quarta, sub tit. de iure quartæ.*

RERVM SVMMA.

1 *Excussio bonorum mariti non requiritur antequàm mulier agere possit ad dotem contrà tertium possessorem.*
Contrarium verius, vt num. 2.
3 *Actio hypothecaria contrà extraneos pignorum possessores intentari non potest, nisi debitorum prius, Fideiussorumq; facultatibus excussis.*
4 *Mulier assecurationem petens super bonis à tertio possessis, viri vergentiam ad inopiam concludenter probare debet.*
Comprimitur, quando directè, & immediatè contrà virum suos dirigit gressus, vt num. 5.
Ratio traditur num. 6.
7 *Mulier assecurationem petens directè contrà virum, sat est eiusdem viri extraiudicialis confessio de vergentia ad inopiam.*
8 *Mariti inopia probatur, si pro alijs fideiusserit.*
Item, si ad triremes condemnetur, vt num. 9.
Sic quoque, si exulatur, vel bannitus, siue foriudicatus fuerit, vt num. 10.
Sic demum, si plura alienationum instrumenta à viro factarum inuenerentur, vt num. 11.
Pariterq; ex vulgi fama, & opinione, vt num. 12.
Deniq; si ludi vitio deditus esset, vt num. 13.
14 *Bonorum amissio ex ludo semper elicitur.*
15 *Vxor non habens dotale instrumentum assecurationem petere potest & num. 20.*
Decisum traditur num. 19.
16 *Dos absq; dotali instrumento peti non potest.*
17 Consuetudo Neapol. Dos, & quarta, de iure quartæ, *in probatione, & assecuratione dotis suum haùd obtinet locum.*
18 *Testes produci possunt ad concomitandum dotale instrumentum, etiam contrà personam in eo non nominatam.*
21 *Fides testibus suspectis non præstatur.*
22 *Mulier obtenta assecuratione super aliqua re, soluto postmodùm matrimonio variare non potest.*
Limitatur vt num. 23.

OB.

Digitized by Google

OBSERVATIO LXXI.

CRebrum in foris est alsecurationis iudicium, cuius angustias probare cogitur mulier, cùm malum habet virum, & nisi diligens, & cauta est, dotibus aliquãdo per varias coloratas causas exuta remanet; cùm igitur fit casus illam petendi, altercari solet interdùm, nùm possit mulier contrà tertium possessorem agere ob vrgentiam viri ad inopiam non facta bonorum illius discussione? Quod circà etsi primo intuitu, atque primo intellectus voto affirmatiuè respondendum videatur, prout in huiusce loci controuersia decisum fuit, teste *Authore* nostro *hic*; nihilò tamen minùs contrarium (verùm saluatur decisio, ex eo quia in facto, vt ex eius lectura patet, complura concurrebãt, quibus suadetur, rectè decisum fuisse, & præsertim quia in hypothesi eius controuersiæ attenta statuti dispositione, quam probatã fuisse in actis dicit noster *Author*, conuentus dici non poterat tertius possessor, nisi elapso anno, tametsi ei facta fuerit adiudicatio bonorũ pro dote hypothecatorum) quòd nempè bonorum mariti excussio interuenire debeat, antequàm mulier contrà tertium possessorem iudicium instituat, docet [1] expressè *textus in Auth. Hoc si debitor, C. de pignorib.* nec non *Gloss. in l. vbi adhùc, verb. Qui non potior iura, in fin. C. de iure dotium*, allegans *Auth. de fideiuss. §. sed neque*, vbi hypothecaria actio contrà extraneos pignorum possessores intentari nõ [2] potest, nisi priùs Reorum, Fideiussorumuè omnibus facultatibus excussis, sequiturq; hanc *Glossam Bald. ibi num. 1.* dicens ità seruari, & affirmat *Bartol. in l. si constante, num. 72. vers. Secundò quaro, D. soluto matrim.* quem sectatur *Nouell. de dote, priuileg. 37. par. 9.* vbi hanc esse cõmunem opinionem testatur, idemq; firmant *Anton. de Phano de pignorib. in primo mẽbro quintæ partis, num. 28. Cephal. cons. 98. num. 9. vol. 1. Crot. cons. 199. vol. 2. Minadous cons. 18. num. 8. Galluppus in praxi S. R. C. part. 2. cap. 9. num. 35. & seq.* & notat nouissimè *Dom. Gregorius Motillus in suo Archetypo impresso post praxim S. R. C. annotat. 1. sub num. 11. vers. Hoc tamen discrimine.*

[4] Immò plenè, & concludentèr probãda est hæc viri vergentia ad inopiam, vt alsecurationem super bonis à tertio possessis consequi valeat, cùm de magno illorum possessorum præiudicio tractetur: tametsi id opus esse haùd videatur, cùm [5] mulier directè, & immediatè cõtra virum ad inopiam vergentem pro alsecuratione agit, quo casu sufficit qualis qualis sit, itèmq; semiplena proba[6] tio, quoniam tunc, cùm graue haùd sit præiudicium ipsi viro, sed benè leue ex eo, quòd de fructibus ipse quoq; alimentari debet, probationes adeò integræ, ac si de pleno præiudicio tractaretur, non requiruntur, secundùm *Bartol. in dict. l. si constante, Gomes. ad l. Tauri 50. sub num. 33. vers. Item adde*, vbi extraiudicialem eiusdem vi[7] ri confessionem de vergentia ad inopiam sat esse dicit, *Nouar. lib. 2. quæstion. forens. cap. 74. num. 13.* vbi post *Hippol. de Marsil. Singular. 574.* & *Marant. Disput. 6. num. 13.* sufficere notat, si ma[8] ritum pro alijs fideiussionem præstitisse proba-

retur, cùm hoc dilapidationis speciem esse arbitretur, *Napodan. in Consuetud. vbi dos, num. 27.* [9] vbi sat esse tradit, si maritus ad triremes condemnetur, *Farinac. decis. criminal. 197.* alijq; penès *Riccium collect. 4124. col. 3. vers. Infertur decimò, lib. 9.* qui sufficere scribunt, si vir exulatus [10] fuerit, vel bannitus, siue foriudicatus, licèt sine bonorum publicatione, *Roland. cons. 9. vol. 1.* vbi sat esse ait, si plura alienationum instrumenta à [11] viro facta rum inuenerentur, *Illustriss. Dom. Regens Fabius Capycius Galeota Controuers. Illustr. tom. 2. controuers. 65. num. 37.* vbi sufficere [12] inquit, si publica vox, & fama foret, quòd ille talis dissipator sit, & malè vtatur substantia sua, perdoctus *Dom. Ioan. Franciscus Maretta Cõtrouers. forens. cap. 14. num. 12.* vbi sufficere ob[13] seruat, si maritus ludi vitio deditus esset, nàm attento potissimùm quotidiano experimento, ex eo [14] semper elicitur bonorum amissio, & sæpè lucratur fortuna, vt infortunia indè plurima in lusores oriantur, quemadmodùm haùd in eleganti oratione Ipsemet obseruari in priori meo *Menexeno, siue Epitaphio memorabilium ad bonũ Reipublicæ regimen attinentium, §. 18.* vbi alia complura obseruata digna adnectantur; Expositam autem nostram suprà casuum distinctionem probant expressè *Petrus de Benintend. decis. Bonon. 68. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 22. num. 14. cũ seqq. Magon. decis.* similiter *Lucens. 55. num. 4 et 5.* qui *dicto num. 4.* videtur sentire, quòd si falsa allegetur inopia succumbere debet mulier, *Dom. Abbas Horatius Barbatus super Pragm. de Assistentia præstanda, Gloss. 2. num. 76. Io. Baptist. Ciarlin. lib. 1. Controuers. iuris, cap. 94. num. 10.* & confirmare videtur *Pract. Papiens. in forma libell. quo agit vxor ad dotem, verb. Vxor quondam, num. 32. Dom. Verde 3. Panton. num. 773.*

[15] Cæterùm, vt alsecurationem obtinere valeat mulier, necesse est etiam vt dotale producat instrumentum, illo autem si careat, non ideò sequitur, mulierem pro cautela suę dotis, & antephati vti non posse huiusmodi alsecurationis beneficio, tametsi secundùm nostram Consuetudinem, quæ incipit *Dos & quarta*, absque dotali instrumen[16] to dos peti non possit; etenim tali casu quòd mulier alsecurationem petere possit, decisum testatur *Afflict. decis. 332.* vbi habetur, quòd ad inopiam vergente Stephano Follerio filio Franciscí, Altobella Copularia sua vxor, quamuis ad sui beneficium dotale haberet instrumentum ab ipso viro confectum, nihilominùs alsecurari petijt super bonis Francisci, quia ipsi dotes solutæ fuerunt, & ab eodem per scripturam priuatam fuerat promissum eas conseruare, cautasque facere & licèt per alios filios, & cohæredes dicti Francisci oppositum fuisset bona dicti patris obligata haùd esse propter obligationem non secutam, sicque absque dotali instrumento dos peti non poterat attenta dispositione dictæ *Consuetud. Dos, & quarta*, His tamèn minimè refragantibus hac in controuersia per S. R. C. duo fuerunt resoluta dubia; Primum, quòd citata *Consuetudo Dos, &* [17] *quarta*, locum non haberet in probatione, & alsecuratione dotis, quia aliud erat petere, aliùd probare, vt *Napodanus* aduertit super eadem *Cõsuetud. gloss. 1.* Secundum, quòd ad concomitan[18] dum dotale instrumentum etiam contrà personã in eo haùd nominatam testes produci poterant

circà

Digitized by Google

circà plus quod in instrumento dicebatur inesse, & scriptum haùd erat, & propterea per S.C. con-
19 cessa fuit assecuratio super bonis dicti quondam Francisci: quam decisionem sequutus est *Vrsillus ibi in addit. sub num.* 3. allegans *Alexand. cons.* 53. *vol.* 4. etsi in alia facti contingentia plerosque Dominorum S.C. ad negatiuam partem inclinasse testetur *Grammat. decis.* 92. *sub num.* 23. ni-
20 hilominùs à priori sententia recedendum haùd esse exponit nouissimè *Dom. Motillus dict. annotat.* 1. *sub num.* 30. & 31. & illud non obstare adnectit, quippè quod licèt Domini Consiliarij illius temporis præter *Grammaticum* ad dictam negatiuam sententiam propensi erant, tamèn
21 quia testes per Actricem producti erant suspecti, ob quod eis fides non fuit præstita, *Nàm si vita bona defuerit, fide carebit: non enim potest iustitia cum scelerato homine habere commercium*, inquit Pontifex in *cap. Forus, de V.S.* hac de causa S.C. denegauit petitam assecurationem, vt videre fas est sub *dict. n.* 23. *vers. Attamèn quia testes*, licèt non ità, sed malè notet, *Berardinus Muscatell. in praxi S.R.C. part.* 3. *Gloss. Adiudicatur, num.* 58.

22 Obtenta verò assecuratione super aliqua re, nequit postmodùm mulier matrimonio soluto variare, & contrà tertios possessores bonorum, quæ fuerunt mariti obligationis tempore, agere, nisi
23 tamèn huiusmodi res, super qua assecurationem obtinuit, realitèr tanti non esset valoris, quanti erunt dos, & vsuræ à die finiti luctus, omnesque litis expensæ, vt post *Anton. Fabr. in eius Cod. tit. de iure dotium, definit.* 35. tradit citatus *Abbas Barbat. dict. Gloss.* 2. *num.* 84. Et hæc satis sint, nè metam obseruationis excedam, alia nàmque plura, quæ ad augmentum dotis huiusce decisionis tradere paraueram, alteri decisioni opportuniori loco destinabo, Deo consentiente.

POLOGOMEN.

A sententia lata pro dote mulieris viduæ, aùt pauperis, vt appellari non possit, ex pluribus suadetur, illo tamèn intellecto nimirùm, vt procedat quò ad effectum suspensiuum, minimè autem quò ad deuolutiuum, quod latè comprobatur, elucidaturq;

RERVM SVMMA.

1 *Appellare à quolibet grauamine tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, licitum est. Restringitur tamèn multis in casibus, in quibus de iure interdicitur appellatio, vt num.* 3.

2 *Appellatio est defensio quædam, iurisuè auxilium contrà grauamen, & theriaca contrà Iudicis venenum.*

4 *Sententia lata pro dote mulieris viduæ, aùt pauperis, appellationem non recipit.*
Intelligitur de appellatione suspensiua, minimè autem de deuolutiua, vt num. 5.
Et procedit, quando sententia in dicta mulieris fauorem lata est, vt num. 9.

6 *Appellatio quò ad effectum suspensiuum in remedijs possessoris denegatur.*

7 *Appellatio ad finem suspensiuum à decretis affirmatiuis assistentiæ non datur.*

8 *Sententia lata in iudicio assistentiæ, fit appretium, & consignatio bonorum obligatorum creditori pro concurrenti summa, & posteà appellans auditur.*

10 *Appellatio suspensiua in causa alimentorum non conceditur.*
Nec in integrum restitutio datur ad exequutionem retardandam, vt num. 11.
Intelligitur, quando ad alimentarij fauorem lata est sententia, vt num. 12.

13 *Sententia in possessorio lata appellationem non admittit.*
Declaratur vt num. 14.

15 *Exequutio sententiæ assecurationis dotis ob vrgentiam mariti ad inopiam per appellationem non impeditur.*

16 *Fructuum dotis solutio ex appellatione nõ retardatur.*

17 *Fructus dotis eadem actione petuntur, qua ipsa dos petitur.*

OBSERVATIO LXXII.

1 MEmoriæ legentium reperimus, exponimusq; veram esse, & ab omnibus vnanimi cõsensu receptam sententiam quòd à quolibet grauamine licitum est appellationem interponere, tàm in maioribus, quàm in minoribus causis, ciuilibus, & criminalibus, vt præcæteris exponunt *Battand. in sua praxi causar. criminal. resolut.* 163. *in princip. Muscatell. in praxi S.R.C. lib.* 2. *part.* 1. *Gloss. Sententia, num.* 40. *Borrell. in summa decis. part.* 2. *tit.* 33. *num.* 57. *Menoch. de recuperand. possession. remed.* 6. *num.* 88. *Viscont ad Pras. de Franch. decis.* 141. & nupèr *Dom. Consiliar. Staibanus Resolution. Iuris tom.* 1. *resolut.* 50. *num.* 18. *Dom. Consiliar. Petra super Ritib. M.C.V. Ritu* 256. *num.* 1. *Dom. Ageta in Epitome fori feudalis, Assertion.* 11. § 32. *in fin. fol.* 229. *lit. T.* & ibi in *Apostill.* est enim ipsa
2 appellatio defensio quædam, iurisuè auxilium contrà grauamen, & theriaca contrà Iudicis venenum *Bald. in l. vnic. C. si de moment. possess. Duen. Regul.* 43. *vers. secundò probatur*, & *Regul.* 45. *Regẽs Valẽzuel. cõs.* 76. *n.* 6. *lib.* 1. *Pras. de Frãch. decis.* 120. *n.* 5. & *decis.* 637. *num.* 5. *Dom. Consiliarius Francisc. Maria Pratus Respons. criminal.* 6. *num.* 4. & *Respons.* 9. *num.* 1. & 2. & *tom.* 1. *Discept. forens. cap.* 1. *num.* 60. & 79. *Anschin. de pruuent. instrument. cap.* 2. *aub.* 3. *num.* 129. *Nouar. super Pragmat. in Rubric. de appellation. collect.* 1. *num.* 1. & Ego ipse in *Obseruat. ad decis.* 8. *num.* 9.

3 Complures tamèn adesse casus, in quibus de iure recepta ista hæc sententia locum haùd habet, compertum quoque est, eosquè enumerant *Speculator in titul. de appellationibus,* §. *in quibus autem casibus, Conrad. in suo breuiario fol.* 200. *à num.* 9. *Rugginell. ad Constitut. Mediolan. cap. vnic.* §. *vnic. gloss.* 2. *Dom. Regens Tapia in Iure Regni titul. de appellationib.* alijque passim, & Ipsi nos nonnullos adnotauimus sparsim his in nostris *Theorico-Practicis Obseruationibus*; quos inter casum controuersiæ præsentis loci locũ habere, haùd ambigimus, propterea quod vnico

Digitized by Google

4 etiam seruit ore, à sententia lata pro dote mulieris viduæ, aùt pauperis, vt exindè possit nubere, vel se alere, appellationem nō dari, vt declarat noster *Author hic*, & innuit in *decis.214. num.* 18. comprobantque *Rugiell. de appell. cap.3. verb. Dos, num.* 288. *Scaccia eodem tractat. quæst.17. limit.18. num.3.* iterumque *lib.1. de iudicis causæ ciuil. cap.97. num.42.* pro vt quoque *Barbos. in l.1. part.2. num.57. D. soluto matrimon. Palat. Rub. in cap. per vestras*, §. 15. *col. final. de donation. inter vir. & vxor. num.3. Afflict. decis.216. num.1.* & ibi *Vrsill. num.3. Viu. opin.57. à num.3. part.1. Borrell. in summa decis. part.2. tit.33. num.763. Bald. Nouell. in tract. de Dote, part.9. priuileg.7. num.3. Menoch. de acquirend. possession. remed.4. n.829. Episc. Genuens. in prax. Eccles. quæst.319.* quos refert, & sequitur citatus *Dom. Consiliarius Petra dict. Ritu 256. n.* 25. extollens potissimùm *Authorē* nostrum *d.l.*

5 Illa tamèn præmissa distinctione, quòd nempè recensita conclusio intelligenda sit quò ad effectum suspensiuum, minimè autem quò ad deuolutiuum, vt noster *Author* tradit *hic*, & notant complures ex allegatis *Doctoribus*, quemadmodùm quoque notatum legimus alijs in casibus, in quibus denegatur appellatio, & præsertim in re-

6 medijs possessorijs, in quibus appellatio quò ad effectum suspensiuum non admittitur, secùs autē quò ad deuolutiuum, vt præcœteris *Menoch.* dilucidat *in tract. de adipiscend. possession. remed. 4. num.828.* dicens id esse communitèr receptum:

7 & in decretis affirmatiuis assistentiæ, vt videtur expresè statuere Regia *Pragmat.2. de appellation. incip. M.C.V. Ritum*, & inter alios tradunt *Afflict. decis.261. Præs. de Franch. decis.120. num.1.* subnectens *num.2.* quod semper obser-

8 uatum fuit, & adhùc seruatur; quòd lata sentētia super iure assistendi fit appretium, & consignatio bonorum obligatorum creditori pro concurrente sui debiti quantitate, & posteà auditur appellās, iuxtà notata per *Afflict. decis.187. &* 188. quē laudat *Præs. de Franc. ibidem* & Ipse etiam dixi in *Obseruat.55. num.7.*

9 Indicatam denique suprà conclusionem communi *ICtorum* voto comprobatam procedere in dubium non reuocamus, quando sententia in causa dotis est in mulieris pauperæ, aùt viduæ fauorem lata, secùs autem si eam contrà lata foret, vt luculentèr exponit noster *Author hic, num.7.* quod nos comprobari dicimus abdubio ex eo, quod de sententia in causa alimentorum lata sta-

10 tutum legimus, vbi concluditur, quòd etsi ab ea suspensiua appellatio non concedatur, vt notauimus in *Obseruat.53.* vbi quamplures adduximus nunc què addimus *Caren. Resolut.21. num.1. Mich. Agel. Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. decis.* 119. *num.* 24. neque in integrum restitutio ad

11 exequutionem retardandam, vt *Caluin.* probat *de aquitat. lib.1. cap.72. num.22. &* 24. vbi ità determinatum asserit, quem recensens sequitur idem *Mich. Angel. Gizzius d.l.* & adstipulantur *Reusner. decis. German. 9. num.7. lib.2. & Leoncill. de priuileg. pauper. priuileg.22. num.31.* Nihilò tamen minus procedit, quando ad alimē-

12 tarij fauorem lata est sententia, secùs autem si eū contrà *Angel. in l. final. D. de appellat. recip.* Et fortificatur demùm ex eo, quod de sententia

13 in possessorio lata cōcluditur, in quo licèt appellatio haùd admittatur, recipitur tamèn, si senten-

14 tia actorem contrà lata sit, vt puta si in ea pronuncietur, illum non esse in possessionem immittendum, *Angel. in l. quisquis, C. quorum appell. non recip.* quem sequitur alios congerens *Menoch. dict. remed.4. num.876.* quia tunc cessat causa appellationis prohibitiua, nempè celeritas missionis in possessionem.

15 Ex quibus porrò firmandum quoque euenit, ex appellationis interpositione non impediri executionem sententiæ assecurationis dotis ob urgētiam mariti ad inopiam, vt scripsit *Dom. Regens Sanfelicius in decis.132. tom.1.* nec non *Papar. in sua praxi, situl.3. de assecuratione dotis, sub. num.* 15. quos sequitur *Dom. Consiliar. Petra vbi suprà sub num.* 25. neque demùm fructuum

16 dotis solutionem, vt post *Afflict. decis.93.* notauit *Lancellott. de attentat. part.2. cap.12. limit. 24. à num.2.* nec non *Bald. Nouell. de dote, part. 9. priuileg.7.* quem, & alios referens insequitur noster *Author tom. 4. Discept. forens. cap.726. num.* 17. adnectens *nu.22.* aliorum fultus auctoritatibus, quòd dotis fructus eademmet actione

17 petuntur, qua ipsa dos petitur, proindè quemadmodùm dotis solutio non retardatur, ità solutio fructuum, qui sub ea comprehenduntur, retardari non debet.

PROLOGOMEN.

Minor adultus Curatorem non habens, vt solus citari possit, & per huiusmodi citationē ligari, & in mora constitui, annuitur: quæ conclusio an locum paritèr obtineat in infante? exaratur.

RERVM SVMMA.

1 *Minor adultus non habens Curatorem solus citari potest, & num.6.*

2 *Minor citatus intelligitur, vt legitimè compareat.*

3 *Minor, si solus citatus fuerit, ligatur, & in mora constituitur.*

4 *Legem qui offendit, eius auxilio iuuari non meretur.*

5 *Dolo carere non potest, qui Magistratus imperio non paruit.*

7 *Citatio infantis, vt legitimè compareat, nulla est.*

Ampliatur, quamuis actus, qui geritur, infanti sit utilis, vt num.8.

9 *Ætas infantis quidquid videt ignorat.*

10 *Infans neque quoad propriam vilitatem stipulari potest.*

11 *Infans neq; feudum, neq; emphyteusim acquirere valet.*

OBSERVATIO LXXIII.

1 PVgna caret profectò huiusce loci conclusio, quòd minor adultus haùd habens Curatorem solus citari potest, ex quo citatus censetur, vt legitimè compareat, sicq; vnà cùm Curatore, vt firmat noster *Author hic*, &

post

post alios, quos refert tradit in *decis. 75. num. 9.* demùmq; in *decis. 134. num. 6.* atq; in *tom. 3. Disceptat. forens. cap. 479. num. 29.* ità quoq; tradit *Mandos. de etat. minor. quæst. 10. num. 5. & 9. in fin.* nec non in *tract. de commission. form. 4. commiss. in verb. Ad legitimè comparendum*, & comprobant *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 13. num. 18. in fine, Gallupp. in praxi S. R. C. par. 1. cap. 6. num. 47.* vbi haùd immemor fuit de *Authore* nostro *hic*, & latè *Neuiz. in cons. 17. num. 71. & 74. vers. Stat ergò conclusio*, vbi quòd necessè minimè est, minorem ad Curatorem petendum citare, cùm satis sit simplex citatio, nàm citatus censetur, vt legitimè compareat; si verò legitimè comparere neglexerit, cum contrà rectè in contumaciam procederetur, *Claud. ad Bertaz. consil. crimin. 428. verb. Contrà tamèn, lib.* 2. vbi ait, minorem adultum per huiusmodi citationem ligari, & in mora constitui, verba faciendo tàm in extraiudicialibus actibus, quàm iudicialibus, ità vt illi quò ad contumaciam præiudicetur, nàm qui legem offendit, eius auxilio iuuari haùd meretur, *l. auxilium 38. §. in delictis, D. de minorib. Card. Tusch. Practic. Conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 954. & tom. 5. lit. L. conclus 270. Bellet. Disquisit. Clerical. part. 1. tit. de disciplina Clericali. §. 16. num. 9. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 11. num. 3. & part. 2 cap. 3. num. 8. Episcop. Riccius in praxi rerum fori Ecclesiast. Resolut. 250.* & legem offendit, immò à doli arguitione haùd est immunis, ex quo Iusdicentis ordini non obtemperauit, vt *Iabolenus I. C.* clarè docet *lib. VI. Epistolarum*, notatus in *l. non potest 160. D de regulis iuris*, sicq; decisum refert *Criuell. decis. Dolan. 39.* seruari in nostris Tribunalium subsellijs testatur *Gallupp. dict. cap. 6. num. 48.* & in Curia Romana annuit *Mandos. in form. 4. commiss. verb. Curatorem ad lites*, quem allegat, & insequitur noster *Author in addit. ad decis. 75. num. 1.*

6 Huiusmodi autem recepta conclusio etsi abdubio procedat in minore adulto Curatorem non habente, limitanda attamèn est in infante, quoniã
7 citatio infantis, vt legitimè compareat, nullitatis vitio euidentèr laborare dicitur, vt ex *textu in l. ergò, D. ex quibus causis maior.* tradit *Costa de remedijs subsidiarijs, remed. 58. num. 1.* subnectens *num. 4.* aleam hanc procedere, etiãsi actus,
8 qui geritur, ei vtilis sit, & proficuus, cùm consẽsus fundamentum deficiat, quem nec præsumit lex, neq; fingere voluit, *Alexand. ad l. neq; impuberes, D. de in ius vocand. Mynsing. centur. 2. Obseruat. 35.* quia ætas illa quidquid videt ignorat, *l. 1. C. de falsa monet. Corbulus de iure emphyteutico, titul. de causa priuationis ob non solutionem canonis, limit. 20. num. 6.* & concinunt *Cuiac. in l. 5. de regul. iur. in fin. & 4. ad Afric. in l. 49. de acquirend. haredit. Ant. Pichard. de acquirend. haredit. cap. 23. P. Gregor. lib. 15. Syntagm. cap. 23. num. 5. Osuald. ad Donell. lib. 7.*
10 *cap. 9. lit. D.* Hinc fit, quòd infans etiam quòad propriam vtilitatem stipulari non potest, nec
11 quoq; feudum, aùt emphyteusim acquirere, quia subiecti deficit habilitas, vt post *Surd. in cons. 9. num. 48. & 49. vol. 1.* notat *Costa dict. num. 4. in fine*.

PROLOGOMEN.

Appellationis præsidium, cùm à priori sententia interponi non poterat, à sententia secunda priorem illam exequente admittendum haùd esse, deciditur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio quando à prima sententia non admittitur, neq; admittetur à secunda exequutiua primæ.*
2 *Necessarium consequens non admittit, quod principale excludit.*
3 *Consequens sine suo principali stare non potest.*

OBSERVATIO LXXIV.

SIngularis simùl, & vtilis est quæstio in præsenti decisione pertractata nimirùm, an admittatur appellatio à sententia secunda exequente primam, si à prima appellari non poterat? & decisa fuit negatiuè, nàm quando
1 duæ sententiæ sic se habent, quòd secunda est exequutio primæ, si à prima appellari non potest, neque à secunda, tanquàm necessariam consequentiam habente à prima, vt tradit noster *Author hic*, & in puncto ex *Bald. in l. si cum exceptione, §. hac autem actio, vers. Item nota ex ista, D. de eo quod met. caus.* idem docet *Capyc. in decis. 1. num. 23. & in decis. 34. num. 2.* & conuallat *Lan-*
2 *cellott. de attentat. limit. 53. num. 35. & 36. fol.* 384. necessarium enim consequens non admittit, quod principale excludit, cùm eiusdem sit qualitatis, ità vt remoto principali, eius consequens remoueatur, cùm sine suo principali stare non pos-
3 sit, vt post *Bald. in l. 1. in 9. opposit. C. de fideicom.* tradit *Crauett. in cons. 202. num. 28.* & adstipulatur *Card. Mantic. decis. 15. num. 5. & decis. 199. num. 9. Card. Tusch. tom. 2. Practicar. Conclus. lit. C. conclus. 757. num. 56. Torreblanc. de iure spirit. lib. 15. cap. 13. num. 37. Euerard. in Topicis legalib. loco 96.*

PROLOGOMEN.

Curator ad litem quando detur minori etiam non petenti, demonstratur ad ornatum Responsi *Vlpiani I. C. in l. Qui habent 3. §. si pupillus, il primo, D. de tutelis.* Curator huiusmodi à Iudice datus si minorem haùd defendat, acta, ac etiam sententia indè sequenda an nulla dici queat? exponitur præterea, elucidato pariter, An Curator iste, rem minoris saluam fore, satisdare teneatur.

RERVM SVMMA.

1 *Non esse, & esse nullum paria sunt, & num. 21.*
2 *Curator ad litem datur minori Curatorem non habenti.*
Ampliatur, quamuis generalem Procuratorem

Digitized by Google

ad lites cùm iure iurando constitutũ haberet, vt num.4.

3 *Curator, qui non exhibet solemnia, pro non Curatore habetur.*

5 *Cùm Procuratore ad lites absq; alio Curatore procedi potest.*
Declaratur vt num.6.

7 *Acta gesta cùm Procuratore ad lites nulla sũt, quando talis Procurator pro Curatore ad lites instetit.*

8 *Curator ad lites minori etiam inuito dari potest.*
Intelligitur, quando lis est cùm alio, quàm cùm Tutore, vt num.10.

9 Textus in l. Qui habẽt 3. §. si pupillus, il 1. D. de tutel. *quomodo intelligendus sit, & num.11.*

12 *Minor conuentus audiendus est, si nolle Curatorem ad lites, sed generalem velle allegaret.*
Comprimitur, si hoc in fraudem faceret, vt num.13.

14 *Curator generalis pendente inuentarij confectione conueniri non potest.*

15 *Minor conuentus, quem velit in Curatorem accipere potest.*

16 *Arbitri, qui per consanguineos ex statuti dispositione eligi debent, licèt ex necessitate eligantur, partes tamèn certam personam accipere non coguntur.*

17 *Acta num valida sint, si Curator à Iudice datus minorem non defendat.*

18 *Quid si in iudicio comparuisset, licèt nihil allegasset.*

19 *Curator in iudicio comparens, & nihil allegãs, defensiones pro minore non habuisse præsumitur.*

20 *Acta, etsi valida sint, minori non præiudicant, quando Curator defensiones habuit, haùdque adhibuit.*

22 *Curator ad lites satisdare tenetur, rem minoris saluam fore.*
Comprimitur de stylo, secundùm quem sine cautione admittitur, vt num.23.
Et ampliatur tàm in summarijs, quàm in ordinarijs iudicijs, vt num.24.

25 *Locus iudicij attenditur in ordinarijs.*

26 *Curator ad litem inuentarium non facit.*
Limitatur, quando ad eius manus aliquid peruenisset, vt num.28.

27 *Curator ad litem librum de expensis in litefactis conficere tenetur.*

OBSERVATIO LXXV.

1 NOn esse, & esse nullum paria esse, docet *Paulus I.C. lib. VI. QQ.* in *l. Duo sunt Titij* 30. *D. de testament. tutel.* Idcircò effatum illud, quòd Curator ad litem
2 datur minori Curatorem non habenti, locum obtinet, si minor Curatorem haberet, solemnia, ad quæ de iure tenetur, haùd exhibentem, quoniã
3 hic ità est, ac si non esset, vt luculẽter noster *Author* firmat *hic*, nec non in *decis.73. num.17.* & in terminis optimè paritèr *Afflict. in decis.256. num.3.* quo laudato se subscribit *Dom. Verde in sua Pantonomodidaschalia, lib.1. tit. de Curator. antè num.721.* idem paritèr scribit *Neuiz. in consil.17. num.8. & 9.* & confirmat *Viscont. Conclusion. Iuris, verb. Curator*, nec non *Gallupp.* laudans præsentem decisionem in *praxi S.R.C. part.1. cap.6. num.43. & 45.* vbi id quoq; procedere tradit, si minor generalem Procuratorem ad
4 lites constitutum cùm iurisiurandi religione haberet, haùd refragante, quòd cùm eo absque alio
5 Curatore procedi possit, secundùm *Bartol. in l. minor, D. de procurator.* quem præcæteris sectãtur *Guid. Pap. decis.35. & 494. Petrus Foller. ad Marant. in speculo aureo, par.4. distinct.16. num.47.* & in contingentia facti tenuit Parlamentum Regium, vt per *Boer. in decis.91.* istam nàmque opinionem procedere tradit, quando aduersarius
6 cùm tali Procuratore procedi patitur, secùs autẽ si pro Curatore instaret, tunc enim dandus erit, cogenduſuè minor ad petendum *Mastrill. decis. Sicil.54. lib.1.* itàq; paritèr si talis Procurator pro
7 Curatore ad lites instaret, quoniam tunc acta sinè illo nullitatis labe maculata esse exponit *Dom. Verde vbi supra num.721.*

Et demùm commune est *ICtorum* votum, Cu-
8 ratorem ad lites minori etiam inuito dari posse, cùm per se nequeat legitimè liti vacare, etsi per ora *ICtorum* omnium paritèr volitet traditio illa, quòd Curator, nisi consentienti detur, ex *text.*
9 dispositione in *l. qui habent 3. §. si pupillus, il primo, D. de tutelis*, vbi *Vlpianus I.C.* ità scribit, *Sciendum est. siuè agant, siuè conueniantur, dari is hunc curatorem posse, sed non aliès, quàm si ipse petat, cui dari eum oportet.* nàmq; quando alius non tutor contrà pupillum maiorem infante in-
10 iudicio agit, eo casu datur per Iusdicentem Curator ad litem, etiam quòd pupillus ipse non petat, vt intellexit Sacrum Consilium *dict. §. si pupillus*, teste *Afflicto in decis. 256.* propterea *Doctores* omnes hac in specie dationis curæ tractan-
11 tes eam præscribunt formam, vt ad Actoris instantiam Iusdicens pupillo maiori infante mandatum faciat, quòd ad Curatorem ad litem petendum veniat, & si comparuerit, dabitur illi, quem petierit, si verò sit contumax, Iusdicens ex officio dabit, quod præsertim videre fas est penès *Afflict. Neuiz. & Gallupp. in loc. cit.* & quoq; apùd *Marescott. in lib.2. Var. Resol. cap.145. num.3. Mynsing. Singular. Obseruat. centur.2. Obseru.31. Lapum allegat.115. Mãdos. de Commission. form.4. in verb. Ad legitimè comparendum, & Cald. de restitut. in integrum, in princ. num.29.* adnectentem, hanc esse meliorem praxim, quàm illam traditam per *Doctores in l. ait Prator, §. permittitur, D. de minorib.* videlicèt, compellendum esse pupillum ad suscipiendum Curatorem, captis pignoribus, aliisq; iuris remedijs.

12 Altercari haùd posse veruntamèn videtur, audiendum esse minorem conuentum, si nolle Curatorem ad litem allegaret, sed generalem velle, cùm lex dicat, ab eo petendum esse Curatorem, quod de generali intelligitur, *l.1. C. qui pet. tutor. Dom. Verd. d.l. num.706.* vbi id restringi notat, si
13 hoc in fraudem differendi iudicium causa faceret, cùm debeat per Curatorem generalem inuẽtarium fieri, & illius confectione pendente con-
14 ueniri haùd posset: vel quia Iudex nõ adesset, qui generalem Curatorem, sed dumtaxàt ad litem dare posset, vt per *Io. Fab. in §. itèm inuiti, num.4. Element. Iur. de Curatorib.* Præterea, quia compertum esse legimus, quòd minor quem velit eli-
15 gere posset, quippè quod etsi illum accipere cogatur,

Digitized by Google

gatur, accipere tamèn in specie vnum, vel alium non cogitur, cùm in hoc releuetur, vt ipse, quem velit, accipiat, sicq; voluntariè eligere poterit, *Alexand. consil. 122. lib. 1.* quem citat, & insequitur *Dom. Verde vbi supra num. 707.* exemplo eius, quod de Arbitris affirmamus, qui per con-
16 sanguineos ex statuti dispositione eligi debent, licèt nàmq; ex necessitate eligantur, partes tamèn certam personam accipere minimè coguntur, sed voluntariè, quem magis sibi expedire iudicauerint, eligunt.

17 Sed an si huiusmodi Curator à Iusdicente datus minorem haùd defendat acta, ac etiam sententia indè sequenda possit dici nulla? inquirit *Gallupp. in dict. cap. 6. num. 49.* ex *text. in l. contra pupillum 54. D. de re iudicat.* & si in iudicio cō-
18 paruisset, licèt nihil allegasset, pro actorum validitate sat esse scribunt *JCti in l. cùm & minores, C. si aduersùs rem iudicat.* & probat *Puteus in decis. 306. lib. 2.* nec non *Ludouic. decis. Rota Romana 43. num. 12.* quos insectatur idem *Gallupp. ibidem*, ea nimirùm ratione suadente, quia tali
19 casu pro minore defensiones haùd habuisse præsumitur, quò fit, vt sententia contrà eum lata nullitate pollere non dicatur, cùm iudicij solemnia sint seruata; At si defensiones habuisset, easq; face-
20 re, & in illius fauore adhibere noluisset, eo casu tametsi acta, & sententia validæ sint, attento quòd statim iudicij solemnia sunt seruata, nihilominùs minori non præiudicant, cùm possit restitutionis beneficio iuuari, *Bartol. in dict. l. contrà pupillū, in tertio notabil.* ibiq; pariter *Oldrad.* atq; *Paulus de Castro*, qui id quoque scribit in *dict. l. cùm & minores*, & *Iacobus de Sancto Georgio*, quos recensens insequitur *Card. Puteus in citata decis. 306. num. 6.* paria enim sunt, non habuisse Cura-
21 torem, vel habuisse, & assistere, legitimasq; defensiones facere noluisset, vt rectè *Bartol. & Doctores in dict. l. cùm & minores*, iuncto *Pauli* Responso in principio huiusce *Obseruationis* relato.

22 Cæterùm, Curator iste satisdare teneatur, vel nè, rem minoris saluam fore? affirmatiuam sententiam, quòd nempè teneatur, recensens requisita ad hoc vt detur talis Curator, suadet *Capyc. in decis. 87. num. 1.* prout quoque *Dom. Verde in sua Pantonomodidaschalia, lib. 1. tit. de Curatorib. num. 740.* hàcque pariter aleam tradunt *Guald. in prax. tutel. part. 2. Rubric. 2. num. 58. Thorus in Compend. decis. verb. Curator. ad litem*, Sed
23 de stylo absque satisdatione admitti scribit notter *Author hic num. 4. & 5.* ità pariter *Neuiz. in cons. 17. num. 64. in fin. Ioseph Ludouic. decis. Perusin. 48. part. 1. Buratt. decis. 524. num. 10. Achill. de Grassis decis. 1. sub. titul. de iudicijs*, vbi dicit procedere, siuè simus in summarijs, siuè
24 in ordinarijs iudicijs, *Caldas de restitution. in integrum, in verb. Res, num. 36. in fin.* itàque seruari in Rota etiam inter Romanos statuto haùd obstante testatur *Mandos. in form. 4. commiss. in verb. Curatorem ad lites*, vbi dicit multum notandum, & nouum, cùm potiùs Romanos inter seruandum foret eorum statutum omisso præfato stylo, quasi simus in statuto ordinario iudicij,
25 & in ordinarijs locus iudicij attēdi debet, *Gloss. in cap. quod Clericus, de foro competenti*, itàque pariter omnibus in Curijs, & Parlamentis de consuetudine receptum esse testatur *Card. Puteus in decis. 130. num. 2. lib. 3.* vbi quoq; dicit, ità per Rotam resolutum fuisse, & de communi Consuetudine tradit *Bertran. in cons. 281. vol. 3.* atque Cōsuetudinem hanc in Cathalonia receptam esse, testatur *Cancer. tom. 1. Var. Resolut. cap. 7. de Tutoribus, num. 40.* ea quippè ratione, quia Curator
26 ad litem bona non administrat, neq; inuentariū facit *Card. Puteus d. l. num. 3. Cancer. ibidem num. 40.* verùm librum de expensis in lite factis
27 conficere tenetur, argumento *l. si quando, C. de bonis vacant. lib. 12. Dom. Verde vbi supra num. 741. Rolan. de inuētar. quæst. 45. num. 9. vers. Subdit tamèn, tom. 8. part. 2.* vbi etiam *num. 8.* habetur, quòd inuentarium facere debet, quando ad
28 manus talis Curatoris aliquid perueniret, *Alberic. in l. creationibus, C. de Episcop. & Cleric.*

PROLOGOMEN.

Patris absque consensu aduentitiorum bonorū alienationem tàm inter viuos, quàm mortis causa interdictam prorsùs esse filiofamilias ex communiori, verioriq; sententia, demonstratur, tametsi patri vsusfructus haùd quæratur; Hinc plura circà talium bonorum vsumfructum, & commoditatem ascendentibus debitam afferuntur ad materiam *textus in §. si igitùr defunctus, Auth. de hæredib. ab intestat. venient. & in Authent. itèm hæreditas, C. de bonis quę liber.* ac alia pleraque circà filiorū familias contractum, an scilicèt ex eo efficaciter illi se obligari possint? elucidātur ad ornatum *Regiæ Pragmat. 1. de S. C. Macedon.*

RERVM SVMMA.

1 *Filius familias absque patris consensu, & volūtate aduentitia bona alienare non potest, & num. 11.*
Extenditur tàm inter viuos, quàm mortis causa vt num. 3.
Comprimitur in casu, quo patri vsusfructus non quæritur, vt num. 8.
Quod tamèn intelligitur vt num. 9. & 10.
2 *Proprietarius sine vsufructuarij consensu proprietatem vendere potest.*
4 *Iuramentum aduentitiorum bonorū alienationem per filium familias factā non conualidat. Traditur ratio num. 5.*
6 *Pater in bonis aduentitijs amplissimam habet potestatem satisdandi oneri minimè obnoxiam.*
7 *Filius delictum patrans in aduentitiorum bonorum vsufructu patri præiudicium non infert.*
12 *Pater illis in bonis, in quibus vsumfructum non habet, an commoditatem habere debeat. Concluditur firmatur num. 13. & 15.*
Et cautela indicatur num. 14.
16 *Cùm lege mitius, quàm cùm homine agitur.*
17 *Pater vsumfructum non habet, quando filius cùm eo succedit in hæreditate fratris, vel sororis.*
Limitatur in extraneo filium, & patrem instituente, vt num. 18.
Sed contrarium verius, vt num. 19. & 20.

21 *Auus paternus, qui vnà cùm auo materno succedit ad hæreditatem nepotis præmortui, facta bonorum paternorum, maternorumque distinctione, totius hæreditatis vsumfructum habere non debet.*

22 *Filius familias ex contractu, vel quasi obligatur.*

Ampliatur, etiam absque patris consensu, vt num. 23.

Declaratur vt num. 26.

Et intelligitur vt num. 30.

Verùm fallit in voto, in qua speciale, est, vt non obligetur, vt num. 28.

Sic quoque in mutuo, vt num. 29.

Ac itidèm de iure Regni Neapolis, vt num. 31.

24 *Filius familias pro extraneo fideiubere potest.*

Pro patre itidèm, vt num. 25.

27 *Filius familias fideiubens beneficium restitutionis in integrum implorare potest.*

32 *Consensus paternus in contractibus filiorum familias requisitus nùm aptus sit validare obligationem, qua ad ipsiusmet patris beneficium tendit.*

OBSERVATIO LXXVI.

PVlchriores complures discussæ fuerunt quæstiones in causa compromissi facti coràm *Authore* nostro, vt præsens ostendit locus, quas ipsemet noster *Author* peculiari conatu exornat hic; Nos verò ad ornatum selectiora quædam attingere eniremur, & per pauca adducere animus est, vtilia quidem nec aspernenda, quotidianæquè praxi accommodatiora; itàque, vt agrediamur.

Significamus, priorem huiusce loci conclusionem communitèr receptam esse, illam scilicèt, ex
1 qua habetur, filium familias absque consensu, & voluntate patris aduentitia bona alienare haùd posse, eo quod, etsi compertũ esse videatur, quòd
2 proprietarius sinè consensu, & vsufructuarij voluntate proprietatem vendere, vel alienare possit, iuxtà *textum* Synodalem in *l. 2. C. de vsufruct.* limitationem attamèn id patitur in filiofamilias, qui
3 absque speciali patris consensu aduentitia bona tàm inter viuos, quàm mortis causa alienare nequit, per *textum in l. final. §. filijs autem, C. de bonis quæ liber.* ità enim pariter concludunt *Castres. in cap. licèt pater, de sepultur. in 6. & in consil. 98. col. 2. lib. 2. Bald. in cons. 295. lib. 4. Alexãd. in consil. 199. lib. 6. num. 2. Crauett. in cons. 39. n. 2.* & in *cons. 84. n. 2.* atque in *cons. 92. n. 2. cum seqq. Bartol.* & alij cõmunitèr in *d. l. final §. filijs autẽ Gloss. finalis in l. filius familias, §. final. D. de donationib. Ripa in l. 2. §. final. D. solut. matrim. Gomez. in §. pœnales n. 43. in fine, Elemẽt. Iur. de Actionib. Clarus in §. donatio, quæst. 6. num. 2. receptar. sententiar. Paulus de Castro in consil. 381. in secundo quæsito, lib. 1. Roman. in consil. 512. col. 2. vers. fallit 2. Viuius* qui communem traditionem esse dicit inter *commun. opinion. verbo Filius, opinion. 302. num. 34. Card. Tusch. Practicar. conclus. lit. F. conclus. 362. Anton. Faber lib. 6. Cod. tit. 26. definit. 4. Afflict. decis. 241. num. 2. Bonacin. de restitut. disput. 2. quæst. 10. punct. 1. num. 3. vers. Dixi, circa medium, & de contractib. in genere, disput. 3. quæst. 1. punct. 5. n. 13. Sanchez de matrim. lib. 6. disputat. 39. num. 7. Filliuc. tract. 33. cap. 3. num. 47. Leffius cap. 6. dub. 2.* & omissis alijs, quos sciens prætereo, ità nupèr quoque notant Dominus Præceptor meus *Reu. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodidaschalia lib. 1. tit. 9. de patria potestate, sub nu. 286. Dominus Consiliarius Franciscus Maria Pratus in annotat. ad Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 6. vers. Ipsemet quoque, circà mediũ,* & exponit *Cæsar de Grassis in decis. 2. sub tit. de donationib. num. 4.* adnectens *num. 5.* id adeò veritate potiri, vt neque per
4 iuris iurandi religionem conualidetur, vt dixerant etiam *Bald. Angel. Fulgos. & Salycet. in dict. §. filijs autem, Curtius Iunior,* qui hanc sententiam communi *ICtorum* voto receptam esse dicit in *cons. 152. num. 7. Gomes. tom. 2. Var. Resolut. cap. 15. tit. de seruitut. num. 10.* & quippè ratio potissima, qua illhęc nititur opinio, ea est,
5 quia cùm prodigus reputetur, ei administratio interdicitur, idcircò neque per iuris iurandi religionem conualidari dicitur, quia prodigi iuramẽtum actandi effectum non producit.

Quod equidem supra expositum ex eo præcipuè apertum fit, quia his in bonis ampliſſimam
6 habet pater potestatem satisfandi oneri haùd obnoxiã cùm ex iuris dispositione in *l. cùm oportet, C. de bonis quæ liber. & in §. 1. Element. Iur. per quas person. nobis acquir.* expressè caueatur, in hoc antiquo iuri derogatum esse, quo cautum erat omnia filij bona, castrensia, & quasi dumtaxàt excepta, pleno iure parentibus acquiri, idcircò cùm per ius nouum paternæ potestati, quã quò ad proprietatem super his bonis habebat, derogatum sit, nihil filijs conquerendum est, si tàm ampla potestas vsumfructum circa parentibus concedatur; Hinc fit, filium delictum patrantem in bo-
7 rum bonorum vsufructu patri præiudicium non inferre, sicquè publicari bona filij aduentitia pro delicto minimè possunt, ut *Bertaz.* latè docet in *consil. criminal. 49. vol. 1.* & plenè quoque tradit *Cacheran. in decis. Pedemont. 94.* nec non *Peregrin. de iure Fisci, lib. 5. num. 128.* quos infectatur *Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 3. num. 36.* Quamobrèm videndum porrò ex his euenit.

8 Nùm id etiam in casu procedat, quo patri vsufructus haùd quæritur? quod circà, negatiuam sẽtentiam admittit noster *Author hic num. 8.* prò vt quoquè notant omnes ferè suprà recensiti *ICti*, dùm dicunt, hoc in casu filium quemadmodùm voluerit de eis disponere posse etiam sinè consẽsu, & patris voluntate, quia ipsius filij propria sunt, & ipse in eis sui iuris reputatur, cùm ad illũ plenè spectent; quam sanè sententiam, etsi vera sit, parique omnium *ICtorum* consensu recepta,
9 procedere tamèn in casu suo, nempè, si pater talium bonorum vsumfructum haùd acquisiuisset, docet peroptimè *Ruinus in cons. 24. num. 6. & 7. lib. 5.* quem laudans insequitur citatus *Cæsar de Grassis in dict. decis. 2. n. 6.* quamobrem aliquid haùd facessere annuimus tradita per recensitos suprà *Doctores*, de quibus latè etiam *Surdus in consil. 116. num. 21. lib. 1.* verificari ea enim debẽt
10 in eo dumtaxàt casu, quando nempè à principio bonorum huiusmodi vsusfructus patri acquisitus non fuit, neque illi acquiri potuit, secùs autem in aduentitijs illis, in quibus pater vsumfructum,

si

si voluisset, habere potuisset, illorè priuatur, vel sua voluntate, vel ex legis dispositione, siquidem tunc filius aliquid citrà patris consensum facere
11 non poterit, sed illius authoritas in repudiationis signum requiritur, vt quoq; conciliat, & de recepta opinione testatur *Castill. in tract. de vsufruct. cap. 3. num. 15.* exarat multos adducens *Neniz. in consil. 18. num. 8.* & latè extricat alios etiam coadunando *Barbos. in l. 3. num. 7. & 8. & in l. 2. §. quòd si in patris, num. 19. D. solut. matrim.*

12 Quibus modò profectò attentis, consequitur quæstio illa, quæ scissos habet inter se primates Iurisprudentiæ Coryphæos, vtrùm scilicèt pater illis in bonis, in quibus vsumfructum habùd habet, habere debeat commoditatem? quam circà rem, etsi conscius sim doctissimum Iurisconsultum, & Regium Sanctæ Clarę Consiliarium Dominum Io. *Baptistam Hodiernam in Repetitione l. hac edictali, quæst. 3. C. de secundis nuptijs*, referendo aliorum placita ordinatè rem peragere, quocirca consultius erit ad illum Lectorem remittere; attamèn nè illoris (vt aiunt) manibus rem peragere videar absq; eo, quòd meum expromam opinamentum, reor, patrem illis in bonis, in qui-
13 bus ei vsusfructus non acquiritur, commoditatem fructuum iure patriæ potestatis habere, vt præceteris fundant *Caualcan. de vsufructu mulierum relicto, à num. 181. Marta de successione legali, part. 4. quæst. 1. artic. 3. num. 75. Durant. de arte testandi, lib. 6. cautel. 13. num. 3. Pater Molfesius ad nostras Consuetudines Neapolit. in addit. ad part. 4. quæst. 2. num. 12.* per Sacrum Consilium decisum refert *D. Præs. de Franchis in decis. 161. num. 7.* & firmat in *decis. 10. sub num. 8. vers. Præterea*, vbi ex *Angel. de Aret.* dat cau-
14 telam, scilicèt expressè prohibendam esse commoditatem, vbi quis illam patri acquiri nollet, quam etiam tradit *Dom. Molina de Hispanorum primogen. lib. 1. cap. 19. num. 33.* benè verum du-
15 bio procùl procedere videtur hæc opinio, vbi vsusfructus prohibitio non ab homine, sed à lege procedit, iuxtà distinctionem traditam per *Hieronym. Gabr. in cons. 118. num. 13. lib. 1. Reg. de Ponte in cons. 19. num. 29. & seqq. & in cons. 31. num. 5. & 6.* quam sequitur *Consiliar. Paschal. de virib. patriæ potest. part. 1. cap. 3. num. 9.* cùm alijs cõgestis per laudatum *Dom. Consiliar. Hodiern. dict. quæst. 3. num. 9.* quibus addimus *Illust. Dom. Reg. Merlin. Controuers. forens. cõtur. 2. cap. 99. num. 34. Vivian. Cirocch. discept. 6. num. 46. Altogrd. cons. 50. num. 247. lib. 1.* alios q; quos sequitur *D. de Luca ad Præs. de Franch. dict. decis. 161. sub num. 4.* nàm mitiùs cùm lege, quàm
16 cùm homine agitur, ex *l. Celsus, D. de arbitr.*

Videamus quoque necesse est, pater, quando filio succedit vnà cùm altero fratre ipsius filij defuncti ex dispositione *Auth. defuncto, C. ad S. C. Tertull.* nùm in ea portione, in qua filius succe-
17 dit, habere debeat vsumfructum? Negatiuè concludit noster *Author hic num. 24.* quamq; aleam exornant pulchrè *Rol. à Valle cons. 95. num. 49. vol. 1. & cons. 90. num. 24. vol. 2. Francisc. Arezin. cons. 72. in tertio dubio, Socinus cons. 34. in 3. quæst. vol. 1. Præs. de Franch. decis. 573. num. 1.* vbi *D. de Luca in obseruat. num. 1. Thesaur. decis. 156. in princ. Viuius decis. 438. col. final.* & probat expressè *textus in §. si igitur defunctus, vers. Si verò*, ibi, *Nullum vsum ex filiorum, aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitùs vendicare. Authent. de heredib. ab intest.* vbi etiam *Glos. in verb. vsum*, & demùm extat alius Synodalis *textus in Auth. item hereditas, C. de bonis quæ liber.*

18 Sed cardo est, quando pater vnà cùm filio ab extraneo est institutus hæres, nùm pariter hoc in casu in filij cohæredis portione habùd habeat vsumfructum? Siquidem tunc habere vsumfructum tradidere *Iacob. de Aretin. in dict. Auth. Item hereditas, C. de bonis, quæ liber.* ibiq; *Cynus, Corneus, Albericus, & Angelus*, quos sectãtur *Pater Fragosius de regimine Reipublicæ Christiana, lib. 2. disputat. 3. num. 131. Bossius de patria potestate, cap. 5. §. 2. num. 40.* qui hanc opinionem veriorem esse dicit, adnectens non tamèn procedere, si à testatore patrem, & filium insimùl instituente apposita foret conditio vsumfructum ipsomet filio reseruans; Verùmtamen quidquid
19 sit de isthac opinione, arridet mihi contraria, vti nimis æqua, testatorisq; voluntati consona, nimirùm, quòd pater, eiusq; filius hoc itidèm in casu viriliter in suis partibus, seù in sua dimidia, tàm in proprietate, quàm in vsufructu admittantur, quàm sanè sententiam docet expressè *Glossa in citata Auth. item hereditas, in verb. Forsan*, eamq; sectantur inibi *Salycet. & Paulus de Castro*, & comprobãt noster *Author hic num. 25. Paris. cons. 129. num. 9. lib. 1. Surd. cõs. 116. num. 41. Gomez. ad l. Tauri 48. num. 13.* & quidem
20 ambigi haùd potest, quòd talis esse videatur testatoris voluntas, & institutionis natura, quando duo simùl instituuntur, vt vterq; hæres simpliciter institutus æqualitèr tàm in vsufructu, quàm in proprietate succedat, stante præsertim allegatorum iurium dispositione, nempè in *dict. §. si igitur defunctus, Auth. de heredib. ab intest. venient. & in dict. Auth. item hereditas, C. de bonis quæ liber.*

21 Vndè etiam dicimus, quòd si moriere filio, vel nepote succedat ipsi nepoti auus paternus, & maternus, vel pater, & mater, in bonis, quæ ad auum maternum, vel ad matrem transeunt, auus paternus, aùt pater vsumfructum non habet, quemadmodùm *Thesaur.* quæstionem hanc ad partes solèniter disputans tradit in *decis. 156.* per Senatum iudicatum fuisse, quòd paternorum, aduentitiorumq; bonorum vsusfructus esset Aui paterni, maternorum verò & proprietas, & vsusfructus esset Aui materni, cùm qua opinione vti æquiore transibat maior Dominorum pars, vt ipsemet tradit, & in simili diuidi debere vsumfructum dicit *Vasquez de successionum progress. lib. 1. §. 1. num. 45. vers. Secunda opinio*, & *Thesauro* se remittit *Consiliar. Paschal. in dict. cap. 3 num. 54.*

22 Haùd deniq; omittimus hic, *Authorem* nostrũ *num. 35.* innuere, quòd filius familias quocunq; modo tàm ex contractu, quàm ex quasi efficaciter se obligare potest, ex *l. filius familias, la seconda*, vbi *Gloss. D. de action. & obligat. Bartol. in l. tàm ex contractibus, de iudicijs, & Doctor. in l. qui Romæ §. Augerius, de verbor. obligation.* quibus addimus *Card. Mantic. tom. 2. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 14. num. 22. Dom. Reg. Merlin. Controuers. forens. centur. 2. cap. 99. num. 7. Dom. Reg. de Marin. Quotidian. Resolut. tom. 1. cap. 145. Dom. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 6. num. 1.* vbi etiam *Dom.*

Con-

Digitized by Google

Consiliar. Francisc. Maria Pratus in annotat. qui complures alios id tradentes coadunat, *Suarez Receptar. Sententiar. verb. Filiusfamilias, Ascan. Clemen. de patria potestat. cap. 6. effect. 5. num. 2.* Nosmetipsos in *Obseruat. 45. num. 17.*

23 quod etiam absq; patris consensu procedere ex *text. in Auth. Vt liceat matri, & auiæ*, tradit *Cravett. in cons. 84. num. 9. & in cons. 92. num. 1.* scribens hanc sententiam esse communem, & à nemine reprobatã, nec reprobari posse, nullo adhibito discrimine an cùm patre, vel extraneo contrahat? ideòq; quemadmodùm pro extraneo fide-

24 iubere potest, *l. si dubitet, §. final. D. de fideiussor. l. filiusfamilias, C. eod. Pyrrhus Maurus Arretin. de fideiussorib. par. 2. section. 8. cap. 2. num. 10. Bauer. Singul. 11. num. 2.* ità etiam pro patre,

25 prout pluries scripserunt *Cæsares in dict. l. filiusfamilias, in l. si ex alio, C. quod cum eo, in l. si paternam, C. ad Velleian. in l. 1. C. de filiofamil. minor. & in l. si dubitet, §. filiusfamilias, C. de fideiussor.* & notant post alios, quos referunt *Pyrrhus Maurus Arretin. dict. l. num. 12. Ant. Henring. de fideiussorib. cap 7, num. 336. Ludouic. decis. 120. & D. Reg. Merlin. dict. cap. 99. num. 8.*

26 quæ tamèn procedere de Iure Communi Romanorum statutũ est in filio dumtaxàt viginti quinque annis maiore, etenim ad istam donèc haùd peruenerit ætatem, disponere nisi mediante Curatore, Principe, Iudice, vel Patre minimè valebit, vt in *text. dictæ Authent. propè finem principij*, & firmat in fideiussione *Marsil. in Rubr. de fideiussor. quæst. 41. num. 307.* quem, & alios retetens insequitur præcitatus *Arretinus d. loc. num.*

16. nàm si filiusfamilias 25. ann. minor pro ex-

27 traneo fideiuberet, beneficium restitutionis in integrum implorare valet, & per eum præstitam fideiussionem rescindere: quòd procedere etiam quòd pro patre suo fideiussionẽ præstiterit, modò eidem mortuo haùd successerit, decidunt *l. 1. C. de filiofam. minor. & l. ait Prator, §. non solum, D. de minorib.*

28 Ab eiusmodi tamèn propositione, siuè generali regula, scitum est, vltrà votum, quod à filijsfamilias de iure ciuili Romanorum sinè patris consensu perpetrari non potest, excipi mutuum vti à

29 Senatus Consulto Macedoniano in filiofamilias reprobatum, quo cautum noscimus, filiumfamilias 25. ann. etiam maiorẽ ex eo efficacitèr obligari non posse, vti post alios expoluere recensiti omnes suprà *Doctores*; Ignorandum veruntamèn

30 haùd est, hoc fore accipiendum dumtaxàt, quando filiusfamilias super suis rebus contrahit, vtputà super castrensibus, vel quasi, aùt super illis aduentitijs, quorum patet caret vsufructu, secùs autem quando super profectitijs, vel etiam aduentitijs, in quibus patet habet vsumfructum, contrahẽ; tunc enim absq; illius consensu disponere vllo modo valet, quia disponendo illi præiudicium inferret suo in vsufructu: quod ex eo præcipuè omne dubium in Regno Neapol. excludit, cùm

31 ex eiusdem Regni Constitutione, siuè Pragmatica expressè caueatur, nè teneantur filijfamilias ex quolibet contractu, nisi præcesserit in præsentia, & de expresso patris consensu, vel fuerint emancipati, vel seorsum à patribus cùm vxore, & familia habitauerint, vt in *Pragmat. 1. de Senatus Cõsult. Macedon.*

32 Hinc insurgit illa ardua, & famigerata quæstio, quæ ad tollendam in futurum ambiguitatem Cæsarea indiget decisione, vtrùm scilicèt huiusmodi paternus consensus in contractibus filiorumfamilias vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ requisitus, aptus sit validare obligationem, quæ directè, vel indirectè ad ipsiusmet patris beneficiũ tendit? circà quam doctissimi viri tradita, enarrata, probata, elucidata, Deo præsule in nostro *Synopsi Iuris Regni Neapolis* enucleando Voluminе sub titulo, quem inscribam, *de Pragmaticis, & Regijs Sanctionibus*, latissimè peragetur.

PROLOGOMEN.

Prædiorum Dominos eorum cogere posse colonos ad fructus, quos ex agro cõducto perceperũt, ipsis potius vendendum, quàm alijs, eruditur, dummodò tantum pretium dare vellent, quantum ab alijs reperitur, quamuis id iustum excedat, elucidata *Bartoli* sententia in *l. 1. C. de metallar. lib. 11.* quam theoricam locum suum eofortiùs obtinere ostenditur in Republica, quæ cùm inopia, & penuria annonæ grauatur, possunt frumentum habẽtes omninò cogi, id ciuibus potiùs, quàm exteris vendere iusto pretio ad restrictionem Regulæ, qua habetur, neminem vendere cogi posse, quod suum est, etiam iusto pretio.

RERVM SVMMA.

1 *Dominus prædij prælationis ius habet in emendis fructibus è re locata perceptis, & num. 2. Contrarium num. 3.*
Intelligitur vt num. 4. & 13.
5 Bartoli *sententia in* l. 1. C. de metallar. lib. 11. *elucidatur, & num. 10.*
6 *Pretium iustum in commutationibus obseruandum est.*
7 *Lex humana contractum, in quo pretium intrà dimidiam iusti pretij limites excedit, haùd impedit.*
8 *Medium rei à Iustitia commutatiua requisitũ in contractibus in indiuisibili non consistit.*
9 *Æquitas moralis in ordine ad conuictum, & necessitatem hominum, sat est, vt in contractibus seruetur.*
11 Textus in l. 1. C. de metallar. lib. 11. *specialem Fisci fauorem continet.*
12 *Metallarij iusto pretio Principi metalla vendere coguntur.*
14 *Voluntas vnius cuiusq; omni in contractu libera esse debet.*
15 *Fiscus non compellit priuatos emere res confiscatas per eum subhastandas.*
16 *Respublica cum inopia, & penuria annonæ grauatur, possunt frumentum habentes, id ciuibus potius, quam exteris vendere, & num. 22.*
17 *Ratione publicæ vtilitatis quis inuitus vendere cogitur.*
18 *Nemo inuitus vendere cogitur, quod suum est, etiam iusto pretio.*
19 *Dominus in re sua est moderator, & arbiter, & de ea liberè, & absolutè disponit.*
20 *Ciues præferuntur exteris in emptione frumẽti ex agris ipsarum Vrbium collecti, & num. 24.*
21 *Rem propriam iusto pretio à Principe, vel Reipu-*

Digitized by Google

publica Administratoribus definito quis vendere cogitur.

25 *Coniuncti sanguine, aut alia necessitudine, prius subueniendi sunt.*

25 *Patria plurimum debetur, & eius salus omnium saluti, etiam patris anteponenda est.*

26 *Patria charitatum omnium cumulum continet.*

27 *Pro Patria mortem subire licet.*
Quod plures dignissimi Ciues effecere, vt num. 28.

29 *Ciues ergà Patriam dulcissima animi propensione obstringuntur.*

30 *Pauperibus eius Ciuitatis, in qua quisq; educatus fuit, subueniendum prius est, & deindè exteris.*

31 *Frumentum ex vnius Vrbis agris collectum, vt eidem Vrbi primùm distribuatur, rationi consentaneum est.*

OBSERVATIO LXXVII.

COgendus nùm sit aliquis vni potiùs, quã
1 alteri vendere? disquirendi ansam præbet præsens locus examinãs articulum, an prædiorum Domini cogere possint colonos ad vendẽdum fructus potiùs ipsis, quàm alijs? hacq; in re concluſiuè respondendum videtur per *textum in l. 1. C. de metallarijs, lib. 11.* quo in loco *Bartol.* omnium primus, deindèq; *Angel. Platea, & Luc. de Penna* tradidere, colonum fructus, quos ex agro conducto sibi perceperit, vendere volentem, cogẽdum esse fundi Domino eos potiùs, quàm alteri vendere, iusto quidem pretio,
2 atq; ità fundi Dominum locatorem ius prælationis habere in emendis fructibus è re locata perceptis: idem quoq; docuere *Iason in l. vltim. num. 11. C. de iure emphyteut. & in l. qui Romæ, §. coheredes, num. 26. de verbor. obligat. Roman. in l. 2. num. 7. D. soluto matrimon. Afflict. in proœmio Constitution. Regni, quæst. 3. ad finem, Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. Gloss. 18. num. 3.* qui equidem omnes dictam sententiam veram esse suadent, propterea illam quoq; sequuti sunt *Boerius, decis. Burdegal. 107. num. 2. Marsil. singular. 510. Alexand. in add. ad Bald. in l. dudum, C. de contrah. empt. Socin. regul. 425. vendere rem suam, limit. 2. Cast. consil. 4. num. 6. lib. 1. Rip. de remed. præseruat. contrà pestem, num. 260. Marant. disput. 8. num. 32.* & nuper meritissimus *Consiliar. Dom. Franciscus Roccus Respons. 92. num. 7. & per tot. tom. 1.* vbi complura sententiam hanc comprobantia scitu digna recẽset, quemadmodùm & quoque noster *Author in tom. 1. Disceptat. forens. cap. 149.*

3 At contrarium in præsentis loci causa declaratum fuisse testatur noster *Author hic*, quod comprobat Idemmet in *dict. cap. 149. num. 27.* verioré esse attestans ex *Episcop. Couarr. lib. 3. Var. Resolut. cap. 14. sub num. 6.* iunctis *Oldrad. cons. 34. Afflict. dict. quæst. 3. Tiraquell. dict. §. 1. gloss. 18. num. 4.* quia prædicta opinio suprà recensita, & à tantorum Coryphæorum votis comprobata, etsi vera sit, procedit tamèn eo dumtaxàt in casu, in
4 quo fundi Dominus tantum pretium dare vellet, quantum ab alijs reperitur, quamuis id iustum excedat, vt *textus* clarè decidit in *l. cùm dubitabatur 3. C. de iure emphyt.* vbi id etiam docent *Salycet. & Ias.* dummodò medietatem iuxtà *l. 2. C. de rescind. vendit.* haùd excedat: & quidem ex
5 *Bartolo* illius opinionis Auriga cõtrarium commodè deduci minimè potest, quia dùm Ipse præmittit, iusto pretio colonum cogendum esse Domino potiùs, quàm alijs vendere, planè intelligit iustum pretium ab alijs dari, ideòq; haùd negat, venditionem eo pretio fieri debere, quod ab alijs datur, vel recipitur, si id iustum excedat; Quamuis enim pretium iustùm his in cõmutationibus
6 semper obseruandum sit, ità dictante Iustitia Cõmutatiua, quæ pretij cùm re æqualitatem requirit, nihilominùs humana lex regulariter contra-
7 ctum non rescindit, neq; eum impedit, in quo pretium dimidiam intrà iusti pretij limites excedat, quippè quod impossibile sit, scire punctum indiuisibile æqualitatis inter rem, & pretium, idcircò meritò edocemur, medium rei à Iustitia
8 Commutatiua requisitum istis in contractibus haùd consistere in indiuisibili, vti *Scotus* exponit in *4. d. 15. quæst. 1. art. 2. §. & propter.* Quamobrẽ satis est, si moralis æquitas in ordine ad conuictum, & necessitatem hominũ seruetur, & si quid
9 illud rei æqualis medium excedat, optimis documentis inter partes donatum intelligitur, ità vt ex mutuo libero consensu, mutuo remittant, si quid in re, vel pretio rei æqualitatem à Iustitia Commutatiua intentam excedat.

10 Id quòd probatissimum esse constat abdubio, quippè etiam, quia si allata *Bartoli* opinio alitèr recipiatur, falsitatis notam effugere nequit, nàmq; si rectè *dict. l. 1. C. de metallarijs*, perpendatur, clarè elicitur, quod inibi specialis Fisci fauor cõ-
11 tinetur, vt metalla penès Principem sint, haùd penès priuatos: qua ratione metallarij ius fodiendi metalla, eaq; expurgandi à Principe obtinentes,
12 metalla iusto pretio Principi vendere coguntur: sicq; eam Constitutionem ad priuatos, vt scilicèt coloni Domino fundi fructus ex eo conductionis causa perceptos iusto pretio vendere cogantur, extendere haùd posse dicẽdum consequitur, nàm satis est tali casu, quem cogi ad vendendum
13 absq; eo, quòd perdat pretium ab alijs oblatum, quasi nimis inhumanum videatur, quemquam ad huiusmodi venditiones compelli, *l. quamuis 6. ad med. vers. Inuictum enim*, & ibi *Gloss. in verb. Inhumanum, de pignor. action.* cùm omni in cõ-
14 tractu libera esse debeat vniuscuiusq; voluntas, *l. sicut 5. C. de action. & oblig. l. dudum 14. C. de contrah. empt.* ità vt neq; Fiscus priuatos emere
15 cogat res confiscatas per eum subhastandas *l. licitatio 9. §. ad conducendum, de publican. & vectigal. Natt. cons. 500. num. 7. Peregrin. de iure Fisci, lib. 6. titul. 4. num. 44. noster Author dict. cap. 149. num. 33.* quos sequitur *Episcop. Riccius in decis. Cur. Archiepiscop. 138. anie num. 1. part. 1.*

Quamobrèm haùd militare annuimus, si aliquis contrà dictam nostram tot rationibus, tantisq; Auctoritatibus firmatam, probatam, decla-
16 ratamq; conclusionem, obijciendo insurgat, ex eo quòd vbi Respublica inopia, & penuria annonæ grauatur, possunt frumentum habentes omninò cogi, id ciuibus potiùs, quàm exteris vendere ad inopiam, egestatemue subleuandam: idcircò prædiorum Domini cogere possunt colonos ad vendendum ipsis potiùs, quàm alijs soluto iusto pretio.

Digitized by Google

17 Respondetur enim id esse publicæ vtilitatis iure, quo posito abdubio quis inuitus vēdere cogitur, iuxtà *textum in l. Lucius, & in l. Item si verberatum, in fin. D. de rei vendicat.* per quæ iura ità concludit *Aretinus in l. si seruus communis, in vltimo notabil. D. de vulgar. Alberic. in l. si quis sepulcrum, num. 5. de Relig. Io. de Platea in l. 2. C. de debit. Ciuitat. lib. 11. col. 2. Ioan. Andr. ad Speculat. de exequut. sentent. in fin. Rubr. Natt. consil. 554. num. 2. Capol. de seruit. vrbanor. tit. de sepulcro, lib. 5. Surd. de aliment. titul. 8. Priuileg. 94. Riccius dict. decis. 138. sub num. 2. vers. Quartò, Gaspar Anton. Thesaur. QQ. Forens. lib. 1. quæst. 64. num. 2. Cancer. Var. Resolut. lib. 1. cap. 13. de emption. & vendit. num. 133. Caren. Resolut. 2.* qui equidem omnes post alios etiam, quos recensent, dicunt, hanc esse potissimam restrictionem ad generalem illam regu-
18 lam, quòd scilicèt nemo vendere cogatur, quod suum est, etiam iusto pretio, ad *text. in l. inuitum, in l. dudum, C. de cōtrahen. empt. & in l. nec emere, C. de iure deliber.* tametsi æquissima illa regula rationem habeat ex iuris principijs petitam,
19 quòd in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, & de re propria Dominus liberè, & absolutè disponat, *Vasqu. Controuers. Illustr. quæst. 17. num. 2. & quæst. 9. num. 18.* Atq; ità nil mirum, si exteris
20 præferendi sunt ciues, & oppidani in emptione frumenti ex agris ipsarum Vrbium collecti, & quis rem propriam iusto pretio à Principe, vel
21 Reipublicæ Administratoribus definito vendere cogitur, *Bartol. & ICti* communitèr *in l. 1. C. de Episcop. audien.* idem *Bartol. in l. annonam, D. de extraordin. crimin. & in l. 1. §. cura carnis, D. de offic. Præfect. Vrb. Abb. & alij in cap. 1. de emption. & vendit. Couarr. Var. Resolut. lib. 2. cap. 3. num. 5.* quos refert, & sequitur *Cācer. dict. cap. 13. num. 131.* & notant idem *Rip. de remed. ad cōseruand. libert. num. 153. vers. Quòd si reddituum tenuitas, noster Author dict. cap. 149. num. 39. Gaspar Ant. Thesaur. dict. num. 2. in fin. Surd. dict. priuileg. 94.* atq; firmat *Bonacin. in tit. de emption. & vendit. disput. 3. quæst. 2. punct. 2. num. 28.*

22 Immò, quòd tali casu frumentum inter ciues illius loci, vbi illud collectum est, distribui potiùs debeat, quàm exteris, firmum vndiquè esse haùd ambigimus, constat nàmque hoc itidèm charitatis ordine, quo plus tenetur quis, ac prius
23 subuenire, quibus sanguine, aùt alia necessitudine coniūgitur, teste *Diuo Paulo ad Galatas cap. 6.* vbi inquit, *Dùm tempus habemus operamur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.* consequitur ergò necessitatis tempore frumentum habentem, teneri quidem id ciuibus
24 potiùs, cùm quibus ei est communis patria, subuenire, & vendere, quàm exteris, *Copia frumentorum Prouincia debet primum prodesse cui nascitur: quia iustius est, vt incolis propriā fœcunditas seruiat, quàm peregrinis commercijs studiosa cupiditatis exhauriat. Alienis siquidem partibus debet impendi, quod superest: & tunc de exteris cogitandum, cùm se ratio propriæ necessitatis expleuerit.* inquit *Cassiodorus lib. 1. Variar.* præsertim quia tenetur quis Patriæ oppressæ fame, alioquè malo totis viribus opem ferre potiùs, quā
25 alteri Ciuitati, cùm Patriæ plurimum debeatur, eiusquè salus omnium saluti, etiam Patris antenenda sit, vt in *lib. 3. de officijs, pag. 400. num. 31.* eloquentiæ Princeps scripsit ibi, *Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit nè filius? imò verò obsecrabit patrem nè id faciat, si nihil proficiet accusabit, minabitur etiam: ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.* ex *Lucilio* Satyræ conditore annotauit *Cassan. in catalog. glor. mūd. part. 1. consider. 63.*

Commoda prætereà Patriæ sibi prima putare,
Deindè parentum.

& inter cæteros firmauere *Henning. Arnisæ. politic. cap. 5. Vtrùm Maiestas, sub num. 12. & de Republic. cap. 5. sect. 8. num. 4. Knipschildt de iur. & priuileg. Ciuit. lib. 2. cap. 8. nu. 44. Mager. de aduocat. armat. cap. 13. à n. 251. cum. seq; Andr. Kohl. de seruit. feud. part. 3. num. 36.* etenim *Vnicuiq; nostrum cari sunt parentes, cari liberi, pro-*
26 *pinqui, familiares: sed omnes omnium charitates Patria vna complexa est.* vt idem eloquentiæ Princeps inquit in *lib. 1. de officijs, nu. 36.* vndèfer-
27 tur, pro eadē Patria, si profuturus sit, mortē subire licere, vt Venusinus Poeta *lib. 3. Ode 2.* cecinerat.

Dulce, & decorum est pro Patria mori.

28 & egregia huius rei posteritati monumenta dedere Curtius, Codrus, Scævola, Themistocles, Philæni Carthaginienses fratres, Spartius, ac Bulides, Ancutus Midæ filius, Mæneceus Thebanus, Leos Orphæi filius, Brutus primus Consul, Genucius Cipus, Publius Decius, Deciusq; filius, Scipio superior, Attilius Regulus, Marcus Marius, complureſquè alij insignes Græci, Romaniq; Equites, vt ex *Iustin. Xenophont. Thucyd. Tit. Liu. Salust. Plutarc. Stat. Æmil. Probo,* penes *Valer. Max. lib. 5. cap. 6.* latè compertum extat, & hanc sententiam quoque probasse noscimus *Diuum Thomam 2. 2. quæst. 70. art. 3. R. P. Layman. in Theolog. moral. p. 3. tract. 3. de iniustit. lasion. corpor. cap. 1. num. 4. Sot. Less. Azor. Valent. Aragon. Turrian,* apùd *Reu. P. Diana Resolut moral. tom. 5. tract. 4. Resol. 23.* & ex nostris cæteris relatis sequuntur *Io: Baptist. Larrea Allegat. Fiscal. 114. num. 17. & 18. lib. 2. Ferdinand. Vasqu. Controuers. Illust. lib. 1. cap. 11. nu. 3. Philipp. Knipschildt de iur. & priuileg. Ciuit. lib. 2. cap. 8. num. 44.* Propterea exposita suprà thesis firmatur ex charitate demùm, qua scilicèt ergà Patriam Ciues dulcissima quidē animi pro-
29 pensione obstringuntur, vt docet Canon Quintus Turonensis Concilij sub Pelagio Primo in hæc verba, *Vt vnaqueque Ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secūdùm vires, vt tàm vicini Presbyteri, quam ciues omnes suum pauperem pascant, quo fiet, vt ipsi pauperes per Ciuitates alienas non fatigentur.* ex quibus equidem verbis comperimus, primū subue-
30 niendum esse pauperibus eius Ciuitatis, & Reipublicæ, in qua quisque educatus, institutusque fuerit, deindè exteris, postremò nemo vnquam dubitare poterit omnibus Prouinciæ Ciuitatibus inopia, & penuria laborantibus, quod vniuscuiusque famem subleuandam æquissimum esse, & rationi consentaneum, vt frumentum ex vnius
31 Vrbis agris collectum, primùm eidem Vrbi distribuatur ad alendos ciues, qui agros illos coluere, coluntuè, & ipsius Ciuitatis onera subeunt, eamq; defundūt, ac tutantur, cui concinunt quæ Ipsemet notaui in meo *Menex. de Reipub. regim. §. 15. & 16.*

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Iurisdictio omnimodò taxata, & ad certam causarum speciem, & qualitatem limitata, vt ex tacito, vel expresso partium consensu prorogari nequeat, pro absoluto edocetur, ac ex pluribus ostenditur, etiam si qualitas illa specialem requireret in causa procedẽdi modum diuersum ab alio alijs in causis requisito, cùm ex parua, & leui differentia apùd Legistas diuersitas specifica in genere moris inducatur, quidquid apùd Dialecticos scriptũ reperiatur; Hinc traditur iurisdictionis prorogationem inhibitam esse aduersùs eum, qui illam habet cùm clausula abdicatiua, & decreti irritantis: in causis itidèm Principi reseruatis: & denique in causis appellationũ, etiam si litigatores ad verum Superiorem Iudicis à quo appellare, contingere potuerit.

RERVM SVMMA.

1 *Iurisdictio omnimodò taxata ex partium volũtate prorogari non potest.*
Præsertim cùm ad certam causarum speciem, & qualitatem limitata est, vt num. 7. & 10.
Idque, quamuis qualitas illa specialem requireret in causa procedendi modum diuersum ab alio alijs in causis requisito, vt num. 13.
2 *Officium sibi commissum nemo excedere debet.*
3 *Inhibitio prorogationis iurisdictionis quando fauore Iudicis, & quando subditorum fauore facta dicatur, & num. 4. & 5.*
6 *Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ in causis, in quibus non habet interesse, se intromittere non potest.*
8 *Prorogatio vt fieri possit, id, quod prorogatur, præexistere debet.*
9 *Prorogatum cùm prorogato eiusdem est naturæ.*
11 *Iurisdictio spiritualis ad causas temporales, & è contrà prorogari non potest.*
12 *Prorogatio de specie ad speciem causarum, quãdo inhibita dicatur.*
14 *Iurisdictionem habens à statuto cognoscendi de causis mercaturæ, aut mercatorum, etiam accedente litigatorum consensu de causis, quæ nõ sint mercaturæ, aut mercatorum cognoscere nõ potest, & num. 24.*
15 *In causis mercatorum ex bono, & æquo proceditur, & sola facti veritas inspicitur.*
16 *Causa accidentalis speciem non mutat, neque diuersitatem in natura adducit.*
Comprimitur vt num. 17.
18 *Qualitas, quæ res in ordine ad humanum vsum immutat, diuersitatem specificam moralem causat.*
19 *Circumstantiæ diuersitatem specificam in genere moris inducunt.*
20 *Qualitas adueniens ità rem afficit, vt ipsam in diuersa specie reponat.*
21 *Species, secundùm Iura loquuntur, constituitur ex parua, & leui differentia.*
22 *Iudicium diuersum dicitur, si cùm prius ordinariè ageretur, post agatur summariè.*
23 *Sub vno genere subalterno diuersæ species continentur.*
25 *Iurisdictio aduersùs eum, qui illam habet cùm clausulà abdicatiua, & decreti irritantis, prorogari non potest.*
26 *Magnus Admiratus iurisdictionem habet cùm clausulà abdicatiua, etiam ad M.C.*
27 *Furtum committens in mari Magno Admirato remittitur.*
28 *Prorogatio in causis Principi reseruatis locum minimè habet.*
Extenditur in his, quæ Princeps ex voluntate ex accidenti ea sibi reseruare vult, vt num. 30.
29 *Priuatus subditus Principi suo ea, quæ ad ipsum in supremi dominij signum pertinent, absque eius consensu tollere, alteriq; Principi conferre non potest.*
31 *Iurisdictio appellationis in causa non prorogatur.*
32 *Appellatio ad Iudicem non superiorem interponi non potest.*
33 *Prorogatio nùm admittatur in appellationis iudicio, si contingere potuerit, litigatores ad verum Superiorem Iudicis à quo appellare.*
34 *Et an tunc verè prorogatio dicatur.*
35 *Prorogatio ex dissensu non oritur.*

OBSERVATIO LXXVIII.

1 ORaculum est præsens decisio in controuersia, vtrùm iurisdictio omnimodò taxata, ex tacito, vel expresso partium consensu prorogari queat ex eo, quia firmat negatiuè, cùm certum sit, quòd quando est certus, & limitatus Iudex in alium Iudicem locum habùd habet prorogatio, quia non debet quis 2 officium sibi commissum excedere, & de alterius officio tangere, *l. final. de appar. proconsul. l. 2. C. de nummul. & cartular. lib. 12.* & concinunt, quæ Ipse obseruaui in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 9. quod præsertim procedit, quãdo inhibitio ad Iudices refertur, & eius fa- 3 uore, veluti si diceretur, de talibus causis tu solus cognoscas, & nullus alius in easdem se intromittat, aùt intromittere possit, sed eas ad te remittere debeat, & quidquid alitèr fiat, nullum sit, & irri- 4 tum; Itèmque si haùd Iudicis fauore, sed magis subditorum, cùm adijcitur non ad priuilegiandã, sed ad limitandam eius potiùs iurisdictionem, vt magis Iudicum extraneorum fauorem respiciat, quibus reseruantur causæ à iurisdictione ista, quæ limitatur, exceptę, vt putà si diceretur, tu de talibus causis cognoscas, & in alias te non intromittas, sed eas ad competentes remitte; Et de- 5 mùm procedit, si id per modum generalis legis ad aliquem Iudicem, vel Tribunal fiat, prohibendo nè Iudex ille, vel Tribunal de talibus causis cognoscat, sed eas ad alios Iudices remittere debeat, vt cautum legimus in *Pragmat. 2. cap. 8. cum seq.* & in *Pragmat. 63. de offic. Procurat. Cæsar.* 6 vbi statuitur, nè Regię Camerę Summariæ Tribunal in causis se intromittat, in quibus non habet interesse, sed eas ad Sacrum Consilium remittat.

7 Id quod ab dubio procedere comperimus in iurisdictione ad certam causarum speciem, & quali-

qualitatem limitata, vt nequeat illa ad diuersæ qualitatis causas partium ex consensu prorogari, vt alijs adductis edocent *Capycius decis.9. num. 16. Gamma decis.219. Valasc. consult.27. num.5. Antoninus de Amato* Authoris nostri haùd immemor *lib.1. Var. Resolut.33. sub num. 16.* vbi etiam dicit, quòd impossibilis est hoc in casu prorogatio, *Consiliar. Carleual. de iudicijs, tom. 1. lib.1. tit.1. disput.2. quæst. 8. sect.4. num. 1169. Pater Molfesius in commentar. ad nostras Consuetud. Neapol. tom.1. part.4. tit. de renunciat. quæst.4. num.38. Marant.* qui optimè disputat in *Speculo aureo, part.4. distinct.6. num.34. Didac. Perez* perbellè in *l.1. gloss.1. tit.4. lib.3. ordinamenti, vers. Item quarto fit prorogatio, col. 887. Caldas Pereyra in l. si curatorẽ, in princip. num. 20. C. de in integr. restitut. minor. Vantius de nullitatibus, tit. 9. de nullitate ex defectu iurisdictionis, num.51. & 52. Guttierez de iurament. confirmat. part.3. cap.5. num.20. in fin.* & post alios, quos refert, concinit *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in suo Nicandro, sect. 1. num. 188. in secunda impressione*, scitum enim
8 est, quòd id, quod prorogatur, præexistere debet, vt Ipse quoque exposui in *Obseruat. 2. num.28.*
9 & prorogatum cùm prorogato eiusdem est naturæ, quamobrèm Iudex ex prorogatione eandemmet iurisdictionem in specie, & qualitatè in prorogãtes habere debet, quam in subditos exercet, cæteroquin prorogantium consensus nouam Iudici iurisdictionem tribueret, qua careret, contrà *textus* regulam in *l. priuatorum consensus, C. de iurisdict. omn. Iudic.* & demùm, quia limitatio
10 ad certos casus, & materias nihil operaretur, si ea non obstante fieri posset prorogatio ad causas, & materias dissimiles; Hinc porrò fit, iurisdictio-
11 nem spiritualem ad temporales causas, aùt temporalem ad spirituales ex litigatorum consensu extendi haùd posse, neq; merum imperium ad mixtum, aùt iurisdictionem simplicem, neque è contrà, neq; iurisdictionem criminalem ad causas ciuiles, neque ciuilem ad criminales, vt exponunt vnanimi consensu omnes recensiti *Doctores*, & quoque nostet *Author hic num.11.* aduer-
12 tens, quòd licèt detur prorogatio de specie ad speciem causarũ, tamèn hoc haùd procedit, cùm ei obstat superioris prohibitio, *Decian. tract. criminal. lib.4. cap.23. num.3. Barbos. in l.1. art.1. num.115. & seqq. & num. 142. cùm seqq. D. de iudicijs*, & probatur ex *textu in l. solemus 61. §. latrunculator, D. de iudicijs.*
13 Idq; ex allegatorum complurium I*Ctorum* etiam voto extensum dicimus, vt procedat paritèr, si qualitas illa specialem requireret in causa procedendi modum diuersum ab alio alijs in causis requisito; atque ideò si statuto sit alicui
14 concessa iurisdictio cognoscendi de mercaturæ, aùt mercatorum causis, nequit etiam accedente litigatorum consensu cognoscere de causis, quæ non sint mercaturæ, aùt mercatorum, nàm qualitas illa causarum ad mercaturam attinentium diuersum desiderat procedendi modum in illis, ac in cæteris causis seruari solet; His enim in causis mercatorum respicientibus, & eorum Curia,
15 ex bono, & æquo, haùdq; ex rigore proceditur, neq; solemnitates attenduntur, sed sòla facti veritas inspicitur, vt *Bartol.* tradit *in l. si fideiussor, §. quædam, num.2. & in l. Quintus Mutius, D. mãdat.* quem sectantur *Iason in l.2. §. item si in facto, num.17. D. de verbor. oblig. Angelus Aretin. in §. item si quis in fraudem, num. 21. Element. Iur. de action. Eugen. cons.89. num.25. & 26. lib. 1. Marant. cons.57. num.1. & in praxi 4. part. distinct.9. ex num. 48. Cacheran. decis.2. num. 2. Boetius decis.221. num.14. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.16. tit.16. num.3. Negusant. de pignorib. & hypothec.8. part. membr.1. num.29. Benuenutus Stracca de mercatura, 3. particul. vltima partis principalis, quomodo in cauſ. mercat. sit procedend. Rubr. de exceptionibus, num.5. 6. & 14. cùm seqq.* quod secùs est alijs in causis ad eandem speciem iurisdictionis simplicis pertinẽtibus, in quibus, cùm diuersæ sint qualitatis, regularitèr attenduntur iuris solemnitates, iurisuè rigor est seruandus, *l. Iudices, C. de iudicijs, l.1. C. de exequut. rei iudicat.* quam equidem conclusionem post *Barbos. dict. art.1. num.126.* probat etiam *Cõsiliar. Carleual. vbi supra sub num.* 1176. dicens, haùd aduersari, quòd accidentalis
16 causa speciem non mutat, neque diuersitatem in natura adducit, vt *Bartol.* notat in *l. denunciasse 17. §. quid tamèn, num.5. D. ad legẽ Iul. de adulteryjs*, etenim quando causæ qualitas est eiusmo-
17 di, vt annexum habeat diuersum procedendi, definiendiq; modum, proculdubio alterat, causæq; naturam in genere moris mutat, & diuersam speciem moralem constituit, vt luculentèr alio in proposito animaduertit *Suarez in 3. part. Diui Thomæ, tom.3. disput.2. sect.4. §. vt verò distin-*
18 *guamus*, vbi qualitates, quæ res in ordine ad humanum vsum immutant, etiam si varietatem in specie physica, & naturali non inducant, diuersitatem specificam moralẽ causare notat: & inscium minimè est, circumstantias, quæ accidentia sunt
19 actus humani, & speciem naturalem actus non mutant, diuersitatem specificam in genere moris inducere, vti docent *Theologi Thomista* post *Diuum Thomam 1.2. quæst.7. art.1. & quæst.18. art.3. 5. & 10.* & prosequitur *Gabriel Vasquez tom.1. disput.53. 54. & 55. per totas, & disput.56. cap.2.* nec non *Francisc. Suarez ad primam secundæ Diui Thomæ, tract.3. disput.7. sect.8. num. 9. & 10.* ex quo receptum esse, qualitatẽ eiusmo-
20 di rei aduenientem, ità illam afficere, vt ipsam in diuersa specie reponat, notat *Hyppolitus de Marsilijs Singular.520. qualitas aduenies*, nec non *Natta cons.139. num.5. & 6. tom.1.* & deducitur ex *Bartol.* doctrina in *l. ius ciuile, D. de iustit. & iur.* atque ex *text. in l. si cui lana, 70. in princip. & in l. hæres meus 100. §. dua statua, D. de legat.3. & in cap. licet canon 14.* iuncto *cap. statutum 22. de elect. in 6.*
21 Quamobrèm, quidquid sit apùd Dialecticos, apùd Legistas tamèn ex parua, & leui differentia, species constituitur secundũ quod Iura loquũtur, tametsi in quidditate, & essentia differre non videantur, vndè *Alciatus* dixit in *lib.6. Parergon,*
22 *cap.17.* iudicium idem haùd esse, sed diuersum, si cùm priùs ordinariè ageretur, post agatur summariè, & ex *Bartoli*, & *Baldi* traditionibus confirmat sententiam hanc *Barbos. in dict. art.1. ex num.136.* dicens, quòd tametsi causæ ciuiles ad
23 idem genus subalternum pertinere videãtur, sub eo autem diuersa inferiorum genera, seù species infimæ continentur, quæ secum inuicem comparatæ diuersæ item sunt, vt illo laudato quoq; tradit

Digitized by Google

dit *Consiliar. Carleual. dict. l. num.* 1177. igitur succedit, quòd causæ mercaturæ, etsi comprehendantur sub genere ciuilium, multũ tamèn ab alijs causis ciuilibus differunt, sicq; iurisdictio ad eas
24 limitata, ad alias prorogari non potest, cùm ob eandem rationem prorogari nõ possit iurisdictio ex vna specie ad aliam, quam non potest prorogari de vno genere ad aliud.

25 Ex his porrò inferimus, iurisdictionem prorogari non posse aduersùs eum, qui illam habet cùm clausula abdicatiua, & decreti irritantis, iuxtà exemplum in principio relatũ, quod pro absoluto habetur per *Capyc. dict. decis.* 9. loquendo de iurisdictione Magni Admirati, quemadmodùm & quoque per *Præs. de Franch. decis.* 417. *num.* 7. *& seq. Fab. de Ann. cons.* 107. *num.* 13. *lib.* 2. quos sequitur *Reg. Capycius Latro decis.* 155. *num.* 6. *tom.* 2. docentes ex hoc, haùd posse subditos Magni Admirati aliorum iurisdictiones prorogare, quia Magnus Admiratus iurisdictionẽ
26 habet cùm clausula abdicatiua, etiam ad M. C. quæ quidem clausula operatur, vt ipse solus cognitionem habeat sui subditi non obstante delicti atrocitate, quæ aliàs denegaret forum *Hippolytus de Marsilijs in l.* 1. *num.* 132. *C. de rapt. virgin. Dom. Regens Tapia lib.* 3. *Iuris Regni, tit. vbi de crimine agi oportet, num.* 30. *&* 32.
27 nàm etiam committẽtes furtum in mari Magno Admirato remittuntur, prout decisum refert *Reg. Sanfelicius in decis.* 419. ea ratione, quia statim efficitur de foro abdicatiuo dicti Magni Admirati.

28 Propterea consequimur, eò magis dicendum esse, quòd in causis Principi reseruatis locum haùd habeat prorogatio, sicq; nequit subditus cõsensu suo iurisdictionis vsum in alium etiam parem transferre, eiq; se subijcere, vt clamitat *textus in cap. per venerabilem* 13. *§. insuper, qui filij sint legitim. & in §. final. Auth. vt natural. effic. sui, collat.* 7. & post alios, quos referunt, docent *Capycius dict. decis.* 9. *num.* 4. *&* 14. *Consiliar. Carleual. dict. quæst.* 8. *sect.* 5. *num.* 1228. *Couarruuias de sponsalib. & matrimon. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 8. *num.* 43. *&* 44. *Barbos. dict. l.* 1. *art.* 3. *num.* 136. *&* 137. *& art.* 4. *ex num.* 333. *cùm seqq. D. de iudicijs, Peregrin. de fideicommiss. art.* 23. *num.* 17. *Capiblanc. de Baronib. prag.* 8. *part.* 1. *num.* 105. *Reg. Capycius Latro tom.* 1. *decis.* 67. *num.* 17.
29 etenim priuatus subditus Principi suo ea, quæ ad ipsum propriè pertinent, quæuè ipse in sui supremi dominij signum sibi reseruauit, absq; eius consensu tollere, alteriq; Principi conferre non potest, quia sic Principi suo iniuriam inferret, vt notant allegati *Doctores*, ampliantes conclusio-
30 nem hanc, vt procedat, etiam in ijs, quæ natura sua Principi non sunt reseruata, sed tamèn Princeps ex voluntate ex accidenti ea sibi reseruare vult, & ad se priuatim aduocat, quoniam in eis censenda est tacitè inhibita prorogatio, *cap. vt nostrum*, 56. *de appellat.* quòd eruditè etiam tuetur citatus *Consiliar. Carleual. ibidẽ sub num.* 1233. qui etiam post alios, quos refert in *dict. quæst.* 8. miro ordine, & lato calamo, omnia rem hanc circà spectãtia explanat, ad quem meritò me remittere consultiùs putaui, nè vel rem satis latè ab eo dilucidatam rescriberem, tantò magis, quòd ad assumptum meum onus, latè displicare non spectat, cùm sufficiat prò re nostra secũdùm ea, quæ porrigit *Author*, peculiaria adducere, & probatos *Doctores* super ea recensere.

31 Illud autem non omittimus, quod vnico voto arbitrantur *Doctores*, prorogationem nempè in appellationum causis non admitti, iuxtà *Authoris* nostri traditũ *hic nũm.* 31. quod docent *Bald. in cap.* 1. *vers. Hoc quod nos, num.* 21. *de pace cõstantiæ, & in cap. de causis* 4. *num.* 51. *& in cap. P. & G.* 40. *num.* 11. *Abb. num.* 15. *Imol. num.* 85. *& Felin. num.* 7. *de offic. delegat. Marianus in cap. Significasti, num.* 35. *de foro competent. Additio ad Bartol. in l.* 2. *num.* 1. *verb. Consensisse, D. de iudicijs, Barbos. dict. l.* 1. *art.* 1. *num.* 165. *&* 166. *D. de iudicijs, Azeuedus in l.* 7. *num.* 25. *&* 26. *titul.* 18. *lib.* 4 *recopil. & in addit. ad Curiam Pisanam, lib.* 4 *cap.* 6. *num.* 32. *&* 82. *Ancharan. cons.* 345. *in fin. Natta cons.* 82. *num.* 7. *&* 8. *tom* 1. *Marant. in speculo aureo, part.* 4. *distinct.* 12. *num.* 22. *Cancer. Var. Resolut. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 212. *Consiliar. Carleual. dict. quæst.* 8. *sect.* 5. *num.* 1224. *Anton. de Matthæis de prorogat. iurisdiction. num.* 5. *circà fin. vers. Nec prorogabilis est iurisdictio Iudicis appellationis, Guttierez de iurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 20. *Ignatius Villar in Sylua responsorum, respons.* 15. *quæst.* 8. *num.* 6. *Auendan de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 31. *vers. Vndecima causa, & in cap.* 6. *num.* 1. *Bouadill. lib.* 3. *politic. cap.* 8. *num.* 193. *gloss. A*, quibus nouissimè accedit peritissimus, eruditissimusq; nostri Æui I. C. & M. C. V. dignissimus Iudex Dominus *Philippus Marescа in sua Diatyposi reconuentionali, enarrat.* 6. *num.* 110. ea ratione, quia ad Iudicem non
32 superiorem appellari non potest, quòd vtiq; fieret, si prorogatio tribueretur, aduersùs iura in *Nouell.* 33. *cap.* 4. *cap. placuit* 9 *cap.* 2. *quæst.* 6. Etsi autem nonnulli pensitauerint, admittendam esse
33 prorogationem in appellationis causa, si contingere potuerit, litigatores ad uerum Superiorem Iudicis à quo appellare, vt putà si quis contrà Iuris Ciuilis regulas omisso medio ad Supremum Iudicem appellaret, quamuis ad ipsum tanquàm mediatum appellandum haùd foret, & aduersa pars nihil opponeret; attamèn tunc verè prorogatio dici nequit, sed exceptionis omissio, vt ex *Francisc. Marco in decis.* 419. *num.* 10. *part.* 1. annuit noster *Author hic num.* 34. & concinit *Consiliar. Carleual. dict. l. sub num.* 1227. tradẽs,
34 quòd tali casu propria prorogatio non cernitur, cùm prorogantes, etiam prorogatione secluſa, semper sint subditi Iudici prorogato, & dumtaxàt inuertatur in processu, & disturbetur gradualis illa ascentio obseruari solita, dùm per saltum ab inferiori ad supremum proceditur omisso medio: quinimò laudatus *Dom. Iudex Philippus Marescа dict. l. num.* 116. altiùs prorogationem ponderans, notat perbellè, quòd ex dissensu nulla
35 datur prorogatio, cùm illa ex assensu dumtaxàt, vel ex lege præsumpto, vel ab homine præstito oriatur, propterea tali casu cùm appellãs coactus appellet non prorogat iurisdictionem, cùm non eligat ex voluntate.

PROLOGOMEN.

Appellationi expressè vt renunciare non possit Procurator, ex receptiori ICtorum sen-

ten-

tentia deciditur, quamuis *cùm libera* habeat mandatum, quandoquidem compertum extat, huiusce clausulæ tantam haùd esse vim, vt ad casus etiam, in quibus speciale requiritur mandatum, extendatur.

RERVM SVMMA.

1 *Procurator appellationi expressè renunciare non potest, quamuis habeat mandatum* cùm libera, *& num.* 2.

2 *Procurator non appellando Domino praiudicat.*

4 *Clausula* cùm libera *operatur, vt quis omnia facere possit, qua principalis potest.*
Restringitur in casibus speciale mandatum requirentibus, vt num. 5.

6 *Procurator qua facere nequeat, quamuis mandatum habeat* cùm libera.

7 *Procurator non maiora, sed minora expressis exequi valet.*

8 *Procurator nominationi facta aliqua in causa pro examinandis testibus sui principalis renunciare non potest.*
Neque terminum non necessarium petere, vt num. 9.

OBSERVATIO LXXIX.

1 VErior in contentione præsentis loci arbitrata fuit sententia illa, quòd scilicèt appellationis renũciatio per Procuratorem facta sit nullitatis labe maculata, tametsi mandatum *cùm libera* haberet, vti noster *Author* exponit *hic*, quam sententiam vti veriorem amplexantur demùm in terminis *Golin. de procurator. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 117. *Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. verb. Procurator, num.* 43. *Tiraquell. in tract. de iure maritj, Gloss.* 7. *num.* 77. *Mascard. de probation. conc.* 2308. *num.* 14. quemadmodùm & quoque *Michael Ang. Gizzius ad Reg. Capyc. Latr. decis.* 59. *num.* 9. *in fin. Dom. de Luca ad Pref. de Frãch. decis.* 579. *num.* 1. *in fin.* ambo nostri *Authoris* haùd immemores, & in ea quidem conueniunt,
2 dicentes Procuratorem appellationi expressè renunciare haùd posse, *Dom. de Franch. dict. decis.* 579. qui id euenire dicit in Procuratoribus quærelantium, qui soliti sunt à sententijs absolutorijs, vel à minoritate pœnæ appellare, & posteà extorquendo pecuniam ab inquisitis appellationi renunciant, *Amat. decis. Marchia* 59. *num.* 9. *Balb. decis.* 33. *Seraphin. decis.* 857. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 78. *num.* 9. *Mohad. decis.* 3. *sub titul. de appellationib. Christin. decis. Belgic.* 17. *num.* 9. *tom.* 1. *& decis.* 107. *num.* 17. *tom.* 2. secundùm eam determinauit Rota Romana in vna Salutiarum pensionis 14. Nouembris 1616. coràm Verospio, cuius meminit *Beltramin. ad decis. Ludouis.* 573. *num.* 13. & eam tãquàm indubitatam, atq; communitèr receptã amplectuntur *Verall. decis.* 29. *num.* 2. *part.* 1. *Giurb. decis.* 8. *num.* 5. *Papon. lib.* 19. *tit.* 5. *Arrest.* 8. *& tit.* 41. *Arrest.* 1. *Gaballin. milleloq.* 978. & demùm alijs omissis sectantur *Episcopus Riccius Collectan.* 410. *par.* 2. *& Collect.* 902. *part.* 4. *Dom. Regens Marcian. Disputation. Iuris, tom.* 1. *disputat.* 19. *num.* 13. *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in Commentar. super Ritibus M.C.V. Rit.* 260. *num.* 56. *vers. Quod verò*, vbi memor quoque est huiusce decisionis, *Thorus in Compẽd. decis. tom.* 1. *verb. Procuratores an possint, fol.* 428. quippè quod, etsi
3 regularitèr Domino noceat Procurator, si appellare non curauerit, non quidem procedit expressè appellationi renunciando.

4 Idquè tametsi in procuratoris mandato adsit prænominata clausula, etenim licèt communi *ICtorum* voto existimetur, tantam esse eius vim, vt omnia quis facere possit, quæ principalis potest, vt inter alios exponunt *Garzia de Beneficijs, part.* 3. *cap.* 8. *num.* 74. *Tiraquell. de iure cõstit. part.* 3. *limitat.* 13. *num.* 12. *Guttierez de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 50. *num.* 7. *&* 13. *Episcopus Riccius collectan.* 1730. *part.* 5. *Dom. Thorus voto* 69. *num.* 2. *tom.* 2. nihilòtamen minùs
5 eius vim ad casus, in quibus speciale requiritur mandatum, haùd extendi compertum est, vt constat penès *Cardosium in dict. verb. Procurator*, atq; demùm penès *Augustinum Barbos. in tract. de Clausulis vsufrequentibus, clausul.* 35. *à num.* 16. vbi lato calamo annuunt, quòd clausula
6 illa non obstante, nequit Procurator solutionem recipere, cùm ad huiusmodi effectum speciale requiratur mandatum, nec debitum remittere, nec alienare, nec iurare, nec accusare, nec rescriptum impetrare, nec instrumenti exemplationem facere, nec matrimonium contrahere, nec recusare, nec substituere, nec transigere, vel pacisci, nec compromittere, nec possessionem capere, nec de calumnia iurare, nec positionibus respondere, nec in integrum restitutionem petere, nec pacem facere, nec donare, nec litis instantiæ renunciare, nec peremptorijs exceptionibus renunciare, nec Beneficium resignare, nec Clericum ad Beneficiũ præsentare, nec Beneficium Ecclesiasticum acceptare, nec ea, ex quibus Constituens in pœnam cadat, facere, nec caducitatem remittere, aùt declarare, nec Beneficium impetrare, nec libellum obscurum à mandante datum declarare, nec laudimium exigere, nec ius retractus, seù congrui intentare, nec ea, quę magni sunt præiudicij facere, nec quidquam vltrà Domini negotia ei commissa facere, tandèm nec appellationi per se interpositæ renunciare, nec potest præiudicare, neq; pacisci, quòd suus principalis à sententia non appellet, nec ius dicendi de nullitate remittere, quia
7 non maiora, sed minora expressis exequi valet, vt per *Marches. de commissionibus, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 32.

8 Hinc fit propterea, haùd licere Procuratori nominationi factæ aliqua in causa pro examinãdis testibus sui principalis iuxtà formam à *Regia Pragmatica* 7. traditam *de ordin. Iudicior.* renunciare, ità vt renunciatione non obstante possit principalis illa vti, iudicauit S.C. in causa Dom. Principis Buteræ D. Federici Columnæ, cùm Dom. Marchione Arenarum, referente tunc Consiliario Dom. Regente *Hectore Capycio Latro*, sub die 25. Iunij 1640. de quo testatur *Michael Angelus Gizzius dict. decis.* 59. *num.* 11.
9 Neq; terminum non necessarium petere, putà quando controuersia, seù articulus est iuris congrui, vt de anno 1662. per S. C. decisum fuit ad relationem Regij Consiliarij *D. Francisci de*

Ocam-

Digitized by Google

Ocampo, in causa D. Aloysii Antonij de Leua filij, & Principis Ascoli, cùm Aluaro, & Blasio Vaes; quòd decretum postmodùm in gradu reclamationis confirmatum fuit sub die 10. Octobris 1664. vt in Processu creditorum Ill. Principis Ascoli in Banca Vincentij Burrelli remisso per Sacrum Consilium ad Regiam Cameram Summariæ in Banca Caroli de Maria, de quo memor est *Dom. de Luca ad Pras. de Franch. obseruat.* 579. *num.* 4.

PROLOGOMEN.

Defensor necessarius quot modis dicatur, ostenditur, & an Reum proprio iure iuuare possit? & si mandato careat nùm validè alicuius defensioni se offerre queat? annuitur breuitèr.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia contrà defensorem defensorio nomine formata subsistit.*
2 *Defensor necessarius dicitur quò ad necessitatẽ comparitionis.*
3 *Defensor necessarius est omnis, qui iudicium declinare non potest.*
4 *Defensor Domini priuilegio vtitur.*
5 *Defendere quid sit, & num. 6.*
7 *Defensor necessarius proprio iure Reum iuuare potest.*
8 *Defensor mandato carens alicuius defensioni se offerre potest.*

OBSERVATIO LXXX.

CVrioſe admodùm *Author* noster hoc in loco tradens conclusum, sententiã formatam contrà defensorem defensorio nomine subsistere, edocet, quòd defen-
2 sor necessarius duobus dicitur modis, primò quò ad necessitatem comparitionis: secundò omnis
3 qui iudicium declinare non potest, *l. 2. C. de pactis*, Hinc propterea aduertere nè pigeat, defen-
4 sorem vti Domini priuilegio, vt in *l. si cùm Procuratore, D. de re iudicat.* & defendere nihil aliud esse, quàm vicem Rei subire *l. minor §. 1. D. de Procuratorib. Dom. Consiliarius Arias de Mesa Variar. Resolut. lib. 1. cap. 20. num. 24. in fine*, & amplecti videtur memorandus *Dominus Consiliarius Ioseph de Rosa in sua Consult. 7. num.* 85. dicens, defendere aliud non esse, quàm li-
6 tem, si qua moueatur in se suscipere, iuxtà *Glossam in l. sed & ha. §. defendere, D. de Procuratorib.* & iudicatum soluere, iuxtà *textum in l. rectè defendere*, vbi *Castrens. D. de iudicijs*, *Mangilius de euiction. quæst. 61. num. 8. & seqq.*
7 Præterea, speciale esse in necessario defensore, vt Reum principalem ex proprio ipsius defensoris iure iuuare possit, vt *textus* canit in *l. idemque, §. generaliter, in l. si fideiussor, §. quadam, D. mandat. & in l. Procurator, §. 1. D. rem ratam haber.* per quę iura ità exponit noster *Author hic num.* 4. atque in *tom. 1. Disceptat. forens. cap. 12. num. 1.* ità pariter *Surdus in cons.* 345. *num. 12. lib. 3. & in decis. 301. num. 16.* demùmque *Dom. Herchules Maresçotta Variar. Resolut. lib. 2. cap. 129. num. 5.* nec non eos ante notauit *Baldus in Repetit. l. quoties, in fine, C. de precib. Imperator. offerend.* vbi pariter dicit, id multum esse notandum, quia de apicibus iuris; &
8 defensor carens mandato, Iure Communi inspecto, validè defensioni alicuius se offerre potest, *l. minor viginti quinque annis, D. de Procurator. Speculator in titul. de his, qui alien. nom. num. 1. Hieronymus Buttigella in l. 2. nu. 17. C. de edend. Dominicus Arumæus decis. Ienensi 7. num. 19. Claudius Battandier. Regul. crimin. 18. num. 5. Dethardus Horsthius in Synopsi thesium, lib. 3. titul. 3. num. 1. part. 1.* quos recensens, sequitur *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra in Commẽtar. super Ritibus M. C. V. tom. 1. ritu 154. num. 6.*

PROLOGOMEN.

Fœminæ in successione locum aperiri stante statuto fœminas propter fratrum existentiam excludente, cùm illi post aditam hæreditatem sine filijs masculis deficiunt, edocetur in terminis quoque Regni Constitutionis *In aliquibus, vt de succeſſ.* quæ peculiariter illustratur. Filij in conditione positi vt proprijs ex personis ad testatoris bona vocati haùd censeantur, annuitur indè iuxtà doctrinam *Glossæ in l. Lucius, la 2. D. de hæredib. instit.* Postremò latè discutitur, Nùm probatio per testes, ac per instrumenta parem vim obtineat? & quid si cautum fuerit in tabulis, vt solutio per testes probari haùd possit, nùm valeat debitor producere testes inpromptu Curiæ pro Tribunali sedente? eadem dirigente methodo exaratur.

RERVM SVMMA.

1 *Filia dotata, & exclusa per fratrum existentiã deficientibus fratribus sine filijs masculis, reintegratur vigore Statuti Æsini, & de ratione num. 2.*
Quod pariter procedit in Regno vigore Constitutionis In aliquibus, vt de succession. *vt num. 3.*
4 Constitutio in aliquibus, *agnationis conseruandæ ratione promulgata non dicitur, sed propter masculinitatem & num. 5.*
6 *Fœmina secundo loco post masculos vocata dicuntur stante statuto prælationem filijs, descẽdentibusq; masculis tribuente.*
Ratio traditur num. 7.
8 *Fœmina ob masculorum existentiam exclusa reintegratur illis decedentibus viuo patre, quamuis dotata esset.*
9 *Fœminarũ exclusio in* Constit. in aliquibus *nõ est dotatio, sed masculorum existentia.*
10 *Soror maritata collatis dotibus vnà cùm sorore in capillo succedit.*
11 *Filij in conditione positi nùm in dispositiue positi etiam censeantur.*
Negatiuè resoluitur num. 12.
Sed comprimitur vehementibus coniecturis cõcurrentibus, vt num. 13.
14 *Probatio per instrumenta, & per testes parem vim habet,*

15 Pro-

Digitized by Google

15 *Probatio & ſcripturis, & teſtibus facere poteſt.*
16 *Probatio per teſtes inter probationes primum locum obtinet.*
Et magis probata dicitur, vt num. 17.
18 *Fides maior voci viuæ, quàm mortuæ præſtatur.*
19 *Teſtibus in promptu productis probatur ſolutio ad impediendam inſtrumenti liquidationem.*
Dummodò quinque illi ſint omni exceptione maiores ad actum illum rogati, vt num. 20.
Et cautela traditur num. 21.
Verùm comprimitur in caſu, quo de ſolutione confecta fuiſſet ſcriptura, & amiſſa, vt num. 22.
Et intelligitur, vt num. 23.
24 *Inſtrumentum vt ex partium conuentione confectum ſit, quomodò dignoſcatur.*
25 *Inſtrumentum in dubio confectum præſumitur, vt facilius probari poſſit contractus.*
26 *Solutio per teſtes an probari poſſit, cùm in inſtrumento cautum extat, vt ea per teſtes probari non poſſit, niſi per ſcripturas? & num. 28. & 29.*
27 *Pactum prædictum num validum ſit.*
30 *Probatio per quinque teſtes omni exceptione maiores inſtrumento æquiparatur.*
31 *Inſtrumentorum appellatione teſtes comprehenduntur.*

OBSERVATIO LXXXI.

ILlud præcipuum obſeruandum dicimus, deciſum hic in principio extare, quòd filia à
1 ſtatuto excluſa per fratruum exiſtentiam, illis deficientibus poſt aditam hæreditatem ſine filijs maſculis, reintegratur ad bonorum patris ſucceſſionem, vigore ſtatuti Æſini reintegrantis filias dotatas, & excluſas per fratruum exiſtentiam illis deficiẽtibus abſque filijs maſculis, prout ità in ſpeciæ dicti ſtatuti latè etiam ſcribit *Gabriel in conſ. 7. num. 10. lib. 2.* aduertens id abſque vlla difficultate tranſire: cuius rei eam
2 quidem rationem (ni fallimur) eſſe arbitramur, quia ſtatutum fœminam incapacem non reddit, ſed maſculum ei præfert, ideòque ſi maſculus deficeret, aperitur locus fœminæ in ſucceſſione, quemadmodùm, & quoque audactèr affirma-
3 mus in terminis laudandæ noſtræ Conſtitutionis *In aliquibus, vt de ſucceſſ.* ex qua ſancitur, fœminis maſculos præferre, de dote dumtaxàt cõgrua pro bonorum quantitate, & familiæ, lociquè qualitate, & æſtimatione fœminis prouidendo: illius
4 enim Conſtitutionis ſanctionem agnationis conſeruandæ ratione haùd promulgatam eſſe erudimur, quidquid *Afflictus* ſentiat *in fine dict. Conſtit.* ſiquidem per eam fœminæ à parentum ſucceſſione excluſæ minimè dicuntur, ſed illis dumtaxàt maſculis, qui eodem in gradu exiſtunt, prælatio conceditur, quo fit, vt non ratio conſeruationis bonorum in agnatione, ſed prædilectionis
5 tantùm conſiderata dicatur, vt proprijs in terminis laudatæ Conſtitutionis dilucidant *Regens de Ponte in tract. de poteſtate Proregis, titul. de ſucceſſion. mulier. num. 26. & 27. & in lectura feudal. lection. 10. num. 27. Regens Capycius Latro in deciſ. 127. num. 39. & in deciſ. 135. num. 10. Dom. Conſiliarius Hodierna Controuerſ. Forenſ. cap. 11. num. 20.* vbi notat *Afflicti* opinionem ab omnibus communitèr reprobari, quemadmodũ & quoque in *addit. ad Surdum deciſ. 9. num. 19.* atque in *Repetit. l. hac edictali, quæſt. 12. num. 41. C. de ſecund. nupt.* cùm alijs, de quibus lato calamo habebis in meo *Synopſi Iuris Regni Neapolis* ſub titulo, quem inſcribam *de Conſtitutionibus Regni Neapolis*, quod Typis tradere ſpero, Deo adiuuante.

6 Hinc planè fit, vt ſtante ſtatuto, quod in effectu prælationem filijs, deſcendentibuſq; maſculis tribuit, fœminæ iuxtà ſtatuti ordinem vocatæ intelligantur, ſcilicèt ſecũdo loco poſt maſculos, quaſi maſculis ſubſtitutæ, ità vt extantibus, & ſuccedẽtibus maſculis, fœminæ haùd ſuccedant, aliàs admittantur, conſequentèr maſculi per priùs, fœminæ per poſteriùs, vt aliorum fultus auctoritatibus docet *Marcus Antonius Peregrinus in tract. de fideicommiſſis, articul. 25. num. 51.* & ex alijs notant etiam *Cardinal Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. titul. 7. num. 12. Simon de Petris de interpetrat. vltimar. volunt. pag. 329. num. 63. Menochius de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 84 num. 4.* quæ planè ſententia ve-
7 rior eſt, & demonſtratiua etiam ratione probatur, etenim ſtatutum tali caſu fœminam incapacem non reddit, ſed maſculum ei præfert, ideòque ſi maſculus nolit, aùt hæres eſſe non poſſit, aperitur in ſucceſſione fœminæ locus, *l. 2. §. ſed ſi ſint tui, D. ad Tertull.* perpulchrè *Bartol. in ea leg. in §. ſed videndum, col. 2. Paulus de Caſtro conſ. 359. tom. 2. Pariſ. conſ. 62. vol. 3. Brun. de ſtatut. excludent. articul. 10. quæſt. 4.*

8 Vndè dicimus in terminis dictæ laudãdæ noſtræ Conſtitutionis *In aliquibus*, quòd fœmina, quæ ob maſculorum exiſtentiam fuit excluſa, reintegratur illis decedentibus viuo patre, quamuis dotata eſſet, vt poſt cõplures aduertit *Minadous in Repetit. eiuſdem Conſtit. notab. 2. num. 65. & 66.* cùm cauſa excluſionis haùd quippè ſit dota-
9 tio, ſed maſculorum exiſtentia, vt animaduertit *Dom. Regens Rouitus in conſil. 23. num. 11. tom. 1.* quem quoq; ſectatus Ipſe fui in meis *Scholijs ad Controuerſ. forenſ. Dom. Reg. Merlin-cent. 1. cap. 3. in princ.* nàm alioqui ſequeretur, quòd ſi filia à patre dotata fuiſſet, quamuis maſculus ſupereſſet, non excluderetur, quippè quod cauſa, ob quam maſculus eam excluderet, ceſſaret, quod herclè falſum eſſe patet, nàm eo ipſo quòd maſculus ſupereſt, ſiue à patre, ſiue à fratre dotata fuerit, à ſuccedendi iure excluditur; & ex hoc dicimus etiã,
10 quòd ſi fratermet dotauit, & ab inteſtato abſquè deſcendentibus hac ex luce migraret, dicta à ſe dotata ſorore, & altera in capillo relictis, poſterior iſt hæc in capillo dotatam à ſucceſſione non excludit, ſed dotibus collatis, vel partem antè detracto ab in capillo conſimili paragio æqualitèr ad ſucceſſionem admittuntur, iuxtà ſolemnem *Afflicti* deciſionem 161. cui concinit *Napodani* doctrina in *Conſuetud. Si moriatur, num. 31.* quã comprobat illic *Præſ. de Franch. verſ. Quid autem ſi pater*, & ſequitur citatus *Dom. Regens Rouitus* complures S. C. deciſiones adnectens *dict. conſ. 23. num. 12.*

Conuenit modò, vt notemus, *Authorem* noſtrum *hic num. 8.* annuere per difficilem illam,
11 ac inextricabilem quæſtionem, an ſcilicèt filij in conditione poſiti dicantur poſiti in diſpoſitione, & ſucceſſiuè ſint vocati per fideicommiſſum ad bo-

Digitized by Google

bona testatoris, à quo in conditione positi fuere? quoniam nec certa lege, nec concludenti ratione terminari posse videtur, & Doctorum auctoritates sunt variæ, atq; inuicem vsque adeò repugnãtes, vt in contrarias etiam sententias sæpissimè declinauerint, atq; ijdem sibi ipsis cõtradixerint: illam verùmtamen communiori Doctorum calculo fulcitam esse inuenimus, filios nempè in
12 conditione positos proprijs ex personis ad testatoris bona vocatos haùd censeri, ex doctrina *Glossæ in l. Lucius, la seconda, D. de hared. instit.* quam sequuntur post infinitos *Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 26. & art. 1. num. 52. Graff. §. fideicommissum, quæst. 13. & 14. Gabriel commun. conclusion. tit. de fideicommiss. conclus. 4. Clarus*, qui allegat binas columnas Doctorum ità tenentium in *§. testamentum, quæst. 77.* & aliam columnam adducit ibi *in addit. Io. Harprectus Germanus*, eandem etiam sententiam acutissimè rationibus probans, sicuti paritèr *Anton. Gomes. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 5. titul. de substit. fideicomm. num. 42. Thesaur. decis. 96. Peguer. decis. 216. Castill. decis. 18. num. 61.* vbi post multos ità semper obseruatum fuisse refert, & ità pluries iudicatum fuisse testatur idem *Peregrin. dict. artic. 28. num. 2.* latè etiam *Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 76. Thob. Non. cons. 31. & 32. Aymon Crauett. cons. 763. vol. 3. Burfatt. cons. 52. vol. 2. Anton. Faber*, qui innumeris argũmentis tutatur *de erroribus Pragmaticor. decad. 26. error. 1. vsq; ad 6. & de coniectur. lib. 17. cap. 18. & 19. Thorus in Compend. decis. tom. 1. verb. Filij in conditione positi, Pater Molfesius in commentar. ad nostras Consuetud. Neapolit. in addit. ad part. 4. quæst. 36. à num. 5. Mõtanus Controuers. forens. controuers. 42. num. 9.* & denique post alios, quos manuducunt, sectantur, & latè explicant *Dom. Regens Capycius Latro decis. 1. & decis. 110.* vbi *Michael Angelus Gizzius in obseruat. Dom. Regens de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. cap. 141.* vbi *Dom. Rodoerius in addit. Illustr. Dom. Regens Merlinus Cõtrouers. forens. centur. 2. cap. 62. num. 9.* vbi Ipse hoc etiam notaui in meis *Scholijs*, quæ literis cõmendare, & typis imprimere spero, Deo adiuuante, *Dom. Consiliarius Paulus Staibanus Resolut. Iur. tom. 1. resolut. 58. num. 36. Dom. Consiliar. Io. Baptista Hodierna ad Surdum decis. 162. & in lib. 1. Controuers. forens. cap. 10.* vbi *num. 1.* dicit, per totum terrarum Orbem in iudicando hanc sententiam approbatam, & amplexam esse, ità & quoq; *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus Disceptat. forens. tom. 1. cap. 6. à num. 21. Dom. Consiliar. Franciscus Roccus Responsi. 58. & 60. & Dom. Iulius Capone de pactis, & stipulationibus, cap. 8. num. 7.*

13 Verùm enimuerò recensiti omnes suprà *ICti* illam restringi similitèr etiam dicunt, quando vehementes adsunt coniecturæ, ex quibus elicitur, testatorem voluisse, filios in conditione positos dispositiuè vocatos esse; & coniecturæ quidem sunt, quas dilatatis fimbrijs extricat *Eminentissimus Cardinal Franciscus Mantica in suo tractat. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 11. titul. 3.* & perbellè exponunt etiam *DD. Capyc. Latr. Hodier. Rocc. & Rodoer. loc. cit.* quorum dictis cùm satis illæ eluceſcant, ad tantorum virorum calamum, me imperitum, hanc rem circà remittere censui.

14 Hinc etiam, vt videamus, præsens instat locus, nùm veritate nitatur *Autoris* nostri traditum *hic num. 21.* quòd probatio per testes, & per instrumenta parem vim obtineat? Equidem conclusiuè respondemus, cùm vnumquemq; aliquod
15 probare volentem, vel scripturis, vel testibus, id facere posse, non dubitetur, ex *text. in l. cùm de indebito, D. de probation.* vbi *Gloss.* adijcit, quocumq; ex prædictis modis factam probationem dici legitimam, & *Autoris* nostri traditum probat expressè *Dom. Præs. de Franch. in decis. 278. num. 1.* per *text. in l. in exercendis, C. de fide instrument.* & sequuntur *Mynsiger. singul. obseru. 39. num. 7. centur. 4. Pacian. de probat. negat. lib. 1. cap. 19. num. 20.* immò probationem per testes
16 inter probationes primum locum obtinere, scribunt *Mascard. de probation. tom. 1. quæst. 5. in princ. Fontanell. de pactis nuptialib. claus. 14. Gloss. vnic. num. 68. part. 2. Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. Iur. tom. 2. resolut. 152. num. 1.* &
17 esse magis probatam annuit *D. Præs. de Franch. citat. decis. 278. num. 2.* quia facta dicitur per vo-
18 cem viuam, & plus creditur voci viuæ, quàm mortuæ, *Alexand. cons. 3. num. 5. vol. 2. Ifern. in Consit. Dignum, gloss. in C. tertio loco, de probation. Cynus in Rubr. C. de testib. in continuatione.*

19 Atquè ideò ad impediendam instrumenti liquidationem iuxtà formam *Ritus M.C.V. 166.* sat esse, si debitor cùm testibus deponentibus in promptu docuerit solutionem, exponunt *Danza de pugna DD. tom. 1. titul. de præb. cap. 1. num. 40. Regens de Marinis Quotid. Resolut. tom. 1. cap. 191. sub num. 13. in fin. Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in commentar. ad Ritus M.C.V. tom. 2. Rit. 166. antè num. 169. & Rit. 175. antè num. 3. Dom. Marcus Anton. Calima de liquidat. instrument. Recollect. 5. num. 49.* & docet expressè eiusdem *M.C.V. Ritus 175.* ibi, *vel per te-*
20 *stes*, dummodò quinq; illi sint omni exceptione maiores ad actum illum rogati, aliàs non probãt, vt expressè decidit *Imperator Iustinianus in l. Testium facilitatem 14. C. de testib.* & sequuntur *Afflict. decis. 13. num. 2. Mynsing. singular. obseruat. centur. 1. obseruat. 5. num. 4. Papar. ad Cõsuetud. Cathac. num. 17. fol. 248. Francisc. Ant. de Indice Roberto de liquidationib. instrument. considerat. 4. num. 55. Dom. Regens Rouitus super Rubric. de instrument. liquidat. num. 28.* vbi notandum esse aduertit, *Scaglion. Rit. 163. num. 60.* cautelam subnectens, vt debitor compareat
21 priùs quàm citetur, & examinari faciat testes, & in S.C. obtinuisse refert *Dom. Consiliar. Petra dict. Rit. 166. sub num. 169.* nisi tamèn de solutio-
22 ne confecta fuisset scriptura, & amissa, quippè quod tùc admittitur probatio per duos testes deponentes de solutione debiti petiti, de confectione scripturæ, & de eius amissione, vt decidit idem *Imperator Iustinianus in dict. l. Testium facilitatem, in fin.* vbi ità quoque notat *Gloss. in verb. Per testes*, allegans *Vlpiani* locum in *l. vbi 12. D. de testib.* sic quoq; aduertit *Paulus de Castro in d. l. Testium*, & sequuntur *Franc. Ant. de Indice Robert. vbi supr. sub num. 55. Dom. Calim. dict. l. sub num. 51.* ambo adnectentes hoc intelligi,
23 quando instrumentum necessariò ex partium cõuentione confectum fuit, haùdq; vt facilius probetur contractus, vt *Gloss.* notat in *dict. l. Testiũ*,

Digitized by Google

& tenet *Afflict. in decis.* 13. *num.* 9. & 26. vt proindè ad hoc dignoscendum, quòd nempè instru-
24 mentum ex partium conuentione confectum sit, aduertunt, quòd si ipso in instrumẽto dicatur, illud ex partium conuentione, consensu, & pacto factum esse, tunc ex partium conuentione factum esse dicitur, haùdq; vt facilius probaretur contractus: si verò id expressum haùd fuerit, tali casu secùs, quia in dubio factum præsumitur, vt per
25 id facilius probari possit contractus, nè probationis modus angustetur, quod notandum aduertit idem *Franc. Ant. de Iudice Roberto ibidem*, quia in hoc multi errare solent.

26 Quid autem si cautum fuerit in instrumento (quod ad hæc prouidi creditores aduertere solẽt) vt solutio per testes probari haùd possit, quamuis promptuarios, sed per scripturam? iuxtà illorum sententiam, qui hoc pactum vti validum seruandum censent *Speculator in tit. de instrum. edit. §. final. vers. Sed quid si debitor, Marinus Freccia de præsentat. instrument. part. decima sexta, quæst.* 3. vbi, quod validum sit huiusmodi pactũ,
27 etsi angustetur ipsa probatio, quia imputatur ei, qui testium probationibus solutionem probari noluit, & de suo dumtaxàt agitur præiudicio, *Galter. in praxi liquidat. instrument. 2. part. tertia, & vltimæ partis principal. Rubr. 2. num.* 39. plenè *Marsil. in Rubr. de probationib. num.* 42. *vers. Modò, Mascard. de probation. conclus.* 346. *num.* 23. *Pater Molfesius ad nostras Consuetud. Neapol. par.* 7. *quæst.* 15. *num.* 22. *Galler. de renũciat. centur.* 2. *renunciat.* 161. *num.* 5. *Anichin. de præuent. instrumentor. cap.* 7. *quæst.* 2. *num.* 21. *in fin. Thesaur. decis.* 260. *num.* 5. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 398. qui ità decisum refert in S. C. quemadmodum, & quoque nemine contradicente testatur *Dom. Regens de Marinis ad Reg. Reuerter. Obseru.* 435. *num.* 2. *D. Præs. de Franch. decis.* 361. *num.* 4. *Regens Sanfelicius decis.* 185. *num.* 6. & 10. *Dom. Consiliar. Petrà dict. Rit.* 166. *num.* 171. & *Rit.* 175. *num.* 6. *Thorus voto* 84. *num.* 403. *tom.* 1. & *in compend. decis. par.* 3. *sect.* 2. *verb. Pactum quòd solutio debiti, & in supplement. compend. verb. Pactum*, cùm alijs, quos recẽset *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis.* 277. *in princ.* & latissimè examinat perdoctus Dominus *Io. Franciscus Marotta Disceptat. forens. cap.* 34. *per tot.*

28 Equidem, quod tali etiam casu possit debitor producere testes in prõptu Curia pro Tribunali sedente, firmat *Freccia dict. quæst.* 3. *num.* 3. vbi quòd potest pars certiorata de pacto orare Iudicem, vt ex suo officio testes examinet, & si constet de solutione, Reum in carceribus non detinebit, quod fuit singulare dictum *Speculatoris de probationib. §. si vet. Reus, sed quid si debitor*, pro quo *Io. Andr.* ibi allegat *text. in cap. ad nostram, lo secondo, de iure iurand.* & sequitur *Imol. in dict. cap.* 2. demùmq; *Arnon. Soliloq.* 57. *Gallerat. vbi sup. num.* 7. *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. dict. decis.* 361. *sub num.* 6. & quòd
29 data pacti validitate, si probationes receptæ sint, admitti debent, docet *Afflict. in Constit. Instrumentorum, sub num.* 39. *vers. Nec obstat id*, quem insequitur *Thorus dict. vot.* 84. *num.* 44. *part.* 1. & notat *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra dict. Rit.* 166. *num.* 171. *in fine*, cùm qua equidem cõclusione concurrit *Dom. Consiliar. Hodierna citat. decis.* 277. *num.* 8. vbi quòd ità concordantur *Doctores* contrariam sententiam tenentes, ex quo etiam dicunt, probationem istam fieri debere per quinque testes omni exceptione maiores, modo quo supra dictum est, quę probatio instru-
30 mento æquiparatur, vt præcœteris latè probat *Marsil. in citata Rubr. de probationib. num.* 38. quòd planè admirationem haùd parit, quia
31 instrumentorum etiam appellatione testes comprehenduntur, *l.* 1. *D. de fide instrument. cap. peruenit, lo primo, extrà de testib. cogend. Gregor. Tholosan. Syntagm. iuris vniu. lib.* 48. *cap.* 14. *Dom. Regens Rouitus super Pragmat.* 1. *de locato, & conducto, num.* 16. *in fin. Schrad. in repetit. l. admonendi, sub num.* 140. *D. de iure iurand. Carauit. in Ritu* 275. *num.* 17. *Surdus. decis.* 72. *num.* 6. *Cencius de censibus, part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 10. *num.* 8. *Freccia de præsent. instrument. part.* 8. *quæst.* 2. *num.* 53. *Paris. de reassumpt. instrument. Rubr.* 17. *num.* 3. *Scaglion. in Ritu* 163. *num.* 1. *Cauens. in Ritu* 245. *num.* 35. *Thorus in compend. decis. part.* 3. *sect.* 2. *verb. Probatio liberationis, & Dom. Consiliar. Hodierna sub dict. num.* 8.

PROLOGOMEN.

Potissimum inter Arbitros Iuris, eosquè, qui compromissarij appellantur, discrimen adesse demonstratur: ex quo vera elicitur determinatio ad controuersiam, An *Clement.* 1. *de re iudicat.* locum habeat, quando ex tribus sẽtentijs laudum adest Arbitrorum? illaq; expostulante *textus* elucidatur *in l. Quid ergò* 13. *§. cùm autẽ, D. de his, qui notant. infam.* eiusq; verus intellectus traditur, & obiectio illa resoluitur, ex qua habetur, Arbitri Iuris sentẽtiam verè sententiam haùd esse, cùm ex partium quoq; consensu, quemadmodùm compromissarij, eligantur.

RERVM SVMMA.

1 Clement. 1. de re iudicat. *an locum habeat, quãdo ex tribus sententijs adest laudum Arbitrorum.*
Resolutio traditur num. 16. & 22.
2 *Arbitri Iuris qui sint, & qui Compromissarij, num.* 3.
Eorum iurisdictio, cuius sit speciei, num. 7.
4 *Arbitri Iuris verè Iudices sunt, & num.* 17.
Ab eis interponitur appellatio, vt num. 5.
Et coràm eis locũ habet reconuentio, vt num. 6.
8 *Arbitri compromissarij verè Iudices non dicuntur.*
Neq; sententiam proferunt, vt num. 15.
Ideò ab eorum sententia non datur appellatio, vt num. 11.
Neq; coràm eis in authorem laudari potest, vt num. 12.
Nec quoq; reconuentio instituitur, vt num. 14.
9 *Iurisdictio ex consensu priuatorũ nõ tribuitur.*
10 *Iudicum munus publicum est.*
13 *Prorogatio à compromisso aliena est.*
18 *Sententia Arbitri Iuris sententia appellatione continetur.*

19 *De-*

Digitized by Google

19 *Dominium ex Iudicis sententia transfertur. Intelligitur vt num.* 20.

21 *Sententia Arbitri à sententia aliorum Iudicũ non differt, quando à statuto exequutionem meretur.*

23 Textus in l. Quid ergò 13. §. cùm autem, D. de his, qui notant. infam. *elucidatur, & num.* 24.

25 *Arbitri Iuris quamuis à partibus eligantur, nõ tamèn ab eisdem, sed à lege suam iudicandi potestatem suscipiunt.*

OBSERVATIO LXXXII.

DEterminanda modò est infelix isthæc huiuscè loci controuersia, quæ propter inhibitionem Rotæ Marchiæ factam, & causæ commissionem in Vr-
1 be, caruit determinatione; casus itàq; altercatus talis est, An *Clement. 1. de re iudicata*, exequtionem concedens constito de tribus conformibus, locum habeat, quando ex tribus sententijs adest laudum Arbitrorum? Pro dilucidatione equidem, & illius controuersiæ clariori determinatione in memoriam redigere oportet, potissimum inter Arbitros dari discrimen; alij enim Ar-
• bitri iuris dicuntur, quasi à Iure constituti, & or-
2 dinati, ijq; sunt, qui data necessitate, iurisq; authoritate à partibus communi consensu eliguntur; alij verò Arbitri compromissarij appellãtur,
3 & hi sunt, in quos haùd prædicta necessitate, seù iuris forma interueniente, spontè, & liberè compromittunt: hos intèr autem illa datur differentia,
4 quòd priores propriè, & verè Iudices sunt, à lege iurisdictionem habentes, vt notatur in *cap. ab Arbitris, de offic. Delegat. in sexto, in l. apertissimi* 14. *C. de iudicijs, & in l. arbitrio* 9. *D. qui satisd. cogant.* & docent *Bart. Angel.* & alij in *l. final. C. eod. Cancer. var. resolut. part.* 1. *cap.* 21. *de*
5 *Arbitr. & Arbitrat. sub num.* 30. ex quo tradit, ab eis inrerponi posse appellationem, cùm à lege habeant potestatem, quod equidem docent etiam *Ioachim. Mynsinger. Singular. Obseruat. centur.* 4. *obseruat.* 68. *num.* 10. *Emmanuel Aluarez Pegas in Comment. ad Ordinationes Regni Portugallia, tit. ad regim. Senat. Palat.* §. 54. *Gloss.* 114. *num.* 1. vbi etiam quòd hoc cautum est *lib.* 3. *tit.* 16. *in princ. Iacobus Andreas Crusius de precedentia, cap.* 8. *sub num.* 9. qui perbellè hoc tradit adducens allegata iura, & firmat hoc idem *Marant. in Speculo aureo, part.* 6. *act.* 2. *Et quãdoq; appellatur, num.* 272. & ibidem in *part.* 4. *distinct.* 6. *num.* 20. ex hoc etiam infert, coràm eis
6 locum habere reconuentionem, quod etiam asserunt *Iason in l. est receptũ* 14. *num.* 13. post *Gloss. ibid. de iurisd. Panormitan. in cap. cùm dilectus, num.* 7. *de Arbitris, Foller. ad Marant. d. l. Marcus Anton. Blanc. de compromiss. inter coniunct. fact. quæst.* 4. *num.* 23. *Theophilus Gisebert. de reconuentione, cap.* 27. *sub num.* 22. & esse cõmunem prudentum consensum notat nouissimè *Dom. Iudex Philippus Maresca in sua Diatyposi reconuentionali, enarrat.* 2. *num.* 151. tradẽs *num.*
7 *seq.* eorum iurisdictionem non esse neq; ordinariam, neq; delegatam, sed tertiam speciem constituere, ex *Horat. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 44. *num.* 89. quæ tamèn delegatæ assimilatur, *Abb. in dict. cap. cùm dilectus, col.* 3. cùm alijs, quos idem *Dom. Iudex Philippus Maresca* recenset *ibidem.*

8 Posteriores verò propriè, & verè Iudices haùd
9 sunt, cùm ex priuatorũ consensu iurisdictio tribui non possit, vt expressè decidit *textus in l. priuatorum* 3. *C. de iurisdict. omn. Iudic.* & Iudicum
10 munus sit publicum *l. quippè, de Iudic. Menoch.* elegantèr in *tract. de arbitr. Iudic. quæst.* 3. *num.* 30. *Theophil. Gisebert. dict. cap.* 27. atque ideò traditur, ab eorum sententia appellationem non
11 dari, *Iason* qui hanc esse communem sententiam profitetur in *l. admonendi, in prim. lect. num.* 46. *D. de iure iurand. Ruginell. de appellation.* §. 2. *cap.* 2. *Aquibus personis appelletur, num.* 76. *Marant.* alios allegans *dict. part.* 6. *act.* 2. *num.* 270. *Iacob. Audr. Crusius vbi supra, cap.* 8. *num.* 9. *Andr. Gaill. PP. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 1. *num.* 49. *& obseruat.* 149. *num.* 1. *Ioachim. Mynsiger. dict. obseruat.* 68. *num.* 2. neque coràm eis laudari in authorem posse, *Petrus Foller. ad Marant. dict. part.* 4. *distinct.* 6. *num.* 21. *Cancer. Var. Resolut. part.* 2. *cap.* 13. *de reconuention, sub. num.* 48. *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 16. etiam par-
13 te volente, cũ aliena sit à cõpromisso prorogatio *Dom. Iudex Philipp. Maresca citat. enarrat.* 2.
14 *num.* 157, nec quoque reconuentionem institui, *cap. cùm dilectus, extrà de Arbitr.* vbi *Abb. & Canonistæ omnes, Iason* pulcrè in *l. est receptum* 14. *num.* 12. ibidemquè *Decius num.* 9. *D. de iurisdict. omn. Iudic. Ludouic, Roman. singul.* 150. *Marant. dict. part.* 4. *dist.* 6. *num.* 20. & post alios quos referunt latè probant *Theophil. Gisebert. dict. cap.* 27. *à num.* 7. *cum seqq. Molignet. de reconuent. quæst.* 22. *Monach. prax. iudic.* §. 8. *cap.* 3. *Vursms. Obseruat.* 3. *Mynsing. obseruat.* 90. *centur.* 4. *Hannetton. de iudic. part.* 1. *tit. de reconuentione,* §. *certum autem est, Perez. libr.* 7. *C. de sentent. titul.* 45. *num.* 18. *Iacob. Cancer. dict. cap.* 13. *de reconuentione, num.* 45. *Osuald. ad Donell. part.* 2. *cap.* 18. *lib.* 17. *lit. M. Carpan. dict. cap.* 44. *num.* 80. *& per num.* 88. *Zanger. de except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 377. *Renden. promptuar. tit.* 97. *num.* 4. *Mart. cons.* 184. *num.* 6. *Brun. cons.* 121. *num.* 27. *Alexan. Trentacinq. var. resolut. lib.* 2. *titul. de mutu, resolut.* 1. *num.* 40. cùm alijs, quos manuducit laudatus *Dom. Iudex Philippus Maresca dict. enarrat.* 2. *num.* 154. & si Ipse contrarium tueri videatur ex *num.* 160. *cùm seqq.*

Ex his profectò clarè liquet, quid verificè proposita in quæstione affirmandum sit? Quò enim ad Arbitros ex partium consensu electos, qui cõmuni voto compromissarij appellantur, dubium
5 non est, quin sententiam proferant, sed quoddam arbitramentum, quod sententiæ appellatione non continetur, cùm ad transactionem potiùs, vel ad contractum accomodetur, quàm ad iudicialia, vt post *Abb. in cap.* 1. *num.* 2. *& in dict. cap. cùm dilectus, de Arbitris, Felin. in Rubr. de sentent. & re iudicat. num.* 7. *Iason. in l.* 1. *num.* 4. *D. de re iudicat.* docet *Card. Tuschus PP. Conclus. lit.* 5. *conclus.* 106. *num.* 12. & nouissimè comprobat *Dom. Caietanus Ageta in epitome fori feudalis, assertion.* 3. §. 2. *lit. O.* adducens in apostilla *textum in l. quid ergò,* §. *ex compromisso. D. de his qui notant. infam.* quatè quando ex tribus sen-
16 tentijs adest laudum, siuè arbitramentum horum Arbitrorum, citatæ *Clementinæ* dispositionem locum minimè obtinere, affirmandum est.

Digitized by Google

Haùd tamèn ità in Arbitris iuris, in quibus ſtatuto, cõſuetudine, vel lege imperantibus cõpromittitur; in is enim diuerſum omninò eſt, quo-
17 niam verè Iudices ſunt à lege, conſuetudine, vel ſtatuto iuriſdictionem habentes, & veram profe-
18 runt ſententiam, quæ ſententiæ appellatione continetur, vt *Ripa* docet in *l.1.num.3.& in l.furioſo, num.7. D.de re iudicat. & in dicta concluſ. 106.num.5.* comprobat *Card.Tuſchus d.l.* nec nõ *Canerius part.3.variar.Reſolut.cap. 17. num. 172.* vbi ità in Cathalonia obſeruari tradit aliaquamplura pro comprobatione adnectens, & tradit clariùs in *num.174. Marcabrun.conſ. 34. nu. 7.Pariſ.conſ.42.num.1. & ſeqq. & conſ.46. num. 8.vol.1.Ioann. de Annan.conſ.16.num.5.& cõſ. 50.num.7. cum ſeqq.* cùm aliis quos refert, & ſectatur *Io.Baptiſt. Coſta in tract.de remedijs ſubſidiarijs, remed.87.num.3.circà finem*, & concinit quod *Roder.Suarez* tradit in *Allegat.19.nu. 21.* dùm ſcribit quòd licèt ex Iudicis ſententia
19 dominium transferatur, *l.Pomponius, §. ſi iuſſu D.de acquir.poſſeſſ.* facta nempè exequutione, ſicquè ſequuta traditione, vt declarant *Gloſſ.in §.final.Element. Iur.de offic. Iudic. Bartol. in l.ex hoc iure, de Iuſtit. & Iur. Alexand. conſil. 90. num.9.lib.2.& conſil.1.num.4.lib. 5. noſter Author Diſcept.forenſ.tom.3.cap.545.nu. 38. Ioan: Garzia de Nobilitate, gloſſ.18.§.1.nu.3.* (verùm
20 Ipſe opinor, per ſententiam dominium non tranferri, ſed tranſlatum dumtaxàt declarari, vt rectiùs edocent *Alber. in l. ſicuti 7.§. ſed ſi quaratur, num.4. verſ. Item nota hic caſum*, poſt *Gloſſ. ibi in verb. Declarari, D.ſi ſeruit. vendic. Specul.de action. ſeù petition. in princ. col.3. ad fin. verſ. Cæterùm ſi capitulum, num. 9. Socin. Iun.conſil. 45.num.2.lib.2.* idem noſter *Author tom.1.Diſcept.forenſ.cap.37.num. 11. & tom.3. cap. 464.num.18.*) ſecùs tamèn (dicit) eſſe ex Arbitri ſententia, niſi à ſtatuto, aùt aliàs exequutio-
21 nem mereretur: ſentiens cùm à ſtatuto ſententiæ arbitrales exequution em merentur, à ſententijs aliorum Iudicum non differre: iunctis quoque traditis lato calamo per *Cancer. part.1.var.reſolut. cap. 21.de Arbitris.à num. 7.vſque ad num. 19.& part.2. cap.12. de rebus litigioſis, à num. 36.vſquè ad 46.* Quapropter hoc in caſu con-
22 cludendum eſt, quòd quando ex tribus ſententijs adeſt laudum horum iuris Arbitrorum, locum habeat citatæ *Clement.1.* diſpoſitio, quæ exequutionem concedit conſtito de tribus conformibus pro vt & ità quoque concludendum eſſe dicit noſter *Author hic in addit. in principio*, cui ſe remittit *Gallupp.in praxi S.R.C.part.3.cap.4.num. 45.circà medium*, & confert *Coſta indict. remed. 87.num.4.* vbi dicit, quòd quemadmodùm duæ ſententiæ conformes ex forma *nou. Conſtit. Mediolan. titul. de appellationibus*, exequtioni mittuntur, ſic duo lauda conformia, ex *Baldo cõſ.73. vol.2.Bertaz. conſ.ciuil. 19.num. 14.& 15. vol. 1.Aſini. de exequut.§.2.cap.148. in fine, Blanc. de compromiſſ.quæſt.9.num.90.& 91.& Carpan. ad ſtatut. Mediolan.part.1.cap. 116.num.149.*
23 Itàque ex his intellectum deducimus ad textũ in *l.Quid ergò 13.§.cùm autem, D.de his, qui notant.infam.* vbi ICtus ait, *Ex compromiſſo Arbiter infamiam non facit, quia non per omnia ſententia eſt.* quarè *Gloſſ. in verb.Sententia, Bartol. num.1.* cæterique ICti colligunt, Arbitri ſententiam propriè ſententiam haùd eſſe: loquitur nàmque *textus* ille in Arbitris compromiſſarijs, in quos ſcilicèt nullo iure cogente à partibus compromitti ſolet ſub certæ pœnæ ſtipulatione, quã pars à laudo, ſeù iudicatis recedens, aduerſæ parti præſtare cogitur, *Auth. Decernit, C. de receptis arbitris*, Haùd verò in Arbitris iuris, in quos
24 ſtatuto, conſuetudine, vel lege imperantibus cõpromittitur, etenim hi verè Iudices ſunt, vt ſuprà probatum eſt, & id manifeſtiſſimè liquet, quippè quod lex illa, Arbitrorum pronunciationem propriè ſententiam haùd eſſe dicit, vndè neceſſariò de Arbitris illis compromiſſarijs intelligenda eſt, minimè verò de Arbitris iuris, qui quidem à lege delegati Iudices ſunt, & ab eadem lege iuriſdictionem habent, vt probat, etiam apertiſſimè *Imperator Iuſtinianus in l.apertiſſimi 14. C. de iudicijs*, ibi *Quaſi Arbitri fuerint ab Imperiali culmine delegati.*
25 Quarè noſtram dilucidatam, probatamquè ſẽtentiam haùd obumbrati erudimur ex eo, quòd iſti Arbitri iuris, quemadmodùm compromiſſarij de priuatorum conſenſu eliguntur; etenim ſatisfit, ſi aduertas, Arbitros iuris, quantumcunque à partibus eligantur, non ab eiſdem, ſed à lege potiùs, cuius præcepto eliguntur, ſuam iudicandi poteſtatem ſuſcipere: quæ iudicandi poteſtas à lege data, veluti à publica poteſtate procedens, iuriſdictionem importat, per quam Arbitri iuris, & Iudices, ac publici Miniſtri conſtituuntur.

PROLOGOMEN.

Victorem, tamet ſi victus appellauerit, interponi poſſe appellationem à ſententia victum ab expenſarum ſolut ione abſoluente, firmatur, elucidata *textus* diſpoſitione *in l.final.C.quando prouocare non eſt neceſſe*, & an intelligatur de expenſis tàm ante litis cõteſtationẽ, quàm poſt? & de quibus expenſis? enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Victor ab omiſſa expenſarum condemnatione appellare non debet, quando Victus appellauit & num.3.4.& 5.*
Limitatur, quando Victus ab expenſis fuit expreſsè abſolutus, vt num.2.& 6.
Sic quoque, quando Victus appellationẽ in parte, & partibus contrà ſe tantùm facientibus interpoſuit, vt num.7.& 9.
Et de quibus expenſis intelligatur, traditur num.12.
8 *Appellatio in parte, & partibus interpoſita ſententiam non ſuſpendit, neque cauſam ad Iudicem appellationis defert, & num.10.*
Intelligitur in ſententia plura continente diſtincta, & ſeparata capitula, vt num.11.
13 *Expenſæ iure actionis debitæ à Victore peti poſſunt etiam lata ſententia, quæ in rem iudicatam tranſierit.*
14 *Expenſæ ex contractu debitæ conuentionales dicuntur.*
15 *Expenſæ, quæ contumaciæ ratione debentur, quæ iure debitæ ſint, exponitur.*
16. Gloſſa *magna* in cap. finem litibus, de dolo, & contumac. *quomodo intelligatur.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO LXXXIII.

1 DE Victore, nùm ab omissa expensarum condemnatione appellare debeat, quãdo Victus appellauit? iteratum sermonem habet noster *Author hic*, hac nàmque de re egit etiam in *decis.* 50. vbi plura nos quantum ingenij votum viguit, adnotauimus, adiimus modò *Couarr. Practicar. quæstion. cap.* 27. *num.* 5. *vers. Cæterùm*, *Ruginell.* laudantem præsentem decisionem in *tract. de appellationib.* §. 2. *cap.* 5. *num.* 390. qui quoque punctualitèr cõprobant huiusce loci determinationem, ex qua
2 admissa fuit appellatio, nàm per Iudicẽ à quo Victus ab expensis fuit expressè absolutus: etsi enim recepta sit apùd Nostrates sententia illa, quòd si
3 quis expensarum condemnationem petierit, eaq; fuerit à Iudice omissa, haùd poterit appellare Victor ab omissa expensarum condemnatione per *textum. in l. vltim. C. quando prouocare non est*
4 *necesse*, dummodò tamèn Victus appellauerit à sententia, nàm si secùs, à sententia Victor prouocare potest, qua ex parte omissa fuit expensarum condemnatio, vt eas obtineat, quemãdmodum ex *dict. l. vltim.* adnotarunt eius rationem obseruantes *Antonin. Abb.* & cæteri Canonistæ in *cap. significauerunt, de exceptionib.* & tradit *Couarru. dict. cap.* 27. *num.* 5. *vers. sed si quis*, Attamèn pro-
5 cedit, vbi omissa fuit expensarum condemnatio, quia Iusdicens ab eis Victum absoluere non videtur, vt latè, & perito quidem calamo obseruat, idem *Couarr. cap.* 25. *num.* 6. *per tot.* secùs verò
6 vbi Victus ab expensis fuit expressè absolutus, nàm tunc ab huiusmodi expressa expensarum absolutione necessariò appellare debet Victor, alioqui quò ad expensas in rem iudicatam transiret sententia, propter quod ei à secundo Iudice succurri non poterit, vt rectè obseruat *Felin. in dict. cap. significauerunt*, *sub num.* 2. vbi quoque *Anton. Imola, & in cap. vltim. col. vltim. de exceptionib.*

7 Quidùe dicendum, quando Victus appellationem in parte, & partibus contra se tantùm facientibus interposuit? eò maximè procedere indicatam determinationem tradit noster *Author hic num.* 6. & comprobat *Couarr. dict. cap.* 27. *num.* 5. *vers. sed si quis in fine* ex *Abb. & Felin. in dict. cap. significauerunt*, eodemque *Abb. in cap. cum Ioannes, colum. vltim. de fide instrument.* etenim
8 tunc, cùm appellatio sententiam non suspendat, neque causam ad Iudicem appellationis deferat, quò ad omissam expensarum condemnationem, quæ ipsi Victo vtilis est, haùdque contraria, po-
9 terit Victor ea ex causa abdubio appellare, alioqui ei obstaret res iudicata, cùm certum sit, quòd talis appellatio in parte, & partibus interposita totã causam non suspendit, sed dumtaxàt id, pro quo
10 appellatum fuit, suspendit, & deuoluit, vt ex traditis per *Card. Tusch. PP. Conclus. tom.* 1. *lit. A. conclus.* 363. *num.* 2. *Ruginell. de appellationib.* §. 2. *cap.* 4. *num.* 48. & §. 6. *gloss.* 1. *cap.* 1. *num.* 37. *Scacc. eodem tract. cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 21. *à num.* 19. *Rebuff. de recusation. art.* 3. *gloss.* 4. *num.* 5. *Cost. de remedijs subsidiarijs, remed.* 56. *num.* 8. & *defacti scient. & ignorant. centur.* 1. *distinct.* 31. *num.* 5. *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 44. *n.* 4. & *seqq. Alexand. Trentacinq. Variar. Resolut. lib.* 2. *titul. de appellationib. resolut.* 8. *num.* 10. quod tamèn procedere intelligas in
11 sententia dumtaxàt plura continente distincta, & separata capitula, secùs autem in capitibus connexis, vel in sententia vnicum tantùm continente condemnationis, vel absolutionis caput, vt dilucida oratione probauimus hoc in eodem opere *Obseruat.* 23. *ex num.* 32. & *seqq.*

12 Conuenit modò vt notemus, prædicta, etsi vera sint, in expensis dumtaxàt, quæ officio Iudicis mercenario petuntur, procedere exponit citatus *Couarr. vbi supr. num.* 5. *vers. Sed, & vera sunt*, quasi secùs sit in expensis, quæ iure actionis de-
13 bentur, eas nàmq; posse Victorem petere, etiam lata sententia, quæ in rem iudicatam transierit, & expensarum condemnationem omiserit, notant etiam *Imola, & Romanus in l. si tertius*, §. *Celsus, D. de aqua pluuia arcend.* & sentire videtur *Gloss.* magna *in cap. finem litibus, de dolo, & contumac.* cuius equidem conclusionis exemplum
14 liquet in expensis, quæ ex contractu debentur, illæ nàmque verè conuentionales sunt; denique, quemadmodùm quidam opinantur, idem erit in expensis, quæ contumaciæ ratione debentur, etenim expẽsæ ratione victoriæ, siuè antè litis contestationẽ, siuè post factæ fuerint, Iudicis officio de-
15 bẽtur: quæ verò causa cõtumacię fiũt antè litis cõtestationem, iure actionis debentur, quæ autem posteà factæ fuerint officio Iudicis, attenta communi traditione in *dict. cap. finem litibus*, & docet *Ripa in l.* 4. §. *hoc autem iudicium, num.* 82. *D. de damno infect.* atque ità intelligenda est ci-
16 *tat. Gloss.* magna eodem *cap. finem litibus*, quæ asseuerat, expensas ante litis cõtestationem factas iure actionis deberi.

PROLOGOMEN.

Alexandrinæ Constitutionis dispositionem extrà Romanã Curiã locum habere, quando lis ipsa pendet in Curia, probatur: eiusq; dispositio fauorabilis sit, an odiosa? elucidatur, examinata *Decij* consideratione *in l.* 2. *num.* 5. *C. de ius vocand.* & cui probandi onus incumbat, offensionem ex litis causa factam fuisse? traditur.

RERVM SVMMA.

1 *Alexandrina Constitutionis dispositio indicatur.*
2 *Quæ dispositio extrà Romanam Curiam non ligat.*
Verùm restringitur, quando lis pendet in Curia, vt num. 3.
4 *Constitutio Alexandrina fauorabilis dicitur, vndè extendenda euenit, & num.* 6.
Comprimitur respectu pœnæ, qua contrà offensionem patrantes infligitur, vt num. 5.
7 Decij *consideratio* in l. 2. nu. 5. C. de ius vocand. *examinatur.*
Et quando procedat, traditur num. 10.
8 *Consuetudo retractus, qua possunt consanguinei à consanguineo venditæ recuperare, num sit fauorabilis.*

9 *Vna*

9 *Vna res diuersis respectibus diuerso iure censeri potest.*
11 *Offensio in terminis Alexandrinæ Constitutionis alia non apparente causa, ex litis causa facta præsumitur.*
12 *Præsumptio omnis contraria præsumptione excluditur.*
13 *Probatio omnis alia probatione eliditur.*
14 *Onus probandi offensionem ex litis causa factam fuisse, alleganti incumbit, si de alia causa constaret.*
15 *Offendens Procuratorem, aut principalem ex causa litis, ius amittit, quod in causa habet, ex dispositione Alexandrinæ Constitutionis.*

OBSERVATIO LXXXIV.

CVriosa equidem est quæstio præsenti in loco discussa, & controuersa, vtrùm scilicèt Alexandrina Constitutio disponens, offensionem vni ex litigantibus facta præsumi factam litis occasione, locum habeat, eiusue vires extendat extrà Romanam Curiam? & affirmatiuè decisa fuit, teste *Authore* nostro *hic*, quia etsi Romanam Curiam extrà nõ 1 2 liget, ità vt in districtu neq; locum habeat, vt per *Mandos. in cons.* 60. nihilò tamen minùs quando lis pendet in Curia falsit, quo casu etiam Curiam 3 extrà locum habere, firmat demùm *Mandos. d. l.* & perpendit nouissimè *Dom. Antonellus in lib. 2. de loco legali, cap. 1. quæst. 23. num. 463.* dicens, quòd licèt memorata Alexandrina Constitutio prospicere videatur, vt in Curia existentes tuti sint, & libertati Curiæ fauere, comprehendit nihilominùs eos, qui testem, vel Iudicem Curiam etiam extrà lite pendente occasione litis offendũt, tùm quia alioquin per indirectum impediretur, nè in Curia lites exercerentur: tùm etiam, quia 4 cùm dicta Constitutio quieti, ac litigantium securitati consulat, fauorabilis vndiq; arbitratur, ideòq; extendenda, vt *Card. Puteus* firmat *in decis. 104. lib. 1.* & comprobant *Cherubin. in compendio Bullarum, Constit. 6. Schol. 1. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. §. 6. proœm. num. 59.* quos laudat *Dom. Antonell. ibidem.*

5 Neque refragatur, si dicatur, Constitutionem prædictam esse odiosam respectu pœnæ, quæ cõtrà offensionem patrantes infligitur, quamobrèm potiùs restringenda, quàm extendenda eius dispositio euenit; etenim etsi odiosa sit respectu dictæ 6 pœnæ dumtaxàt, est tamèn nimis fauorabilis, cũ quieti, ac litigantium securitati consulat, de quo potissimùm habenda est sanè ratio, cùm bonum publicum introducatur; id quod planè implicantiam haùd continet, etsi obstare videatur *Decij* 7 consideratio *in l. 2. num. 5. C. de in ius vocand.* vbi tradit, esse haùd posse, vt vna eademq; res diuerso iure censeatur, vt *l. eum qui ades, de vsucapion.* vt simili quoq; ratione vtitur *Tiraquell. de retract. consanguin. in proœm. num. 65.* ad prosternendam eorum sententiam, qui dicebant, Retractus con- 8 suetudinem, qua possunt consanguinei à consanguineo vendita recuperare, quò ad ipsos consanguineos esse fauorabilem, quò verò ad emptores esse odiosam: & similia congessit *Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 18. num. 21.* nec non eos antè *Crauett. in cons. 273. num. 12. & 13. & Socin. iun. in cons. 159. num. 10. lib. 2.* Nàm vna 9 res diuersis respectibus diuerso iure censeri potest, vt *Papinianus* I.C. probare videtur in *l. miles 77. §. pro parte, D. de legatis, & fideicomm. secundo*, & scribunt *Abbas Panorm. in cap. cùm tua, in fin. de decimis, Ripa in l. vltim. num. 122. C. de reuocand. donation. Alciatus in l. in quartam, num. 3. D. ad Legem Falcid. Desius in l. in testamento, la prima, num. 8. C. de testament. milit. Tiraquell. dict. §. 1. gloss. 18. num. 23. & §. 8. gloss. 5. num. 14.* idem latè in *tract. de Nobilitate, cap. 28. num. 13.* & quoq; diximus Nosmetipsi hoc in eodem opere *Obseruat. 16. num. 42.* Nec obstat *Decij*, & sectantium consideratio, quia 10 procedit in inseparabilibus, cùm certum sit, quòd huiusmodi in statutis, aliqua sunt, in quibus fauor ab odio separari non potest, alia verò, in quibus odium, & fauor separationẽ recipiunt, ideòq; quamuis *Decij* consideratio in his, quæ inseparabilia sunt, vera sit, in his autem in quibus fauor ab odio separari potest, minimè procedit, quinimmò ipsa dispositio vno respectu fauorabilis, altero verò odiosa censenda erit, vt in specie discrepantes hasce opiniones concordat *Francisc. de Aretin. in l. venia, C. de in ius vocand.* quem refert, & sequitur *Curtius iunior ibidem, num. 20.* & *Decij* considerationem sic diluit *Gomesius, §. pœnales, num. 35. Element. Iur. de Actionib.* sic quoq; *Menochius de recuperand. possess. remed. 1. num. 36. Tiraquell. de vtroq; retract. in præfatione, num. 66.* & latè, dissertèq; probat *D. Ludouicus Molina in tract. de Hyspanorum primogeneis, lib. 1. cap. 18. num. 6.* Quapropter abdubio consequimur, memoratam Alexandrinam Constitutionem fauorabilem esse, & odiosam diuersis respectibus.

11 Offensio igitùr in terminis dictæ Constitutionis alia non apparente causa, ex litis causa facta præsumitur, vndè ex necessaria consequutione consequitur, si de alia causa constaret, dicta præ- 12 sumptio cessaret, cùm nullibi dubium sit, quòd omnis præsumptio contraria præsumptione excluditur, prout etiam omnis probatio alia proba- 13 tione eliditur, argumẽto *l. Diuus*, vbi *Gloss. D. de restit. in integr.* quapropter probandi onus alleganti offensionem ex litis causa factam fuisse, in- 14 cumbere comminiscimur, vt per *Bartol. in l. antè acta, D. de pœnis, Roman. in cons. 183.* cùm alijs de quibus in *l. si quis Iocierum, D. de pœnis*, & in terminis dictæ Constitutionis firmant *Cherubin. in compend. Bullarum, Constit. 6. Schol. 2. Antonellus de loco legali, dict. quæst. 23. num. 465. Card. Puteus decis. 102.* vbi ità concluſum testatur in vna Vrbeuentan. Castri Castellionis coràm Domino Mohedano, *Rota decis. 639. part. 1. diuersor.* & comprobat *Galganet. ad Stat. Vrbis, lib. 1. cap. 118. in princip.* vbi quoque obseruat, quòd in Romana Curia lis sola citatione inducitur, & offendens Procuratorem, aùt principalem 15 ex causa litis omne ius amittit, quod in causa habet, vt ex dicta Alexandrina Constitutione scribit *Antonell. vbi supra, num. 462.*

PROLOGOMEN.

Olei pretium proportionabiliter iuxtà ratam mutationis monetæ conductori augendum esse

esse firmatur: Anuè contractus reductio ad æquitatem fieri possit per Iusdicentem proprio ex officio contrahentium pacto haud obstante? exponitur indè, eaq; sumpta occasione enucleatur, Nùm Colono minuenda, siue etiam remittenda sit pensio, si absque propria culpa, sed fatali, & maiori vi, magna prædij sterilitas superueniatur? quidue ipsius coloni interueniente fortuitorum casuum renunciatione? & An in vbertate nimia, quæ nulla industria coloni prouenerit, augeri debeat pensio in locatoris beneficium? vndè perpenditur *textus in l. hi, quos inundatio 2. C. de alluuionibus.*

RERVM SVMMA.

1 *Conductori augetur pretium proportionabiliter iuxtà ratam mutationis monetæ.*
2 *Pretij quantitas ad rei mensuram refertur.*
3 *Pretium mutatur mensura mutata.*
4 *Æqualitas seruanda est.*
5 *Iudex contractum inter partes factum ad æquitatem reducere potest, & num. 8.*
6 *Furnarius, seù molendinarius, qui granum, vel panem pro tota familia promiserunt, an teneantur familia augmentata, & num. 7.*
9 *Læsio in habẽtibus tractum successiuum ab initio de tempore contractus non inspicitur.*
10 *Conductor, qui prædia in perpetuum conduxit, an de monetæ augmento teneatur, si pensio in immensum creuerit.*
11 *Colono an minuenda, siue etiam remittenda sit pensio magna superueniente prædij sterilitate absq; propria culpa.*
Conclusiuè traditur num. 14. & 22.
Ratio indicatur num. 31.
Intelligitur, si aliorum annorum vbertate fieri nequeat compensatio, vt num. 15.
Limitatur, si aliter inter contrahentes conuentum sit, vt num. 23.
12 *Periculis nihil est magis obnoxium, quàm segetes, & plantæ, & num. 13.*
16 *Pensio pro vsu, vel fruitione datur.*
17 *Fructus futuros emens, illis minimè natis pretium non soluit.*
18 *Spes futurarum rerum vendi potest.*
19 *Emptio contrahitur etiam si nihil inciderit.*
20 *Contractus locationis est bonæ fidei, & vtrò citrò q; obligatorius.*
21 *Bona fides in locationis contractu desideratur.*
24 *Colonus casibus fortuitis renuncians de quibus casibus intelligatur.*
25 *Coloni intentio verbis generalibus expressa ad casus inauditos non se extenditur.*
26 *Pensio augeri nè debeat in beneficium locatoris nimia vbertate interueniente absq; conductoris industria.*
Casus nonnulli distinguuntur num. 28.
Quæ autem opinio sit verior, traditur num. 29.
Et confirmatur num. 33.
27 *Contrariorum eadem est ratio, & disciplina.*
30 *In correlatiuis mutuo arguere non licet stante diuersa ratione.*
32 *Locupletari cùm aliena iactura nemo debet.*
34 Textus in l. hi, quos inundatio 2. C. de alluuionibus, *perpenditur.*
35 *Pensio auctior Fisco soluenda est ab illo, cuius fundum auctum est ex incremento per alluuionem proueniente.*

OBSERVATIO LXXXV.

ÆQualitati cõsulit *Author* noster hoc
1 in loco ingentem disceptans articulum, vtrùm conductori augendum sit olei pretium proportionabiliter iuxtà ratam mutationis monetæ? ex peregrina siquidem *Sebastiani Medices* decisione, atq; ex *textus* dispositione *in l. 4. C. de veter. numis. potest. lib. 10.* tradit, huiusmodi in casu proportionabiliter iuxtà ratam mutationis monetæ pretium
2 olei augendum fore, quoniam pretij quantitas ad rei mensuram refertur, illiq; correspõdere debet, vt rectè *Io. Regnand. de mensura, num. 12.* & diximus in *Obseruat. 77.* vndè quemadmodùm si
3 mutata esset olei mensura, illius pretium mutari debuisset, ità mutato monetæ valore proportionabiliter quantitas soluenda augeri debet, vel quantitas olei minui, ad finem, vt æqualitas seruetur, *Brun. de diminution. concluſ. 12. in princip.*
4 cùm adductis per me in priori meo *Menexeno, siuè Epitaphio memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium*, §. 2. ad quam equidem, siuè æquitatem seruandam ampla est Iusdicenti facultas concessa etiam circà contrahentiũ
5 pactiones, vt scilicèt valeat ipse etiam contrà paciscentium pactionem, & stipulationem pronunciare, & contractus ad æquitatem reducere, vt punctualiter scribit *Scæuola I. C. in l. cum quidã 17. D. de vsuris*, & tradit *Thesaur. decis. 226. num. 1.* & ibi *Thesaur. filius in addit. lit. A.* vbi laudat *Alba. cons. 34. num. 16. Cuiac. lib. 19. Obseruat. cap. 8. Anchar. cons. 84. num. 3. & 4. Crauett. cons. 680. num. 16. Natt. cons. 538. num. 23. Oſasch. cons. 47. num. 16. & seqq.* & dicemus in *Obseruat. 87. num. 5.*
6 Hinc porrò dictum dignoscimus illud nempè, quòd si pistor, vel furnarius panem pro tota familia gratis, vel pro minima annua pensione soluere promiserit, & deindè aliquod post tẽpus in immensum creuerit familia ad æquitatem reducitur res, vt non nisi pro familia, quæ conuentionis factæ tempore extabat, teneatur, quemad-
7 modum quoque in molendinario firmatur, vt per *Iaſ. in l. quominus, num. 136. & seqq. D. de fluminib.* & in facti contingentia ità Pedemontanum Senatum iudicasse testatur *Thesaurus Filius dict. loc.* vbi, quòd si quis pactificatam molendini
8 manutenere promisisset, si expensa in immensum crescerent, posset Iusdicens temperare, & ad æquitatem reducere pacto haud obstante, nam in ha-
9 bentibus tractum successiuum læsio non inspicitur ab initio de tempore contractus, sed si posteà superueniat, *Ancharan. cons. 402. num. 3. Crauett. cons. 95. num. 3. Natt. vbi supr. num. 36. Pinell. de rescind. vendit. part. 2. cap. 1. num. 27.* Vndè ad casum nostrum accedendo idem *Thesaurus Pater dict. decis. 226. num. 3.* per Senatum Pedemontanum resolutum fuisse tradit, quòd si
10 quis possessiones quasdam in perpetuum conduxisset pro aliqua summa soluenda de moneta solutionis tempore currente, si euenerit, vt monetæ

valor

valor mutetur, qui fuerit in longè maiorem æstimationem, quàm erat illa tempore contractus, haùd soluere tenetur totum id, quod per monetæ augmentum soluere promiserat, sed reducendam esse rem ad æquitatem, cui concinunt, quæ ipsemet *Thesaurus* de emphyteusi scribit in *decis.* 120. Isthac modò sūpta occasione otiosum haùd existimamus inquirere.

11 An colono minuenda, siuè etiam remittenda sit pensio magna superueniente prædij sterilitate ob casum fortuitum, & absq; ipsius coloni culpa (cùm vitia quoque ex eius imperitia, culpa, aùt negligentia prouenire possent, vt ait *Seneca lib. 2. de benefic. cap.* 11. his verbis, *Perdet agricola quod sparsit, si labores suos destituit in semine, multa cura sata producunt ad segetem, nihil indè fructuum peruenit, quod non à primo vsq; ad extremum æqualis cultura persequitur*) putà ob Solis ardores, immodicos grandines, niues, inundationes, imbres insolitos, vermes, vel hostilem exercitum deuastantem segetes, aliosq; fructus, iunctis innumeris ferè alijs casibus, quos *Vlpianus*, & *Caius II. CC.* perstringunt *in l. ex conducto* 16. §. *si vis*, & *in l. si merces* 28. §. *vis maior*, *D. locat.* propterea quod segetibus, plantis, frugibus, & messibus nihil est, quod non læ-
12 dat, & in eas desæuiunt tribuli, lappæ, & reliqua id genus, auctore *Plin.* 18. *cap.* 17. quemadmodū inter homines sæuissimi morbi, quodque egregiè *Virg. lib.* 1. *Georg. vers.* 150. his carminibus expressit.

Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis
Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylua,
Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

ac itidem non minori elegantia *Ouidius lib.* 5. *Metamorph.*

Primis segetes moriuntur in herbis,
Et modo Sol nimius, nimius modo corripit imber,
Syderaq; & venti nocent, auidaq; volucres
Semina iacta legunt, lolium, tribuliq; fatigant
Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.

vndè crebrò vidimus certum illud *Ouid.* 1. *Metamorph.*

Sternuntur segetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longiq; perit labor irrituus anni.

13 Igitùr, cùm segetes, & plantæ hisce calamitatibus, & periculis obnoxiæ, expositæq; sint, vndè facilè euenire possit sterilitas, quæ incommodo haùd minimo afficiat colonum, qui prædium, suis vt necessitatibus fructibus subueniret, conduxerat, nè supra damnum seminis, & laboris amissi, mercedem præstare cogerètur: non ab re *Summus Pontifex Gregorius IX. & Imperator Alexander, in cap. propter sterilitatem, de locat. & in l. licet* 8. *C. eod. tit.* proposita in nostra quæ-
14 stione definiuere, sterilitate ob casum fortuitū, & absq; coloni culpa contingente, concedendam esse ipsi colono pensionis remissionem, si
15 aliorum annorum vbertate fieri nequeat compēsatio, quod etiam edocent *Vlpianus l. C. in d. l. ex conducto* 16. §. *si vis*, cùm alijs illius legis, *Caius I. C. in dict. l. si merces* 28. §. *vis maior*, *D. locat.* & sectantur Doctores communitèr, è quorum numero præsertim sunt *Abb. in dict. cap. propter sterilitatem, num.* 12. & ibi *Imol. num.* 17. *Aretin. cons.* 52. *num.* 3. *Francisc. Marcus decis.* 211. *num* 1. *in fine*, *Pichard. in* §. *actionū, quæst.* 17. *num.* 42. *Element. Iur. de action. Andr. Gaill. PP. Obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 23. *Episcop. Couarr. PP. QQ. cap.* 30. *de Amaya Obseruat. Iur. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. *Menchac. Controuers. vsufruct. lib.* 3. *cap.* 54. *Castill. Quotid. Resolut. cap.* 3. *ex num.* 19. *Gregor. Lopez Medera animaduers. cap.* 16. *Cened. collect.* 116. *ad Decretal. Bossius supr. Anton. Fabr. in Cod. tit. de locat. & de erroribus. Pragmatic. decad.* 8. *error.* 8. *Molin. de Iustit. & Iur. tom.* 2. *disput.* 495. *Valasc. de iure emphyteut. quæst.* 27. *per tot. Menoch. de recuperand. possession. Remed.* 10. *num.* 99. *Caroceus de locato part.* 3. *tit. de remissione mercedis*, *Gomez Variar. Resolut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 18. cùm alijs, quos insectatur *Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantomodid. lib.* 3. *tit. de locatione, & conduct. num.* 2079. vbi dat rationem, quia pensio
16 pro vsu, vel fruitione, haùdq; pro rei conductæ proprietate datur, idcircò quando vsus, vel fruitio non extat, nec pensio dabitur: sicuti enim, qui
17 fructus futuros emit, illis minimè natis pretium non soluit, etsi secùs sit, quando futurarum rerum
18 spes venditur, quæ vendi potest, iuxtà *Celsi I. C.* Responsum *in l. si iactum* 13. *D. de action. empt.* quo casu integrum debetur pretium, licèt fructus, aùt pisces non capiantur, vt *Pomponius I. C.* scribit *in l. nec emptio* 8. *D. de contrah. empt.* ibi,
19 *Emptio enim contrahitur, etiam si nihil inciderit, quia spei emptio est;* ità colonus, qui vsum rei non obtinet, pensionem haùd soluet, quoniā tunc nullius vsus pretium solueret; Verùm huiusce Iuris traditionis veram rationem assignasse videtur *Imperator Alexander in citat. l. licet*, ibi, *Iuxtà bonam fidem.* Etenim cùm locationis
20 contractus bonæ sit fidei, §. *Actionum, Element. Iur. de action.* & vltròcitrò; obligatorius, *l. iurisgentium* 7. *D. de pact.* cùm in eo mutuum negotium geratur, & alteri alter obligetur, vt res sibi bona ex fide præstetur, & omnia secundùm æqui, boniq; regulas fiant: æquitati naturali, &
21 bonæ fidei, quæ in hoc locationis contractu desideratur, maximoperè conuenit, vt colonus, qui prædium, vt indè fructus perciperet, conduxit, & ea mente ad pensionis solutionem se obligauit, si absq; propria culpa, sed fatali, & maiori vi, nulli
22 fructus percipiantur, vt eidem pensionis solutio remittatur, & ad eam remittendam Dominus cōpellatur, nàm vt *Cassiod. lib.* 4. *variar. epist.* 38. & 50. ait, *Æquum est, vt agrorum fructibus enudatis subleuentur onere tributaria functionis, quod fieri debere pietas acquiescit, vt quantum possessor laborauit, vtilitas sublegatur, quatenus mensurata conferatur quantitas beneficij, dùm modus integer cognoscitur lesionis, repugnante siquidem natura qualibet cedit industria, nec prodet laboris studium impendere, qua vbertas loci non cognoscitur adiuuare.*

23 At hoc suum locum obtinere videtur, nisi fortè alitèr inter contrahentes conuentum sit, vt clarè *Imperator Alexander* rescripsit *in cit. l. licèt* 8. *C. de locat. & conduct.* quippè quod si locator pactum cùm colono inijt, vt sibi soluat integram pensionem quouis casu superueniente, colonus pensionem tunc soluere tenetur, illamue ei locator remittere non obstringitur, vt *Dom.*

Con-

Digitized by Google

Consiliarius D. Antonius Capycius tradit in *decis. 87. num. 10. & in decis. 88. num. 1.* ex notatis per *Iasonem in l. 1. in vltim. pag. C. de iure emphyt.* & per *Alb. in l. item quæritur, §. exercitu, D. locati*, & decidit punctualiter *Iulianus in l. si quis fundum 10. D. locati, & conducti.* Benè tamen verum est, hoc circà Nos haùd ignorare, quòd communi virorum prudentum existima-
24 tione habetur, colonum hoc in casu casibus diutaxàt solitis, & consuetis renunciasse censetur, non autem insolitis, ab hominumq; memoria inauditis, quoniam cùm huiusmodi casus præuideri, præcogitariq; haùd potuerint, probatissi-
25 mum est coloni intentionem verbis generalibus expressam ad casus inauditos haùd se extendere, vt præcœteris lato calamo probat *Aymon Crauetta in cons. 95.* quemadmodùm quoq; *Petrus de Ancharano in consil. 402. Paulus de Castro in consil. 220.* & ex alijs dicemus in *Obseruat. 222.* Sed hic in dubium reuocatur.

26 Quemadmodùm locator ob sterilitatem casu fortuito superuenientem colono pensionem remittere tenetur, an ità colonus propter fructuum vbertatem longè maiorem pensionem augere teneatur? Ardua res est, diligentèrq; inuestiganda, nàm quòd pensionē augere teneatur propter fructuum vbertatem longè maiorem prouenientem haùd ex coloni industria (hæc enim ipsius industriæ adscribenda est) sed ex Cœli clementia, facit vulgatum illud, quòd par esse debet
27 vtriusq; conditio, & contrariorum eadem est ratio, & disciplina, *l. 1. D. de is, qui sunt sui, vel alieni iuris, l. final. §. final. D. de legat. l. inter stipulãtem, §. sacram, D. de verbor. obligat. Aristoteles lib. 7. Topic. cap. 1. Euerardus in Topicis legalibus, loco 73. Brunorus à Sole in locis communibus, verb. Contrarietas 2. Card. Tuschus PP. Concluſ. lit. C. concluſ. 113. Cauall. commun. contrà communes, tom. 4. quæſt. 897. num. 884.* alijq; non pauci, quos manuducit *Augustinus Barbosa in Axioma 58. num. 11.* vndè si inopia est diminutionis causa, copia fructuum erit causa, vt pensio augeatur, & hanc sanè sententiam probat expressè *Glossa in l. si merces 28. §. vis maior, in verb. Cui, D. locati, & conducti*, eamq; approbare videtur *Abbas Panorm. in commẽtario ad citatum cap. Propter sterilitatem 3. de locato, & conduct. num.*
28 20. dùm scribit, quòd aùt vbertas contingit, quia fructus multum valent vltrà solitũ, & fieri haùd debet augmentatio propter pretij vtilitatem, quia contractus recipit substantiam suam, & conditio tacita est purificata collectis fructibus: aùt vbertas contingit propter coloni industriam, & augmentari nec quoq; debet, nè sua diligentia sibi sit damnosa, argumento *l. final. C. de alluuion.* aùt contingit propter rei bonitatem, & pariter non fit augmentatio, quia Dominus locauit rei bonitatẽ meliori pretio, quo potuit: aùt contingit casu fortuito, putà locaui molendinum, ex quo conductor quinquaginta percipere solebat, nunc autem quia alia molendina ruinata sunt, vel quid simile, centum recipit, & hoc casu (tradit) faciẽda est pensionis augmẽtatio pro rata, nàm quemadmodùm propter casum fortuitum contingentem fit mercedis remissio, vt per allegata iura, ità propter vbertatem casu fortuito contingentem fieri debet augmentatio, quia cõtrariorum eadem est dispositio, *cap. hospitiolum, 32. dict. l. 1. D. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, & damni, & lucri solet à pari procedere ratio, *l. vnic. §. pro secundo. C. de caduc. §. illud, Element. Iur. de societ.* vndè hanc sententiam sectati quoq; sunt *Gregor. Lopez Madera vbi supr. cap. 11. num. 13. Gomez. tom. 2. Variar. Resolut. cap. 3. num. 18.* & alij, quos sequitur laudatus *de Amaya vbi supra, num. 15.*

29 Quidquid tamèn sit isthac de sententia, hanc circà rem contrarium amplector, fretus potissimùm auctoritate *Pauli Castrensis in citata l. si merces, §. vis maior*, qui inibi indistinctè negat, augendam pensionem, auctis fructibus, etsi casu fortuito, putà destructione aliorum molendinorum, quod etiam docent *Fulgos. in dict. §. vis maior, Pinell. in l. 2. part. 1. cap. 3. num. 34. C. de rescinden. vendit. Socinus Iunior in cons. 98. in fin. lib. 2. Francisc. Marcus decis. 210. Gabriel à S. Vincentio de Iustitia, & Iure, disput. 10. quæst. 7. num. 93. Valasc. de iure emphyteut. quæst. 27. num. 53.* quos refert, & sequitur *Dom. D. Franciscus Verde in citato titulo de locatione, & conductione, sub num. 2099.* & peritè hoc etiam probat *Cuiac. lib. 26. obseru. cap. 33.* & sectantur *Molina de Iustit. & Iur. tom. 2. disputat. 495. Valascus de iure emphyt. quæst. 27. num. final.* etenim casus iste à iure expressus minimè reperitur, nequè in
30 correlatiuis mutuo arguere licet, si non eadem, sed diuersa sit ratio, vt notabiliter post *Baldum in cons. 188. num. 2. in fine lib. 1.* obseruant *Card. Tuschus PP. Concluſ. lit. C. concluſ. 1041. num. 21. & Augustinus Barbosa in Axioma Correlatiuum 61. num. 4. circà medium.* Id quod constitutissimum est proposita in quæstione, nàm in sterilitate, inundatione, incendio, ruina, &c. ratio
31 *textus* fuit commiseratio coloni, nè scilicèt, afflicto adderetur afflictio, si amisso semine, expensis, laboribus, pensionem soluere cogeretur, vt patet in allegata *l. ex conducto 16. §. si vis*, ibi, *Nè supra damnum seminis amissi mercedes agri præstare cogatur.* Idq; ex eo fortiùs suadetur, quia in hoc quidem casu nec ipse Dominus colendo aliquid ex fundo percepisset, semenq; amisisset, quæ commiserationis ratio dubio procùl cessat abundantiæ tempore, in quo locator integram habet pensionem conuentam. Et deniq; nostra sententia pro-
32 batur, quia certum est adagium, neminẽm locupletari debere cùm aliena iactura, ad *textum in l. nam hoc natura, C. de condit. indebit. in l. naturaliter, §. final. & in l. hac conditio, D. eodem titul.* ex quo equidem rectè deducitur, locatorem
33 stante sterilitate integram pensionem à colono petere minimè posse, nàm locupletaretur cùm damno coloni petendo pensionem, quam nec ipse percepisset; haùd tamèn rectè deducitur è contra, auctis fortuitò fructibus, augendam esse Domino pensionem, etenim colonus diues minimè fit cùm locatoris iactura, qui nihil amittit, dùm ei statura soluitur pensio.

34 Nec demùm in priorem sententiam ire cogunt *Cæsares in l. hi, quos inundatio 2. C. de alluuionibus*, dùm statuunt, quòd propter incrementum per alluuionem proueniens tributa augeri debẽt, quemadmodùm è contra, propter decrementum minui debent; Ex hoc nàmq; habetur, quòd augmentum ex auctione soli per alluuionem promanat, vndè alteri fundum decreuit, & alijs accessit, quamobrèm rectè statuitur, quod sicuti fundum vnius auctum est alterius diminutio, ità pensio

35 auctior Fisco soluendâ est ab illo, cuius fundum auctum est, & diminuenda ab illo, cuius est fundum diminutum; quòd secùs est proposito in casu, quia augmentum conductoris non est decrementum locatoris, cùm ei soluatur integra conuenta pensio; Hæcq; exarasse sufficiat, alia nàmq; plura hanc materiam concernentia lato calamo, Deo consentiente, dicemus in *Obseruat.* 222.

PROLOGOMEN.

Exclusiuam sententiam in quæstione, An permissa sit appellatio à Iudice reductionis causam definiente? tutam haùd esse notatur, cõtrariam idcircò sententiam firmatur, reiecto prioris sententiæ fundamento; Hinc ad controuersiam nempè, coràm quo Iudice petenda sit reductio ad boni viri arbitrium? protenditur, & apùd eum Iudicem reductionem huiusmodi petẽdam fore traditur, qui ipsius causæ Iudex est ordinarius, explosis Doctorum varijs interpetrationibus, conciliationibusq; Et quid si laudum ex statuti forma paratam haberet exequutionem? expenditur, Deinceps vsq; ad quod tempus huiusmodi reductio peti possit? enùcleatur; cùm vera lectione Imperialis Sanctionis *in l. cùm anteà 5. C. de receptis Arbitris.* Nùmue per reductionis petitionem arbitramenti exequutio suspendi debeat? & si contrà laudum iuratum reductionis beneficio renunciatum sit, peti nè possit reductio? & an, saltèm necessaria sit absolutio à præstito iuramento? demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio non est permissa à Iudice reductionis causam definiente.*
Contrarium verius est, & equius, vt num. 4. & 5.
2 *Partes compromittendo iudiciorum anfractus euitare voluntˢ.*
3 *Iudex, apùd quem reductio petitur, ordinarius est, & num. 7.*
6 *Appellatio permittitur à Iudicum sentẽtijs, nisi expressim fuerit vetita.*
8 *Appellatio ab arbitramento non permittitur.*
9 *Subrogatum naturam eius, in cuius locum subrogatur, assumit.*
10 *Iudex reductionis causam definiens Arbitratoris loco non succedit.*
11 *Iudex appellationis quòad ordinem iudiciariũ proprij Tribunalis institutà seruare tenetur.*
12 *Reductio ad boni viri arbitrium coràm quo Iudice petenda sit.*
Opiniones complures recensentur num. 13. 14. 16. 18. 21. & 22.
Quæ opinio sit verior traditur num. 23.
Defenditur num. 27.
Sed restringitur, vt num. 34. 35. & 36.
15 *Reductio ad boni viri arbitrium appellationis effectus sortitur, & num. 30.*
17 *Compromissum quædam transactio dicitur.*
19 *Reductionem ad boni viri arbitrium petens Actor dicitur in eo iudicio.*
20 *Causa pristinum statum recuperat petita reductione ad arbitrium boni viri, & num. 24.*
25 *Causa coràm Ordinario litis Iudice tractanda est.*
26 *Causa suo ordine tractari non dicitur, nisi coràm causæ Ordinario Iudice.*
28 *Exequutio sententiæ arbitramentalis ab Ordinario Iudice peti solet.*
29 *Iudex Ordinarius suæ iurisdictione ex alterius facto spoliari non debet.*
31 *Appellatio à laudo interponi non potest.*
32 *Causa appellationis differt à causa reductionis ad boni viri arbitrium.*
33 *Querela apùd quem Iudicem proponenda sit.*
37 *Reductio ad boni viri arbitrium vsq; ad annos triginta peti potest, & num. 42.*
Quando verò procedat, traditur num. 39. & 40.
38 *Reductionis petenda ius personale est.*
41 Textus in l. cùm anteà 5. C. de recept. Arbitr. *de quibus Arbitris loquatur.*
43 *Reductionis petitio arbitramenti exequutionẽ suspendit, & num. 44.*
45 *Reductio ad boni viri arbitrium nùm peti possit, si contrà laudum iuratum reductionis beneficio renunciatum sit? & num. 46. & 47.*
Et an tunc necessaria sit absolutio à præstito iuramento? traditur num. 49.
48 *Iuramentum intelligitur, si aquè arbitratus fuerit Arbitrator.*

OBSERVATIO LXXXVI.

COmmuni controuersia disceptatam huiusce loci quæstionem intuemur scilicèt, nùm permissa sit appellatio à Iudice
1 causam reductionis definiente? Pleriq; enim negatiuam sententiam sectati fuerunt, cuius quidem Antesignanus fuit *Innoc. in cap. in præsenti, de rescript. in 6.* quem allegat *Bartol. in l. 1. in fine, D. de legat. 2.* vt *Abbas Panorm.* recenset in *commentar. ad cap. Quintauallis, num. 40. de iure iurando*, vbi alios quoque recensens hãc sententiam approbat; & sic consuluisse dicit in quæstione facti, nàm ex contrario sequeretur, quòd partes in iudiciorum anfractus inciderent,
2 quos compromittendo euitare voluerunt, idemq; repetens comprobat in *cons. 38. lib. 1.* sequitur pariter *Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. titul. de appellationibus, §. in quibus, num. 16. vers. Quid si conuenit*, vbi recitat *Rusticanum* antiquum Doctorem hanc quæstionem disputasse, & terminasse, quòd appellari non possit: demùm sectantur *Socinus Junior consil. 15. col. 2. lib. 1. Paulus Castrensis consil. 121. num. 8. lib. 2. Capell. cons. ciuil. 16.* qui dicit veriorem opinionem, & ab hac non esse in iudicando, & consulendo recedendum scribit *Bologninus ad Anania consil. 51. Fulgos. cons. 111. & 114. Practica Papiens. in forma libelli, Quando agitur ad pœnam compromissi, §. nec reductio, num. 19. Lanfranc. in tract. de Arbitris, quæst. 29. Menoch. de Arbitris Iudic. lib. 1. quæst. 90.* qui quidem omnes dictam sententiam veram esse suadere videntur.
3 Attamèn, quia Iudex, apùd quem petitur reductio, est ordinarius, vt *Bartol.* docet *in l. societatem 77. §. Arbitriorum, num. 9. D. pro socio*, se-
4 cundùm contrariam sententiam, quæ statuit licere

Digitized by Google

re appellationem interponere, concluſum teſtatur noſter *Author hic*, quam ſententiam, vti de iure veriorem, magiſquè æquam, & à maiori parte Scribentium comprobatam, edocet *Alexand. in conſil.* 106. *num.* 6. *lib.* 3. tuenturquè *Baldus in l.* 1. *num.* 10. *C. nè liceat tertiò prouocare*, *Paulus de Caſtro, Imola, & Alexand. in dict. l.* 1. *D. de legat.* 2. *Aretin. in cap. ſuper his, num.* 47. ibidēq; *Felinus num.* 13. *de accuſation. Anton. de Butrio in dict. cap. Quintauallis, de iure iurand. Lugdunens. in addit. ad Alexand. dict. conſ.* 106. *lit. B.* vbi dicit ſententiam hanc in Francię Regno Iudicum, Aduocatorumq; praxi receptam eſſe, & poſt alios quos refert, magis communem eſſe tradit *Iulius Cæſar Ruginellus de appellationib. §. ſecund. cap.* 3. *A quibus perſonis appelletur, num.* 79. *Blanch. de compromiſſ. quæſt.* 19. *Lancellott. de attentat. reduct. ad arbitrium boni viri pendent. num.* 29. *& ſeqq. Afflict. in commentar. ad noſtras Conſtitut. Rubr. appellationū tempora, num.* 42. *& ſeqq. Facchineus Controuerſ. iuris, cap.* 96. *lib.* 8. denique tanquam æquiorem, & à probatiſſimis Auctoribus approbatam ſequitur *Andr. Gaill. PP. Obſeruat, lib.* 1. *cap.* 149. *nam.* 5.

5 Dubietatem propterea, & quidem nō mediocrem priorem ſententiam habere ex his comperimus, vndè reſpondemus, amplexandam eſſe poſteriorem hanc traditionem, iuxtà quam concluſum teſtatur noſter *Author*, vti veriorem, æquioremuè, & iuris rationi conuenientiorem, quippè quod qui ſuper reductionis cauſa pronunciat, ve-
6 rè Iudex Ordinarius eſt, & à Iudicibus iuxtà notā iuris regulam appellare licet, niſi expreſſim vetita fuerit prouocatio, *l. & in maioribus, C. de appellation.* neque enim iure negare poſſumus,
7 hunc Iudicem, apùd quem reductio petitur, ordinarium eſſe ex *Proculi* loco *in l. Societatem* 77. *§. Arbitriorum, D. pro ſocio*, vbi ità præter alios notat *Bartol. num.* 9. & iuriſdictionem habere, atque ex ea vt verè Iudicem hac de cauſa cogniturum, qui non ex priuatorum conuentionibus, ſed legis authoritate adeundus eſt ad iudicij iniquè lati emendationem; Nequè contrà dictam noſtram firmatam concluſionem, ſiuè ſententiam tali argumento. Ad improbandum nempè, appellationem à Iudice cauſam reductionis definiente vetitam haùd eſſe.

8 Obijciendo inſurgas, ex eo quòd ab arbitramento non appellatur, vt diximus in *Obſeruat.* 82. *num.* 11. & talis Iudex Arbitratoris loco ſuccedit, idcircò ab eius ſententia appellari non po-
9 terit, cùm ſubrogatum naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, aſſumat, *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, D. ſi quis caut.* vbi *Bartol. Bald. Angel.* cęterique *ICti, l.* 1. *§. hac actio, D. ſi quis teſtam. liber. l. filia, D. de condition. & demonſtrat.*

10 Reſpondetur enim negando præmiſſam illam, quòd talis Iudex Arbitratoris loco ſuccedat, cùm receptum ſit, hunc Iudicem in Arbitratoris locū haùd ſubintrare, neque ei ſubrogationis iure ſuccedere, ſed vt verè Iudex Ordinarius ratione propriæ iuriſdictionis, adeò quod etſi verum foret, Iudicem hunc in Arbitratoris locum ſuccedere, neque tamèn negari poteſt, Iudicis officio fungi, Iudicemquè omninò cenſeri, & tanquàm à Iudice ab eo reductionem peti: quod ex eo demùm ſuadetur, quia appellationis Iudex quò ad iudi-
11 ciarium ordinem leges illius fori; à quo appellatum eſt, ſeruare haùd tenetur, ſed proprij potiùs Tribunalis inſtituta, *l.* 3. *§. vltim. D. de teſt. lib. Gloſſ. in cap. licèt canon. in verb. de cœtero, de electione in* 6. quò fit, vt licèt à priori Iudice, qui Arbitrator eſt, appellationis interpoſitio minimè ſit permiſſa, ea nihilominùs admittenda ſit ab eo Iudice, qui vt Ordinarius de reductionis cauſa cognoſcit, & de moderando Arbitratoris iudicio tractat.

12 Hinc modò ex notatis per *Authorē* noſtrū *hic, in addit. num.* 1. inſpiciendum venit, ſi Actor vel Reus Arbitratoris iudicium iniquum eſſe cō queratur, coràm quo Iudice petenda ſit reductio ad arbitrium boni viri? (hæc quidem quæſtio fœpè contingere ſolet, cùm cōpromiſſum ſit à Clericis in laicum, vel à laicis in Clericum, ſeù cùm compromittentes ſunt laici, & etiam Arbitrator, ſed ſunt diuerſi fori.)

13 Quod circà ſciſſas primatum Iuriſprudentiæ Coryphæorum ſententias eſſe ſignificamus! Alij enim dicunt, apùd eum Iudicem petendam fore reductionem ad arbitrium boni viri, qui ip ſius cauſę Iudex eſt Ordinarius, quinè eius cognitionem ſemoto compromiſſo iure habebat, ſicquè vt ſiuè Actor, ſiuè Reus Arbitratoris iudicium iniquum eſſe conqueratur, eam quærelam ad Iudicem, coràm quo cauſa ipſa alioqui examinanda foret, deferre debeat: ità *Bartol. in citat. §. Arbitriorum, num.* 21. *Abbas Panorm. in dict. cap. Quintauallis, ſub num.* 39. vbi communitèr ferè etiam Canoniſtæ, *de iure iurando, Caſtr. in l. ſi ſuſpecta, §. final. D. de inofficioſ. teſtament. & in l.* 2. *C. vbi, & apùd quem, Socin. conſil.* 18. *num.* 31. *lib.* 1. alijquè, quos refert, & ſequitur *Roland. à Valle in conſil.* 24. *num.* 12. *lib.* 4. latè comprobat *Federic. de Senis in conſil.* 285. *col.* 2. & de communi teſtatur *Alexander in conſil.* 131. *num.* 1. *lib.* 2. quo in loco *Lugdunenſis* aſſerit, ſententiam hanc in practica receptam eſſe, *Maranta in ſpeculo aureo, part.* 6. *act.* 2. *num.* 126. vbi quoque hanc magis communem præconizat eſſe traditionem, *Lanfranch. in tract. de Arbitr. & comprom. part. vltim. quæſt.* 19. *Kir. in ſuis commun. opinion. verb. Reductio.* vbi notat, hanc ſententiam apùd Iuriſprudentiæ maximùm peritos magis communitèr receptam eſſe, quemadmodùm quoque tradit *Antoninus Theſaurus in deciſ. Pedemontani Senatus* 14. *num.* 1. atteſtans *num.* 5. ità cenſuiſſe dictum Senatum, *Petrus Ferrarienſ. in practica, titul. de forma libelli, quo agitur ad pœnam compromiſſi, §. nec reductio, num.* 5. *Blanc. in tract. de compromiſſo, quæſt.* 10. *num.* 13. & veriorem eſſe tradit noſter *Author hic in addit. ſub num.* 1.

14 Quam ſententiam falſam eſſe penſitarunt alij, vndè apùd Arbitratoris Iudicem reductionem huiuſmodi petendam fore exponunt; hi ſunt *Angel. in l. ſi ſuſpecta, §. final. D. de inofficioſ. teſtament. Felin. in cap.* 1. *col.* 5. *de præſcription. Ioan. Andr. in cap. ſtatutum, §. cùm autem, de reſcript. lib.* 6. quem refert, & ſequitur *Roman. in conſil.* 265. *Pariſ. in conſil.* 45. *num.* 11. *lib.* 1. *Afflict. in deciſ.* 51. & alij, quos recenſet idem ſupra citatus *Rol. à Valle dict. conſil.* 24. & illa ſanè ratione mouentur, quia reductio iſta appellationis inſtàr
15 eſt, eoſdemquè effectus ſortitur: at in appellatione ad Superiorem Iudicis à quo appellatur: igi-

Digitized by Google

tur isthac in reductione idem firmandum videtur, nàm in reductione à laudo de ipsorum Arbitrorum sententia principaliter cognoscitur, quod haùd ab alio, quàm ab illorum Iudice competenti fieri posse videtur, & ob id fortè *Baldus, & Salycetus in l. præcipimus, C. de appellationib.* hanc sententiam confirmare videntur, dùm voluere, quòd si causa in laicum, & Clericum simùl compromissa fuisset, in reductione ad Antistitem recurri debere, sicquè ad Arbitratoris superiorem.

16 Sed expositarum sententiarum neutram veram esse arbitrauere alij nonnulli, id circò, vt haùd ad Arbitratoris Iudicem, neque ad illum Rei, vel Actoris recurratur, sed ad Iudicem loci, vbi nempè compromissum factum fuit, edocent; hi sunt *Speculator in titul. de Arbitris, §. 1. vers. Sed quis, num. 4. Angel. in quadam sua disputatione*, vti refert citatus *Roland. à Valle in dict. consil. 24. num. 3. in fin.* & rationem illam reddit *Angel.*

17 quia compromissum esse videtur quædam transactio, & contractus, ex quo transigentes, contrahentesquè forum sortiuntur, *l. hæres absens, D. de iudicijs. cap. Romana, §. contrahentes, de foro competent. lib. 6.* vndè cùm de reductione agatur de contractus rescissione tractari videtur, igitùr coràm Iudice loci reductio contractus petenda erit, argumento *l. qui loco certo, D. de condit. indebit.* & opinionem hanc procedere posse dicit *Thesaurus dict. decis. 14. sub num. 3.* si compromittens sub illius Iudicis iurisdictione forent, in cuius territorio factum fuit compromissum, veluti si duo Taurinenses in duos ciues, vel incolas illius Ciuitatis compromitterent, quia ille est Iudex competens, & ità procedere intelligit relatam *Speculatoris* opinionem: minimè autem si duo forenses in duos ciues Taurinenses compromitterent, nàm tunc in reductione ad Iudicem causæ competentem, haùdque ad Iudicem loci recurrendum est, per ea, quæ infrà in *Bartoli* opinione tuenda dicemus, haùd obstante supra allegata ratione, quia immò ex eadem contraria sententia defenditur per *textum*, quem *Bartol.* adducit *in l. cùm hi, §. transactionis, D. de transact.*

18 A prædictis equidem sententijs alieni se ostendunt alij, ex quo tenent, quòd dicta reductio apùd Iudicem illius, contrà quem petitur, petenda sit, per *textum in l. 2. C. vbi, & apùd quem*, ità *Paul. in dict. l. 2. Imol. in dict. cap. Quintauallis, num. 39. Caualc. libr. 2. Resolut. cap. 12. num. 1.* quos refert, & sequitur *Cancer. lib. 1. Variar. Resolut. cap. 21. de Arbitris, & Arbitratorib. num. 24. Couarruuias lib. 2. Var. Resolut. cap. 12. num. 1.* qui opinionem hanc in puncto iuris veriorem esse profitentur, eò quod qui

19 reductionē petit, etsi alioqui futurus esset Reus, in eo tamèn Iudicio Actor est, & iudicij decisionem petit, sicquè eam coràm illius Iudice, qui hac in reductionis quæstione verè Reus est, petere debet; ità vt si ego compromissum antè Actor eram, posteà Reus in reductione efficiar ex eo, quòd contrà me, qui Arbitri sententiæ acquiesco causa instituitur, coràm meo Iudice competenti reductio peti debeat; & hanc quidem opinionem subtilem esse dicit *Thesaur. vbi supra sub num.*

20 4. verùm quia petita reductione causa pristinum statum recuperat, subsistentabilem haùd esse fatetur, & non esse à priori recensita sententia recedendum, haùd refragante regula allegatę *l. 2. C. vbi, & apùd quem*, quia ibi causa, & lis principaliter contrà indebitum possessorem instituitur, & noua causa intentatur, idcircò Rei Iudex adeundus est, & illius loci, in quo domicilium is, qui conuenitur, habet.

Denique in prædictis anfractibus accedit *An-*

21 *dr. Gaill.* qui proposito in casu tradit, vt adeatur Iudex Ordinarius illius, qui reductionem ad arbitrium boni viri petit, ità scribit, *in lib. 1. Practicar. Obseruat. cap. 1. num. 49.* & latiùs *cap. 149.* cuius memores sunt noster *Author hic in addit. num. 1.* & *Gaspar Thesaur. in addit. ad dictam decis. 14. Antonini Thesauri sui Patris, lit. A.*

22 Cæterùm, alitèr exponit *Anchar. in Regul. ea, qua, q. 17. de Regulis iuris, lib. 6.* vbi distinctionis moderamen adhibet, se remittendo ad quæstionē per eum disputatam, incip. *C. laicus ad quem Iudicem transmittimus*, & cùm distinctione etiam transit *Caballin. in suis Milleloquijs, milleloq. 883.*

23 Quid igitùr dicendum in huiusmodi Doctorū anfractu? Valdè periculosum est pleno mare vela pandere, grauè stante tantorum Coryphęorum dissidio! Arridet tamèn Præceptoris *Bartoli* opinio, vt pro reductione à laudo ad Iudicem causæ competentem recurratur, quæ quidem egregia illa potissimùm ratione probatur, etenim cùm reductio ad boni viri arbitrium petitur, causa in

24 pristinum statum reducitur, idemquè est, ac si nullum factum fuisset compromissum, cùm Arbitri iàm officio suo functi sint; propterea abdubio dicendum consequitur, compromissum quo-

25 quomodo euanescat, causam coràm Ordinario litis Iudice tractandam esse, ad *textum in l. si rem, D. de recept. arbitr.* vbi *ICtus* hæc verba ponit, *lite apùd Iudicem suo ordine peragenda*. haùd enim suo ordine tractari causa dici potest, nisi co-

26 ràm causæ Ordinario Iudice, vt *Imperator* inquit *in l. Ordinarij, C. de rei vendicat.* quamobrèm nō coràm Arbitratoris Iudice, neque Actoris, sed Rei, qui ordinarius est, & competens pe-tenda est huiusmodi reductio ad boni viri arbitrium.

27 Ex quo porrò idem *Antoninus Thesaurus ibidem* adijcit, id minimè obumbrari, si illius legis dispositionem latum antè laudum procedere dicatur, nempè quando compromissum factum, vel ob personarum defectum, vel etiam rerum, aùt aliam ob causam subsistere nequit; quippè quod responderi potest, post latum laudum idem quoque esse altera non minus efficaci ratione, etenim

28 pro sententiæ arbitramentalis exequutione ad appellationis Iudicem, seù Arbitratoris Superiorem haùd, sed ad Iudicem causæ competentem recurritur, vt expressè docet *Vlpianus IC. in l. à Diuo Pio 15. D. de re iudicat.* vbi ità notant *ICti* omnes; quamobrèm vbi reductio petitur, cùm ibi cognosci debeat, nùm laudum exequtioni mandari debeat, vel nè? idem planè statuendum, iudicandumquè esse consequimur, quòd scilicèt ad Ordinarium Iudicem recurratur, præsertim nè

29 Ordinarius Iudex ex alterius facto sua iurisdictione spolietur, & vt abusus ille euitetur, nempè nè ex huiusmodi compromissis Iudicis competentis forus, & cognitio non sinè maximo ipsius Iudicis præiudicio declinetur.

30 Minùs etiam refragatur quòd in contrarium exponitur nempè, quòd reductionis petitio simi-

lis

Digitized by Google

lis est appellationi, idcircò, quemadmodùm appellatio ad Superiorem pronunciantis sententiam deferenda est, *l. præcipimus, C. de appellationib.* & Doctores communitèr: ità & istiusmodi reductio apùd Arbitratoris Iudicem petenda est; Nàm iuxtà *Roland.* quem sequitur *Thesaur. ibidem*, responderi potest, hanc reductionem multum ab
31 appellatione differre, quinimò à laudo inhibita reperitur appellatio, iuxtà ea, quæ Ipsemet notaui in *Obseruat.* 82. & docet *Imperator Antoninus in l. 1. C. de receptis Arbitris*, vbi ità etiam *Gloss.* & *Doctores*, vndè clarè liquet, quòd haùd par
32 causa reductionis, quæ appellationis dici potest: & suffragatur planè *textus in cap. venerabilibus, in princip.* & §. 1. *de sentent. excommunicat. in 6.* quo probatur, quærelam proponi non posse apùd
33 eum Iudicem, qui litigantium Iudex non est aliter, quàm per appellationem, petitio autem reductionis quærela est potiùs, quàm vera appellatio, ideòq; appellationis Iudex, qui non est sufficiens, neque competens ad simplicem quærelam examinandam, adiri nequit ad emendationem, & reductionem sententiæ, vel iudicij iniquè lati ab Arbitratore; Firmam igitùr vndiquè hanc *Bartoli* sententiam, quòd nempè reductio ad boni viri arbitrium apùd eum Iudicem petenda est, qui ipsius causæ est Iudex Ordinarius, quiuè eius cognitionem remoto compromisso iure habebat, ex his esse comperimus.

34 Nosse attamèn oportet, ipsummet *Bartolum* illam restringere, scilicèt vt locum non habeat, quotiescumq; laudum ex formâ statuti paratam habet exequutionem, ficq; quòd eo casu ille erit reductionis Iudex, qui & appellationis, nàm cùm tunc pars directè de laudo conqueratur, ipsius Arbitratoris Iudex adiri debet, quemadmodùm in appellationis causa obseruatur; hanc denique limitationem sectantur *Baldus*, qui ad verbum *Bartol.* sequitur, & refert *in dict. l. 2. C. vbi, & apùd quem*, *Abbas Panorm. in dict. cap. Quintanallis, sub num. 39. circà finem, vers. Sed ego limito, de iure iurando, Dec.* qui communitèr receptam esse dicit in *Rubr. de appellationib. col. final.* illic etiam *Franc.* & comprobant *Lanfrãc. de arbitr. part. 1. num. 35. & part. 7. quæst. 19. num. 43. Ferrarius de compromiss. § nec reductio, num. 5. Villalob. inter communes opinion. verb. Reductio, Practica Papiensis vbi supra, dicto verb. Reductio, Maranta in dict. part. 6. num. 126. in fine, Nunes in tract. de exequend. mandat. Reg. cap. 1. num. 27. Vrsill. ad Afflict. decis. 51. num. 3.* vbi tradit opinionem *Afflicti* inibi ità saluari posse; Attamèn recedit *Antonin. Thesaurus in dict. decis. 14. num. 9.* dicens, quòd hoc casu maximum Iudici Ordinario præiudicium fieret, ob idq; addit, rectè *Bartolum* irrideri à *Paul. Castrens. in dict. l. 2. num. 2.* & reprobant etiam *Blanc. de compromiss. dict. quæst. 10. num. 15. Federic. de Senis dict. consil. 285. Gratian. cons. 30. lib. 1. Couarr. lib. 2. Var. Resol. cap. 12. sub num. 2.*

35 Alias deniq; restrictiones probatam *Bartoli* opinionem habere legimus, præsertim apùd memoratum *Antoninum Thesaurum ibidem*, qui *num. 9. vers. Secundò*, tradit, illam nec etiam procedere, quando causa omninò spiritualis à laico, & Clerico compromissa foret, quippè quod tunc ad Ecclesiasticum Superiorem recurritur, siue Actor, siue Reus ille sit, *Purpurat. in l. Imperium, num. 9. de iurisdict. omn. Iudic. Paris. dict. consil. 45. num. 11. lib. 1. Bertachin. de Episcop. quæst. 36. num. 73.* & hanc secundùm sententiam intelligendi sunt suprà recensiti *Bald. & Salycet. in l. præcipimus, C. de appellation.* dùm voluerunt, quòd si causa in laicum, & Clericum simùl compromissa fuisset, in reductione ad Episcopum recurri debet; Tametsi alitèr dicendum sit, quando causa est spiritualis, & laicus cùm Clerico in sæcularem compromittunt, vt dicit *Blanc. in dict. tract. de compromiss. quæst. 10. num. 15. vers. Adduerte*, & firmat *Couarr. d. cap. 12. num. 1. in fin.* quidquid voluere *Abb. d. cap. Quintanallis, Purpurat. dict. l. Imperium, num. 9. & Roman, dict. consil. 165.*

36 Deinceps *ibidem, vers. Tertia exceptio est*, idem *Thesaurus* exponit, limitationem opinionem illam recipere, quando partes illud priuilegium habent, vt illorum causæ coràm Senatu tractandæ sint, quemadmodùm sunt Pares Curiæ, viduæ, & miserabiles personæ, quia tunc, vt causa citiùs expediatur, ad Superiorem Iudicem recurritur, *Rebuff. de Arbitr. d. gloss. 10. num. 4. Rolãd. à Valle cons. 76. num. 35. lib. 1.* & ità sæpissimè Senatum iudicasse refert *Thesaurus ibidem*, vbi latè habes alias quoq; restrictiones, ad quem me remitto, cùm prædicta hanc rem circà sufficientia sint.

37 Videamus consequens est expositis attentis, cũ ab Arbitratorum sententijs peti potest reductio ad arbitrium boni viri, vsq; ad quod tempus peti possit? Hac herclè in re etsi varia varij dixere, nihilominùs triginta annos intrà peti posse, cùm ius
38 petendi dictam reductionem sit personale, inquiunt alios allegando *Marant. in Speculo aureo d. part. 6. num. 124. Cancer. Variar. Resolut. part. 1. cap. 21. num. 28. Menoch. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 63. num. 5. Lancellott. de attentat. cap. 12. limit. 50. num. 183. & cap. 16. sub num. 25.* vbi etiam de communi *ICtorum* sententia testatur, quemadmodùm quoque *Dom. Regens Capycius Latro tom. 2. Consultat. 152. num. 49. Mascard. de probationib. conclus. 966. Viuius decis. 276. num. 5. & decis. 444. num. 11. Gayll. lib. 1. Obseruat. 150. num. 2. lib. 1.* qui sententiam hanc in Camera Imperiali seruari testatur; Hoc tamèn
39 procedit probata læsione, & non alitèr, vt tradit laudatus *Dom. Regens Capycius Latro ibidem num. 50.* ex *Viuio decis. 271. Mascard. vbi supr. conclus. 1259. Menoch. d. lib. 2. præsumpt. 76. num. 23. & Grau. ad Gayll. d. obseruat. 150. num. 7.* Deniq; quando pars intrà annum de arbi-
40 tramento extraiudicialitèr, aùt coràm Iudice conquesta fuerit, cœteroquin si per annum taceret, arbitramentum approbasse cẽseretur, vt *Bartol.* docet *in d. §. Arbitrorum, num. 22.* per *textum in l. qui grauatos, C. de censi. & censitis, lib. 11.* quem sectantur *Abbas* latè *in cap. Quintanallis, sub num. 16. de iure iurand. Alexand. in cons. 95. & 183. num. 3. lib. 6.* vbi *Doctores in apostilla, Cancer. vbi supr.*

41 Neque tamèn obicem facit Imperialis Sanctio *in l. cùm antea 5. C. de receptis Arbitris*, vbi dicitur, quòd taciturnitate decem dierum Arbitri sententia emologatur, si contradictum non fuerit; sermocinatur enim Sanctio illa in Arbitro, qui Iudicis instar habetur, vt latè diximus in *Obser-*

uat.

Digitized by Google

uat. 82. haùd autem in reductione ad arbitrium boni viri, quę fit contrà Arbitratoris sententiam, qui est velut amicabilis compositor, & omni iuris ordine prætermisso inter partes disponit, prout potiùs sibi æquitati congruum videtur, *l. societatem* 76. vbi Doctores, *D. pro socio, Auth. Si verò, C. de iudic.* ista enim sententia haùd emologatur, nisi annorum triginta curriculo, iuxtà exposita communitèr receptam opinionem, & punctualitèr resoluit *Maranta vbi supra num.* 125. Sed.

42

Nùm per istius reductionis petitionem arbitramenti exequutio suspendi debeat? Hac equidem in re licèt quidam negatiuam sententiam tueri conentur, nihilominùs affirmatiùam communiori Doctorum calculo receptam legimus, vt vltrà *Abb.* P*anorm. in d. cap. Quintauallis, num.* 41. aliosq; testis est *Maranta vbi sup. num.* 122. vbi *in fine* quoq; dicit, hanc esse tutiorem sententiam: ad effectum enim exequutionem differendi suspensiuũ effectum habet petitio isthæc, sicq; in hoc appellationis vim, vt probatur in *l. non distinguemus*, §. *cùm quidam, D. de Arbitr.* vndè reductionem antè exequutioni mandari non potest; præsertim quia iura clamitant, quòd ad boni viri arbitrium reduci debeat arbitramentum iniquum, ex eo enim necessariò sequitur, quòd antè reductionem exequutioni mandari non debet, vt clarè probari videtur in *d.* §. *Arbitrorum, in fin.* iuncta *l. vndè si Nerue, eodem titul.*

43

44

Præterea videamus, si contrà laudum iuratum reductionis beneficio sit renunciatum, an peti possit reductio? & an saltèm sit necessaria absolutio à præstito iuramento? Excitat præcœteris hanc quæstionem, eamq; distinctionis fœdere conciliat *Maranta in allegata part. 6. num.* 127. præconizans hanc veram esse, & communem conclusionem, quòd aùt læsio est modica, & supportabilis: aùt est magna, & enormis, vel enormissima; Si primum, reductionẽ peti haùd posse tradit, quoniam renunciatio illa iurisiurandi religione vallata hoc præsertim operatur, vt ad boni viri arbitrium non reducatur arbitramentũ, ità docente *Paulo de Castro in consil.* 200. *col.* 2. *vol.* 1. Si secundum, eo casu renunciatione, etsi iurisiurandi religione vallata, haùd obstante, reductionem peti posse inquit, quia dato, quòd ampla verba in compromisso ponantur, non tamèn fieri potest, quin huiusmodi reductio ad boni viri arbitrium stante enormissima læsione habeat locum, semper enim iuramentum intelligitur, si æquè arbitratus fuerit Arbitrator, & enormissima læsio cogitata minimè præsumitur, nec iurisiurandi religio ad incogitata extenditur, vt perpendunt *Alexand. in consil.* 131. *colum. penult. vol.* 2. *Socin. in consil.* 220. *col.* 5. *vol.* 2. *Dec. in cons.* 11. *col.* 6. *vers. Quartò principaliter, & consil.* 9. *col.* 2. vbi dicit, quod dari minimè potest clausula, per quam reductio à laudo ad boni viri arbitrium peti non possit; quamobrèm fit consequens, quòd vbi adest enormis læsio, absolutio à iuramento non requiritur, quodue peti possit indistinctè, quia non detegitur periurium, vbi iuramentum ad illud non se extendit; Theologorum tamèn consilium est, vt ad cautelam à tali iuramento absolutio petatur, illa enim de facili concedet Episcopus, quod haùd possum non commendare, etsi de præcepto hoc minimè sit, *Bald. in l. final. C. de non numerat. pecun. & Marant. ibidem in fine.* Et meum inerudituṁ calamum sisto, cùm exposita ad præsentem decisionem ornandam sufficiant.

45

46

47

48

49

PROLOGOMEN.

Emphyteusi vt Domino inuito renunciare non possit emphyteuta, pro Regula traditur, verùm quãdo, quibusuè casibus comprimatur, annuitur: & eadem quoque adhibita oratione exponitur, quid in feudo firmandum fore, nimirùm, an valeat vasallus Domino inuito renunciare? quod peculiaritèr demonstratur ad *textus* elucidationem *in cap. 1. de vasallo, qui contrà Constit. Loth.*

RERVM SVMMA.

1 *Emphyteuta inuito Domino emphyteusi renunciare non potest.*
Limitatur, quando aliud ex consuetudine receptum est, vt num. 2.
Sic quoque, si aliqua iusta superuenerit causa, vt num. 3.

4 *Emphyteuta quando valeat, & possit petere, retractari canonem, quod pro re emphyteutica soluit.*

5 *Iudex contractum factum inter partes ad æquitatem reducere potest.*

6 *Vasallus Domino inuito feudo renunciare potest.*
Contrarium verius vt num. 9. *&* 11.
Intelligitur, quando feudum cùm seruitio certo concessum est, vt num. 14.

7 *Feudum in vasalli fauorem conceditur.*

8 *Contractus ex post facto necessitatis vinculum habent.*

10 *Dominus inuitis, & reluctantibus vasallis feudum in alterum transferre non licet.*

12 *Ciuitas sine Domini consensu alteri Domino se subijcere non potest.*

13 *Dominus actionem habet ad vendicandũ subditum, si alteri se subijciat, & Domino obedientiam recuset.*

15 Textus in cap. 1. de vasallo, qui contrà Constit. Loth. *quomodò intelligatur.*

16 *Vasallus feudo renunciare potest, quando Dominus crudelis est, & tyrannus.*

17 *Tyrannum occidere pulchrum est, & beneficio gratum.*
Sed an hodie hoc admittat Ecclesia, traditur num. 18.

19 *Vasalli à iurisiurandi vinculo liberantur, quãdo Dominus ob commissum delictum aduersùs Superiorem feudo priuatus est.*

20 *Vasallo bannito subditi à fidelitatis iuramento liberantur.*

21 *Iuramentum fidelitatis excommunicato non obseruatur.*

22 *Bannitus, excommunicatus, hæreticus antè omnia, vt spoliati, non restituuntur.*

23 *Vasallus ob loci sterilitatem feudo renunciare potest Domino reluctante.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO LXXXVII.

1 HAùd posse emphyteutam inuito Domino rei emphyteuticariæ renunciare, concludit noster *Author hic*, quamq; conclusionem tanquàm constitutissimam, & absolutam edocuit antè *Abbas Panorm. in cons. 94. sub num. 4. circà medium, vers. Et sic non potest emphyteuta, lib. 2.* ita quoq; *Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 77. circà finem*, quem laudat *Vrsillus ad Afflict. decis. 307. num. 1.* & amplectit compluribus adductis *Tiraquell. de retract. lignag. §. 34. Gloss. 1. num. 2.* iac sectatur alios quoq; manuducendo *Cardinal Mantica de tacitis, & ambig. conuention. tom. 2. lib. 22. titul. 24. ex num. 1. Corbulus de iure emphyteut. titul. de causa priuationis ob renunciationem, num. 4. Guid. de Suzar. eodem tract. in fin. num. 53. vers. Quæritur trigesimo.*

2 Limitationem verùmtamen admittit recepta isthæc conclusio, si ex consuetudine aliud receptum sit, prout perpensa re, quemadmodùm illa expostulat, aliorum fultus auctoritatibus statuit idem noster *Author hic*, quod etiam post alios, quos recensent, sequuntur citati *Card. Mantic. vbi supra num. 5. & Tiraquell. dict. Gloss. 1. num. 3.* ambo illam quoque restringentes, vt nempè
3 minimè procedat, si aliqua iusta superuenerit causa, veluti si quis alicui molendinũ in emphyteusim ea lege concesserit, vt emphyteuta eidem, eiusquè hæredibus, & successoribus gratis molere teneatur, & eius hæredes, & successores vsque adeò excreuerint, vt molendinum sibi inutile reddatur, poterit hoc in casu illud remittere, & emphyteusi renunciare, quod comprobatur ex Senatus Pedemontani Arresto, de quo testatur *Antoninus Thesaurus in decis. 120. sub num. 1.* vbi
4 etiam, quòd emphyteuta petere possit retractari canonem, & contractus ad æquitatem reducere, quod circa etiam Iusdicens singularem habet, & mirabilem facultatem, vt nempè quando res tractu temporis efficeretur iniqua, vel in infinitum cresceret, possit etiam contrà pacisentium pa-
5 ctionem, & stipulationem pronunciare, & ad æquitatem reducere, ità decidente *Scæuola l. C. in l. cum quidam 17. in princ. D. de vsuris*, & ex alijs diximus in *Obseruatione 85. num. 5.*

6 Hoc loco disputari contingit (attenta demùm *Authoris* nostri illatione, de qua *num. 13.*) nùm supra expositæ conclusio in feudo paritèr locum obtineat, vt scilicèt nequeat vasallus Domino inuito feudo renunciare? Negatiuè decidit *textus in cap. 1. de vasallo, qui contrà Constitut. Loth.* & assignatur ratio, quia cùm feudum principaliter
7 in vasalli fauorem concedatur, potest ipse fauori suo renunciare, *cap. ad apostolicam, extrà de regular.* secùs alijs in contractibus, qui ex post facto
8 necessitatis vinculum habent, *l. sicut, C. de action. & obligat.* attamèn rectè perpensa obligatione, quæ reciproca est inter Dominum, & va-
9 sallum, contrarium firmat *Afflict. in decis. 265.* præsertim *num. 53.* post alios, quos recenset, quod sensit, & clarè *Luc. de Penna in l. 2. in fine, C. de agricol. & censit.* quos sequitur latè id tuendo *Menoch. de recuper. and. possession. remed. 10. sub num. 81.* nàm quemadmodùm non liceret feudi
10 Domino in alterum transferre feudum inuitis, & reluctantibus vasallis, iuxtà *text. in l. inuitus, D. de fideicomm. liber.* vbi id quoq; exponit *Glossa*, & tradunt post alios, quos referunt *Bald. in cons. 324. col. 2. in cons. 326. col. 2. lib 1. & in cons. 410. col. 3. lib. 5. Paulus de Castro in cons. 70. col. 3. circa fin. vers. Sed & posito lib. 1. Aymon Cranetta in cons. 54. num. 3. in cons. 135. num. 19. in cons. 241.* vbi de communi, & in *cons. 318. sub num. 4. vers. Quæ ipsa, Ruin. in cons. 7. num. 27. lib. 1. Afflict. in decis. 265. num. 69.* latè *Alciat. in respons. 167. Roland. à Valle in cons. 1. num. 34. & in cons. 36. num. 81. 82. & 88. lib. 1. Paris. in cons. 22. num. 70. lib. 1. Gomes. in §. item seruiana, num. 41. Instit. de actionib. Menoch. vbi sup. num. 81. Paris. in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. Gloss. 3. num. 25. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 26. Gloss. 1. num. 78.* pari ratione in vasallis idem di-
11 cendum est, vt inuito, & reluctante Domino è loco feudi recedere, alteriq; Domino se subijcere non possint, vt notauit etiam *Aymon Crauet ta in d. cons. 241. sub num. 7.* adducens *Innocent. in cap. Olim, il secondo, de restitut. spoliat. & in cap. 2. de restitut. in integr. Abb. in cap. cùm dilectus, de relig. domi, & Socin in cons. 39. col. 2 lib. 3.*
12 vbi etiam, quòd vna Ciuitas sine Domini consensu alteri Domino se subijcere non potest, nisi esset destituta omni sui Domini auxilio, de quo etiã per *Bald. in cap. 1. col. 4. de iudicijs, in 2. lectur. Brun. Asten. in cons. 86. col. 1.* immò competit
13 actio Domino ad vendicandum subditum, si alteri se subijciat, aùt obedientiam Domino recuset, *Ioan. Fabri in §. præiudiciales, col. 8. Elemẽt. Iur. de actionib. Abb. in cap. inter quatuor, col. final. de maiorit. & obedient. & in cap. auditis, col. 5. de præscript.* quos refert, & sequitur idem *Aymon Crauetta ibidem.*

14 Aduertimus tamèn hic, expositam hanc sentẽtiam de plano procedere, quando feudum cùm seruitio certo concessum est, putà vt vasallus de vno seruiat equo, vel certa quantitate pecuniæ, secùs verò quando simpliciter concessum est, vt rectè alijs adductis tradit noster *Author hic*, quibus addimus *Afflict. in cap. 1. §. similiter, num. 124. de capit. qui cur. vendid. Tiraquell. de retract. consangu. §. 24. Gloss. 1. num. 1. & seqq. Menoch. de Recuperand. possess. Remed. 10. num. 82. Corbul. de iure emphyteut. titul. de causa priuationis ob renunciationem, num. 7.* qui alios concordantes recensent, & hanc communem esse distinctionem tradit *Dom. Regens de Ponte in suis lectionibus feudalibus, lection. 1. num. 121. & lection. 21. num. 10.* Quamobrèm, secundùm hanc
15 distinctionem procedere arbitramur dispositionem citati *textus in cap. 1. in fin. de vasall. qui contr. Const. Loth.* iuncto *textu in cap. 1. §. vrsùs, quibus mod. feud. amitt. in cap. 1. §. si verò, qual. ol. pot. feud. alien. & in cap. 1. in fin. quid iuris sit.*

16 Quam equidem dispositionem amplíamus etiã, vt procedat, quando vasallorum Dominus crudelis esset, & tyrannus, quippè quod tunc non modò licet vasallis feudo renunciare, fugere, & loca Domini deserere, sed & Dominum ipsum interficere, vt ex *Luca de Penna* exponit citatus *Menoch. ibidem, num. 84.* cùm mortem contrà tyrã-
17 num patrare pulchrum sit, beneficio gratum, & fama gloriosum, vti legitur apùd eloquẽtiæ Prin-

cipem

cipem in 2. *Philip.* & vt dicebat *Seneca*, victima haùd vlla amplior poteſt, magiſuè optima mactare Ioui, quàm Rex iniquus: aliaq; ſatis doctè refert *Lucas de Penna in l. vnic. col. 4. verſ. 13. ſi tyrannides, C. de vi, & vi armat. lib. 11.* & latiſſimè in *l. 1. col. 30. C. ob publ. latit. Conſul. lib. 12.* atq; in hanc ſententiam plura ex Græcis habentur, vt eruditiſſimus *Ioannes Stobæus* exponit in *opuſculo de ſententijs Græcorum*, in ea parte, in qua de tyrannidis vituperio agit, recenſens potiſſimum Græci *Euripidis* effatum, illud nempè, *Malè pereant omnes, qui tyrannidè gaudent.* re-
18 Cæ tamèn hodie Eccleſia hoc non admittit, vt iam Conſtantienſi Sacro Concilio deciſum cernitur, & affirmant *Brixien. in ſuo Repertor. verb. Tyrannus Nicolaus Boerius in deciſ. Sacri Burdegal. Senatus 304. ſub num. 7. poſt medium, & Menochius vbi ſup. num. 85. in fine*, etſi, vt *Demoſthenes* Græcorum Oratorum lumen dicere conſueuit, *Omnis Rex, & tyrannus vt hoſtis libertatibus, & legibus aduerſetur.*

19 Deniquè extenſionem illam admittere comperimus, quando feudi Dominus ob perpatratum aduersùs Superiorem delictum feudo eſt priuatus, etenim tunc ſubditi à iuriſiurandi religionis vinculo liberati, haùdq; amplius ligati cenſentur, cũ vaſalli nomen extinguatur, *Pariſ. conſ. 21. nu. 50. lib. 1.* & ex *Luc. de Penna* tradit citatus *Menochius ibidem, num. 89.* adnectens hanc declarationem multis in caſibus exemplificari poſſe, cùm multis ex cauſis vaſallus feudo priuetur, *cap. 1. quib. mod. feud. amitt. cap. Domino guerrã, in tit. hic finitur lex Conrad.* vbi *Gloſſa* ſentit,
20 quòd bannito vaſallo ſubditi à fidelitatis iuramento ſunt liberi, etſi irreuocabiliter priuatus nõ dicatur, vt inibi animaduertit *Gloſſa*, & *Ruinus in conſil. 7. num. 2. lib. 1.* Quarè idem dicendum
21 eſſe eruditur in excommunicato, cui fidelitatis iuramentum minimè obſeruatur, *cap. nos ſanctorum 15. q. 6. & cap. ſeq.* quod etiam expoſuit *Lucas de Penna in l. ſi coloni 14. quæſt. 14. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* & ſequitur *Menoch. ibidem, num. 91.* Idem quoque in hæretico, ſecũdùm ipſum *Luc. de Penna d. l.* & latè exponit idem *Menochius de recuperand. poſſeſſion. remed. 1. quæſt. 30. à num. 337.* banditus enim, excommu-
22 nicatus, hæreticus, & ſimiles, antè omnia, vt ſpoliati, nec demùm reſtituendi ſunt, etenim vt Deo, & Superioribus infideles ſunt, ſic nec merentur, vt eis fides ſeruetur, quod & aliis probat *Lucas de Penna in l. cùm allegas, col. 3. C. de re milit. libr. 12.*

23 Cæterùm extenſionẽ recẽſiti *textus* diſpoſitionẽ habere annuimus, quando vaſalli, & ſimiles iuſta aliqua interuenientẽ ratione loca illa Domini inhabitare nequeunt, veluti ſi maxima foret Regionis ſterilitas, vt idem *Lucas de Penna* ſcribit *in l. 2. col. 2. verſ. & nota quòd, C. de agric. & cenſit. lib. 11.* quem laudans ſectatur *Menochius dict. remed. 16. ſub num. 94. & num. ſeqq.* complura adducit concordantia.

PROLOGOMEN.

Filijs per matrem ſtipulata emphyteuſi, eiſdẽ filijs illam Domino inuito relinquere licere, deciditur, niſi tamèn pro eiſdem Notarius receperit, & tanquàm publica perſona ſtipulatus fuerit.

RERVM SVMMA.

1 *Emphiteuſim filij Domino inuito relinquere poſſunt, quando per matrem ipſis illa ſtipulata fuit.*
Ampliatur, etiam Notario illam pro eis ſtipulante, vt num. 3.
Contrarium verius, vt num. 4.
2 *Conceſſio emphyteuſis non tenet, ſi per abſentis Procuratorem recipiatur non ſecuta ratificatione.*
3 *Ius abſenti queritur abſque acceptatione per Notarij ſtipulationem.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

LItigantium certamen, ſiuè huiuſce loci diſceptationem in aientem determinat partem noſter *Author hic* concludens, ſtipulata per matrem emphyteuſi filijs, poſſe eoſdem filios illam inuito Domino relinquere, quia receptio per matrem facta filijs præiudicare non poteſt, qui mandatum non dederunt, nec cõceſſionem eorum nomine factam ratificauerunt, neque illa vſi ſunt; certum enim eſt, quòd niſi
2 abſentis nomine quis tanquàm procurator, ſeù negotiorum geſtor recipiat, & niſi ſequuta fuerit abſentis ratificatio, huiuſmodi conceſſio non tenet; idcircò quemadmodùm per eam abſenti, ſi ratum haùd habeat, nihil acquiritur, ità etiam præiudicium aliquod inferre minimè poteſt, vti *Bartol. & Bald.* docent *in l. fundum, D. de actionib. empt.* & ſectantur *Alexand. conſil. 24. num. 5. libr. 5. & conſil. 10. num. 5. libr. 3. Ruin. conſil. 3. num. 5. lib. 1. Caſtr. conſil. 10. num. 5. lib. 3.* Sed quæſtionis eſt modò.

3 Nùm idem firmandum ſit, ſi Notarius pro eiſdem receperit, & tanquàm publica perſona ſtipulatus fuerit? Quam circà controuerſiam etſi affirmet noſter *Author hic num. 6. & 7.* & comprobet *in additione* aliis relatis; mihi tamèn cõtrariũ di-
4 cendum videtur, quia per Notarij ſtipulationem ius abſenti quæritur abſque acceptatione, vt idem noſter *Author* tradit *in deciſ. 39. num. 9.* nec non *Iulius Clarus in §. donatio, quæſt. 13. verſ. Primo ergò caſu. Card. Mantica* notãs hanc ſententiam frequentiſſimo Doctorum calculo receptam eſſe in *lib. 14. de tacit. & ambigu. conuention. tit. 26. num. 2. Cancer. Variar. Reſolut. lib. 1. tit. 8. num. 44. Conſiliar. Paſchal.* qui alios adducit *in tract. de viribus patriæ poteſtatis, part. 1. cap. 8. ſub nu. 158. Conſiliar. Arias de Meſa Var. Reſolut. lib. 3. cap. 50. num. 15.* vbi etiam dicit, quòd Sacrum Conſilium hanc opinionem amplexari ſolet, Eutopæquè Prætoria determinaſſe probat *Dom. Conſiliarius Franc. Maria Pratus tom. 2. Diſceptat. forenſ. cap. 4. num. 23.* ſic ſe habere communem totius Orbis praxim, ait *Dom. Regens de Marinis tom. 2. Quotidian. Reſolut. cap. 70. à nu. 6.* & aliorum fultus Auctoritatibus veriorem eſſe & incontrouertibilem opinionem, ſcribit nouiſſimè *Dom. de Luca ad Præſ. de Franch. Obſeruat. 339. ſub nu. 1. verſ. Verior tamèn*, atquè proba-

Digitized by Google

bare videntur *Cæsares in l. Velles 6. C. de reuocand. donation.*

PROLOGOMEN.

Agnatus agnati bona petens tanquàm eius agnatum, vt nedùm se esse agnatum, sed etiã legitimum probare teneatur, annuitur, quod tamèn an procedat in filio? elucidato an in dubio legitimus, & naturalis præsumatur? peculiariter demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Agnatum quis se probare non sufficit, sed etiam legitimum.*
Quid in filio, traditur num. 9.
2 *Qualitas in specie probanda est.*
3 *Legitimitate specificè non probata, quis ad feudi successionem non admittitur.*
4 *Matrimonium non præsumitur.*
5 *Filius an in dubio legitimus, & naturalis præsumatur? disputatur num. 6. & 8.*
7 *Filius naturalis dicitur, quando nascitur ex eis cùm quibus matrimonium consistere potest.*
10 *Iuris præsumptio probandi onus in aduersariũ transfert.*
11 *Iuris præsumptio liquidissima probatio dicitur.*
12 *Quem intestatum decessisse in dubio præsumitur.*
13 *Consanguineus se proximiorem esse satis probat eo ipso, quòd se consanguineum esse asseuerat.*

OBSERVATIO LXXXIX.

IN disputatione illa, an agnatus petens agnati bona tanquàm eius agnatum, nedùm se esse
1 agnatũ, sed etiam legitimum probare teneatur? affirmatiue cõcludit noster *Author hic*, quia quando qualitas est causa, quòd quis audiatur, vel admittatur, ea probari debet, exponente
2 *Bartol. in l. non ignorat, C. qui accus. non poss.* quem sequitur *Roland. in consil. 3. num. 40. lib. 1.* hancque demùm sententiam latissimè tutatur, & verissimam esse demonstrat *Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 16.* paritèrque quamplures congerens *Dom. Regens Rouitus in consil. 2. nu. 21. & seq. tom. 1.* vbi *per doctus Dom. Blasius Altimarus in additione* plura extricat, & *num. 21* laudans *Authorem* nostrum notat, quòd ad
3 hoc, vt quis ad feudi successionem admittatur, legitimitatem specificè probare debet, qua nõ proprobata obtinere non potest, ea ratione, quia matri-
4 monium est quid facti, ideòque non præsumitur, *Bartol. consil. 42. libr. 1. Dom. Regens Capycius Latro decis. 166. nu. 66. tom. 2.* & suffragatur *textus in l. in bello, §. facta, D. de captiu. & postlim. reuers.*

Animaduertendum attamèn hinc est, latè controuersiam istam in filio potissimùm à Doctoribus agitari, vt præcæteris videre fas est penès *Marcum Antonium Peregrinum in tract. de fideicommissis, articul. 43. num. 70. & seq.* quam circà, vltrà ea inibi elucidata, summatim rescribimus, quòd vt in dubio quis spurius præsumatur, quidam sectari fuere, rationem dantes, quia
5 mulier cùm qua commercium habuit ille, cuius filiatio disputatur, virgo præsumitur, *cap. 1. extrà de adulter.* & propterea partus exindè natus ex stupro ortus præsumitur, *l. inter liberos, §. stuprum, & §. adulterium, D. ad legem Iuliam de*
6 *adulter.* Alij autem, quod naturalis dumtaxàt præsumatur, affirmauere, adnectentes rationem, quia hodiè ampliùs haùd est in vsu concubinatus, idcircò quamuis Iure Ciuili attento plura requirantur, de Iure tamèn Canonico sufficit, vt filius
7 ex eis nascatur, cùm quibus matrimonium consistere potest, ad hoc vt naturalis dicatur, vti post alios *Dom. Regens Capycius Latro* exponit *in decis. 14. num. 12. tom. 1.* Sed alij tandèm, & vè-
8 riùs, quòd legitimus, & naturalis præsumatur, tradidere, quam opinionem latissimè defendit, & verissimam esse demonstrat *Cardinal Paleott. de nothis, & spurijs, cap. 20.* eandemque tanquàm veriorem, magisquè receptam tuetur *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsũpt. 54. num. 20. cùm seqq.* hc quoq; *Dom. Reg. Rouitus tom. 1. consil. 62.* ibiq; *Dom. Blasius Altimarus in additione à num. 26. & seqq. Castillus tom. 6. Controuers. Iur. lib. 1. cap. 124. Excobar. de puritat. Nobil. proband. quæst. 16. §. 4. num. 20.*

9 Hinc porrò dicendum consequitur, quem se legitimum esse probare non teneri, sed onus probandi illegitimitatẽ in aduersarium transire, cùm suffragantem habeat pro se iuris præsumptionẽ,
10 quæ in aduersarium transfert probandi onus, & paria sunt, vel quòd quis probet, vel quòd pro se iuris præsumptionem habeat, cùm ea iuris præ-
11 sumptio liquidissima probatio dicatur, *l. licèt Imperator*, vbi *Alexand. & Iaf. D. de legat. 1. Bartol. in l. in illa, D. de verbor. obligat. in fin.* qua de causa plerique existimauere, petentem alicuius hæreditatem, quia ipse intestatu decesserit, satis probare intestatum decessisse, eo ipso quòd hoc asseuerauerit, nisi contrarium probetur, quasi pro se iuris præsumptionem habeat, quæ dicter,
12 præsumendum esse in dubio, quem intestatum decessisse, ità *Bartol. in l. is potest, num. 25. D. de acquirend. hæredit.* illic paritèr *Iason. num. 84. & Alexand. num. 19.* qui id etiam tradit *in l. si emancipati, C. de collation. Curtius Senior cons. 27. col. 9. vers. Sed contra præmissam, Guid. Pap. de præsumpt. num. 118. & Cuman. in dict. l. is potest, & in l. sed si de sua, eodem tit.* vbi scribit, agentem ad alterius hæreditatem tanquàm ab
13 intestato sibi delatam, eo quia proximior consanguineus sit, satis probare se proximiorem consanguineum esse, eo ipso, quòd se consanguineum esse probat, atque asseueret, & dixerit, nullum esse defuncto proximiorem: nàm ex assertione ista dùm contrarium probatum haùd fuerit, à iure præsumitur, Actorem proximiorem consanguineum esse, quasi non probato, quòd defunctus liberos, aùt proximiores consanguineos habeat, sit maxima in Actoris fauorem præsumptio.

PROLOGOMEN.

Venditor in rei venditæ possessione remanens vt minimè faciat, contractum de simulationis vitio argui eruditur, nisi priùs de simulationis causa in specie costet. Iuramentum in litem Administrantem contrà dandum esse, firmatur indè, ad restrictionem Regulæ, illud pro præsumpto dolo haùd præstari,

Digitized by Google

docentis, & expenditur *text. in l. cum Procurator* 74. *D. de fideiussorib.* Venditorem fructus iustè recipere posse secundùm damni compensationem, quod habuit ob dilatam pretij conuenti solutionem, traditur deinceps, etiã si initio pro parte tradiderit, dummodò tamèn de rei fructiferæ venditione agatur, & nisi venditor emptori dilationem dederit ad soluendum habita fide de pretio, sed an eos stipulari possit sub certa quãtitate, quæ verosimilis sit, & appareat conueniens ei, quæ secundùm leges, & iura recipienda est in futurum? demonstratur. Meliorationes emphyteutæ restituenda esse, quemadmodum colono, alijsq; qui meliorarunt, docetur postmodùm, verùm an semper, omniq; in casu locũ habeat? extricatur ad exarationem *Bartoli* doctrinæ *in l. colonus, num.* 5. *D. locat.* & in casu quo emphyteuta eas repetit, sit nè in Domini directi electione, vel earum æstimationem soluere, vel quòd emphyteuta abradat permittere? & nùm illarum æstimationem fieri debeat secundùm opus dirutum, & rudera ab ædificio separata? an verò secundùm ædificium completum? perbellè resoluitur.

RERVM SVMMA.

1 *Simulatio, quæ præsumptiuè resultat, quando venditor in rei venditæ possessione remanet, cõtractum simulatum non facit, sed de simulationis causa prius constare debet, & num.* 2. 4. *&* 5.

3 *Simulatio non præsumitur, vbi sumi posset interpetratio ad eius exclusionem, & num.* 10.

6 *Simulationem allegans in primis probare debet sufficientem, & idoneam simulationis causam, ac etiam eius existentiam tempore celebrati contractus.*

7 *Simulatio ex confessione extraiudiciali facta per contrahentes post celebratum contractum non probatur.*

& Simulationis causa in specie probanda est, & talis, quæ de iure sit improbata.

9 *Instrumentum simulatum propriè instrumentum non dicitur.*

11 *Contractus in dubio non est simulatus præsumendus.*

12 *Iuramentum in litem datur contrà eum, qui solemnitatibus minimè seruatis administrauit.*

13 *Dolus nisi adsit, non iuratur in litem.*
Fallit in actione tutelæ, & curæ, in qua etiam propter culpam latam, & leuem iuratur, vt num. 15.

14 *Iuramentum in litem pro dolo expresso, haudq; præsumpto præstatur.*

16 *Iuramentum in litem in actione tutelæ ex ipsius actionis natura venit.*

17 *Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei venit ex natura actionis.*

18 *Fideiussor Tutoris ex natura actionis, & negotij ad damna, & interesse tenetur, & num.* 19. *&* 24.

20 *Fideiussor ad augmentum ex principalis contumacia, vel dolo proficiscens non tenetur.*
Limitatur in tutela, & alijs contractibus bonæ fidei, vt num. 21. *&* 23.

22 Textus in l. cùm Procurator 74. D. de fideiussoribus. *quibus in casibus loquatur? traditur.*

25 *Venditor iustè recipit fructus secundùm damni compensationem quod habuit ob dilatam pretij conuenti solutionem, quando sumus in venditione rei fructiferæ, vt num.* 36. *&* seq.
Ampliatur, quamuis venditor ex pretio statim soluto nihil esset lucraturus, vt num. 26.
Sic pariter, si venditor initio pro parte tradiderit, vt num. 31. 34. *&* 35.
Dummodò tamèn in mora haud fuerit, vt num. 32. *alioqui secus, vt num.* 33.

27 *Iustitia Commutatiua in æqualitate consistit.*

28 *Æqualitas inter proprias res commutãtes seruanda est.*

29 *Venditor rem venditam tradere haud tenetur pretio non soluto.*

30 *Locupletari cùm alterius iactura nemo debet.*

39 *Vẽditor, cùm dilationem emptori dedit ad soluendum habita fide de pretio, pretij vsuras petere non potest.*
Eas tamèn sibi stipulari valet, vt num. 40.
Ratio traditur num. 41.
Sed an eas stipulari possit sub certa quantitate, quæ verosimilis sit, & appareat conueniens ei, quæ secundùm leges, & iura recipienda est in futurum? traditur num. 42. 44. *&* 45.

43 *Quod interest in pactum deduci potest.*

46 *Maritus pacisci potest cùm socero de soluendo certum quid annuum ob onera matrimonij, & alimenta vxoris.*

47 *Interesse lucri cessantis ab initio certum esse nõ potest.*

48 *Taxatio contractum illicitum non facit, sed exactio.*

49 *Meliorationes restituendæ sunt colono, emphyteutæ, & alijs, qui meliorarunt.*
Limitatur, si res ob culpam ad Dominum deuolueretur, vt num. 50.
Quod extenditur in meliorationibus, quæ magni sunt ponderis, & æstimationis, vt num. 51.
Contrarium verius, vt num. 52. 54. *&* 55.
Præsertim in meliorationibus cùm ere alieno factis, vt num. 57.
Sed restringitur, quando inter Dominum, & emphyteutam lege contractus conuentum est, vt emphyteuta in meliorationibus vltrà certam summam non expendat, vt num. 62.
Et de ratione num. 63. 64. *&* 65.

53 *Verbum* Emponemata, *quo iura vtuntur, quid importet.*

56 *Emphyteusis ad meliorandum datur.*

58 *Ædificium solo cedere, quomodo intelligendũ sit? & num.* 61.

59 *Ædificia non destrui publicè interest.*

60 *Vrbis deformitas ex ædium deformitate inducitur.*

66 *Domini voluntatem contrà in re sua impendens etiam vtiliter, non repetit.*
Intelligitur vt num. 67.

68 *Dominus directus, cùm meliorationes sunt emphyteutæ restituenda, electionem habet, vel earum æstimationem soluere, vel ea ab emphyteuta tolli permittere.*
Ampliatur, quamuis emphyteuta illas tollere vellet, quia in emphyteutico contractu, vt hoc fa-

Digitized by Google

facere queat conuentum est, vt num. 69.

70 *Meliorationes æstimandæ sunt in abstracto, prout valerent rudera, & materia ab ædificio diruta, & separata.*

Contrarium verius, vt num. 72.

Præsertim in ædificio in Ciuitate sito, vt num. 73.

71 *Materia ædificij diruti multo minus dimidio valet, quàm in ædificio collata.*

OBSERVATIO XC.

PRimo aduentu concluſum legitur præſenti in loco, ſimulationem, quæ præſumptiuè reſultat, quando venditor in rei vẽditæ poſſeſſione remanet, haùd operari, vt contractus ſimulationis vitio laboret, ex eo quia de ſimulationis cauſa priùs conſtare debet, ità quoq; determinauit *Rota apud Farinaceum deciſ.* 141. nàm ſola retentionis poſſeſſionis præ-
2 ſumptio abſq; ſimulandi cauſa tantam haùd habet vim, vt contractum ſimulatum efficiat, præſertim quando ad ſimulationis excluſionem aliqua ſumi poteſt interpetratio, vt erat caſus dictæ *deciſionis* 241. vbi ſupponebatur, quòd cùm Epiſcopus Vrſell. poſtquam emerat domos quaſdam, eaſque duobus eius nepotibus amoris cauſa donaſſet, nedùm in eis habitauerat, immò ſuper eis ædificauerat, penſionemuè vnius apothecæ exigerat: attamèn habitationis reſpectu pronunciatum fuit, id iure familiaritatis factum fuiſſe: reſpectu verò ædificij quod publicè profitebatur, ſe id facere in domibus nepotum: & quòd ad penſionis exactionem ſumpta fuit interpetratio, id non afficere, quoniam in multis nepotibus ipſis auxiliabatur; quotieſcumq; ergò aliqua ſumi poteſt interpetratio, ſemper ad ſimulationis excluſionem eſſe iudicandum videtur, potiſſimùm cùm ſit delictum, per iura vulgata; quod hercle in donante omnia eius bona reſeruato quorũdam vſufructu, confirmat *Ant. Faber in Cod. lib. 4. titul. 17. de finit.* 5. vbi, quòd ſi ipſorum reſpectu ea vendi permiſerit, quorum vſumfructum habebat, cæteraq; ex eo tempore poſſediſſe probetur, quòd potiùs credendum ſit, poſſidendi cauſam habuiſſe, vt rebus non venditis inuicem remiſſi vſusfructus frueretur: & propoſita ſupra theſis perbellè etiam firmat *Dom. Dominicus de Rubeis in certam. 7. num. 182. in Apoſtill. verſ. Quanquam.*

4 Etſi tamèn conſcius ſim ſecundùm multorum opinionem haberi, quòd cum venditor poſt venditionem in rei venditæ poſſeſſione remanſit, tũc contractum ſimulationis vitio laborare præſumatur, quod ſuffragatur ex *Martiani* loco *in l. ſicùt* 8. §. *ſuperuacuum eſt, D. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur*; nihilò tamen minùs
5 apùd omnes incontroueſum eſt, quod de ſimulationis cauſa priùs conſtare debet, ad *text. in l. ſed ſi maritus*, §. *final. D. qui, & à quibus*, quod doctiſſimè explicat *Bartol. in conſ.* 65. *num.* 4 *& in l. poſt contractum. num.* 3. *D. de donationib.* atque demùm *Bald. in l. ab Anaſtaſio, num.* 6. *C. mandati. Paulus de Caſtro conſ.* 261. *col.* 2. *lib.* 2. *Bertaz. ol. conſ.* 40. *num.* 60. *Cardinal. Mantica* perbellè *de tacit. & ambig. conuention. tom.* 2. *lib.* 13. *titul.* 36. *num.* 2. *Dom. Conſiliar. Marcianus conſ.* 38. *num.* 2. complures recẽſet *Farinac. de falſitat. & ſimulat. quæſt.* 162. *num.* 136. *Marcell. Calà de modo articul. & proband. num.* 206. *Viuius deciſ.* 104. *num.* 4. *lib.* 1. *Rota Roman. in nouis deciſ.* 1. *ſub tit. de donationib.* & ſolemniter deciſum per Senatum Aragon. refert *Ioſeph de Seſſe deciſ.* 78. *lib.* 1. & per Rotam Bonon. teſtatur *Gypſ. deciſ.* 75. *num.* 27. quod aliis omiſſis cõprobant etiam *Illuſtr. Dom. Regens Merlinus in centur.* 2. *Controuerſ. forenſ. cap.* 17. *num.* 11. vbi Ipſe hoc pariter expoſui in meis *Scholijs* literis quamprimùm commendandis, Deo conſentiente, *Dom. de Rubeis dict. Certam.* 7. *num.* 181. vbi, quòd nunquàm non requiratur cauſa ſimulationis cauſa, vt ſi ea non extiterit, contractus non dicatur ſimulatus: nec non idem noſter *Author in tom.* 2. *Diſceptat. forenſ. cap.* 255. *num.* 9. dicens, cauſam
6 ſufficientem, & idoneam eſſe debere, ità vt non ſufficiat ſimulationis cauſam ſimpliciter probare, niſi etiam probetur, quòd ab initio contractus interuenerit, cùm ſuperueniens ex poſt facto ſatis non ſit ad ſimulationem præſumendam, vti *Baldus* tradit *in l.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 19. *C. ſi ſeru. exter.* vbi id menti tenendum eſſe dicit, *Natta* demùm *in conſil.* 628. *num.* 20. *Roland. in conſ.* 47. *num.* 29. *vol.* 4. *Rota Roman. d. deciſ.* 1. *num.* 2. *Illuſtr. Dom. Regens Merlinus d. cap.* 17. *num.* 13. *Card. Mantica tom.* 2. *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 13. *titul.* 35. *num.* 6. *in fine*, & conuallant alij Doctores, quos referunt, & ſectantur idem *Author noſter vbi ſupr. num.* 10. *Farinac. loc. cit. num.* 137. *Petrus Caball. conſ.* 23. *num.* 8. *vol.* 2. qui etiam tradit, ſimulationem minimè probari
7 ex confeſſione extraiudiciali facta per contrahentes poſt celebratum contractum, quia, vt benè ipſe aduertit, inconueniens foret, quòd ex dictis per partes poſt ſolemnem confeſſionem in inſtrumento factam ad alterius commodum, fieret præiudicium ei, cui iàm quæſitum fuit ius.

8 Et quidem demq; probanda eſt in ſpecie, & talis, quæ de iure ſit improbata, quoniam cauſam in genere probare ſatis haùd eſſe demonſtrant etiam rem pertractantes, quos laudat *Maſcard. de probationib. concluſ.* 449. *num.* 2. quemadmodùm quoq; *Farinac. d. quæſt.* 162. *num.* 134. & tradunt *Bartol. d. conſ.* 65. *Roland. d. conſ.* 47. *num.* 27. *Ioſeph de Seſſe d. deciſ.* 78. *num.* 9. noſter *Author* alios recenſens *d. cap.* 255. *num.* 9. quos ſequitur laudatus *Dom. Regens Merlinus vbi ſupra num.* 15. quicunque enim contractum ſimulationis vitio maculatum eſſe dicit, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſemper dicere debet, qua ſimulationis ſpecie contractum illum ſit maculatum, tantèr quod aduerſarius certus reddatur, alioqui ſuccumberet, etenim inſtrumentum ſimulatum
9 propriè inſtrumentum haùd eſt, ſed figur dum taxàt habet, & probationem in promptu per duos teſtes ſat eſſe notat *Paulus de Caſtro in l. teſtiũ, C. de teſtib.* quo laudato ſectatur *Franciſc. Anton. de Iudice Roberto in opuſculo de liquidatione inſtrumentorum, cõſider.* 4. *num.* 56. nàm lex inſtrumentum verum, haùdq; fictum, nec ſimula-
10 tum præſumit, ſicq; ſimulatio, & fictio non præſumitur, niſi probationibus illuſtretur, *l. ſi maritus. in fin. D. qui, & à quib.* eò magis, quia fraudi, & ſimulationi reſiſtit lex ipſa, cùm in dubio cõ-
11 tractus non ſit ſimulatus præſumendus, vt plenè ſcribunt *Socinus, & Natta*, quos *Maſcardus* recenſet *in d. concluſ.* 449. ſubſcribuntq; *Cardi-*

Digitized by Google

nal Tuschus Practicar. Conclus. lit. S. conclus. 259. *num.* 1. *& 2. Menoch. de præsumptionibus lib.* 3. *præsumpt.* 122. *num.* 2. *Capell. de simulat. cõtract. num.* 180. *Farinac.* post multos *d. quæst.* 162. *num.* 94. Hactenùs de priori huiusce loci controuersia quoniam actum est, modò de secunda, nũm scilicet iuramentum in litem detur contrà eum, qui solemnitatibus non seruatis administrauit? scribere congruit.

Quam circà equidem affirmatiuè conclusum tradit noster *Author hic*, & rectè quidem, proptereà quod, etsi tale iuramentum non detur, nisi adsit dolus, *Bartol. in l. in actionib. num.* 22. *D. de in litem iurand.* qui quidem expressus esse debet, cùm ex dolo præsumpto, aùt ex lata culpa deferẽdum minimè sit, vt latè ostendit *Hermosill. in l.* 8. *tit.* 3. *part.* 5. *glos.* 6. *num.* 33. *& seqq.* & docet *Illustr. Dom. Regens Merlinus in centur.* 2. *Controuers. forens. cap.* 25. *num.* 13. quos sequitur *Alphonsus de Olea in suo tract. de cessione iurium, tit.* 5. *quæst.* 6. *num.* 27. *in fine*, nihilominùs in tutelæ, & curæ actione speciale est, vt etiam propter latam culpam, & leuem iuretur, ex *Gordiani Imperatoris* sanctione *in l. Alio iure* 4. *C. de in litem iurando*, notantq; pariter *Anchar. consil.* 316. *col.* 1. *in fin. vers. Ex quo infertur, Socin. consil.* 2. *col.* 2. *in fin. lib.* 2. quos refert, & sequitur noster *Author in tom.* 1. *Disceptat. forens. cap.* 151. *num.* 32. Vndè fertur, huiusmodi iuramentũ in actione tutelæ ex natura ipsius actionis venire, quia actio tutelæ est bonæ fidei, §. *actionem, Elementor. Iur. de actionib. Bartol. in l. si tutor, D. de in litem. iurand.* & in actionibus bonæ fidei iuramentum in litem venit ex natura actionis, *Bartol. in l. vnic. num.* 1. *vers. Nam ex natura, C. vbi com. qui cert. loc. dar. promis. Iason in l. in actionibus, num.* 3. & ibi etiam *Dec. num.* 4. *ad fin. vers. Et propter hoc, D. de in litem iurand.* idem *Iason in §. præterea, num.* 2. *vers. Nam ex natura*, & ibi *Angel. eod. num. & versic. Elementor. Iur. de actionib. Curt. iunior consil.* 33. *vers. Huic difficultati*, quos sequitur *Marescotta lib.* 2. *Var. Resolut. cap.* 48. *num.* 5. ex quo probat, quòd Fideiussor totam illam quantitatem soluere tenetur, in qua Tutor præuio iuramento in litem fuit condemnatus, id quod extrà omnem cõtrouersiam esse tradit, si Tutor nominatim promisit inuentarium facere, rationum codicem cõficere, rationemq; reddere, & cætera omnia efficere, ad quæ de iure tenetur, aliàs teneri velle ad omnia, & singula damna, & interesse, & fideiussor vti principalis promisit, quòd omnia prædicta faciet: siquidem hoc in casu dubitari non potest, quiòd Fideiussor cogitauerit etiam de his, quę Tutoris dolo augentur, & de interesse probandum per iuramentum in litem, quia secundùm rei, negotijq; naturam venit, *Alberic. in l.* 1. *col. final. in princ. de in litẽ iurand.* quatè collat ratio illa in fideiussore tutoris, propter quam in aliis traditur, eos ad augmentum ex principalis contumacia, vel dolo proficiscens non teneri, *DD. in l.* 1. *D. de in litem iurand.* illud namque in contractu stricti iuris verificari dumtaxàt potest, secùs verò in tutela, quę est bonæ fidei, quia id promisisse videtur fideiussor, vt ex eius promissione plenè prouideatur pupillo, *Goffred. in l. Tutor, qui repertorium, § si post, col. final. vers. Fideiussor autem tutoris, & vers. Non obstat, D. de admin. tutor.*

Quibus positis minimè refragari consequitur *Pauli* locum, iuncta *Glossa in l. cùm Procurator* 74. *D. de fideiussorib.* vbi condemnatio ex iuramento in litem Tutorem contrà locum habùd obtinet: etenim in actione in rem sermocinantur, sicquè stricti iuris, in qua iuramentum in litem præter actionis naturam defertur, & in ea Reus propter eius contumaciam accidentaliter obligatur, ideòque Fideiussor non tenetur: quod plane secùs est in actionibus bonæ fidei, quemadmodum est tutela, in quibus ex earum originali natura Fideiussor in omnibus, pro vt principalis, tenetur, ità in specie ad dictum *Pauli* locum respondet *Dec. in l. in actionibus, num.* 7. *vers. Et quantum, & num.* 4. *ad fin. D. de in litem iurand.* sic quoque *Paulus de Castro in l. si hæres, num.* 2. *D. de eo, quod cert. loc.* & post eos *Marescott. dict. cap.* 48. *sub num.* 9. adnectens, id præsertim procedere si Fideiussor promisit, vt suprà dictum est, quòd præmissa omnia Tutor faciet, aliàs vult teneri ad omnia, & singula damna, & interesse; sub his enim verbis generalibus interesse quodcumque nominatim continentibus, *cap. vt circà* vbi *DD. de elect.* illud etiam comprehenditur, quod per iuramentum probatur, quodue in rationis redditione, & tutelæ actione præstatur, *Gloss. in dict. l. Tutor, qui repertorium, in princip. D. de administr. tutor.*

Videamus quoque necesse est, an altera huiusce loci conclusio, ex qua habetur, venditorem posse iustè fructus recipere secundùm compensationem damni, quod habuit ob dilatam pretij conuenti solutionem, sit apùd Iurisprudentiæ maximùm peritos verior existimata? equidem concluſiuè respondemus, ità enim quoque firmant *Rebellus, Couarruuias, Gomez, Lessius, & Molina*, quos refert, & sequitur *Bonacina in summa Theologiæ moralis, tom.* 2. *titul. de emptione, & venditione, disput.* 3. *quæst.* 2. *punct.* 7. *§.* 1. *propos.* 2. *num.* 4. & aliis omissis probat nouissimè *Reu. Dom. D. Francisc. Verde in sua Pantonomodidascalia, tom.* 2. *libr.* 3. *titul. de emptione, & venditione, lemm.* 35. *num.* 1648. atque probatur ex *textu in l. curabit* 5. *C. de action. empt.* ex quo habetur, emptorem teneri ad vsuras pretij nõ soluti vsquè ad quantitatem fructuum rei emptę sibiquè traditæ, etiam si venditor ex pretio statim sibi soluto nihil lucraturus esset: Quamobrèm dicendum esse opinamur vsuras, quas venditor hoc casu percipit, verè vsuras haùd esse, sed rei proprię persecutionem, quæ ab æquitate Iustitiæ Commutatiuæ deducitur, quæ in æqualitate cõsistit, vt scribit *Aristot. libr.* 5. *Ethic. cap.* 5. eaquè versatur, quòd quatenùs vnus contrahentium implet, debet alter vicissim implere, aùt implenti soluere lucrum implementi recepti, nè inter proprias res commutantes inæqualitas sequatur: etenim si emptor pretio non dùm soluto rei emptæ fructus percipit, equum, iustumue est, vt prætij vsuras vsquè ad fructuum quantitatem soluat vẽditori, qui ei rem liberè tradidit, cùm eam tradere pretio haùd soluto minimè teneretur, *l. ex empto, in princip. D. de action. empt.* & fundatur etiam in generali illa æquitate, nè quis cùm alterius iactura locupletetur, vt *Bald.* docet *in l. si tradit, quæst.* 11. *C. de action. empt.*

Id quod extentionem admittere concedimus, vt nempè procedat etiam, si venditor initio pro par-

parte tradiderit, ficque vt possit hoc in casu ex tunc vsuras prætij prò rata partis traditæ, vel fructuũ eius petere, siquidẽ istę vsuræ vsq; ad fructuum concurrentiam propriæ vsurę haùd sunt, sed magis rei persecutio, vt dictum est: dummodò
32 tamen venditor in mora haùd fuerit, vt putà quia non fuit inintegro pretio oblato interpellatus de toto fundo tradendo, vt obseruat *Ant. Gabriel libr. 3. commun. opinion. tit. de emption. conclus. 3. num. 1.* & sequitur *Ioann. Baptist. de vsuris, commentario 1. §. 7. num. 152.* cùm cæteroquin secùs
33 sit, vt putà quando venditor fuit in vera mora quia interpellatus de toto iuxtà fidem datam tradendo solutione totius pretij oblata, nàm tunc vsuras prò rata partis habere non debet, haùd refragante quòd emptor interim habet rem, & pretium dictæ partis, quippè quòd pretium illud emptori inutile est, & onerosum ob custodiam, illudque pignoris quasi iure tenet. Quarè dicimus, neque obicem facere si dicatur, quòd quemadmo-
34 dum si venditor nihil tradiderit, sed totum iure suo vtendo ob emptoris moram retinuit, quem congruè interpellauit, si emptor medium prætij soluat, ei fundi fructus ex tunc pro media cedere debent, ità sit dicendum è conuerso, nè emptor, & venditor ad imparia iudicentur; Etenim respon-
35 detur, quòd venditor, qui pretij partem recepit, eam perpetuò habet, eiusquè fructum, emolumentumuè percipere potest, & adhùc fùdi fructus pro eadẽ parte, vt prius, percepit, vndè meritò dimidiũ interusurij pecuniæ fundiuè, commodum pro eadem parte lucrari haùd debet; quòd secùs est in emptore, qui venditorem, à quo fundi partem dumtaxàt accipit, in vera mora constituit, illam nàmque necesse est in numerato tenere, qua de causa de pecunia nullam commoditatem capere potest, ficquè emptor, & venditor ad imparia haùd iudicantur, cùm appareat de manifesta, ac reali diuersitatis ratione.

36 Prædicta autem omnia etsi vera sint, in rei fructiferę nihilominùs venditione vt procedant erudimur, quoniam in venditione rei non fungibilis, & fructiferæ, putà fundi sterilis, si de alio certo interesse non esset, interusurij rationem habendam non esse exposuerunt optimè *Cagnol. in dict. l. curabit, num. 28.* qui etiam communitèr id receptum esse dicit, *Corn. cons. 145. lib. 2. Socin. cons. 88. num. 8. libr. 4. Ioan. Baptist. de vsuris, dict. §. 7. num. 141.* qui tamèn id procedere
37 adnectit, nisi venditor ex re vendita, si eam emptori non tradidisset, fructus percepisset, nàm tunc vsuras pretij non soluti iuxtà illorum fructuum à se percipiendorum quantitatem petere
38 posset; Ex quorum etiam votis dicimus, id quoque procedere in venditione rerum fungibilium videlicèt quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, vt hoc in casu aliquæ haùd veniant vsuræ, nisi quatenùs de vero interesse, eiusquè quantitate post veram moram probetur.

39 Quid autem si venditor dilationem emptori dederit ad soluendum habita fide de pretio, an pretij vsuras petere possit? Negatiuè consulas cùm *Bonacin. vbi supr. disputat. 3. quæst. 2. punct. 7. §. 1. num. 5.* etenim hoc in casu venditor, quia traditioni, dilationiquè consensit, nulla considerari potest emptoris mora, & proprio consensu allegare Cæsareę Constitutioni *in dict. l. curabit*, renunciasse videtur: eas tamèn posse venditorem
40 eo casu sibi stipulari, tradunt *Cagnol. in dict. l. curabit, num. 58. Alciat. in l. si quis nec causam, col. 3. D. si certum petat. Alexand. consil. 121. lib. 3. Paris. Modern. in Consuetud. Paris. §. 1. gloss. 9. num. 17.* quam opinionem communem, ac veram esse dicit, *Ioan. Baptist. de vsuris, in dict. §. 7. num. 145.* ac docent alij quamplures apùd *Salon. de censibus, articul. 6.* & probat *Bonacina vbi supra*, dans hac de re rationem, quia
41 cùm venditor antè pretij solutionem cùm suo incommodo rem tradere non teneatur, in pactum deducere potest, vt emptor interim, donèc pretiũ soluatur, sibi soluat interesse; quemadmodùm enim cùm suo damno nullus mutuare tenetur, ità neque cùm suo detrimento vendere cogitur; Sed
42 an eas stipulari possit sub certa quantitate, quæ verosimilis sit, & appareat conuenienter ei, quæ secundùm leges, & iura recipienda est infuturum.

Ingens planè est difficultas! Siquidem pro negatiua facit, quòd licèt id quòd interest,
43 iure in pactum deduci possit, sub certa tamèn quantitate non potest, quia fraudis adest suspicio, *l. cùm quis decedens, §. codicillis, & §. Titia, D. de legat. 3. l. qui testamentum, D. de probationib.* & notat *Bald. in l. Rogasti, §. si tibi*, illic pariter *Purpurat num. 39. D. si certum petat.* Contrarium autem, valere nempè conuentio-
44 nem hoc in casu in vim probationis deductæ ex verosimilibus coniecturis, asseruunt *Bald. & Purpurat. ibidem, Cagnol. in dict. l curabit, num. 59. Ioann. à Medina de contractib. quæst. 38. Lugdunens eodem tractat. in princip num. 35.*

45 At pro dilucidatione conferunt notata per *Aymonem Crauetta in consil. 189. num. 8.* vbi his in anfractibus tradit, quòd aùt loquimur in casu in quo paciscì super aliquo interesse licitum minimè est, & tunc frustrà quæritur, an tale interesse ab initio taxari possit? aùt loquimur in casu, in quo licita est huiusmodi conuentio, tuncquè inspiciendum est, an tale interesse iam statim ab initio est certum? an verò ab initio certum esse non potest? si primum, quòd tunc statim taxari potest,
46 pro vt in casu in quo maritus pacisci potest cùm socero de soluendo certum quid annuum ob onera matrimonij, & alimenta vxoris, illa enim certa sunt: si secundum, scilicèt in casu, in quo
47 interesse ab initio certum esse non potest, pro vt in interesse lucri cessantis, quod solito negotiari debetur, vel circà interesse venditori debitum respectù fructuum, quod secùs: addens benè loquutum *Dec. in consil. 111.* dùm dixit, taxationem
48 contractum illicitum non reddere, sed exactionem, nàm si creditor non exigat quantum expressum sit, sed quanti sua interfuit, contractus haùd erit illicitus, sed taxatio tunc prò non facta habetur, ex quo illa non obseruatur, qua proindè taxatio contractum illicitum reddit, quando creditor ea vti vult, alioqui enim frustrà de taxatione quęritur.

49 Comprobanda nunc venit altera huiusce loci conclusio, de qua *num. 19.* quòd nempè melioramenta sunt emphyteutæ restituenda, quemadmodùm colono, aliisque qui meliorant, sic nàmque communitèr scribunt Notarij. è quorum numero sat est recensere *Dom. Præs. de Franch. decis. 191.* vbi *Dom. de Luca in obseruat. Dom. Reg. Capyc. Latr. decis. 120.* vbi *Dom. Michael Angel. Gizz. in addit. Dom. Reg. de Marinis*

tom.

tom. 1. Quotidian. Resolut. cap. 101. vbi Dom. Redoer. in addit. Dom Consiliar. Hodiern. ad Surdum decis. 102. num. 7. & decis. 160. num. 5. & seq. Andr. Gaill. Observat. 191. num. 14. & 15. lib. 2. Maceratens. Var. Resolut. lib. 1. Resolut. 22. num 8. Nigr. de laudim. tom. 1. quæst. 23. nu. 69. & 80. fol. 350. & 351. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 45. Augustin. Bero quæst. 19. Abb. cons. 74. sub num. 1. vers. Circà secundum, Dec. cons. 418. num. 2. vol. 2. Guid. Pap. decis. 431. Seraphin. decis. 1496. Card. Tusch. Practicar. Conclus. lit. E. conclus. 192. num. 54. Valasc. de iure emphyteut. quæst. 32. qui omnes etiam tradunt, secùs esse, si
50 res ob culpam ad Dominum deuolueretur, iuxtà *Bartoli* doctrinam *in l. colonus, num. 5. D. locat.* vbi tradit, quòd si emphyteutica res ad Dominũ directum reuersa est ob temporis lapsum, vel ob lineam finitam, sicq; citrà emphyteutæ defectum, istoq; casu meliorationes sunt eiusdem emphyteutæ, eiusq; hæredum; Sin verò rei emphyteuticæ deuolutio processit ex cessatione à canonis solutione, ex alienatione irrequisito Domino, vel alia causa ex ipsius emphyteutæ culpa proueniẽte, & tunc meliorationes ad Domini directi beneficium cedunt, ad quem vnà insimùl cum re ipsa deuolutæ censentur.

51 Id quod tamèn, siue hanc *Bartoli*, & sectantiũ doctrinam maximam habere altercationem comperimus, nùm scilicèt procedat in melioramẽtis, quæ sunt magni ponderis, & æstimationis, vt sunt ædificia, & similia? Etenim quidam dictam controuersiam circà sectati fuerunt, distinctionem de meliorationibus paruis, vel magnis adhibendam haùd esse, sicq; quòd quando emphyteutica res ad directum Dominũ reuertitur ex emphyteutæ culpa, cùm omnibus meliorationibus tàm parùis, quàm magnis reuerti debet, cùm fundi, sciq; principalis naturam sequantur, ità *Corbul. de iure emphyt. tit. de causa priuationis ob nõ solut. canon. ampliat. 36. Anton. Fab. in Cod. tit. de iure emphyt. definit. 24. Io. Philipp. Testay allegat. 1. num. 172.* vbi complures colligit, *Mar. Burg. de laudim. par. 2. inspect. 6. num. 7. Scapuc. de saluian. interdict. inspect. 6. num. 9. Guid. Pap. decis. 159. num. 438.* qui in Senatu Grationopolitano ità pluries determinatum tradit, & cœteri, quos manuducit *Dom. Regens Capycius Latro in decis. 120. num. 9. & 10.* quibus addimus *Hieronym. Papon. cons. 65. num. 24. Francisc. Sarmient. lib. 3. selectar. quæst. cap. 4. num. 4. Scrader. de feudis, part. 2. quæst. 9. principal. sect. 2. num. 16. vers. Sexta conclusio, tom. 1. Rosental. eodem tract. cap. 10. conclus. 43. num. 3. & seqq.* qui quidem omnes, etsi suadere dictam sententiam veram esse videantur, ex eo præsertim, quia emphyteusis datur ad meliorandum.

52 Nihilò tamen minùs contrarium, & veriùs sequuti sunt alij, quòd nempè magni sumptus, & ingentes meliorationes magni valoris præter rei emphyteuticæ cõditionem, & contrahentium intentionem factæ, vt si magna fecerit ædificia in mansione rustica, stabulo, & similibus ad emphyteusim concessis, re ad directum Dominum ex caducitate, & culpa emphyteutæ deuoluta, quòd ad Dominum non transeant, sed pro emphyteuta remaneant, quippè quòd tunc attenta iuris mente alienum planè est, quòd amittantur, sed dumtaxàt amittuntur, atque de illis sumptibus, & melioramentis intelligitur, quæ solitam, & consuetam rei emphyteuticę meliorationem concernũt, & ea, quæ emphyteuta ex concessionis natura tacitè, vel expressè impendere obligatus esset; præsertim quia hoc præcisè probat, & importat ver-
53 bum illud *Emponemata*, quo iura vtũtur, & præcisè *Iustinianus Imperator in l. 2. C. de iure emphyt.* rei nempè sterilis, & incultæ ad culturam reductionem, secundùm *Accursium Glossatorem in d. l. 2. lit. A.* & colligitur id ipsum ex emphyteusis Etymologia, quæ idem importat, quòd *insero*, & *planto*, vt obseruat *Alciat. lib. 1. Paregon. Iuris, cap. 36.* cuius memor est *Dom. Regens Capycius Latro in d. decis. 120. sub num. 5.* Vndè *Nebricens.* latinè vocat insitionem, & plantationem, *P. Prateius in lexicon. iuris nou. super verbo Emphyteuticus cõtractus, Corasius in l. ei qui, num. 20. D. de seruit. & lib. 1. Miscellan. cap. 21. num. 1. Caldas Pereyra de nomin. emphyt. l. 2. num. 39. in fin. Ottomanus de verbo iuris, verbo Emponemata.* Quarè rectè alij, quòd emphy-
54 teuta amittere non debeat impensas magni valoris, sed eas dumtaxàt, quæ sunt de natura emphyteutici cõtractus, tradidere, ità *Baldus in §. adeò. Elementor. iuris, locati, Arius Pinell. in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 9. C. de rescind. vendit. Iason in d. l. 2. num. 47. vers. Sed pulchrum, Addit. ad Decium consil. 518. lit. A. Balduin. in d. §. adeò, Pras. de Franch. in d. decis. 191. num. 13.* vbi dicit, hanc opinionem veram esse, & æquitati consonam, & reiectis contrarijs sectatur *De Luca inibi in obseruat. Clarus in d. §. emphyteusis, quæst. 45. num. 3. Tiraquell. in l. si vnquam, verb. Reuertatur, num. 288. Guid. Papa,* & ibi *Additionator decis. 438. & decis. 169.* vbi ità iudicatum refert, quemadmodùm quoque *Amatus Resol. 14. num. 33.* vbi pro isthac opinione decisum refert in Concistorio Regni Siciliæ, & ità etiam in Lusitano Senatu iudicatum vidisse testatur *Aluar. Valasc. de iure emphyteutico, quæst. 25. num. 3.* tradens, quòd est hæc opinio tùm vera, tùm æquitati consona,
55 nè Dominus præter intentionem tanta emphyteutæ iactura locupleteretur; vndè validissimis rationibus hanc sententiam fundat *Caballin. Milleloq. 176.* & post alios, quos sciens prætereo, amplectuntur etiã *Celsus Vgo in tract. de Clausul. contract. verb. Promisit meliorare, fol. 77. ater. Amic.* plenè *de iure emphyteut. quæst. 71. à num. 5. & seqq. Amed. de Ponte QQ. laudemial. quæst. 8. num. 4. Franc. Caldas de Pereyra de iure emphyt. tit. de emphyteusis extinctione, lib. 4. cap. 10. num. 49. & 50.* & plenè *de emptione, & venditione, cap. 27. num. 20. Menoch. de recuper. possession. remed. 15. sub num. 503. Carpan. ad Staut. Mediolan. lib. 2. cap. 400. num. 87. Io. Garsia de expensis, & meliorationib. cap. 6. num. 20. & seqq. & cap. 14. num. 12. Sonsbec. de feudis, p. 15. num. 72. Bertach. Practicar. Conclus. iuris, part. 2. conclus. 46. num. 50. Molin. de contractib. disput. 455. num. 2. Facchin. lib. 7. Controuers. iuris, cap. 90.* & esse hanc sententiam etiam Sacri Consilij Arresto comprobatam, refert *Thorus in Compend. decis. part. 2. verb. Melioramenta,* quã Nos haùd possumus non extollere, nil refraganti-
56 te, quòd emphyteusis ad meliorãdum detur, etenim etsi id verissimum sit, haùd tamèn intelligitur de pretiosis, & magnificis sũptibus, & expensis, sed de sũptibus dumtaxàt, qui conueniant cõ-

tra-

Digitized by Google

tractui emphyteusis, ipsiusq; rationi, & secundùm mentem iuris.

57 Quamobrèm consequimur hinc, eò fortiùs hãc nostram sententiam procedere; si dictæ meliorationes non de propria pecunia, sed cùm alieno ære, & cùm interesse emphyteuta fecit, etenim tunc, nè Dominus locupletetur cùm aliena iactura, illas huiusmodi deuolutione haùd obstante restituendas esse, tradunt etiam contrariæ sententiæ sectatores, vndè pro absoluto docet *Card. Tusch. Practicar. Conclusion. lit. E. conclus.* 192. *num.* 97. quem laudans insequitur *Michael Angelus Gizzius ad D^m. Reg. Capyc. Latr. d. decis.* 120. *num.* 13. demùmq; *Dom. de Luca d. Obseru.* 191. *sub num.* 3. *vers. Certiùs*, & comprobat *Dom. Cõsiliarius Io. Baptista Hodierna in addit. ad Surdum decis.* 102. *sub num.* 7. *& decis.* 160. *num.* 7. vbi duo scita S. C. recenset, quo laudato sequitur *Dom. Rodoerius in addit. ad Reg. de Marinis tom.* 1. *Quotidian. Resolut. cap.* 101. *num.* 18. nàm, in contrarium, quod obijcitur, existimandum minimè est, nempè quòd tunc potiùs dicendum
58 sit, ædificium solo cedere ad *textum in l. si supra, D. de acquir. rer. domin. & in l.* 1. *C. de edific. priuat.* intelligi enim id oportet, vt procedat respectu proprietatis ipsius, quia demoliri non potest,
59 etenim publicè interest ædificia non destrui, cũ ad Vrbis decus pertineat, *l. Prætor, §. hoc interdictum prohibitorium, D. de noui oper. nunciat. l.* 2. *C. de edific. priuat.* ità vt ædium deformitas
60 Vrbis deformitatem inducat, *Iason in l. cætera, num.* 5. *D. de legat.* 1. *Alciat. in l.* 1. *num.* 4. *D. de noui oper. nunciat. Surd. decis.* 168. *num.* 9. quos sectatur *Author noster in tom.* 1. *Disceptat. forẽs. cap.* 32. *num.* 20. secùs autem respectu expensa-
61 rum, nàm tunc ædificium solo non cedit respectu illarum, quæ necessariæ, vel vtiles admodùm sunt, vt pretium amittat is, qui meliorauit, vt ex traditis per *Thesaur. lib.* 1. *QQ. Forens. quæst.* 71. *Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.* 15. *gloss.* 13. *num.* 4. & plenius *in decis.* 63. *num.* 19. quos sequitur *Amat. Var. Resolut. part.* 1. *Resolut.* 3. *sub num.* 79. nec non *Dom. Consiliar. Hodierna d. decis.* 160. *sub num.* 8. *& decis.* 168. *num.* 5.

62 Econuerso verò secùs esse legimus, quando Dominum intèr, & emphyteutam lege cõtractus conuentum expressè est, vt emphyteuta in meliorationibus vltrà certam summam non expendat, quoduè totum illud, quod illam summam conuentam vltrà per emphyteutam expenderetur, etiam si ad quamcumq; summam ascenderet, ipsius Domini, aùt rei emphyteuticæ commodo cederet; quòd tunc, tametsi melioramẽta maximi sint valoris, Domini nihilominùs commodo, re ad eum ex emphyteutæ culpa deuoluta cedant, vt decisum fuit apùd Rotam in vna Romana Domus Sanctæ Mariæ in via lata, die Veneris 2. Aprilis, 1604. apùd *Card. Seraphin. decis.* 1496. *Caualcan. decis.* 16. *num.* 33. *part.* 2. *Gama decis.* 41. *& 339. Dom. Præs. de Franch. decis.* 191. *num.* 13. *in fin. Camill. Borrell. in Summa decis. vol.* 1. *titul.* 33. *num.* 226. *Honded. cons.* 51. *num.* 40. *lib.* 1. *Cagnol. in l.* 2. *num.* 175. *in fine, C. de pactis inter emptorem, & vendit. Molin. de contractib. disp.* 456. *num.* 2. *in fin. & disput.* 463. *num.* 1. *Carroc. de locat. titul. de expensis, num.* 54. *& titul. de meliorã. quæst.* 2. *num.* 47. *Amicus de iure emphyteut. quæst.* 75. *in princ. Rosental. de feudis, cap.* 10. *cõclus.* 43. *num.* 79. *& seqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 400. *num.* 77. *& 79. vol.* 2. *Riccius collect.* 2128. *Scrader. de feudis, part.* 2. *quæst.* 9. *principal. sect.* 2. *num.* 63. *& seqq. Caldas Pereyra de iure emphyt. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 51. *& lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 50. *in fin. & de emption. & vendit. cap.* 27. *num.* 22. & post alios *Amatus in d. Resolut.* 14. *num.* 11. *&* 12. vbi ex recensitorum ICtorum votis dicit, rationem potissimam esse, quia
63 ex vi conuentionis per Dominum eogi poterat emphyteuta ad conuentas meliorationes implẽdum, vel ad interesse condemnari: sed ex *Paulo de Castro in consil.* 248. rectiùs scribere videtur *Cãcerius part.* 3. *Var. Resolut. cap.* 6. *num.* 76. dùm
64 scribit, rationem esse, quia aliàs dicta prohibitio ludibrio, & nugatoria foret, contrà *text. in l. final. §. non autem filio damus, C. de bonis, quæ liber.* & ratio rationis est, quia prædicto in casu alia
65 capi non potest coniectura, quàm dictarum expensarum donationis, cùm prætendere non posset ex impensis illis Dominum obligare, cùm ex pacto prædicto de eius contraria voluntate appareret: & certum esse videtur, vt qui contrà Do-
66 mini voluntatem etiam vtilitèr in re sua impendit, repetere non possit, *l. final. C. de negot. gest. l. si pro te, D. mandat.* & notat *Aluar. Valasc. de iure emphyt. quæst.* 25. *num.* 7. vbi hoc extricat
67 procedere, vbi expensæ sola prohibẽtis voluntate illegitimæ fierent, aliàs secùs, vt ibi exemplificat, sequutus *Cancer. in d. cap.* 6. *num.* 30. *& seqq.* vbi ità censuisse Senatum dicit, & comprobant *Garzia de expensis, cap.* 6. *sub num.* 9. *Sforz. Odd. de restitut. in integrum, quæst.* 47. *art.* 6. *num.* 29. *& seqq. Tiraquell. de retract. conuentional. §.* 7. *gloss.* 1. *num.* 5. *in fin.*

Ex quibus omnibus ità dilucida oratione probatis constat, nùm meliorationes omnes finita emphyteusi, vel quomodolibet ad Dominum reuersa, sint emphyteutæ restituenda; videamus modò consequens est, in casu quo emphyteuta eas repetit, nùm sit in Domini directi electione, vel earum æstimationem soluere, vel quòd em-
68 phyteuta abradat permittere? Equidem hac in re in directi Domini electione esse, vel melioramẽtorum æstimationem soluere, vel ea ab emphyteuta tolli permittere, etiam in Ecclesia Domina directa, dicit *Bald. in cap.* 1. *§. si vasallus, hic finitur lex, num.* 2. *& in cap.* 1. *§. si quis de manso, de controuinuestit.* atq; in *Auth. accipitur, C. de bonis, quæ liber.* per *text. in d. §. si vasallus, qui ità in feudo disponit*, quem adducit *Amatus in d. Resolut.* 14. *sub num.* 36. & *textum* illum in emphyteusi locum etiam habere inquit ex *Afflict. ibid. num.* 6. *Paulo de Castro cons.* 137. *num.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 270. *col. final. lib.* 2. *Ias. in l.* 2. *num.* 30. *C. de iure emphyt.* quam sententiam post alios probant etiam *Surdus decis.* 78. *num.* 18. *&* 21. *Molin. de Hispanor. primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 11. *Clarus*, qui testatur, quòd sententiam hanc Doctores omnes sequuntur *in §. feudum, quæst.* 88. *num.* 4. & esse magis communem tradit *Berous fam. quæst.* 96. *num.* 4. *Bardel. cons.* 23. *num.* 26. *lib.* 1. *Caualc. in Repertor. vers. Melioramenta, & decis.* 36. *num.* 427. *& seq. Lupus in Rubr. de donat. inter virum, & vxor. §.* 62. *num.* 16. *& seq. Paris de Puteo de reintegrat. feud. fol.* 9. *§. & circà istas culturas, num.* 9. *& fol.* 86. *§. an si aliquis dedit, num.* 2. *Scrader. vbi supr. part.* 2.

quæst.

quæst.9.princ.sect.2.num.92. & seq. Aluar. Velasc. dict. quæst.25.num.16. Rosental. dict.cap.10. conclus.43. num.143. & seqq. Garzia vbi supr. cap.22.num.8. & 9. Molin. de contractib. disputat.463.num.2. & 6. à quorum compluribus ex *Baldi* decisione *in l. in fundo, in tertio notab. D. de rei vendicat.* extenditur mirabilitèr sententia
69 isthæc, vt procedat, etsi emphyteuta ædificium, seù melioramenta tollere vellet, quia in emphyteutico contractu illa tollere posse expresè conuentum esset: nàm pacto huiusmodi non obstante poterit directus Dominus eligere, & impedire, nè melioramenta tollantur, æstimationem offerendo, & tantum, quantum ille, ex tali leuatione laturus esset soluere, quia hoc prodest Domino, & non nocet emphyteutæ.

At hic arduum videtur determinare, nùm huiusmodi meliorameutorum æstimatio fieri debeat secundùm opus dirutum, & rudera ab ædificio separata? an verò secundùm ædificium completum? propterea quod complures arbitrati fuerunt
70 meliorameuta existimanda esse non pro vt sunt in concreto, videlicèt in ædificio collocata, & pro vt integrum valeret ædificium, sed pro vt in abstracto, hoc est pro vt valerent rudera, & materia ab ædificio dirnta, & separata, & fuerit expensum, vt sunt *Bald. consil. 134. in fin. libr. 5. Ruin. consil. 24. num.10. lib. 1. Vin. commun. opinion. lib. 2. opion. 177. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. Gloss. 1. sub num. 6.* cæteriq; quos ad hoc adducit *Amatus dict. Resolut. 14. sub num. 37.* qui tamèn dicit, rationabilitèr esse à proposita isthac opinione recedere, veluti nimis dura, & viam Dominis aperiens ad excludendum emphyteutas, vasallosque à suis meliorameutis
71 pro nihilo, nàm materia ædificij diruti multominus dimidio valet, vt palam est, & diligenti intellectu consideranti patet, vndè hoc in casu facienda est conclusio, vt solui debeant, pro vt va-
72 lent in ædificio iuncta, iuxtà Peritorum æstimationem, qui quidem ex eorum peritia arbitrari debent quantitates lapidum, laterum, tegularum, lignaminum, ferramentorum, calcis, arenæ, operarum, vecturarum, & impensarum omnium in eo ædificio occurrentium, æstimando quatenùs nunc res in ædificio positę valent, quantiuè nunc emerentur, si Dominus ædificiù illud construeret, habita quoque ad rerum deteriorationem ob earum ætatem consideratione, si qua hoc respectu digna occurreret consideratio; quamobrèm rectè opinionem hanc sequuntur *Ruin. cons.14. num. 45. libr. 1. Bardel. consil. 23. num. 34. libr. 1. Gabr. consil. 168. sub num. 111. libr. 1. Clarus in dict. §. feudum, quæst. 38. vers. Sed quæro,* vbi etiam dicit, qud opinio isthæc æquior est, & ipse in iudicando sequeretur, si casus de facto contigisset, & latè pro ista opinione concludit *Garzia de expensis, cap. vltim. num. 5.* prout quoque *Molin. de contractib. disput. 403. nu. 6. Scrader. de feudis, part. 2. quæst. 9. principal. sect. 2. à num. 93. cum pluribus seqq. Rosental. dict. cap. 10. conclus. 43. num. 146. & seqq. Barbos. in l. diuortio, §. final. part. 1. num. 109. & 110. D. solut. matrim. Achil. Personal. de adipiscend. possession. num. 677. Intrigl. de feudis centur. 1. quæst 59. num. 13. Franc. Molin. de ritu nuptiar. libr. 3. quæst. 73. num. 12. & seqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 400. num. 93. vol. 2. Carroc. de locat. & conduct. tit. de meliorum. quæst. 2. num. 26. Aluar. Velasc. dict. quæst. 25. sub num. 16. vers. Quin & ipsemet, Mascard. de probationib. conclus. 1040. num. 21. lib. 3. Peregrin. de fideicommiss. articul. 50. nu. 78. Petra eodem tractat. quæst. 15. num. 276. & seqq. Card. Tuschus Practicar. Conclus. lit. E, conclus. 225. num. 9. & lit. M, conclus. 176. num. 35. Marescott. Var. Resolut. lib. 2. Cap. 114. num. 1. & 2.*
73 Idq; præsertim, quando sumus in ædificio in Ciuitate sito, nè Vrbs ex dirutione deformetur, vt ex *Dyno, Bartol. Bald. Angel. in l. senatus, §. Marcellus, D. de leg. 1. & Ruin. in consil. 24. nu. 10. vers. Quæritur, vol. 1.* tradit *Præses de Franch. in decis. 110. num. 2. & 3.* & comprobant post alios *Card. Tusch. dict. conclus. 176. num. 37. Barbos. d. l. num. 117. Scrader. dict. sect. 2. num. 96. & 97. Garzia de expensis, & melioration. cap. 5. sub num. 11. & cap. 12. sub num. 84.*

PROLOGOMEN.

Attentatorum reuocationem eum etiam, qui colorato caret titulo, obtinere posse, edocetur, & idem in beneficialibus locum obtinere annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Attentatorum reuocationè obtinere potest etiã ille, qui coloratum titulum non habet, & num. 5.*
2 *Tituli probatio in reuocandis attentatis non requiritur.*
3 *Tituli coloratio in beneficialibus non attenditur.*
4 *Beneficij Ecclesiastici restitutio minimè fit propter notorium tituli defectum.*
6 *Attentatorum reuocatio est magis priuilegiata, quàm interdictum vnde vi.*

OBSERVATIO XCI.

COloratum titulum adhùc non habentẽ attentatorum reuocationem obtinere
1 posse, quia in reuocandis attentatis tituli probatio non requiritur, firmatur *hic*, hanc probat sententiam *Cassad. in decis. 3. de restit. spoliat. Menochius* paritèr *in tractat. de recuperanda possessione, remed. 15. num. 462.* & ità in Rota decisum testatur *Achill. de Grassis in decis. 25. sub titul. de appellationib.* quod in-
3 quã in beneficialibus procedere, vt scilicèt in eis, quò ad attentatorum reuocationem tituli coloratio non attendatur, docet noster *Author hic nu. 5.* conuallat *Cassad. ibidem num. 6.* & latissimè tuctur *Couarruuias PP. QQ. cap. 25. num. 4.* vbi etsi multos referat alitèr sensisse, & præsertim Rotam, eius tamèn mentem, & opinionem, declarat.

Hinc fit, quòd etsi alioqui sit satis dubium, an agenti interdicto vnde vi obstet notorius iuris defectus quò ad proprietatem? & frequentiùs in eam
4 itum sit sententiam, vt minimè fiat Ecclesiastici beneficij restitutio propter notorium tituli defectum, idemque esse quoties de restitutione alicuius temporalis, & profanæ agitur, modò hoc in ca-

Digitized by Google

casu simùl constet, expoliantem Dominum esse;
5 nihilominùs vbi ad attentatorum reuocationem agitur, hi defectus eam petenti non obstant, quasi maioris sit priuilegij, ac fauoris attentatorum reuocatio, quòd interdictum vndè vi, vt *Couarr. ibidem.*

PROLOGOMEN.

Appellationis auxilium à sententia declarante, confines ponendos esse in locis ibi descriptis, interponi posse deciditur,

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio admittitur à sententia declarante, confines ponendos esse in locis in ea descriptis.*
2 *Appellatio interponi potest à sententia proprietatis causam continente.*
3 *Appellatio recipitur à sententia, quæ mixturam continet.*

OBSERVATIO XCII.

NOtabilitèr profectò hoc in loco decidi-
1 tur, si in finium materia lata sit sententia quæ dicat, confines ponendos esse in locis ibi descriptis, ab ea interponi posse appellationem: hancque decisionem insectatur Iulius Cæsar Ruginellus laudans nominatim Authorem nostrum hic in suo *tractat. de appellationibus*, §. 2. *cap.* 3. *verb. Confines, antè num.* 217. quippè quòd ista hæc sententia proprietatis causam
2 continet, à qua appellatio interponi potest abdubio, vt dilatatis fimbrijs in nonnullis ex istis nostris *Theorico-Practicis Obseruationibus* aliorũ fulti Auctoritatibus annuimus, & in specie confinium dicit *Contard. in Repetit. l. vnic. in verbo Petitorium, num.* 120, *C. si de momentan. possession.* atque de mixtura, propter quam appella-
3 tionis interpositionem admitti concedimus, latè sermocinauimus in *Obseruatione* IX. vbi benignum Lectorem remittimus, nè interùm actum agere videamur, cùm sufficiat pro re nostra adorratum eorum, quæ noster *Author* edocet *hic*, hæc pauca obseruasse, ad hoc vt periti Lectores faciliorem habeant aditum alia inuestigandi meliora.

PROLOGOMEN.

Pars maior vt sufficiat, cùm pluribus à lege, vel statuto datur potestas, eruditur, etsi secus sit, quando ab homine illa procedit.

RERVM SVMMA.

1 *Firma quæ sunt, alia non egent confirmatione.*
2 *Plures ab homine potestatem habentes, omnes præsentes esse debent, si à lege sufficit maior pars.*
3 *Ordo totus, & officium in maiori parte representatur in his, quæ ratione officij, & ordinis pluribus, vt vniuersis, competunt.*
4 *Maior pars licèt sufficiat, omnes tamèn vocari debent.*

OBSERVATIO XCIII.

QVæ in præsẽti decisione exponit noster semper extollendus *Author* ad finem vsque capitis præclaram quandam, ac reconditam continent eruditionẽ; superuacaneum idcircò censui alijs rationibus illa confirmare posse, præsertim quia moribus com-
1 pertum est, quòd quæ firma sunt, alia non egeant confirmatione; Verùm enimuerò nè illotis (vt aiunt) manibus rem agere videar, adnotare duntaxàt libet, distinctionem, quam noster *Author num.* 18. *&* 19. indicat, nempè, quòd quãdo plu-
2 ribus datur potestas à lege, vel statuto sufficit maior pars, etsi secùs sit, quando potestas datur ab homine, ex *text. in l. Rescriptum, in princ. D. de pactis, Bart. in l.* 5. *num.* 8. *D. eodem titul. & in l.* 3. *num.* 8. *D. quod cuiusq; vniuers. nom.* fuisse in anno 1644. per Rotam Romanam approbatã, vti constat in *decis.* 1. *num.* 17. *impressa post Marium Cutell. in tractat. de donationibus contemplatione matrimonij*, vbi noster laudatur *Author*,
3 nàm in maiori parte totus ordo, & officium repræsentatur in his, quæ ratione officij, & ordinis pluribus competunt vt vniuersis, non vt singulis, *l.* 3. *D. decret. ab ordin. faciend. l. quod maior, D. de municip. l. planè, D. quod cuiusq. vniuers. nom. Gloss. in l. quicumque, in fin. C. omn. agr. deser. lib.* 11. noster *Author in dicis.* 183. *num.* 1. *& seqq.* vbi nos plura dicemus, atque in
4 *decis.* 169. dummodò tamèn omnes vocati fuerint, *Bartol. in dict. l.* 3. *in fine D. quod cuiusq. vniuers. nom.* ex *text. in l.* 2. *C. de Decur. lib.* 10. *Rota Bonon. diuersor. decis.* 87. *num.* 17. *noster Author hic num.* 19. *Mascard. de probation. conclus.* 1207. *num.* 26.

PROLOGOMEN.

Alterius testis mortalium rebus ab humanis exempti recognitio vt minimè requiratur ad effectum Imperialis Sanctionis in *l. Scripturas* 11. *C. qui potior. in pignor. habeant.* cùm apocha per tres est subscripta testes, nec nõp debitorem, & creditorem, & à duobus ex dictis testibus recognita, fortitèr asseueratur, explosis etiam contrariorũ varijs rationibus aduersam aleam suadentibus, ac iuribus per eos ad hoc exhibitis, clarè paritèr elucidatis, explicatisq;

RERVM SVMMA.

1 *Apocha à debitore, creditore, & tribus testibus, subscripta, & à duobus ex illis recognita, recognitionem exigit alterius testis mortui ad effectum* l. Scripturas 11. C. qui potior. in pignor. habean.
Contrarium exponitur num. 6.
Quæ opinio vt verior sit, traditur num. 11.
Sed intelligitur, vt num. 26. *&* 27.
2 *Testium certus numerus, qui pro alicuius actus solemnitate exigitur, in ipsius etiam probatione requiritur, & num.* 18.

Digitized by Google

Intelligitur vt num. 15.

3 *Scriptura priuata, vt vim habeat contrà tertium, trium testium subscriptionem requirit.*

4 *Forma legis precisè, & ad vnguem non seruata, actus nullus inditatur, & num. 22.*

5 *Forma defectus, licèt exiguus, actum ipsum vitiat.*

7 *Instrumento publico fides adhibetur, etiam mortuo Notario, qui illud confecit.*

8 *Scriptura priuata trino teste notata vim habet publici instrumenti, & publica scriptura aquiparatur.*

9 *Ratio traditur, cur in priuata scriptura conficienda, & recognoscenda tot requisita intercedere debent, ad hoc vt publicis instrumentis praferri possit.*

Qua ratio quando cesset notatur num. 10.

12 *Scriptura, ex qua fit comparatio, probata dicitur, quando duo ex tribus testibus subscriptis eorum subscriptiones recognoscunt, & num. 13. & 20.*

14 Textus in §. si quis igitur, Auth. de instrument. cautel. & fid. *trium testium recognitionem requirit.*

Quod intelligitur, si possibile sit, vt num. 15.

16 *Statutum propinquorum authoritatem exigens in contractibus minorum, intelligitur, si extent propinqui.*

17 Textus in cap. 2. de fide instrument. *de quo casu loquatur.*

21 *Recognitio trium testium est de forma* textus in l. Scripturas 11. C. qui potior. in pignor. habean.

Contrarium verius, vt num. 23. & 24.

25 *Ratio* textus in l. scripturas 11. C. qui potior. in pignor. habeant. *concedentis priuatæ scripturæ probationis vim contrà tertium, in quo fundata sit.*

28 *Qualitas bonæ famæ, & opinionis in testibus requisita articulari debet, & probari, & num. 29. & 32.*

Limitatur, quando bonitatis aliqua notoria coniectura concurrit, vt num. 33.

30 *Bonus, & idoneus vnusquisque præsumitur.*

Non tamen optima opinionis, vt num. 31.

34 *Testes duo scripti in apocha superstites an deponere debeant de veritate contentorum in ipsa apocha, quò ad obligationis substantiam, ipsiusq; contractus tenorem, & num. 35.*

OBSERVATIO XCIV.

NOstratium sententiæ pugnant ex diametro in certamine, siuè disceptatione hic discussa, an nempè apocha per tres testes subscripta, nec non per debitorem, & creditorem, & à duobus ex dictis testibus recognita, recognitionem exigat alterius testis mortalium rebus ab humanis exempti ad effectum *l. Scripturas 11. C. qui potior. in pign. habean.* Etenim *Bartolus*, eiusque Asfecti in commentario
1 dictæ legis prò conclusiua parte sentiere, vt scilicèt tunc dicta lex locum habeat, quando tres illi testes in apocha subscripti suam subscriptionem recognoscunt: quemque sententiam sectantur, quos *Surdus* coadunat *in decis. 72. nu. 1. & seqq.* & comprobant post alios, quos allegant *Gabriel de probationib. concl. 10. n. 22. & 27. Card. Mantic. tom. 1. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. titul. 24. num. 11. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 96. nu. 85. Crauett. de antiquit. temper. part. 1. vers. Quæritur etiam, num. 51. cum seqq. Mascardus de probationib. conclus. 110. num. 18.* Huiusce autem sententiæ precipua fundamenta sunt *textus in §. si quis igitur, Auth. de instrumentorum cautela, & fide, in cap. 2. de fide instrum.* & nonnullæ rationes, quarum potissima
2 est, quia vbi certus testium numerus pro alicuius actus solemnitate exigitur, idem absque dubio, haùdque minor in ipsius probatione requiritur, vti notatur in *l. 2. C. de bonor. possess. secundùm tabul. & in l. heredes pulam, §. 1. D. de testamēt.*
3 & prò solemnitate priuatæ scripturæ, vt contra tertium vim habeat, trium ad minus testium subscriptionem requiri, compertum est ex dicta *l. scripturas*, vndè in ipsius probatione trium quoque recognitio est necessaria; Demùmque, quia
4 vbicumque aliquid est de legis forma, dubio procùl eo præcisè, & ad vnguem minimè seruato, actus ille nullitatis vitio laborare dicitur, *D D. in l. Manius 54. & l. qui heredi 44. D. de condit. & demonstr. l. 1. & 2. C. quando prouoc. non est necess.* quinimò ipsius formæ defectus, licèt exiguus
5 actum ipsum vitiat, *Baldus in l. Ordo, col. 2. C. de exequut. rei iudicat.* Sed ipsa trium testium recognitio in casu dictæ legis est de forma ipsius legis, vndè.

6 Contrarium verò dictam controuersiam circà sectati fuerunt alij, quos sequitur noster *Author hic*, cuius memor extat, & sectator *Io. Dominic. Gaito* qui sententiam hanc veriorem, & sanioré diudicat, eamquè in consulendo, & iudicando semper amplectendam dicit in suo *tract. de credito, cap. 2. titul. 8. num. 3123. & seqq.* sic quoque *Nicolaus Genoua in tract. de scriptura priuata, libr. 1. quæst. 16. conclus. 3. nam. 62. & seqq.* vbi sententiam hanc latissimè defendit, & verissimam esse demonstrat *Caphalus in consil. 270.* nec non *Bursatt. in consil. 103. num. 8. vol. 1.* eandemque tanquàm veriorem, magisque receptam tuetur *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surdum decis. 72.* & comprobant post multos alios *Alexan. Trentacinqu. lib. 2. Var. Resolut. titul. de fide instrument. resolut. 12. num. 11. vers. Secunda est opinio, Gaill. libr. 2. Obseruat. 43. num. 4. vers. Hinc est. Menoch.* qui de veriori opinione testatur *de Arbitr. cas. 134. num. 31.* idem noster *Author in tom. 3. Disceptat. forens. cap. 429. num. 10. &* 11. nec non *Dom. Consiliarius Paulus Staibanus in Obseruat. ad Resolut. 79. num. 7. tom. 1. & Dom. de Luca ad Præs. de Franch. obseruat. 644 num. 5.* qui omnes opinionem istam constitutissimam esse tradunt, & ex eo complures dicunt,
7 quia quemadmodùm publico instrumento absque dubio fides adhibetur, etiam vita functo Tabellione, qui illud confecit, ac vita insuper absolutis testibus, qui illius confectioni præsentes extitere, vti *textus* decidit *in cap. penultim. & vltim. extrà de fide instrument.* & quotidiana experientia, praxque certum habetur; ità de priuata illa scriptura, de qua sermonem habet memorata *l. scripturas*, affirmandum est, nàm eam pa-
8 ritèr vim publici instrumenti habere, ac publicæ scripturæ equiparari, communi voto affirmant dictę *legis* Commentatores, & alij omnes hac de re

re tractantes; Præterea, quia ratio ob quam tot requisita in priuata ipsa scriptura conficienda, & recognoscenda, ad hoc vt publicis actis, siue instrumentis præferri possit, intercedere debeant, nulla alia est, nisi quia lex coniectat, ac dubitat, quòd facilè fraus in tempore committeretur, & quilibet ad libitum in alterius fraudem tempus contractus fingeret, vti communitèr in dictæ *l. scripturas*, expositione, docent *Scribentes*, & post. complures exponunt *Gabriel de probationib. d. concluſ.* 10. *num.* 2. *Gaill. d. lib.* 2. *Obſeruat.* 25. *num.* 9. *Gaballin. conſ.* 121. *nu.* 1. Sed ratio istheç, fraudisq; suspicio omninò tollitur, quando par-
10 tium confessionem vltrà, duo testes ex tribus bonę opinionis, ac famę eorum subscriptiones in illa priuata scriptura existentes recognoscendo, apertè deponunt; Vndè rectè concludendum videtur, alterius vita functi testis recognitionem ad effectum prænominatæ legis non exigere.

11 Quid ergò dicendum? Profectò posteriores istæ recensitæ rationes suadere dictam posteriorē sententiam veram esse videntur, vndè eam amplectendam, atq; insimùl priorem reijciendam prænoneo, non sola verborum cōfutatione, sed quidem optimi iuris suadente decisione, adducitur enim *textus in l. comparationes, C. de fide inſtrument.* vbi expressè sancitur, ad probandam scri-
12 pturam, ex quâ fit comparatio, sufficere, quòd duo ex tribus iàm subscriptis testibus eorum subscriptiones recognoscāt, & tamèn illam eamdem scripturam præcisè trium testium subscriptionibus munitam esse debere, inibi apertissimè elicitur, vndè idem dubio procùl dicendum est eiusmodi in controuersia, nil militante, quòd
13 *textus* ille sermonem habeat de scriptura, ex qua fit comparatio, non autem de scriptura ad quam, prout nonnulli extricare conantur: siquidem si rectè perpendatur, nulla solida discriminis ratio intèr vnum, alterūq; casum inueniri potest, quinimmò maior ratio recognitionis testium ipsa in scriptura, ex qua comparatio fit, militare videtur, quàm in ea ad quam: in ea enim maiorem solemnitatem requiri, cùm ex ipsa ad aliam fiat comparatio, communi omnium *ICtorum* consensu probatum est.

Et vt magis, atq; magis huius sententiæ veritas luce meridiana clarior exurgat, aduersārium fun-
14 damenta solutione euellimus; itàq; primo dicimus, *textum* in contrariam sententiam recensitū, nempè in §. *ſi quis igitur*, *Auth. de inſtrumentorum cautela*, *& fide*, probatæ nostræ sententiæ haùd aduersari, siquidem etsi verum sit, *textum* illum trium testium recognitionem exquirere, nihilò tamen minus equidem, si possibile sit, in-
15 telligitur, vt quia omnes viuant, alioqui secùs, iuxta *Callistratum I.C. lib.* 4. *de cognitionibus*, *in l. cùm non facilè* 6. *D. ſi cui pluſquàm per legem falcid. & Bartolum inibi in ſummario*, atq; ità tradit *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surdum deciſ.* 72. *num.* 3. allegans *Alexand. Trentacinq. & Genuam*, quorum prior ait, in iudicādo ab isthac sententia non esse recedendum, & posteriorē hanc opinionem perbellè comprobat
16 exemplo statuti authoritatem propinquorum in minorum contractibus exigente, quod quidem intelligitur, si extant propinqui, secùs si cœtequin.

Nec quoq; probatæ nostræ sententiæ refragari dicimus alium *textum* pro tuitione aduersæ sen-
17 tentiæ adductum, nempè in *cap.* 2. *de fide inſtrument.* propterea quod sermocinatur, quando testes omnes rebus ab humanis sunt morte soluti, cùm indefinitè loquatur, argumento *l. ſi pluribus hæredibus* 45. *D. de legat. & fideicomm. ſecundo*, *& in l. ſi plures gradus* 96. *D. de legat. & fideicomm. tertio*, propolito autem in casu non omnes vita sunt functi, cùm duo supersint, vndè eius dispositio ad casum nostrum adaptari non
18 potest, quemadmodum rectè ex *Nonij* auctoritate respondit *Nicolaus Genua vbi ſup. num.* 93. Demùm minùs obesse animaduertimus assumptum illud, quòd vbi certus testium numerus pro alicuius actus solemnitate exigitur, idem, haùdque minor in ipsius probatione requiratur; Siquidem ex proximè recensitis patet, id procedere, casu
19 quo omnes ad recognitionem faciendam interuenire possunt, non autem si non possunt, vt quia aliquis hac ex luce sit migratus; Et demùm quia, etsi in casu dictæ *l. ſcripturas*, trium adminùs testium subscriptio requiratur, validè indè haùd sequitur, trium ergò quoque recognitio est necessaria, vti apertum fit ex citata *l. Comparationes*,
20 vbi trium testium subscriptionem intercedere debere, duorum autem recognitionem sufficere, clarissimè testatus est illic *Imperator*, & notat *Nicolaus Genua vbi ſupr. concluſ.* 3. *num.* 86. *& 87.*

Neq; tandèm negotium facessere erudimur traditum illud, quòd nempè trium testium reco-
21 gnitio sit de forma ipsius *l. ſcripturas*, siquidem quando aliquid est de forma alicuius actus, tunc illud præcisè, & ad vnguem seruandum est, ità vt nihil omittatur, vel fiat contrà, aùt præter, citràuè ipsius formam, cùm cæteroquin actum ipsum
22 corruere certum sit, vt nequidem per equipollens adimpleri posse, tradit *Alexand.* post *Bald.* aliosq; *in l. 1. antè num.* 9. nec non illic paritèr *Iaſon* de communi attestans *num.* 8. *& 10. cum ſeq. D. de liber. & poſthum.* sic quoq; *Socinus ſenior conſil.* 24. *num.* 21. *lib.* 1. & alij communitèr, quos latè congerit, ac perito elucidat calamo Dominus *D. Cæſar Calà* in tractatu nupèr literis commēdato *de feriis*, *quæſt* 5. *ex num.* 871. *& ſeqq.* nec nō etiam *Dom. Regens de Ponte conſ.* 5. *num.* 74. *&* 75. *lib.* 1. *Dom. Regens Valenzuol. conſ.* 112. *num.* 58. *Dom. Regens de Philipp. Diſſertat. Fiſcal.* 3. *num.* 24. *& Diſſertat.* 19. *num.* 55. *Dom. Præſ. Amat. conſil.* 64. *num.* 6. *& conſil.* 69. *num.* 5. *& ſeq. Dom. Conſiliar. Hodierna Controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 26. *& cap.* 43. *num.* 26. *Dom. Conſiliar. Pratus Diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 50. *num.* 3. *& 4. Martin. Mager. de Aduocat. armat. cap.* 19. *nu.* 14. *&* 15. *Auguſtin. Barboſa Axiom.* 100. *num.* 3. Vndè si de forma præcisa dictæ *l. scripturas*, trium testium recognitio foret, hoc
23 præcisè sequeretur, quòd si alio modo, quàm per ipsosmet testes de veritate ipsius priuatæ scripturæ constare posset, dictæ legis dispositio quòad tertij præiudicium effectum suum minimè sortiretur; sed hoc iure falsum esse constat, vt bellissimè exponit memorandus nostri S. R. C. Præses *Vincentius de Franchis in deciſ.* 95. *num.* 6. 7. *&* 8. vbi subdit, ità quoq; de anno 1568. in Regio Collaterali Consilio decisum fuisse, & post alios, quos referunt probant *Cardinal Mantica de tacitis & ambiguis conuention. tom.* 1. *lib.* 11. *tit.*

24 *num.4. Nicolaus Genua de scriptura priuata, lib.1. concluſ.2. num.12. cum ſeqq.* vbi ex complurium *ICtorum* voto nonnulla affert exempla, quibus de ipſius priuatæ ſcripturæ veritate alio modo, quàm per teſtes conſtare poteſt; pulcrè *Alexander Trentacinquius Variar. Reſolut. lib. 2. tit. de fide inſtrumentorum*, *Reſolut. 12. num. 21. Couarr. Practicar. Quæſt. cap. 22. ſub num. 5. verſ. Poterit tamen*, vbi etiam quòd de hoc dubium videri non poteſt, *Tiraquell. de utroq; retract. in titul. de retract. conuention. §. 1. Gloſſ. 7. num. 55. verſ. Nec tamen, Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, conſiderat. 99. verſ. Duodecimò extende, fol. 326.* & præcæteris hanc etiam opinionem tenuit *Baldus in conſ. 198. ad intelligentiam, vol. 1.* nec diſcrepare videtur *Anch. in conſ. 28.* vbi etſi teneat cõtrarium, id minimè eſt, ex quo teſtium ſubſcriptio eſt pro forma, ſed quia in caſu ſuo plenè haùd erat probatum aliundè id, quod ex ſcriptura priuata contrà tertium prætendebatur; Quamobrem falſum eſſe quoq; firman-

24 dum eſt, quòd ipſa trium teſtium recognitio ſit de forma præcipſa dictæ *l. ſcripturas*, præſertim, quia hoc iure non probatur, nàm dicta *l. ſcripturas*, nequaquam vim probationis contrà tertium conſiſtere iniunxit in alicuius certæ formæ obſeruatione, ſed tantùm in remotione præſumptæ

25 fraudis, vt notant *Bald.* & alios, quos citant, & ſequuntur *Scaccia de indicijs cauſ. ciuil. cap. 11. num. 1128. verſ. Ratio huius, Gaitus de credito, d. titul. 8. ſub num. 3072. Genua d. lib. 1. concluſ. 2. ſub num. 20.* & tradere videtur etiam *Præſ. de Franch. in deciſ. 95. num. 5.* nàm ſi pro forma trium teſtium numerus requireretur, fruſtrà tot deciſiones allegarentur, ex quibus firmatum eſt, duos teſtes ſufficere, aùt adminicula tantùm de

26 veritate contentorum, vt præſumpta fraus tollatur.

Illud tamèn te latere nolumus, dictam nempè concluſionem ità dilucidatam, probatam procederet, quando duo illi ſuperſtites teſtes eorum in recognitionibus aſſerunt, ſe quoq; illius tertij hac ex luce migrati ſubſcriptionem recognoſcere, quòdue ille talis præſens fuit ſcripturæ, & illi ſe ubſcripſit; vti notat noſter *Author hic num. 16.* & exponunt *Alexander Trentacinq. Genu. & Dom. Conſiliar. Hodierna loc. cit.* nec non *Bartholom. Niger ad Maſcard. de probationib. concluſ. 285.* quando demùm tres illi teſtes ſubſcripti

27 bonæ ſunt famæ, probataq; opinionis, & ſinceræ fidei, vt habetur in *d. §. ſi quis igitur, Auth. de inſtrumẽt. cautel. & fid.* ibi, *honeſtos, & fide dignos*, atque in dicta *l. ſcripturas*, ibi, *niſi forte probatæ, atq; integræ opinionis trium, vel amplius virorum ſubſcriptiones eiſdem idiochiris contineantur.* & annuunt *Oddo conſil. 100. num. 61. Marta voto 53. num. 4.* quos ſequitur *Genua d. lib. 1. concluſ. 3. num. 11.* demùmq; *Gaitus d. cap. 2. tit. 8. num. 3139.* vbi etiam, quòd ità notant Doctores omnes, *Crauett. latiſſimè de antiquit. tempor. verb. Quæritur, num. 35. & ſeqq. Card. Mantic. d. tit. 24. num. 13. Gutier. lib. 5. Practicar. Quæſt. 111. Marilian. deciſ. 22. num. 5.* quam equidem

28 qualitatem articulandam fore, & probandam aduertunt recenſiti iſti *Doctores*, quemadmodum quoque *Socin. conſil. 274. num. 10. vol. 2. Mandoſius conſil. 97. num. 3. & 4. Hippolyt. Riminaldus conſ. 503. num. 18. vol. 5. Surdus conſil. 273. num. 10. Polydor. Ripa Obſeruat. 261. num. 5. cũ ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 285. num. 6.* probat latè *Gaſpar Ant. Theſaur. Quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 89. num. 9. cum ſeqq.* & per Sacrum Conſ. deciſum teſtatur *D. Præſ. de Franch. in deciſ. 644.* ex eo quia regulare traditur eſſe, vt quotieſcumq; requiratur, aliquid per teſtes bonæ opinionis, ac famę probãdũ eſſe, tunc ſemper qualitas

29 illa bonæ opinionis articulari debeat, & probari, quemadmodùm in terminis Bononiæ Statuti tradit *Angel. in l. 2. §. ſi quis neget, D. quemad. teſtament. aperian.* compluribuſq; adductis conuallat *Gallia in conſ. 91. num. 6.* vbi quoq; in praxi admonet cauſarum Patronos, vt cauti ſint ad qualitatem iſthanc probandam, & comprobat alios manuducens *Gabriel de probat. lib. 1. concluſ. 11.* nec non *Capoll in conſ. 57. num. 7. vol. 3. Roland. à Valle in conſ. 84. num. 8. cum ſeq. vol. 3. Marta d. voto 53. num 6. Peregrin. in conſ. 75. num. 17. vol. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1253. & 1254.* atque *1366. num. 7. Alexand. Trentacinq. d. Reſolut. 12. num. 10.* vbi quoq; hanc ſententiam veram eſſe, & communiori Doctorum voto receptam teſtatur; Vndè *Card. Mantica d. num. 13.* adiſcit, quòd etſi vnuſquiſque bonus, &

30 idoneus præſumatur, *cap. vltim. de præſumption. cap. vnic. de ſcrut.* non tamèn optimæ opinionis

31 eſſe præſumitur, *Bartol. in l. 1. §. ſi quis neget, num. 12. ver. Et requiritur*, vbi etiam *Imol. num. 10. verſ. Item adde in quantum, D. quemadm. teſtament. aperian. Angel. in l. 2. §. diem autem, nu. 4. verſ. Sed Bart. inhærendo, eod. tit. Alexand. in conſ. 82. num. 7. lib. 1.* idcircò qualitas huiuſmodi

32 probari debet, etſi id modificari poſſe dicat *Gaitus d. tit. 8. num. 3141.* vt minimè procedat boni-

33 tatis aliqua notoria coniectura concurrente, ſicq; quòd tũc articulatio, & probatio neceſſariæ haùd erunt, vti *Crauetta* ſcriptum reliquit in ſuo *tract. de antiquit. tempor. verb. Quæritur, num. 39. in fine*, quem cõgregatis Claſſibus de anno 1595. 27. Octobris ſequutus fuit Pedemontanus Senatus, teſte *Gaſparo Antonio Theſauro Quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 89. in fine.* At hic dubitatio inſurgit.

34 Nùm duo illi teſtes ſuperſtites deponere debeant de veritate contentorum in priuata ipſa ſcriptura, quòd ad obligationis ſubſtãtiam, ipſiuſq; contractus tenorem? hoc equidem circà *Burſat. in conſ. 103. num. 2.* poſt alios, quos refert, inquit eò fortiùs probatam noſtram ſententiam procedere, quando per illoſmet duos teſtes ſuperſtites deponeretur veritas contentorum in ipſa priuata ſcriptura, quòd ad obligationis ſubſtãtiam, ipſiuſq; contractus tenorem, aſſerendo rem geſtam fuiſſe, & contigiſſe eo pacto, quo in ipſa ſcriptura narratur: hoc idem quamplures alios adducens tradit noſter *Author hic, num. 3. & 4.* vbi id de Iure Canonico præſertim procedere adiſcit, & illum laudans, ſequitur *Nicolaus Genua in d. lib. 1. concluſ. 3. num. 100.* Sed id neceſſarium haùd eſſe aſtruit *Alexander Trentacinq. in citata Reſolut. 12. num. 23.* ſat eſſe dicens, ſi teſtes illi dicãt,

35 ipſos præſentes fuiſſe, quando debitor, aùt alius de eius voluntate illam ſcripſit, quodue eam ſcribere viderunt, in qua ſe ſubſcripſerunt, ac etiam vt ſociorum ſubſcriptiones recognoſcant, dicendo, ſe præſentes ipſis ſubſcriptionibus fuiſſe, cùm dicere haùd ſufficiat eorum manus notas habere,

quem-

Digitized by Google

quemadmodùm multorum fretus auctoritatibus probat etiam *Amatus in cons. 45. num. 14.* Cæterùm alia notabilia hanc circà quæstionem pernecessaria videre qui conspicit, adeat *Nicolaum Genuam, Io. Dominicum Gaitum, Alexandrum Trentacinquium, & Cardinalem Franciscum Manticam*, latè transcribentes in locis suprà recensitis, & interim sistimus calamum, nè obseruationis metam excedamus.

PROLOGOMEN.

Statutum generalitèr prohibens mulierũ obligationes sine certis solemnitatibus, casum specialitèr prouisum, veluti dotis causam, vt nunquam comprehendat, ex communiori, veriorique sententia edocetur, quòd dogma in statuto solemnitates in contractu filij cùm patre requirente, etiam recipitur, in pecunia autem destinata, vt ad honestum lucrum ponatur, alitèr firmatur, cùm illa vti res immobilis, sine solemnitate alienari non possit, & complura hoc circà notantur. Postmodum ad traditionem illam protenditur, ex qua statuitur, dotandi onus necessarium esse in patre; & annuitur, quòd si pater, & mater pro filia dotem promittant, pater dumtaxàt tanquàm principalis tenetur, vxor verò tanquàm fideiussor interuenisse censetur, quod tamèn attento Communi Romanorum Iure, haùdq; Consuetudinario Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis procedere demonstratur, ad ornatum *Consuetud. Si constante, sub tit. de contractib. inter virum, & vxorem celebrand.*

RERVM SVMMA.

1 *Statutum generale certas solemnitates requirens in mulierum contractibus, locum non habet in causa dotis, & decisum traditur num. 4.*
2 *Dispositio generalis priuilegiatos casus non includit.*
3 *Dos in generali dispositione non comprahenditur.*
5 *Solemnitates statuti in actu necessario, vt pro dotanda filia, aut sorore, inito insimùl cùm patre non requiruntur.*
Extenditur in alimentis, vt num. 6.
Itèm in minore, aut muliere renunciante ad patris fauorem, vt num. 7.
8 *Pecunia destinata, vt ad honestum lucrum ponatur, sine solemnitate alienari non potest.*
9 *Pecunia destinata in prædiorum emptionem immobilis censetur.*
Et absq; solemnitate alienari nequit, vt num. 10.
Restringitur in simplici, & remota destinatione, vt num. 12.
11 *Destinatum ad aliquem finem pro eo habetur, ad quem destinatur.*
13 *Res meis pecunijs empta non efficitur mea.*
14 *Res empta ex pecunia antiqua non est antiqua, nec subiacet Consuetudini Ciuitatis Neapolis.*
15 *Pretium loco rei succedit, secùs è contra.*
16 *Res comparata ex pretio peruento ex re hæreditaria vendita in petitione hæreditatis non venit.*
17 *Pater toties, quoties opus est, filiam dotare tenetur.*
18 *Onus dotandi necessarium est in patre, & ad eius spectat officium, vt num. 31. & 32.*
19 *Pater si filiam nubilem ætatem excedentem in matrimonium collocare differat, illam inuitus viro tradere, & dotare cogitur.*
20 *Pater suam filiam maritare, & dotare tenetur.*
21 *Mulier indotata spernitur à viro.*
22 *Pater, & mater si pro filia dotem promittant, pater tantùm tanquàm principalis tenetur, vxor verò fideiussisse censetur.*
Sed contrarium traditur attento Iure Consuetudinis Ciuitatis Neapolis, vt num. 33.
23 *Pater, & mater dotem pro filia promittentes, ei super bonis maternis non præiudicant.*
Ampliatur, quamuis filia maternis bonis renunciasset, vt num. 25.
24 *Dos voluntariè à matre filiæ data non confertur.*
26 *Dispositio* textus in l. final. C. de dot. promiss. *in renuntiatione locum etiam obtinet.*
27 *Filia bonis maternis renuncians, ad ea regressum habere non potest.*
Limitatur quando ex dictis bonis nihil recepit, vt num. 28.
29 *Renunciatio non officit stante enormissima lasione.*
30 *Renunciatio à filia rescindi potest stante dotatione patris, qui expressè filiam de paternis, maternisq; bonis se dotare asseruit.*
34 *Mulier describi faciens in instrumẽto, aliquid à se promissum in dotem filiæ suæ, si maritus consentire, vel illud soluere nolit, compelli potest.*
35 *Filia ad hoc vt à successione omnium excludatur, sufficit vnicam habuisse dotationem, existentibus tamèn masculis, attento iure Consuetudinis Neapolis, vt num. 36.*
37 *Filia pari cùm dote nupta nihil amplius prætendere potest.*
38 *Dos minima congrua dicitur, si moribus recepta sit.*

OBSERVATIO XCV.

TElam decisionem præsentem aduersùs emittere videntur omnes, sed & quod magis est ipsemet *Author*, quamuis enim hic tradat, generale statutum certas solemnitates in mulierum contractibus requirens, vt in dotis causa locum habeat: contrarium nihilominùs multorum fultus auctoritatibus astruit in *tom. 4. Disceptat. forens. cap. 647. num. 22. & seqq.* ea ex regula, quòd generalis dispositio priuilegiatos casus non includit, iuxtà *Salyceti* doctrinam *in l. final. notabil. 4. C. de iure dotium*, vbi de dote propriè sermonem habet, concludens illam in generali dispositione non includi, sequitur *Gozad. in consil. 43. num. 12. & in consil. 97. num. 7.* nec non *Bald. in cons. 359. lib. 3. Natt. in consil. 52. num. 16. Caphal. in cons. 13. num. 43. Surd.* quamplures alios congerens in

decis.

decis. 164. *num.* 1. *& sequ. in decis.* 323. *num.* 6. *& in tract. de alimentis, titul.* 8. *priuileg.* 70. sic demùm *Lup. in Rubric. de donation. inter virum, & vxorem,* §. 16. *col.* 3. *vers. Et ideò nõ est, Bald. Nouell. in tract. de dote, part.* 6. *priuileg.* 3. *& priuileg.* 12. *nu.* 1. *Zanger. de exception. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 42. *Paul. Cittad. de iure patronat. quæst.* 12. *Gabr. de Legib. & Constitutionib. conclus.* 1. *num.* 91. *Negusant. de pignorib. membr.* 1. *part.* 8. *num.* 23. vbi sententiam hanc communi *ICtorum* voto receptam esse testatur, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 14. *num.* 91. *Dominic. Pictus ad Statut. Vrb.* 151. *lib.* 1. *Gloss.* 7. *num.* 242. *Alexand. Trentacinqu. Var. Resol. libr.* 3. *titul. de fideiusser. Resolut.* 2. *vers. Tertiò declara,* cùm alijs quos sequitur *Illustr. Dom.* Regens *Merlinus Controuer. forens. centur.* 1. *cap.* 56. *num.* 4. nec non concinit *Dom. Consiliarius Roccus in Respons.* 68. *nu.* 34. *tom.* 1. & approbat *Marescott. Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 11. vbi addit,

4 quòd in terminis obligationis per mulierem ex dotis causa factæ non obseruata forma Constitutionis Marchiæ certas solemnitates requirentis, pro validitate obligationum, & contractuum mulierum, tenuit Rota in vna Senogalien dotis, 15. Iunij 1598. & 10. Martij 1599. coràm Lancellotto, estquè paritèr in terminis statuti mulierum obligationes prohibentis elegans decisio *Card. Putei* 160. *lib.* 3. qui inibi etiam dicit, semper S.R.R. opinionem hanc amplexam fuisse.

5 Quodque Doctorum votum paritèr procedere, stante statuto solemnitates in contractu filij cùm patre requirente, vt scilicèt in actu necessario, veluti prò dotanda filia, aùt sorore, insimùl cùm patre inito, solemnitates illæ non requirantur, scribit *Ioseph Vrceolus in Consultat.* 44. *nu.* 18. quamplures allegans, & *num.* 19. addit, in

6 obligatione alimentorum causa facta locum quoque habere, vti post *Dominic. Pic. in dict. Gloss.* 7. *num.* 261. tradit *Postius Resolut.* 51. *num.* 8. & 9. Denique in renunciationibus à mulieribus, vel

7 minoribus parentum fauore factis ob præsumptã naturalèm affectionem, vt latè Iura, Auctoritates, Rotæquè decisiones cumulat *Michalor de fratribus, part.* 3. *cap.* 12. *num.* 26. quem laudat idem *Ioseph Vrceolus ibidem num.* 20.

8 Haùd tamèn procedere in pecunia destinata, vt ad honestum lucrum ponatur, scilicèt vt illa sinè solemnitate alienari non possit, probat noster *Author hic nu.* 8. ad exemplum pecuniæ in prædiorum emptionem destinatæ, quam dubio pro-

9 cùl destinationis ratione immobilem cẽseri, post alios, quos refert, docent *Episcop. Riccius in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol.* 199. *num.* 2. *part.* 1. *Thesaur. in decis.* 160. *num.* 5. *& seq.* vbi dicit, opinionem hanc sinè dubio magis commu-

10 nem esse, & absque solemnitate alienari non posse tradit *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuention. tom.* 2. *libr.* 25. *titul.* 6. *num.* 9. quemadmodum etiam scribit *Tiraquell.* qui alios recẽset *in tract. de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 7. *num.* 116. & comprobant *Anton. Faber* 7. *Cod. titul.* 1. *definit.* 22. *in fine, Gaill. lib.* 1. *Obseruat. cap.* 11. idem *Episcop. Riccius in praxi fori Eccles. resolut.* 67. *num.* 5. *Viscont. conclus. iur. verb. Pecunia,* quos alios que referens insectatur *Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodid. lib.* 3. *titul. de emptione, & venditione, lemma* 45. *num.* 1775.

11 Idquè ex eo equidem statuitur, quia destinatum ad aliquem finem pro eo certè habetur, ad quem destinatur, vt *Vlpianus I-C.* decidit *in l.* 1. §. *Cæpisse, D. de pollicitationib.* Attamèn sim-

12 plex, & remota destinatio effectum hoc minimè producit, sicque tali casu, etsi ad stabilium emptionem destinata sit pecunia, immobilis non censetur, quemadmodùm neque ex rei stabilis venditione redacta fingitur stabilis, nàm nec

13 est mea res meis pecunijs empta, *l. si ex ea* 6. *C. de rei vendicat. Cancer. var. resolut. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 77. *Dom.* Regens *Galeota Controuers.* 28. *num.* 1. *& 2. lib.* 1. *Dom. Consiliar. Hodierna lib.* 1. *Controuers. forens. cap.* 49. *num.* 10. *& in addit. ad Surdum decis.* 15. *num.* 33. *cum seqq. Dom. Consiliarius* Roccus *tom.* 1. *Respons.* 48. *num.* 19. cùm allijs allegatis per *Dom. Reg. Merlin. in centur.* 2. *Controuers. forens. cap.* 67. *num.* 19. quibus accedit *Gallupp. in praxi S.R.C. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 27. vbi idcò ait, rem emptam ex

14 pecunia antiqua antiquam haùd esse, nec consuetudini huius Fidelissimæ Ciuitatis subiacere, vt scilicèt medietas proximioribus illis relinquatur, vndè res antiqua exiuit, vt *Capyc.* tradidit *in decis.* 194. *à num.* 16. *& seqq.* & latissimè tuetur *Dom.* Regens *Merlinus in centur.* 2. *Controuers. forens. cap.* 90. nec non *Dom.* Regens *de Marinis in tom.* 1. *Quotid. Resolut. cap.* 70. *à num.* 22. *Dom.* Regens Rouitus *in consil.* 100. *nu.* 16. *tom.* 1. *Dom.* Regens *de Ponte in tract. de potestate* Proreg. *titul.* 9. *de successionmulier. num.* 16. *&* 17. *Dom. Consiliarius Roccus in Respons.* 74. *num.* 7. *tom.* 1. qui omnes alios recensent, & per Sacrum Consilium iunctis Aulis decisum refert, *Præses Amatus in consil.* 47. *in fine*, sic demum *Thorus* qui bis decisum refert in *Compend. decis. tom.* 3. *part.* 2. *verb. Pecunia peruenta ex negotiatione, fol.* 257. & etiam per Sacrum Consilium decisum refert *Nicol. Mariconda in apostill. ad Napodan. in Consuetud. si aliquis moriens, fol. mihi* 162. *incip. Pone quod ex pecunia*, quod absolutum esse videtur, etsi aliter alij dixerint, & præsertim *Pater Molfesius in commentar. ad nostras Consuetud. Neapolit. part.* 2. *titul. de bonis, quæst.* 5. *& in addit. ad eumdem locum num.* 2. *tom.* 2. nã

15 licèt pretium loco rei succedat, non tamèn sequitur, quòd res succedat loco pretij, & aliter affirmare chimera est, cùm nullibi in iure definiatur, quinimò rotum contrarium, vt est *textus* expressus propriè de iudicio vniuersali agens *in l. sed & si lege*, §. 1. *D. de petit. hæredit.* vbi pretium ex re hæreditaria vendita venit in petitione hæ-

16 reditatis, non quidem res ex eo prerio comparata, vt ibi notant *Bartol. Cyn. Alber.* & alij relati per *Tiraquell. de retract. consangu.* §. 32. *Gloss. vnic. num.* 15. *Guttierez lib.* 5. *practicar. quæst.* 87. *num.* 9.

17 Ex complurium denique *ICtorum* voto astruit noster *Author hic num.* 11. quòd pater toties, quotics opus est, filiam dotare tenetur, idquè præ-

18 sertim quia dotandi onus necessarium est in patre, *Bartol. & Doctores in l. si cum dotem,* §. *si pater, D. solut. matrim. Surdus in consil.* 488. *num.* 32. *Giurba in commentar. ad Consuetud. Messan. cap.* 3. *Gloss.* 4. *part.* 1. *num.* 1. quod latissimè exornant *Dom. Consiliarius Hodierna in repetit. l. hac edictali, quæst.* 9. *C. de secund. nupt. Dom. Consiliarius Francisc. Maria Pratus Disc-*

step.

Digitized by Google

Reynac. forens. tom. 1. cap. 13. num. 80. & seqq. & firmat *Dom. Consiliarius Franciscus Roccus in* 1 *Resp. 67. num. 16. tom. 1.* demùmque ibidem in *Responsa 88. num. 1.* atque nouissimè compro- bat *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. Obser- uat. 26. sub num. 1.* vbi addit, hanc obligationē dotandi inductam fuisse, nè illa deficiente matri- monium impediatur; id quod adeò verum est, vt si pater filiam nubilem ætatem excedentem in 19 matrimonium collocare differat, illam inuitus viro tradere, & dotare cogitur, *Gomez ad leg. Taur. 50. n. 21. Molin. disp. 324. n. 1.* vel para- gium dare *Giurba vbi supra, num. 3.* satis enim haūd est, illam nuptui tradere, nisi etiam dotet, 20 cùm ad duo teneatur, nempè maritare, & dotare, vt expressè decidit *Martianus I.C. in l. qui li- beros 19. D. de rit. nuptiarum*, & sequuntur com- 21 muniter Doctores, nàm indotata sperniturà vi- ro, vt notant *Fontanell. de pactis nuptial. claus. 5. Gloss. 1. part. 1. num. 78. Boss. de dote, cap. 4. num. 97. Dom. de Luca eodem tractat. discurs. 142. num. 5.* quarè omnes dotis promissiones, qualescunq; fuerint adimpleri lex iubet, *Neque enim ferendum est, quasi casu fortuito interue- niente, mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli*, vt legitur *in l. generaliter 25. C. ad S. C. Velleian.*

22 Hic igitur dictum dignoscimus illud frequen- tiori IC torum consensu probatum, quòd nempè si pater, & mater dotem pro filia promittant, pater dumtaxàt tanquàm principalis tenetur, & vxor tanquàm fideiussor interuenisse censetur, *Aymon Cranetta consil. 77. num. 2. & seqq. Ro- land. à Valle consil. 64. num. 6. lib. 1. Surd. Con- sil. 190. num. 19. & de alimentis, tit. 6. quæst. 17. num. 15. cum seqq. Io. Lopez. in Rubr. de dona- tionibus inter virum, & vxorem, § 6. Bald. No- uell. de dote, part. 6. priuileg. 3. col. 2. Cacheran. decis. 44. nu. 7.* quos refert, & sequitur *Consiliar. Pascal. de viribus patriæ potestatis, part. 2. cap. 6. num. 31.* & inquiunt post alios *Emilientiss. Mantica de tacit. & ambig. conuention. tom. 2. lib. 16. titul. 17. num. 6. Anton. Faber in suo Co- dic. titul. de donat. promiss. libr. 5. definit. 7. & 8. noster Author in tom. 4. Disceptat. forens. cap. 647. num. 10. cum seqq. Giurba in commentar. ad Consuetud. Messan. cap. 3. Gloss. 1. num. 10. & Gloss. 3. num. 47.* vbi id ampliat, etiam si mater sit patre ditior, ad quod alios addens sequitur *Dom. Consiliarius Hodierna in dict. quæst. 9. sub num. 8.* adijcens *num. 10.* adeò id procedere, quòd hu- 23 iusmodi matris promissio filiæ non præiudicat, quin contingentem portionem super bonis ma- ternis petere possit, vt latè extricat *Carroc. tract. diuers. de patre filia simpliciter dotante, quæst. 10. vers. Contrarium est verius*, sequiturque post alios, quos recenset *Author noster in tom. 3. Di- sceptforens. cap. 304. num. 15. & seq.* vbi quoque hanc veriorem esse opinionem tradit, & addi- pulatur *Castill. in decis. 203. num. 3. tom. 3.* nec re- cedit *Polidorus Ripa observat. 33. num. 3.* dùm 24 tradit, quòd dos voluntariè à matre data non confertur, allegans prò eadem sententia *Cranett. consil. 85. num. 3. vers. Ista donatio, & Papon. cons.* 68. Idquè tametsi filia maternis bonis renuncia- 25 ler, prout affirmant *Paris. in cōsil. 80. num. 4. libr. 3. Anton. Faber in dict. definit. 7. Afflict. in de- cis. 178. in 9. dubio*, vbi sic per S.C. conclusum

26 fuisse testatur, scilicèt Imperialem Constitutio- nem in *l. final. C. de dot. promiss.* in dicta renun- ciatione locum etiam habere, & sequuntur *Ma- rill. in decis. 186. num. 11. cum seqq. Dom. Consiliar. Hodierna in dicta quæst. 9. num. 12. Dom. Præsidens Regiæ Cameræ Anellus Ama- tus in consil. 54. num. 1. & seqq. & Dom. Consilia- rius Franciscus Maria Pratus in annotat. ad Cō- siliar. Paschal. dict. cap. 6. vers. Sed regulam,* quā conclusionem etsi impugnent *Cranett. Vrsill. Barbos.* cæteriquè per *Consiliar. Paschal.* addu- *ct ubi supra sub num. 5.* ea ratione, quia filia bo- 27 nis maternis renūcians, ad ea regressum ampliùs habere non potest, ex regula *textus in cap. qua- muis pactum, de pactis in 6.* nihilominùs huius- 28 modi regulam ex dicto *textu* deductam filiæ re- nuncianti hæreditari, seù portioni maternæ, ex qua nihil recepit, minimè refragari pulcrè tatus ostendit laudatus *Præs. Amatus d. l.* inquiens, ex quo nihil recepit de dote materna, fuisse maximè 29 læsam, ideòque stante enormissima læsione renū- ciationem non officere, & citati *textus* regulam locum non habere, vt latè quoque dilucidat *Ca- millus Salernus in addit. ad Napodan. in Con- suetud. Si moriatur, incip. Et si in hac materia renunciationis, fol. mihi 84. vsque ad fol. 87.* vbi circà finem ità per Sacrum Consilium determi- natum fuisse scribit referente Consiliario *de Ru- bris*, & propositionem hanc perbellè approba- re videtur *Dom. Præs. de Franchis in decis. 247. post Gramat. in decis. 101.* nec non *Io. Petrus Fi- nella de pactis nuptialib. tom. 2. claus. 19. Gloss. vnic. part. 1. num. 8. in fin. & Sola ad Constit. Sa- baud. titul. de alienat. bonor. mulier. & c. Gloss. 2. num. 15.* ambo quoque dicentes, idcircò valide 30 rescindi posse renunciationes à filiabus stante dotatione patris, qui expressè filiā de paternis, ma- ternisque bonis se dotare asserit, nàm cum dota- tiones, de paternis dumtaxàt bonis, haūdque ma- 31 ternis fieri debent, quia ad paternum officium re onoris spectat *dict. l. final. C. de dot. promiss.* ni- hil officit renunciatio, & consentiunt etiam *An- ton. Faber in Cod. libr. 5. titul. 6. de dot. promiss. definit. 7. & 10. Dom. Perra senior. ad Capyc. de- cis. 159. & Ioseph Ludou. decis. Perusin. 21. num. 16.* inquiens, quòd tametsi pater de paternis, & maternis bonis dixerit, nihilominùs de paternis tantùm dotare censetur, & filiæ materna reser- uantur.

32 Hoc tamèn Iure Communi attento procedere haūd ambigimus, quo in specie certum est, hoc dotandi onus ad patrem spectare, cùm ex officio dotare teneatur, ad *textum in l. qui liberos, D. de rit. nuptiar. l. filiæ, D. de legat. 3. & in l. final. C. de dot. promiss.* cùm alijs, de quibus latè *Bald. Nouell. in tract. de dote, part. 6. priuileg. 6.* & in du- bio de paternis bonis semper filiam dotatam in- telligi per laudatam Imperialem Constitutionē *in l. final. C. de dot. promiss.* haūd autem sic est 33 de Iure Consuetudinario huius nostræ Fidelissi- mæ Ciuitatis; scitur nàmque Consuetudinem si constante, *sub titul. de contract. lib. inter virum, & vxorem celebrand.* disponere, quòd si in dotan- da filia concurrat mater, prò quantitate expressa per matrem fit diminutio dotis ipsius, si verò nō fit expressa, filia pro rata bonorum matris, patri- uè dotata intelligitur, quo in loco *Napodanus* nu- 26 consideratq, quòd si mulier in dotali instrumē-

to.

34 to describi facit, aliquid à se promissum in dotem filiæ suæ, & maritus consentire, vel illud soluere nolit, compelli potest, dummodò promissum paragium non excedat, dans hac de re rationem, quia si pater ad filiam dotandam de suo compelli potest, quantò magis de alieno, scilicèt de rebus vxoris; vndè hoc iure consuetudinario etiam ac-
35 cento traditur, quòd sufficit dotatio vnica ob masculi existentiam, vt filia à successionibus omnibus excludatur, vt tradit memorandus ille omni æuo vir S. C. Præses *Vincentius de Franchis in decis.87.* quem sectantur addentes, comprobantq; *Pater Molfesius in commẽtar. ad nostras Consuetud. Neapol. part. 4. quæst. 29. num. 16. Dom. Consiliar. Hodierna Controuers. forens. cap.7.nu.48. & in repetit. d.l.hac edictali, quæst. 26.num.19. Dom.Consiliar. Francisc. Maria Pratus Discept.forens.tom.1.cap.12. num.98. & cap.48.num.1. Anna*, qui ità decisum tradit in allegat.81. & 117. & ità pluries in S.C. iudicatum refert *Ill.Dom.Regens Galeota ad Camill. de Medicis consil. 11. num. 32.* huic etiam conclusioni inter alios se subscribit *de Bottis in consuetud.si quis, vel si qua, fol.151.addit.incip. Ista consuetudo, in fine*, & hanc esse magis communẽ, & veram opinionem post *Menoch.Thesaur.Cephal. Mandos.* alios q; tradit noster *Author in tom.3.Discept.forens.cap.490.num.29.* subdens,
36 sic in Rota decisum, & paragium parùm refert an minus, vel legitimam vltrà sit? solùm enim cõsideratur, vt pari nubere possit, vt post *Napodan. in consuetud.Si moriatur, in verb.Eas, vers.Paragium, & Afflict. in Constit. In aliquibus, 12. quæst.* tradit *Dom. Præs. de Franchis in citat. decis.87.num.11.* quo fit, vt filia pari cùm dote
37 nupta nil ampliùs prætendere possit ex vi prædictæ Consuetudinis sic mandantis, cùm dos, etsi
38 minima, congrua dici possit, si moribus recepta sit, vti post alios, quos refert, aduertit *Card. Mãtica in tom.1.de tacit.& ambig.conuention. lib. 12.titul.21.num.40.* quem recenset, & insequitur noster *Author in tom.5.Discept.forens.cap.945. num.2. & 13.* & se subscribit *Dom. Consiliarius Hodierna dict.loc.*

PROLOGOMEN.

Ciuibus quidquid conceditur, vt comitatensibus concessum etiam censeatur, quando fauorabiliter sumus in materia, demonstratur ad comprobationem conclusionis, quòd legatum ciuibus factum comitatenses comprehendat; Hinc exponitur eadem in materia Ciuitatis appellatione suburbia venire, etsi secùs sit in materia restringibili, & odiosa, nisi tamèn illa congruat vtrisque, quatè annuitur, anathẽmatizata Ciuitate suburbia quoque, & ædificia continentia anathemate notata intelligi, ad intellectum, *cap. si Ciuitas, de sentent. excommun. in 6.*

RERVM SVMMA.

1 *Extensio denegatur in odiosis, secus in fauorabilibus.*
2 *Legatum ciuibus factum comitatenses comprehendit.*
3 *Priuilegium ciuibus concessum, ciuibus etiam comitatinis competit.*
4 *Ciues comitatenses Ciuium appellatione veniunt in omni materia fauorabili, & num.5.*
Limitatur in materia odiosa, vt num.6.
7 *Ciuitatis appellatione id solum venit, quod muris est cinctum.*
Ampliatur in materia fauorabili, in qua suburbia quoque veniunt, vt num.8.
Quod extenditur in materia restringibili, & odiosa, quando illa congruit vtrisque, vt num.14.
9 *Ciuitatis appellatione in materia indifferenti venit territorium.*
10 *Castra, & Villa Ciuitatis appellatione veniunt in beneficijs.*
11 *Natus in suburbijs in Ciuitate natus dicitur.*
12 *Legatum factum de bonis in Ciuitate existentibus, quando comprehendat bona, quæ sunt in suburbijs.*
13 *Iurisdictio Ciuitati concessa ad suburbia extenditur.*
15 *Ciues comitatenses, quando in condemnatione Ciuitatis comprehendantur? & num.16.*
17 *Pœna suos sequi debet authores.*
18 *Ciuitate interdicta suburbia quoque interdicta censentur.*
Ratio traditur num.19.
20 *Iudicis arbitrio remittitur, quænam sint suburbia Ciuitati contigua ad dignoscendum, an Ciuitate interdicta illa quoq; interdicta censeantur.*

OBSERVATIO XCVI.

1 QVemadmodùm in odiosis extẽsio haùd admittitur, cùm odia sint restringenda, ità è conuerso infauorabilibus extensio haùd excluditur, quoniam fauores sunt ampliandi, prout inquiunt *Summus Pontifex in cap. Odia, de regulis iuris in 6.* & *Paulus I.C.lib.1. ad Vitellium in l.cùm quidam 19. D.de liber. & posth. hared. instit.* Ex isthac equidem ratione fit palàm, huiusce loci conclusionem, quòd legatum ciuibus factum comita-
2 tenses compræhendat, dubitare carere, etenim, cùm de lucro captando tractetur, materia omni ex parte fauorabilis præsumitur, sicq; in ea extensio admittitur, & propterea commoda omnia, & priuilegia Ciuitati, ciuibusq; concessa, ciuibus
3 etiam comitatinis competere debent, *Castrens. consil.307.col.2.vers.Nullis enim, lib.3.* & proprijs in decisionis terminis firmant *Bartol. in cõsil.199. num.5.vers.Super, lib.5. Abbas in cons. 52.num.6.vers.Quo ad secundum, lib.2.* quos sequitur *Cardinal Tuschus Practicar. Conclus. tom.1.lit.C.conclus.274.num.25.* dicens, in omni iurisdictione fauorabili, & legato facto appella-
4 tione ciuium, & Ciuitatis, comitatenses venire, & adstipulatur *Augustin. Barbosa de appellatiua verborum vtriusq; iuris significatione, appellat. Ciues 48. num.2.*
5 Deniquè, quia quando in fauorabili materia versamur, ciuium appellatione illi de comitatu, & districtu, de territorio, & pertinentijs veniunt, vt

per

per *Neviz. in sua sylua, lib. 4. num. 87. circà fin.* *Barbos. in d. appellat. 48. num. 1.* & per *Gratianū* Authorem nostrum in *tom. 2. Discept. forens. cap.* 217. *num. 9.* quidquid sit, quando sumus in odio-
6 sis, quo in casu comitatenses non venire, sed illius Ciuitatis habitatores dumtaxàt, scripsere *Bursat. in cons. 55. num. 5. lib. 1. & Surdus in cons. 174.* *num. 14.* quemadmodùm & quoque de Ciuitate
7 compertum est, vt licèt iuris rigore attento Ciuitatis appellatione id solum veniat, quod muris est cinctum, vti *Oldradus* firmat *in consil. 121.* nec non *Menoch. in cons. 498. num. 34. & seqq. & in tract. de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 126. num.* 3. prout quoq; *Card. Tuschus in d. lit. C. conclus.* 280. *num. 7. Garc. Gironda de priuileg. seu exemptionum explicat. num. 55. noster Author in dicto* 8 *cap. 217. num. 2.* nihilò tamen minùs in materia fauorabili, & largè interpetranda, suburbia quoque veniunt, vt *Crauetta* alios adducens edocet *in consil. 297.* & comprobant *Card. Tuschus in d. conclus. 280. num. 6. noster Author in tom. 5. Dis-*
9 *cept. forens. cap 893. num. 35.* vbi, quòd in materia indifferenti, haùdq; odiosa Ciuitatis appellatione venit Ciuitas cùm territorio, idemq; priùs dixerat in *d. cap. 217. num. 6* præmittens *num. 3.*
10 quòd Ciuitatis appellatione veniunt Castra, & Villæ, in beneficijs præsertim, in quibus verba latissimè interpetrantur, *Abbas in cit. consil. 52.* *num. 6.* vbi dicit, natum in Continentibus, &
11 Suburbijs in Ciuitate natum dici, & *Menoch. in allegata præsumpt. 126. num. 7. cum seqq.* scribit, quòd legatis bonis in Ciuitate existentibus etiam
12 relicta præsumuntur, quæ in Suburbijs sunt, quando tamèn relicta sunt sanguine coniunctis, sicq; in legatis, quæ largam admittunt interpetrationem, & quando testator ità disponens bona in Ciuitate minimè habebat, sed in suburbijs dumtaxàt, & *Gironda loc. cit. num. 54.* tradit, quòd iu-
13 risdictio Ciuitati concessa ad Suburbia extenditur, & porrigitur.

Limitatum tamèn legimus illud, quòd Ciuitatis appellatione in materia restringibili, & odio-
14 sa, Suburbia non veniant, vt nempè secùs sit, quãdo materia congruit vtrisq; ex adductis per *Socin. in l. 2. D. de re dub.* & tradit noster *Author in memor. cap. 217. num. 10. & seqq.* itàq; si in
15 causa communi tàm ciuibus, quàm comitatinis essemus, veluti si condemnata fuerit Ciuitas, tunc dicendum est, ea in condemnatione comitatenses compræhendi, prout *Felinus* extricat *in cap. Rodulphus, num. 9. vers. Quarta cõclusio, de script.* & *Rebuff. in l. 2. col. 5. in fin. D. de verbor. signific.* vbi, quòd comitatenses condemnati censentur,
16 si ciues in materia proportionabili, & vtilique congruenti condemnentur, quemadmodùm etiã quando comitatenses eodem delicto participes
17 forent, cùm alioquin pœna suos solùm sequi debeat authores, *l. sancimus 22. C. de pœnis*, vbi Imperatores *Arcadius*, & *Honorius* referibunt, *Sãcimus ibi esse pœnam, vbi & noxia est. Propinquos, notos familiares procùl à calumnia submouebimus: quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitùr suos teneant authores, nec vlteriùs progrediatur metus, quàm reperiatur delictum.* iunctis *Vlpiano*, & *Callistrato II. CC. in l absentem 5.* & *in l. crimen* 26. *D. de pœn.* cùm alijs recensitis *à Dom. Reg. de Philipp. Differt. Fiscal. 14. num. 46.*

18 Hinc fit, vt anathematizata Ciuitate Suburbia quoque, & ædificia continentia anathemate notata intelligantur, vt *Summus Pontifex* probat in *cap. si Ciuitas, de sentent. excomm. in 6.* assignans rationem, quia vilipenderetur interdictum, si Ci-
19 uitate interdicta Diuina in Suburbijs audire licitum foret, cuius argumento fretus ità notat Dom. Præceptor meus *R. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodidasc. lib. 2. tit. 1. de rerum diuisione, & de acquirendo earum dominio, lemm.* 18. *num.* 86. ac ità demùm tradunt *Suarez de censuris, tom. 5. disputat. 33. sect. 2. num. 29. cum seqq. Ægidius Coninck de Sacrament. & censur. disputat. 17. dub. 1. num. 18.* quos, & alios referens, sequitur *Martinus Bonacina de censuris, disputat. 5. punct. 1. sub num. 20.* vbi id demùm procedere tradit, si ædificia illa temporalitèr subdita non sint illi Domino, cuius causa interdicta est Ciuitas; Verùm prudenti Iusdicentis arbitrio
20 relinqui, quænam sint suburbia contigua, & ædificia continentia, ità vt si in illis Diuina permittantur, interdictum contemni, & paruipendi videatur, notat *Gloss. in dict. cap. si Ciuitas, in verbo Continentibus*, & aduertunt illic *Doctores*, nec non *Couarr. in cap. alma mater, part. 2. §. 1. num. 8. vers. Septimò, Vgolin. de censur. tab. 5. cap. 21. §. 1. cùm seqq. Calderin. de interdicto, part. 1. num. 23.*

PROLOGOMEN.

Appellationis auxilium in beneficiorum concursu suum locum obtinere firmatur, vtputà cùm Episcopus in eorum concursu posthabitis magis idoneis minus habilem elegit, poterunt sic reiecti ab huiusmodi mala electione appellare, verùm quando procedat, demonstratur: annituriq; indè, an Episcopus conferẽdo beneficium digno digniori omisso, ad restitutionem teneatur? & an obligatio isthæc sub mortali dignioribus conferendi beneficia, de possibilibus Diœcesanis intelligatur? Postmodùm, an absens si præsentatus, seu electus fuerit ad beneficium, ab Episcopo instituì possit? & an quocumque in beneficio Ecclesiastico locum sibi vendicet? ad rem differitur aptissimè.

RERVM SVMMA.

1 *Episcopus si in beneficiorum concursu posthabitis magis idoneis minus habilem elegerit, sic reiecti ab huiusmodi mala electione appellare poterunt.*
Quo casu cessat prouisio, si superior per examen appellantem dignior eminuenerit, vt num. 2.
Sed intelligitur, constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, vt num. 3.
4 *Interpetratio ad Episcopi fauorem facienda est facta electione.*
5 *Dignior iudicatur, qui est magis vtilis, & aptus ad beneficium.*
Quæ dignitas in quibus consistat? traditur num. 6.
7 *Minus dignus, cuius mores notisunt, & approbati,*

bati, doctiori præfertur in concursu, cuius vita ignoratur.

8 *Dignus de Ciuitate, vel Ecclesiæ gremio eligi potest ad beneficium posthabito digniore extraneo.*

9 *Idoneus pari in concursu ille magis dicitur, qui dispensatione non indiget.*

10 *Episcopus conferendo beneficium digno digniori omisso ad restitutionem non tenetur, & num. 14. & 15.*

Limitatur, quando beneficium aliquo ex statuto, vel lege digniori in concursu reperto deberetur, vt num. 11.

Ratio traditur num. 12. & 13.

16 *Episcopus conferendo beneficium indigno ad damni restitutionem tenetur.*

Cui autem facienda sit? annuitur num. 17.

18 *Oeconomus missus ad conducendos operarios, si idoneis prætermissis, alios non idoneos conduxerit, ad damni restitutionem Domino tenetur.*

19 *Episcopi obligatio conferendi beneficia dignioribus, de possibilibus Diœcesanis intelligitur.*

20 *Episcopus conferendo beneficia dignioribus in Diœcesi existentibus excusatur.*

Sic quoq; conferendo beneficium digno, omisso digniori, cum damni exiguitate, vt num. 21. & 22.

23 *Episcopus absentem institui non potest, quamuis præsentatus, seu electus fuerit ad beneficium.*

Comprimitur, quando Episcopo notum est, illũ idoneum esse, vt num. 24.

Ratio traditur num. 26.

Sed contrarium firmatur in præsentato ad Parochialem, vt num. 27.

25 *Doctor in aliqua Vniuersitate studij generalis graduatus, examine non indiget.*

Limitatur, cum agitur de electione ad Parochialem, vt num. 28. & 29.

30 *Vicarius Episcopi examinari debet, si præsentatus fuerit ad Parochialem.*

31 *Examen in Parochialibus pro forma requiritur, secùs in alijs beneficijs.*

32 *Examinatus semèl, & approbatus ad vnum beneficium, ad aliud simile amplius non examinatur.*

Limitatur, quando ad superius beneficium promouendus est, vt num. 33.

Vel quando ad simile, in Ecclesia tamèn ampliori, aut nobiliori, vt num. 34.

Item, quando in priori examine minus idoneè respondit, vt num. 35.

Denique, quando post primum examen in literarum studio negligenter se gessit, vt num. 36.

OBSERVATIO XCVII.

1 EPiscopus si in beneficiorum cõcursu posthabitis magis idoneis minus habilem elegerit, posse sic reiectos ab huiusmodi mala electione appellare, firmat inter alios noster *Author hic*, comprobat *Augustinus Barbosa de officio, & potestate Episcopi, allegat. 60. num. 104.* demùmq; *Vgol. de potestate Episcopi, cap. 50. §. 13. num. 1.* & post alios amplectatur *Campan. in diuersor. iur. Canonic. Rubr. 7. cap. 8.*

2 *num. 75.* adnectens, quòd hoc casu Superior, si per examen appellantem digniorem inuenerit, prouisionem cessabit, & potest appellans præelectum ad nouum examen prouocare, & si ipse in eo magis idoneus repertus fuerit, reuocata priori electione ipse Parochialem obtinebit, vt fuit per Rotam resolutum in vna Detrusen. Parochialis 18. Decembris 1581. coràm D. Gipsio, cuius memor est *Episcopus Riccius in sua praxi fori Ecclesiast. Resolut. 373.* qui tamèn *num. 2.* intelligit

3 id, & extricat vt dumtaxàt locum habeat, quando electio, seù Episcopi iudicium irrationabilitatis vitio laborat, de quo equidem, ac de Episcopi dolo liquidò, & euidenter constare debet, vt Sũmus Pontifex *Pius V.* sanxit in sua *Constit.* ibi, *Constito de prioris eligentis irrationabili iudicio.* facta enim per Episcopum electione ad ip-

4 sius fauorem facienda est interpretatio, quòd nempè omnia considerauerit, magisq; idoneum arbitrio suo elegerit, vt post *Gonzal.* concludit *Barbos. vbi sup. in fin.* nã etsi graduatus in aliqua scientia, & literatus, ac maiori habilitate prædi-

5 tus, veluti prudentia, integritate & maturioritate, his qualitatibus carenti præferatur, qui tamèn est magis vtilis, aptiusq; ad beneficium, cui præficitur, dignior abdubio iudicari debet, vt diserte obseruat noster *Author hic num. 19.* & aliorum fultus auctoritatibus comprobat in *addit. ibidem*

6 *num. 1.* si q; quando in aliquo, & pietatis, & misericordiæ, vel vtilitatis publicæ argumenta concurrunt, etiam minùs dignus prælationem in cõcursu obtinere debet; ità que paritèr minus do-

7 ctus, modò idoneus, cuius mores noti sunt, & approbati, doctiori præferri debet, cuius vita ignoratur, quemadmodùm decisum referunt *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 4. nu. 112. Garzia de Beneficijs, part. 9. cap. 2. num. 11. Episcopus Riccius vbi supra, Resolut. 362. num. 1.* quorum memor est *August. Barbosa citat. loc. num. 102.* vbi quoq; inquit, quòd dignus de Ci-

8 uitate, vel Ecclesiæ gremio eligi potest, posthabito digniore extraneo, adnectens *num. seq.* quòd qui nullum obtinet beneficium obtinenti in concursu præferri debet, vt decisum testatur *Cardinal Seraphin. in decis. 768.* vbi etiam, quòd pari

9 in concursu ille magis dicitur idoneus, qui dispẽsatione non indiget. His ità dilucidè, etsi summo verborum compendio propositis, optima methodo dirigente disquirendum est.

10 Episcopus conferendo beneficiũ digno digniori omisso, nùm ad restitutionem teneatur? Innuit quæstionem hanc noster *Author hic num. 21.* & negatiuè resoluit, quamuis lethale perpetret peccatum, nisi beneficium aliquo ex statuto, vel lege

11 digniori in concursu reperto deberetur, quoniã eo casu si minus digno conferat, peccatum patrare, & ad restitutionem teneri, docet etiam *Nauarr. in manual. cap. 17. num. 74.* duas rationem, quia ràm ille ius quoddam perfectum acquisie-

12 rat ad petendum, vt illud sibi daretur, quasi ab eo impediatur, quod iure sibi conuenit; id quod comprobat laudans *Authorem* nostrum citatus *Augustin. Barbosa in d. allegat. 6. num. 98.* nec non *Gutierez part. 2. Canonic. QQ. cap. 11.* vbi alios recenset casus ad restitutionem adstringentes, eosque antè tradidit etiam *Sotus de Iustitia, & Iure, lib. 3. quæst 6. artic. 1. conclus. 9. & lib. 4.*

quæst.

Digitized by Google

quæst. 6. articul. 3. ex huiusmodi nàmque statu-
3 to, vel lege contractus quidã vltròcitròq; obliga-
torius dignorem inter, & Episcopum electorem
resultat, quem Episcopus ipse præcisè obseruare
tenetur: quemadmodùm in simili, nempè in sub-
hastatione dixit *Bartolus* communitèr sequutus
in *l. licitatio, num. 4. D. de publi. & vecti.* in qua
promitti solet, quòd res plus offerenti dabitur:
quando autem Iustitia Commutatiua violatur,
absolutissimum est, illam violantes ad damni re-
stitutionem teneri.

14 Quamobrèm huiusmodi statuto, vel lege, qua
beneficij collatio illi promittitur, quem digno-
rem esse constiterit, minimè existente, nullam
restituendi obligationem contrahere Episcopum
conferendo beneficium digno digniori omisso, ex
pluribus elegantèr resoluit *Hadrianus in 4. sen-
tiarum, in tract. de restitution. cap. incip. Quia
iàm determinatum*, cuius opinionem sequitur
Sotus vbi supra, demùmque *Couarruu. in Regul.
peccatum, part. 2. §. 7. num. 6. de regul. iur. lib. 6.*
vbi opinionem hanc benigniorem esse dicit, &
amplectũtur *Guttierez & Barbosa in locis suprà
citatis*, nec non *Padilla in l. cum quidam, num.
18. D. de legat. 2.* & latè sermonem habet *Paul.
Xamar. in tract. de Officio Iudic. & Aduocat.
part. 1. quæst. 22. ex num. 1. cum plurib. seqq.* cu-
ius meminit *Dom. Consiliarius Franciscus. Ma-
ria Pratus in annotat. ad Consiliar. Paschal. de
viribus patria potestatis, part. 4. cap. 3. vers. Est
tamèn, in fine.* Ecclesiæ nàmque, seù Reipubli-
15 cæ ad quam dignum eligit, nihil restituere tene-
tur, cùm eidem dignum præposuerit, nec damnũ
aliquod ea ex electione sibi contingerit: neque
ius ad eamdem electionem prætendere posset;
etiam digniori, qui eligi debuerat, cùm is nullum
16 fuerit, quippè quod tunc ad damni restitutionẽ
tametsi aliud sit, quando de indigno electio facta
astrictum esse traditur, quam tamèn restitutionẽ
dignis, seù dignioribus, quibus officium, seù be-
neficium præstandum erat, haùd fieri debere,
cùm hi nullum ius considerabile ad officium il-
lud, seù beneficium prętendere possint, sed Ec-
17 clesiæ, vel Reipublicæ, cui ex indigni electione
damnum contingit, docet *Hadrian. vbi supra,*
quem referens sectatur *Sotus in dicta quæst. 3.
articul. 3. col. 29.* qui id ipsum comprobat ti-
18 litudine Oeconomi, quẽ Dominus misit ad con-
ducendos operarios, si enim ipse idoneis opera-
rijs prætermissis, alios haùd idoneos conduxerit,
quicquam idoneis, vel magis idoneis restituere
non tenebitur, sed Domino, cui ex mala opera-
riorum electione damnum intulit.

19 Huiusmodi autem obligationem sub mortali
dignioribus conferendi beneficia, de possibilibus
Diœcesanis intelligere statuitur, etenim hi, de
quibus constat, quòd inibi habere non possunt,
extrà eligibilium latitudinem computandi sunt,
quippè quòd vniuersũ Orbẽ perquirere nõ tene-
20 neficia in Diœcesi existentibus conferendo ex-
tur, vt meliores habeat, cui conferat, idcircò Be-
culari Episcopum, post *Caietan.* docet *Mich. Sa-
lem. de institit. quæst. 63. articul. 2. cõtrouers. 3. vers.
Tertiò certum est.* quem sequitur *Barbosa d. l.
num. 99.* adnectens *num. seq.* itàque demùm esse,
21 vbi dignori omisso Beneficium digno conferen-
tur, cùm damni exiguitate, idest si dignioris ma-
ior idoneitas idoneitatem minus digni parum ex-
cederet, sicquè vt tunc mortiferum peccatum nõ
committatur, ex *Nauarr. in tract. de orat. mis-
cell. 43. vers. Fallit tertiò* & ex *Gregorio de Va-
lentia in 2. 2. disputat. 5. quæst. 7. punct. 2. §. secun-
dò quæritur*, & præterea, si excellus alterius cõ-
22 siderationis foret, & electio ad munus magni
momenti non esset, ex *Salon. in dicto articul. 2.
controu. 3. vers. His positis*, & *Bannez ibi. vers.
sit prima.*

23 Dicendum modò ex his consequitur, absentẽ
etiã Præsentatum, seù electum ad beneficium, ab
Episcopo institui haùd posse, quia nequit eum in
absentia examinare, argumento *textus in cap. si
forte, de elect. in 6.* qua de causa de eius idoneita-
te non potest cognoscere, quod latè probat *Ab-
bas Panorm. in cap. nouit, de iudic.* vnde *ibidem*
24 *Prælato, & in consil. 76. num. 2.* vnde *ibidem*
Episcopo institui posse, & præsentationem, ac
institutionem validam esse, si ei notum sit, illum
idoneum esse, vt notauit etiam *Innocent. per tex-
tum ibi in cap. in Lateranen. in vltimis verbis,
de præben.* & sequuti sunt *Garzia de Beneficiis,
part. 4. cap. 1. à num. 16.* vbi à *num. 23.* declarato-
rem Illustris. Cardin. refert, & *Barbosa de Offi-
cio, & potestate Episcopi*, allegat. 60. *num. 85.* vbi
25 dicit, quod si ei notum sit, veluti quia Doctor est
in aliqua Vniuersitate studij generalis graduatus,
examine non indiget, vt etiam ex doctrina *Glos-
in verb. Ignota, cap. de Petro, distinct. 47.* iuncto
*Sacro Concilio Tridentin. sess. 7. cap. 13. in fine,
de reformat.* resoluunt *Cened. ad Decret. collect.
15. nu. 3. Henriquez in summa lib. 10. cap. 18. in
princ. Sà in Aphorism. verb. Examen*, & opitu-
lari videtur ex ratione illa, quia personalis præ-
26 sentatio ad alium finem non requiritur, nisi vt Su-
perior, qui habet instituere, illum ad finem ap-
probandi, vel reprobandi examinare possit, vndè
si Episcopo notum sit, absentem institui posse, cõ-
sequitur, etsi alia examinatio non interueniat,
cùm illa non requiratur *cap. constitutus, de ap-
pellat. & can. nullus, 24. distinct.*

27 Sed priorem effatum abdubio procedere in
præsentato ad Parochialem, etsi conscius sit Epi-
scopus, illum idoneum esse, animaduertunt recen-
sendi *Doctores*, siquidem in hac examen præcisè
28 necessarium est, adeò quod omittere non potest
ex eo, quòd prouisus notoriè dignus sit, vt putà
quia Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel
Iure Canonico, aùt publica in Vniuersitate gra-
duatus, vt astruunt, & per Sacram Congregatio-
nem decisum referunt *Gonzal. ad Regul. 8. Can-
cellar. Gloss. 4. num. 90. Garzia vbi supra part. 9.
cap. 2. num. 103. Fusc. de visitation. libr. 2. cap.
5. num. 10.* vbi resolutionem hanc procedere
29 dicit, etiam si esset saltem notissimus Doctor, qui ma-
ximo cùm applausu per plures annos legerit,
*Flamin. de resign. lib. 8. quæst. 9. num. 83.
& 87.* vbi locum esse dicit, etiam si ipsius
30 Episcopi Vicarius [illegible] *num. 6. &
scopi, cap. 50. §. 6.* [illegible] *§. 10. num. 6.* [illegible]
quos conglomera[illegible] *seqq.* vbi etiam notat, quomodo
tato loco, num. 86 [illegible] *præfatam in quocumque*
dum esse à *Garzi*[illegible] *executione vbi supra, dictum*
scribit, resolution[illegible] *officio locum sibi vendicare,*
Ecclesiastico Ben[illegible] *data Sacri Concilij Triden-*
nàm quamuis ex l[illegible] *memorato cap. 13. exami-*
tini dispositione it[illegible]

Digitized by Google

omnibus in Beneficijs necessarium esse agnoscamus, pro forma tamèn in solis Parochialibus requiri receptissima est Scribentium resolutio, in in alijs verò simplicibus cùm residentia, vel sinè illa, de necessitate non requiritur, nec fit, si prouisus est persona insignis, notorièue idonea, vt supra exaratum est, & in sui personam hac in Curia practicatum scribit idem *Barbosa ibidem num.* 88. quinimò semèl examinatus, & approbatus ad vnum Beneficium, ad aliud simile haùd ampliùs examinatur, pro vt in Curia seruari referunt *Gozal. in dict. Gloss. 4. num. 84. Episcop. Riccius in praxi fori Ecclesiast. Resolut. 356. & Barbos. dict. loc. num. 89. in fine; & num. 90.* vbi secùs esse exponit, si ad superius Beneficium promouendus sit, etenim tunc eius scientia denuò examinari debet, quoniam literatura pro dignitatis maioris, vel minoris conditione, maior, minorue requiritur; Deniquè si ad simile Beneficium promoueatur in Ecclesia tamèn, vel loco ampliori, maioriue, aùt nobiliori, vel celebratiori, vt eo etiam casu sit denuò examinandus, stylo Romanę Curiæ seruari dicit *Azor. Instit. moral. part. 2. libr. 6. cap. 6. quæst. 9.* vbi quoque aduertit, promotum etiam ad simile, æqualeue Beneficium similis loci, & Ecclesiæ, si priori in examine minus ideneè, aptèque respondit, examinari debere, itidèmque si creditur, eum post examen in literarum studio se negligentèr gessisse, & obitum esse illud, quod antè didicerat, aùt si alij sint candidati, qui vnà cùm eo Beneficium petunt, quo in casu succedunt ea quę superius dilucidata, quæstione exarata sunt.

PROLOGOMEN.

Vicarium suam extrà Diœcesim dimissoriales literas concedere posse, Episcopo tamèn in remotis agente, & de speciali eius mandato, deciditur: quamque demùm dimissorias literas dandi potestatem habere etiam Capitulum Sede vacante, probatur, elapso tamèn anni curriculo à die obitus Præsulis numerando, iuxtà *S.C.T.* decretum *sess. 7. de reformat. cap. 10.* etsi Capitulum Sede vacante dicto *S.C.T.* decreto contrauenerit; literas nèpè dimissorias intrà præfatum anni curriculum in casibus sibi non permissis concedendo, nùm ità ordinatus Clericali gaudeat priuilegio? cùm alijs nonnullis indicantur.

RERVM SVMMA.

1 *Episcopus dimissoriales literas tantùm concedere potest.*
Restringitur, si excommunicatus fuerit, vel suspensus declaratus, vt num. 2.
Et cui probandi onus incumbat? traditur nu. 3.
4 *Prælati inferiores dimissoriales literas concedere non possunt, nisi ab Apostolica Sede eisdem specialiter data fuerit potestas, & num. 5. & 6.*
7 *Vicarius dimissorias literas concedit de speciali Episcopi mandato, & illo in remotis agente.*
Ampliatur vt num. 8. vsque ad num. 12.
9 *Facultas dandi dimissorias est de solitis pro Vicariorum iurisdictione.*
10 *Facta quando licita præsumantur.*
11 *Vicarius, quod concedere poterat, voluisse præsumitur.*
13 *Capitulum sede vacante literas dimissorias concedit.*
Declaratur, vt num. 14.
15 *Quisnàm arctatus dicatur occasione beneficij recepti, & quis occasione beneficij recipiendi.*
16 *Capitulum Sede vacante literas dimissorias concedens intrà anni curriculum in casibus sibi non permissis Ecclesiastico subiacet interdicto.*
Extenditur ad Administratorem Sede vacante loco Capituli, vt num. 17.
18 *Ordinatus, qui literas dimissorias obtinuit à Capitulo Sede vacante intra anni curriculū, Clericali priuilegio nō gaudet, si in minoribus ordinibus fuerit constitutus.*
Intelligitur post Iudicis declarationem, vt num. 19.
Quid si fuerit in maioribus ordinibus constitutus? traditur num. 20.
21 *Ordinatus, qui literas dimissorias à Capitulo Sede vacante obtinuit intrà annum, ante Iudicis sententiam priuantem eum Clericalis priuilegij, beneficium obtinere potest.*
Limitatur, quando absque literis dimissorialibus ab alieno Episcopo ordinari passus fuit, vt num. 22.
23 *Beneficium adipisci nequit Suspensus à iure tàm ab officio quàm beneficio.*
24 *Ordinatus ab alieno Episcopo absque literis dimissorialibus suspensus dicitur, ità vt actum ordini suscepto deputatum solemniter exercès irregularitatem incurrat.*
25 *Clericus interdictus, suspensus, vel excommunicatus fori priuilegium retinet.*
26 *Ordinatus à non suo Episcopo Clericus efficitur.*
27 *Episcopus, qui confert Ordines alieno subdito sine licentia sui Ordinarij an suspensionem incurrat.*
Et quid si Titularis sit? traditur remissiue num. 28.

OBSERVATIO XCVIII.

HAùd abre in huiusce loci causa altercatū fuit, Vicarius suam extrà Diœcesim nùm dimissoriales literas concedere possit? cùm eas dumtaxàt concedere possint cuncti Episcopi, qui attenta iuris sanctione, priuilegio, vel cōsuetudine ad ordines assumere valent ex *Gloss. final. in cap. cùm nullus, de tempor. ordin. in 6.* nisi excommunicati fuerint, vel suspensi declarati, tunc enim ipsorum dimissoriæ non valerent, & subditi à vicinori Episcopo se ordinari facere possent, quod tamèn probandi onus, Episcopum excommunicatum fuisse ipsis incumbit. *cap. 2. de tempor. ordin. in 6. Praxis noua Episcop. part. 1. cap. 1. n. 13.* Secùs autē inferiores Prę'ati, qui præfatas dimissoriales literas concedere nequeunt, nisi ab Apostolica Sede eisdem specialis data fuerit potestas ex dicto *cap. cùm nullus, §. inferiores*, aùt nisi aliquo peculia-

ri

5 ri iure eas dandi potestatem acquisiuissent, per ea quæ *Panorm.* scribit *in cap. accedentibus, num. 2. de excess. Prælatorum*, præsertim ex consue-
6 tudine legitimè præscripta iuxta *Gloss. in dicto §. Inferiores, verb Indultum*, quam sectantur *Capell. Tholosan. decis. 451. Petrus Gregor. Syntagm. iuris, libr. 40. cap. 2. num. 19. Augustinus Barbosa de Officio & potestate Episcopi, allegat. 7. num. 6. Campanil. in Diuersorio iuris Canonici, Rubric. 9. cap. 8. num. 2.*

7 Verùm enimuerò Prædicta etsi vera sint, posse nihilominùs Vicarium suam extrà Diœcesim dimissoriales literas concedere, Episcopo tamèn in remotis agente, de speciali eius mandato, decisum illa in causa fuit, quemadmodùm noster *Author* testatur *hic*, ex cuius traditis certa redditur talis sententia, & prò indubitata eadē ipsa firmant Iacob. *Sbroz. de officio Vicarij, lib. 2. quæst. 41. Vgolin. de officio, & potestate Episcopi, cap. 4 §. 7. vers. Quinto dimissorias, Praxis noua Episcop. dicto cap. 1. num. 13. vers. Concedit, Enriquez in Summa lib. 10. de ordin. Sacram. cap. 22. in fine, vers. Literas reuerendas, Rebuff. in praxi, titul. de forma Vicariatus Archiepisc. n. 47. Barbosa de officio, & potestate Episcopi, dict. allegat. 7. num. 9.* qui hoc quoque comprobat in *tom. 1. de iure Ecclesiastico cap. 32. num. 129. vers. Sed est aduertendum, Francisc. Pauin. de potestate Capituli Sede vacante, cap. 10. part. 2. princip. num. 17. Azor. Institut. moral. part. 2. libr. 3 cap. 45. quæst. 7. Mandos. ad Regul. 24. Cancellar. quæst. 6. num. 9. & 10. Petrus Gregor. Syntagm. iuris, libr. 16. cap. 9. post num. 3. Campanil. dict. cap. 8. num. 3. Narbona de appellatione à Vicario ad Episcopū. part. 1. num. 197. Gutierez Canonic. QQ. libr. 2. cap. 17. num. 20.* immò absoluta redditur ex Rotæ Romanæ Arresto emanato in vna Mauritanen. pensionis 25. Iunij 1626. coràm R. P. D. Meo Pirouano, cuius memor est *Barbosa vbi supra*, cuius in causa consideratum etiam fuit, quòd quamuis speciale man-
8 datum cùm clausula facultatiua literas dimissorias concedendi à Vicario nō exhibearur, nihilominùs illud nedùm expressè per illius exhibitionem, sed etiam tacitè per coniecturas, & præsumptiones probari potest; quoniam altercari nequit, tales concurrere posse, quæ indicent, Vicarium sufficiēntem facultatem habuisse, vbi de illa dubitari contingat; quarum hercle illam priorem
9 esse statuitur, nempè quòd facultas illa dandi dimissorias est de solitis pro Vicariorum iurisdictione, vti *Ioann: Andr.* exponit *in cap. cum nullus, in fin. de tempor. ordin. in 6.* dicens, tem-
poribus illis dari solere Vicarijs facultatē hāc dimissorias concedendi, & firmat *Crescent. in dec. 15. num. 6. sub tit. de probation.* Secundā de-
sumi, ex quo Ordinans, & Ordinatus sunt no-
10 probitatis, qui iàm facta præsumi licita faciunt, *cap. nisi essent, de prabend. Oldrad. cons. 115.* Gabriel *cons. 17. num. 57. libr. 2.* Tertiā colligi
11 ex eo, quòd Vicarius voluisse præsumitur, id quod cōcedere poterat, *Rota diuersor. decis. 675. num. 4. part. 3.* Quartam denique esse firmatur,
12 vbi consuratus publicā in ordinatione per Episcopum facta characterem recipit, cui nempè detrac-
tæ erant dimissoriales literæ in eadem Ciuitate, vbi Capitulum sedem habebat, quæ sola ad eius-
dem Capituli consensum probandum suffi- cens

est, quò ad hanc dādi dimissorias facultatem pro-
pter scientiam verosimilem, illiusque notitiam.
13 Quamque equidem dimissorias literas dandi potestatem habere etiam Capitulum Sede vacante, vt nempè Clericis suæ Diœcesis eas dare possit, vt ab alio Episcopo ordinentur, probat Summus Pontifex *Bonifacius VIII.* in dicto *cap. cum nullus, §. Episcopo, de temporib. ordination. in 6.* per *S. C. T.* Benefactum *sess. 7. de reformat. cap. 10.* restrictam, vt scilicèt non nisi elapso anni curriculo à
14 die obitus Præsulis numerando, dimissorias concedere queat, præterquam illi, qui alicuius Beneficij recepti, vel recipiendi ardatus fuerit, astruūt *Quaranta in Summa Bullar. verb. Capitulum, num. 5. Marchin. de sede vacante, vers. Decimò quæro, Cardos. in praxi Indic. verb. Capitulum, num. 5. Marchin. de Sacrament. Ordin. tract. 1. p. 6. cap. 3. num. 12.* 7. *num. 16. & in d. cap. 32. num. 114. & 126.* vbi
15 extricat, illos recepti Beneficij occasione arctatos dici, qui Beneficium aliquod obtinent personale seruitium requirens, cuius ratione de iure, cōsuetudine, priuilegio, Ecclesiæ statuto, vel fundatione annum intra se promoueri facere tenētur: arctatos verò Beneficij recipiendi occasione illos dici, qui ius habent, seù vocati sunt ad Beneficium aliquod vacantem, seù Capellaniam, quod tamen actu certum ordinem requirit, quo illi carent; Quamobrèm hic dubitari contingit.

Nùm, si Capitulum Sede vacāte dicto *S. C. T.* decreto contrauenerit, literas nempè dimissorias
ad ordines intrà præfatum anni curriculum in casibus sibi non permissis concedendo, ità ordinatus clericali gaudeat priuilegio? quod circà, &
16 Capitulum Ecclesiastico subiacere interdicto, scribit *Frācisc. Leo in Thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap 8. num. 48. Molin.* demùm *de iustitia, tract. 5 disputat. 11. num. 4.* amplians id ad Admi-
17 nistratorem olim Sede vacante loco Capituli, & si is, cui concessit, illis vsus haùd fuerit, ex quo actus, quo ad concedentem, per quem non stetit, perfectionem habere dicitur; Et ordinatum, si in mi-
18 noribus ordinibus constitutus fuerit, Clericali priuilegio non gaudere, firmant *Nauarra in consil. 20 aliàs 28. sub tit. de temporibus ordination. Tolet. in instructione Sacerdot. lib. 1. cap. 49. vers. Secundò, Henriquez in Summa, lib. 13. cap. 38. §. 2. lit. C.* & post alios comprobant *Lessius de Iustitia & Iure, lib. 2. cap. 34. sub num. 49. Molin. d. disputat. 11. num. 4. Francisc. Leo dict. cap. 8. num. 47. Quaranta vbi supra, Sayr. in florib. decis. sub vers. Secundo limitat, Nauarr. in consilio 20. aliàs 28. tit. de temporibus ordination. decis. 22. in princip. Marta de iurisdict. part. 1 casu 149 num. 8. Capanil. in Diuersorio 20 iuris Canonici, Rubric. 9. cap. 2. num. 9. Marc. d. part. 6. cap. 3. num. 13.* aduertens, hodie a- hanc Clericalis priuilegij pre-
19 uationem minime curii, nisi post hasce tuis declarationem, iuxta Constitutionem S. D. N. Pi-
bani VIII. aduers sueti cōtinetur in cit. cap. 10.
20 maioribus ordini Tridentinum male pro motus; Siquidem
Sacrum Concilium ab ordinum exe- ipsoiure declarat, & statuit
placitum suspensu- ipsoiure declarat, & statuit
Suarez de censur- tom. 1. disput. 31. sect. 1. num.
20. Petrus de Led- in Summa, part. 1. tract.
de Sacramento O- S. conclus. 5 & 8. et-
dinis, cap. 2ed-

zed.ad Bernard.in pract. cap.26. verb. Sine licentia, vers.Has autem dimissorias, animaduertentes, ex hoc colligi impedimentum hoc perpetuum haùd esse, sed temporale,donèc scilicèt alio futuro successori placeat.

21 Vndè, quia talitèr ordinatus clericale priuilegium ipso iure haùd amittit, sed post Iusdicentis sententiam,posse interim antequàm priuetur,Beneficium obtinere, astruunt *Quarant.in d.verb. Capitulum Sede vacante, vers. Hinc contingit, Nauarr.in d.consil.28. Sanchez de matrim.lib. 7.disputat.46.num.18.* quidquid sit, quando ali-

22 quis absquè literis dimissorialibus ab alieno Antistite ordinari passus fuerit, quo casu illum ad beneficia consequenda inhabilem esse, resoluunt *Gabr.in consil.181.num.5.& 6. lib.4. Rebuff.in consil.1.& in praxi, Rubr.de literis dimissorialib.num.22.& de pacific.possess.num.127. Petrus Gregor.de Beneficijs,cap.36.num.12. Campanil. d.Rubr.9.cap.2.num.1. Carolus de Grassis de effect.Cleric.effect.1.num.636.& effect.15. num.38.* ea quippè ratione, quia omnis à iure suspensus

23 tàm ab officio, quàm beneficio, nequit Beneficia adipisci, cùm illorum sit incapax, prouisioquè ei facta nullitatis vitio laboret, *cap. cùm dilectus, vers.Quia nobis,de Consuetud.* vbi *Gloss. in verb. Cessauimus,Lessius de Iustitia,lib.2.cap.34.num. 116.Mayol.de irregularit.lib.3. cap.19. num.10. Azor.Instit.moral. par.2. lib. 6.cap.7. quæst.2.* Sed huiusmodi promotus est suspensus,adeò quod

24 si actum Ordini minori suscepto deputatum, proprium, & peculiarem solemnitèr exercuerit, irregularitatem incurret, prout docet *Nauarra in manual.cap.27. num.163.* quem refert *Bellet. Disquisit.Clerical. part.1. tit.de disciplina Clericali,§.5.num.62.* vndè consequens fit, vt Beneficia consequi nequeat; limitationem attamèn id pati notat citatus *de Grassis ibidem, num. 641.* quò ad fori exequutionem,quoniam Clericus et-

25 si interdictus,suspensus,vel excommunicatus,fori priuilegium haùd amittit, vt coràm sæculari Iudice conueniri non possit;is enim, cui Ordines

26 à non suo Episcopo conferuntur,Clericus efficitur,siquè Ordinis character imprimitur, *de Grassis d.l.num.634.cum seqq.Bayard. ad Clarum in §.final.quæst.36. num.25.*

27 At quid dicendum de Episcopo, qui alienum Clericum sinè ex presso consensu, seù dimissorialibus literis sui proprij Episcopi ordinauit, nùm suspensionem incurrat? videndi sunt *Vgolinus de officio,& potestate Episcopi,cap.26.§.22. num.2. Reginald.in praxi fori pœnitentiæ,libr.32. tract. 2.num.69.Campanil.in Diuersor.iuris canonici, Rubr.9.cap.1.num.16. Ricc.in praxi fori Eccles. Resolut.256. Bonacin. de Sacrament. disput. 8. quæst.vnic.punct.4.num.29.* Quidue si sit Titula-

28 ris earum scilicèt Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium existunt, Clero carens, & populo Christiano adeundi sunt *Henriq.in Summa lib. 14.cap.17.§.3.lit. A. Azor. Instit.moral.part.2. lib.3.cap.48.quæst.6. Gallett. in margarit. casuũ consc.verb.Episcopus, Francisc. Leo in Thesauro fori Eccles.part.3.cap.8.num.16.& par.1. cap.4.num.24. Ricc.vbi supr. Resolut.495.* & decidit *Sacrum Concilium Tridentinum sess.14.de reformat.cap.2.*

PROLOGOMEN.

Colonus specialem habens rei locatæ hypothecam,cùm pacto, & conuentione de ipsa re non alienando iurisiurandi religione vallata, vt à singulari successore intrà locationis tempus expelli non possit, etiam si soluere velit interesse, ex communi DD. voto annuitur: quod tamèn in colono partitario apùd nostros Iurisprudentiæ Peritos maximoperè controuerti demonstratur, illorum adductis opinationibus: & quid fore dicendum, cùm locatio est ad longum tempus? ac demùm quando ità dicatur? haùd extrà materiam exponitur, declaraturq; & an Prælatus Successor locationi Rectoris Ecclesiæ, seù Prælati stare teneatur? postmodùm distinctionis moderamine adhibito resolutum ostenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Colonus à singulari successore expelli non potest, quando specialem habet rei locatæ hypothecam, cùm pacto de re ipsa non alienando.*
Ampliatur, etiam si singularis successor soluere velit interesse, vt num.2.
Sed intelligitur concurrente iurisiurandi religione,vt num.3.
Quod pro cautela traditur num.4.

5 *Successor singularis quando colono stare non teneatur? & offerendo interesse liberetur? & num.6.17.& 18.*

7 *Colonus partitarius nùm à singulari successore expelli possit.*
Doctorum varijs opinationibus recẽsentur num. 8.10.& 16.
Auctoris sensus traditur num. 19.& 20.

9 *Actio personalis contrà singularem successorem non transit.*

11 *Locupletari cùm alterius iactura nemo debet.*

12 *Colonus partitarius tacitam habet hypothecã in fructibus pro impensis in fundo factis.*

13 *Venditor in generali venditione ea vendidisse non videtur, quæ ad eum pleno iure non spectant.*

14 *Colonus partitarius socij loco habetur.*

15 *Socius in venditione præfertur.*

21 *Successor per sententiam Iudicis colono stare tenetur.*
Declaratur vt num.22.

23 *Conductor pro impensis melioratiõibus in re conducta factis retentionem non habet, quando conductio facta est post litis motam.*
Contrarium num.24.
Exaratur num. 25.

26 *Successor singularis colonum expellere non potest, quando locatio est ad longum tempus.*

27 *Ius in re ex locatione ad longum tempus transfertur.*

28 *Res alienari prohibita ad longum tempus locari non potest.*

29 *Res pupillorum alienari prohibitæ sine solemnitatibus in alienationibus requisitis ad longum*

Digitized by Google

gum tempus locari non possunt.
Quod extenditur in re emphyteutica, vt num. 30.
Similiter in feudo, vt num. 31.
Et in concessione facultatis percipiendi fructus à feudo, vt num. 32.
33 Feudatarius fructuum perceptionem in perpetuum contedere non potest, & num. 35. & 36.
34 Feudi vsusfructus sine Regio assensu concedi nequit.
37 Locatio quando ad longum tẽpus dicatur, quandonè secùs, & num. 39.
38 Ius in re, vt in locatione ad longum tempus non constituatur, pacto cauerì non potest.
40 Locatio ad longum tempus non dicitur, quando ad vitam concedentis, siuè concessionarij facta est.
Contrarium verius, vt num. 43.
41 Feudi fructus sine assensu locari possunt, quando locatio pro eo tempore fieret, quo fructus penès locatorem erunt.
Contrarium verius, vt num. 45.
42 Locatio ad vitam tempus indeterminatum continet.
44 Incertitudo magis longum, quàm breue tempus indicat.
46 Prælatus Successor an stare teneatur locationi Rectoris Ecclesiæ? traditur num. 47. & num. 48.
Et quomodo accipiendũ sit? exponitur num. 51.
49 Locatio à Prælato tanquàm Ecclesiæ Tutore, seu Curatore facta censetur.
50 Prælatus successor restitutionem petere potest, quando Ecclesia fuit læsa.

OBSERVATIO XCIX.

PRæexpensis omnibus hoc in loco elucidatis comperimus, receptum dogma esse, quòd colonus à singulari successore expelli non potest, si specialem habeat rei locatæ hypothecam, cùm pacto, & conuentione de ipsa re non alienando, etenim quando pacto cauetur, quòd res conducta in alium alienari non debeat, & si contrà fiat, alienatio sit nulla, & pro contractus obseruatione res sit colono specialiter hypothecata, tũc Dominus dominium in emptorem in coloni non consentientis præiudicium transferre nõ potest, vt expressè *Martianus I. C.* docet *in l. si creditor 7. D. de distract. pignor. & hypoth.* & sic plenè probant post alios *Surdus in consil. 331. ex num. 18. cùm seqq. lib. 3. Gozad. in cons. 78. col. 2. Iason in l. quoties, vers. Vndecimò, C. de reiuẽdicat. Barbos. in l. si filiofamilias, §. final. à num. 33. D. solut. matrim. D. Præs. de Franchis in decis. 302. num. 3. Scapuc. in opusc. de successionsingular. limit. 16. num. 10. vers. Nõ caret, & num. 14., vers. Concludo igitur, Carroc. de locato, & conduct. part. 4. titul. de successor. quæst. 25. num. 35. & seqq. Tiraquell. de retract. conuention. §. 1. gloss. vnic. num. 6. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. tom. 1. lib. 5. tit. 10. num. 20. Consiliar. Paschal. de virib. patria potestatis part. 4. cap. 6. sub num. 15.* vbi *Dom Consiliar. Pratus in annotat. Dom. Regens de Marinis tom. 1. Quotidian. Resolut. cap. 259. num. 23. in fin.* & nuperrimè etiam notat *Dom. Albertus Al-*

derisius in tract. de symbolicis conuentionibus, tit. 2. cap. 6. num. 34. qui omnes post alios, quos recenset, dicunt, sententiam hanc procedere, & si singularis successor soluere velit interesse, quod placeptum, concurrente iurisiurandi religione, ranè certum est, & ab omnibus communi voto receditione cuius tenetur Dominus præcisè ad factum, conductorem à iurisiurandum eo fortiùs dominij translatio impediatur, vt in specie post *Bartol.* alioſque tradit noster *Author hic num. 7.* & comprobat in *tom. 1. Disceptation. forens. cap. 37. num. 22. & seqq.* quemadmodùm quoque *Couarr. Variar. Resol. lib. 2. cap. 15. sub num. 3. vers. Secundum hinc deducitur*, circà fin. & concinunt *Card. Mantic. vbi sup. lib. 4. tit. 30. num. 20. Natta in cons. 426. num. 4. Guttierez in repetit. l. nemo potest, num. 45. cum seq. D. de legat. 1.* & *in tract. de iuramento confirm. par. 1. cap. 39. num. 7. Surdus* post multos, quos manuducit *in decis. 225. à num. 10. cum seqq. ibi* & etiam *Dom. Consiliur. Hodierna in addit. num. 6.* demùm q. Post alios *Gaspar Thesaur. Quæst. forens. l. b. 2. quæst. 13. nu. 9. & seqq. P. Fragos. de Regimin Christian. Reipubl. par. 3. libr. 6. disput. 11. §. 2. num. 10. vers. Similiter, P. Molina de Iustitia, tom. 2. disput. 490. num. 7. Cauall. cõmun. contr. acommun. quæst. 756. nu. 18. cum seqq. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 157. num. 2. Cirocch. disceptat. 69. num. 12. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 14. de locatione & conductione, num. 19. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 13.* Vbi ità quoque in Rota Romana bis decisum fuisse testatur, & per Rotam Lucens. ità pariter iudicatũ refert *Magon. in decis. 97. num. 23. & seqq.*

4 Vndè prudentissimi causarum Oratores consuetum habent, in locationum instrumentis, quæ ipsis consulenda veniunt, expressam apponere, & specialem hypothecam, cùm pacto de non alienando durante conductionis tempore, & sic cùm iuramento, propterea quod prædictis omnibus minimè adhibitis elucidata procedere valdè controuersum est, adeò quod specialis rei locatæ hypotheca absque prædicta pactione de ipsa re non 5 alienanda hanc vim non habet, vt præcisè alienatio non teneat, cogaturq; emptor locationi stare, immò eo ipso dissoluitur, quòd à possessore, vel à secundo successore, primo interesse soluitur, vt aliorum fultus auctoritatibus Probat *Couarr. in cit. cap. 15. num. 3. vers. Secundum*, etsi alij dixerint, primo cedere quando partes conuenerunt, vt 6 vendita re conducta à locatore interesse colono resoluatur, & pro eo rem conductam specialiter hypotheca posita fuit pro contractus firmitate, & obseruantia, vt *Peguera inquit in decis. 215. num. 3.* & ex alijs latè sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna in dicta decis. 225. sub num. 4.*

7 Prædicta equidem omnium cõtrouersiam antiquissimam *IC*rum omnium cõtrouersiam circà antiquissimam *IC*rum omnium cõtrouersiam antiquissimam *IC*rum omnium cõtrouersiam antiquissimam *IC*rum omnium cõtrouersiam

gularis ſucceſſor colonum partitarium locationis
8 intrà tempus expellere poſſit, quia huiuſmodi colonus nullum ius in re habet, quinimò nec hypothecam propter operas in cultura poſitas, ſed actionem dumtaxàt perſonalem contrà eum, qui ſibi dedit ad colendum, quade cauſa partitario colono ſtare non tenetur ſingularis ſucceſſor, cùm
9 perſonalis actio contrà ſingularem ſucceſſorem minimè tranſeat, *l. emptorem, C. locat. & l. ſi merces*, §. 1. *D. eod.* ita poſt alios, quos recenſent, probant *Dom. Præſ. de Franchis in deciſ.* 334. *Card. Mantica tom.* 1. *de tacit. & ambig. conuention. libr.* 6. *titul.* 11. *Surdus deciſ.* 265. *num.* 10. *& deciſ.* 294. *Marta voto* 139. *Coſta in tractat. aut ſciebat, aut ignorabat, centur.* 1. *diſtinct.* 68. *Conſiliar. Paſcal. de virib. patria poteſtat. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 27. *in fine, Dom. Rodoer. ad Reg. de Marinis tom.* 1. *quotid. reſolut. cap.* 259. *num.* 2.

10 Quorum ſententiam falſam eſſe arbitrauerunt alij, vndè contrarium ex diametro ſuſtinent ex
11 eo, quia cùm alterius iactura locupletari nemo debet *ad textum in l. nàm hoc natura, C. de condit. in debit. in l. naturaliter*, §. *final. & in l. hæc condictio, D. eodem titul.* fecit enim colonus multos ſumptus pro fructuum recollectione, iuſtum proindè non eſt, illum expellendum fore;
12 Deniquè quia fructuum portio ob eius induſtriam, impenſaſquè infundo factas partitario colono datur, quæ tacitam hypothecam inducunt, argumento *l. interdum, cum l. ſequ. D. qui potior. in pignor. habean.* Præterea, quia in generali vendi-
13 tione ea venditor vendidiſſe non videtur, quæ ad eum pleno iure non ſpectant, & colonus partita-
14 rius ſocij loco habetur, *Carroc. de locat. part.* 4. *quæſt.* 25. *num.* 14. eique actio competit prò ſocio *Bartol. in l. ſi apes*, §. *item conſtat, D. de fruct. & lit. expenſ.* & ſocius expelli non poteſt, ſed in
15 venditione præfertur, *l. idemque*, §. *quid igitur, D. prò ſocio*, vbi partis ratione ius habet in re communi: ità reiecta *Dom. Præſ. de Franchis* deciſione iudicatum teſtatur *Dom. Regens Sanfelicius in deciſ.* 366. *num.* 11. ſic quoque Senatum decreuiſſe inquit *Theſaurus in deciſ.* 55. demùmque ſic deciſum fuiſſe refert *Anna in ſingul.* 530. ſicque ſeruari dicit *Peregrin. de fideicomiſſ. artic.* 49. *num.* 92. & concludit in *tractat. de iure Fiſci, libr.* 6. *titul.* 4. *num.* 32. *verſ. Ego autem exiſtimo*, plenè noſter *Author in additione ad ſuam deciſ.* 176. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi quoque hanc veriorem ſententiam eſſe ſcribit, & ſe ſubſcribit *Alexander Trentacinq. libr.* 3. *Var. Reſolut. titul. de emptione, & venditione, Reſolut.* 6. *num.* 3. *verſ. Mihi autem*, nec non *Dom. Conſiliarius Hodierna ad Surdum deciſ.* 294. *num.* 2. & denique cæteris omiſſis ſequitur *Molignat. de retention. quæſt.* 117. ex vi tacitæ hypothecæ, quam propter operas huiuſmodi colonus in fructibus habet.

16 Alij deniquè expoſitarum ſententiarum neutram ſimplicitèr applaudentes ſcribunt, quòd aùt agitur de fructibus pendentibus mox colligendis, & tunc procedit poſterior iſthæc ſententia, quæ ſtatuit, vt colonum huiuſmodi expelli nequeat: aùt agitur de fructibus futuri temporis, in quorum futura recollectione colonus nullos sùptus fecit, & eo caſu locum habet prior ſententia, quæ firmat, huiuſmod colonũ expelli poſſe cùm nullũ patiatur detrimentum: ità *Oſach. in deciſ.* 82. *Dom. Regens de Marinis tom.* 1. *Quotid. Reſolut. cap.* 259. *num.* 3. *Dom. Regens Sanfelicius vbi ſupra num.* 10. quam ſententiam comprobare videntur *Author noſter in tom.* 1. *Diſceptat. forenſ. cap.* 37. *num.* 3. *& Surd. in deciſ.* 52. *num.* 12. dùm tradunt, ſingularem ſucceſſorem
17 colono ſtare teneri prò anno cœpto, quando factæ ſunt expenſæ, quod pluries confirmauit Rota, vt *Cirocch.* refert in *Diſcept.* 72. *num.* 37. qui *num.* 38. reijcit *Carroc. de locat. part.* 2. *grad.* 3. *titul. de vſufruct. quæſt.* 6. *num.* 2. *& Barboſ. in l. ſi filio familias*, §. *final. num.* 3. *D. ſolut. matrimon.*
18 aſſerentes ſatis eſſe ſi colono expenſę factæ reficiantur, tanquàm loquentes abſquè vlla auctoritate, & contrà communem opinionem, quam ſaltèm de æquitate, & conſcientia procedere firmat *Alexand. Trentacinqu. in dicto libr.* 3. *Reſolut.* 3. *num.* 10. quidquid ſit pro annis ſequentibus, vt rectè noſter *Author vbi ſupra, & Merlin. de legitima, lib.* 3. *quæſt.* 22. *num.* 9.

19 Quid modò dicendum? aùt quomodo euadendus nobis eſt, aùt diſſoluendus nodus iſte gordianus? tuum ſit iudicium candide Lector, mihi tamèn arridet poſterior iſthæc traditio, vti nimis æqua, harumquè pugnãtium opinionum conciliatrix; Verùm enimuerò ex ſuprà recenſitis indiſtinctè ſecundam opinionem ſequerer, vbi colonus pro locationis obſeruantia rem locatam ſpecialitèr hypothecatã haberet, cùm pacto de nõ alienãdo durãte cõductionis tempore, & cùm iuramento, etiam ſi eſſemus in ſubhaſtationis iudicio,
20 ſicque in neceſſaria venditione, dummodò conductio litem antè conteſtatam facta foret, & ab habente plenum dominium in re, quoniam tunc
21 ſuccedentem etiam ex Iuſdicentis ſentẽtia ei ſtare teneri haùd ambigimus per pulcram *Dom. Præſ. de Franchis deciſ.* 216. quam ſequuntur *Addentes*, nec non *Author noſter in tom.* 1. *Diſcept. forenſ. cap.* 37. *à num.* 8. *& ſeqq.* & poſt alios *Dom. Regens Rouitus in conſil.* 81. *num.* 2. *tom.* 1. & ibi *Dom. Altimar. in addit. num.* 22. *Surd. in deciſ.* 40. & ibi *Dom. Conſiliar. Hodierna in addit. Dom. Rodoer. in dicto cap.* 259. *num.* 18. etſi ſecùs ſit, quando facta eſſet poſt litem moram, &
22 ab haùd habente plenum dominium in re, quo caſu ſuccedens ex Iuſdicentis ſententia colono ſtare non tenetur, illumuè expellere poteſt, vt docent allegati *Doctores*, & comprobant innumeri, quos inſectans manuduxit *Amatus in libr.* 2. *Variar. Reſolut. cap.* 68. *num.* 6. adeò quod hoc in caſu neq; tali cõductori pro impenſis meliorationi-
23 bus in re conducta factis retentionẽ cõpetere, notant *Carroc. de locato, & conducto, cap.* 19. *part.* 3. *num.* 7. *Sebaſt. de Medic. de compenſat. part.* 1. *quæſt.* 22. at contrarium, quamuis eſſet malæ fidei
24 poſſeſſor, cùm eſſet locupletari cùm aliena iactura, tenent *Coſta de remedijs ſubſidiarijs, remed.* 12. *num.* 7. *Caſtill. de vſufruct. cap* 57. *num.* 17. *Garzia de expenſis, & meliorat. cap.* 7. *num.* 2. *cum ſeqq.* alijque quos recenſet *Dom. Conſiliarius Hodierna in dicta deciſ.* 40. *num.* 6. Idquod
25 conſtitutiſſimum eſt in bonæ fidei poſſeſſore, quidquid enim ſit de iuris rigore, certum eſt ſuccurrendum eſſe ei, qui rem reſtituit abſquè meliòramentorum deductione actione infactum ex æquitate *l. ſi me, & Titiũ, D. ſi certũ petat.* ſecundùm quam expenſas repetere poterit nè maxima

ini-

iniquitas sequatur, vt ex illis locupletior fiat Dominus cùm iactura eius, qui meliorauit, vt notant *Castrens. in l. si in area, D. de condit. indeb. & Valasc. de iure emphyteut. quæst. 25.* vbi quòd ità iudicandum est in Tribunalibus, quæ veritatem iuris subtilitate reiecta sectantur, nec non *Gaspar Thesaur. in lib. 1. QQ. Forens. quæst. 79.* vbi recensens pugnantia iura, veriorem sententiam esse probat, quòd meliorationes Iusdicentis officio peti possint.

16 Hinc, nè propter materiæ præstantiam ab expositis in præsenti loco elongemur, videamus quoque necessè est, an singularis successor colonum expellere possit, quando locatio est ad longum tempus? Negatiuè tradit noster *Author hic num. 2.* quam planè sententiam communi Doctorum calculo receptam legimus, & ità probant *Couarr. Var. Resolut. lib. 2. cap. 15. num. 2. Bilocta Consultat. 1. num. 52.* ea munirum ratione suadente,

17 quia ex locatione ad longum tempus ius in re trãsfertur, vt mihi probat expresè *Vlpian. l. C. in l. 1. §. proponitur, D. de superficieb.* ibi, *Et sanè causa cognita ei, qui ad non modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competit*, iunctо *Paulo I. C. in l. 1. §. qui in perpetuũ, D. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur*, & lequuntur *Paulus de Castro in l. final. num. 4. C. de reb. alien. non alienand. Bartol. & Scribentes in cit. iurib. Imol. in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, circà princip. D. solut. matrim.* vbi etiam *Alexand. num. 25. & in consil. 165. num. 3. lib. 2. Socin. Iunior in cons. 56. num. 11. & 12. lib. 2. Afflict. in Constit. nostri Regni Neapol. lib. 3. Rubr. §. ad fin. Couarr. d. lib. 2. cap. 16. num. 1. vers. Ex quo apparet*, vbi alios adducit, *Clarus lib. 5. receptarum sententiarum, §. final. quæst. 82. Statut. 5. vers. Sed nunquid*, quos sectatur *Molin. de Hispanorum primogenijs, lib. 1. cap. 21. sub num. 17.* vbi etiam notat, quòd hoc verissimum est, tametsi *Connanus lib. 7. cap. 12. fol. 535. & Pinel. in l. 1. par. 3. num. 66. cum seq. C. de bonis matern.* contrariam sententiam veriorem existimẽt, eamquè pluribus remedijs comprobare conentur, quia congruum responsum ad ea iura, quæ pro hac opinione citari solent, non assignant, præcipuè ad *text. in d. l. 1. §. proponitur*, ad quem cõgruum responsum assignari haùd potest.

28 Vndè traditur, rem alienari prohibitam ad longum tempus locari non posse, vt *Scribentes* communiterè in *cap. nulli, de rebus Eccles. non alienãd. & Tiraquell. de retr. actu municip. §. 1. gloss. 14. num. 8. Gregor. Lopez. in l. 19. tit. 8. part. 5. in verb. Su vida*, cùm alijs per *Molin. d. l. num. 18.*

29 & propterea pupillorum res alienari prohibitas sine solemnitatibus in alienationibus requisitis ad longum tempus locari haùd posse, firmat *Simoncell. de Decretis, tom. 6. part. 2. num. 123.*

30 quod etiam in emphyteutica re communi omnium Scribentium consensu decisum est, vt scribit idem *Molina ibidem num. 20.* & optimè resolvit *Iason in l. final. num. 112. C. de iure emphyt.* nec non *Iulius Clarus lib. 4. receptar. sententiar. §. emphyteusis, quæst. 19.* & pariter in feudo determinatum est, vt tenentur *Curt. de feudis, 4. part. in vltima causa amission. feudi, 1. regul. quæst. 3. Iulius Clarus d. lib. 4. §. feudum, quæst. 33.* quos & alios referens sequitur citatus *Molina d. l. num. 19.* & comprobãt *Freet. de suo feud. lib. 2. in limit. 16. ad Cõstit. Diuæ memoriæ, num. 43. Sehrader. de feudis, part. 8. cap. 1. Rosental. cæteros* omnes recensens in simili *tract. de feudis, cap. 9. membr. 1. conclus. 7. in Gloss. lit. I.* & nupèr tradit perbellè *Dom. Consiliarius Ioseph de Rosa in sua Consultat. 18. num. 32.* vbi quoque edocet, sic

32 demùm esse in concessione vsusfructus, seù facultatis percipiendi fructus à feudo, vt licèt per se ius in re non det, si tamèn ad longum tempus cõstituatur, ius in re tribuit, vt propria in materia feudali scriptum reliquit *Andr. in Constit. nostri Regn. Constitutionem Diuæ memoriæ, verb. Trãsactionis, num. 2. in fine*, vbi cùm statuisset, feuda-

33 tarium fructuum perceptionem concedere posse, subdit secùs, si in perpetuũ fructuum perceptionem alienaret, quia videtur quædam alienatio: sequitur *Dom. Regens Ronitus super Pragmat. 4. de feudis, num. 49. & seq.* laudans *Afflict. in citata Constit. num. 12.* qui ex professo hanc quæstionem tractat, conclusionem faciens, quòd vbi per longum tempus facta esset concessio fructuum feudi, concessus diceretur feudi vsusfructus, quod

34 sine Regio assensu fieri non potest; idem quoque clarissimè docent *Iacobus Ardizzen. in summa feudal. Rubr. 112. virùm vasallus possit vendere ius percipiendi fructus, fol. 118.* Petrus Rauenn. *de feudis, lib. 2. tit. 24. super §. denique, fol. 190.* *Harthmann. Pistor. QQ. Iuris, lib. 1. quæst. 15. num. 47. Afflict. in Constit. Si quis post litem. sub num. 9. vers. Solutio*, & optimè *Cannet. in Extrauag. Vulentes, cap. Et corollariè*, vbi cùm *fol. 158. num. 17.* hoc de vsufructu facti tractasset, dicens

35 licere feudatario illum absq; assensu constituere, statim sub *num. 32. vers. Et minus etiam, & num. 33. dicit*, hoc intelligi debere, si ad medicum tempus constituatur: id quod eo fortiùs procedit, quã-

36 do feudũ ipsum traditur in manus, gubernium mutè ipsius fructus percipere debentis, quippè quod tunc ius à ipso vsufructu grauiùs constitutum videtur, vt post *Raynaud. in cap. Imperialem, §. habito, sub num. 34. Borcholten de feudis, cap. 8. num. 65.* alios; à se manuductos, aduertit *Rosental. in citato cap. 9. membr. 1. conclus. 10. num. 5. in fin.* quod equidem circà confert *Bartoli* doctrina *in l. cotem ferro, §. qui maximos, sub num. 9. de public. & vectigal.* ibi, *Et ad eum transit cultura, & cura.*

37 Scilicet verumtamèn habet Iurisprudentiæ Peritorum sententias quæstio ista hæc in decidendo, quando ad longum tempus locatio dicatur? Quæ in re ecclesiæ ad longum tempus factam censeri, quando quinquennium vltrà facta fuit, nonnulli tradidere, sin autem nullique; verò quando vltrà septennium; nihilominùs crebriori Doctorum consensu probatum est, locationem, si per decennium facta fuerit, ad longum tempus dici, vt ex alijs tradit *Molina in citato lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 21. num. 29.* & latè *Couarr. lib. 2. Var. Resol. cap. 16. ed oce*ns quoque, id adeò verùm esse, vt neque

38 expresso pacto caueri possit, quòd istis in locationibus ius in re non constituatur, quod etiam firmauit *Afflict. in l. Imperialem, num. 15. de prohib. pecu. Frid.* quia fructuum commoditas, quæ ad locationem tempus transfertur, pro vera alienatione habetur in materia prohibitiua ad fraudem euitandam: quamobrèm colligitur, locationem

39 ad quinquennium ad longum tempus non esse, sed b[illegible]ue, nec quoquè locationem ad septennium, quin im-

quinimmò, quod amplius est, neque etiam loca-
nonem ad nouennium ad longum tempus esse,
colligit ex alijs *Eminentiss. Mantica in tom. 1.*
de tacitis, & ambiguis conuention. libr. 5. titul.
4. num. 10. Ar.

Nùm ad longum tempus dicatur, quando ad
vitam siuè concedentis, siuè concessionarij loca-
tio fieret? Hanc rem circà negatiuam aleam am-
plecti videtur *Isern. in l. Imperialem, num. 3. &*
in citata Constit. Cõstitutionem Diuæ memoriæ,
in verb. Transactiones, tradens, feudi fructus si-
nè assensu locari posse, quando locatio pro eo tẽ-
pore fieret, quo fructus penès locatorem erunt;
quod opinamẽtum præcæteris sectantur *Came-*
rar. in d. l. Imperialem, fol. 18. & Montan. ibidẽ,
rationem dantes, quarè locatio ad vitam non sit
ad longum tempus, quia est tempus indetermi-
natum, & à casu dependens, quod sicùt longum
esse potest, ità demùm euenire potest, vt breue
sit; Sed nos contrarium dicimus per *text. in Cle-*
nent. 1. vbi *Gloss. verbo Eius, de rebus Eccles. nõ*
alienand. & ibidem *Anchar. Card.* & *Imol.*
Alexand. in consil. 119. num. 8. lib. 3. Dec. consil.
204. num. 3. quos refert, & sequitur *Couarr. Var.*
Resolut. lib. 2. cap. 16. num. 3. vbi alia quoque iura
recenset nostram hanc sententiam comproban-
tia, & notant sic quoque *Nauar. in cap. 2. §. 1. de*
pœnitentia, dist. 5. Pinell. in l. 1. part. 3. sub num.
63. C. de bonis matern. Mart. Laudens. in repe-
tit. Rubricæ, D. de reiuendicat. num. 5. Aretin. in
consil. 55. num. 2. Corneus in consil. 243. lib. 3. So-
cinus Iunior in consil. 63. num. 11. lib. 2. Boer. in
decis. 234. num. 3. Card. Mantica in citato titul.
4. num. 11. Molina in d. cap. 21. sub num. 19. Ga-
briel. commun. conclus. lib. 3. conclus. 2. sub titul.
de locat. Dom. Consiliar. de Rosa in d. Consultat.
18. num. 33. quam sententiam communi Docto-
rum voto receptam testatur *Carroc. de locato,*
part. 2. quæst. 2. titul. de locatione ad vitam, sequi-
turq; *Peregr. de iure Fisci, artic. 4. num. 119.* &
comprobat *Molina Theologus in suo tract. de*
contractibus, Disput. 445. num. 5. vbi, quòd longè
maiori ratione ad longum tempus illa dicitur lo-
catio, quæ fit ad vitam locatoris, vel conductoris;
illa enim incertitudo magis longum, quàm bre-
ue tempus indicat, quia sufficit, contractum lon-
gum tempus continere posse, ad regulam *textus*
in l. sufficit, vbi *Bartol.* & *Ias. D. de condict. in-*
debit. & *l. Iurisperitus, D. de extusat. tutor.* Vndè
in feudis ità quoque post plures, quos referunt,
astruunt *Scrader. de feudis, part. 8. cap. 1. nu. 10.*
& seqq. Rosental. de feudis, cap. 9. membr. 1. cõcl.
7. in Gloss. lit. I. & notat illos laudans laudatus
Dom. Consiliar. de Rosa d. loc. num. 33. in fine.

Congruum est modo hic subnectere quæstio-
nem illam, quam demùm peculiari conatu per-
tractat noster *Author in præsenti loco*; Nùm Suc-
cessor locationi Rectoris Ecclesiæ, seù Prælati
stare teneatur? Hanc quidem quæstionem distin-
ctionis fœdere resoluunt, qui eam pertractant, ità
nempè, quòd Prælatus Successor locationi, vel
conductioni prædecessoris stare non tenetur, si
nomine proprio fructus, redditusq; Episcopatus
in suam vtilitatem ad tempus iuste, vel Synodali
Constitutione permissum locauit, & ipse antè
tempus locationis expletum decedat. Si verò
Prælatus administrationem habens haud nomi-
ne proprio, sed vti Rector, & Ecclesiæ nomine,
debita iuris solemnitate seruata, locationem ad
tempus iure permissum facta contraxit, ac loca-
uit, eius Successor locationem illam ratam habe-
re tenetur: ità scribunt *Card. Mantica* plura sci-
tu, notatuque digna congerens in *tom. 1. de taci-*
tis, & ambiguis cõuentionib. lib. 5. titul. 13. Card.
Tuschus Practicar. Conclus. lit. L. conclus. 419.
Azor. par. 3. tit. de locat. cap. 6. quæst. 7. noster
Author hic, & in tom. 1. Disceptat. forens. cap.
37. à num. 18. Mari. Antonin. Variar. Resolut.
lib. 1. Resolut. 45. Consiliar. Paschal. de viribus
patriæ potestatis, part. 4. cap. 6. sub num. 30. & se-
centis alijs relatis sequitur *Barbosa de officio, &*
potestate Episcopi, part. 2. allegat. 94. num. 1. &
nouissimè etiam obseruat *Dom. Alder. is. de sym-*
bolic. contract. tit. 2. cap. 8. num. 17. qua in re
sciendum est, eam esse rationem, quia locatio
Prælato tanquàm Ecclesiæ Tutore, seù Curatore
facta cẽsetur, secundùm *Couarr. in lib. 2. Variar.*
Resolut. cap. 15. sub num. 6. vers. Ego verò, adeò
quod si Ecclesia fuerit læsa, Successor restitutio-
nem petere poterit, vti *Zabar.* affirmat in *cons.*
95. num. 6. & 14. in fine, tametsi de Capituli consi-
lio locauerit, scribit *Angel. in cons. 245. num. 14.*
vers. Sed his rationibus. Verùm enimuerò qua-
tuor concurrentibus accipienda est conclusio
isthæc; Primò nempè, quòd locatio Ecclesiæ no-
mine facta fuerit; Secundò, quòd pro Ecclesiæ vti-
litate facta sit; Tertiò, quod in Ecclesiæ vtilitatem
conuersa sit pecunia; Quartò, quòd Superioris au-
thoritas interueniat; quomodo autem prædicta
intelligenda sunt adeundi sunt recensiti Doctores,
quorum nonnulli latè ista omnia explanant, id-
circò calamum sisto.

PROLOGOMEN.

Appellationis remedium decimarum in causis
non admitti, etsi receptum dogma sit, procede-
re tamen quòad suspensiuum effectum, haudq;
deuolutiuum annuitur, & demùm vbi controuersia inter Ecclesiam, laicumue fo-
ret, qui præscriptionem dumtaxat, vel con-
suetudinem prætenderet, secùs cùm exemptionem, & priuilegium, quo casu appella-
tionem quò ad vtrumq; effectum admitti ex-
ponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Decimæ gentium animarum tributa dicuntur.*
2 *Appellatio tributorum in causis non admittitur.*
3 *Nec quoque in causis decimarum.*
Ratio traditur num. 8.
Intelligitur quòad effectum suspensiuum, haudq;
deuolutiuum, vt num. 7.
Item quando controuersia est inter Ecclesiam,
& laicum, qui solam præscriptionem, vel con-
suetudinem prætendit, vt num. 17.
4 *Argumentum à tributis ad decimas validum*
est.
5 *Prædium ex quo decima debentur, est tacitè Ec-*
clesiæ obligatum.
9 *In causis decimarum procediturr summariè,*
simpliciter, & de plano.

Et

Et absq; aliqua iuris solemnitate, vt num. 11.
Item in feriarum tempore concurrentibus necessitatibus, vt num. 12.
Declaratur, vt num. 13. & 14.
10 *Decima de iure Clericis debentur.*
15 *Contra Aduocatos, alioſq; detinentes, & impedientes nè decima ſoluantur, ſummariè procedi poteſt.*
16 *Rector ſi agat contra ſubditum ad decimas nõ ſolutas, à præcepto cùm monitione ſub excommunicationis pœna incipere poteſt.*
18 *Appellatio in cauſa decimarum locum habet quãdo dua Eccleſia inter ſe litigant, & vtraq; ſe potiorem eſſe aſſerit.*
Sic pariter, quando decimarum Collector modum excederet, vt num. 19.
20 *Debitor decimarum prætextu eius, quod debetur, decimas denegare non poteſt.*
Nec propter ſterilitatem, vt num. 21.
22 *Fundi poſſeſſor pro decimis præteritis conueniri poteſt.*
23 *Decima eſt onus reale tranſiens in quemlibet poſſeſſorem.*
24 *Conuentio non valet in Eccleſiæ præiudicium, quòd prædium alienans ad decimam teneatur, & non emptor.*

OBSERVATIO C.

1 EGentium animarum tributa decimas eſſe, docet *textus in cap. Decima*, 16. *quæſt.* 1. *& in cap. tua nobis* 26. *de decimis*, vndè
2 quemadmodùm in tributis nõ appellatur per eum, qui illud ſoluere tenetur, vt expreſsè
3 ſtatuitur in *cap. final. §. quoties etiam*, 2. *quæſt.* 6. ità nec in decimis: à tributis enim ad decimas va-
4 lidiſſimum trahitur argumẽtum, vt in dicto *cap. Decima, & in d. cap. tua nobis, de decimis*, & trãdunt *Euerard. in Topicis legalibus, loco* 72. *Cantiunc. in ſimili tract. in* 33. *ſpecie loci à ſimili, Barboſ. argument. iuris, loco* 116. *Solorzan. de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 88. *Rodriq. de concurſ. & priuileg. creditorum, articul.* 5. *num.* 2. vbi etiam, quòd prædia, ex quibus decimæ debentur, ſunt tacitè Eccleſiæ obligata, cui-
5 us tacitæ hypothecæ virtute prælatio habetur alijs omnibus creditoribus expreſsam quoque hypothecam habentibus: quodnè in cauſis deci-
6 marum non detur appellatio, docet expreſsè *textus in citato cap. tua nobis* 26. *in fine, de decimis*, & ſequuntur *Gloſſ. in dict. §. quoties etiam*, *Federic. de Senis in conſ.* 81. *num.* 5. *in fine, Vinius in deciſ.* 73. *Caſtillus in deciſ.* 9. *num.* 1. *& 5. Borrell. in ſumma deciſ. titul.* 19. *de decimis, num.* 67. *lib.* 3. *Epiſcop. Ricc. in collectan.* 2191. *Ruginell.* alios quamplures congerens in *tract. de appellationibus, §.* 2. *cap.* 3. *num.* 256. *Salgadus* latè in *tract. de Regia protectione, tom.* 1. *par.* 3. *cap.* 2. *num.* 63. *cum ſeqq. Petrus Gregor. de appellationibus, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *Nicol. de concorda. Gloſſar. concord.* 6. *fallent.* 57. *num.* 93. tueturquè *Dom. Conſiliarius* Paulus Staibanus *Reſolut. Iuris, centur.* 2. *Reſolut.* 108. & meminit *Dom. Conſiliarius D. Carolus Petra in commentar. ſuper Ritibus M.C.V. Rit.* 256. *num.* 28. *in fine*.

7 Verùmtamen noſſe oportet, propoſitam hanc receptam concluſionem procedere quò ad ſuſpenſiuum effectum, haùdque deuolutiuum, vt
8 ſcilicèt per appellationem excquuri o nõ impediatur, non autem quòd penitùs appellatio non admittatur, quoniam exequutioni demandata ſententia appellans ſuam proſequi poterit appellationem, vt deciſum teſtatur noſter *Author hic*, dicens per Marchię Senatum cõceſsam fuiſſe appellationem hominibus Caſtriportus à ſententia decimarum lata in beneficium Canonicorum Capituli firmani, exequuta priùs dicta ſentẽtia, & tradunt etiam *Viuius in dicta deciſ.* 73. *num.* 2. & 3. *& Borrell. in citato titul.* 19. *num.* 70. quos ſequitur laudatus *Dom. Conſiliar. Staibanus d. l.* 9 *num.* 11. nec non comprobat *Ruginellus in d. §.* 256. *in fine, & in §.* 6. *Gloſſ.* 7. *cap.* 2. *num.* 55. vbi alios congerit, præſentemquè deciſionem laudat, & amplecti videtur *Scaccia de appellationibus, quæſt.* 17. *limit.* 18. *num.* 5. cuius concluſionis ea quippè eſt ratio, quia à ſententia lata ad pias cau-
10 ſas (quemadmodùm eſt decimarum cauſa) ad ſinem impediendi exequutionem appellare non licet, vt *Rebuff.* docet *de ſentent. prouiſ. in præfat. num.* 30. vbi loquitur in decimis, & *num.* 38. eumque ſequuntur *Tiraquell. de priuilegijs pia cauſa, priuil.* 153. *Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de legatis pijs, cap.* 4. *num.* 28. nec non *Dom. Conſiliar. Petra dict. Ritu* 256. *num.* 12. & 14. vbi aliam adnectit rationem, quia in decimarum cauſis proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de piano,
11 ſine ſtrepitu, ac iudicij figura; *Marant. in ſpeculo aureo, part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 174. *Borrell. in dicto titul.* 19. *num.* 33. præcipuè quando eſt in-
12 ter Clericos, quibus de iure decimæ debentur, & eos, qui ſoluere debent, *Clement.* 2. *de iudic. Moneat. de decimis, cap.* 8. *num.* 41. *Piaſec. in praxi Epiſcoper. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. *in princip.* imò, & procedi poteſt abſquè aliqua iuris ſolemnitate, vt *Cardinal tradit in citata Clement.* 2. *num.* 28. & illic quoquè *Imol. num.* 7. itẽm in feriarum tempore concurrentibus neceſſitatibus, ſicùt *Euerard.* docet in *Topicis legalibus, in loco à tributis ad decimas, num.* 24. Idquè ampliori, vt procedat etiam, quando quæſtio fuerit duas
13 inter Eccleſias ſuper iure percipiendi decimas, ſcribunt *Zerola in praxi Epiſcoporum, part.* 1. *verb. Decima, verſ. Ad Sextum, & Monetа in dict. cap.* 8 *num.* 43. ſubnectens *num.* 47. cauſam
14 hàùd eſſe ſummariam, nequè citatæ *Clement.* 2. diſpoſitionem locum habere, ſi quæſtio inter laicos foret, etſi de decimis Eccleſiaſticis, & *num.* 51. addit, quòd contrà Aduocatos, alioſquè detinentes, nèue decimæ ſoluantur impedientes, ſi
15 mi litèx ſummariè proccdi poteſt, & *num.* 56. advertit, quod in prędicta decimarum materia, ſi
16 Rector ſubditum contrà agat ad decimas non ſoluras, à præcepto cùm monitione ſub excommunicationis pœna incipi poteſt.
17 Denique animaduerti oportet, præpoſitam cõcluſionem effectum ſortiri, vbi controuerſia ſoret inter, & Eccleſiam, & laicus præſcriptionem ſolam, vel conſuetudinem prætenderet, ſecùs verò ſi exemptionem prętendat, priuilegiũ, aùt compoſitionem, pactumquè: tunc enim appellation em quòd ad vtrumque effectum admitti, docet *Hoſtienſ. in dict. cap. tua*, quem inſectantur quos

Digitized by Google

quos noster *Author* coadunat *hic num.* 4. & cõfirmant *Ruginell. in dicto num.* 256. *vers. Et hoc*, Rota, *apud Tamburr. in fine tom.* 3. *de iure Abbatum, decis.* 91. *num.* 3. pariterque quando duæ
18 Ecclesiæ inter se litigant, & vtraque se potiorem esse asserit, vt tunc quoque in decimarum causa appellationem admitti, ait noster *Author hic nu.* 5. cui se subscribit *Ruginellus vbi supra*, & notant *Scaccia in dicta limitat.* 18. *n.* 3. *Salgadus in memorato cap.* 2. *num.* 77. qui demùm dicunt,
19 firmatam supra conclusionem non procedere, quando collector decimarum modum excederet, quia ab excessu appellari potest; & decimarum
20 debitorem prætextu eius, quod debetur, decimas denegare non posse, cùm in futuris decimis cõpensatio haùd admittatur, post alios tradit Rebuff. *loc. cit. quæst. vltim. num.* 19. quemadmodum etiam *Euerard. vbi supr. num.* 2. immò nequè
21 propter sterilitatem, fusè ostendit idem Rebuff. *num.* 22. nec non notat *Viuius in communib. opinion.* 153. *vers. Consuetudo non soluendi*, & fundi
22 possessorem pro decimis præteritis conueniri posse resoluunt *Præs. de Franchis in decis.* 107. *num.* 11. *cum seqq. Capyc. in decis.* 20. *à num.* 26. *Tiraquell. de retractu lignag. §.* 6. *Gloss.* 1. *num.* 7. *Valascus de iure emphyteut. quæst.* 17. *num.* 18. *Monet. vbi supra, cap.* 6. *à num.* 18. vbi etiam ait cùm Rebuff. *dict. quæst.* 9. *num.* 9. *& Gig. de pensionib. quæst.* 30. *num.* 12. *& quæst.* 43. *num.* 4. atque alijs, in Ecclesiæ optione esse, quem conuenire velit, nouum nempè, an antiquum prædij possesi-
23 sorem, decima enim est onus reale, sicque in quælibet possessorem transit, vt per allegatos *Doctores*, & præsertim per *Capyc.* dicentem, id adeò
24 verum esse, vt etiam si pacto conuentum fuerit, quòd prædium alienans ad decimam teneatur, & non emptor, in Ecclesiæ præiudicium emptorem contrà agere volentis, conuentionem hanc haùd valeat.

PROLOGOMEN.

Salarium vnum vt vni officio præstetur, duplici verò duplex, etsi laudetur vbique, & apùd omnes receptum sit, in Officialibus tamèn ad diuersa officia deputatis, quæ inter se cõpatibilia sunt, & distincta, haudque vbi duo essent ad vnum officium deputati, suum obtinere locum contenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Salarium simplex simplici officio præstatur, duplici verò duplex, & num.* 6.
2 *Laboris, & præmij perpetua est, & mutua proportio.*
3 *Debitum vnum vnica solutione tollitur.*
4 *Labor vnus vnica solùm mercede compensatur.*
5 *Salarium minuitur pro rata minuti laboris, & crescere debet, vbi labor crescit, vt num.* 7.
8 *Salaria totidem debentur ei, qui pluribus negotijs vacat, si tamèn sunt inter se compatibilia. Comprimitur, vt num.* 10.
9 *Salarium duplicatum Dohanerio debetur, cui comissa fuit exactio quadam extrà suum officium.*
11 *Salaria distribuere ad Principem spectat.*
12 *Iudex ob iudicanda iurgia, aut processus videndos aliquid à litigantibus accipere non potest, & num.* 14.
Extenditur, etiam secluſa contraria consuetudine, aut statuto, vt num. 15.
13 *Causarum definitio, & processuum examen ad Iudicis officium pertinet.*
16 *Præmium, quod debetur capientibus exbannitos, non debetur officialibus, vel familia potestatis capientibus.*
17 *Qui gratis facere tenetur, si præmium accipit, turpiter facit.*
18 *Præmium statutum capientibus piratas, vel alios prædones maria depredantes, triremium Præfectis non debetur.*

OBSERVATIO CI.

LAudatur vbique, & apùd omnes receptum est, vt simplici labori, simplex merces, simplici officio, simplex salarium, simplici merito, simplex respondeat
1 præmium, duplici verò duplex, & quidem rectè, propterea quod laboris, & præmij, commodi, &
2 oneris perpetua est, & mutua proportio, iuxtà omnia iura naturalia, & positiua *l. secundùm naturam, D. de regul. iur. l. vnic. §. prò secundo, C. de caduc. tollend. cap. rationi congruit, de regul. iur. in* 6. *cap. vltim.* & ibi *Gloss. vltim.* 7. *quæst.* 2. *§. nè autem, Auth. de iudicib. collat.* 6. *l. Seio amico, D. de ann. leg. Gloss. in cap. Charitas* 12. *q.* 2. quemadmodùm enim bona fides non patitur, vt idem debitum bis exigatur, sed vnum debitum,
3 & vna obligatio, vnica solutione tollitur, *l. bona fides, D. de regul. iur. cap. bona fides, de regul. iur. in* 6. *l. qui bis idem, D. de verbor. obligat.* ità vni officio, vnum dumtaxàt præstatur salarium, &
4 vnus labor, vna solùm mercede compensatur: id quod constitutissimum ex eo planè fit, quod *Doctores* astruunt nempè, salarium minui pro rata
5 minuti laboris, vt cæteris omissis obseruant *Eminentiss. Card. Tuschus Practicar. Conclus. lit. S. conclus.* 15. *num.* 5. *&* 6. *Costa de portione rata, quæst.* 13. *num.* 2. notantes quoque, vt ei, qui
6 licitè duplex habet officium, duplex quoque debeatur salarium, vt etiam post plura iura, & auctoritates tradit *Dom. Regens Merlinus in centur.* 1. *Controuers. forens. cap.* 70. *num.* 2. perbellèque, & latè etiam *Consiliar. Carleual in tom.* 1. *de iudicijs, disputat.* 4. *per totam*, & præsertim *num.* 21. nec non *Dom. Consiliar. Petra in comment. super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 8. *num.* 8. *Dom. Consiliar. Roccus in tom.* 1. *Respons.* 91. *num.* 24. *Thorus in compend. decis. part.* 1. *vers. Salarium duplicatum; Bauadill. in sua politica, libr.* 2. *cap.* 20. *num.* 69. *Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *casu* 223. *num.* 8. *Gaill. obseruat.* 44. *num.* 8. *libr.* 1. *Caball. Resolut. criminal. centur.* 3. *casu* 229. *num.* 14. *Mastrill. de Magistratib. lib.* 2. *cap.* 21. *ex num.* 72. *Escobar. de Ratiocin. cap.* 27. *sub nu.* 12. *Auend. de excquut. mandat. libr.* 1. *cap.* 4. *nu.* 45. *Sesse de inhibition. cap.* 1. *§.* 8. Egoipse in pricri meo *Menexeno, siue Epitaphio memorabilis ad bonum Reipublicæ regimen attinentium, §.* 13. *num.* 77. quia vbi crescit expensa, & labor,
7 pretium, cui salarium crescere debet, cùm tàm labor

bor, quàm pecuniàm diuisionem recipiant, vt *Papinianus I.C.* expressè docet *lib. 8. Responsorum*, notatus in citata *l. Seio amico 10. D. de annuis legatis.*

Prædicta autem, etsi vera sint, in officialibus nihilominùs ad diuersa officia deputatis, quæ inter se compatibilia sunt, & distincta, ità vt vnum haùd alio cohæreat, & sit annexũ, procedere decidit *Author hic*, & Nos diximus in *d. §. 13. num. 79.* pro vt quoque loquens de salario, quod pro accessu, & expensis soluitur, scriptum reliquit *Paris de Puteo in tract. de Syndicat. verb. Salaria*, demùmque disertissimè *Bouadill. in dicto cap. 20 num. 68. Sesso in citato §. 8. num. 12.* & latiùs cõsuluit *Marcell. de Mauro Allegat. 19. part. 2.* vbi fundat, Dohanerio, cui commissa fuit exactio quædam extrà suum officium, deberi duplicatũ salarium, & emolumenta: tradit etiam id *Mastrill. vbi supra num. 79.* & latè tuetur laudatus *Dom. Regens Merlinus in citato cap. 70. à num. 9. cum seqq.* Secùs verò, vbi duo essent ad vnum officium deputati, tunc enim si vnus ex Officialibus decedat, vel officium non impleat, salarium decedentis, vel aliàs non implentis, ei non accrescit, qui solus impleuit, cùm vicem duorum sustineret non dicatur, vt *Bartol.* docet *in l. 1. in fine, C. de legat. libr. 10.* vbi loquitur in specie de Officialibus, vel Ambasciatoribus, & dicit esse perpetuò notandum, cui se subscribit *Corcet. Singular. 312. in verb. Salarium*, nec non *Gundisal. Villadiego in tract. de Legat. tom. 13. part. 2. quæst. 4. num. 4.* & concinit idem *Dom. Regens Merlinus vbi supra num. 4.* scribens hoc in Regno ex literis Catholicæ Maiestatis prohibitum esse Officialibus duplicem salarium à Regia Curia exigere, quamuis plura exerceant officia, & 11 super hoc amplius controuertendum haùd esse adnectit, cùm ad Principem verè spectet permittere, & vetare, ad *text. in l. vnic. C. de prebend. salar. lib. 10.* vbi *Rebuff. & Io. de Platea*, & notat *Dom. Regens de Ponte de potestate Proregis, titul. de abundant. Ciuit. §. 6. num. 16.*

12 Ex qua equidem conclusione inferimus (quod verissimum est) Iudices, eorumuè substitutos ob iudicanda iurgia, aùt processus videndos aliquid accipere haùd posse, quoniam causarum definitio, processuumque examen est præcipuum Iudicis munus, & ad eius officium directò pertinet, *Hostiens. in summa, titul. de Officio Ordinarij, num. 3. & seq.* quò fit, vt salarium, quod Iudici ob officium assignatur, hoc onus comprehendat, 14 eiusuè intuitu solui censendum sit, ac per consequens eam ob rationem Iusdicens aliquid vltrà à litigatoribus accipere non potest, quibus non incumbit Iudicem sibi constituere, eique stipẽdia præstare, *Gloss. in cap. cum ab omni, verb. Præter expensas, de vita, & honest. Cleric. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. cap. 22. num. 16. & seq. & cap. 21. num. 18. & seqq. Carzia de expensis cap. 21. nu. 21. Florez. lib. 1. variar. quæst. 8. §. 1. num. 6. & seqq.* vbi quoque id procedere notat, seclusa contraria consuetudine, aùt statuto, iuxta quã contrarium dicendum foret: quam quidem illationem prædictos ante firmauit *Bartol. in l. si quis in graui, §. vtrùm, num. 2. D. ad Sillanianum*, dùm scribit, Et per hoc dico, quòd 16 præmium, quod debetur capientibus exbannitos, non debetur officialibus, vel familiæ potestatis capientibus, non enim gratis faciunt, sed ex necessitate eorum officij, quod est purgare Prouinciam malis hominibus, *l. congruit, D. de officio Præsid.* ergò non vltrò, & sic non habebunt præmium, vt *hic*, præterea qui gratis facere tenetur, si præmium accipit, turpiter facit *l. finale de condit. ob turp. caus.* eumque ad cum quoque locum sectatur *Albanus num. 2. & 3.* adnectens, quòd pari ratione ex hoc *Bartoli* docente infertur, triremium Præfectis non deberi 18 mentum præmium statutum capientibus piratas, vel alios prædones maris depredantes, quia ex eorum officij debito hoc faciunt, cùm ad id potissimùm destinati fuerint, & exornant *Dom. Regens de Ponte in consil. 59. num. 15. & seqq. vol. 1. & in tract. de potestate Proregis, titul. §. ex num. 24. Card. Tuschus practicar. conclus. lit. P. conclus. 516. Caball. Resolut. criminal. centur. 3. casu 279. Farinac. in praxi criminal. quæst. 103. nu. 356. Bouadill. in sua politica, libr. 5. cap. 7. num. 18. Gerard. in singular. 14. num. 9. 10.*

PROLOGOMEN.

Statutum aliquem ad contrahendum sine certis solemnitatibus inhabilitans vt territorium extrà extendatur, cùm de personis sermonem habet, validissimis extollitur argumentis, & *Dom. Pres. de Franchis decisione LXXII.* vbi dictum fuit, filium familias Regnicolam valide extra Regnum sine patris consensu contrahere posse, iustissimè examinata, propositæ sententiæ haùd aduersari demonstratur, ac constitutissimum ex eo esse annuitur, quod ex Ctorum omnium consensu probatum est in quæstione nimirùm, an nostra Cõsuetudo comprehendat forenses pro bonis sitis in districtu? quæ nùm de personis, an verò de bonis sermonem habeat? exaratur; Cæterùm minor factus maior, quando contradum aliàs nullum confirmasse dicatur? & nùm stante lęsione restitutionis in integrum remedio succurrendus sit? haùd breui pariter oratione indicatur.

RERVM SVMMA.

1 *Solemnitates statuti suæ Ciuitatis seruandæ sunt per eum, qui contrahit, etiam si contrahat in alio loco, in quo ille non requiruntur, & num. 11.*

Intelligitur, quando statutum personam ad cõtrahendum inhabilem reddit, vt num. 3. & 6.

2 *Dum ans extrà territorium comprehenditur in statuto sui territorij requirentis solemnitates, quãdo in statuti fraudem sine illis solemnitatibus donationem celebrat.*

4 *Iuris status ex locorum differentijs non mutatur.*

5 *Vinc lam personę à statuto iniũctum personam seq tur, quocumque vadat.*

7 *Disp sitio decisionis 72. Dom Præs. de Franchis ind catur.*

8 *Prag mat. 1. de S.C. Macedon. nouã contrahendi for am non inducit, nec personas filiorum fami inhabilitat.*

9 *Fi-*

9 *Filius familiæ extrà Regnum validè se obligare potest absque patris consensu.*
10 *Locus contractus inspicitur respectu solemnitatis seruandæ.*
12 *Forensis donans in Vrbe comprehenditur illius statuto insinuationem in donationum instrumento requirente.*
13 Pragmat. 1. de S.C. Macedon. *comprehendit filios familias exteros in Regno Neapolis contrahentes.*
14 *Consuetudo Neapolis an comprehendat forenses pro bonis sitis in districtu? & num.* 15. *& 16.*
17 *Fœmine quando propter masculorum existentiam excluduntur, pro bonorum conseruatione in familia fieri dicitur.*
18 *Statutum in personas loquens comprehendit forenses, quando pro finali ratione rationem habet, vt bona in linea, vel familia conseruentur.*
19 *Exteri defuncto Neapolitano ad successionem admittuntur exclusis Ciuibus remotioribus.* Ratio traditur *num.* 20.
21 *Minor factus maior tacens per quinquennium contractum aliàs nullum non confirmat de Iure Canonico.*
22 *Malafides contrahentis ladentis minorem non fouet.*
23 *Taciturnitas minoris per quinquennium iniustitiam aliundè causatam non supplet.*
24 *Ignorantia defectus contractus ratihabitionem non inducit.*
25 *Scientia præsumpta pro actus nulli ratificatione non sufficit.*
26 *Ratificans contractus nullitatem ignorans, etiã per mille actus approbatiuos à se gestos illum ratificare non intelligitur.*
27 *Volitum nil, quin precognitum.*
28 *Soluens putans ad id teneri, suo iuri non præiudicat.*
29 *Recognitio erronea, & ex falsa causa non præiudicat.*
30 *Contractus sub falsa causa factus nullitati est obnoxius.*
31 *Transactio per consanguineos cùm aliquo inhita tanquàm falsò legitimato, nulla redditur, quando legitimatio falsa detegitur.*
32 *Transactio nulla dicitur, quando communitas transegit cùm tertio tanquàm immuni, & immunem esse asseuerante, constito postea de falsa causa.*
33 *Diuisio bonorum inter agnatos facta vigore laudi prolati nulla dicitur, si aliquis nõ agnatus detegatur.*
34 *Contractus cùm aliquo tanquàm cùm harede celebratus nullus dicitur, si ille talis non sit heres.*
35 *Transactio nulla dicitur, quando inhita fuit cùm aliquo tanquàm cùm fratre, qui talis non est.*
36 *Minor factus maior tacens per quinquennium succurritur remedio restitutionis in integrum stante lesione.*
Ampliatur etiam interueniente iuramento, vt num. 38. *& 40.*
37 *Solemnitates lesionis præsumptiones auferunt.*
39 *Iuramentũ iuris solemnitates supplet.*
41 *Fictio plus quàm veritas operari non potest.*
42 *Minor virtute iuramenti maior diure reputatur.*
Intelligitur quòad solemnitates diure requisitas, vt num. 43.
44 *Iuramentum contrahentem sagacem, & prudentem non facit.*
45 *Lesio qualis, & quanta esse debet, vt minor factus maior, & tacens per quinquennium, restitutionis in integrum remedio succurri possit.*

OBSERVATIO CII.

1 COnsueuit haùd semel in dubium reuocari, nùm statutum aliquem ad contrahendum sine certis solemnitatibus inhabilitans territorium extrà extendatur, vt scilicèt liget eius ciues extrà territorium contrahentes? cuius in disceptatione affirmatiuè decisum testatur noster *Author hic* omissis distinctionibus, quæ in similibus quæstionibus per Iurisprudentiæ maximiùm peritos fieri solent, quia in processu probatum fuit, donationem ter-
2 ritorium extrà factam esse, vt sine tot solemnitatibus celebrari posset, sicquè in statuti fraudem, quod solum sufficit, vt dici possit, donantem extrà territorium huiusmodi in statuto comprehendi: id ipsum tradit in *tom.* 2. *Discept. forens. cap.* 253. *num.* 14. dicens, sic quoque esse, quando per statutum prohibita fuit persona, nè actum faceret nisi certa cùm solemnitate, nàm tunc etsi contractus extrà territorium sine dicta solemnitate haùd sit nullitati obnoxius, secùs tamèn est, si in statuti fraudem fiat, quod quippè compertum est,
3 quando statutum personam ad contrahendum inhabilem reddit, tunc enim trahitur ad subditũ vbique contrahentem, quoniam statuendi potestas inter subditos territorio minimè arctatur, ne-
4 que ex locorum differentijs iuris status mutatur, *l. final. C. de in integrum restit.* & ità loquuntur *Baldus* qui benè declarat in *consil.* 60. *num.* 1. *vers. Incontrarium videtur, libr.* 5. *Roman. in consil.* 39. *in princip. Alexand. in consil.* 41. *num.* 17. *libr.* 5. comprobatque *Dom. Regens Ronitus in consil.* 51. *n.* 12. *in fine tom.* 2. laudans Authorem nostrum hic, & *Koppen. Quæst. German.* 46. *num.* 5. & firmant *Gabriel in consil.* 1. *num* 7. *& in titul. de statut. consil.* 8. *num.* 1. *Surdus in consil.* 535. *num.* 17. *libr.* 4. dicens, vinculum illi iniũ-
5 ctum sequi personam quocumque vadat, quod conuallat idem *Surdus in decis.* 197. *num.* 9. demùmque *Cutellus de donationib. contemplat. matrimon. Discurs.* 1. *particul. vnic. num.* 180. & amplecti videtur *Dom. Consiliarius Roccus in Respons.* 10. *num.* 19 *tom.* 2. adducens *Rotam Gen. decis.* 184. inquientem, quòd Genuę statutũ
6 disponens, vt actus per ruptum facti quindecim infrà dies antè decortionem haùd teneant, ligat etiam Ianuenses ruptos extrà Ciuitatem, dùm statutum loquitur in personam, ex doctrina *Bartol. & Bald. in l. cunctos populos, C. de summa Trinitate, & Fide Catholica*, nec non latè astruit omninò videndus *Gaspar Thesaur. QQ. Forens. lib.* 2. *quæst.* 8. cuius memor est *Dom. Consiliarius Hodierna in addit. ad Surdum in citata decis.* 197. allegans quoque præsentem *Authoris* nostri decisionem: alioqui enim si secùs foret, facilè statutum huiusmodi eluforium redderetur, effectą-

què

què inutile, quia semper ac quis absque prædicti statuti solemnitatibus contrahere vellet, alibi cõtraheret, quod planè absurdum foret.

Etsi huic nostræ receptissimæ, probatęque sententiæ primo intuitu scrupulum inijcere videatur decisio *Dom. Præs. de Franchis* 72. vbi dicit fuit, filium familias Regnicolam validè extrà Regnum sinè patris consensu contrahere posse: nihilò tamen minùs scrupulum maximum, & quidem etiam nec leuem parit, certum namque est illud Macedoniani edictum, de quo in *Regia Pragmat. 1. de S. C. Macedon.* minimè directum esse personis filiorum familias, principaliter eas ad contrahendum inhabilitando, licèt in consequentiam actus annullatio sequatur, sed principaliter formam contractibus statuere, vel actui certam solemnitatem imponere, vt idemmet *Dom. Præs. de Franchis* perbeliè probat *ibidem sub n.* 3. *& num.* 5. quem post alios, quos recẽsent, sequuntur illic *Dom. de Luca in obseruat. num.* 3. *Dom. Regens Rouitus Super Pragmat. 1. de S. C. Macedon. num.* 19. *Dom. Regens Merlinus Controu. forens. centur. 2. cap. 99. num.* 12. *Dom. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestat. part. 1. cap. 6. num.* 32. *Dom. Consiliar. Petra super Rit. Regni M. C. V. tom. 2. Rit.* 201. *num.* 11. *Dom. Regens de Marinis Quotid. Resolut. tom. 2. cap.* 62. *num.* 8. *Dom. Consiliar. de Georg. Allegat.* 44. *num.* 30. & ità ad laudatam *Dom. Præs. de Franchis* decisionem respondet quoque idem *Dom. Regens Rouitus in dicto consil.* 51. *sub num.* 12. vbi etiam *Dom. Altimarus in addit. num.* 9. quæ

9 mobrèm validè consequitur, filios familias absque patris consensu Regnum extrà obligari posse, propterea quod statutum, quando est prohibitiuum non absolutè, sed ratione certæ solemnitatis requisitæ nõ interuenientis, tunc numquàm territorium extrà extenditur, quia solemnitatis

10 seruandæ respectu locus contractus inspicitur, minimè autem locus, ex quo est contrahens persona, vt magistraliter *Bartolus* docet *in l. cunctos populos. quæst. 6. princ. num. 33. vers. Sextò videndum est, C. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* quem sectãtur *Dom. Regens Rouitus super dicta Pragm. 1. num.* 20 *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuention. tom. 1. libr. 3. tit. 13. num.* 44. *& seqq.* vbi quamplures congerens id latè comprobat, pro vt quoque *Cancerius Variar. Resolut. part. 1. cap. 10. num.* 21. *vers. Neque obstant, & Tiraquell. ad LL. Cõnub. Gloss. 8. num.* 226. nec non alij plures apùd *Gabrielem in titul. de consuetudine, conclus. 2. num.* 4. ità vt hoc in

11 casu forenses instrumentum celebrantes comprehendantur, cùm Peregrini mores, Ciuitatisq; consuetudines violare non debeant, vt *Ruinus* extricat in *consil.* 160. *num.* 3. *lib.* 4. nec non *Caputaqu. in decis.* 106. *part.* 3. vbi inquit, statutum

12 Vrbis insinuationem in donationum instrumẽto requirentem, forensem in Vrbe donantem cõprehendere, nàm etsi statuto subditus non sit, donationem nihilominùs insinuare tenetur, cùm huiusmodi statutum haùd circà personarum cõtrahentium habilitatem, sed circà actuum solemnitates prouideat, vt post *Carauit.* comprobat id idem *Dom. Regens Rouitus super dict. Pragm. 1. num.* 16. *& seq.* dicens memoratæ *Pragmaticæ*

13 dispositionem exteros etiam hoc in Regno contrahentes comprehendere, quem laudans insequitur citatus *Consiliar. Paschal. in dicto cap. 6. post num.* 32. quod certo certiùs secùs foret, si personam simpliciter inhabilitaret.

Quod quidem discrimen inter vtrumq; casum crebriori, immò *Doctorum* omnium consensu probatum est, fitq; denique constantissimum ea in quæstione scilicèt, nùm nostra Consuetudo

14 comprehendat forenses pro bonis litis in distrahendo? vbi vnanimitèr inquirunt, an dicta Consuetudo de personis, an verò de bonis sermonem habeat? quoniam si primum, forenses pro bonis etiã in districtu positis haùd comprehenduntur; si secundùm secùs, etenim tunc bona omnia distrahentium intrà comprehenduntur, tàm si ciuium, quàm si exterorũ fuerint; quodnè autem de personis sermocinetur, ex eo suaderi videtur, vult

15 enim vt filiæ fœminæ non succedant, sed masculorum propter existentiam excludantur, vndè in personam loqui videtur, ex notatis per *Bartol. & Bald. in citata l. cunctos populos, Iason in consil.* 80. *vol.* 3. *Alexand. in consil.* 44. *vol.* 5. & per *Socin. in consil.* 35. Verùm quòd de personis, & rebus loquatur, & proinde exterorum bona hic si-

16 ta, sub nostræ Consuetudinis dispositione comprehendi, docet expressè Auriga noster *Napodanus in Consuetud. Si quis, vel si qua, nu.* 174. *& seq. &* sequuntur cæteris omissis *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 546. vbi *Dom. de Luca* id latè tuetur *in Obseruat. P. Molfesius in commẽt. ad nostras Consuetudines Neapol. part. 2. tit. de Personis, quæst. 5. & in addit. quæst. 1. num.* 2 *quæst. 5. num. 1. cum seqq. & quæst. 10. num.* 11. & 12. late *Dom. Consiliar. Prouenzal. in d. Consuetud. Si quis, vel si qua, Obseruat.* 14. *à num.* 14. *Montanus Controuers. forens. cap. 1. à num.* 54. *cum seqq.* atq; prima etiam probatione suadetur, quia

17 semper quòd fœminæ propter masculorum existentiam excluduntur, pro bonorum conseruatione in familia fieri dicitur, vt notant *Bald. in l. maximum vitium, col.* 4. *C. de liberis præterit. Ruin. in consil.* 20. *col.* 5. *vol.* 2. alijq; apùd *Gabriel. communi. conclus. tit. de statutis, conclus.* 6. *num.* 3. vndè cùm res principaliter, & respectu ad illas personas consideratæ dicantur, fit omninò compertum, exterorum bona hic sita sub nostræ Consuetudinis dispositione comprehendi

18 si statutum in personas loquatur, comprehendat forenses, quando pro finali rationem habet, vt bona in linea, vel familia conseruentur, *Surd. consil.* 343. *Farinac. decis.* 774. *P. Salas. de legibus, tract.* 24. *disput.* 14. *sect.* 16. quorum mens est *Dom. de Luca vbi supra sub num.* 1. adnectens,

19 exteros passiuè etiam consuetudinibus ligari, quòd scilicèt gaudeant eorum beneficio, vt defuncto Neapolitano, & superstitibus exteris proximiori in gradu, ipsi ad successionem admittantur ex clusis remotioribus ciuibus, vt decisum refert *Dom. Præs. de Franchis in addit. ad Napodan. in præm.* & probat in dicta *decis.* 546. *num.* 1. ea ratione, quia quemadmodùm exteri dispo-

20 nendo pro bonis in districtu sitis consuetudinibus ligantur, ità pariter sentire debent commodum, vt in successione æqualitas seruetur.

21 Insinuat inquam noster *Author hic*, dispositionem *textus in l. final. C. si maior fact. rat. &c.* vbi si minor factus maior per quinquennium tacuerit, confir- actus ratificatio inducitur, de iure Cano-

ico haùd procedere, quoniam malam contrahẽ-
is fidem, minoresq; lædentis non fouet, iuxtà
lutrij sententiam in *consil.* 45. quæ licèt aduer-
ntes habeat *Cancer. Variar. Resolut. part.* 2. *cap.*
. de minoribus, num. 35. *Menoch. de recuperan.*
ssess. Remed. 15. *num.* 189. *Cost. de scient. &*
gnorant. centur. 3. *distinct.* 59. *num.* 2. nihilo se-
ùs à grauioribus Doctoribus veriorem, rece-
tioremuè sententiam existimari, scribunt alios
oadunando noster *Author in tom.* 5. *Discept. fo-*
ens. cap. 823. *num.* 27. *& cap.* 824. *num.* 49. *Ga-*
riel commun. conclus. tit. de Minoribus, conclus.
num. 13. *Vrceol. Consultat. forens. cap.* 44. *num.*
7. vbi laudat præsentem decisionem: minoris
nim taciturnitas per quinquennium decreti de-
ctum tantùm suppler, secùs autem iniustitiam
iundè causatam, *Surdus consil.* 49. *num.* 29. *ad*
ed. libr. 1. quem laudans insequitur noster *Au-*
or in tom. 3. *Discept. forens. cap.* 513. *num.* 10.
Mari. Antonin. Variar. Resolut. lib. 2. *Resolut.* 3.
b num. 20. *vers. Respondebatur, Gabriel vbi su-*
ra, num. 5. cæterique, quos manuducit idem *Vr-*
eolus dict. loc. num. 23. qui omnes opinionem
anc vberiori, & auctoritate grauiori Doctorum
umero fulcitam esse ostendunt.

Idq; præsertim, si minoris notitia de tali con-
ractus defectu probationibus non illustretur, il-
a nàmq; notitia in specie probanda est ad effectũ,
t talis tacita ratihabitio inducatur, vt aliorum
ultus auctoritatibus astruit noster *Author hic*
um. 14. *&* 15. sic demùm in citato *cap.* 513. *num.*
1. *cap.* 823. *num.* 29. *& cap.* 824. *num.* 52. quod
anquàm notatu dignum in specie dictæ *l. final.*
nquiunt etiam *Osasch. in decis.* 179. *num.* 13. *post*
med. Surd. in cons. 49. *num.* 29. *Roland. cons.* 72.
um. 18. *libr.* 4. *Corn. cons.* 267. *num.* 8. *lib.* 3. *La-*
derch. consil. 86. *num.* 3. *Natta consil.* 161. *num.*
30. *& seqq. Costa in allegat. tract. centur.* 2. *dist.*
59. *num.* 5. alijque quos sequitur *Vrceolus d. cap.*
44. *num.* 25. & comprobat *Rota post Salgad. in*
labyrint. credit. decis. 63. *num.* 9. *& seq.* vbi tradit,
scientiam præsumptam pro actus nulli ratifica-
tione minimè sufficere, sed certam, atq; explici-
tam requiri, cùm omnibus suis qualitatibus, quia
in ratificatione semper intelligitur conditio illa,
si actus firmus, validusq; sit: planè quia ratificans,
contractus nullitatem ignorans, etiam per mille
actus approbatiuos à se gestos, illum ex consensus
defectu ratificare non intelligitur, nil enim voli-
tum, quin præcognitum, atq; ideò consensus de-
ficit certitudine deficiente, cùm hos actus fecisse
videatur intelligens ad illos teneri; Hinc fit, sol-
uentem, vel partitionem aliquam facientem ad id
teneri putantem, suo iuri non præiudicare, ete-
nim per errorem id fecisse intelligitur, si re vera
de iure non tenebatur, vt *Cæsares* decidunt in *l.*
si post diuisionem 4. *C. de iuris, & facti ignoran-*
tia, & notant latissimè *Garzia de Beneficijs,*
part. 3. *cap.* 2. *num.* 241. *& seq.* plurimos Docto-
res, Rotasq; decisiones ad id adducens, *Mierez de*
Maioratu, part. 4. *quæst.* 20. *num.* 69. *& quæst.* 35.
num. 45. *& seq.* vbi etiam de recognitione erro-
nea, & ex falsa causa, de qua etiam *Amatus* post
alios, quos laudat in *libr.* 2. *Variar. Resolut.* 67.
num. 62. *Marta in consil.* 96. *à num.* 40. vbi de
contractu facto sub falsa causa, falsoq; suppositio,
quòd sit nullitati obnoxius, contractus enim ge-
tus, & dispositio facta sub causa, quæ detegitur
falsa, nullus, nullaq; est ex consensus defectu, *Pa-*
ris. in consil. 12. *num.* 66. *& seqq.* vbi agit de tran-
31 sactione per consanguineos cùm aliquo inita,
tanquàm falsò legitimato, quæ nulla redditur, si
appareat, filium eius defuncti haùd esse, cuius bo-
na appetebat, idemq; quando legitimatio falsa,
detegitur, aùt nullitatis vitio maculata, *Cravett.*
in cons. 851. *num.* 12. vbi respondet pro Commu-
32 nitate transigente cùm tertio tanquàm immuni,
& immunem esse asseuerante, constito postea de
falsa causa, falsoq; suppositio, vt transactio nullita-
tis vitio laborare dicatur, *Menoch. in consil.* 91.
33 vbi sermocinatur in diuisione bonorum inter
agnatos facta vigore laudi prolati, & docet, quòd
si aliquis non agnatus detegatur, nec diuisio, nec
laudum tenet, *Surdus in consil.* 106. *num.* 34. vbi,
34 quòd contrahens cùm aliquo tanquàm cùm hæ-
rede, quia cõtractus celebratus dicitur illius qua-
litatis vigore, quòd sit hæres, qui si non sit, con-
tractus est nullus, ità quoque *Cæsar Manent. in*
consil. 137. *num.* 85. *&* 86. vbi etiam, quòd transi-
35 gens cùm aliquo tanquàm cùm fratre, qui non
est, transactio est nulla, quoniam si suppositum
falsum, vel alitèr nõ adesse detegatur, dispositum
proculdubio corruit, vt astruunt omnes recensiti
Iurisprudentię Periti, & comprobat copiosè *Ca-*
still. tom. 5. *Controuers. cap.* 83. maximè *ex num.*
5. vbi doctrinam hanc indistinctè qualibet in
dispositione locum habere scribit.

36 Qua demùm stante læsione succurrendus est
minor remedio restitutionis in integrum, etsi iu-
ris solemnitates interuenerint, vt expressè decidit
Scauola I. C. libr. 1. *Responsorum* notatus *in l.*
Tutor vrgentibus 49. *D. de minorib.* vbi facta rei
pupillaris alienatione solemnitatibus iuris adhi-
bitis, beneficium restitutionis in integrum stante
læsione non denegatur, quoniam etsi Iusdicẽtis,
37 cæteraq; solemnitates læsionis præsumptionem
auferant, minimè tamèn, si illa probetur, benefi-
cium hoc denegabitur, adnotata per *Gloss. in l.* 1.
in verb. Omni ordine, C. de fid. instrum. & iur.
hast. Fiscal. lib. 11. *Specul. de emption. & vendit.*
§. nunc dicendum. col. 2. *post med. vers. Et breui-*
tèr scias, num. 5. *Bald. in l. sicùt nobis, in fin. de*
sentent. & re iudicat. Paris. in cons. 12. *num.* 59.
lib. 2. cùm alijs per *Menoch. de præsumptionib.*
lib. 2. *præsumpt.* 75. *num.* 32. *&* 33. Id quod locum
38 habere etiam interueniente iurisiurandi religio-
ne astruunt *Grammat. in decis.* 101. *num.* 77. *Af-*
flict. in decis. 322. vbi *Vrsill. Anton. Faber in*
Cod. lib. 2. *tit.* 9. *de in integrum restitut. defin.* 1. 8.
& 10. *Imbrian. de primo, & secundo beneficio,*
consider. 2. *num.* 36. *Gaspar Thesaur. QQ. Forẽs-*
lib. 4. *quæst.* 60. *Andreol. Controuers.* 37. *Nogue-*
rol. allegat. 34. *Fontanell. de pactis nuptialib.*
claus. 4. *Gloss.* 18. *part.* 3. *à num.* 32. cæteriq; quos
Simoncell. manuducit *de Decretis, lib.* 3. *tit.* 8.
inspect. 18. *num.* 233. propterea, quod dicta iu-
39 risiurandi religione concurrente iuris solemni-
tates dumtaxàt supplentur, haùd autem minor
excluditur, quin restitutionem læsionem aduer-
sùs petere possit: quamobrèm si illis adhibitis
beneficium hoc haùd cessat læsione existente, id
40 adhùc dubio procùl locum obtinet iurisiuran-
di religione adhibita, cùm probatissimum sit,
41 quòd fictio plusquàm veritas operari non potest,
sed ad plus tantùm operatur fictio in casu ficto,
quantùm veritas in casu vero, secundùm *Papi-*
nian.

Digitized by Google

vian. I. C. Responsum *in l. filio, quem pater 23. D. de liber. & posthum.*

Neq; probatæ huic nostræ sententiæ aduersatur vulgatum illud effatum, quòd nempè virtute iuramenti minor efficitur maior, & pro tali à iure reputatur, quod *Accursius Glossator* docet in *l. 2. in vers. Secùs dico, C. de rescind. vendit.* & inter cæteros sequuntur *Grammat. in citata decis. 101. num. 77. in princ. Simoncell. de Decretis, lib. 3. tit. 8. num. 138. Dom. Consiliar. Roccus Respons. 66. sub num. 21. tom. 2.* Facilè enim propellitur obiectio, si memineris hoc intelligi quòad solemnitates à iure requisitas, scilicèt illas per iuramẽtum suppleri; at quemadmodùm data læsione adhibitæ solemnitates beneficium hoc præstari haùd impediunt, ità neque iuramentum impedit; & quippè etiam, quia iuramentum contrahentem sagacem, prudẽtemq; haùd facit, vt rectè *Baldus* scribit in *Rubr. C. de rer. permut. vers. Item quæritur*, & eadem facilitate qua quis ad contrahendum inducitur, eadem quoque ad iurãdum *Bartol. in l. si ex cautione, ad fin. C. de non numerat. pecun.* demùmq; in *consil. 88. num. 3.* nec non *Grammat. in decis. 76. num. 16.* qualis autem, & quanta esse debet læsio, vt prædicta suum sortiantur effectum, ade *Dom. Reg. Capyc. Latr. in sua Consultat. 45.* vbi quoque supradicta ex pluribus confirmat.

PROLOGOMEN.

Ex dotis receptæ confessione per maritum facta veram numerationem probari tàm in ipsius, quàm creditorum præiudicium, pro veriori edocetur, concurrentibus præsertim indicijs, & coniecturis id suadentibus, quæ figillatim illustrantur, dummodò tamèn talis confessio in contractu inter viuos facta fit, haùdq; vltimo in elogio; verùm creditores non numeratæ dotis exceptionem opponendo ad ipsosmet probandi onus transferendum admittendos esse probatur, cùm præ reliquis illam opponere possint exceptionem, fraudis nempè in eorum præiudicium commissæ, quæ dicitur præcisè, quando maritus confessionis tempore ære grauatus erat alieno, quo in casu expositam conclusionem comprimi ex communi ICtorum sententia demonstratur, cùm alijs, de quibus in Rerum Summis.

RERVM SVMMA.

1 Confessio dotis receptæ veram numerationem probat etiam in creditorum præiudicium, quãdo dotis promissio matrimonium præcessit, & postea maritus confessus est, se eam accepisse. Ratio traditur num. 2.

Et coniecturæ hanc numerationem suadentes indicantur, num. 7. 14. 18. 20. 23. & 26.

Sed declaratur, vt procedat, cùm dotis receptæ confessio fit in contractu inter viuos, vt num. 46.

Et limitatur, cùm de promissione non nisi ex sola Notarij assertione constat, vt num. 29.

Vel (x partium confessione dumtaxàt, vt n. 32.

3 Præsumptio vna aliam tollit.

4 Præsumptiones pauciores à pluribus præsumptionibus tolluntur.

5 Præsumptiones leuiores à fortioribus tolluntur.

6 Confessio inter personas prohibitas probat concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus.

8 Matrimonium regulariter sine dote non contrahitur, & num. 12.

9 Confessio facta de tempore contractus matrimonij veram dotis numerationem probat.

10 Argumentum à communiter accidentibus validum est.

11 Veritas ex frequentia, & generalitate præsumitur.

13 Vniuersitas ex eius taciturnitate ratificare censetur laudum inter eius Syndicum, & aliam Vniuersitatem prolatum.

15 Maritus alimenta præstãs vxori, an illa amore potius coniugali, quàm receptæ dotis ratione præstare censeatur, & num. 16. & 17.

19 Solutio particularis marito facta in dubio in dotis debita causa facta censetur.

21 Confessio mariti de dote recepta constante matrimonio facta numerationem probat, quando lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis.

22 Exceptio non numeratæ dotis infrà quantum tempus opponi possit.

24 Confessio dotis pro certa quantitate vera præsumitur, si pro alijs partibus promissis quietationes non habent.

25 Præcedentia ex sequentibus declarantur.

27 Constitutio dotis per vnius testis depositionem probata, vltrà mariti confessionem, sufficit, vt huic dotis competãt priuilegia veris dotibus concessa.

28 Confessio mariti de dote recepta veram numerationem probat, quando is confessus fuit, dotem recepisse ab extraneo.

30 Confessio mariti de dote recepta veram numerationem non probat in creditorum præiudicium, quando de promissione non nisi ex sola Notarij assertione constat.

Limitatur, alijs concurrentibus adminiculis, vt num. 31.

33 Partium confessio creditoribus haùd nocet.

34 Creditores, si dotis receptæ confessionem verã non esse probare voluerint, admittuntur, & 36.

35 Probationi veritatis semper cedit præsumptio.

37 Exceptio fraudis in eorum præiudicium commissæ competit creditoribus aduersùs mariti confessionem, & num. 38.

39 Confessio mariti de dote recepta fraudulenta dicitur, quando confessionis tempore magnam as alienum habebat, & num. 41.

Ampliatur, vt num. 43.

Item, quando maritus non est soluendo, vel quando dote soluta desinit esse soluendo, vt num. 40.

42 Confessio dotis receptæ facta à marito tempore, quo creditores pro eorum creditis insteterunt, in ipsorum fraudem facta dicitur.

44 Confessio dotis receptæ, quamuis eius præcedentis promissio, futuris creditoribus non præiudicet, si breui tempore ante contracta debita fuerit.

45 Fra[illegible] dis suspicio pro modica summa non cau[illegible]

sal[illegible]r.

47 *Confessio dotis recepta in testamento facta etiã precedente promissione veram numerationem non probat, sed solùm legatum quodam, vel fideicommissum inducit.*
Contrarium num.48
Sed prima opinio verior, vt num.49.
50 *Legatum, vel fideicommissum per tacitam etiã defuncti voluntatem inducitur.*
51 *Debitum verum, licèt ex confessione in testamẽto facta non probetur, in vim tamèn legati sustinetur.*
52 *Cautela traditur pro vxore petente dotem in testamento à viro confessatam.*
53 *Confessio dotis recepta in testamento facta reuocata dicitur illo reuocato.*
54 *Testamentum secundum omnia in priori disposita, & legata reuocat, quamuis in secundo de reuocatione prioris nihil dictum fuerit.*
55 *Testamentum primum in totum tollitur per posterius, quamuis clausulam codicillarem haberet.*
56 *Legata in priori testamento relicta in posteriori repetita non censentur, tametsi idem hæres fuerit institutus.*
Ampliatur, quamuis in posteriori testamento vnum dumtaxat legatum mutatum sit, vt num.57.
Et limitatur, quando ex coniecturis elicitur, testatorem illud dumtaxat reformare voluisse, vt num.58.
59 *Legatum in primo testamento ità relictum, vt extrà familiam alienari non possit, si in posteriore relictum sit simpliciter, onus adiunctum minimè repetitum videtur.*
60 *Legatum, vel fideicommissum peti non potest, nisi mortuo testatore.*
61 *Voluntas defuncti vsq; ad supremum vitæ exitũ ambulatoria est.*
62 *Testator in vitâ suâ ad legatum soluendum conueniri non potest.*
63 *Testator legando quando contraxisse videatur.*
64 *Contractus in testamento contentus non reuocatur testamento reuocato.*
65 *Confessio debiti iurata, & acceptata obligatoria dicitur, vt nedùm tacitè, sed neq; expressè reuocari possit.*
66 *Contractus, & donationes inter viuos in testamentis etiam fieri possunt, quando requisita interueniunt.*
67 *Confessio in testamento facta, ex qua ius parti quæsitum fuit, irreuocabilis dicitur, quando pars, cui ius quæritur, vel alius pro ea interuenit.*

OBSERVATIO CIII.

QVæstionem illam apùd Iurisprudentiæ Peritos communi controuersia disceptatam examinat præsens locus, an scilicèt ex dotis receptæ confessione pet maritum facta vera numeratio probetur, tàm in ipsius, quàm creditorum præiudicium? & con-1 clusionem facit affirmatiuam, quando dotis promissio matrimonium præcessit, & posteà maritus confessus est, se eam accepisse, adducens intèr alias auctoritates *textum* insignem, quem ad hoc allegant communiter Nostrates in *l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numerat. pecun.* eumq; in hunc modum, vt ea confessio vim habeat veræ dotis, & omninò numeratæ intellexerunt inibi *Scribentes*, ità & quoque quos manuducit, & insequitur *Cardinal Mantica in tom. 1. de tacitis, & ambiguis conuentionib. lib. 11. tit. 20. num. 12.* vbi in fine addit, sic in Sacro Auditorio dictum fuisse, prout etiam sic pluries Rotam iudicasse inquit *Marescotta in lib. 1. Variar. Resolut. cap. 8. num. 13.* itàq; demùm aliorum fulti auctoritatibus docent *Ant. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 10. de dote cautâ, & non numerata, definit. 3. & 9. Fontanella de pactis nuptialib. claus. 14. par. 1. Gloss. vnic. num. 31. & seqq. Gaspar Thesaur. QQ. Forens. lib. 4. quæst. 16. & in addit. ad suum Genitorem decis. 112. Couarr. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 7. sub num. 6. vers. Cæterùm, Mascard. de probationib. conclus. 566. num. 9. & 10. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 12. & 13. Merlin. de legitima, libr. 2. tit. 1. quæst. 17. Costa de retractione, cas. 31. cap. 8. Gaitus de credito cap. 4. quæst. 11. à num. 1783. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 2. cap. 7. num. 84.* vbi ait opinionẽ hanc à Doctoribus communiter canonizari, & sic ex concordi sententia à Regio Prætorio decisum fuisse testatur *Matthæus de Afflictis in decis. 402.* atq; etiam aliis recensitis sequuntur *Canall. commun. contrà commun. quæst. 432. Amatus Variar. Resolut. par. 1. Resolut. 5. num. 19.* vbi haùd immemor fuit de isthac *Authoris* nostri decisione, *Fachin. lib. 8. Controuers. iur. cap. 87. Cancer. Variar. Resolut. par. 1. cap. 9. antè num. 54. Gabriel de iure dotium, concluſ. 4. Vrceolus Consultat. 1. num. 50. Pater Molfesius in commentar. ad nostras Consuetud. Neapol. part. 6. quæst. 9. num. 13. & seq. Dom. Consiliar. Hodierna in addit. ad Surdum decis. 55. & in repetit. l. hac edictali, quæst. 24. num. 35. C. de secund. nupt. Dom. Consiliar. Roccus in opusc. de decoctione mercatorum, notab. 79. num. 228.*

2 Ad quam thesim comprobandam illa mihi præcipua arridet ratio, quia confessio huiusmodi verosimilis est, ex qua omnis tollitur simulationis suspicio: præsertim si concurrerent indicia, & coniecturæ probabiles, quibus satis iustè præsumi possit, dotem verè numeratam fuisse, tunc enim eo fortiùs confessio prædicta de recepto verè præsumitur, etiam in creditorum præiudicium, ex regula, qua habemus, per vnam præsumptionem aliam tolli, *l. Diuus, D. de restit. in integr. l. non solum, D. de ritu nuptiar. cap. transmissa, qui filij sint legit. Gloss. in cap. ex literis, verb. Ad plen. de in integr. restit. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæst. 76. num. 19. lib. 9. Gaill. 2. Obseruat. practic. 97. num. 18.* idquè regulare esse respondit *Euerhard. in consil. 41. num. 104. volum. 1.* nàm generales præsumptiones à specialibus tolluntur *Bald. in l. siuè possidetis, col. 1. in fine, C. de* 4 *prob.* sicuti pauciores præsumptiones à pluribus præsumptionibus tolluntur, vt notatur in *Auth. de consang. &c. & in cap. 1. de tregua, & pace, Bald. & Salyc. in l. Mater, C. de calumniat.* & communem Doctorũ regulam esse scribit *Bursatt. in consil. 272. num. 7. vol. 3.* leuiores itèm 5 præsumptiones à fortioribus tolluntur, *cap. literas 8. de præsumpt. Gloss. in cap. transmissæ, & in cap. Michael. de fil. presbyt. Bartol.* cæteriq; *ICti in l. de transactione, C. de transactionib.* &

in

interminis præpositæ nostræ quæstionis aduer-
tunt *Rota impressa post Salgad. in labyrint. cre-*
dior- decis. 3. num. 5. noster *Author in tom. 2.*
Discept-forens. cap. 362. num. 18. Menoch. de pra-
sumptionib. lib. 3. præsumpt. 13. num. 19. Gaitus
de credito, dict. quæst. 11. num. 1799. Marescott.
Var. Resol. dict. cap. 8. num. 9. vbi complures alios
6 recensens adnectit, generale esse, quòd confessio
inter personas prohibitas probet concurrentibus
adminiculis, & præsumptionibus, vt latè *Alexãd.*
in consil. 18. num. 2. & 3. lib. 3.

7 Ex præsumptionibus verò, quibus ex dotis re-
ceptæ confessione per maritum facta vera nume-
ratio probatur, prima illa est, quæ nempè oritur
ex eo, quòd regularitèr matrimonia sinè dote
8 haùd contrahuntur, vt *Imperator Iustinianus* ob-
seruat in *l. Generalitèr 25. C. ad Senatus Consul.*
Velleian. ibi, *Est quasi casu fortuito interuenien-*
te, mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsi-
tan repelli, & distrahi matrimonium, quem se-
quutus Ipse fui in *Obseruat. 19. num. 8.* cõcinitq;
quod notaui in priori meo *Menexen. de Reipu-*
blicæ regimine, §. 15. antè num. 88. & in propósi-
to themate sic perbellè tradit *Aymon Crauetta*
in consil. 40. num. 1. in fine, & num. seq. vbi quòd
9 confessio facta de tempore contractus matrimo-
nij veram dotis numerationem probat, quia eo
tempore dotes constitui solent, & pro parte sal-
tèm numerari secundùm communiter acciden-
10 tia, à quibus arguere, præsumptionesquè facere
licitum est, iuxtà *Gloss. in l. neq; natales, C. de*
probat. & tradit *Bald. in consil. 70. col. 2. lib. 1.*
vbi, quòd in præsumptionum, coniecturarumq;
materia validum est argumentum à communitèr
accidentibus, quod idem *Bald.* alibi comprobat
nempè in *consil. 390. col. 1. lib. 2. & in consil. 351.*
ad fin. lib. 1. vbi inquit, quòd ex frequentia, &
11 generalitate veritas præsumitur, id est, quòd ve-
rum sit, quod frequentèr, & generalitèr fieri so-
let, nisi deformis consuetudo probetur, quamo-
brèm, quia generalitèr, & frequentèr istud acci-
dit, vt nempè dotes constituantur, quando matri-
12 monia contrahuntur, nec viri solent indotatas
mulieres accipere, consequitur porrò, veram esse
præsumptionem hanc ad numerationem illam
probandam, nisi contrarium, aùt deformis con-
suetudo probetur, quam demùm præsumptionẽ
approbant *Purpurat. in consil. 461. sub num. 10.*
& Socin. Iun. in consil. 8. num. 12. lib. 2. quos lau-
dat, & sequitur *Marescott. in citato cap. 8. num.*
11. scribens quoque præsumptionem hanc haùd
neglexisse Rotam in illa Vrbeuetana legati 13.
Octobris 1581. coràm Cantuccio, & constabili-
tur ex traditis per *Abb. in consil. 18. col. 4. vers.*
Tertiò dixi, lib. 2. vbi, quòd Vniuersitas laudum
13 inter eius Syndicum, & aliam Vniuersitatẽ pro-
latum ratificare censetur ex taciturnitate Vniuer-
sitatis, quia secundùm eum à communitèr acci-
dentibus præsumitur, quòd Vniuersitas acceperit
copiam instrumenti laudi per ipsius Syndici ma-
nus, ex qua receptione sine contradictione ratifi-
catio inducitur, vndè, si contrà totam Vniuersita-
tem præsumitur à communitèr accidentibus, &
in casu tàm præiudiciali, quanto magis præsumi
debet contrà Priuatam personam haùd ità priui-
legiatam.

14 Secundam Præsumptionem, qua vera numera-
tio ostenditur, ex alimentorum præstatione indu-
cimus, nimirùm quãdo maritus vxorem retinuit,
& ei tanquàm dotatæ alimenta præstitit, vt *Bal-*
dus tradit in l. 1. sub num. 4. C. de priuileg. dor. de-
mùmq; *Socinus Senior in l. 1. num. 80. & 102.*
vers. Secundum corollarium, D. solut. matrim.
vbi dicit se ità responsum vidisse à doctissimis
viris, & licèt postea ist hac à sententia recedere
videatur, tamèn in *consil. 82. num. 3. lib. 3.* fatetur,
id à se disputando dictum fuisse, & in iudicando
à communibus sententijs doctissimorum Iurisc-
prudentiæ Peritorum recedendum haùd esse,
hancq; demùm opinionem sequuntur *Felin.* e si
se restringat in *cap. si cautio, num. 65. de fide in-*
strum. Decius in consil. 536. num. 10. vers. Et ad
hoc etiam facit, Crauetta in dicto consil. 40. num.
4. Gozad. in cons. 42. num. 13. vers. Quarto instru-
mentum, Natta in consil. 547. num. 25. Caphal. in
consil. 448. num. 23. Purpurat. in consil. 461. num.
11. etsi à *Baldo Nouello in tract. de dote par. 10.*
num. 15. præsumptio ist hæc refellatur, cum hæc
15 alimenta amore potiùs coniugali, quàm receptæ
dotis ratione præstari soleant, & ex coniugali
amore procedant, vt etiam alijs adductis notat
nus expositam sententiam veriorem esse testatur
Episcop. Couarr. in loco infrà citando, mihiomi-
Surdus in tractat. de alimentis, tit. 8. priuileg. 22.
num. 17. sic quoq; noster *Author in tom. 2. Disce-*
ptat. forens. cap. 362. num. 19. & ità in iudicando
seruandum esse tradit *Card. Mantica in tom. 1.*
de tacit. & ambig. cõuent. lib. 11. tit. 20. num. 17.
quemadmodùm seruatum fuisse à Rota in eadem
Vrbeuetana testatur *Marescotta in citato cap. 8.*
sub num. 12. propterea quòd ex hoc verosimile
redditur, dotem recepisse, vt confessus est, cùm
alias credendum sit, quòd illam à domo expelle-
ret, secundùm *Iustinianum Imperatorem in alle-*
gata l. generalitèr 25. C. ad S. C. Velleian. aùt ci-
16 dem alimenta denegaret, illa ratione, quia si do-
tem non habuisset, maritus vxori alimenta præ-
stare non teneretur, vt alibi diximus, & probant
Gloss. Cyn. & alij Scribentes in *l. quod in vxorem,*
C. de negot. gest. nec non *Surdus in cons. 489. num.*
10. & 11. vbi pariter de communi ICtorum opi-
nione testatur, & prorsùs dubitatione carere adij-
cit data confessione iurisiurandi religione valla-
ta, atque *num. 12. & 13.* singulariter addit, opinio-
nem hanc tantò magis locum habere, quando
17 maritus patrem habuerit, cùm quo vnà cùm
vxore habitasset, eò quod vsu recipitur, patrem
mariti eius filium, indotatam in vxorem ducere,
non permittere, qua de causa verosimile minimè
est, socerum nurui indotatæ alimenta præstare.

18 Tertiam præsumptionem quoq; admittimus,
quam aptiorem appellamus, quando nempè pro-
batur, partem illius dotis, quam maritus recepisse
fatetur, verè numeratam fuisse, etenim tũc totam
dotem verè marito solutam fuisse præsumitur, vt
tentum fuit in vna Romana dotis, de qua testatur
Marescotta vbi supr- num. 14. nec non in alia
Romana augmenti dotis, vt constat in *decis. 145.*
impressa post tractat. Pacifici de saluiano inter-
dicto, & inquiunt noster *Author* hic *num- 23.* &
in citato cap. 362. num- 18. Couarr. Variar- Resol.
lib. 1. cap. 7. sub num- 6. vers. Sex confessione, cir-
cà finem, *Menoch. præsumpt. 12. num- 26. vers.*
Quarta est coniectura, & præsumpt. 13- num. 20.
vers. Alias coniecturas, lib. 3. de præsumptionib.
anteàque etiam dixerant *Socin. in cons- 82- col. 1.*
lib. 3.

libr. 3. *Natta in conſ.* 547. *num.* 26. *Decius in dicto conſil.* 563. *num.* 10. probatque pariter *Alexander Trentacinqu. in conſil.* 53. *num.* 8. *libr.* 1. & ſequitur alios laudans *Dom. Conſiliarius Hodierna ad Surdum deciſ.* 55. *num.* 21. atque comprobat *Card. Mantica in ſupracitat. titul.* 20. *ſub num.* 14. pro vt quoque nonnullis alijs recenſitis *Gaitus de credito dict. queſit.* 11. *num.* 1813. ex quorum etiam votis habetur, concluſionem hanc locum obtinere, tametſi partitæ illæ,
19 ſeù ſolutiones particulares dotis nomen haùd expriment, nàm ſufficit, quòd aliùd non exprimant, ad hoc vt in dotis debitæ cauſa factæ cenſeantur, præſertim ſi incontrarium repugnantia aliqua, aùt probatio minimè appareat, vt rectè aſtruit *Adrian. Neguſan. in ſuo Reſponſ.* 46. *nu.* 6. quem ſequitur *Gaitus d. l. num.* 1815.

20 Quartam ex coniecturis elicimus, quam maximam quidem præſumptionem eſſe dicimus, nempè ſi matrimonio conſtante non numeratæ dotis exceptionem lapſum foret opponendi tempus, quoniam eo caſu tantùm operatur mariti confeſſio de dote recepta, quantùm ipſa numeratio, pro vt reſolutum fuit in vna Romana ſupplementi legitimæ coràm Cardinale Arigono teſtatur *Mareſcotta in dicto cap.* 8. *num.* 17. & tradunt *Rota Roman. in dicta deciſ.* 145. *impreſſ. poſt tractat. Pacific. de Saluiano inter dicto, num.* 3. *Caſtrenſ. in dicta l.* 1. *in fine, & in l. ſi marito, in princ. D. ſolut. matrim. Anchar. in conſil.* 307. *Afflict.* qui loquitur etiam contrà Fiſcum in *deciſ.* 402. *num.* 10. & 11. *Caputaquen. in deciſ.* 190. *part.* 1. ac de communi teſtatur *Aretin. in conſil.* 86. quemadmodum quoque *Socin. in conſil.* 82. *col.* 1. *libr.* 3. alijque quos refert, & ſequitur *Aymon Crauetta in dicto conſil.* 40. *num.* 6. vbi in fine dictum lapſum temporis intelligit, vt operetur reſpectu creditorum dumtaxàt, qui poſteà cauſam à marito
21 habuerunt, ſecùs autem eorum, qui intrà tempora contraxerunt, & confeſſionem à marito factã ignorabant, nàm tunc illis ex capite iuſtæ ignorantiæ reſtitutio conceditur, *Socin. in l.* 1. *num.* 90. *verſ. Illud autem expeditum, D ſolut. matrimon.* quod pariter aduertit *Mareſcotta d. l. num.* 20. Huiuſmodi autem exceptio, ſeù quærela nõ
22 numeratæ dotis de iure Codicis annum intrà à die ſoluti matrimonij locum habet, vt Imperator *Iuſtinianus* decidit in *l. final. C. de dote cauta non numerata.* Verùm attento nouiſſimo Authẽticorum iure hoc ſuum obtinet locum, ſi matrimonium intrà biennium ſolutum ſit, ſecùs verò ſi ſolutum fuerit poſt biennium vſquè ad decennium, nàm tunc exceptio iſthęc, ſeù quærela non numeratæ dotis intrà tres menſes tantùm conceditur, & huiuſmodi tempore tranſacto, poſt nẽpè decẽnium, talis quærela opponi amplius haùd poteſt, vt ſancitur in *Auth. Quod locum habet, C. de dote cauta non numerata*, niſi tamèn eſſent tales perſonæ, quæ in integrum reſtitutionem petere poſſent, vt in dicta *Auth. in fine.*

23 Quintam ex eo probamus, ſcilicèt quando maritus, qui ſe dotem recepiſſe confeſſus eſt, pactum fecit de aliquid non petendo ex paternis, maternisquè bonis, quippè quod veroſimile minimè eſt, eum vxorem indotatam habere voluiſſe, & bonis omnibus tàm paternis, quàm maternis renunciare paſſum eſſe, vt obſeruat citatus *Aymon Crauetta in dicto conſil.* 40. *ſub nu.* 8. *verſ. Octauò ſi pro dote*, quem laudat; & ſequitur *Card. Mantica in allegato titul.* 20. *num.* 15. vbi etiam *nu. ſeq.* ex auctoritate eiuſdem *Crauetta* adiſcit,
24 probabilem eſſe coniecturam, quòd dos ſoluta fuerit pro ea parte, quam maritus ſe recepiſſe confeſſus eſt, quando nempè maritus confeſſus eſt, ſe dotem recepiſſe pro certa quantitate, & pro alijs partibus, quas vxoris pater in ſingulos annos ſoluere promiſit, aliquæ quietationes haùd appa-
25 rent, nàmque ex ſequentibus præcedentia declarantur, *l. ſed Iulianus, §. quod dicitur, D. ad S. C. Macedon. l. cùm quis, antè fin. C. de natur. liber.*

26 Sextam, & vltimam præſumptionem, qua vera numeratio probatur, ex teſtis depoſitione deducimus, veluti ſi vltrà mariti confeſſionem vnius teſtis acceſſerit teſtimonium, quo vera dotis numeratio aſſeueretur, nàm confeſſio dotis, &
27 ſtitutio per vnius teſtis depoſitionem probata ſufficiunt, vt huic doti competant vera priuilegia veris dotibus conceſſa, vt tradit noſter *Author hic num.* 21. quem laudat, & ſequitur *Dom. Conſiliarius Hodierna ad Surdum deciſ.* 55. *ſub nu.* 4. & comprobat *Couarruu. Variar. Reſolut. libr.* 1. *cap.* 7. *ſub num.* 6. *verſ. ſic ex confeſſione, in fine* His profectò indicijs, & præſumptionibus ſatis comprobatur vera dotis numeratio, & dubio pro-
28 cùl præſumitur ex huiuſmodi mariti confeſſione, cùm is confeſſus fuerit, dotem recepiſſe ab extraneo, qui vxoris pater non ſit, ſiquidem tunc cenſendum eſt, verè dotem numeratam fuiſſe, nec vlla exceptio non numeratæ dotis, opponi poteſt, ſecundùm *Bald. in Rubric. Cod. de priuil. dotis, num.* 6. *Ioann. Lupi in Rubric. de donationib. §.* 30. *num.* 12. *Dec. in dict. conſil.* 536. *num.* 9. *Hippolyt. ſingul.* 345. quos, & alios ſequitur *Couarruu. d. l. verſ. Eſt & alia.*

29 Ignorandum verum tamèn haud hinc eſt, recenſitam ſuprà concluſionem, etſi communitèr amplexa, approbataquè ſit, ſuum non ſortiri effectum, cùm de promiſſione nõ niſi ex ſola Notarij aſſertione conſtiterit, vt putà ſi dixerit, ſcripturam illam promiſſionis ſe vidiſſe, & legiſſe, nàm quamuis confeſſio iſthæc cùm tali aſſertio-
30 ne probaret, creditoribus nihilominùs præiudicium inferre nequit, ſed ipſi dumtaxàt viro, eiuſq; hæredibus, iuxtà Imperialem Sanctionem in *l. optimam 14. C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione*, cùm quò ad creditorum præiudicium militer diſpoſitio *textus in Auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo*, pro vt aliorum fultus auctoritatibus declarat noſter *Author hic num.* 16. & 17. quem extollit *Dom. Conſiliarius Hodierna in citata deciſ.* 55. *num.* 7. & ſequitur etiam *Fontanell. de pactis nuptialibus, clauſ.* 14. *Gloſſ. vnic. part.* 1. *num.* 57. niſi tamèn pro numerationis pro-
31 batione alia concurrerent adminicula, quoniam tunc ex narratione promiſſionis dotis facta in inſtrumento confeſſionis cùm dictis adminiculis ſolutio etiam contrà tertium probaretur, vt *Mohed.* inquit in *deciſ.* 2. *ſub titul. de confeſſ.* & ſic pluries deciſum fuiſſe refert *Rota Romana in deciſ.* 12. *impreſſa poſt tract. Pacific. de Saluiano interdicto.*

32 Nequè demùm concluſionem illam locum obtinere erudimur, ſi de dotis promiſſione non niſi per partium confeſſionem conſtiterit, etenim ex laudatorum omnium ſuprà Doctorum votis

Digitized by Google

veris certum habetur; de promissione illa alitèr quàm per partium confessionem constare opus esse, vt conclusio illa procedat, quippè quod si maritus eadem in dotis receptæ confessione dicat, ipsas dotes in matrimonialibus tabulis retro-
32 factis promissas fuisse, assertio isthæc, seù narratio dubio procùl sufficiens minimè est, vt creditoribus præiudicium inferre possit, cùm partium confessio creditoribus non noceat, secundùm *Pauli I.C.* Responsum in *l. si vnus* 27. *§. antè omnia, D. de pactis*, quod ad hoc propositum adducit quoque *Socinus Senior in l.* 1. *num.* 85. *D. solut. matrim.* & sequitur *Card. Mantica in allegato titul.* 20. *sub num.* 35. *circà med.* alioqui via fraudandorum creditorum abdubio inuenta foret, cùm càm facilè fit, præcedentem promissionem fareri, quàm fraudare, prout *Vlpianus I. C.* tradit in *l. magis puto* 5. *§. si pupillus*, & ibi *Glossa in verbo* Ratio. *D. de rebus eorum qui sub tutela*, idem *Vlpianus I. C. in l. cum ij quibus* 8. *§. transactiones*, & ibi *Glossa in verbo Ne circumueniatur, D. de transactionibus.*

34 Quinimmò in casu, quo de precedente dotis promissione appareret, creditores haùd excluſi penitùs dicùtur, propterea quòd si dotis receptæ confessionem veram non esse probare voluerint, & opponendo non numeratæ dotis exceptionem ad transferendum probandi onus ad ipsosmet creditores haùdq; ad mulierem, admittendi sunt, quippè enim huiusmodi in materia probationi
35 veritatis semper cedit præsumptio ex *Modestino I. C.* expresè *in l. si chirographum* 24. iunctis *Paulo I. C. in l. cum de indebito* 25. & *Scaeuola I. C. in l. Imperatores* 29. *D. de probationibus*, Beneuerùm interim standum est confessioni ad mulieris beneficium factæ, vt ex *l.* 1. *C. de non numerata pecun.* alijsque concludit *Anton. Faber in Cod. libr.* 5. *titul. de dote cauta non numerata, definit.* 3. & 4. quem sectatur *Fontanell. in citata clauſ.* 4. *Gloss. vnica part.* 1. *num.* 39. etsi ex supra aliegata *D. Præs. de Franchis decis.* 677. colligi
36 videatur, quòd quando præcessit promissio, per creditores opponi nequeunt exceptiones non numeratæ dotis, & donationis, nihilòtamen minus haùd mihi videtur, eos excludi posse, si probandi onus in se susceperint ex allegato præsertim *Modestini* loco in *dicta l. si chirographum*, vltrà
37 quod aliam quoque opponere possunt exceptionem nempè fraudis in eorum præiudicium commissæ, cùm scitum sit, aduersùs mariti confessionem tres exceptiones opponi posse, donationis, nempè, non numeratæ dotis, & fraudis commissæ in creditorum præiudicium, ex quibus licèt priores illæ duæ donationis scilicèt, & non numeratæ dotis, attenta memorata *Dom. Præs. de Franchis* decisione, per præcedentem promissionem tollantur, ità vt illis aduersùs talem confes-
38 sionem creditores vti nò possint, minimè tamèn ulla tertia tollitur, quæ est fraudis commissæ in creditorum præiudicium, & dicitur quando tèpore confessionis receptæ dotis, maritus magnũ
39 ęs alienum habebat, quoniam eo in casu dotis receptæ confessio fraudulenta præsumitur, vt post *Bartol. in l. posse contractum, num.* 2. *D. de donationib.* notat *Card. Mantica in dicto titul.* 20. *num.* 36. vbi quod tunc dotis receptæ confessio in creditorum fraudem facta intelligitur, quando scili-
40 cèt maritus non est soluendo, vel dote soluta desinit esse soluendo, quod etiam sequitur noster *Author in tom.* 2. *disceptat. forens. cap.* 362. *nu.* 23. demumquè *in tom.* 3. *cap.* 489. *num.* 22. vbi alios plerosque adducit, inquiuntq; paritèr *Bartholom. Socin. in l.* 1. *num.* 100. *vers. Sed hæc cõcluſio, & num.* 105. *D. solut. matrim. Alexand. conſil.* 86. *num.* 3. *vers. Peculiarum quantitates, lib.* 7. *Aymon Crauett. conſil.* 40. *num.* 6. *Boerius decis. Burdegal.* 330. & 331. *Io: Franc. del Castill. decis.* 67. vbi sic quoque decisum fuisse testatur, *Vrsill. ad Afflictum decis.* 402. *num.* 6. *in fin. Riccius Collect.* 3543. *part.* 8. *Castill.* perbellè *de alimenti. lib.* 8. *cap.* 36. *§.* 6. *num.* 28. *vers. Ego tamèn, Cancer. Variar. Resolution. part.* 1. *cap.* 9. *de dote, & donatione propter nuptias, ante num.* 54. *Mechinus* post alios quos refert in *tract. de præsumptionib. lib.* 3. *præsumpt.* 13. *num.* 24 *Fontanell. in dicta clausul.* 4. *Gloss. vnic part.* 1. *num.* 69. *cum seq. Alciat. de præsumptionib. regul.* 3. *præsumpt.* 26. annuuntq; aliis omissis *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis.* 55. *num.* 17. 18. *& sequ. & opuscul. de decottion. mercat. notab.* 81. siquè per Rotam decisum fuisse refert *Merlin. in tract. de legitim. lib.* 2. *titul.* 1. *quæst.* 17. & Sacrum Regiũ
41 Consilium die 4. mensis Iunij 1674 facto verbo ad relationem doctissimi, integerrimiq; Regij Consiliarij Domini *D. Troiani Miroballi* pro absoluto admittitur in causa *A. M. Doctoris Ioannis Adinolfi, cum Catarina Viuolo, & Ioseph. Castaldino*, patrocinante *Domino V. I. D. Nicolao Adinolfo* stylio, & vitæ probitate commendabili, & nostro amico optimo, vt in processu in Bãca *Lauiani Act. Mag.*
42 Præsertim si huiusmodi dotis receptæ confessio à marito tempore, quo creditores pro eorum creditis instetissent, facta foret, etenim tunc, nisi de vera numeratione appareat, in ipsorum præsùs eorum petitiones militare non potest, cùm maritus aliam hypothecam in creditorum præiudicium oriri facere non possit, iuxtà *text. in l.* 2. vbi *Gloss. in verb. Proponat, D. de his quæ in fraud. credit.* per quem *textum* sic voluit *Vrsillus ad Afflict. in decis.* 402. *num.* 6. *in fine*, quem laudat, & sequitur *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surd. in dicta decis.* 55. *num.* 20. præmittens nu.
43 19. id quoque locum sortiri, si maritus confessionis tempore magno ære alieno gravatus non fuisset, sed deindè post factam confessionem ipsius mariti bona pro futuris creditoribus non sufficerent, vt exposuit *Alexand. in consil.* 86. *num.* 1. *libr.* 7. & ad propositum *Bald. in titul. de reuocand. his, qua in fraud. credit.* aduertit, huiusmodi confessionem, quando sit bi cui tempore
44 antè facta debita, fraudulentam præsumi, neque futuris creditoribus nocere, quod post *Rolland. in consil.* 74. *n.* 13. *libr.* 4. amplectitur *Merlin. in dicta quæst.* 17. *num.* 15. quamobrèm eo fortiùs procedere dicimus, si eodem tempore, quo maritus receptæ dotis confessionem fecit, debitum contractum fuisse appareret, dummodò nó
45 sit in parua summa, quia pro modica quantitate fraudis suspicio non cauſatur, vt aliorum auctoritatibus tradit noster *Author in dicto cap.* 362. *subnum.* 21.
46 Cœterùm obliuioni tradendum haùd quoque hinc est, elucidatam supra conclusionem in Lucem obti-

Digitized by Google

obtinere, cùm dotis receptæ confessio fit in contractu inter viuos, secùs autem si vltimo in elogio, etenim tunc veram numerationem non probat, sed solùm legatum quoddam, vel fideicommissũ inducit, vt expresse decidit *Scaeuola I.C. in l. Lucius Titius, la seconda, §. quisquis mihi hæres, lo secondo, D. de legat. & fideicomm. secund.* idem *Scaeuola I.C. in l. qui vxori 19. D. de aur. & argent. legat.* & post *Bartol. Mier. & Peguer.* tradit *Cancer. in citato cap. 9. num. 53.* vbi quoque per Senatum Carhalauniæ sic pronunciatum fuisse refert die 3. Nouembris 1610. quem inter alios, quos ad hoc adducit, laudat *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supr. num. 8.* ex cuius etiam ore tra-
47 dit, hoc procedere, tametsi huic confessioni promissionis instrumentum præcessisset, nàm licèt confessio præcedente promissione veram numerationem probet secundùm supra dilucida oratione proposita, hoc tamèn vbi confessio fieret nõ vltimo in elogio, sed actu inter viuos, & per viam contractus, procedere compertum est, vt etiam in specie notat *Bartholom. Socin. in consil. 61. num. 3. lib. 1.*

48 Etsi in hoc nonnulli dixerint, dotis receptæ confessionem vltimo in elogio factam in vim legati haùd sustineri, nisi maritus illam expresse legasset, cùm aliud sit legare, aliud cõfiteri, prout in specie concludit *Angel. in l. generaliter, num. 9. vers. An tamèn illa confessio teneat, C. de non numerat. pecun.* & voluerunt, quos allegat noster *Author in tom. 1. disceptat. forens. cap. 116. num. 44.* atq; consuluit *Phanuc. de inuentar. quæst. 244. num. 119. & seq.* exponens, quòd testator simpliciter declarans, & confitens, dotem vxoris esse in scutis mille, dotem legare non censetur, neque isthac ex confessione illa probabitur, nisi dotis constitutio, & solutio aliundè probetur; Nihilò
49 tamen minùs contrarium communiori *ICtorum* voto receptum est, & ità in Iure Ciuili probatur, nempè talem confessionem in elogio factam sustineri in vim legati, vel fideicommissi, tametsi de vero debito non constet, & testator vltrà confessionem aliquid vlteriùs non disposuerit, legatum enim, vel fideicommissum per expressam
50 nedùm, sed per tacitam demùm defuncti voluntatem, eiusq; coniecturatã mentem inducitur, vt clarè referibunt *Cæsares in l. & in epistola 22. C. de fideicommiss.* iunctis *Papiniano I. C. in l. cùm proponebatur 66. D. de legat. & fideicomm. secund. & Paulo I.C. in l. nutu 21. D. de legat. & fideicomm. tertio*, cùm alijs, de quibus Ipsemet in *Obseruat. 3. ex num. 15.* & hanc nostram sententiam probant *Cynus in l. Generaliter, quæst. 8. num. 11. C. de non numer. pecun. Baldus in l. non solùm, §. si liberationis, de liber. legat. Hippol. de Marsil. in Rubr. Cod. de probationib. num. 98. Bald. in consil. 467. lib. 3. Alexand. in cons. 122. num. 3. & seqq. lib. 7.* veramq; traditionem esse, docet *Gomes. de testam. cap. 12. tit. de legat. num. 81. vers. Sed ista opinio*, quem, & alios sequitur *Emanuel Cost. in l. si ex cautione, num. 6. fallent. 12. C. de non numer. pecun.* prout etiam latè concludit *Surdus in decis. 285. num. 4. cùm seqq.* vbi
51 sustinet, confessionem in vim legati, si testator solùm confessus fuerit, dotem vxoris esse in tali summa, quamuis aliter mulier eius creditum nõ probet, & testator vlterius non disposuerit, sed simpliciter in terminis puræ confessionis remãserit, neque illam solui mandauerit, quod etiam firmat idem *Surdus in cons. 169. num. 5. ad med. vers. Est verum, lib. 2.* & reiectis contrariæ sententiæ sectatoribus hanc nostram veriorem esse probat noster *Author in tom. 1. Disceptat. forens. cap. 116. num. 45. & seqq.* sic quoque *Dom. Consiliar. Hodierna in dicta decis. 55. num. 13.* vbi hanc demùm sententiam veriorem esse dicit, & sectantur etiam *Dom. Regens Merlinus Controuers. forens. centur. 1. cap. 85. num. 7.* vbi Ipse etiam dixi in meis *Scholijs* literis quamprimùm commendandis, Deo adiuuante, *Card. Tuschus Practicar. Conclus. iur. concl. 639. num. 5. Mascard. de probationib. conclus. 359.* nec non post *Crauett.* & alios comprobat *Cæsar Manent. in decis. Mant. 40. num. 15.* vbi etiam dat cautelã vxo-
52 ri petendi dotem, scilicèt, vt illam petat vti legatam, non vti debitam, quia aliàs succumbere debeat ex *Ruino consil. 49 num. 9. & cons. 53. num. 1. lib. 2. Vrsill. ad Affict. decis. 359. num. 4. & 5. Phanuc. de inuentar. sub dict. num. 119. Rot. in decis. 985. num. 11. part. 1. in nouiss.* & antè omnes *Felin. in cap. si cautio, num. 75. vers. Sed est aduertendum in modo petendi, de fide instrumẽt.* cum alijs per eum allegatis.

53 Consequimur hinc porrò, cùm legatum sit, & in vim illius valeat, si testamentum, in quo adest huiusmodi confessio, reuocetur, ipsam quoque confessionem reuocatam censeri: notissimum enim est, per secundum testamentum omnia in
54 priori disposita, & legata reuocari, tametsi in secundo de reuocatione prioris nihil dictum fuerit, cùm subintelligatur clausula illa, *cassans, & irritans*, nisi illa in priori elogio scripta expressim repetita fuerint, *l. si iure, D. de legat. 3. §. sed & si quis priore, Element. Iur. quib. mod. testament. infirm.* & ità firmiter concludit *Curtius Iunior* hoc notissimum esse dicens in *cons. 163. num. 15.* quem laudat, & insequitur *Card. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. lib. 12. tit. 1. num. 36. & 37.* vbi adijcit, quòd pri-
55 mum testamentum in totum tollitur per posterius, quamuis clausulam codicillarem habeat, ex *Alciat. in cons. 66. num. 1. & in cons. 68. num. 1. & seq. lib. 9.* & legata in priori testamento relicta
56 in posteriori repetita nõ censentur, tametsi idem fuerit hæres institutus, nisi expressim fiat repetitio: vndè *Paulus de Castro in l. heredes palam, §. si quid, D. de testament.* scribit, quòd facto no-
57 uo elogio, & mutato vno legato, quod in priore elogio scriptum fuerat, alia legata ibidem descripta firma non permanent, nisi in specie, vel saltèm in genere confirmentur, & sequitur *Natta in consil. 484. num. 4. & 5.* etsi tamèn aliàs hoc intel-
58 ligi debeat, nisi ex coniecturis eliciatur, testatorem testamentum in totum haùd reuocare, sed reformare voluisse, vt per eum, & tradit etiam eadem in facti specie *Caphal. in cons. 73. & seq.* nec non *Card. Mantic. d. l. num. 38.* vbi, quòd si in-
59 priore testamento legatum ità relictum sit, vt res legata familiam extrà alienari non possit; in posteriore autem testamento relictum sit simpliciter, adiunctum onus, quòd scilicèt familiam extrà alienari non possit, repetitum non intelligitur, & consequentèr ab ea voluntate recessisse præsumitur, *Bartol. in l. Statius, in princ. D. de iure Fisc.* quod dictum *Ruin. & Curt. Iun.* consulendo sequuti sunt, vt *Natta* refert, & probat in citato

con-

Digitized by Google

consil. 484. num. 3.

60 Quamobrem his præcognitis doctissimus, omnique æuo celebrandus Dom. Regens D. Franciscus Merlinus in memorato cap. 85. num. 9. tradit, quòd simplex testatoris confessio in elogio facta, quia in vim legati, vel fideicommissi valet, consequens est, vt ad testatoris libitum reuocari possit, nec peri donec elogium illud testatoris morte confirmetur, quia defuncti voluntas vsq;
61 ad supremum vitæ exitũ ambulatoria est, quemadmodùm Vlpianus I.C. fatur in l. quòd si iterùm 4. D. de adimen. vel transfer. legat. & in l. cùm hic status 33. §. Oratio, D. de donation. inter vir. & vxor. & memor pariter Ipse fui in Obseruat. 39. num. 14. quod documentum tradunt etiam Bald. in l. 1. C. de furt. Mascard. in dicta conclus. 359. num. 2. comprobantq; in proposito nostro themate sermocinando noster Author in citato cap. 116. num. 53. & seqq. Manent. in allegata decis. 40. num. 11. Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, num. 15. & quòd testator in vita sua ad le-
62 gatum prædictum soluendum conueniri nõ possit, doctissimè defendit Guttierez QQ. Practic. lib. 5. quæst. 96. num. 4. quod autem circà licèt Rebuff. ad Constitut. Gallic. tom. 1. tract. de chyrograf. recognit. art. 2. num. 45. pensitauerit, quòd
63 hoc casu testator quasi contraxisse videatur, vndè testamentum etsi reuocetur, contractus tamèn vires habet, ad textum in l. heredes palam, §. final. de testament. & sequatur Guttier. in Repetit. l. nemo potest, num. 262. de legat. 1. respondet tamèn idem Guttierez in citata quæst. 96. num. 10. tunc confessionem in testamento factam contractum operari, quando nempè fit parte præsente, & acceptante, vel quando ex modo confitendi desumitur, testatorem contrahere voluisse, quo
64 casu quia in contractum transire dicitur, reuocato testamento, talis contractus in eo contentus non reuocatur, ad notata per Bald. in l. final. D. de rebus eorum, & inquiunt idem Bald. in consil. 488. lib. 4. Oldrad. in cons. 114. num. 1. qui loquitur in confessione iurata, & acceptata, quæ cùm
65 transeat in contractum non consideratur, vt legatum, ideò nedùm tacitè, sed neque expressè reuocari poterit, Surd. in consil. 169. num. 9. lib. 2. Capyc. in decis. 71. num. 1. Gamma in decis. 339. sub num. 4. Thoming. in decis. Lips. 29. part. 2. Boer. in decis. Burdegal. 353. num. 4. Mauritius de Alexio in Breuiloq. confession. cap. 10. num. 8. Author noster in d. cap. 116. num. 55. cum seqq. Gabriel commun. conclus. tit. de confession. concluf. 4. num. 2. & seq. Seraphin. de priuileg. iuramento. priuil. 93. num. 5. & perbellè astruit Marescotta Variar. Resolut. lib. 1. cap. 48. num. 16. cum seqq. vbi quòd non valet arguere, est facta in testamento, ergò illius naturam sequi debet, quia
66 in testamentis quoque contractus, donationesq; inter viuos fieri possunt, cùm requisita interueniunt, vt est vtriusq; præsentia, quo casu actus irreuocabilis efficitur, attentis recensitorum suprà Ictorum votis, nec non Gloss. communitèr approbata in l. hæredes palam, §. final. D. de testament. & Bartol. in l. rationes, C de probationib. & in l. creditores, C. de fideicommiss. vbi conclu-
67 dit, confessionem in testamento factam, ex qua ius parti quæsitum est, irreuocabilem esse, quãdo pars cui quæritur, vel alius pro ea interuenit; & multa de huiusmodi confessione in testamentarijs tabulis facta, quando reuocari possit, exponit Tiraq. ad Lag. 16. connubial. num. 102. & 103. vbi de Caio Visellio Varrone, qui graui morbo correptus, trecenta millia nummum Otaciliæ Laterensi, cùm qua commercium libidinis habuerat, legati nomine reliquit, eo consilio, vt si decessisset, ab hęredibus eam summam petere potuisset, & de iudicio Caij Aquillij iuris Ciuilis scientia excellentis in hac re sermocinatur Valerius Maximus in lib. 8. dictorum, factorumque memorabilium, cap. 2. num. 2.

PROLOGOMEN-

Notarius scripturam inter partes conficiens, in qua testes se subscripserunt, vt illam vt Tabellio, haùdq; vt amicus scripsisse dicatur, peculiaritèr probatur.

RERVM SVMMA.

1 Scriptura facta à Notario vt amico Publica nõ dicitur, neque probat.
2 Notarius scripturam inter partes conficiens, vti Notarius illam scripsisse dicitur.
3 Actus vt valeat in dubio iudicandum est.
4 Argumentum à communitèr accidentibus validum est.
5 Veritas ex frequentia, & generalitate præsumitur.
6 Notarius adhibens solemnia ad Publicum instrumentum requisita tanquàm Notarius subscribere censetur, etiam quòd nomen, Notariatusue officium haùd exprimat.
7 Qualitas statuti quando præsumptiuè expressa dicatur.
8 Actionis nomen de iure antiquo in libello exprimi debebat.
9 Quid exprimere facto, aùt verbis paria sunt.
10 Animus ex actuum qualitate præsumitur.
11 Facta sunt efficaciora ad facientis animum declarandum, quàm ipsa verba.
12 Facta nunquàm falsitatis habent notam.
13 Ratificatio, quæ actis fit, validiùs confirmat actum, quàm illa, quæ fit verbis.

OBSERVATIO CIV.

PEregrina equidem pertractatur quæstio hoc in loco, quam prę manibus certo cerũ tiùs haùd habent Scribẽtes. Quæstio est, An Notarius scripturam inter partes cõficiens, in qua testes se subscripserunt, illam vt
1 Tabellio, an verò vt amicus scripsisse dicatur? nàm si illam vt amicus scripsit, planè publica minimè est, neq; probat, vt firmant vnanimiter Maiores nostri per Imperialem Leonis Constitutionem in l. scripturas, C. quæ potior. in pignor. ha-
2 beant. & quòd illam vt Tabellio scripsisse dicatur, concluſum testatur noster Author hic, quã conclusionem optimis, concludentissimisq; rationibus suffultam esse comperimus; Primò quidem, quia constat, vt actus valeat, nèue nullitatis
3 vitio maculatus dicatur, ità in dubio præsumendum esse, vt scilicèt Notarius scripturam inter partes conficiens, vti Notarius illam scripsisse dicen-

dicendum sit, præsertim quia ità consuetum est fieri; vndè intrat probata illa regula, cuius memores fuimus in præcedenti *Obseruatione num.* 10. quòd nempè à communitèr accidentibus arguere, præsumptionesq; facere licitum est, *Gloss. in l. neque natales, C. de probationib. Bald. in consil. 70. col. 2. libr. 1. & consil. 351. ad fin. eodem lib.* vbi tradit, quod ex frequentia, & generalitate veritas præsumitur, nimirùm quòd verum sit, quod frequentèr, & generalitèr fieri solet, sed generalitèr, & frequentèr, immò semper istud accidit, vt Notarij scripturas inter partes conficientes, illas vti Notarij confecere dicantur, vndè rectam esse huiusce loci determinationem dicendum est.

Secundò, quoniam absolutum esse videtur, vt Notarius instrumentum simplicitèr subscribens non exprimendo officiū, aùt Notariatus nomen, satis censeatur, se tanquam Notarium subscribere, quando solemnia adhibuit ad publicum instrumentum requisita, propterea quòd si non tāquàm Notarius subscribere voluisset, illa solemnia verosimilitèr non adhibuisset, vt notabilitèr tradit *Aymon Crauetta in consil. 150. num. 3.* vbi laudat *Roman. in consil. 105. col. 1. vers. Cœterùm secundo*, inquientem, quòd quando statutum punit vtentem falso instrumento dolo, & in accusatione dolus non exprimitur, si tamèn vtentem condemnari petatur secundùm statuti formam, qualitas statuti expressa præsumptiuè videtur: quemadmodùm de iure antiquo actionis nomen in libello exprimi debebat, satis tamèn erat talem expressionem præsumptiuè fieri, putà factum ità narrando, quòd ex eo actionis qualitas resultaret, *Bartol.* cœteriq; ICti cōmunitèr in *l. 1. in princ. D. de edend. Cyn. Bald.* & alij in *l. edita, C. eodem titul. Dec. in l. quamdiù, col. 2. C. qui admitti, Socin. in cons. 188. ad fin. lib. 2.* paria enim sunt facto, aùt verbis quid exprimere, vt *Scæuola I.C.* respondit *lib. 5. Responsorum* relatus in *l. Paulus 5. D. rem ratam haberi*, & ex actuum qualitate animus præsumitur *Fusch. lit. F. singul. 2.* vbi dicit, quod mens, & voluntas facto magis, seù actu, quàm verbis declaratur, nàm facta sunt efficacio-
11 ra ad facientis animum declarandum, quàm ipsa verba, & cùm ratione, quia verba quandoq; falsi-
12 tatis notam habēt, facta verò nunquam, vt *Bald.* inquit in *d. l. Paulus*, nec non *Alciat. in Respons. 248. num. 6. vers. Non obstat*, ideòq; ratificatio,
13 quæ actis fit, validiùs confirmat actum, quàm illa, quæ fit verbis, *Alexand. cons. 117. num. 2. vol. 5. Caphal. consil. 51. num. 15. Socin. iunior consil. 19. num. 13. vol. 1. Natt. consil. 341. num. 4. vol. 2. Paris. consil. 49. vol. 1.* quos insectatur *Menoch. de recuperand. possession. Remed. 115. num. 118. cum seq.*

PROLOGOMEN.

Mandatum ad lites post sententiam productum illam conualidare, ità vt de eius nullitate dici haùd possit, deciditur, quādo tamèn Procurator ille ab initio legitimum mandatum habebat, & de mandati defectu ab aduersario oppositum non fuit, quod circà peculiaria nonnulla haùd incuriosè demonstrantur, & controuersa illa quæstio, an mandatum huiusmodi per testes probari possit? aliorum recensitis opinationibus clarè postmodum resoluitur.

RERVM SVMMA.

1 *Mandatum ad lites quandocumq; ostendere sufficiens est.*
Intelligitur, quando Procurator ab initio illud habebat, vt num. 3.
Limitatur, quando aliqua ratione, & causa inualidum est, vt num. 8.
Sic quoque, quando de mandati defectu ab aduersario oppositum fuit, vt num. 2.
4 *Docere de mandato, cùm opponitur, sufficiens est.*
5 *Acta gesta cùm falso Procuratore nulla sunt.*
Ampliatur, quamuis contrà eum quolibet in actu protestatum non fuerit, vt num. 6.
7 *Exceptio illegitimationis personæ cùr in litis exordio opponatur.*
9 *Aliquid non esse, vel esse, sed nullitèr paria sunt.*
10 *Exceptio Procuratoris non matriculati in Regijs Audientijs, & Supremis Neapolitanis Tribunalibus quandocumq; opponi potest, & opposita causæ cursum impedit.*
11 *Acta gesta cùm falso Procuratore per Domini principalis litis ratificationem conualidantur, & num. 13.*
Ampliatur vt num. 15.
12 *Ratihabitio mandato æquiparatur.*
14 *Ratihabitio quando retrotrahatur.*
16 *Procurationis mandatum licèt in actis non appareat, si litis Dominus suam causam per falsum Procuratorem agi videns non contradicit, creditur, de eius voluntate intercessisse.*
17 *Procurationis mandatum non præsumitur etiā post mille annorum spatium.*
Nec demùm, si Notarius in instrumento se mandatum legisse scripserit, vt num. 18.
Nec paritèr probatur, si viginti Notarij illud vidisse attestent, vt num. 19.
Similitèr, si Notarius det fidem de mandato etiam à se confecto, vt num. 20.
Sed restringitur, si is, qui mandatum in instrumento enunciaret, Procuratorem constituere posset. vt num. 21.
22 *Mandati procuratorij in aliqua causa producti, possit nè in altera copia ex illo exemplata produci, & satis sit, eiusue fides.*
23 *Mandatum ad lites per testes probari non potest.*
Contrarium verius, vt num. 24.
Sed intelligitur, vbi de actu præterito ageretur, vt num. 29.
25 *Mandatum ad exigendum, & recipiendum scripturam requirit, & num. 26.*
27 *Debitor compelli non potest, vt soluat probanti mandatum per testes.*
28 *Oeconomus Ecclesiæ mandatum probare debet per instrumenta, non autem per testes.*
30 *Mandatum ad lites per testes probari non potest quòad lites prosequendas.*

Digitized by Google

OBSERVATIO CV.

HÆsitabundus simùl, venerabundusq; intueor decisionem super ea quæstione, an mandatum post sententiam productum illam conualidet, ità vt de eius nullitate dici haùd possit, & noster *Author* affirmatiuè decisum testatur *hic*, quia sufficit quandocumque mandatum ostendere, & de eo docere, ac de agentis facultate, & potestate ad agendū constare, nisi de mandati defectu ab ad-
2 uersario oppositum fuerit, & de eo tunc non docuerit, quam sanè sententiam communi omnium Scribentium voto probari dicimus, sic enim quoque docet *Baldus in consil.* 122. *col.* 1. *libr.* 3. quē laudat, & sequitur *Aymon Crauetta in consil.* 108. *sub num.* 1. tradunt paritèr *Speculator in titul. de Procuratoribus*, §. 1. *vers. Sed quid si receptum*, *Paulus de Castro in consil.* 290. *col. penult. vol.* 1. *Angel. in consil.* 292. *in fine*, *Alexand. in consil.* 78. *col.* 2. *vol.* 5. *Gabriel in consil.* 25. *num.* 13. *& seq. libr.* 2. alijsque consulentibus omissis sic paritèr astruunt *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom.* 1. *libr.* 7. *titul.* 4. *num.* 10. *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. nostri Regni, in Rubric. de Procuratoribus, sub num.* 25. vbi haùd immemor fuit de huiusce *Anthoris* nostri decisione, *Muscatell. in praxi S. R. C. part.* 2. *Gloss. Veniens, num.* 33. *Cancer. Var. Resolut. part.* 2. *cap.* 14. *de Procuratoribus, num.* 61. adijcens, opinionem istam in practica seruari vidisse, & æquam esse, vndè comprobat in *part.* 3. *cap.* 12. *num.* 64. quemadmodum etiam *Maresc ott. Variar. Resolut. libr.* 1. *cap.* 92. *num.* 1. vbi quoque ait, sententiam hanc amplexam fuisse Rotam Romanam in vna Romana census 4. Decembris 1595. coràm Cardinale Pamphilio, ità paritèr decisum refert *Achil. de Grassis in decis.* 6. *sub titul. de Procuratoribus*, & hanc demùm sententiam tradit idem noster *Author in addit. ad decis.* 111. *num.* 7. *& in tom.* 2. *Disceptat. forens. cap.* 330. *num.* 13. deniquè prætermissis alijs, nè nimis fastidiosam allegationem contexerem, prò absoluta sequuntur *Salgadus in labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 23. *num.* 30. *Golinus de Procuratoribus, part.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. *cum seq. Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. *Costa de retroactione, cas.* 28. *cap.* 8. *n.* 4. *Schrader. de feudis, tom.* 2. *part.* 10. *sect.* 18. *num.* 149. *cum plurib. seqq. Mart. in Digest. nouiss. part.* 1. *cap.* 78. *Mynsinger. Obseruat. Iuris, tom.* 5. *Obseruat.* 80. & amplectit nouissimè *Dom. Motillus in praxi S. R. C. titul. de gradu citationis, num.* 170. ex quorum equidem *ICtorum* votis compertum fit, nùm de præsentis loci determinatione, atquè insimul de propositæ sententiæ iustitia recto voto ambigere possit.

3 At cùm grano salis intelligenda est profectò, vt nempè procedat, quando Procurator ille ab initio legit. mum mandatum habebat, etsi illud sententiam antè haùd produxerit, cùm productionem huiusmodi in causa appellationis interpositæ à diffinitiua, in qua produci possunt non producta, fieri posse certum sit, ex vulgata *l. per hanc, C. de tempor. appell.* quia de eo docere, cùm
4 opponitur, sufficiens est, vt intèr cæteros aduertit perbellè *Baldus in memorato consil.* 122. *col.* 1. *libr.* 3. quem laudat, & sequitur *Aymon Crauetta* de hoc dubitandum haùd esse *ridens in dicto consil.* 108. *sub num.* 1. Secùs verò, si re vera ab initio nullum mandatum habebat, tunc enim
5 acta per illum gesta nullitati citrà dubium subiacent, tanquàm gesta cum falso Procuratore, vt declarauit Rota in vna Verulana legitimę, quam refert *Marescotta vbi supra num.* 4. in qua nullatæ fuerunt sententiæ per falsum Procuratorem obtentæ, licèt contrà eum quolibet in actu proteſtatum nō fuisset, quia verè Procurator ille mandatum non habebat, cùm simplicitèr constitutus esset, haùdque insolidū cùm alio, vndè sine eo procedere non poterat: quodè gesta per falsum Procuratorem annullanda veniant, etiam
6 quòd eum contrà quolibet in actu proteſtatum non fuerit, cùm audiri non debeat, nisi docto de legitimo mandato, fuit etiam resolutum per Rotam in vna Auximana affectus 9. Februarij 1588. coràm Cardinale Plato, vt testatur idem *Marescotta num.* 5. comprobantq; *Dom. Regens Rouitus in dicta Rubr. de Procuratoribus*, *Petra in Commentar. super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rot.* 24. *num.* 11. circà finem, *Dom. Consiliar.* alijque suprà indicati, & consentiunt exarata per *Card. Puteum in decis.* 383. *libr.* 2. Quamobrem non absre memoramur, in praxi introductum esse, vt ipso in litis exordio exceptio illegitimationis personę opponatur, vt ad vlteriora procedi nō
7 possit, nisi præsentato legitimo procurationis mandato: & in Cathalaunia cautum est, vt Notarius, seù Causę Scriba aliquid in actis causæ redigere non possit nomine alicuius, qui procuratorio nomine comparet, nisi eius mandatum penès se habeat, & etiam vt nullas intimationes faciat alicui, vt procuratori alicuius, nisi de suo mandato in processu constet, sub pœna priuationis officij, & Præterid, vt parti, quæ ea ex re damno afficietur, totum id, quid quid sit, reficiat, vt *Iacobus Cancerius* scribit in *citato cap.* 14. *de Procuratoribus, post num.* 66.

8 Vndè fit, nostram limitationem, siuè intelligētiam locum demùm obtinere, cùm Procurator ille ab initio mandatum habebat, sed aliqua ratione, & causa inualidum, propterea quod tunc idē est, ac si nullum habuisset mandatum, cùm paria
9 sint aliquid non esse, vel esse, sed nullitèr, & minus canonicè, *l.* 2. *D. de author. tutor. l. de state*, §. *quod ait Prætor*, *D. de interrog. act. l. quoties*, *D. qui satisd. cogant. l.* 1. §. *& quidem*, *D. quod cuius vniuers.* cuius *textus* dispositionem ad rem istam adducit *Andr. de Iserniain cap.* 1. §. *præterea*, *qua sit prima causa benefic. amitt. in vsibus feudor.* & sequitur *Dom. Motillus in citato titul. de gradu citationis, num.* 163. notans in præcedenti *num.* quòd Procurator si Domini mandatum habuerit, & in nostris Supremis Tri-
10 bunalium Subsellijs, aùt in Regijs Audientijs egerit, sed ad Procuratoris officium non approbatus, siuè matriculatus esset, eo casu per Regiā *Pragmat.* 78. *de Officio S. R. C.* talis exceptio quandocumque opponi potest, & oppolita cauſę cursum impedit, donec de contrario non constat, hocque ratione inhabilitatis personæ iuręspeciali proueniente, verùm acta facta antecedentèr valida esse, notat *ibidem*, ratione mandati: pro
11 vt quoque conualidari illa posse eruditur, quę

gesta sunt à falso Procuratore, qui nullum mandatum habebat, per ratificationem Domini principalis litis, cuius se procuratorem esse asseruit,
12 quia ratihabitio de iure retrotrahitur, & mandato æquiparatur, *l. final. C. ad Macedon. cap. ratihabitionem, de regul. iur. in 6.* & ità proprijs in terminis decidit *Vlpianus I. C. in l. licèt verum 56. D. de iudicijs*, vbi etiam id tradit *Glossa*, & sequuntur *Guid. Pap.* qui ità pluries iudicatum refert in *decis. 320. Thesaur. in decis. 7. propè finem*, Rot. *Genu. in decis. 179. num. 14. Dom. Regens* Rouitus *super d. Rubr. de Procuratoribus, num. 30. Dom. Consiliarius Roccus Respons. 7. num. 11. Dom. Consiliar. Petra super d. Rit. 24. num. 12. vers. Quæ tamen*, qui quidem *textum* etiam adducunt, quem synodalem esse profitentur, in *l. licèt, §. falsus, D. rem rat. haber.* quem tamèn in meo *D.* non inueni: etsi hanc rem circà *Aymon Crauetta in citato consil. 108. post nu. 1. vers. Et præmissa intelligo, & Billott. in sua allegat. 4. post tract. de absolutione iurament.* tenuerint, conclusionem hanc procedere, quãdo ratihabitio sententiam antè superuenit, secùs si post, nihilominùs receptior opinio est in contrarium,
13 vt etiam post sententiã, siue pro, siue contrà, ratihabitio effectum suum operetur, ac si ab initio mandatum intercessisset, iuxtà *Glossæ* opinionem in *l. si mater, §. hoc iure, in vers. Deducit, D. de except. rei indicat.* etenim quando aliquid nullum est ex defectu consensus tantùm, illud con-
14 sensu superueniente retroualidatur, *l. final. C. ad S. C. Macedon. l. si fundus, §. 1. D. de pignor. & hypoth. cap. ratihabitio, de regul. iur. in 6.* idcircò cùm Procuratoris mandatum ex sola Domini voluntate pendeat, ratificatione rectè confirmatur, itàque porrò post alios meritò inquit *Dom. Regens* Rouitus *sub dicto num. 30.* quem laudant *Dom. Consiliarius Roccus in dicto respons. 7. nu. 12. Dom. Consiliar. Petra vbi supra*, & secundùm hanc opinionem in Camera Imperiali pronunciatum testatur *Andr. Gayll. Practicar. Obseruat. libr. 1. Obseruat. 47. num. 5.* à qua demùm in iudicando recedendum haùd esse, latè disputando concludit *Iacobin. super dicto Vlpiani loco in l. licèt verum, num. 10. vsq; ad fin. D. de iudicijs* post *Bart. Bald. Angel. Anchar. Floriã. & Imol.* ab ipso citatos, quos etiam sequutus fuit *Io. de Amic. in consil. 8. num. 49.* nec nõ *Rot. Gen. Guid. Pap. Thesaur. in locis citatis*, & firmant etiam *Borrell. in summa decis. libr. 1. titul. de Procuratoribus, num. 316. Bertach. in suo Repertor. in verb. Ratificatio validat iudicium, Vantius* qui prò indubitato admittit in *tract. de Nullitatib. titul. vltim. Qual. sentent. & proces. null. defend. & repar. poss. num. 105. Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. in verb. Procurator, num 10.* quem insectatur *Dom. Consiliarius Pratus in addit. ad Muscatell. in praxi S. R. C. Gloss. Conclusio, vers. Et quòd ad primum casum*, vbi opinionem hanc communi Doctorum placito receptam esse affirmat, eamquè tresdecim limitationibus exor-
15 natur: immò quod nedùm expressa, sed etiam tacita ratificatio sufficiat, voluit expressè proprijs in terminis *Bellug. in speculo Princip. Rubr. 41. §. lèges Regni, num. 24. in fine, & num. 25.* & probat mihi punctualitèr *Papinianus I. C. in l. cum minor 25. annis 3. §. falsus Procurator, D. rem ratam haberi* (quem planè locum reor allegare voluisse eos, qui allegant recensitam suprà *l. licèt, §. falsus, D. rem ratam haber.*) iuncta declaratione *Claper. in centur. causarum fiscalium, caus. 12. quæst. 2. num. 10.*

16 Ex quo equidẽ consequimur, quòd si ex actis constat, quòd litis Dominus suam causam per falsum Procuratorem agi videns, non contradixit, de eius voluntate illum interuenisse creditur, etsi mandatum in actis non appareat, vt notabilitèr *Innocentius* tradit in *cap. ex parte Decani, num. 2. extrà de rescript.* quem sequuti sunt *Afflict. in decis. 308. num. 6. vers. Secundò, Ludouic. in decis. Perus. 110. num. 11. Muta in cap. 22. Sicil. num. 59. tom. 1. & Menoch. de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 33. num. 7.* quos manuducit *Dom. Regens Rouitus d. l. num. 32.* alioqui mandatum regulariter præstitum non præsumitur, etiam
17 post spatium mille annorũ, nisi ab allegante specificè, & expressè probetur, eo quòd facti sit, vt scripsit omniũ primus *Baldus in l. 2. C. si ex falsis. instrument. & in l. 1. C. de reb. alien. non alien.* quem sequuti sunt *Alexand. in l. sciendum, D. de verbor. oblig. in l. qui in aliena, in princ. nu. 1. D. de acquir. hæred. & in consil. 1. vol. 4. Cagnol. in l. velle non creditur, num. 12. & 13. D. de regul. iur. Menoch. in consil. 1. num. 79. Surdus in tract. de alimentis, titul. 3. quæst. 8. num. 8. & consil. 28. num. 80.* dicens *Baldo* neminem contradixisse, eiusquè opinionem communem esse, & veriorem, pro vt etiam *Loffred. in consil. 20. num. 8. Grammat. in decis. 103. nu. 83. Afflict. in decis. 345. num. 7. & in decis. 368. num. 8. in fin. Caualcan in decis. 13. num 8. & in decis. 45. nu. 11. part 1. Mastrill. in decis. 77. num. 2. & 3. & in decis. 101. num. 29. Rota Genuæ in decis. 92. n. 6. Card. Puteus in decis. 53. n. 3. libr. 3.* vbi ità decisum testatur, quemadmodum quoque *Episcop. Riccius in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. 148. part. 2.* & tradit in eadem parte *decis. 114.* sic demùm *Anton. Gabriel commun. opinion. libr. 1. titul. de procurat. conclus. 1. Maceratens. Variar. Resolut. libr. 2. cap. 55. num. 17. Mascard. de probationib. conclus. 1006. num. 8. Menoch. de præsumptionib. libr. 2. præsumpt. 36.* quibus adductis amplectuntur etiam *Dom. Regens* Rouitus *vbi supra num. 33. & in consil. 91. num. 6. tom. 1. Dom. Regens Merlinus Controuers. forens. centur. 1. cap. 78. num. 1.* vbi id firmissimum in iure esse scribit, *Dom. Regens Capycius Latro Consultat. 90. num. 1. tom. 2. Dom. Consiliar. Hodierna Controuers. forens. cap. 43. num. 10.* atque tradidit paritèr eos antè *Cardinal. Mantica in tom. 1. de tacitis, & ambiguis conuentionibus, libr. 7. titul. 4. num. 1.*

18 Ex quorum etiam laudatorum DD. votis compertè consequimur, id suum effectum sortiri, tametsi Notarius in instrumento se mandatum legisse scripserit, pro vt quoque notauit *Castrens. in Auth. si quis in aliquo documento, sub num. 2. C. de edend.* adnectens, vt si viginti Notarij
19 mandatum vidisse attestarentur, nequè probent, cùm originale producendum omninò esse existimet, relicta copia Iudicis ordinatione extracta, & notat id communi quoque scribentium voto probari, vt obseruat etiam *Mascard. in citata conclusione 1008.* & sequitur *Dom. Consiliar. Petra in commentar. super Ritibus M. C. V. Rit. 176. n. 4.* & demùm procedere, si Notarius de eo fidem

det,

Digitized by Google

order, seuè ad mandatum etiam à se confectum referat, astruunt innumeri, quos sequitur *Guttier. in consil. 23. num. 10.* atquè etiam *Intrigliol.* latè exornans in *consil. 1. à num. 98. Mascard. in dicta conclus. 1008. Sesse in decis. 375. tom. 4. Caualcan. vbi supr.* & comprobant *Salgad. de Regia protectione, part. 4. cap. 1. à num. 58. Olea de cessione iurium, titul. 1. quæst. 5. num. 6. Golinus de Procuratorib. libr. 3. cap. 3. à num. 21. Parexa de edit. instrument. titul. 5. Resolut. 10. num. 9. & 10. Ioseph Vela tom. 2. Dissertat. 38. num. 47. in fine, & 48.* vbi notat, idem haùd fore dicen-
21 dum, quando mandati instrumentum ab ipsomet mandante enunciaretur, qui Procuratorem constituere poterat, & videndus est *Larrea in Allegat. Fiscal. 87. num. 8. tom. 2.* nàm alio etiam modo id restringit.

22 Verùm mandati procuratorij si fuerit productum, & relaxatum originale, aut dimissa copia concurrente memorata protestatione *dimittendi capiam*, si ex illa altera copia, siuè fides desumatur, quę apùd acta alterius causæ, siuè officij producatur, aduersarius contrà mandatum opponere, Procuratoremuè reijcere nequit, ità vt non liceat ipsi instare, processum nullum declarari, & obtinere tanquàm factum cùm Procuratore, de cuius mandato non constat, vt passim admitti vidimus in Regijs nostris Tribunalium subsellijs, & decisum fuisse in Sacro Consilio, atquè iterùm approbatum in causa reclamationis intèr Comitissam Castri, & Ducem Atrij, memorat *Dom. Consiliar. Petra in Comment. super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 185. sub num. 2.* collimantq; per plura, quę ipsemet scribit in citato *Ritu 176.* & insequuntur *Thorus in suo compend. decis. part. 1. verb. Scriptura, §. 3. & Pater Molfesius in comment. ad nostras Consuetud. Neapol. in præm. quæst. 20. num. 11. tom. 2.*

23 Sed possit nè mandatum huiusmodi per testes probari? torquent se se Doctores, propterea quod negatiuè se habuit *Olea in dicta q. 5. nu. 5.* qui id indubitabile esse tradit de iure Regio ex *l. 3. titul. 2. lib. 4. Recopil. Gregor. Lopez, Paz, Didac. Perez,* quos laudat; & sequitur *Cenallos QQ. Commun. quæst. 400. Cardos. in praxi, verb. Procurator, num. 8. Parexa de edit. instrument. titul. 5. Resol. 10. num. 6. & 7. Golinus vbi supr. cap. 3. nu. 82. Ioseph Vela d. l. Camill. Borrell. in summa decis. tom. 1. titul. 66. num. 255. & seq. Thorus in compend. decis. tom. 4. verb. Mandatum, procuratorium an probetur.* Affirmatiuè autem post
24 *Bald. & Angel. in sedibus per ipsum indicatis* concludit noster *Author hic num. 4.* conuallans hanc aleam in *addit. num. 1.* vbi quoque reiectis contrarijs isthac à sententia tanquàm magis communi, verioti, & in iudicijs approbata, recedendū haùd esse asserit, & cùm hac quippè sententia post alios quamplures concurrit *Boer. in decis. Burdegal. 281. num. 1.* demùmquè *Cancer. Variat. Resolut. part. 2. cap. 14. de Procuratoribus, antè nu.* 194. vbi de *Authore* nostro haùd immemor fuit:
25 quidquid sit in mandato ad exigendum, recipiendumuè solutionem, quod scripturam requirit, nequè satis est, illud testibus probare, quia soluentes plenam securitatem per scripturam solemnem habere debent, quæ fieri minimè potest, quando mandatum in scriptis non habet, vt per *Bald. in l. falsus, nu. 27. C. de furtis,* tradit *Alexand. in l. 1. num. 16. C. de Procuratorib.* vbi quoque tradit, *Bald.* in hoc neminem habere contradicentem, & tanquàm aureum dictum notandum dicit *Cremens. Singular. 139.* ac vtraque manu amplectuntur *Boer. in dicta decis 281. nu. 2. Rebuff. tom. 2. de liter. dilator. annalib. artic. 3. Gloss. unica, num. 9.* vbi quòd debet soluenti acceptila-
26 tionem scripram dare, sicque mandatum per scripturam probare, *Card. Manica de tacitis, & ambiguis conuentionib. tom. 1. lib. 7. tit. 3. nu. 26. vers. Hoc tamèn,* idem noster *Author in tom. 2. Disceptat. forens. cap. 337. num. 1. & tom. 3. cap. 505. num. 41. Cancer. dicto cap. 14. num. 192. Cauallos dict. quæst. 400. num. 9. Olea vbi supra nu. 2. & 3.* vbi inquam notat, debitorem soluere pro-
27 banti mandatum per testes compelli non posse, quemadmodùm quoque obseruant *Golinus de Procuratoribus, part. 2. cap. 5. num. 126. Ioseph Vela in tom. 2. Dissertat. 38. num. 49.* & in Occo-
28 nomo Ecclesiæ, quòd mandatum haùdq; per testes probare debeat, per scripturas *l. prohibitum, num. 11. C. de iure Fisc. libr. 10.* qui per tres columnas latissimè ponit omnes casus, in quibus mandatum per testes, vel per instrumenta probari possit, astruunt *Mascard. de probationib. conclus. 1010. num. 9. Lodouic. conclus. 31.* quos in sequitur noster *Author in citato cap. 505. num. 42. & seqq.* vbi pariter quamplura notabilia scitu digna adnectit.

29 Nosse verùm tamen oportet, quòd etsi recensita conclusio, quòd scilicèt mandatum procuratorium per testes probari possit, verior sit, creberiorique Doctorum consensu probata, locumque nihilominùs obtineat, vbi de actu præterito agere-
tur, an nempè ille talis fuerit Procurator? tunc enim ad sustinendum processum factum antè mandatum probatio per testes admitteretur, siuè quæstio sit, inter Procuratorem, & Dominum, siuè intèr alterum eorum, & tertium, siuè intèr
30 duos tertios; secùs verò quòd ad lites prosequendas, quoniam tunc dictum mandatum non posset, vt rectè extricat *Belencin. de Charit. subsid. quæst. 111.* & ità inquiunt noster *Author*, & *Cancerius in locis suprà indicatis*, atq; intelligi possunt *Doctores* contrariam aleam sectantes.

PROLOGOMEN.

Iusdicentem, si haùd opponatur, Procuratorem ad mandatum exhibendum ex officio compellere posse, eruditur, & procedere quamuis Reus Procuratorem mandatum habere confiteretur, inter alia postmodùm notatur.

RERVM SVMMA.

1 Iudex compellere potest Procuratorem ad exhibendum mandatum, etiam si non opponatur.
Ampliatur etiam post litem contestatam, vin. 2.
Itidem, si Reus Procuratorem mandatum habere confiteretur, vt num. 9.
3 Iudicis interest, nè actus, qui coràm eo fiunt, eluserij reddantur.
4 Litium finis publicam concernit vtilitatem.
5 Iudex officium suum, etiam non requisitus, impartiri potest.

Intelligitur vt num.8.

6 *Index de iure supplere potest.*

7 *Iudex non supplens, cùm potest, an faciat litem suam.*

10 *Mandatum Procuratoris in forma valida esse debet.*

Quid si confectum esset per epistolam? traditur num.11.

OBSERVATIO CVI.

1 GRadatim hic disquiritur, an Iusdicens ex officio Procuratorem compellere possit ad exhibendum mandatum, si non opponatur? & affirmatiuè concluditur, cùm qua quidē conclusione proculdubiò concurrunt *Maranta in Speculo aureo, par. 6. num. 194.* adijcens, hoc Iudicem post litem cō-
2 testatam facere etiam posse, *Muscatell. in praxi S.R.C. part. 2. Gloss. Veniens, num. 33. Card. Mā-tica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom. 1. lib. 7. tit. 4. num. 16. Cancerius Variar. Resolut. part. 2. cap. 14. de Procuratoribus, num. 62.* vbi pariter quamplures congerens ità visum fuisse Regiæ Audientiæ testatur in anno 1582. die 7. Septembris, in causa Ven. Gerardi Olos Sacristæ Ecclesiæ Parochialis, loci de Ordis, & Syndici, seù Oeconomi Capituli Sedis Gerun. omnes hac de re rationem dantes, quia Iudicis interest, nè
3 actus, qui coràm eo fiunt, eluforij reddantur, vt notant *Paulus de Castro in l. Pomponius, §. ratihabitionis, num. 4. D. de Procurator. Romanus in consil. 170. num. 2.* vbi allegat *text. in l. si Prætor, D. de iudicijs,* & tradit demùm *Decius in cap. causamque, num. 4. de re iudicat.* vbi quòd Iudex supplet ex officio, vbi iudicium eluforium foret; Prætereà, quia hoc publicam vtilitatem respicit,
4 vt nimirùm sit litium finis, *cap. finem litibus, de dolo, & contumac. l. properandum, C. de Iudicijs,* cuius memor est id edocens *Dom. Consiliarius Carleual de iudicijs, tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 6. num. 23.* Ego ipse in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 12.* vbi complura minimè aspernenda hanc rem circà enucleaui: & quoties Iusdicētis officium ad bonum publicum tendit,
5 Iudex etiam nō requisitus illud impartiri potest, vt *Bartol.* docet *in l. 4. §. hoc autem, D. de damn. infect.* nec non inquiunt pariter *Gulielmus de Benedict. in cap. Raynutius, part. 1. num. 60. de Cleric. Abbas in cap. Bonæ memoriæ, i. primo, num. 9. de postulat. Prælat.* vbi quoque tradit, Iu-
6 dicem de iure supplere posse, siue causa publica sit, siue priuata, inducendo legem, vel canonem, seù loci statuta, & ibi *Additio* inquirit, an possit à Iudice nolente supplere appellari? Et an Iudex non supplens, cùm potest, faciat litem suam, ità vt
7 teneatur? videndus est *Bartol. in l. 1. col. 1. C. quomod. & quando Iud.* vbi inquit, quòd tunc Iudex facit litem suam si non supplet, quando ius verum est, secùs verò quando est falsum: id quod etiam docet *Speculator in tit. de allegat. & disputat. §. final. verb. Quid si nolit;* Vetùm ignorandum haùd hinc est, quòd omnibus in casibus, in
8 quibus Iusdicens ex officio supplere potest, vt locum habeat intelligitur, quando nempè pars illud opponere potest, etenim Iusdicens supplere nunquàm potest, nisi pars illud opponere posset, vt docet *Bartol. in l. non solùm, §. quamquam, D. de iniur.*

9 Et prædicta quidem adeò veritate nituntur, vt *Iacobus Cancerius in indicato cap. 14. num. 63.* hac sumpta occasione affirmauerit, Iudicem compellere posse Procuratorem ad ostendendum mādatum, licèt Reus Procuratorem mandatum habere confiteretur, allegans pro eius sententiæ cō-probatione *Rimi. in l. age,* vbi etiam *Ant. Padi, num. 5. C. de transactionib. & Neuiz. in cons. 19. num. 12.* & mandatum in forma probante esse debere non ambigimus, vt nempè factum sit per pu-
10 blicam personam, hoc est Tabellionem, & coràm testibus, cùm appositione diei, loci, & cæterum, quæ de Iure, aùt Consuetudine publicis instrumentis apponi solent, vt habetur in *cap. 1. in fine, extrà de Procurat. & in cap. 1. & 2. extrà de fide instrumentor.* per quæ iura ità post *Guid. Pap. in decis. 19. 175. & 481.* insinuat *Dom. Gregorius Motillus in sua praxi S.R.C. tit. de gradu citationis, num. 171.* quærens *num. 172.* quid dicen-
11 dum esse de mandato per epistolam, an eo adhibeatur fides? & affirmatiue concludit, si cùm sigillo alicuius Iudicis Ordinarij roboratum sit, ex *Rota decis. 162.* Quidnè si priuati sigillo roboratum foret? fidem pariter præstari adnectit idem *Dom. Motillus ex l. si Procuratorem, D. de Procuratorib. Gloss. in Clement. 1. verb. Vel literis, eod. tit.* & ex *Bartol. in l. Lucius, circà finem, D. de fideiussorib.* quamplura, equidem alia adnotāda venirent in materia tàm ampla, sed nostri instituti ratio nos prohibet, calamum idcircò fi-stimus.

PROLOGOMEN.

Cùm aliqua in causa plures sunt, nùm vnum Procuratorem constituere cogantur? distinctionis adhibitò moderamine resoluitur, obiectionibus etiam solutis, explosisque.

RERVM SVMMA.

1 *Plures in locum vnius succedentes, vnum Procuratorem constituere debent.*

2 *Heredes plures cùm sunt, vnum Procuratorem constituere tenentur, & num. 4.*
Limitatur vt num. 6.

3 *Procuratorem vnum constituere nemo regulariter cogi potest.*

5 *Lites vt fiant immortales non est præstanda occasio, & num. 8.*

7 *Plures si in vna, eademque causa conuenti sint, & eorum quiuis sunum constituerit Procuratorem, ad vnum, vel duos deputandos constringi possunt, & num. 9.*

OBSERVATIO CVII.

OPrima methodo dirigente in præsenti loco ad trutinam reuocatur, & distinctionis gladio dirimitur articulus ille, an quando aliqua in causa sunt plures, vnum Procuratorem constituere cogantur?
1 nempè, quòd si iudicium, de quo agitur, in vna

per-

Digitized by Google

persona initium habuerit, tunc plures in locum vnius succedentes, vnum Procuratorem constituere debent, & ad id cogi possunt: Si verò à principio in pluribus initium habuerit, tunc quilibet suum Procuratorem cõstituere potest, quia priori in casu numerus eorum, qui in vnius locum succedunt, vt sunt plures hæredes vnius debitoris, pro vna persona reputantur, quod secùs est in posteriori casu: hanc quidem distinctionem se ad præsentem decisiõnem remittens comprobat *Iacobus Cancerius Variar. Resolut. part. 2. cap. 14. de Procuratoribus, num. 195.* latissimè demonstrat *Mastrill. in decis. 108.* quem laudans insequitur *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 1. de Procuratoribus, num. 5.* nec non *Dom. de Luca ad Præs. de Franchis Obseruat. 309. sub num. 4. vers. Contrarium*, vbi quoque de *Authore* nostro haùd immemor fuit, & distinctionem hanc probat expresè *Vlpianus I. C. in l. iam tamèn 5. §. si tamèn plures, D. iudicatum solui.* quemadmodùm & quoque *Paulus I. C. in l. si familiæ erciscundæ 49. D. famil. erciscund.*

Quibus porrò freti locis dicimus, huic sententiæ scrupulum aliquod haùd injecere consideratio
3 tionem illam, quòd regulariter quis cogi non potest ad constituendum vnum Procuratorem, quia liberum est cuique, cui voluerit mandatum concedere, & eum Procuratorem facere, de quo confidit, prout *Vlpianus* I. C. tradit in *l. si quis, cum procuratorio 31. vers. Vnius, D. de Procuratorib.* Etenim extrà omnem dubitationem profectò est,
4 quòd quando plures conueniuntur vti hæredes vnius, qui primo loco in iudicio fuit citatus, ad constituendum vnum Procuratorem tunc cogi possunt, quia pro vna persona reputantur, & vt li-
5 tium sit finis, cùm alioquin lites forent immortales, si Actor necessaria acta tot Procuratoribus intimare cogeretur, vt rectè notat *Dom. Præs. de Franchis in sua decis. 309.* quidquid sit, si plures
6 essent defuncti hæredes, non aliter ipso defuncto citato, sed causa initium habeat in pluribus.

7 Quinimmò si plures conuenti sint in vna, eademq; causa, & eorum quilibet suum constituerit Procuratorem, ad vnum, vel duos deputandos constringi posse, probat *Dom. Præs. de Franch. in citata decis. 309.* & decisum in Sacro Consilio illic quoque testatur in causa Illustrissimi, & Reuerendissimi Archiepiscopi Neapolitani cùm particularibus Turris octauæ, qui cùm particulares illos conueniſſet pro relaxatione cuiusdam territorij, & conuenti erant plusquam centum numero, instetit, quod Rei vnum procuratorem constituerent, tùm vt expensæ necessariæ pro tot
8 Procuratorum intimatione euitarentur, tùm etiã nè lis fieret immortalis, propterea quod si ipse Archiepiscopus acta necessaria tot Procuratoribus intimare cogeretur, nunquàm lis finiretur, qua in instantia licèt conuenti allegarent, quòd ipsi in vno Procuratore confidere non cogebantur, & maximè quòd quilibet suum Procuratorem habebat, nihilominùs ex iuribus, & rationibus suprà recensitis Sacro Consilio iusta visa fuit petitio Archiepiscopi, vndè pro eo determinauit, vt tradit *Dom. Præs. de Franch. d. l.* quem nommatim sequitur *Fontanell. in suo tract. de pactis nuptialib. clauſ. 4. Gloſſ. 10. num. 27.* vbi ait, ità defendisse pro Abbate Monasterij Villæ Bulcolorum contrà particulares dicti Abbatiæ.

tus, quamuis casus non fuerit decisus, & in decis. *4. num. 6. ex* eadem *Dom. Præs. de Franchis* decisione probat, quòd si plures in iudicio conueniãtur, prout contingit, quando omnes singulares
9 Vniuersitatis pro decimis, vel alijs rebus ad singulos uti singulos spectantibus, tunc eis permittendum haùd esse, quod singuli per seipsos defenderent, immò nec quod singuli per suos Procuratores, sed compellendi forent omnes unum Procuratorem constituere propter incommoda, quibus diuisa defensio Actorem afficeret respectù sumptuum in lite sustinendorum: quam decisionem sequunturque *Dom. Præs. de Franchis* decisionẽ *Viscont. in addit. ibidem, Thorus in compend. decis. verb. Procuratorem vnum, Dom. Cõsiliar. Petra in commentar. super Ritibus M. C. V. tom. tom. 1. Rit. 105. num. 22.* prout quoque Castill. in *decis. 33. num. 17. Felician. de societate*, cap. 3. *num. 19. Golinus de Procuratorib. part. 1. cap. 4. num. 89.* & tutantur *Anna singular. 387. Franciſc. Marc. decis. Delphin. 389. Hieronym. de Leo decis. Valent. 203. num. 8. Marta de clauſulis, part. 2. clauſul. 3. num. 14. Menoch. de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 137. num. 4.* Ex quorum equidem votis comperimus etiam, constitutissimam, ab omniquè prorsùs retrogressione alienã esse suprà laudatam præsentis loci determinationem, quòd conuenti constituere debeant unum procuratorem, quando lis in una persona, à qua conuenti dependent, originem sumpsit.

PROLOGOMEN.

Iudicem Delegatum, siuè Successorem partes de nouo citare debere diciditur stante citatione per Delegatum, seù Prædecessorem facta, tametsi summariè, & extraiudicialiter, solaq; facti veritate inspecta procedatur.

RERVM SVMMA.

1 *Citatio requiritur per Delegatum stante citatione facta per Delegantem.*
Ampliatur siuè ordinariè, siuè summariè, & extraiudicialiter, solaq; facti veritate inspecta procedatur, vt num. 3.
2 *Citatio noua necessaria est incusatis contumacijs, quando iudicis mors, vel alia eius mutatio accidit.*
4 *Iudex Successor citationem denuò expedire debet, quamuis Prædecessor Reum citasset ad forsiudicandum, & agnatos, & cognatos ad dicendum causam quare.*
5 *Citatio generalis, si in causa exordio decreta fuerit, ad omnes actus, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, contrà contumacem absq; alia noua citatione ad sententiam procedi potest.*
Intelligitur, quoties idem causæ Commissarius ius dicit, vt num. 6.

OBSERVATIO CVIII.

1 IN hypothesi præsentis loci determinatum fuit, Iudicem Delegatum, siuè Successorem partes de nouo citare debere stante citatione per Delegantem, seù Prædecessorem facta

&a teſte *Authore* noſtro *hic*, ità quoq; per Sacrũ Conſilium deciſum teſtatur *Minadous in deciſ.* 28. vbi *Monachus in addit. num.* 3. plura cumulat, ſicq; demùm deciſum memorat *Thorus in ſupplemento compend. deciſ. verb. Citatio ſuper expeditione cauſæ*, & hanc ſententiam vtraq; manu amplectuntur *Dom. Regens Conſtantius ſuper Rubr. Cod. de iure Fiſci, lib.* 10. *Dom. Regens Rouitus ſuper Pragmat.* 4. *de Ordine Iudicior. num.* 2. vbi inquit, quòd ſi incuſatis contumacijs
2 compilatur proceſſus per ſingulos actus ordinarios in contumaciam, ferri poteſt ſententia, niſi Iudicis mors, vel alia eius mutatio acciderit, quia coràm Succeſſore, non obſtante contumacia coràm primo Iudice ſemel contracta, noua requiritur citatio: & pro abſoluta firmat *Dom. Præſ. de Franchis in deciſ.* 457. ac comprobat illic *de Luca in Obſeruat. num.* 8. prout quoque ſequitur *Dom. Conſiliar. Petra in Commentar. ſuper Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 94. *ſub num.* 11. vbi haùd immemor fuit de *Authore* noſtro hic, & ex pluribus ICtorum auctoritatibus fundat *Gabriel commun. concluſ. tit. de citatione, concluſ.* 1. *à num.* 120. nec non receptam ſententiam eſſe, tradit *Dom. Regens Capycius Latro in deciſ.* 69. *ſub num.* 12. vndè clarè liquet, præſentis loci determinationem apùd Iuriſprudentiæ maximùm peritos abſolutiſſimam exiſtimari.

3 Quam porrò nos vti talem amplectimur, & procedere concedimus, ſiue ordinariè, ſiue ſummariè, & extraiudicialiter, ſolaq; facti veritate inſpecta procedatur, vt habetur ex *Panormitan. in cap. quoniam contrà, num.* 2. *de probationib.* vbi *num.* 14. *Pariſ.* de communi teſtatur, prout quoq; *Gabriel d. l. num.* 40. 63. & 64. vbi etiam, quòd magis requiritur citatio in extraiudicialibus, quã in iudicialibus, & tradunt *Dom. Regens Capycius Latro in citata deciſ.* 69. *num.* 13. *Dom. Regens Sanfelicius in ſua praxi, ſect.* 59. *num.* 6. *Dom. Conſiliar. Petra in memorato Ritu* 94. *num.* 11. *circà finem*, ſicq; ſi Iudex Reum citat ad foriu-
4 dicandum, & agnatos, & cognatos ad dicendum cauſam quare, tunc mortuo Iudice Succeſſor denuò citationem expedire debet, vt firmant *Scialoya de foriudicatione, cap.* 2. *num.* 29. *Muſcatell. in praxi S. R. C. part.* 7. *Gloſſ. Sententiam, num.* 13. quos laudat *Dom. de Luca in indicato num.* 8. quãuis enim generalis citatio, ſi in cauſæ exor-
5 dio decreta fuerit, & ad omnes actus, ad totamq; cauſam, vſq; ad diffinitiuam ſententiam includatur, contrà contumaciam abſq; alia noua citatione ad ſententiam procedi poſſit, vt præcæteris firmant *Burſatt. in conſil.* 73. *num.* 17. *vol.* 2. *Balb. in deciſ.* 42. & aſtruunt *Cauall. commun. contrà commun. quæſt.* 22. & *Campanil. in Commentar. ſuper Ritibus Curiæ Archiepiſc. Neapol. Rit.* 2. *num.* 7. locum nihilominùs id obtinet, quoties
6 idem cauſæ Commiſſarius ius dicit, at ſi eo abſente, vel mortalium rebus ab humanis exempto, alter ſubſtitueretur, eſſet quippè contumax ſemel ſaltèm citandus, vt firmant memorati omnes Iuris Interpetres.

PROLOGOMEN.

Delinquentem, malefactoremuè etſi nemo reuelare, ac indicare obſtringatur, nonnullas tamèn adeſſe perſonas annuitur, quæ ad facinoroſos, delinquentes, ac malefactores reuelandum iure coguntur, quas inter præſertim ſunt Syndici, alijq; Vniuerſitatum Adminiſtratores, verùm ſi in denunciatione deficiant, cùm dubitatur, an delictum iuriſdictionis in loco patratum ſit? eos excuſari deciditur, & procedere paritèr demonſtratur, ſi in fine ſtatuti temporis mortem denunciauerint, quamuis vulnus non reuelauerint.

RERVM SVMMA.

1 *Silentium debetur ſecretis ad publicam ſalutem pertinentibus, ſecùs verò ſceleribus in ipſius exitium ſurgentibus.*
2 *Malefactores punire intereſt Reipublicæ.*
3 *Delinquentem, & malefactorem reuelare nemo obſtringitur.*
Limitatur, vt num. 7.
4 *Iudex ex bono regimine compellere valet aliquem ad furem indicandum.*
5 *Accipiens aliquid à Reo, vt eum tectum teneat, licito iure acceptum retinet.*
Reſtringitur, cùm ex officio eſt coactus, vt nu. 6.
8 *Syndicus patrata facinora in Vniuerſitatis territorio denunciare tenetur.*
9 *Syndicus non denuncians excuſatur, quando dubitatur, an delictum iuriſdictionis in loco patratum ſit.*
10 *Syndicus prauentus ab offenſo, vel Iudice, à denunciatione excuſatur.*
11 *Syndicus excuſatur, ſi patratum maleficium non denunciauerit, quando illud eſt occultum.*
12 *Denunciatio delicti patrati quando ſpectat ad Succeſſorem.*
13 *Syndicus denunciare tenetur patrata delicta etiam punitionem non merentia.*
Comprimitur in leuibus percuſſionibus, vel offenſionibus vnguibus factis, vt num. 14.
15 *Syndicus obſtrictus quatuor infrà dies vulnus reuelare, licitè valet in fine quatuor dierum mortem denunciare, & num.* 19.
16 *Dictio* infrà, *importat idem, ac* intrà.
17 *Dies tota includitur, quoties intrà, vel infrà talem diem aliquid fieri mandatur.*
18 *Dies vltimus termini ipſo in termino computatur.*

OBSERVATIO CIX.

1 ÆQuè profectò indignum, ac vituperandum videtur, loquenda tacere, quàm proloqui reticenda; Debetur quidem ſilentium ſecretis ad publicam ſalutem pertinentibus, non autem debetur ſceleribus in ipſius exitium ſurgentibus, cùm
2 malefactores punire maximè Reipublicæ intereſſit, vt habetur ex *Iuliano I. C. in l. ità vulneratus* 52. *D. ad legem Aquiliam*, iuncto *Paulo I. C. in l. Locatio* 9. §. *quod illicitè, D. de Publican. & vectig.* & inquiunt *Bartol. in l. ſi longius,* §. *ſi filius, num.* 1. *D. de iudic. Oinotom. in proœm. Inſtit. Iur. Ciuil. ſub num.* 2. *Giurb. in conſil.* 42. *num.* 5. & *in conſil.* 57. *num.* 3. *Grammatic. in deciſ.* 94. *num.* 5. *Gizzarell. in deciſ.* 23. *num.* 11.

Tri-

Digitized by Google

Trutis. in decis. 25. num. 25. & in decis. 58. num. 15. Reg. Capycius Latro in decis. 105. num. 1. & in Consultat. 70. num. 56. Dom. Consiliar. Pratus in suo Nicandro aucto, num. 661. Ego ipse in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 3. num. 17. & seqq. vbi peculiaria complura hác rem circà spectantia adnotaui; Quamuis enim
3 nemo delinquentem, & malefactorem reuelare, ac indicare obstringatur, ad *text. in l. culpa caret* 51. *D. de regul. iur.* & dicit apertè *Ang. de malef. ver. Etiam vestem cœlestem, num.* 22. & ibi etiam *Augustin.* nedùm Ciuili, sed Canonico etiam iure attento, vt habetur per *Raphael. Bartol. aliosq; in l. inciuile, C. de furt.* atq; etiam per *Hostiens. in summa, tit. de cõdit. furtiu. nu.* 5. §. *Et sic quilibet tenetur*, vbi dicit, nullo iure speciali haberi, vt quilibet furē indicare teneatur, etsi Iudex ex bo-
4 no regimine illum ad furem indicandum cõpellere valeat: adeò vt accipiens à Reo, vt eum rectũ
5 teneat, licito iure acceptum retineat, *l.* 4. §. *vltim. D. de condit. ob turp. causam*, quamuis inhonestè petat, *l.* 1. §. *est res quidem sanctissima, de variis, & extraordin. cognit.* quidquid sit, cùm ex offi-
6 cio est coactus, quia tunc promissam mercedem turpitèr accipit, *cap. nemo, de simon. l. vltim. D. de condit. ob turp. caus. Sotus de Iustit. & Iur. lib.* 1. *quæst.* 7. *art.* 3. *Nauarr. in Manual. cap.* 17. *num.* 20. quos laudat *Dom. Petra senior in annotat. ad Capyc. decis.* 149. *num.* 1. Sunt tamèn non-
7 nullæ personæ, quæ ad reuelandum facinorosos, delinquentes, ac malefactores iure coguntur.

8 E quarum equidem numero Syndici, alijque Vniuersitatum Administratores recensentur, illi enim ex peculiaribus Regni legibus nonnunquã Magistratibus Superioribus patrata facinora in Vniuersitatis territorio denunciare tenentur, ac etiam infrà mensem reuelare per ipsos Commissarijs data contra formam Regiæ Pragmaticæ ad finem euitandi pœnam proscriptam in *Pragm.* 2. §. 7. *de Commissar.* vt notat ibi *Dom. Regens Rouitus*, nec non *Montanar. num.* 47. & aduertit *Dom. Consiliar. Petra in suis Commentar. super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 4. *sub num.* 10. *vers. Syndici.* Simili etiam statuto Anconitano cauetur, inquit *Ludouis. in decis. Perus.* 3. *num.* 22. & in Prouincia Marchiæ constitutum esse, testatur noster *Author hic*, vndè controuersum tradit.

9 Nùm Syndicus, aùt alius Vniuersitatis Administrator excusetur, si non denunciauerit, quãdo dubitatur, an delictum commissum, siuè patratum, fuerit in loco iurisdictionis? & pro Syndico vt in pœnam Constitutionis Marchiæ haùd inciderit, concluſum fuisse testatur, præsertim quia
10 à principali offenso præuentus fuit, etenim tunc ab omissa nunciatione excusatur, vt firmat etiam *Io. Anton. de Nigris super Capit. Regni Neapol. cap. Frequens, sub num.* 26. vbi etiam tradit, nec
11 inquàm puniri, si patratum maleficium non denunciauerit, cùm malefactor reperiri minimè potest, vt potè quia maleficium est occultum;
12 Quando autem teneatur Prædecessor, vel Successor, perquirit *Cotta singular. verbo Syndicus*, cuius memor est *Dom. Consiliar. Petra vbi supra*, & tradit idẽ noster *Author hic n.* 7. vndè laudatus *Dom. Consiliar. Petra ibid.* adijcit, delicta etiã
13 punitionem minimè merentia denunciare teneri, cùm ad eos non spectet id cognoscere, ex *Fol-ler. in praxi criminal. verb. Denunciatione facta, num.* 35. *Clar. quæst.* 7. *num.* 6. *Dom. Petra Senior. ad Grammat. decis.* 39. *num.* 1. minimè
14 verò leues percussiones, vel offensiones vnguibus factas, *Franc. Cason. in suo tract. malefic. in fin. in singul. QQ. cap.* 7. *num.* 4. leue enim vulnus non est vulnus, quemadmodùm febricula leuis haùd febris nuncupatur, *Roman. Singul.* 334.
15 Sed an Syndicus in pœnam incidat, si in fine statuti temporis, nempè quatuor dierum, denunciabit mortem, quamuis vulnus non reuelauerit? negatiuè decidit *Bald. in l. si ità stipulatus*, D. *de verborum obligat.* quem laudat, & sequitur de *Nigris, incitato Regni Capit. Frequens, num.* 32. atque paritèr sectantur vterque *Petra* Auus scilicet, & Nepos, ille in *addit. ad Grammat. decis.* 46. *num.* 7. & *decis.* 103. *nnu.* 15. hic *super* dicto
16 *Rit. M. C. V.* 4. *num.* 12. cùm dictio infrà, idem importet, ac intrà *l. in venditione*, vbi *Gloss. in verb. Infrà D. de action. empt.* & quoties intrà,
17 vel infrà talem diem aliquid fieri mandatur, tota illa dies includitur, *cap. præterea, il secondo, de appellation. l.* 1. §. *si intrà, de succes. edit.* cùm aliis per *Franc. de Petris* adductis *in consil.* 33. *n.* 4. vndè traditur, quòd vltimus termini dies ipso
18 in termino computatur, vt *Paulus ICtus* expressè decidit in *l. in omnibus temporalibus* 5. *D. de actionib. & obligat.* & latè exponit *Tiraquell. in suo tract. de Retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 11. *nu.* 27.
19 quamobrèm rectè cõsequitur, vt obstrictus aliquid agere in termino adimpleat, si id vltima die termini faciat, & iussus intrà kalẽdas pronũciare in die Kalendarum adimplere poterit, *Aul. Gell. lib. noctium Atticar.* 12. *cap.* 13.

PROLOGOMEN.

Lite pendente, vt altera partium ingredi, possessionemque rei, de qua agitur, acquirere haùd possit, ità vt, si secus, talis adeptio attentatorum via reuocanda sit, ex pluribus ostenditur, probaturque.

RERVM SVMMA.

1 *Litis incommoda recensentur.*
2 *Sententia est fortunæ euentus.*
3 *In exequutione vis stat, ac totum victoria compendium.*
4 *Exequutio ante iudicatum concedi non potest.*
5 *Actus facti lite pendente sunt attentati, qui ante omnia reuocari debent.*
6 *Exceptio attentatorum omnia iudicia quantumuis priuilegiata suspendit.*
7 *Lite pendente altera partium possessionem ingredi non debet.*
8 *Quilibet lite pendente in sua possessione, in qua reperitur, manutenendus est.*
Ampliatur, quamuis à Fisco conueniatur, vt num. 9.
10 *Possessor iuris immunitatem à tributorum solutione, lite pendente manutenendus est, vt num.* 11.
12 *Possessor contra ius lite pendente in possessione manuteneri debet.*
13 *Predo in sua detentatione lite pendente tuendus est.*

Com-

Comprimitur, vt num.14.

15 *Prædo quibus modis accipiatur.*

OBSERVATIO CX.

1 OMnibus quippè omninò notum est, experientia teste, quòd ex controuersijs causarum corporales oriuntur inimicitiæ, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidiè fatigatur, multa, & inhonesta crimina proficiscuntur, bona, itèmque vtillima opera prætermittuntur, & quod peius est, qui sæpè credunt obtinere, frequentiùs

2 succumbunt: habent enim sua sydera causæ, & sententia est fortunæ euentus, vt insinuat *textus in §. penult. Auth. de equal. dot.* ibi *Communicanda actio est, vt quidquid ex euentu fortunæ consequutus fuerit, id omne diuidatur.* & indicat *Coler. de processu execut. part. 1. cap. 1. num. 8. Caual. commun. contrà commun. tom. 3. quæst. 799. num. 6.* & *Fontanell. in decis. Cathalon. 45. num. 23. lib. 1.* qui ex *textu in l. quod debetur, D. de pecul.* difficilem esse probat litis euentum, quin & difficiliùs exequutionem obtinere, in qua vis

3 stat, ac totum victoriæ compendium, vt ad propositum *Alexand.* & *Iason* notant in *Rubr. D. de re iudicat.* quam quidem iudicatum antè concedi minimè posse, docet *Vlpianus l. C. in l. à Diuo Pio 15. §. in venditione, in fine, & in l. post rem iudicatam 56. D. de re iudicat.* nec nõ innuit *Dom. Consiliarius Roccus in Respons. 52. num. 5. tom 1.* & post alios, quos refert, tradit *Pacificus de Saluiano interdicto, inspect. 2. cap. 2. num. 136.* expectari enim debet negotij finis, ac victoria super

5 nullitate sententiæ, alioquin esset attentare, cùm actus facti lite pendente sint attentati, qui ante omnia reuocari debent, iuxtà *text. in Clement. 2. vt lite pendent.* per quem ità concludit *Rota in decis. 4. aliàs 77. eodem titul. in nou.* & post alios demùm *Marescotta Variar. Resolut. tom. 2. cap. 121. num. 56. & seq.* vbi, quòd ist hæc attentatorũ

6 exceptio omnia iudicia quantumuis priuilegiata, etiam spolij suspendit.

Ex quo inducitur profectò optima iuris probatione suadente concluſum in iurgio præsentis loci fuisse, vt nempè lite pendente altera partium

7 ingredi, possessionemq; rei de qua agitur, acquirere non possit; cùm si cæteroquin talis adeptio attentatorum via sit reuocanda, vt quoque astruunt *Natta in consil. 168. num. 4. libr. 3. Rota in nouiss. decis. 16. aliàs 411. Vt lite pendent. Lancellott. de attentat. lite pendent. in præfat. num. 196.* eò maximè quia compertum est, quemlibet

8 lite pendente in sua possessione, in qua reperitur manutenendum esse, ex vulgatis iuribus, & præsertim in *cap. 1. & in cap. laudabili, vt lite pendente, & in l. 1. & toto titulo D. nihil nouari appellatione pendente*, latissimè *Anton. Gabriel in suis conclusionib. lib. 5. tit. de acquirend possessione, concluſ. 6. Salgad. in labyrintho creditorum, part. 1. cap. 11. num. 31. Card. Puteus in decis. Rotæ Romanæ 219. num. 2. part. 1.* idquè quamuis à Fisco conueniatur, procedere obseruat citatus *Anton. Gabriel ibidem*, pro vt quoque *Guid. Pap. in decis. 366. num. 3.* & firmat *Couarruu. variar. Resolut. lib. 1. cap. 16. n. 9.* vbi refutans contrariæ sententiæ sectatores, sententiam hanc veriorem esse præconizat; nec non comprobat *Regens Capycius Latro in sua Consultat. 68. num. 15.* loquens in possessione iuris immunita-

10 tum à tributorum solutione, vt debeat quis lite pendente manuteneri, pro vt sic passim apùd Hispanos iudicari tradit *Couarruu. in loco indicato num. 10.* & latissimè tuetur, ac confirmat *Garzia de Hispanorum nobilit. & exempt. Gloss. 11. num. 51. & 52.* particularitèr probans, quòd si quis est in possessione immunitatis, & realitèr

11 captis pignoribus pro tributorum solutione perturbetur, quòd agere poterit, nè sua possessione priuetur, & Fisci iudicium supersedere, quia in immunitatis possessione manutenendus est, etiam quòd sit contra ius, ex doctrina *Pauli de Castro in l. sicuti, §. sed si quærebatur, antè num. 10. D. si seru. vendic.* vbi etiam possessorem contrà ius

12 manutenendum esse lite pendente probat, & post alios comprobant *Capyc. in decis. 209. num. 18. Ludouic. decis. Perus. 69 num. 18. part. 2. Rota in nouiss. decis. 85. num. 7. Reg. Capycius Latro in citata Consult. 68. num. 23.* verùm astruit *Roderic. in suo tract. de annuis redditibus, libr. 1. quæst. 17. num. 22. & seq.* adnotans, quòd qua-

13 muis prædo similitèr lite pendente in sua detentatione tuẽdus sit, idtamèn verum est, quãdo spoliatum possessione, aùt detentatione prædonem esse haùd cõstat, secùs verò, cùm notoriè proprietatis defectus in spoliato apparet, etenim tunc nec

14 ad possessionem, nec ad detentationem restituendus erit, & addit, hanc communem esse tàm Legistarum, quàm Canonistarum sententiam, pro vt quoque notant *Mascard. de Probationib. conclus. 1327. Boer. in cap. literis, num. 67. de restitut. spoliat.* & latè resoluit *Menochius de recuperanda possessione, Remed. 1. à num. 109. & seqq.*

15 extricans, prædonem tribus quidem modis accipi, strictè nempè, largè, & largissimè; prædo enim strictè, & propriè dicitur, qui rem scit ad se non pertinere, neque possidendi causam habere, quod contingit præsertim, cùm is per vim deiecto possessore ingressus possessionẽ fuit, *l. sed etsi lege, §. quod autem, D. de petit. hæredit.* largè verò dicitur prædo, qui iustam habet possidendi causam, cùm rem ad se pertinere scit, inuito tamẽ possessore, eoque deiecto est ingressus, *l. si ex stipulatio, D. de acquir. possess.* largissimè autem prædo dicitur, qui rem ab initio fide bona possidet, & tamèn scientia superueniente malæ fidei possessor efficitur, *d. l. sed etsi lege, §. etiam si ante, D. de petition. hæredit.*

PROLOGOMEN.

Ex sententiæ intimatione domi facta sufficientem notitiam, vt ab ea currat tempus ad appellandum, minimè induci deciditur, verùm comprimi in sententijs à S. R. C. prolatis ex rationibus itidèm edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellationis vsus miserorum leuaminis datur.*

2 *Appellationis remedium cuicunq; se grauatum sentienti competit.*

3 *Appellatio intrà tempus decem dierum interponi debet.*

4 *Tem-*

Digitized by Google

4 *Tempus ad appellandum statutum post scientiam specificam ex intimatione prouenientem currere incipit.*
Ratio traditur num. 5.
Limitatur in sententijs à S. R. C. prolatis, vt num. 11.
6 *Tempus ad appellandum statutum ab intimatione domi facta currere incipit.*
Contrarium verius, vt num. 7.
8 *Notitia, quæ insurgit ex citatione domi facta, præsumpta dicitur.*
9 *Sententiam latam esse non sufficit ad hoc vt currat tempus ad appellandum, nisi quis etiã scit eius tenorem.*
10 *Scientia præsumpta quando vera æquiparetur.*
12 *Decreta interlocutoria S. R. C. intimari debent.*
13 *Sententiæ S. R. C. forma sententia, sicquè Regis nomine proferuntur.*
14 *Ignorantia legum regulariter non præsumitur.*
15 *Sententiæ S. R. C. statim lectæ, & promulgatæ vt leges habentur.*

OBSERVATIO CXI.

1 REceptissimũ est apùd Scribentes, quòd appellationis vsus miserorum leuamini datur, nè præcipites, & veluti inconsideratè ad perniciem, aùt in mortem ferri videantur, appellationibus enim in libertatem vindicantur innoxij, mortem euadunt, suaq; bona reparare videntur; Idcircò Sacrosanc-
2 ta Iura omni lata sententia appellationis remedium cuicunque ex litigatoribus se grauatum sentiẽti indulsere in *l. 2. D. de appellation. & in l. qui restituere*, ibidemq; *Gloss. D. de rei vendicat.* scripsere *Dom. Reg. Valenzuel. in consil. 195. n. 1. tom. 2. Dom. Præs. de Franchis in decis. 556. n. 5. Cacheran. in decis. 61. & Riccius in collectan. 166. & 167.* dummodò appellationem illam intrà tempus dierum decem interponant, vt decidit *textus* omnibus notus in *Auth. hodiè, C. de Appellationib.* qui tamen decem dies ad hoc vt
4 currant, quamlibet scientiam haùd sufficere, sed specificam per intimationis actum requiri, adnotarunt *Bald. in l. 1. sub num. 6.* ibidemq; *Salycet. in fin. C. de temporib. appelland. Io. de Platea in l. 2. in 3. notab. C. de Decurionib. libr. 10.* quos insectantur *Capycius in decis. 139 num. 4. Dom. Regens Capycius Latro in decis. 165. num. 7. tom. 2. Dom. Regens Rouitus in decis. 16. num. 2. & super Pragmat. 1. num. 4.* vbi pariter *Nouar. num. 9. & 10. de appellationib. Dom. Regens Tapia in Constit. Appellationum tempora*, quam collocauit in *libr. 3. Iuris Regni, sub Rubr. de Appellationib. Barz. decis. Bonon. 153. Cacheran. decis. 142. num. 35. & 36. Vrsillus ad Afflict. decis. 344. num. 1. in fine, Intrigl. singular. 34 Ruginellus* latissimè *de appellationibus, §. 4. cap. 1. nu. 33. cum seq. Muscatell. in praxi S. R. C. part. 1. Gloss. Potest, post num. 2. & nu. 7. Tartagl. in praxi ciuil. M. C. V. cap. 6. propè princ. vers. Et ideò scias, quòd lata sententia*, itaquè præcœteris ratione il-
5 la fulcitur, quia quando alicuius actus notitia nõ solùm requiritur, vt quis actum illum sciat, sed etiam, vt ex scientia illa sciens in mora constituatur, vel ad aliquid scienti præiudiciale obligetur, eo casu quælibet scientia sufficiens non est, sed specifica intimatio, quamuis aliundè sciat, requiritur: qua proindè, cùm scientia sententiæ, seù decreti contrà aliquem interpositi non solùm requiritur, vt sciat, verùm etiam vt infrà dictum tempus decem dierum appellare valeat, vel in mora ad appellandum constituatur, quod quippe sciens fit, vt ti præiudiciale esset, omninò consequens sit, sed formalis quælibet scientia minimè sufficiat, interuenire debeat.

6 Ex quo equidem hinc controuersum legimus, nùm ad hoc vt currat dictum tempus decem dierum ad appellandum, sufficiens sit intimatio sententiæ domi facta? ex quo nonnulli affirmarunt, quòd quando sententia est ad domum intimata, in notitiam transire præsumitur, ità vt post dictũ tempus decem dierum vlteriùs appellans non auditetur; & noster *Author hic* concludens fuisse negatiuè testatur, pro vt quoque in *decis. 62.*
7 vbi Nos quamplura pro dilucidatione minimè aspernenda notauimus, & tradit in *rom. 4. Discept. forens. cap. 708. num. 13. & seqq. pro* vt quoque *Oſasch. in decis. Pedemont. 142. n. 35. 36.* nec non *Barz. in citata decis. Bonon. 153.* & post alios, quos refert, pro absoluto admittit *Ruginellus de appellationib. §. 4. cap. 1. num. 38.* demùmquè *Polydor. Ripa in tract. de noct. tempor. cap. 65. num. 20.* illa enim notitia, quæ ex huiusmodi
8 citatione insurgit, præsumpta quidem est, haùdq; vera, ità vt per eam quis in veram contumaciã non constituatur, *Baldus in cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non contest. & in l. ea quæ, Col. 5. C. quomod. & quand. Iud. & in l. consentaneum, col. 4. C. eod. titul. Oldr. & Alberic. in l. 1. §. item eum edicto, D. quæ sentent. sin. appell. resc. Anchar. in consil. 372. antè fin. Marant. in speculo aureo, part. 6. Rectè concipiatur citatio, num. 81.* cùm alijs, quos refert, sequitur *Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. Gloss. 2. num. 40. & seq.* & in
9 appellatione vera requiritur, adeò quod non sufficit sententia lata, nisi quis, etiam scit eius tenorem vt noster *Author* docet *hic*, & in citata *decis. 62. num. 3.* & quamuis præsumpta scientia plerumq;
10 veræ æquiparari soleat, tamèn quando agitur de excludendo aliquem ab appellandi facultate, id minimè procedit, cùm vera scientia requiratur, & talis quæ scientem in mora ad appellandum constituat, secundùm rationem suprà traditam, nec non tantorum *ICtorum* vota inibi paritèr recensita.

11 Tametsi id restringatur in sententijs à nostro Sacro Regio Consilio prolatis, quæ dùm in forma sententiæ, sicquè Regis nomine proferuntur, pro vt in sententiæ rubrica scribitur, decem illi dies à die latæ, & publicationis ipsius sententiæ
12 currunt: quòd tamen secùs est in decretis interlocutorijs, illa nàmque intimari debent, pro vt de obseruantia, ac Sacri Consilij stylo testatur *Dom. Regens Lanarius in consil. 97. num. 2.* vbi dat
13 paritèr rationem dicens, quòd ideò cùm in forma sententiæ proferuntur, non est necessaria intimatio, quia Procuratores à communitèr accidentibus in Sacro Consilio semper moram faciunt, quando sententiæ leguntur: quem nominatim sequantur *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 1. de appellationibus, nu. 6. Dom. Regens Capycius Latro in citata decis. 165. num. 11. & 12. Dom.*

Regens *Marcianus* post alios in sua *Disput.* 18. *num.*40.*tom.*1.& nouissimè *Dom.Altimarus in addit.ad* Regentem Rouit.*decis.*16.*nu.*2.ad quod nouissimè etiam deflectens magnus nostri æui practicus *Dom.Gregorius Motillus* aliam non minus notabilem,quinimò fortiorem adducit rationem in sua *praxi S.R.C.titul.de appellatione, num.*47. scribens,leges communes promulgatas
14 cunctis innotescere præsumi, illarumquè ignorantiam regulariter non admitti,vt notatur in *titul.de iuris, & facti ignorantia*, & sententiæ S.
15 R.C.statim lectæ,& promulgatæ,vt leges habeantur, per *Pragmat. Ducis Alcalà in primo volum. Pragmat. immediatè post quatragesimam septimam,incipientem,Et si decreta,sub titul. de officio S.R.C.*& testantur *Afflict.decis.*169. *in fine,& Præs.de Franchis decis.*171. quibus addimus *Dom.Reg.Rouit.consil.*54.*num.*13.*tom.*1. eumdem *Præs.de Franchis decis.*238.*num.*2.demùmque eumdem *Afflict.decis.* 96.*num.* 11. *& decis.* 190. *in fine*, *Marant. in speculo aureo, part.*6.*verb.Et quandoque appellatur,num.*251. *Gallupp. in praxi S.R.C. part.*3.*cap.*7.*sub num.* 14.*vers. Item determinationes*, igitur à pari sententiæ prædictæ ignorari minimè præsumuntur, quo fit,vt à die lectæ latæ dicti decem dies currant.

PROLOGOMEN.

Inter filios in legitima institutos si reciproca fieret substitutio, dubij euentus ratione grauatos dici minimè posse resoluitur, Imperialibus Sanctionibus in *l.si pater puellæ* 12. *& in l.quoniam in prioribus* 32.*C. de inofficios. testament.* enodatis.

RERVM SVMMA.

1 *Dubius euentus an sit onus.*
2 *Filius legitimam capere potest stante substitutione restituendi hæreditatem in fideicommisso reciproco.*
*Contrarium verius vt num.*7.
3 *Grauamen in legitima nullum imponi potest,& appositum reijcitur.*
4 *Legitima filio sine aliquo onere competit.*
5 *Onus vicissitudinarium an de legitima reijciẽdum sit.*
6 *Onus vicissitudinarium onus non dicitur quò ad inductionem quarelæ, per quam testamentum rumperetur.*
8 *Grauatus neuter dicitur, si inter filios in legitima institutos reciproca fiat substitutio.*
9 *Onus in fideicommisso reciproco cur non reputetur.*
10 Textus in l.si pater puellæ 12. C. de in officios. testam. *num corrigatur ex* textu in l. quoniam in prioribus 32. C. eod.tit.
11 *Fideicommissum reciprocum inter quos inducatur.*
12 *Substitutio reciproca tacita vt induci possit, quæ requirantur.*
13 *Et num necesse sit, vt hi quorum nouissima facta est substitutio, dispositiuè vocati sint.*

OBSERVATIO CXII.

1 DVbius euentus an sit onus,vel nè? cùm quemadmodùm quis acquirere, ità erogare possit,plerumquè controuersum à Doctoribus fuit,id quod profectò in dubiũ inquã hoc in loco reuocatur; Altercatur etenim, an si inter filios in legitima institutos reciproca fieret substitutio dici possint grauati ratione dubij euentus? Et concluditur affirma-
2 tiuè,sicquè quòd filius legitimam capere possit haùd obstante substitutione, & onere restituendi hæreditatem in fideicommisso reciproco, etenim in legitima nullum imponi potest grauamẽ,
3 & appositum reijcitur,vt expressè decidit Imperator *Iustinianus in l.quoniam in prioribus* 32. *C.de in officioso testament.* vbi, quòd si testator legitima filio relicta conditionem,seù dispositionem aliquam,quæ grauamen introducat, institutioni adiecerit,conditio,siuè dispositio tollitur,&
4 legitima filio sinè aliquo onere competit, perindè ac si nullum huic institutioni onus adiectum fuisset: ad quod aduertens *Peregrin.de fideicommissis,articul.*36.*sub num.* 61. comprobat hanc sententiam ex *Bartol.in l.qui Romæ, §. duo fratres, ante num.*11.vbi pariter *Ripa num.* 38. *D. de verbor. obligat.*nàm quamuis sit onus vicissitudinarium,reijciendum nihilominùs est de legi-
5 tima,quia verè onus est, cùm de huiusmodi bonis neuter disponere posset, etiam ad quantitatem legitimæ, *l.final.§.penult. C. commun. de legat. Iason in l.si pater puellæ,num.*1. *C. de inofficioso testament.* ibidemque *Salycet.in fine*, qui ità in facto seruari, & communem opinionem esse dicit,quia, inquit,in veritate grauamen dicitur, etsi
6 haùd sit,quò ad inductionem quærelæ,per quam testamentum rumperetur,vndè suadere videntur optimo iure associante conclusum in controuersia præsentis loci fuisse,quòd filius legitimam capere possit non obstante substitutione, & onere restituendi hæreditatem in fideicommisso reciproco.
7 Nihilò tamen minùs conclusionem prædictã dubietatem,& quidem,non mediocrem ex recẽsendis I*Ctorum* votis habere comperio,& præsertim ex alia Imperiali Constitutione in *l. si pater puellæ* 12.*C.de in officioso testament.* vbi expressè
8 statutum legitur, quòd si inter filios in legitima institutos reciproca fiat substitutio,neuter grauatus dicitur,quoduè propterea neuter quærelam habet dubij euẽtus ratione,quia quemadmodùm erogare,ità acquirere potest, vndè in fideicom-
9 misso reciproco onus non reputari,rescribunt expressè *Cæsares in l.de fideicommisso* 11.*C. de transactionib.* Hinc *Glossa in citata l.quoniam in prioribus*,inquirit, numquid hodiè per illam
10 legem corrigatur *d. l. si pater puellæ*? & Lectorem remittit ad plenè exarata *ibidem* per *Iasonẽ*, & *Cynus in dicta l.si pater puellæ* ex *simone Vic. & Iacob.de Arena* expressè tradit, correctam haùd esse, nullamque recipere immutationem, quia in dicta *l.si pater puellæ*, nullum est onus, cùm habere possit commodum,sic quoque illic notant Ricc*ard.Malumbra, Fulgos.* & alij nec non pariter *Aquilinus in l.centurio,part.*1.*num.* 83.*D.de vulg.subst. Azo in summa Cod. tit.de*

in

Digitized by Google

in officioso testament. Palatios Rubios in Rubric. de donation. inter virum, & vxorem. §. 50. Vasqu. in dicta l. quoniam in prioribus, ampliat. 2. num. 250. & de succes. progres. libr. 1. §. 10. num. 174. Dec. in consil. 456. num. 3. & 8. quos sequitur *Dom. Regens Capycius Latro* pro absoluto hoc amplectens in sua *Consultat. 121. sub num. 43.* & sententiam hanc docet etiam *Menoch. in consil. 196. num. 16.* qui hanc veriorem esse adijcit, & contrariam tenentes errasse probat *num. 20. libr. 2.* & comprobat in *consil. 686. in fin.* atq; demùm *in tract. de præsumptionibus, libr. 4. præsumpt. 196. num. 25.* quinimmò contrariam sententiam iure communi defendi haùd posse, tradunt nouissimi *Addentes ad Suarez in memorata l. quoniam in prioribus, ampliat. 6. num. 5. lit. D.* & cõmuni Doctorum consensu receptam esse, tradit *Petra de fideicommiss. quæst. 15. num. 105.* ac nouissimè comprobat *Dom. Verde in sua Pantonomodidaschalia, libr. 2. titul. de reciproca substitutione num 1437.* dicens, hoc in casu neminem damnificari, & vtrique vtile esse, legitimam non detrahere obæqualem incertitudinem alterius legitimam lucrandi.

11 Hisquè porrò collimat peroptimè, reciprocum fideicommissum induci minimè posse, nisi intèr illos, qui per fideicommissum descensiuum, & absolutum priùs vocati sunt: quinimmò constitutũ haùd intelligitur, etiam si descendentes sint inter se per fideicõmissum descensiuum vocati simùl, & grauati, nisi expressè dicatur, vel in necessariam consequentiam expressorum colligatur, vt alios complures manuducentes insinuant *Peregrin. de fideicommiss. art. 13. num. 73. Fusar. de substitutionib. quæst. 475. per tot.* præsertim *num. 10. in fine*, decisumque per Rotam testatur *Seraphin. in decis. 1023.* & comprobat *Dom. Regens de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 2. Resolut. 89. num. 3. & sequ.* idcircò ad tacitam reciprocam substitutionẽ inducendam tria requisita copulatiuè concurrere
12 debere, nempè quòd hi, intèr quos facta substitutio prætenditur, honorati sint, quòd substitutio vltimo morienti facta sit, & quòd in tota hæreditate, adnotarunt *Card. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 7. titul. 5. num. 15.* vbi de communi quoque attestatur, *Marta de successione legal. tom. 1. part. 1. quæst. 9. art. 2. num. 2. Marescotta Variar. Resolut. libr. 1. cap. 66. num. 2. Trentacinqu.* qui de magis recepta sententia testatur in *tit. de substitutionib. par. 5. cap. 2. num. 23. Odd. de substit. compendios. par. 5. art. 6. num. 26. & 32. Gaspar Anton. Thesaur. QQ. Forens. lib. 1. quæst. 74. num. 12. Thesaur. Pater in decis. 248. sub num. 17. Magon. decis. Florent. 72. num. 16. Seraphin. decis. 939. Peregrin. consil. 157. nu. 5. lib. 5.* & ità Ferrariæ iudicatum fuisse testatur *Socinus in l. heredes mei, §. cùm ità, num. 7. in quinto casu, D. ad S. C. Trebell.* eumquè sequitur *Socinus* nepos *ibi, num. 19. & 23.* qui opinionem hanc communem, & magis communem appellat, & *ex text. in l. Titia Seio, §. Seia libertis, D. de leg. 2.* comprobat *Regens Capycius Latro in decis. 1. num. 56.* vbi etiam quòd isthæc sententia recepta est apùd Doctores, & voluit paritèr *Anton. Faber lib. 3. coniectur. iur. cap. 16. in fine, vers. hoc etiam adduc*, vbi quòd tacita reciproca haùd
13 ex eo inducitur, quòd substitutio facta sit vltimo decedenti, & tota hæreditate, sed necesse est, vt hi quorum nouissima facta est substitutio, dispositiuè vocati sint, subdens, opinionem hanc Sebusianum Senatum sequutum fuisse. Et hac dote cuncta tenta sit præsens *Obseruatio*, mihi enim effluo transcribere, quæ in eiusmodi disputatione Nostrates sermone, dilatisquè finibrijs, Exteri, & Nostrates docto scripserunt calamo, neque animus, nec otiũ est: solùm enim Lectorem remittere libet ad præcitatos Auctores, & præsertim ad *Card. Mantic. & Peregrin. in locis indicatis*, copiosissimè extricantes non solùm prædicta, sed alia complura, quæ procul dubio contingere possunt, & vtilitati, & honori tibi erunt.

PROLOGOMEN.

Episcopus cùm in tota sua Diœcesi ordinariam habeat potestatem, ipsi Episcopo permissum esse probatur, qualibet in parte suæ Diœcesis Vicarium constituere, nisi in illa parte Archidiaconus adsit, qui ex consuetudine iurisdictionem habeat per modum prætentionis, seù prioritatis: id quod ad Episcopum duas habentem Ecclesias vnitas extenditur; demũque in Legato de Latere, qui plures habens Prouincias contentiosam iurisdictionem Prouinciæ, & exercere potest, etiam in alia Prouincia, & nonnulla circà prædicta elucidantur.

RERVM SVMMA.

1 *Vicarius Episcopi an morari debeat in Episcopatu, seù Episcopi Palatio.*
2 *Episcopus in tota Diœcesi ordinariam potestatem habet, & pro Tribunali quolibet in loco non exempto per se, vel per alium sedere potest, & liberè exequi quæ ad eius officium spectant.*
3 *Episcopus in qualibet parte suæ Diœcesis Vicarium constituere potest, nisi in illa adsit Archidiaconus iurisdictionem habens.*
4 *Episcopus vnicum tantùm retinere potest Vicarium generalem in vna ex Ciuitatibus vnitis, & num. 7.*
5 *Episcopus propter vnionem duarum Ecclesiarũ existens in vno Episcopatu, negotia alterius expedire potest.*
Ratio traditur num. 8.
Extenditur in Præside duorum territoriorum, num. 6.
9 *Iurisdictio vniuersalis plura territoria concernens est tota, & indiuidua cuiusque territorij respectu.*
10 *Legatus de Latere plures habens Prouincias contentiosam iurisdictionem, etiam in alia Prouincia exercere potest, & num. 11.*
12 *Legatus de Latere ordinarius est in Prouincijs sibi decretis, & pro sua voluntatis arbitrio vbique ius dicere potest.*
13 *Legatus de Latere cùm quolibet Ordinario concurrit.*
14 *Citatio extrà territorium admittitur etiam ad effectum condemnandi, quando plures Prouinciæ sunt sub eodem Præside.*
15 *Quis trahi potest extrà Prouinciam ceràm Sũmi Pontificis Delegato.*

OBSERVATIO CXIII.

IN contentionem, aut in controuersiam vertenda nùm sit præsens isthæc decisio determinans, Episcopi Vicarium morari debere in Episcopatu, seù Episcopi palatio, vel alio loco intrà Ciuitatem? & profectò negatiuè respondendum videtur, quia cùm Episcopus in tota suæ Diœcesi ordinariam potestatem habeat, pro Tribunali sedere potest quolibet in loco non exempto per se, vel per alium, & liberè exequi, quæ ad eius officium spectant, *cap. cùm Episcopus, de offic. Ord. in 6. Franc. in cap. quæ fronte, num. 2. de appellat. Pauin. de potestate Capituli Sede vacãte, part. 2. quæst. 19. num. 25. Leon. in Thesaur. fori Eccles. part. 1. cap. 9. num. 18. vers. Diœcesis autem, Henric. Bott. de Synod. Episcop. p. 1. quæst. 10. num. 56. Camill. Borrell. ad Bellug. in Speculo Princip. Rubr. 22. §. & quia quotidiana, in verb. Episcopus, Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 1. num. 69.* & alij complures, quos sequitur noster *Author in tom. 4. Discept. forens. cap. 655. num. 9.* ex quo fit, vt permissum sit Episcopo qualibet in parte suæ Diœcesis, vel particulari loco
3 Vicarium constituere, nisi in illa parte Archidiaconus adsit, qui ex consuetudine iurisdictionem habeat per modum præuentionis, seù prioritatis, secùs si per modum accumulationis, vt latè concludunt Doctores in dicto *cap. cum Episcopus, de officio Ordinar. in 6.* vbi præsertim *Gemin. num. 7. Franc. num. 3. Butr. num. 4. Ancharan. col. 3. post princip. verb. Quæritur, num. 4.* & obtinuisse testatur *Borrell. vbi supra, dict. Rubr. 22. §. & quia quotidiana, in verb. Episcopus, in fine, pag. 125.*

4 Quinimmò Episcopus duas habens Ecclesias vnitas vnum tantùm habere potest Vicarium generalem, qui pro Clericis vtriusque Ciuitatis ius, & iustitiam ministret, & ijdem Clerici pro iustitia consequenda, vbicumque Vicarius prædictus residerit, accedere tenentur, etenim quemadmodùm Episcopus vno in Episcopatu residendo explere potest negotia vtriusque Episcopatus, vt *Innocentius* docet in *cap. nouit, de offic. Legat.* & sequuntur *Iacob. Rebuff. in l. vnic. C. de metropol. beritt. libr. 11. Petr. Rebuff. in praxi, titul. de vnionib. Beneficior. num. 16. & 56. Franciscus Marc. in decis. 341. num. 4. part. 1.* atque probat *Zasius in l. extrà territorium, col. 4. ad med. vers. Quarto limitate, D. de iurisdict. omn. iudic.* vbi exemplum dat in Archiepiscopo Moguntino, qui duos Episcopatus regendo, si in vna Diœcesi, seù territorio existat, alteri Diœcesi, seù territorio ius dicere potest: pro vt etiam affirmatur de Præside duorum territoriorum, quemadmodùm erat Præses Prouinciæ eiusdem *Zasij*, qui tria, vel quatuor territoria habebat, & in quolibet ius alteri tertior 10 exercere poterat, per *textum in dicto cap.* ouasit, vbi missus fuerat Legatus ad duas Prouin-ias, qui ius dixit nunc in vna Prouincia alij Pro-incia, nunc in alia alteri Prouinciæ, & cùm Frã-orum Rex indignaretur, & grauaretur, Sum-nus Pontifex Legatum excusat, quòd ad omnia sta territoria missus sit, vt dicitur in dicto *cap.* nouit, & notat *Zasius vbi supra num. 18. in fine.* tà etiam dicendum est Proposito in casu, quòd

7 nempè in vno tantùm Episcopatu Vicarium constituere possit, ad quem subditi vtriusque Diœcesis accedere debeant, vt in specie quoque concludit *Petrus Rebuff. in dicto titul. de vnionibus Beneficior. num. 52.* & sequitur noster *Author vbi supra, num. 44.* atque comprobatur ex ratione illa, quia duo illæ Ecclesiæ vnitæ, etsi sint duo Epi-
8 scopatus, & duo Diœceses, nihilominùs quò ad Episcopum vna Diœcesis nuncupatur, cùm duarum Ecclesiarum vnus Episcopus sit, vnus Pastor, & vnus Prælatus, *can. & temporis, 16. quæst. 1. cap. 1.* vbi *Gloss. in verb. veniendo, nè sede vacãte. Gloss. in Clement. 2. in verb. Ecclesias, ad fin. de prabend. Caccialup. de vnion. art. 2. num. 2. & artic. 8. num. 2. & 5. Hoied. de incompatibil. Beneficior. par. 1. cap. 3. num. 2. ad med. vers. Tertio modo,* vbi sermonem habet de Episcopatu Viterbien. & Tuscan. & ibi etiam, quomodò se subscribere debeat, & perbellè *Anan. in expositione dicti cap. nouit, in princ.* vbi quòd Episcopi respectu vnica Prouincia censetur, quia vniuersalis iuris-
9 dictio plura territoria concernens tota esse præsumitur, & indiuidua respectu cuiusque territorij, *cap. pastoralis, de offic. delegat.* vt quoque illũ laudans obseruat noster *Author in citato cap. 655. num. 8.*

10 Ex qua equidem ratione dictum dignoscimus illud, quod noster *Author* tradit *hic, num. 4.* vbi quòd Legatus de Latere plures habens Prouincias cõtentiosam iurisdictionem exercere potest, etiam in alia Prouincia, & in qualibet parte suæ legationis, & Prouinciæ residere valet, etenim quò ad ipsum vna Prouincia censetur, etsi alias distinctæ sint, quò ad limites, & prærogatiuas, vt idemmet noster *Author* notat in allegato *cap. 655. num. 13. ex Gloss. in cap. vt litiganies, 5. in verb. statuimus, de offic. Ordin. in 6. & in cap. præsenti, 3. in verb. finitur, de offic. delegat. in 6. Innoc. in dicto cap. nouit,* vbi *Hostiens. num. 30. Io: Andr. num. 5. vers. & nota secundum, Bald. num. 5. Io: de Anan. num. 1.* quidquid aliud ibidem sequantur *Abb. & Barbat.* & quidquid dubitent *Francis. Marc. in citata decis. 341. num. 11. cum seq. part. 2. Felin. in cap. vltim. num. 2. de iudic. Fusc. de visitation. lib. 2. cap. 26. num. 24. ad fin.* & quidquid restringat *Brunell. de dignitate, & potestate Legati, tom. 13. part. 2. conclus. 25. fol. 254.* nàmque contrariam opinionem simpliciter
11 veriorem esse tradunt *Bartol. in l. 1.* vbi etiam *Io: de Platea col. 2. post princ. vers. sed nunquid Præses, C. de metropol. berit. lib. 11.* inquiuntque pariter *Angel. & Alexand. in l. final.* & illic quoque *Castr. num. 8. in fin. Iaf. num. 9. Marsil. num. 14. D. de iurisdict. omn. iudic.* voluntque demique *Felin. in cap. nonnulli, in fin. de rescript.* vbi reuocat ea, quæ in contrarium dixerat in *cap. vlt. de iudic.* & latè defendit *Gundisaluus Villadieg. de Legat. tom. 13. part. 2. quæst. 4. num. 11. vsque ad num. 14.* nec non pariter *Gambar. de officio Legati extrà Prouinc. num. 2. & 3.* cùm Legati de La-
12 tere Ordinarij sint in Prouincijs sibi decretis ad Consulum, Præsidumuè instar, qui pro suę voluntatis arbitrio vbique ius dicere possunt, & totam Prouinciam pro Tribunali habent, vt post *Anchar. Gemin. & Bald.* tradit noster *Author hic num. 3.* quibus addimus *Bartol. & Luc. de Penn. in citata l. 1. C. de metropol. berit. libr. 11. & Franc. Marc. in dicta decis. 341. nu. 2. in fin.*

Et

Digitized by Google

Et demùm quia cùm quolibet sibi decretarum Prouinciarum Ordinario concurrunt, siuè Epi-
13 scopus sit, siuè Archiepiscopus, Patriarcha, & quicumque alius, etiam maior omnibus post Principem, *Speculat. in tit. de Legat. §. nunc ostẽdendum, vers. Legatus igitur, Bald. in l. si in aliã §. cùm plenissimum, D. de offic. Proconsul. & Legat. Franc. Marc. vbi supr. num. 5. vsque ad* 10. quos refert, & insectatur noster *Author in indicato cap. 655. num. 16.* adijcens, vt etiam quò ad effectum condemnandi personam pro delicto,
14 vel contractu, quis territorium extrà citari possit, quando plures Prouinciæ sub eodem sunt Principe, præsertim quia quemadmodum quis coràm Summi Pontificis Delegato territorium
15 extrà trahi potest, pro vt ità seruari testatur *Gũdisaluus in dicta quæst. 4. nu. 12.* iuxtà *cap. olim, de iniur. Butr. & Abb. in cap. final. de iudic.* ità etiam, & multò magis permittendum hoc esse, dicendum est, Legato de Latere, cùm istos inter nulla adsit discriminis ratio, vt citatus *Gundisaluus* exponit *ibidem, num. 12. & 13.*

PROLOGOMEN.

Appellationem nullitati obnoxiam dici minimè posse deciditur, etsi apostoli petiti haùd sint, quando Iusdicens appellationi detulit; Hinc, quæ requirantur ad appellationem introducendam? peculiariter exponitur, ac demùm intrà quantum tempus huiusmodi facienda sit introductio? annuitur tàm attento Communi Romanorum, quàm speciali nostri Regni Iure.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio integritatis dicitur propugnaculũ, & oppressorum leuamen.*
2 *Appellatio valida est, si in ea apostoli non petantur, quando Iudex appellationi detulit.*
3 *Apostoli, & litera dimissoriales idem sunt.*
4 *Apostoli omni cùm diligentia, & instantissimè petendi sunt.*
5 *Appellatio quomodo introducatur? & num. 7. & 8.*
6 *Actorum transmissio integra fieri debet.*
9 *Victor sententia confirmationem cùm impositione perpetui silentij petere potest, quando victus non appellauit.*
Ampliatur in causis criminalibus, vt num. 10.
11 *Tempus ad introducendam appellationem est dierum triginta de Iure Communi.*
De Iure verò Regni est dierum quinquaginta, vt num. 12.
Verùm à quo die currere incipiant? apertè demonstratur num. 13.
14 *Appellans in primo, vel secundo die ex decem diebus ad appellandum concessis, non expectato lapsu totius dilationis decem dierum, antè intra quinquaginta dies à die appellationis, illam prosequi obstringatur? & num. 17.*
15 *Fatale secundum non currit, nisi à die finiti primi, quamuis petitum sit, antequàm finiretur.*
16 Guidatici prorogatio à die finiti primi incipit, *quamuis non dicatur.*
18 *Dilatio legalis vbicumque aliquibus ob aliquã causam conceditur, si causa illa finitur ante finitam dilationem, finitur etiam, & dilatio.*

OBSERVATIO CXIV.

1 DE humanæ vitæ præsidio, hoc est de appellatione, quæ integritatis est propugnaculum, & oppressorum leuamen, sermonem quoquè habet hoc in loco noster *Author* controuersum memorans, nùm appellatio sit nullitati obnoxia, ità vt dici
2 possit adesse res iudicata, si in ea apostoli non petantur? qua in re conclusum negatiuè tradit, quia Iusdicens appellationi detulit, quo casu quamuis apostoli petiti minimè sint, appellatio tamèn valida est, ità vt propter ipsius delationis vim nulla dici non possit, etsi secùs sit, quando Iusdicens appellationi non defert, vt pro absoluto quoque firmat *Robert. Maranta in suo speculo aureo part. 6. Et quandoque appellatur, num.* 416. quòdue
3 appellatione interposita petendi sint apostoli, siuè dimissoriales literæ, quæ idem sunt, vt *Modestinus I.C.* docet *in l. dimissoriæ literæ* 106. *D. de verbor. & rer. signific.* iuncto *Martiano I.C. in l. post appellationem, D. de libellis dimissoriis*, cæteris aduertit nouissimè *Dom. Caietanus Ageta in sua fori feudalis epitome, assert.* 11. §. 32. *lit. O.* vbi, quòd omni cùm diligentia, *affert.* 11. §.
4 citudine instantèr, immò instantiùs, & sollicitè petendi sunt, atquè pariter notat nouissimè *Dom. Gregorius Motillus in sua praxi S. R. C. titul. de appellatione, antè num.* 53. exponens demùm ad appellationem introducendam, duo re-
5 quiri, Primum nempè, vt appellans petat, atque memoratas dimissoriales literas impetret, eisque impetratis in Curia à qua præsentet, pariter actorum transmissionem, siue causæ processum procuret relicta copia, si fallitatis suspicio allegata fuerit, secùs ipsorum copia originali relicto transmittitur, & ipsa acta deindè ad Curiam ad quam præsenter, (qua tamèn in transmissione
6 semper integram copiam cogi appellantem transmitti facere suis expensis, declarat Imperator *Fridericus II. in Constit. nostri Regni, Appellationum tempora*, ibi, *quinquaginta dierum spatiũ à die appellationis interpositæ appellator habeat, intrà quod processum iudicij, & appellationis nostræ Curiæ præsentet.* quod etiam probat *Dom. Consiliar. Pratus in addit. ad Muscatell, in praxi S. R. C. Gloss. Tenebitur, in fine*, nec non Episcop. *Riccius in Resolut. 407. in add. num. 2.* & lequitur *Dom. Motillus ibidem num. 54.*) Secundum, vt præsentatis actis fiat eorum aperturæ
7 præuia diuersæ partis citatione, *Afflict. in comment. ad citatam Regni Constitut. Appellationũ tempora, no. ab. 10.* & sentire videtur *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 251. num. 16.* tùm itaquit, praxim hodiernis temporibus inoleuisse, quòd si pars citata
8 ad videndum processus aperturam, & ad omnes alios, singulosque actus, vigore prouisionum inhibitorialium in forma, vt docet *Muscatellus in praxi S. R. C. part. 1. Gloss. in forma, & Gloss. in timare*, facta processus apertura, illicò appellatus coràm Iudice ad quem comparuerit, instans pro

Digitized by Google

pro sententiæ confirmatione, haùd aliter mense expectato, de quo in *Ritu* 251. audietur, prævia consimili citatione appellanti ad omnes, singulosq; actus, & ad constituendum Procuratorem, ipsoque appellante non comparente, debitis contumacijs in causis, ad confirmationem, vel revocationem sententiæ procedetur, vt notabiliter obseruat *Muscatell. vbi supra, in addit. Gloss. Finiendam, part. 2. num* 21. atquè demum in *part. 3. Gloss. Proceditur, num.* 47. & 48. vbi *Dom. Consiliar. Pratus in addit. in fin.* obseruat, quòd à sententijs S.R.C. quamuis victus biennium infrà reclamare valeat, tamèn si non reclamauerit, poterit, qui sententiam ad sui fauorem reportauit, petere, quòd committeretur causa reclamationis, ad finem obtinendi sententiæ confirmationem, cùm impositione perpetui silentij, quod ipsemet quoque tradit in *tom. 2. disceptat. forens. cap.* 30. si quoque *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 661. vbi licèt in causa illius decisionis id determinatum non fuerit, refert tamèn, quòd in causa D. Lelij Vrsini, cùm Comite Saponariæ, & alijs, interpositis decretis per Sacrum Consilium, etiã quòd partes non reclamassent, quia iudicium erat cœleriter expediendum, D. Lælius instetit pro confirmatione, & per Sacrum Consilium absq; vlla partis declaratione fuerunt decreta prædicta confirmata, & sic etiam obseruari testatur
10 in causis criminalibus, in quibus etiam, quòd inquisitus non appellet, Regius Fiscus confirmationem petit, quod etiam probat, & practicatum fuisse testatur *Dom. Regens Capycius Latro in sua Consultat.* 159. *circa finem*, & sequuntur *Dom. Consiliar. Petra vbi supra, num.* 18. *Thorus in compend. decis. part.* 1. *verb. Confirmatio sententiæ, Dom. Ageta in citata assert.* 11. *§.* 34. *lit. B. in Apostill.* ex *Bart.* aliisque notat etiam *Dom. de Luca ad Præs. de Franchis d. l. num.* 4. *& seqq.* & conferunt tradita à *Peregrin. in consil.* 19. *num.* 19. *vol.* 3. *Mastrill. decis.* 45. *num.* 17. *Peguer. decis.* 196. *num.* 11. *Giurb. decis.* 3. *Nouar. decis.* 207. *Aluar. Velasc. consult.* 51. *num.* 22. *Francisc. Nigr. Ciryac. Controuers. forens. tom.* 1. *cap.* 283. *num.* 5.

Quamuis autem antiquitùs de Iure Communi Romanorum triginta dierum spatium præfixum erat ad appellationem introducendam, vt in *l. Iudicibus, C. de appellationib.* & scribit *Maranta in supra allegato num.* 416. atq; post alios etiam *Dom. Verde in sua Pantonomodidaschalia, lib.* 4. *tit. de officio Iudicis, num.* 1897. Hodiè tamen apud Regni Curias quinquaginta dies concedũtur, sic expressè statuente Imperatore *Friderico* in memorata *Constit. appellationum tempora*, & testantur *Maranta vbi supra, Caravit. in Ritu M. C. V.* 251. *num.* 56. *Afflict. in eadem Constit. tab.* 8. *Gallup. in praxi S.R.C. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 30. *Episcop. Campanil. in Ritu Curiæ Archiepiscop.* 35. *num.* 10. *Dom. Verde vbi supra num.* 1898. *Dom. Motillus loc. cit. num.* 57. atque demùm pariter *Dom. Regens Capycius Latro in sua Consult.* 159. *num.* 29. *& Dom. Consiliarius Petra in citato Ritu M. C. V.* 251. *sub num.* 10. ambo quoque notantes, dictum intrà tempus quinquaginta dierum includi etiam tempus dierum triginta à iure communi Romanorũ præfixum: Quamobrèm Nos aduertimus, memoratũ tempus quinquaginta dierum post tempus dierũ decem ad appellandum concessum incipere, vt rectè notat *Dom. Verde in loco indicato*, & aduertit *Dom. Motillus ibidem, num.* 58. vbi exclamat aduersùs iuris profitentes quamplurimos, & particularitèr contrà duos modernos Scriptores de praxi scribentes, quorum opus impressum circumfertur, qui tenacitèr tẽpus post interpositã appellationem concessum, dierum quadraginta esse affirmant, vt appellatio introducatur: adijcẽs inter alia hoc euenire, quia cùm ferè semper Procuratores appellantes, statim ac eis notificatum sit decretum, appellent in calce eiusdem decreti, integris decem diebus haùd fruuntur, quade causa facto computo non nisi diebus quatraginta fruuntur, & ex hoc computo eos falli dicit, quia intrà se dicunt, ex his quinquaginta deductis decem ad appellandum, quatraginta remanent, idcircò quatraginta esse dies, qui ad prosequendum conceduntur, affirmant, minimè aduertẽtes se decipere, & in apertam foueam cecidere.

14 Ex quo porrò resolutionem comperimus ad quæsitum illud, nùm quinquaginta illi dies ex memorata nostra Constitutione appellanti impartiti ad appellationẽ prosequendã, si victus in primo, vel secundo die, ex decem illis diebus ad appellandum concessis, appellauerit, currant statim à die appellationis, vel expectari debeat lapsus totius termini decem dierum? Vndè dicimus, quòd etsi *Io. Petr. Fontanella in suo tractat. de pactis nuptialib. libr.* 1. *clausul.* 1. *num.* 43. insimili concludere videatur, decem illos dies parti illesos semper seruandos esse, & haùd dissentiat noster *Author in tom.* 3. *Disceptat. forens. cap.*
15 499. *nu.* 21. tradens ex *decis. Rota Romana* apud *Card. Puteum* 395. *libr.* 1. secundum fatale non currere, nisi à die finiti primi, quamuis petitum sit, antequàm illud excurreret, quemadmodùm à
16 pari iuridici prorogationem non incipere, nisi à die completi primi, decisum tradit *Io. Mar. Nouar. QQ. Forens. lib.* 2. *quæst.* 54. *in fine*, atque demùm in *decis.* 222. & conferunt quæ *Thorus* exarat in *compend. decis. part.* 2. *verb. Tempus vnius anni*, Contrarium nihilominùs proposito
17 in themate verior est, vt nempè quinquaginta illi dies ad prosequendum à die interpositæ appellationis currere incipiant, etsi lapsum non fit tempus decem dierum ad appellandum concessum, quia vbicunque aliquibus legalis dilatio aliquam
18 ob causam conceditur, si causa illa finitur ante finitam dilationem, finitur etiam & dilatio, vt decidit *Scæuola I.C. in l. à filia* 62. *D. ad S.C. Trebel.* iuncto *Paulo I.C. in l. si quis hæres* 71. *D. de acquirend. vel ommittend. hæredit.* & punctualiter id probat *Paulus de Castro in d. l. si quis hæres*, quem insequitur *Poma in addit. ad Bartol. n.* 16. idem ex pluribus comprobant *Maranta in speculo aureo, part.* 6. *Et quandoque appellatur, n.* 145. *& nu.* 152. *Muscatell. in prax. appel. part.* 1. *Gloss. Prosequendũ n.* 17. *&* 18. & sic quoque respondit *Dom. Consiliar. Petra in loco indicato, num.* 24. fretus doctrina *Pauli de Castro d. l.* qua territus idem *Fontanell. in decis. Senat. Cathal.* 411. potissimùm *num.* 26. *&* 27. *tom.* 2. recedit ab obseruantia illius Senatus, de qua testatus fuerat in memorata *clausul.* 1. *num.* 43. & occurrit obiectis in contrarium, quarè Lectorem ad illum remittere, cordi quoque est.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Iurisdictio restricta, & limitata ad causas certę summæ, vt valeat extendi ad causas, in quibus certa quantitas expressa minimè est, vel dubitatur, an sit infrà summam determinatam, concluditur.

RERVM SVMMA.

1 *Nemo in aliena munera insilire debet.*
2 *Iurisdictio limitata ad causas certa summæ extendi non potest ad causas maioris summæ, & num. 3.*
4 *Iudex quod facit vltrà id, quod lex contedit, lege prohibente facere videtur.*
5 *Iudex potestatem habens cognoscendi causas minoris summæ, cognoscere potest causas, in quibus certa quantitas expressa non adest.*
6 *Summa maior tendit ad abdicandum iurisdictionem Iudicis inferioris.*
7 *Iurisdictio ad eum pertinet, qui eam in probatione fundatam minimè habet, & num. 8.*

OBSERVATIO CXV.

SInguli (pugna penitùs caret) ità suis muneribus fungi debent, vt in aliena insilire non
1 audeant, vt haùd inerudito calamo exaraui in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 9. *num.* 51. Quamobrèm consequens sit, quòd quando quis non potest, nisi causas ad cer-
2 tam summam ascendentes audire, cognoscere, & terminare, minimè valet eius iurisdictio restricta, & limitata ad certam illam summam extendi ad causas maioris summæ: quando enim lex ad plura procedit distinguendo potentias, &
3 statuendo, vt vnus Iudex iurisdictionem non habeat, nisi intrà certam summam, & ab indè supra ad alterum pertineat cognitio, tunc quod vni assignatur, alteri quippè denegatur, vt *Pomponius I.C.* probat *in l. quod in rerum* 24. §. *si quis, D. de legat. & fideicomm. primo*, quæ quidem ratio denegati, & concessi facit, vt isthæc iurisdictio limitata ad causas certæ summæ ad causas maioris
4 summæ extendi non possit; quod enim facit Iudex vltrà id, quod lex concedit, lege prohibente facere videtur, argumento *l. qui aliena* 33. §. *libertos, D. de negot. gest.* id quod planè ex limitationis natura prouenit, vt in eleganti *Pauli I.C.* Responso in *l. ex facto quæritur* 43. §. *item quæro, D. de vulgar. & pupillar. substitut.*

Ingens autem est difficultas, quando nempe in causis certa quantitas expressa minime adest, vel dubitatur, an sit infrà summam determinatam, vel nè? Num tunc talis Iudex potestatem habens cognoscendi causas minoris summę, cognoscere
5 possit de huiusmodi causis? & quòd talis Iudex de huiusmodi causis cognoscere possit, dummodò verosimiliter non colligatur, quòd summa, seù litis æstimatio, quæ controuertitur, excedere possit, seruatum fuisse *hic* testatur noster *Author*, licet super isthac controuersia pluries quęsitum fuisse, quomodo procedendum foret, & nunquā aliquid conclusum fuerit, tradat; idque præcœte-
6 *ris* ratione illa fulcitur, quia cùm maior summa tendat ad abdicandum iurisdictionem Iudicis inferioris, ille qui priuare vult Iudicem iurisdictione hoc omninò probare debet, etenim in dubio
7 iurisdictio ad Iudicem, qui iurisdictionem in probatione fundatam minime habet, pertinere videtur, vt expressè decidit *Bald. in l. final. §. vltim. C. de appellationib.* vbi quòd statute statuto, vt potestas sit Iudex à centum scutis
8 infrà, & Capitaneus à centum suprà, si hæreditatis petitio mouetur, cuius quantitas ignoratur, vel ad factum agitur, & de interesse nescitur, erit Iudex potestas ob rationem prædictam; id quod pectore notādum est profectò, Præmanibus enim haùd habetur.

PROLOGOMEN.

Positio notitiæ personarum contrahentium, intèr quas stipulatur, in Notario haùd requiri exponitur, cùm sufficiat, vt tunc notitiam acquirat eo modo, quo potest: id quod in Actuario locum quòque habere exponitur, & quid hoc circà statutum fit per Regiā *Pragmat. XVI. sub titul. de Actuarijs*, edocetur, ornaturquè.

RERVM SVMMA.

1 *Notarius notos habere contrahentes non tenetur, & sat est, vt tunc notitiam acquirat eo modo quo potest, & num.* 2. 4. & 6.
3 *Notarius præsumere non debet, quòd contrahentes nomen fingant.*
5 *Probationum facultas ampliari, nō coangustari debet.*
7 *Notarius à pœna falsi excusatur, quamnis contrahentium personas non cognoscat.*
8 *Falsum sine dolo non committitur.*
9 *Falsitas vt excludatur omnis capienda est interpetratio.*
10 *Falsitas nè commissa dicatur, nimia subtilitas adhibenda est.*
11 *Notarius ob crassam negligentiam, vt quia malè in officio suo versetur, nùm extrà ordinem puniendus sit.*
12 *Notarius suppositam personam in instrumento nominans, pœna pecuniaria punitur.*
13 *Actuarius contrahentes cognoscere non tenetur.*
14 *Obligationes, & fideiussiones ab Actuarijs captæ, vt valida sint, duorum testium subscriptionem requirunt.*
Comprimitur ad eas dumtaxàt obligationes, quæ summam ducatorum quinquaginta excederent, vt num. 15.
16 *Obligatio penès acta nùm subscribi debeat à testibus quæ obligatos se cognoscere dicant? & num.* 17. & 18.
19 *Obligatio penès acta paratam executionem habet, iàm Communi, quàm Regni iure asserto.*
20 *Pragmaticæ Iuris Communis correctoria strictè intelligi debet.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO CXVI.

NEgatio scientiæ personarum contrahentium, intèr quas stipulatur, permittenda sit nè in Notario, vel requiratur notitiæ positio, scilicèt, quòd ipse contrahentes cognòscere teneatur? controuersum fuit in causa præsentis loci: quoduè contrahentes cognoscere non teneatur, dictum fuit, vt noster *Author* testatur *hic*, qui sententiam hanc post alios, quos refert comprobat in *tom. 3. disceptat. forens. cap. 497. num. 4.* inquiens, Notarium notos habere contrahentes non teneri, sed sat esse, vt tunc notitiam acquirat eo modo, quo potest, scilicèt videndo personas paciscentes, & audiendo eorum verba, nomina, & pronomina, quibus asserunt se vocari, siuè simus in nominibus designatiuis substantiæ, vel corporis, siuè officij, & dignitatis, cùm illis credere teneatur, quia præsumere nō debet, quòd illi nomen fingant, & falsum committant, cùm certum sit, quòd si mentiuntur, pœnam minimè euitabunt, decidentibus *Martiano I.C. in l. 1. in princip. & Paulo* I.C. *in l. Paulus respondit 16. in fin. D. ad* L. *Cornel. de falsis.* præsertim quia aliàs res procedere non posset, nequè scriptura frequentaretur, sicque ad nihilum deducerentur instrumenta, cùm sic ea non, nisi de personis, quæ aliàs notę essent, fieri possent, vndè non de mulieribus, non de rusticis, non de extrancis, quod planè erit contrà legem, quæ probationem haùd restringi, sed ampliari voluit, *§. si quis igitur, in fin. Auth. de fide instrument.* iunctis alijs Iuribus penès *Andr. Gaill. libr. 1. PP. Obseruat. cap. 91. num. 7.* & probat in terminis *Io: Andr. ad Specul. in Rubr. de instrum edit. vers. sed nunquid.*

Quibus equidem ex rationibus optimo voto dictum fuisse hic comperimus, notitiæ positionē circà contrahentium personas in Notario necessariam haùd esse, immò etiam addimus, sententiā hanc apùd Iurisprudentiæ maximùm Peritos veriorem existimari, vt præcæteris habetur ex *Bertazol. in suo tract. de clausulis, Glos. 2. clausul. 2. num. 9.* qui hoc multum notandum dicit, & de veriori opinione testatur, & comprobāt *Marta in summa decis. tom. 1. verb. Notarius cap. 58. & 59. Io: Matienz. libr. 3. tit. 4. de testamentis, l. 2. gloss. 7. num. 6. Episcop. Riccius Collectan. 713. part. 3. Rota diuers. decis. 434. part. 1. Præs. de Franchis decis. 262.* vbi etiam *Addentes*, Regens *Capycius Latro decis. 138. num. 35. lib. 2.* vterque *Petra* Auus scilicèt, & Nepos, ille in *addit. ad Grammat. decis. 60. num. 19.* hic in *commentar. super Ritibus M. C. V. tom. 2.* Rit. 166. *num. 24.* vbi alios recenset, etsi multum vtile, & curiosum esse, vt plenè illos cognoscat, dicat *Borrell. in sūma decis. titul. 18. de fide instrumentorum, num. 60.* cuius meminit *Dom. Ioseph de Ninno ad Franc. de Cuenca in tract. de deposito, claus. 3. sub num. 1.* Vndè, & tali casu excusandum esse Notarium à pœna falsi, necessariò consequitur, vt probat noster *Author hic*, atque etiam latè alioru fultus auctoritatibus *Gaspar Thesaurus QQ. Forens. libr. 2. quæst. 77.* quia tunc in ipso non adest dolus, quo sinè falsum non committitur, *l. nec exemplum, & l. nè quis decurio, D. de falsis, Doctores in cap. cùm Ioannes de fide instrument, Socin. iunior. in consil. 37. num. 28. lib. 2. Clarus in §. falsum, Farinac. quæst. 150. Dom. de Rubeis Certam. 6. num. 41. in apostill.* vbi etiam, quòd

9 omnis capienda est interpretatio, vt falsitas excludatur, *Farinac. consil. 60.* & nè dicatur commis-

10 sa, nimia subtilitas adhibenda est, *Foller. in Pract. Rubr. Item quòd commis. falsit.* At hic difficultas oritur.

11 Notarius puniendus sit, vel nè extrà ordinem ob culpabilem, & vincibilem ignorantiam, atquè grassam negligentiam, vt quia malè in officio suo versetur? quam planè rem circà *Gaspar Thesaurus vbi supra, num. 4. & 5.* intelligit Doctores excusantes Notarium de pœna ordinaria falsi, sed supposita crassa ignorantia puniendum esse tradit Notarium extrà ordinem, & ità in facti contingentia refert, Notarium, qui suppositam

12 personam in instrumento nominauit, pœna pecuniaria punitum, quod planè comprobatur ex notatis per *Dom. Præsid. de Franchis incitata decis. 262.* vbi refert, Sacrum Consilium pro vero habuisse, quòd Notarius excusandus sit à pœna falsi ordinaria, sed quia mercator dicebat, velle probare in facto illius dolum, & fraudem, dedit terminum in causa.

13 Consideramus modò hic, elucidatam suprà, comprobatamque sententiam in Actuario quoque locum habere, vt scilicèt ille contrahentes cognoscere non obstringatur, vt paritèr obseruāt *Dom. Præs. de Franchis in laudata decis. 262.* vbi *Dom. de Luca sub num. 1. Dom. Regens Capycius Latro in citata decis. 138. num 35. Dom. Consiliar. Dom. Carolus Petra in comment. super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 128. num. 7.* Sed ad fraudes euitandas, quæ hanc rem circà forsitàn

14 occurrere possent, prudentissimus *Dom. D. Frāciscus de Castro* Regni huius clauum tunc sustinens *Pragmat.* sanctione (quæ est *16. sub titul. de Actuarijs*) sanciuit, nè obligationes, & fideiussiones quecunque ab Actuarijs caperentur, nisi adhibitis duobus testibus illam subscribentibus, & obligatum notum habentibus, cùm ipsius subscriptione, vel eiusdem Actuarij, si is sit literarum ignarus, aliàs nullas esse voluit, vltrà pœnam du-

15 catorum mille: cuius tamèn sanctionis dispositionem ad eas dumtaxàt obligationes, quæ summam ducatorum quinquaginta excederent, restrictam fuisse legimus in sequenti *Pragmat. 17. sub eodem titul.* & memorant *Galter. in praxi instrument. part. 1. prima partis, verb. in publica forma sumptum, sub num. 38. Dom. Prosper Petra ad Grammat. decis. 60. sub num. 19.* eiusque dignissimus Nepos *Dom. Consiliar. Dom. Carolus Petra in dicto Rit. M. C. V. 128. sub num. 7.* & omnes *Addentes ad Dom. Præs. de Franchis vbi supra.*

16 Verùm testium circà personas limitationem habere legimus id, vt scilicèt tali casu testium subscriptio requiratur, qui obligatos se cognosce-

, re dicant, vt edocent *Nouar. super cit. Pragm. 16. Tasson. de antefato vers. 9. obseruat. 5. nu. 35. Capiblanc. de Baronib. pragmat. 1. num. 346. Thor. in compend. decis. part. 3. sect. 2. verb. Obligatio penès acta*, vbi ità de communi praxi testatur: etsi

17 contrarium intrepidè asserat *Dom. Regens Capycius Latro in decis. 138. num. 34. & seqq. tom. 2.* atquè reprobans citatum *Nouarium*, alioquè dicat, eos in practica errare, quia non multum versati

Digitized by Google

sati in *Regijs Tribunalibus*, ex quo Pragmatica duorum testium **præsentiam** dumtaxàt requirat, nec subscriptionem exprimat, & adnectat, quòd ipse Actuarius omnium M.C.V. fidem vidit, quòd nunquàm **obligationem** à testibus subscribi facere consueuerint: nihilominùs ipsum malè prioris sententiæ sectatores improbasse dicit *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra d. l.* & ità in S.R.C. decisum fuisse refert, vndè *Dom. de Luca vbi supra sub num.* 3. pugnantes hasce sententias conciliare nititur scribens, quòd prior procedat ad finem, vt obligatio penès acta testium subscriptione carens incusari non possit, quæ incusatio fit sine partis citatione; secùs vt pars citari possit ad dicendum causam, quarè incusari non debeat, quando tamèn per Actuarium annotati sunt testes, & præsertim adest obligatorum subscriptio, nàm tunc illi si subscriptionem recognoscant, pro obligationis validitate existimat, & deduci dicit ex eo, quia idem *Dom. Consiliar. Petra* refert, remoratam exequutionem obligationis penès acta, & datum terminum in causa, & consequentèr S.R.C. pro nulla, & inualida obligatione haùd habuisse, sed promptam exequutionem, qualem habent obligationes penès acta (tàm Communi, quàm Regni Iure attento, vt post alios exponunt latè, quos pleno calamo congerit *Dom. Consiliar. Petra in cit. Rit.* 128. *num.* 1.) minimè habere, quemadmodùm etiam in instrumento traditur, in quo in iudicio liquidationis instrumenti vires testium subscriptiones requiruntur ad effectum liquidationis, dùm re vera Regia Pragmatica vti iuris communis correctoria intelligenda est, vt quanto minùs fieri possit ius commune corrigat, vt proprijs in terminis obseruat idem Dom. Reg. *Capycius Latro sub dict. num.* 34. itàque non de subscriptione, sed de testium præsentia sermocinatur.

18

19

20

PROLOGOMEN.

Nouationem ex coniecturis, & præsumptionibus rectè induci posse resoluitur ex communi Interpretum Schola ad ornatũ Imperialis Sãctionis *in l. final. C. de nouationibus*, & coniecturæ, præsumptionesq; nouationem hanc ex iure etiam nouissimo inducentes sigillatim illustrantur: ea itàq; facta, & liberato principali, secundam quoque fideiussoris obligationem haùd sustineri probatur, etsi creditor protestatus fuerit dicendo *citrà innouationem, & priorum fideiussorum præiudicium*, quia, cùm hoc facto sit contrarium, non releuat; verùm ad priorem contractum, & personas in eo obligatas regressum admittendum esse creditur, quando subsequens contractus effectũ suum, citrà ipsius creditoris culpam, habere non potuit.

RERVM SVMMA.

1 *Debitor tradens insolutum nomen sui debitoris creditori volenti liberatur, etiam si non sit expressum.*
2 *Nouatio vim habet solutionis.*
3 *Acceptilatio pro soluto habetur.*
4 *Nouatio hodiè non fit, nisi expressè dicatur. Limitatur concurrentibus coniecturis, & necessarijs præsumptionibus, vt num.* 5. & 7. *Quæ coniectura indicantur num.* 11. 14. 19. & 22.
6 *Expressum censetur, quod ex coniecturis colligitur, & num.* 8.
9 *Dispositio* textus in l. final. C. de nouationib. nõ *destruitur, cùm dicitur, nouationem ex coniecturis, & præsumptionibus induci posse, & num.* 10.
12 *Contrahentes actum nullum facere noluisse præsumitur.*
13 *Qui vult vnum ex duobus incompatibilibus, alteri renunciasse censetur.*
15 *Nouatio fit, quando causa vnius contractus in alium conuertitur, vel transfunditur.*
16 *Depositum haud simulatum, sed verum* dicitur, *quando debitum mutui, vel ex alia causa conuertitur, & transfunditur in causam depositi.*
17 *Notarius de falso non tenetur, quando* debitum *ex vna causa in aliam conuertitur, tametsi dixerit, habuit, & recepit.*
18 *Nouatio quid sit.*
20 *Nouatio ex compensatione inducitur.*
11 *Compensatio est vera solutio.*
23 *Fideiussores facta nouatione liberantur.*
24 *Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
25 *Fideiussor liberatur principali liberato.*
26 *Creditor, cui per graduationis sententiam facta fuit consignatio in bonis concursus pro sui credito, fideiussores, aùt correos amplius molestare non potest.*
Intelligitur si bona consignata verè, & actualitèr tradita fuerint creditori, in quem tunc dominium, & periculum transferatur, vt num. 27.
28 *Fideiussores facta nouatione voluntaria liberantur, quamuis creditor protestatus fuerit dicendo, citrà innouationem, & priorum fideiussorum præiudicium.*
Contrarium traditur num. 30. & 35.
Sed prima opinio est verior, vt num. 32.
29 *Protestatio contraria facto non releuat.*
31 *Præseruatio ius de nouo non tribuit, sed antiquum tantùm reseruat.*
33 *Fideiussores ex datione insolutum non liberantur.*
34 *Leges æquitatem continent, eamq; semper desiderant.*
36 *Nouatio à contrahentium voluntate non pendet, neque ex eorum pacto, & protestatione euitari potest.*
37 *Regressus ad priorem contractum, & personas in eo obligatas conceditur, quando subsequens contractus effectum suum habere non potuit.*
Intelligitur vt num. 38. 39. & 40.
41 *Fideiussores priores secundorum datione non liberantur.*
Restringitur, si primorum loco secundi darentur, vt num. 42.

OBSERVATIO CXVII.

1 COnsequimur dicendum modò, veram esse priorem huiusce loci conclusionẽ, quòd debitor tradens insolutum nomẽ sui debitoris creditori volenti liberatur,

Digitized by Google

tur, etiam si non sit expressum, etenim tunc fit nouatio, quę pro solutione habetur, vt *textus* expressè docet in *l. si rem aliquam 31. §. si duo rei, D. de nouation.* ibi, *Eo magis cùm eam stipulationem similem esse solutioni existimemus*: quemadmodùm quoque de acceptilatione affirmatur ex *textu in l. si ex pluribus 16. D. de acceptilationibus*, etsi enim hodiè nouatio de iure haùd fiat, nisi expressè dicatur ex *l. final. C. de nouationib.* nihilò tamen minùs si ex coniecturis, & necessariis præsumptionibus, partes nouare voluisse appareat tunc rectè inducitur nouatio, cùm expressum etiam quodammodò censeatur id, quod ex coniecturis colligitur, vt omnis Interpetrum Schola peroptimè resoluit, quos si sigillatim recensere vellem fastidiosam nimis allegationem contexerem, paucos tantummodò accipito, nempè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuēt. tom. 2. libr. 17. titul. 3. Cuiac. libr. 14. Obseruat. cap. 7. & libr. 19. cap. 36. Cancer. Variar. Resolut. part. 3. cap. 17. num. 282. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib. 1. cap. 40. num. 22. Anton. Gabriel.* multos etiam referentem *commun. conclus. titul. de nouationibus conclus. 1. à num. 57. Anton. Pichard. in §. Praterea, à num. 24. Instit. quib. mod. tollit. obligat. Antonium de Amato* alios complures quoque recensentem, nostrique *Authoris* memorem *Forensium Iuris Resolutionum, part. 1. Resolut. 50. num. 3. Trentacinqu. Variar. Resolut. libr. 3. titul. de nouation. Resolut. 1. num. 3. Andr. Gaill. libr. 2. Practic. Obseruat. cap. 30. Parlador. lib. 2. Quotidian. cap. vltim. prima part. §. 12. limit. 6. num. 46. Fachin. Controu. Iur. libr. 3. cap. 92. Macerat. Variar. Resolut. libr. 2. Resolut. 57. num. 61. & libr. 3. Resolut. 45. num. 3. & seq. Menoch. de præsumptionib. libr. 3. præsumpt. 134. Mascard. de probationib. conclus. 1111. Roderic. de annuis reditib. lib. 2. quæst. 16. num. 58. Cost. de ratione ratę, quæst. 33. num. 8. Carroc. de excussione bonorum part. 2. quæst. 54. à num. 9. Guttier. de iurament. confirmat. part. 1. cap. 63. num. 8. Fontanell. de pactis nuptialib. claus. 4. Gloss. 24. num. 45. Gregor. Lopez l. 15. tit. 14. part. 5. Gloss. por manera, vers. Fatentur*, quibus etiam addendi sunt *Afflict. decis. 44. sub num. 15.* vbi quòd etsi hodiè ex dicta *l. finali*, requiratur, quòd nouatio expressè fiat, tamèn expressè fieri dicitur nouatio si per coniecturas appareat, quòd partes nouationem facere voluerunt, & sic à satisfactum est legi volenti, quòd expressè fiat nouatio, *Præs. de Franchis* qui ità in Sacro Regio Consilio iunctis Dominis duarum Aularum decisum testatur in *decis. 15. num. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 353. num. 4. Reg. Capycius Latro decis. 200. num. 56.* vbi etiam, quòd expressè dici potest illud, quòd ex euidentibus coniecturis apparet, vt paritèr prorijs in terminis nouationis dicit *Christophor. Mart. examin. 41. sub num. 52. Thor. in compend. decis. verb. nouatio. Dom. Consiliar. Hodierna in addit. ad Surd. decis. 287. num. 2. Dom. Consiliar. Roccus in Respons. 95. n. 1. tom. 2.* etsi abistac eceptissima sentētia frustrà discendant *Osualdus Hilliger. in notis ad Donell. libr. 16. commentar. ap. 20. lit. Q. Gaspar. Schiphordeger. lib. 2. forēs. ract. 5.* moti ex citata *l. final. C. de nouation.* vbi mperator *Iustinianus* abrogato iure antiquo deinuit, tunc solam prioris obligationis nouationem fieri, quoties inter contrahentes hoc expressè actum fuerit.

9 Propterea quod nos etiam dicimus, isthac ex receptissima sententia *Iustiniani* Constitutionem haùd destrui, ità vt ad iurium obscuritates denuò redeatur, quas sublare illa voluit, cùm adinuenta fuit ad difficultates, ambagesquè tollēdas, quæ erant de iure veteri circà præfatam nouationis materiam: Etenim tunc non fit argumētum à lege inductiuum, sed benè ab expressa hominis voluntate, qui sic contrahendo cùm memorata *Iustiniani* Constitutionis dispositione expressè se conformare voluisse videntur, quæ planè minimè correxit, quod ex expressis contrahētium verbis colligi posset, sed iurium ambiguitates dumtaxàt, vt perbellè Constitutionem prædictam extollit *Cardinal. Mantica in citato titul. 3. sub num. 16.* & propterea indefinitè concludo
10 re potest, hodiè præsumptam nouationem iuris dumtaxàt præsumptione fieri non posse, secùs verò præsumptione, quæ à contrahentium voluntate aliquo modo exprimitur, nàm tunc etiam expressè fieri dicitur nouatio, & satisfacta erit indicata *Iustiniani* Constitutionis dispositio, ad quod etsi omnes suprà recensiti *Doctores* posse hodiè ex præsumptionibus nouationem induci, inquiētes haùd aduerterint, ità tamèn intelligendi sunt.

Quamobrèm consequimur hinc, compluras adesse coniecturas, & præsumptiones nouationem inducentes, quæ quidem aliquo modo à contrahentium voluntate exprimuntur, quarū potis-
11 simùm illa est, quæ ex contractuum incompatibilitate resultat, quia scilicèt illi simùl stare nequeunt, adeò quod ex vnius subsistentia alterum corruere necesse est, tunc enim à contrahentium voluntate expressum videtur, vt nouationem inducere voluerint, quippe quod quando vnus contractus ab alio repugnat, simulque stare non pos-
12 sunt, credendum est, contrahentes actum nullum facere noluisse, idcircò vt secundus contractus validus reddatur, necesse est omninò, vt nouatio arguatur, & ità firmant ex *l. pacta nouissima, C. de pact. Card. Mantica* post complures, quos laudat in dicto *tit. 3. num. 13. Card. Tuschus Practicar. Conclus. lit. N. conclus. 119. num. 7. & seq. Reg. Capycius Latro in cit. decis. 200. num. 13. & sub num. 56.* & iterùm in *Consultat. 120. sub num. 39. & seqq. Consiliar. Arias de Mesa in allegato cap. 40. num. 23.* vbi alios paritèr recensel, *Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. iur. tom. 1. resolut. 7. num. 3. noster Author Disceptat. forens. tom. 2. cap. 290. num. 17. Menoch. de recuperand. possess. Remed. 9 num. 391. & in dicta præsumpt. 134. nu. 39. & 40.* atque in *consil. 81. num. 32. & 33. lib. 4. Amatus* alios complures manuducens in allegata *Resolut. 50. num. 4. Cancer. in dicto cap. 17. num. 286. Gregor. Lopez vbi supr. part. 5. verb. Por manera, Cauall. commun. contrà commun. quæst. 755. num. 8. & seq. Mascard. de probationib. conclus. 1107. nu. 23. Pyrrus Maurus Arretinus de fideiussoribus. sect. 10. cap. 4. num. 22.* vbi etiam, quod ex hoc euidentissimum signum resultat, quòd nouatio inducta sit, *Molin. de contractib. disput. 559. num. 8. & 12. Guttier. dict. cap. 63. num. 8. Gabriel. dict. conclus. 1. num. 60.* quam sententiam communē dicit *Albert. Brun. in suo tract. de augumento, & diminutione, conclus. 3. num. 29. & 38.* & dixerat antè omnes *Baldus in dicta l. final. num. 1. C. de nouat.* vnde *Marilia in decis. 87.* apertum esse tradit, quòd

per

Digitized by Google

per pacta nouissima incompatibilia à prioribus
recessum censetur, quoniàm qui vult vnum ex
13 duobus incompatibilibus, alteri renunciasse cē-
setur, & conferunt notata per Marant. in specu-
lo aureo, part. 6. Et quandoque appellatur, num.
425. vbi dicit, facientem actum cùm appellatione
incompatibilē, appellationi renunciare censeri-
14 Secundam præsumptionem, qua etiam ex iure
nouissimo nouandi animus colligitur, ex vnius
contractus in alium conuersione, & transfusione
inducimus, nimirùm cùm debitum ex causa mu-
tui, in causam depositi, vel in pretium emptionis,
15 & venditionis, vel in causam societatis conuer-
titur, tunc enim prior contractus nouatione ab
dubio extinguitur, & remanet posterior, quia si
prior venditionis contractus subsisteret, ad ven-
ditorem ex secundo contractu nihil peruenisse
censeretur: item, quia aliàs eodem tempore, &
vnico pretio duæ venditiones cōcurrerent: & de-
nequè, quia aliàs necesse foret, quòd si primæ vē-
ditionis pretium in secundam non transfunderē-
tur, secunda venditio sine pretio esset, & si ambæ
venditiones subsisterent, emptor ex vtraque inte-
resse petere posset, vt per optimè tradit citatus
Molin. in dict. disput. 559. num. 12. 13. & 18. vbi
idem dicit, quando de mutuo fit contractus cen-
sualis, & comprobant Ioan. Faber. in §. Præterea,
num. 3. Element. Iur. quibus modis tollitur obli-
gatio, vbi, quando de debito fit vini emptio, Ga-
br. consil. 81. num. 34. libr. 1. vbi quando con-
uertitur in causam societatis, Lanar. consil. 23.
per tot. vbi, quando de cambio emitur reditus,
Milan. decis. 9. num. 110. libr. 2. vbi quando pro
dotario fit subingatio, siuè reditus venditio, ad
dotarium amplius agi nequit, & decis. 13. num.
22. libr. 1. Maestrill. decis. 40. num. 1. Muta decis.
33. num. 1. Greg. Lopez dict. Verb. Por manera,
Rebuff. ad Constit. Gallia, tit. de lit. oblig. art. 1.
Gloss. 9. num. 21. Cauall. dict. quæst. 755. num. 13.
& 14. Guttierez vbi supr. Arretinus dict. loc. nu.
28. Salgadus in labyrintho creditor. part. 1. cap.
18. num. 4. Medicis de compensationibus, quæst.
8. in fin. Surdus de alimentis, titul. 5. quæst. 1. nu.
17. & tit. 3. quæst. 2. num. 70. & post alios tradit
etiam Amatus vbi supr. num. 5. & 6. vbi etiam,
quòd id ratione illa comprobatur, quia tunc de-
biti conuersio in loco realis numerationis succe-
16 dit, vnde infert, quòd etsi depositum recontraha-
tur, nihilominùs si debitum ex mutuo in deposi-
ti causam conuertitur, & transfunditur, depositū
simulatum dici nequit, quia mutui conuersio de-
positi veritatem operatur, & secundus contractus
ex primæ causæ veritate fomentum recipit, adeò
17 quod Notarius de falso non tenetur, tametsi dixe-
rit habuit, & recepit, quia ex primo contractu re-
cepisse verè dicitur, nisi dicat numerauit, Bartol.
Alexand. Castrens. Dec. & Purpurat. in l. singula-
ria, D. si certum petat. Paulus de Castro in consil.
9. libr. 1. Additio ad Dec. a. l. num. 18. Cagnol.
ibidem, num. 217. Surdus consil. 162. num. 43. 44.
libr. 2. Menoch. consil. 907. num. 26. & seq. lib. 10.
Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. D. Conclus.
198. num. 16. & seqq. & Conclus. 199. num. 5. Qui-
nimmò absoluta est traditio, quòd nouatio semper
inducitur, vbi prima obligatio in aliam transfū-
18 ditur, quia nouatio aliud quippe haùd est, nisi
prioris obligationis in aliam translatio, quemad-
modum Vlpianus l. C. docet in l. 1. de nouā-
tion. & notat Dom. Reg. de Ponte in consil. 181.
num. 134. tom. 2. atque etiam Card. Mantica in
dicto libr. 17. titul. 1. num. 5. & Arretin. de fi-
deiussorib. section. 10. cap. 4. num. 2.

19 Tertiam præsumptionem de iure nouissimo
quoque admittimus, & ex contrahentium dispo-
sitione expressè desumi dicimus, cùm scilicèt in
instrumentis concurrit expressa compensatio pre-
tij recepti ex priori venditione, in solutionem
pretij recipiendi ex secunda, ex ea siquidem com-
pensatione sequitur quòd prioris venditionis pre-
tium restitutum, & solutum dicitur ex fictione
l. singularia, D. si certum petat. & pro pretio se-
20 cundæ venditionis receptum: quamobrem stan-
te illa compensatione consequimur, nulli dubiū
esse, quòd tunc nouatio, veraquè solutio, & prio-
ris contractus liberatio inducitur, quia compen-
21 satio est vera solutio, licèt soluendi modus fictus
sit, ex Bald. in Rubr. Cod. de compensation. Surd.
consil. 82. num. 4. & consil. 112. num. 56. Turet.
consil. 49. num. 37. libr. 2. Milan. decis. 2. nu. 45.
lib. 2. Peruf. decis. 15. num. 9. Grass. excep. 16. nu.
9. & seqq. Giurb. in Consuetud. Messan. cap. 2.
Gloss. 16. num. 9. Intrigl. de censibus, quæst. 22. nu.
4. Menoch. de Arbitr. casu 14. num. 3.

22 Quarta deniq; præsumptio ostenditur cùm
præcedit liberatio, & statim alia sequitur obliga-
tio, nàm tunc ex iure etiam nouissimo nouatio fa-
cta intelligitur, vt pro absoluto docent Ripa in
Card. Mantica in citato libr. 17. tit. 3. num. 15.
quos refert, & sequitur Dom. Consiliarius Roc-
cus in suo Respons. 95. num. 8. tom. 2. Comprobatq;
Dom. Regens Capycius Latro in dict. decis. 200.
sub num. 56. & in puncto hoc decidit Anton. Fa-
ber in suo Cod. libr. 8. tit. de nouat. diffinit. 11. cu-
ius hęc sunt verba, Ex his verbis, libero te ab om-
ni eo, quod mihi ex tali instrumento, & iudica-
to debes, mediante hac obligatione, placet factam
videri nouationem, licèt non aliter hodiè fiat,
quam si id expressim actum sit, itaque sola ex no-
ua stipulatione actio supereset, neque ex iudicato
agi amplius potest, nisi nominatim conuenerit,
vt in eum casum quodebitor noua obligationi ad
diem non satisfaceret, pristinam iudicati actio
supereset, ità Senatus &c. Hactenus ille, & se-
quitur Riccius collect. 309. in quinta limitatione,
Et hæc dicta sufficiant ad ostendendum, quibus
in casibus coniecturis, & præsumptionibus nouā-
tio etiam ex iure nouissimo, inducta dicatur, cæ-
tera verò circà materiam hanc vltrà supra lauda-
tos, & allegatos, vide latè apùd Andreol. Contro-
uers. 373. Reg. de Marin. allegat. 46. tom. 3. Consi-
liar. Staiban. Resolut. 4. & apùd alios modò re-
censendos.

23 Propterea quod ex elucidatis consequimur
etiam, veram esse alteram præsentis loci determi-
nationem; qua habetur, quòd facta nouatione fi-
deiussores quoque liberantur, solutione enim
24 eius quod debetur, obligatio tollitur, §. omnis,
Element. Iur. quib. mod. solu. oblig. cap. 1. de re-
gul. iur. qua insuper semel extincta, penitùs fi-
25 deiussorum, & correorum obligatio extinguitur,
vt Bart. tradit in l. alium, num. 4. D. de nouation.
& insectantur Alexand. in l. 4. §. ex consumatio-
ne, num. 8. D. de re iudicat. Bald. consil. 500. libr
2. Surdus consil. 136.
§. Turretus consil. 41. lib. 2. num. 8. lib. 1. The-
saur.
num. 49. Gratus consil. 126.

Digitized by Google

saur. decis. 125. sub num. 7. Anellus de Amato consil. 45. num. 8. Salgadus in labyrint. creditor. part. 1. cap. 18. num. 18. Vrsillus ad Afflict. decis. 353. Arretinus de fideiussorib. sect. 10. cap. 4. nu. 1. Guzman. de euictione, quæst. 18. à num. 6. Gutierez de iurament. confirmat. part. 1. cap. 49. nu. 12. ex quo plenè idem Salgadus in citato cap. 18.

6 latè probat, quòd per adiudicationem, & consignationem bonorum creditori factam in sententia graduationis in solutionem, suique crediti extinctionem, nullo modo creditor aduersùs fideiussores, aùt correos regressum, & recursum aliquem habere potest, cùm per adiudicationem, & insolutum dationem totaliter principalis obligatio extincta sit, & per consequens fideiussio, quæ sine illa consistere non potest, dummodò tamèn iuxtà graduationis sententiam, & in eius

7 exequutionem bona consignata verè, & actualiter creditori tradita fuerint, cui adiudicata fuere, quia tunc in eum eorum dominium, & periculũ transfertur, atque prior obligatio dissoluitur, & cæteros alios iuris effectus operatur, vt latè etiã exarat idem Salgadus ibidem, qui consulendus est in contingentia.

8 Quam planè determinationem potissimùm ex nostri Authoris voto hic num. 18. extensionem admitti dicimus etiam, si creditor protestatus fuerit dicendo citrà innouationem, & priorum fideiussorum præiudicium, etenim stante nouatione, & contractus incompatibilitate, protestatio

9 vti contraria facto non releuat, nec nouationem impedit, cui conclusioni, etsi repugnare videantur notata per Dom. Præs. de Franchis in decis. 50. nu. 7. & inhereat Dom. de Luca in Obseruat. 15. sub num. 4. vers. Verùm, existimans protestationẽ

10 huiusmodi operari contrà fideiussores etiã absentes obligatos in prima obligatione, cùm hoc solùm pendeat à reseruantis voluntate, neque primi obligati in aliquo lædantur, & præseruatio ius

11 de nouo haùd tribuit, sed antiquum tantùm reseruat, quod etiam scribere videntur Doctores, quos recensèt Amatus in allegata Resolut. 50. num. 26. Nihilominùs oppositum, vt protestatio

12 de non nouando absente fideiussore facta stante contractus incompatibilitate, seù in casibus, in quibus etiam hodiè ex vehementibus coniecturis nouatio inducitur, fideiussoris primi contractus liberationem non impediat, constanter tenet Andreol. in sua Controuers. 373. vbi præsertim num. 19. allegatæ Dom. Præs. de Franchis decisioni respondet, quòd loquatur in datione insolutum, per quam nec liberantur fideiussores, etiam cessante protestatione, ex Cenc. de censibus, quæst. 107. num. 21. hancque etiam sententiam tradit Merlin. de pignorib. tit. 1. libr. 5. quæst. 30. num. 25. & post alios, quos refert, sustinet idem Dom. de Luca parùm sibi constans in nouissima appendice ad Obseruat. 476. vers. Nec obstaret protestatio; duræ enim, & iniquæ forent leges, si disponerent, quòd facta primi contractus nouatione fideiussores absquè eorum nouo expresso consensu obligati remansissent, quamobrem abdubio dicendũ est, leges, quia æquitatem continent, eamquè semper deliderant, vt latè Ipsemet elucidaui in prio-

13 ri meo Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 1. & 2. per tot. hoc absurdum haùd admittere, stante præsertim illorum præiudicium, veluti si nouatio illa sit aliqualiter ipsis fideiussoribus damnosa.

14 Neque refragatur, quòd in contrarium exponitur nempè, quòd protestatio huiusmodi contrà fideiussores etiam absentes in prima obligatione obligatos operatur, quia hoc à reseruantis dumtaxàt voluntate pendet: Etenim respondetur, nouationem à contrahentium voluntate non pende-

15 re, neque ex eorũ pacto, & protestatione euitari posse, quia ex necessitate, iurisuè dispositione ea resultat, ad textum in l. alimenta, C. dè negot. gest. l. & si quis, §. plerique, de Religios. & sumpt. funer. Castr. in l. fin. num. 7. D. de eo quod cert. loc. Lanar. cons. 23. num. 8. Rota Genuens. per Carthar. decis. 38. per tot. Seraphin. decis. 754. nu. 2. Sesse decis. 143. num. 71. Gratian. Author noster in tom. 2. disceptat. forens. cap. 244. num. 37. & iterùm in tom. 3. cap. 455. nu. 28. Fontanell. de pactis nuptialib. claus. 6. Gloss. 11. part. 6. num. 39. vol. 2. Garz. de Nobilitat. Gloss. 4. num. 8. quòdue autem ex iuris dispositione necessaria sit nouatio in contentionem, aùt in controuersiam vertere minimè potest ex contractuum incompatibilitate, causæquè mutatione, seù de vno in alium transfusione, & ex alijs suprà dilucida oratione notatis; Ad priorem autem contractum, & perso-

16 nas in eo obligatas regressum admittendum esse dumtaxàt dicimus, quando creditor secundo cõtractu vti impediretur, sicquè quando subsequens contractus effectum suum habere non posset, dũ-

17 modò hoc citrà ipsius creditoris culpam, factúq; eueniat, vel quando pretij compensatio in secundo contractu, vel venditione nouante sub condi-

18 tione suspensiua, haùdque purè fieret sub protestationibus subsequentibus resolutiuis minimè expresso, quo in casu debeat primo contractu vti posse, adeò quod compensatio esse deberet, videlicèt, compensatur pretium primæ venditionis in secundam venditionem, si venditor implebit, seù res venditas consignabit, & non alitèr, quod admitti videtur Dom. Regens de Ponte in consil. 131. num. 135. tom. 2. quo demùm casu sequuto

19 implemento secundi contractus omnes protestationes, & conditiones euanescunt, quia respectu casus apponuntur, quando scilicèt secundus contractus haùd impleretur, igitùr illo impleto cessant. Menoch. consil. 494. libr. 5. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 2. num. 21.

20 Illud tamèn modò pro coronide omittere nolumus, quòd scilicèt priores fideiussores secundorum datione minimè liberantur, cùm id non quidem animo nouandi, tanquàm quid incompatibile, factum videatur, sed gratia dumtaxàt vberioris cautelæ ad eius fauorem, cuius interest plures habere fideiussores pro sui, vel bonorum suorum, itèmque iurium identitate, vt Bartol. docet in l. Valerianus, num. 5. vers. sed si post primos, D. de prætor. stipulat. quem præcæteris insectantur Parlador. libr. 1. Rerum quotid. §. 11. lim. 6. Caballin. Resolut. criminal. cent. 1. casu 73. num. 9. Muscatell. in praxi fideiuss. part. 1. mod. 8. num. 20. nisi tamèn primorum loco secũ-

21 di darentur, tunc enim dubio procùl animo recedendi à primis fideiussoribus dati viderentur, vt rectè Paulus de Castro testi ingens hanc originalem Bartoli conclusionem, tradit in l. si te non obtulit, §. si ex conuentione, sub num. 4. D. de rei iudicat.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Gemmarum, **aliarumq;** rerum pretiosarum **donatiua**, quæ **iocalia** vulgò nuncupantur, quãto magis **mittendi** creicit consuetudo, tanto fortius **donandi animum** deficere probatur; Itaq; edocetur, **rerum** huiusmodi donatiua, quæ sponsę à **sponso** ante contractum matrimonium fiunt, vt **ipsi** sponsæ donationis titulo haùd data, sed **ad** vsum dumtaxàt **concessa**, & commodata censeantur: & illustras, nobilissimasq; personas sententiam hanc occupare exponitur, nisi **diuitiarum** adsit multitudo, fructusq; dotis **amplitudo** concurrat, & alia rationabilis causa, **ob** quam præsumi possit facta donatio; **Verùm** quid hoc circà sponsi consanguineis, **latè ostenditur**; traditurq; cum alijs ad materiam.

RERVM SVMMA.

1 *Iocalia, quæ sponsæ à sponso ante contractum matrimonium fiunt, num ipsi sponsæ donationis titulo data censeantur.*
Negatiuè traditur num.4.
Sed commodata dumtaxàt censentur, vt nu.7.
Ampliatur, quamuis Nuncius sponsæ à sponso missus cum gemmis, & ornamentis dixisset, il Signor N. manda à V.S. in dono, vt num.8.
Sic pariter si ipsemet sponsus vsus fuisset verbo dono, vt num.12.15.16. & 17.
Limitatur, si Prouincia mos adsit, siue consuetudo donandi, vt num.28. & 35.
Sed comprimitur, si vigeret mos, seù consuetudo dumtaxàt mittendi, vt num.36. & 55.
2 *Donatio mera liberalitas est, & num.40.*
3 *Donatio quæ propriè dicatur.*
5 *Iocalium traditio cur fit à sponsis ante matrimonium.*
6 *Liberalis nemo in necessitatibus existit.*
9 *Dominij translationem non important verba illa, il Signor N. manda à V.S. in dono.*
Præsertim si non constet de mandato, & Domini animo, quòd donare voluerit, vt num.10.
Ampliatur, quamuis de tali animo constaret, si ea, quæ missa fuere, essent magna æstimationis, vt num.11.
13 *Verbum dono secundùm subiectam materiam intelligi debet, & num.18.*
14 *Verba ex contractus qualitate contrà propriam significationem accipiuntur.*
19 *Cautela traditur, vt in gemmarum traditione per sponsum sponsæ facienda nunquàm donatio inducta censeatur.*
20 *Protestatio parte absente fieri potest.*
21 *Iocalia, quæ sponsa à sponso ante contractum matrimonium fiunt, ipsi sponsæ donata censentur, quando est persona nobilissima.*
Declaratur vt procedat concurrente aliarationabili causa, ob quam præsumi possit facta donatio, vt num.25.
22 *Vestes pretiosæ, & ornamenta sunt vxoris soluto matrimonio, quando nobilitas personarum talis est, quòd gemmæ, & vestes pretiosæ ei quotidianis diebus conueniant, & nu.24.*
23 *Mulierum ornamenta quænam vere sint.*
26 *Nobilitas sola sufficiens minimè est, vt iocalia sponsæ donata censeantur, & num.27.*
29 *Consuetudo donandi mane post concubitum valet.*
Quod matutinale donum vocatur, vt num.30.
31 *Donatio vestium, & ornamentorum facta vxori nuptiarum die, morte mariti confirmatur.*
32 *In conuiuio donabatur sponsa ab inuitatis, sicut in solemnitate pueri recentèr nati.*
33 *Nomen facere quid significet? & num.34.*
37 *Donationis præsumptio tollitur per consuetudinem mittendi aliquid sponsæ, & num.38.*
39 *Actus necessarius dicitur, cùm fit ex causa pudoris, & verecundiæ.*
41 *Donatiua sponsæ a sponsi consanguineis tradita, num. ipsi sponsæ irreuocabiliter acquirantur.*
Negatiuè resoluitur num.42.45. & 46.
Sed comprimitur quando constaret, donatorem vxori donare voluisse vt num.47.
Itidem si vxor, cui donatur ab ipsis consanguineis viri esset aquè consanguinea, vt num.48.
Itidemq; quoties aliter consuetudine legitimè introductum esset, vt num 52. 53. & 54.
43 *Quod mei contemplatione datur, mihi acquiritur.*
44 *Maritus legans vxori ea, quæ suæ causa comparata sunt, legasse intelligitur, quæ socer ei comparauit.*
49 *Donata per auum nepoti aduentitia censentur.*
50 *Legatum nepoti ab auo factum ipse eius nepoti cõtemplatione factum præsumitur.*
51 *Nepos patris nedum, sed aui etiam consanguineus est.*
56 *Anulus sponsalitius, qui sponsæ digito benedictionis tempore accomodatur donatus censetur.*
Intelligitur si esset exigui valoris, vt num.57.

OBSERVATIO CXVIII.

PRæsens instat locus, vt effuso sermone, latisque fimbrijs discutiatur quæstio illa, in qua ità agitantur Curiæ, vt frequentissimis dissidijs perstrepunt diuerberatæ Scholæ. An nempe iocalia, siue gemmarum, aliarumque rerum donatiua, quæ sponsæ à sponso matrimonium contractum antè fiunt, ipsi sponsæ donationis titulo data censeantur? Mihi verò herclè arridet haùd omnia, quæ proposita in quæstione Nostrates scripsere, in medium proferre, propterea quod quis tantorum Coryphæorum tradita modico paginarum numero comprehendere poterit, sed breui methodo, attentiore tamèn cura, atque præstantiore facundia, quò magis suadet iuuenilis meæ Ætatis vis, ea recensere, quæ nostri Doctores præsertim Regnicolæ prædicta in quæstione exararunt, missum in cœteris ie facientem ad Dom. Regentem de Marinis Quotidian. Resolut. tom.1. cap.90. & tom.2. cap.71. Dom. Regentem Capycium Latro decis.184. tom.2. Dom. Consiliar. Marcian. consil.59. tom.2. Dom. Consiliar. Georg. Allegat.45. Dom. Consiliar. Staiban. Resolut. Forens. tom.1. Resolut.24. Dom. Consiliar. Francisc. Mar. Pratum Discept. Fo-

Digitized by Google

Forenſ. cap. 3. tom. 3. Dom. Conſiliar. Hodiern. ad Surdum deciſ. 166. Dom. Conſiliar. Roccum Reſponſ. 14. tom. 2. itàque, cùm rem aggrediar.

Conuenienſ eſt præponere, alienam prorsùs eſſe quæſtionem omnem, quando apertiſſimè cõſtat, ſponſum re vera donaſſe, & donare voluiſſe, vt de illis ad ſui libitum ſponſa diſponere poſſet, & è contrario quando conſtaret, quòd ad vſum dumtaxàt, vt ſcilicèt ſponſa prædicta ornatior incederet, gemmas fuiſſe conceſſas; tota igitùr controuerſia in caſu dubio verſatur, quando nẽpè de ſponſi tradentis animo, quòd ad vſum tantùm concedere, vel donare voluiſſet, non conſtaret; Quamobrem ad quęſtionem prædictam elucidandam illud conferamus.

Donationis natura mera liberalitas eſt, docente *Iuliano I.C. libr. 16. Digeſtorum*, relato in *l. 1. D. de donationibus*, ibi, *Et propter nullam aliam cauſam facit, quàm vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, hæc propriè donatio appellatur.* vndè illa verè, & propriè donatio dicitur, quod nulla neceſſitate cogente conceditur, vt quoque obſeruant D. *Marius Cutelli de donationibus contemplatione matrimonij, tom. 1. diſcurſ. 2. particul. 12. ſub num. 19. verſ. ſecundò, Surdus de alimentis, titul. 6. quaſt. 8. num. 65. Dom. Verde in ſua Pantonomodidaſchalia, libr. 2. titul. 7. de donationibus, lemma 3.* & alij infrà recenſendi communiter.

Gemmarum igitùr, aliarumque rerum pretioſarum traditionem propoſito in caſu donationẽ minime inducere dicendum euenit, propterea quod harum gemmarum traditio non ex mera liberalitate, ſed ex neceſſitate, & pudoris, verecũdiæque ratione facta dicitur, fiunt enim hæc à ſponſis non quidem vt liberales exiſtant, ſed vt eorum conſulant honori, & conſequentèr coacti, nàm vt *Papinianus I.C.* dicit in *l. pecunia 8. in fin. D. de aliment. & cibar. legat.* verecundia, & pudore æſtringimur: iſthæc præſertim in noſtra Ciuitate Neapolis, cuius ciuium vanitas, ac ſuperbia ad tàm peruenit extremum, vt dotes quæ traduntur, nec etiam pro ſponſarum ornamentis ſufficiunt, (deploranda eſt profectò horũ temporum calamitas, vt proinde O tempora, horreat exclamare, ò mores, vt propria in materia, pridie quàm hæc ſcripſi, dùm ſedebamus aliquibus cùm conſanguineis deſides domi, & iſthæc de re altercabamur, cecinit dulciſſimus Pater meus Dominus Io: *Marcus Scoppa* vir quidem modeſtia, integritate, & pietate decoratiſſimus, ac totius familiæ noſtræ præcipuus exemplar); Quamobrem, cùm in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat, neque cadere poſſit liberalitas, vt expreſsè *Modeſtinus I.C.* docet in *l. rem legatam 18. D. de adimend. vel transfer. legat.* & ex plurib. cõprobat *Gloſſ.* illic *in verb. Liberalis exiſtat.* incompertum eſſe confirmandum conſequimur, vt huiuſmodi iocalia nunquàm donatæ, ſed ad ſpõſæ dumtaxàt vſum commodatæ, vt ornata incedat, intelligantur, quemadmodùm fitmant peroptimè *Afflict. in deciſ. 315.* vbi *Vrſill. in addit. Surdus* qui complures manuducit in *deciſ. 166. num. 17.* & ibi *Dom. Conſiliar. Hodierna in addit. Rota Romana apud Ludouiſ. deciſ. 474.* vbi refertur, ſic determinatum fuiſſe de anno 1600. poſt longam diſcuſſionem, *Caſtill. deciſ. 93. lib. 1. Cappell. Tholoſ. deciſ. 337. Maſcard.* poſt alios quos allegat *de probationib. concluſ. 554. nu. 25.* *Gratian.* Author noſter *tom. 1. Diſceptat. forenſ. cap. 189. num. 13. & 14. Molin. de Iuſtitia, & Iure, tom. 2. diſput. 430. num. 5. Sanchez de matrimonio, libr. 6. diſput. 26. num. 11. cùm ſeq. Card. Mantica de tacit. & ambig. conuention. tom. 2. lib. 21. titul. 6. num. 6. & ſeqq.* vbi etiam ſententiã hanc receptiſſimam eſſe dicit, & ex multorum Doctorum voto oſtendit, quemadmodùm etiam *Dom. Regens de Marinis Quotidian. Reſolut. tom. 1. cap. 90.* atque iterùm in *tom. 2. cap. 71.* ex notabili deciſione Sacræ Rotæ Romanæ in vna Romana localium 11. Decembris 1641. coràm R.P.D. Merlino, quam ipſe ad commune bonum (cui sẽper ſtudioſiſſimè incubuit) imprimi curauit, *Bilott. Conſult. 3. num. 13. Hippol. de Marſil. ſingular. 57. Clarus in §. donatio, quaſt. 10. P. Molfeſ. in comment. ad noſtras Conſuetud. Neapol. part. 6. quaſt. 6. & 8. Thorus in compend. deciſ. part. 1. verb. Veſtes, & part. 2. verb. Pecunia miſſa, Conſiliar. Georg. Allegat. 45. num. 5. Dom. Conſiliar. Roccus Reſponſ. 14. nu. 2. & ſeqq. Dom. Altimar. ad Reg. Rouitum, deciſ. 12. verſ. obſerua ſecundò, Dom. Rodoer. ad Regent. de Marinis dict. cap. 90. num. 1. & ſeqq.*

Quam denique ſententiam præter alios, quos ſciens prætereo, probat, & ad ſiuum exprimit *Alexand. in conſil. 155. num. 11. vol. 7.* extendẽs illam, vt procedat, tametſi nuncius ſponſæ à ſpõ-
8 ſo miſſus cùm gemmis, & ornamentis dixiſſet v. g. *Il Signor N. manda à V. S. in dono, &c.* quod etiam decidit Rota Romana apùd *Farinac. deciſ. 113.* quam refert, & ſequitur *Dom. Regens de Marinis in allegato cap. 90. ſub nu. 7.* vbi id etiã notat *Dom. Rodoer. in addit. num. 4.* ſectanturquè paritèr *Zacchia deciſ. 91. poſt tract. ſeu QQ. Medico. Legal. libr. 2. Epiſcop. Marant. Reſponſ. 12. lib. 1.* quos laudans infectatur *Dom. Altimar. vbi ſupr.* inquidem propria talium verborum ſignificatio dominij translationem importare minimè poteſt, ſed vſusfructus dumtaxàt acquiſitio, prout in contractu *godere, à godere*, rectè obſeruauit *Carroc. de locato, & conducto, Rubr. godere, à godere, quaſt. 4. verſ. & videbatur eſſe*, eò maxime, ſi
10 non conſtet de mandato, & Domini animo, quòd donare voluerit, vt *Nunc. Pellic.* tradit *ad Conſuetud. Auerſ. cap. 4. num. 133.* qui hoc eſſe verũ
11 adijcit, etiam ſi de mandato, & donandi commiſſione conſtaret, ſi ea quæ miſſa fuere eſſent magnæ æſtimationis, cuius hæc ſunt verba, *Niſi cõſtet aliundè de mandato, & commiſſione donandi, per ſponſum dato, tunc enim non repetuntur ab hærede viri, ſi ſunt parui valoris. ſecus ſi magni.*

12 Simili etiam iure extentionem ſententiam hãc habere comperimus, vt ſcilicet locum paritèr obtineat, ſi ipſemet ſponſus vſus fuiſſet verbo *Dono*, quoniam propter hoc facta proprietatis donatio intelligi non poteſt, ſed vſus tantùm matrimonio
13 conſtante, cùm verbum illud *Dono* ſecundùm ſubiectam materiam intelligatur, pro vt *Papinianus I.C.* docet *in l. ſi vno 17. in princ. verſ. ſed etſi verbo, D. locati*, & ſequitur illic *Gloſſa in verb. ſed tranſactio*, aduertens, ex cõtractus qua-
14 litate verba accipi contrà propriam ſignificationem; & iuxtà ſubiectam materiam talis gemmarum traditio ad vſum tantùm, vt ſponſa ornatior incederet, facta cenſetur, *Fontanell. de pactis nuptia-*

Digitized by Google

ptialib. tom. 2. clausul. 7. Gloss. 3. part. 6. num. 76. quem sequitur Dom. Regens de Marinis vbi supra num. 8. & comprobat alios laudans Dom. Cõsiliar. Roccus dict. Responsi. 14. num. 6. atquè inherere videtur Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 166. num. 3. dicens, anulos, vestes,
15 aliaquè ornamenta sponsæ à sponso donata non censeri, quamuis sponsus vsus fuisset verbis donationis significationem habentibus, veluti per largitionem presentateli, cùm hoc casu verba impropria debeant, ità vt donatio ad vsum tantùm facta censeatur; Et si hanc rem circà considerata significatione verbi *Dono* alitèr sentire videatur Rosupr. & alij nonnulli; communis tamèn ICtorum
16 sententia est in contrarium, vt post Io: Lup. in Rubr. de donationibus inter virum, & vxorem, §. 7. num. 1. alioquè, quos conglomerat, inquit Honded. in consil. 30. num. 32. & seqq. lib. 2. præmittens expresè, quòd etiam si nuncius, vel spõsus in tradendo iocalia vsus fuerit verbo dono, vt proprietatis donatio facta minimè intelligatur, sed ad vsum duntaxàt concessa, & commodata ornamenti causa, ex peculiari Bartoli doctrina in l. 1. §. nèc Castrense, num. 10. D. de collat. & indè post alios id quoque docentes, adnectit Romani, & Assectarum opinionem admitti posse, si
17 non esset de consuetudine, neque sponso imputari posset, si non tradidisset ea, quæ tradidit, sed quando de consuetudine est, vt sponsæ ornamenta huiusmodi mittantur, siuè tradantur, & si ea non mitteret, sponso imputari posset, verecundũ què illi foret, sponsam sine illis esse, tunc quamuis sponsus, vel nuncius, de ipsius mandato dicat dono, donatio vsus tantùm ad ornatum, haùd autem proprietatis facta censetur, sicque hoc modo enucleat Honded. citati Romani, nec non Surdi sententiam intelligendam, ac declarandam esse, vt illa saluari possit, quia aliàs sustineri non posset, quando de sponsi tradentis voluntate non alitèr, quàm ex vsu verbi dono constaret, quod secundũ Papinianum, Glossam, & ICtorum supra recen-
18 sitorum votum, secundùm subiectam materiam intelligi opus est.

Quamobrem adhanc Antynomiam euadendã optimo associante voto cautela pro sponso tradi-
19 tur, vt nempè illa die priùs tamèn, quàm ad spõsam deosculandam accedat, publico mediante instrumento animum, voluntatemque suam publicè patefaciat, quòd non donandi animo, sed ad vsum tantùm tradere, & concedere, se protestando, intendat, ità tradit Capyc. in addit. ad Napodan. in consuetud. si qua moriens, in additione quæ incipit, Nota ex ista Gloss. fol. 203. ibi, vndè pro remouendis dubijs solet fieri protestatio, quòd commodantur, non autem donantur, &c. & insequitur Dom. Reg. de Marinis vbi supr. num. 10. aduertens, tali casu à coniuge, vel eius hæredibus neque prætendi posse, quòd talis protestatio in traditionis actu, sicque illo in instanti fieri debet,
20 nàmque cùm protestatio de his sit, quæ à protestantis voluntate pendet, sufficit extrà iudicialis, & absente parte facta, prout elegantèr in terminis docuit etiam antè Fontanella de pact. nuptialib. tom. 2. Gloss. 3. clausul. 7. part. 6. num. 85. & dixerat paritèr in tom. 1. clausul. 4. Gloss. 28. num. 76. ex Surdo de alimentis, tit. 1. quæst. 48. num. 46. & seq. nec non comprobat Dom. Consiliar. Roccus

in allegato Responsi. 14. num. 7. atque etiam hac de cautela memor est Dom. Altimarus ad Regnit. decis. 12. vers. vel quando, in fine.

21 Recentiorem autem, elucidatam, probatamque sententiam illustras, nobilissimaque personas minimè occupare, Doctores attestantur communitèr ex eo potissimùm, quia talibus personis ne-
22 dùm festiuis, verùm, & quotidianis diebus conueniunt prætiosæ vestes, anuli, & gemmę; id quod nostrorum temporum luxus apertum facit, quòd nempè intèr mulieres nobiles nihil est festiuum, sed omnia ornamenta sunt quotidiana, prodeunt enim indistinctè omnibus diebus ornatissimæ; nec domum extrà videri patiuntur, nisi seriis vestibus, gemmis, auroque, & alijs pluribus ornatæ, quinimmò etiam ipsa in mariti domo serico, & auro incedunt vestitæ, & proindè quicquid esset antiquis temporibus, nunc nostri temporis consuetudo efficit, quòd quòad nobiles mulieres, & quæ in Ciuitate principalem locum tenent, vestes omnes sunt quotidianæ, licèt vera mulierũ
23 ornamenta non sint gemmæ, & margaritæ, nec auri, vel vestium pompa, nec ligaturarum superfluitio, figmenta, vel fucamenta, & alia huiusmodi, sed boni mores, vt dixit Diuus Augustinus in Epistol. 73. quæ est regi strata in can. fucare, de consecrat. dist. 5. & etiam refert Alberic. de Rosat. in Dictionar. verb. Ornamenta mulierum.
24 Atquè ideò statuunt, quòd si talis sit personarum nobilitas, vt eis diebus quoque quotidianis gemmæ, pretiosæquè vestes conueniant, tunc videtur, quòd vxoris efficiantur, sicquè quòd ei donatæ censeantur, ità Bald in l. in his, §. seruus, col. final. vers. ltem prædictis adde, D. solut. matrim. vbi dicit, quòd si talis sit sponsæ conditio, quòd sinè illis honorificè in publicum comparere non possit, idem erit de pretiosis, quòd de quotidianis, Sigismund. Loffred. in consil. 42. in princ. vers. Prædictis tamèn non obstantib. vbi personarum qualitatem considerat, Natta in consil. 147. num. 11. in fin. vbi dicit, quòd veniunt etiam anuli, quos magnatum vxores quotidiè gestare solent, Afflict. in decis. 315. num. 14. vbi ait, quòd mulieres nobiles sericis, prætiosisquè vestibus quotidiè vtuntur, Surdus decis. 156. antè num. 8. vbi tradit quòd si talis sit personarum nobilitas, quòd eis quotidiè gemmę, & prætiosæ vestes conueniant, vxoris efficiuntur, & deniquè ità post complures, quos ad hoc allegant, firmant Dom. Consiliar. Marcianus in consil. 59. vol. 2. Dom. Reg. Capyc. Latro tom. 2. decis. 184. nu. 25. Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. libr. 21. tit. 6. num. 13. Castill. decis. 93. nu. 9. Consiliar. Georg. Allegat. 45. sub num. 31. vers. Secundo quia, Bilott. Consult. 3. num. 14. Dom. Consiliar. Stabanus Resolut. forens. tom. 1. Resolut. 24. num. 73. Dom. Rodoer. dict. cap. 90. num. 9.

25 Quorum tamèn sententia etli communi eorum calculo recepta sit, nobis attamèn simplicitèr haùd arridet, nisi alia concurreret rationabilis causa ad donationem prædictam præsumendam sufficiẽs: vndè erudimur, quòd sola nobilitas iudicium
26 sufficiens ad donationem præsumendam non præbet, nisi etiam adsit diuitiarum multitudo, fructusquè dotis amplitudo concurrat, & alia rationabilis causa, ob quam præsumi possit facta donatio, quia nempè senex adolescentulam, diues ignobilis vxorem duxit nobilissimam, ut perbelè

lè aduertit noſtèr *Author in tom. 1. Diſcept. foren. cap. 189. num. 19. & 20.* & probant *Honded. conſil. 30. num. 19. Bertazzol. conſil. ciuil. 59. ſub num. 31. Soccin. Iun. conſil. 130. ſub num. 12. libr. 2. Laderch. conſil. 118. num. 3. Corneus conſil. 81. vol. 1. Aymon Cravett. conſil. 443. nu. 12. libr. 3. Lupus in Rubr. de donationibus inter vir. & vxor. §. 11. num. 19. verſ. Et quod plus eſt, Pecch. de teſtam. coniung. lib. 2. cap. 6. nu. 4. verſ. Sanè hæc ità, Guttierez. QQ. Practic. libr. 2. quæſt. 19. num. 4. & 9. Sanchez de matrimonio, libr. 6. diſput. 25. ſub num. 19. Fontanella de pactis nuptialib. tom. 2. claus. 7. Gloſſ. 3. part. 6. num. 71. & ſeqq. Andreol. Controuerſ. 281.* qui ſermocinantur de iocalibus tranſmiſſis à viris nobiliſſimatū
27 familiarum ſponſis etiam nobiliſſimis, & tamèn ſola nobilitas ſufficiens viſa haùd fuit, vt in familia Bentiuola deciſum fuit per *Rotam Romanam*, quòd propter nobilitatem nō fuit præſumpta donatio, *deciſ. 113. part. 1. recent. & coràm Merlino deciſ. 885. num. 17.* vt notat etiam *Dom. Altimarus vbi ſupra, verſ. Qua concluſio, in fine*, & ex *Parinac.* probare videtur *Dom. Conſiliar. Hodierna ad Surd. deciſ. 166. num. 2.*

28 Harum verò iocalium donationem ſponſæ fa-ctam abdubio cenſeri legimus quoque, ſi Prouinciæ mos adſit, ſiuè conſuetudo donandi; Vndè omni iure validam conſuetudinem illā dici oportere conſequitur, quòd ſponſus poſt concubitum
29 mane ſolemni nuptiarum die torquem auream vxori donet, quæ donatio vulgò nūcupatur *Morgengab.* de qua in *vſibus feudor. tit. de filijs natis ex matrimon. ad morganat. contract.* pro vt declarat *Hartman. Piſtor. QQ. Iur Roman. & Saxonic. quæſt. 44.* vbi etiam, quòd matutinale do-
30 num vociferatur, adnectens, conſuetudinem antiquiſſimam eſſe, vt vir vxori donet nuptiarum die, etſi donationes huiuſmodi ad vxoris hæredes non tranſmitterentur, ſi ipſa virum antè hac ex
31 vita migraret, cùm mariti morte confirmari debeant, vt validæ iudicentur, toto *titulo D. & C. de donationibus inter virum, & vxorem, Caſtr.* in ſ. ecte *in conſil. 328. col. 1. verſ. Idem videtur dicendum, libr. 2.* quem, & alios id firmantes ſequitur *Surdus in citata deciſ. 166. num. 13. & ſeqq.* & de huiuſmodi matutinali dono poſt *Alber. Argētinen. in Chronic. & Gregor. Turonen.* memor eſt etiam peritiſſimus *Cuiac. de feudis, libr. 4. titul. 32. quand. fil. in feudo non ſucced.* vbi, quòd apùd Germanos dicebatur *Morgengab*, ſiue *Morgangheba*, & à Grecis *Hypobolon*; vndè apùd etiā Mediolanenſes, cùm in matrimonio interuenit, Hypobolon appellabant matrimonium ad morganaticam, ideſt, dato hypobolo, ſeù morgangheba, & vltrà ea, quæ do-
32 nabantur à ſponſis; idem mos in conuiuijs erat, vt inuitati aliquid ſponſę donarent, pro vt in ſolemnitate pueri recentèr nati *Marcell. Donat. ad Iul. Capitol. in Clodio albino* in verbis illis, *cùm rarum eſſet aquilas in his locis videri, fol. 637.*
33 dùm inquit, conuiuæ nomina faciebant, hi cùm ſe muneris debitores conſtituerent, quod puero, ſeu nuptæ aſſignabant, vel potiùs, quia donando eos debitores ſibi facere videbantur, cùm hoc eiā ſingulis et nomina facere, vt *Bud.* notat, vndè *Cicer. Gallo libr. 7.* Accepi Auiani literas, in quibus hoc erat liberaliſſimum nōmina le facturum,
34 qua ego vellem die, id eſt, pecuniam creditorum in eam diem ſoluendam, quā egō poſtulaſſem, & *Senec. de benefic. libr. 1.* ſed nomina facturi diligentèr in patrimonium, & vaſa debitoris inquirimus, Idem *lib. 1. de vita beata*, Nunquàm magis nomina facio, quàm cùm dono: & nomen facere apùd *ICtos* vſitatum quoque eſt, vt legimus in *l. 2. D. de proxeneticis.*

35 Cui igitùr concluſioni confirmandæ, ad probandum nimirùm, quòd iſta iocalia ſponſæ donata cenſeantur, & illi acquiti debeant, ſi Prouinciæ mos adſit, & conſuetudo donandi, etſi accedant *Bartol. in l. ſi vt certo, §. interdùm, D. commod. Sigiſmund. Loffred. vbi ſupra, num. 6. Roland. conſil. 10. num. 12. verſ. Tenementi hunc caſum, libr. 1. Surd. deciſ. 166. nu. 32.* & ibi *Dom. Conſiliar. Hodierna in addit. num. 5. Dom. Conſiliar. Marcian. dict. conſil. 59. verſ. Hoc autem, Dom. Conſiliar. Georg. Allegat. 45. num. 44. & ſeq. noſter Author tom. 1. Diſcept. foren. cap. 189. num. 21. Menoch. de præſumptionib. libr. 3. præſumpt. 26. num. 11. Reg. de Marin. Quotid. Reſol. tom. 2. cap. 71. num. 6. Thorus in compend. deciſ. lib. 1. verb. Pecunia miſſa, & lib. 3. verb. Donatiua, Dom. Conſiliar. Pratus in tom. 1. Diſcept. foren. cap. 10. num. 50.* & nouiſſimè etiam cæteris omiſſis *Dom. Blaſius Altimarus ad Reg. Rouit. deciſ. 12. verſ. Fallit 2.* etenim intelligi reor, ſi ea demum adeſſet conſuetudo, nimirùm, vt prædicta donata donatario acquirantur, & apùd eum,
36 e. uſuè hæredes perpetuò remaneant; Aliter nihilominùs mihi dicendum videtur, ſi eo in loco, vbi contractum fuit matrimonium, vigeret mos, ſeù conſuetudo dumtaxat mittendi ſponſę veſtes, & alia ornamenta aurea, etenim tunc qui mittit donare minimè videtur, quia alia ſubeſt mitten-
37 di cauſa, vt peroptimè idem *Surdus* tradit *ibidē, ſub num. 34. verſ. Verùm*, & aliorum fultus auctoritatibus ſatis meo more dilucidat noſter *Author d. l. num. 25. & 26.* quod planè ſectandum eſt abdubio, propterea quod ſi aliter dicendum foret (quod minimè concedendum eſt) vana redderetur præſens controuerſia iſthac in noſtra ci-
38 uitate Neapolis, in qua adeo creuit memorata mittendi conſuetudo, vt ſeruetur pluſquàm, ſi ſcripta lex foret; quamobrèm annuimus, quòd vbicumq; talis mos, ſiuè conſuetudo viget, eadē de cauſa iocalia illa donata cenſeri minimè debent, etenim eo caſu ſponſi coactè tradere dicuntur, nè a communi obſeruantia recedere videantur, nèue de illius inobſeruantia apùd alios redarguantur, ac nè eis auaritiæ vitium adſcribatur, &
39 perconſequens ſtante huiuſmodi cauſa pudoris, & verecundiæ præſumitur potiùs actus neceſſarius, per quē receditur à terminis donationis, quę de ſe non eſt aliud, quam ſimplex, meruſq; mu-
40 nificentiæ actus, & habet pro obiecto haùd coactam traditionem, ſed puram liberalitatem, vt ſuprà notatum eſt ex *Iuliani I.C.* teſtimonio.

41 Hinc modò, quod præſertim confert, examinemus oportet, an nempè donatiua ſponſæ à ſpōſi conſanguineis tradita, ipſi ſponſæ donata cenſeantur, & plenè, ac irreuocabilitèr ei acquirantur, ità quod eas ad hæredes ſuos tranſmittat? Communi equidē Doctorum controuerſia diſceptatur quæſtio iſthæc, &, ſi *Dom. Præſ. de Franchis* credendum eſt, ità variatum ſententiarum voto ambigua eſt, vt eamdem indeciſam ipſe etiam *Dom. Præſ. de Franchis* reliquerit in *deciſ. 595.* Nihilō

tamen minùs ex rationibus pro vtraque parte
42 vigentibus dignoscitur optimè, veriorem esse,
nec non communiori Doctorum sententia recep-
tum, vt donata sponsę à sponsi consanguineis,
eius contemplatione data præsumantur, ac percō-
sequens sponso, eiusque hæredibus acquirantur,
non verò sponsæ, nec suis: & dubium aliquod
habere haùd posse sententiam hanc comperto iu-
re probatur.

43 Etenim certum dogma illud est, quod mei cō-
templatione datur, mihi acquiri, mihi enim dari
videtur, decidente *Vlpiano l.C. in l. sed si plures*
10. §. *in arrogato, D. de vulgar.* & *pupill. substit.*
cùm semper dantis affectio, cuius finali contem-
platione datum sit, inspiciatur: vndè consequitur,
quòd talia donatiua à sponsi consanguineis data,
quia ipsius sponsi contemplatione donata cen-
sentur, illi, haùdque sponsę acquiruntur.

44 Denique probatur aperte ex textus dispositio-
ne *in l. si quid earum* 45. *vers. In quibus, D. de*
legatis, & fideicomm. tertio, vbi ICtus tradit,
quòd si maritus legauit vxori, quę sui causa com-
parata sunt, veniunt ea, quæ socer, nurus nomine
comparuit, quamobrem non erant ipsius vxoris,
sed potiùs mariti; sicq; meritò hanc nostram sen-
45 tentiam sequuti sunt *Angel. in §. fuerat, num.*
42. *Instit. de actionib. Bartol. Paulus de Castr.*
Alexand. Ias. & cæteri communitèr in *dict. §.*
in arrogato, Anton. de Butrio consil. 37. *in* 2. *du-*
bio, Roland. à Valle qui sententiam hanc com-
munem esse dicit, & in iudicando amplectẽ-
dam fore tradit in *consil.* 10. *num.* 11. *Anton. Go-*
mez qui eamdem veriorem esse, & communioré,
testatur in *l.* 53. *Taur. num.* 67. *Ioan. Guttierez*
qui optimi iuris suadente probatione aduersan-
tium rationes reijcit, & sententiam hanc latè pro-
bat de communiori quoque attestans in *libr.* 2.
practic. quæst. 120. *per tot.* sic pariter *Regens de*
Ponte de potestate Proreg. tit. 10. §. 1. *num.* 9. &
seqq. Pater Molfesius ad nostras Cõsuetud. Nea-
polit. part. 3. *quæst.* 1. *num.* 4. & *seq.* & *quæst.* 22.
num. 2. *Lupus in Rubric. de donationib. inter.*
vir. & vxor. §. 44. & 45. latè demùm explosis cō-
trariæ sententię sectatoribus *Gratian.* Author no-
ster in *tom.* 1. *disceptat. forens. cap.* 189. *num.* 3. &
seqq. vbi etiam peculiariter tradit, quòd quamuis
46 illa ad vxoris ornatum dentur, nihilominùs ma-
riti contemplatione, & ad eius vtilitatem dari pre-
sumuntur, vt minùs grauetur in prouidendo vxo-
ri similia ornamenta, sic quoque post alios, quos
refert *Bertazz.* de magis communi attestans *in*
consil. ciuil. 59. *num.* 36. late demùm *Mandos. ad*
Roman. in consil. 172. *litt. B.* qui etiam opinionẽ
hanc communiori Doctorum calculo receptam
esse tradit, quam pariter vti talem sequuntur *Cla-*
rus in §. *donatio quæst.* 10. *num.* 2. *Fontanell. de*
pactis nuptialib. clausul. 7. *Gloss.* 3. *part.* 6. *nu.*
89. *Molin. de ritu nuptiar. libr.* 3. *quæst.* 38.
num. 18. *Peregrin. decis. Patau.* 83. *num.* 11.
decis. 140. *num.* 3. *Castill. decis.* 93. *num.* 5.
quos sequitur communiorem similiter prœco-
nizans *Dom. Consiliarius Hodierna ad Sur-*
dum decis. 118. *sub num.* 3. demùmque alijs ad-
ductis *Dom. Consiliar. Roccus in tom.* 2. *Respons.*
14. *num.* 12. vbi etiam in fine ità per S. C. iudica-
tum fuisse dicit de anno 1649. quem admodum
etiam in Senatu Pedemontano decisum testatur
Gaspar Thes aur. QQ. Forens. lib. 3. *quæst.* 15. *nu-*
mero 5. & denique innumeros huius probæ nostræ
sententiæ Sectatores, ad triginta vsque congerit
Thorus in compend. decis. tom. 2. *verb. Donatio,*
vel Iocalia, fol. 313. *col.* 2.

47 Quidquid autem erit, quoties constaret, dona-
torem vxori, & ipsius contemplatione donare vo-
luisse, maximè si hoc exprimat, quòd nempe ics
illas vxori donat, & eas apùd eam perpetuò manc-
re vult; atque quòd nullo casu ad ipsum donato-
rem reuertãtur, tunc enim haùd ambigimus, rem
talitèr donatam vxori propriam esse, ex *Iuliano*
l.C. potissimùm *in l.* 1. *in princ. D. de donatio-*
nib. quem sequuntur Palaz. *Rub. in repetit. Ru-*
br. de donationib. inter virum, & vxorem, §. 44.
num. 2. *Guttierez vbi supra, in prima* limitat.
Dom. *Consiliar. Hodierna d. l. num.* 4. quemad-
modum quoque è conuerso in donatis viro ab
vxoris cõsanguineis, quæri viro, & nõ vxori, quo-
ties illi hoc intẽderent, licèt vxoris contemplatio-
ne facerent, quod ipsemet *Guttierez* dicit *ibi-*
dem.

48 Vndè idem procedere dicendum consequimur,
cùm vxor, cui à viri consanguineis donatur, æque
consanguinea, vel propinquior ipsis donatori-
bus foret, argumento eius quod communitèr ex
l. quæsitum, in princ. D. de legat. 1. deducitur, quòd
ic ilicèt nepoti per Auum donata aduentitia cen-
49 sentur, nec patri acquiruntur, vt *Alciat.* testatur
in Regul. 1. *præsumpt.* 18. *num.* 3. & prius dixerat
in præsumpt. 17. *eiusdem Regulæ*, quodùè dicere
voluit *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 595. *num.*
5. vbi quærens, an nepoti ab auo datum profecti-
tium dicatur? ait, quòd difficultatem habet, quã
opinionẽ sequitur quoq; *Cror. in repetit. l. frater a*
fratre, num. 6. & 7. *D. de condit. indebit.* licque
demùm post multos aduertit *Gamma in decis.*
Lusitan. 23. *num.* 2. dicens legatum nepoti ab
50 auo factum ipsius nepoti potiùs, quàm filij con-
templatione factum præsumi, vt in donatione
Paritèr post complures probat *Menoch. in consil.*
183. *num.* 15. nec non *Mangil.* infinitos conglo-
merans in suo *tract. de imputat. quæst.* 20. *num.* 1.
& 2. contrarium aliorum fultus auctoritatibus
declarat *Merlin. in tract. de legitima, libr.* 2.
titul. 2. *quæst.* 8. *num.* 37. idque, quia nepos patris
51 nedùm, sed aui etiam consanguineus est, non est
cùr magis ipsius patris, quàm nepotis contempla-
tione donare auus præsumendus sit, ac proindè
donata per auum nepoti meritò quòd aduentitia
sint, patriq; quò ad proprietatem non acquirantur
cùm donãdo nepoti propter proprium sanguinẽ,
affectionem, dilectionemquè non tantùm patris
nepotis, sed & ipsius nepotis donare videatur: vn-
de ità quoque dicunt *Guttierez in citata quæst.*
120. *antè nu.* 13. *vers. Tertiò limitatur*, & Dom.
Consiliarius Hodierna vbi supra num. 5.

52 Denique ex iàm supra notatis dicendum quo-
que videtur, hanc nostram sententiam limitatio-
nem recipere, quoties consuetudine legitimè in-
troductum esset, quòd consanguinei, vel amici
marito eius vxori donent, quòdue talitèr donata
propria vxoris efficiantur, & apùd eam, vel eius
hæredes remaneant, vt *Bald.* tradit *in l. cùm te,*
num. 3. *vers. Tu dic, C. de donat. antè nupt.* per
text. in l. cùm plures, §. cùm tutor, vbi *Barrol.* &
Gloss. in addit. D. de peric. tutor. vel curator.
sequitur etiam *Paulus de Castro in l. si plures, §.*
in arrogato, D. de vulgar. & *pupill. substit.* vbi
quòd

Digitized by Google

quòd seruanda sit consuetudo, quemadmodùm etiam *Castell. in l.52. Taur. in Gloss. Leuiere dado, in fine*, aduertitque *Menoch. de præsumptionibus, libr.3. præsumpt.26. num.11.* & absque controuersia esse scribit laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna in loco suprà iudicato antè num.* 9. adnectēs, quòd tunc donata mulieris hæredibus re-
53 manerent, tametsi hoc in domicilio residentiæ vxoris, haùdq; viri consuetum esset, cùm illud vxoris circà hæc missa attendi debeat, vt post *Fulgos. de Phanuch.* tradit *Carpan. in comment. ad Statut. Mediolan. cap. 297. in Gloss. Lucretur, in 7. limitat.* & latè etiā *Consiliar. de Georg. in sua Allegat. 45. num. 36.* nulla data differentia
54 si antè matrimonium contractum per verba de præsenti, vel post donatum fuisset, vt de donatis per virum, & sponsum probat *Rota Romana apud Ludouis. in decis. 474. & apud Farinac. in decis. 113. part. 1.* Verùm sola donandi consuetu-
55 do similibus in casibus, & personis, nisi etiam ea adesset, vt prædicta donata perpetuò remaneant & donatario acquirantur, haùd sufficit, vt rectè notant *Roland. à Valle in consil. 10. num. 11. in princ. Corneus in consil. 81. col. final. vol. 1.* & benè probat *Palat. Rub. in dicto §. 45. num. 9.* quos sequitur *Guttierez. l.c. num. 13.* atque de donatis per sponsum diximus etiam suprà.

56 Cœterùm, votum nostrum ad anulum sponsalitium, qui sponsæ digito benedictionis tempore accomodatur, ex suprà dilucida oratione propositis extendendum esse comperimus, vndè concludimus, quòd etsi communi *ICtorum* calculo receptum esse videatur, vt sponsę donatus censeatur,
57 hoc tamèn procedit, si anulus ille exigui foret valoris, vt decisum fuit per Rotam Romanam, quemadmodùm recenset *Dom. Regens de Marinis loco suprà cit. num.* 21. quod prudenti Iusdicentis arbitrio remittitur, considerata personarū qualitate, & fructuum dotis quantitate. Secùs autem si esset magni valoris, pro vt hodiè seruatur, post quam nedùm anuli aurei sunt, verùm illis prætiosissimi lapides quoq; alligantur ex nostrorum temporum luxu, quo attento fiunt à viris, non quidem vt liberales existant, sed vt eorum consulant honori, & consequentèr coacti, vt suprà ex complurium testimonio quoque annuimus. Hæcque his in contentiosis quæstionibus scribere sufficientia sint, neque enim licet magis orationem extendere, nè à promissis in principio recederem.

PROLOGOMEN.

Locationis renouatio tàm vrbanis, quàm rusticis in prædijs quando, pro quouè tempore facta præsumatur, dilucidè exponitur ad ornatum Responsi *Vlpiani I.C. in l. Item quæritur 14. §. qui impleto, D. locati*, quod limitationem præsertim obtinere eruditur in Ciuitate Neapolis, vbi mos adest, siue vsus faciendi ædium locationes in determinato tempore, quod summè laudatur, & ex antiquis etiam testimonijs comprobatur; Verùm tacita huiusmodi reconductio nùm cùm eisdem qualitatibus, pignoribus, & hypothecis, quibus inita fuerat conductio, facta censeatur? elucidatur indè, & latè quoque discutitur, nùm locator promittens durante locatione inquilinum non expellere, renunciasse intelligatur priuilegio, vt nec etiam pro vsu suo eijcere illum possit? Postremò, an fructuum emptor in vineæ possessione remanens, contractū emptionis illorum renouare censeatur? inter alia præsertim demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Locationis renouatio in prædio vrbano quatenus habitauerit, in prædio verò rustico ad annum facta censetur.*
Ratio traditur num.2. & 3.

4 Textus in l. item quæritur 14. §. qui impleto, D. locati, *in vrbanis locum habet, quando ædes quolibet die, & mense locari possunt.*

5 *Ædium locationes in Ciuitate Neapolis quo tempore fiant.*

6 *Pro gubernanda Republica conuenit, vt ædium locationes fiant, prout locationis casus contingit, & partes inter se conuenire melius possunt.*
Contrarium verius vt num.7. & 14.

8 *Locationis annus, qui ex certa die vsque ad certam diem, qua migrandum est, in Ciuitate Neapolis ex inueterata consuetudine practicatur, tempore etiam Romanorum ipsa in Vrbe vigebat, & num.9. 10. 11. & 12.*
Et tàm in vrbanis, quàm rusticis in prædijs viguisse constat, vt num.13.

15 *Inquilinus (in Ciuitate Neapolis) Domino in mense Ianuarij denunciare tenetur, se è domo discessurum.*
Contrarium num.17.
Intelligitur vt num.18.

16 *Dominus potest infine anni domum conductori auferre, & alteri locare.*

19 *Pensio pro domibus conductis bina præstatione soluitur in Ciuitate Neapolis.*

20 *Reconductio cùm eisdem qualitatibus, pignoribus, & hypothecis, quibus inita fuerat conductio, facta censetur.*
Intelligitur, quando qualitates illæ solo partium consensu fieri possunt, vt num. 21.

22 *Fideiussor primæ locationis pro secunda tacitè renouata non tenetur.*

23 *Fideiussor pro obligato ad tempus non tenetur; si tempus posteà prorogetur.*

24 *Locatione renouata omnia renouata censentur, nisi de tertij præiudicio agatur.*

25 *Iuramentum repetitum non censetur.*

26 *Locator vigore instrumenti confecti in contractu locationis exequutiuè contrà ipsum conductorem pro pensione tacitæ reconductionis agere non potest.*

27 *Contractus principalis nedùm, sed & tacitus paratam exequutionem habent.*
Declaratur vt num.28.

29 *Locator promittens non expellere inquilinum durante locatione renunciasse minimè intelligitur priuilegio, vt nec pro vsu suo eijcere illum possit, & num.35.*
Comprimitur, cùm in promissione iuramentum interuenit, vt num.33.

30 *Dominus pro vsu proprio ob superuenientem ne-*

Digitized by Google

cessationem habitandi in ædibus locatis in quibus inquilinum expellere potest.

Ampliatur, etiam si indigeas domo locata pro vsu filij vxorem ducentis, vt num. 31. & 32.

34 *Iuramentum in contractu adhibito quid operetur.*

37 *Renunciatio quando ad ius de futuro extendatur.*

38 *Pacta, & conuentiones, vt aliquid operentur, in contractibus apponantur.*

39 *Locator proprium vsum in locationis cõtractu sibi reseruans, inquilinum expellere potest, etiã si voluntariè ratione sui proprij vsus eam inhabitare vellet, & num. 40.*

41 *Pactum in cuius fauorem censetur appositum quacunque in materia attenditur.*

42 *Proprius vsus quid importet.*

43 *Cedi non potest, quod alicui pro vsu proprio cõpetit.*

44 *Priuilegium expellendi conductorem pro vsu proprio in singularem successorem non transit.*

Quid in successore, vniuersaliter traditur num. 45.

46 *Emptor fructuum in vineæ possessione remanès, contractum emptionis illorum renouare censetur.*

Contrarium verius vt num. 49.

47 *Locatio, & venditio æquiparantur.*

Intelligitur vt num. 52.

48 *Venditio fructuum locationi æquiparatur, & num. 50.*

51 Textus in l. item quæritur 14. §. qui impleto, D. locati, *in mera locatione loquitur.*

OBSERVATIO CXIX.

IN materia locationis, & conductionis, quæ planè nedùm in Scholis diù discutitur, verũ etiam in Foris non semel agitatur, quamplures conclusiones obseruatu dignas indicat noster *Author hic*, quarum potissima illa est, quòd tacita locationis renouatio in prædijs vrbanis pro illo tempore, quo in prædio habitauit facta censetur, in prædijs verò rusticis pro vno tantùm anno per *textus* dispositionem *in l. item quæritur 14. §. qui impleto D. locati*, quam quidẽ thesim post alios, quos manuducunt, comprobãt *Surdus in decis. 33. num. 11. vbi Dom. Consiliar. Hodierna sub num. 5. Cancerius Variar. Resolut. part. 1. cap. 14. de locatione, & conductione, num. 57. Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom. 1. libr. 5. titul. 15.* vbi latissimè conclusionem hanc extricat, atque exornat, adijcens discriminis rationem inter vtrumque casũ,

2 quia in prædio rustico fructus qualibet in anni parte non percipitur, sed vno dumtaxàt tempore, vel duobus, hoc est tempore messis, & vindemiarum, ideòque æquum dicere minimè est, vt quis, pro vt in fundo permanserit, reconduxisse videatur; at in prædio vrbano qualibet anni parte fru-

3 ctus æqualiter percipiuntur, idcircò, pro vt quis inhabitauit, reconduxisse videtur; quam quoque discriminis rationem tradit nouissimè *Reu. Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantonomeo did. libr. 3. titul. 25. de locato, & conducto, num.* 2060.

Verùm enimverò huiusce *textus*, & sequacium sententia etsi vera sit, nonnullas tamen recipit extricationes, quas *Card. Mantica* dilucidat in *loco indicato*, ad quem, ad quod ab illo dictum fuit rescribam, satis est me remittere: illud tamen notatione dignum præterire haud valeo, quòd il-

4 lius *textus* dispositio *in vrbanis* benè procedit, quando ædes quolibet die, & mense locari possunt, si quidem quando *in aliqua Prouincia* mos adesset, siue consuetudo, quemadmodùm isthac *in nostra Fidelissima Ciuitate Neapolis* adest,

5 scilicèt quòd die 4. Mensis Maij vsque ad 4. Maij sequentis anni ædium locationes fiant, tunc secùs esse dicimus, propterea quod si dicta die 4. Maij locatio finita fuisset, & quis aliquos per paucos dies habitasset, ad totam totius anni pensionem eo casu tenetur, nàm illa die 4. Maij transacta nemo ædes conducit, pro vt in his puris terminis decisum fuisse refert *Gamma in decis. Lusit. 17.* qui ità declarat dictum §. *qui impleto*, & obseruãt *Caualcan. decis. Magon. decis. Lucens. 47. nu. 9. Fiuiz. 44. num. 76. Gomez Variar. Resolut. libr. 2. tit. de locat. num. 15. in fine*, quos refert, & sequitur *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 1. de locato, & conducto, num. 3.* quo in loco quamplura pariter notabilia ad extricationem citati *textus* exponit, nec non quoque notat *Dom. Consiliar. Hodierna d. l. num. 6.*

6 Qui planè mos, seù huiusce Ciuitatis vsus laudandus euenit, etsi à nonnullis tanquàm abusus damnetur, quasi quòd satiùs sit ad bonum publicam gubernandam, quòd locationes fiant, vt locationis casus contingit, & Partes inter se conuenire meliùs possint: propterea quod nouus quidem à nostris Neapolitanis Princeps introductus minimè est, per se, sed valdè antiquus, ab ipsissimet q: Romanis approbatus, & in republica valdè benè instituenda, gubernandaq;

7 conueniens, etenim cùm Ciues domibus indigeant, non omnibus domus proprias habentibus, & ijs, qui habent, non semper proprijs vsui sint, necesse etiam est tempus huic rei eligere opportunum, in quo quis ex veteri domo migrans, nouam ad habitandum inuenisset, cæteroquin inquilini veteribus ex domibus migrantes, aùt nouas non inuenirent, aùt certè non commodas, necessitate ipsos cogente ad conducendũ incommodas, quasque inuenire casus obtulerit, quibus sæpè difficultatibus præpediri Ciues in ædibus habitationis vsui parum idoneis remanere, hijsque veluti carceribus includi cogerentur; Vnde etiam memoramur, morem hunc ab Vrbis

8 quoque consuetudine ortum habuisse, vt *Iulianus I. C.* indicat *in l. cùm ab eo 41. D. de contrah. empt.* scribens de eo, qui fundum alij obligatum sic emptum rogauit, vt esset is sibi emptus, si eum venditor liberaret, dummodò ante Kalendas Iulias liberaret, quærens, an vtilitèr in ea facti specie ex empto agi posset? intererat enim emptoris ante eas Kalendas prædium liberari, vt si illic habitare vellet, posset, aùt alij locare ex Romano instituto, iuxtà quod vetères inquilini illa die ex conductis domibus in alias commigrabant: quod demùm *Labeo I. C.* clariùs ostendit *in l. cùm in*

9 *plures 62. in princ. D. locati, & conducti*, sermocinans de domo in plures annos locata, quam præstare, inquit, locatorem debere, vt non solùm habitare conductor ex Kalendis Iulijs cuiusque anni, sed etiam locare, & cùm alijs habitare (si velit) suo tempore, possit; si fortè ea domus ex Kalendis Iulijs fracta vsque in Kalẽdas Iunijs perman-

Digitized by Google

manſiſſet, ità vt nec habitare quiſquam, nec oſtẽdi alicui poſſit (quæritanti ſcilicèt domum conducere, vt hodiè fit, titulis præforibus in ſcriptis) nihil locatori conductorem præſtaturum, adeò vt nec cogi quidem poſſit ex Kalend. Iunijs refecta domo habitare, veluti ſi quiſpiam hodiè locata domo ex Kalend. Maijs, eaque haùd idonea ad habitandum exiſtente, incolendam traderet ex Kalend. Aprilis ; Denique probamus hoc ex *Aphricani* ſenſu *in l. qui balneum 9. D. qui potior. in pignor. habeant.* vbi, quia Balneum quis conduxerat, & donec merces ſolueretur, conductor ſeruum locatori pignori dedit, & idem conductor antè Kalendas Iulias eumdem ſeruum alij ob pecuniam creditam pignori dedit, quæſtio fuit inter Balnei locatorem, & pecuniæ creditorẽ, an vter in ſerui pignore præferretur ? & Conſultus *Aphricanus* Prætori conſuluit, vt locatorem in pignoris prioritate tueretur : allegabat autem pecuniæ creditor, eo tempore, quo ipſe ſerui pignus accepit, nondùm quicquam Balnei locatori pro conductione deberi, id ſanè tempus expreſſit *ICtus*, cùm ante Kalendas Iulias (quarum ſcilicet die penſionis dies cedebat) ſeruum pignoris nexu traditum ob creditam pecuniam dixerit ; Atque etiam ad hoc ſtabiliendum accedit *Celſus* I. *C. in l. cùm precario 12. D. de precar.* qui meminit de eo, qui domum præcario dedit in Kalendas Iulias, haùdque vltrà, quod planè his etiam noſtris diebus accidit perſœpè, vt cùm domos locare non potuimus, gratis poſtremis menſibus habitandas concedamus in eum diem, quo migrãdum eſt ; Cœterùm iam inde à *Ciceronis* ætate conſuetum erat Kalend. Quintilibus, ſiue Iulijs migrare, his enim dies conductionum primus erat, pro vt ſcribit ad *Quintum Fratrem lib. 11. Epiſtol. ad Quintum Fratrem, epiſt. 3.* qui Lucinianam domum ad Piſonis lucum conduxerat, ſuæſetquè ei, vt paucis menſibus poſt Kalendas Quintiles in proprias domos remigrare velit, quaſi ſolemnem illam diem ei rei, de qua agebat, indicaturus : quod idemmet latinæ eloquentiæ lumen ad *C. Memmium* ſcribit *in Epiſt. 2. lib. 13.* intercadens pro Euandro, cui propter opera inſtituta multa multorum ſubitum erat emigrare Kalend. Quintilis ; hunc ſtatuarium fuiſſe conjicimus, innuit autem *Cicer.* vt cùm inſtarent iam Kalendæ, & propter temporis breuitatem incõmodum illi eſſet ex ædibus emigrare ob opera nondùm abſoluta, quæ moueri loco, aùt alibi trãsferri minùs tutum videbatur, eidem habitationẽ accommodet, nè cùm damno Kalend. Quintilibus emigrare cogatur : eumdemque tandèm morem ſatis indicat *Martialis Epigram. libr. 12. Epigr. 32. in print.* demùmque *Antonius Auguſtinus lib. 4. emend. Iur. Ciuil. cap. 14.* nec non paritèr perito calamo elegantèr notat eruditiſſimus noſter Regnicola *Alexander ab Alexandro libr. 4. dier. genial. cap. 20.* atque in Kalendario Romanorum faſtorum annotauit *Danid. Orſeganus Glacenſis in 2. tom. Ephem. ſub anno 1633.*

13 & tàm in vrbanis, quàm in ruſticis prædijs viguiſſe conſtat ex recenſitis *ICtorum* verbis, domus, & fundos exprimentibus, & notat etiam *Guid. Pancirol. libr. 1. Theſaur. variar. lect. cap. final.*

14 Optimo itàque iure validum, laudationeque dignum dici oportere morem hunc ex tot *ICtorũ* locis, tantiſquè grauiſſimorum Virorum auctoritatibus sanè comperimus, eò maximè, quia indicatum tempus 4. Menſis Maij opportunum tempus diudicatur, Neapoli enim annum antè octuageſimum nonum ſuprà milleſimum quingenteſimum migratio ex inueterata conſuetudine in mẽſe Sextili ſub Leonis æſtu contigebat, vt in *Prag. 1. de locat.* in anni tempore patribus familias nimis importuno Cerere in horreis iàm recondita, Bacchoque in ſubterraneis fornicibus Aetheris igneis iterùm extimeſcente, qua de cauſa deindè ab eo tempore migratio ad Kalendas Maias migrauit, quo anni tempore Taurus deſupèr colla iugo ſubmittit, ſarcinarum oneraleuaturus, opportunum tempus indicando : quod poſteà intercedentibus annis, Religionis ergò primò ad poſtridie Kalend. deindè in quartam menſis diem fuit translatum, Anno 1603. Anno 1611. *Pragm. 2. & 3. de locat.* quæ omnia demùm memorat *Dom. Ferdinandus Rouitus* digniſſimus memorandi *Dom. Regentis Scipionis Rouiti* filius, in quadam ſua Epiſtola, quam ſcripſit *Antonino Maſſimo ICto Romano*, ſecum de hoc more, & vſu altercanti, cuius tenorem imprimendum curauit laudatus *Dom. Regens Scipio Rouitus vbi ſupra.*

15 At nè tamen hic alia circà morem hunc neglexiſſe videamur, notemus quoque oportet, quòd quamuis, vt diximus, in 4. Menſis Maij locatio finiatur, nihilominùs in menſe Ianuarij inquilinus Domino denunciare tenetur, ſe è domo diſceſſurum, alioqui ſi non denunciauerit, reconductio facta cenſetur, quemadmodum paritèr è contra dicto in tempore Dominus inquilino denunciare tenetur, ſe non eſſe reconducturum, adeò quod ſi non denunciauerit, inquilinum expellere non poterit, vt ex *Capyc. in Conſuetud. locat. & conduct. lit. A. fol. 371. & 372. in nouiſſ. incip. Conſuetudo, quæ eſt in Ciuitate Neapol.* docet *Conſiliar. Hodierna ad Surdum deciſ. 33. num. 7.* vbi etiam, quòd denunciatio huiuſmodi in menſe Ianuarij fieri debeat, quamuis in menſe Maij locatio finiatur, quæ priùs in menſe Auguſti finiebatur, quo tempore denunciationes in Menſe Maij fieri debebant, de qua demùm praxi Neapol. conſtatur *Fuſc. in ſingul. 111.* & notat *Dom. Cæſar. Vrſillus in addit. ad Afflict. deciſ. 365. num. 11. & 12.* licet de ea valdè miretur ex eo, quòd nulla in Ciuitate adeſt conſuetudo, & praxis prædicta ; quamuis ſit contrà commune Romanorum ius, quia anni in fine poteſt Dominus domum conductori auferre, & alteri locare, ex Imperiali *Zenonis* Conſtitutione *in l. nè cui 32. C. de locato, & conducto*, & è contra inquilinus eo in tempore domum renunciare valet ; Attamen quia locationes, etſi in menſe Maij incipiant, de menſe nihilominùs Ianuarij fiunt, ſicque quatuor ante menſes, cùm inquilinus domum Domino non renunciauerit, ſi tacita reconductio haùd fieret, Dominus in damno foret, quia ædes, ſiue domus alteri non ità facilè locari poſſet, & è contrà ſi Dominus ſe non reconducturum inquilino nõ denunciauerit, inquilinus, ſi illa tacita reconductio non fieret, in damno paritèr foret, quia ab eis domos ad eius commoditatem non ità facilè inuenire poterit, & neceſſitate ipſum cogente ad domos incommodas, quas inuenire caſus obtulerit, conducendum cogeretur : quamobrem meritò

pra-

Digitized by Google

prasiam prædictam inoleuisse dicimus, quòd dicto in tempore denunciationes fiant, ad hoc vt vtrique scilicèt tàm Domino, quàm inquilino cóstet: Etsi autem contrarium decisum fuisse dicatur, vt ex Additione ad memoratam Consuetud. locat. & conduct fol. 374. incipiente Fuit iudicatum ex libro Capyc. nihilominùs de iure communi Romanorum procederè id notat laudatus Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, n. 10. quia vt Camill. Salern. subdit in dicta Consuetud. fol. 375. post dict. Addit. quòd licèt hæ Consuetudines in vrbanis non procedant, Neapol. tamèn communiter obseruatur, vt in domibus vrbanis in mense Maij requisitiones fiant, adeò quòd aliqua in culpa, qui secùs ageret, videretur: Verùm quia etiã Dom. Regens Sanfelicius in sua decis. 9. contrariũ iudicatũ fuisse refert in S.R.G. ad relationem M. C. V. negando praxim hanc denunciationis per ea, quæ Vrsill. tradit in loco suprà indicato, idcircò Dom. Consiliar. Hodierna dict. num. 10. in fine, Locatorem aduertit, vt articulum prædictum circà in facti contingentia cogitet omnia, eaque demùm ponderet.

19 Denique hic modò haùd piget aliud hac in re Ciuitatis nostræ morem referre, soluendæ scilicèt pensionis pro domibus conductis bina præstatione, altera nempè portionis in Quintili mense, siue Iulij, altera reliqua in memorato conductionis termino: qui demùm mos laudandus cuenit, cùm valdè antiquus sit, & Romanæ consuetudini consonus, tametsi illi contrarius esse videatur, iuxtà quam pensio anni in fine soluebatur, si hoc dicere voluit Aphricanus in recitata Balnei conductione, dùm antè kalend. Iulias quicquã pro conductione deberi negat, vt in dicta l. qui Balneum 9. D. qui potior. in pignor. ante enim kalendas Martias pensiones exolui moris fuisse legimus apùd Scauolam libr. 3. Responsorum, tetiam in l. defuncta fructuaria 64. D. de vsufruct. &c. sed fortè ea solutionum tempora priuata pactione cauta fuere, quòd si nihil conueneri it, motis fuisse conijcimus inferendi mercedem conductionis duabus semestribus pensionibus, vt Vlpianus libr. 74. ad edictum de migrando, notatus in l. 1. D. de migrando, particulatim indicat.

Vtque nunc è semita ad viam redeamus, Card. 20 Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus tom. 1. libr. 5. tit. 15. num. 19. Cancerius Variar. Resolut. part. 1. cap. 14. de locatione, & conductione, num. 65. Carroc. de locato, & conducto, part. 2. tit. de renouatione locationis, quæst. 30. per tot. Mascardus de probationibus, conclus. 993. incip. locationis renouationẽ, nũ. 3. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 4. cap. 6. sub nu. 70. vers. Sed an agi possit. Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, num. 12. cæterique, quos recenset, & sequitur Dom. Verde in sua Panconomedid. libr. 3. titul. 25. de locato, & conducto, num. 206. solide annuunt, reconductionem huiusmodi eisdem qualitatibus, pignoribus, & hypothecis, quibus inita fuerat conductio, factam censeri, aduertentes tamen aleam hanc procederè, quando qualitates illæ solo partium consensu fieri possunt. 21 secùs verò quando solo partium consensu non perficiuntur, sed alterius consensus, aut etiam aliquis actus extraneus requiritur, tunc enim reperita minimè censentur; Idcircò primæ locationis fi- 22 deiussor pro secunda tacitè renouata non tenetur, vt docet Iodun. Andr. in cap. constitutus, de fideiussorib. dicens quod 23 pus quis fideiusserit, & postea prorogetur, non tenebitur fideiussor, nisi de eius voluntate prorogatio facta fuerit: demùmq; Angel. in l. legem, C. locati. vbi tradit, renouata locatione omnia renouata censeri, nisi de tertij præiudicio, putà fideiussoris agatur, & punctualiter resoluunt Card. Mantica in allegato titul. 15 num 22. Carroc. in dicto titul. de renouatione locationis, quæst. 23. Mascard. vbi supra, vers. Et proindè, Regens Rouitus super Pragm. 1. de locato, & conducto, sub num. 5. vbi refert Ruginell. Pract. QQ. cap. 24. qui recensens quatuor opiniones, contrà fideiussorem resdet: immò hoc expressè decidit Vlpianus I.C. in citata l. item queritur 14. §. qui impleto, D. locati ibi Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione, non solùm reconduxisse videbitur, sed etiam pignorum videtur durare obligatio. Sed hoc ità verum est, si non alius pro eo in priore conductione res obligauerat, huiusmodi nouus consensus erit necessarius.

25 Idemque in iuramento firmatur, quòd nempe repetitum minimè censeatur, cùm in eo verborũ formalitas, scripturarum mos, tactus requiratur, & sic factum extrinsecum, vt plenè probant Beron. QQ. Famil. quæst. 100. Burs att. in consil. 22. num. 31. libr. 2. & sequuntur Carroc. in indicato titul. de renouatione locationis, quæst. 14. Cancer. post alios incitato cap. 14. num. 66. in fine, Gutierez de iurament. confirmat. part. 1. cap. 49. num. 8. Consiliar. Paschal. d. l. vers. Et idem est in iuramento, atque obseruat Dom. Conseiar. Petra super Ritibus M.C.V. tom. 2. Rit. 166. num. 76. in fine, quo in loco nixus ratione prædicta, contrariæ sententiæ sectatores reijciens, firmat, locatorẽ 26 vigore instrumenti confecti in cõtractu locationis agere exequutiue, & via Ritus contrà ipsum conductorem pro pensione tacitæ reconductionis haùd posse, quod dixit etiam Bald. in l. legem, C. locati, quem laudat, & sequitur Afflict. in decis. 365. n. 15. & comprobauere Carroc. vbi supra quæst. 14. Cotta in memorabil. in verb. Iuramentum interpositum, Scacc. de appellationib. libr. 3. cap. 1. quæst. 17. limit. 9. nn. 17. Paschal. vbi supr. num. 70. in fine, Thor. in compend. aecis. part. 1. verb. Reconductio an censeatur, aliique, quos memorat laudatus Dom. Consiliar. Petra d. l. Vnde Auendan. ex Bald. aliorumq; ICtorum auctoritate resoluit in suo tract. de exequend. mandat. Regijs libr. 2. cap. 30. num. 10. quòd tametsi verum sit, quòd principalis contractus nedùm, sed & tacitus paratam exequutionem habent, vt per Bald. in l. ad probationem, C. de probationib. & in l. final. C. de fideicommiss. & alios; quos ibi allegat: id tamen durante eodem principali contractu dumtaxàt procedit, quia tunc tacitus vt accessorius sui principalis naturam sectatur: vbi verò principalis cõtractus expirauit, tunc, cùm nouus consensus accedat, vt accessorius ad priorem contractum non se habet, & sic eius naturam non 28 sequitur, vt etiam conclusionem prædictam per ampliationes, & limitationes vtiliter examinans, dilucidat Trentacinqu Variar. Resolut. libr. 3. titul. de emption. & vendition. Resolut. 2.

Postea quàm de locationis, conductionisque materia prædicta proposuimus, meritò peragere res

res noſtra exquirit,expoſcēte præſertim *Authore* noſtro *hic,num.*13.an nempè locator promittens
29 durante locatione inquilinum non expellere, renunciaſſe intelligatur priuilegio,vt nec etiam pro vſu ſuo ejicere illum poſſit? Equidem ex iure tàm Pontificio , quàm Cœſareo apertè conſtat,
30 Dominum pro vſu proprio ob ſuperuenientem ex improuiſo neceſſitatem habitandi in ædibus locatis,inquilinum expellere poſſe,vt in *cap. propter ſterilitatem,de locat.& in l. Aede* 3. *C.eod. tit.* cuius dogmæ tanta videtur exiſtimatio , vt ex vi vnionis inter patrem,& filium, à noſtris Iuriſ-
31 prudentiæ Peritis extendatur,nempe, vt eodem iure pater potiatur , ſi domo locata pro vſu filij vxorem ducentis indigeret , vel quia eius pater, aùt tutor aliqua ex noua , honeſtaquè cauſa , eius domus habitatione indigeant, ità vtroque in caſu notabilitèr tradit *Bald.in eadem l. Aede,num.*11. quē referens ſectatur *Anton.Gomez Variar. Reſolut.tom.*2.*cap.*3.*ſub num.*6.*in fine*,quemadmodum etiam *Conſiliar.Paſchal. de viribus patriæ poteſtatis , part.*4.*cap.*6.*in princip.* & ibi *Dom. Conſiliar. Franciſcus Maria Pratus in Annotat.in princip.* ſic quoque *Cancer. in loco infrà citando ſub num.*11.*circà med* atque pariter *Aluar. Valaſc. de iure emphyteut.quæſt.*22.*nu.*3.vbi
32 placitum hoc extendit ad neceſſitatem non ſolùm ſibi , ſed etiam ex improuiſo prouenientem filio,aùt filiæ,aùt fratribus , itàque extat Ordinatio Luſitana *lib.*4.*tit.* 24. & ibi *Barboſ. num.* 9. *&* 10. quorum memoriam habuit *Pater Fragoſ. de regimine Chriſtianæ Reipublicæ part.* 3. *lib.* 6.*diſputat.*11.§ 2. *num.*28.*verſ.Deniquè an poſſit.*

33 Horum autem iurium diſpoſitionem reſtrictā eſſe comperimus, cùm locator conductorem non expellere promiſit mediante iuris iurandi religione,tunc enim ea verba vt aliquid operentur, huic etiam beneficio proprij vſus renunciatum cenſetur,pro vt in ſpecie tenuit *Angel.in citata l. Aede*, quem refert *Dec. in l.final. num.* 7. *D. ſi cert.petat. & in conſil.*292.*num.*3. *Hieronym. Grat.in conſil.*69.*num.*20. *& in conſil.*139.*num.* 20.*lib.*2.*Natt.in conſil.*481.*num.*19.*libr.*3.alijq; quos refert *Burſatt.in conſil.*422.*num.* 2. *lib.* 4. pro vt quoque *Surd.*latiſſimè *in conſil.* 103. *per tot.libr.*1.*Seraphin.in tract.de priuileg. iuramēt. priuileg.*49.*nu.*48.*Gabriel.commun.concluſ. titul.de locat.concluſ.*3.*num.* 2.*Claud. ad Bertazol.conſil.criminal.* 395. *lib.* 2. *Conſiliar. Paſchal.in d. cap.*6.*ſub num.* 10. quia iuramentum illud in contractu adhibito operatur, vt cogitatū
34 cenſeatur etiam de eo,cuius expreſſa mensio facta non fuit,cùm vim habeat ſpecialis expreſſionis, ad tradita per *DD. in l. ſancimus , de teſtament.* quo fit,ſecùs dicendum eſſe,ſi locator ſimpliciter
35 moleſtiam conductori nō inferre promiſiſſet,vel ſi locatio facta eſſet à procuratore ſpeciale mandatum ad huic beneficio renunciandum minimè habente;iuxtà ea,quæ pulcrè tradit *Natt. in conſil.*25. *per totum libr.* 1. quem laudans ſectatur *Conſiliar.Paſchal.d.l. num.* 11. Verùm tutam minimè eſſe arbitramur laudatorum *ICtorum*
36 diſtinctionem,vt nempè concluſio prædicta locum habeat,ſi neceſſitas illa rei locatæ aderat cōtractus tempore,ſecùs cùm poſt locationis contractum ſuperuenit ei talis neceſſitas pro vſu proprio,quam demùm approbāt idem *Natt.in conſil.* 416. *num.*7.*& per tot. lib.* 2. *Couarruu. Variar. Reſolut.libr.*2.*cap.*15.*num.*4.*verſ. Ex quo mihi dubia, Iacob.Cancer.Variar.Reſolut.part.*1.*cap.* 14.*de locatione, & conductione, num.* 8. Nàm quando nullum ius competit de preſenti , in quo
37 renunciatio verificari poſſit,ad ius de futuro extendi debet,vt ex *Bartol.in l.qui Romæ , §. duo fratres, quæſt.*6.*nu.*19.*in fin. de verbor. obligat.* & obſeruat noſter *Author hic in addit.nu.*6.pa-
38 cta enim,& conuentiones ſemper in contractibus cùm miſteri o apponuntur, ſicque vt aliquid operentur,vt longa oratione , aliorumque complurium fultus auctoritatibus dilucidat *Card. Mantica in tom.*1. *de tacit. & ambigu. conuentionib.libr.* 2.*tit.*12.*per tot.*

39 Ex quo etiam dicimus, locatorem, qui in contractu locationis domus proprium vſum ſibi reſeruauit,poſſe , licèt domus neceſſitas ex poſt facto non ſuperueniſſet, ſed quòd voluntariè ratione ſui proprij vſus eam inhabitare vellet, inquilinum expellere , propterea quod altercari minimè poteſt, quòd ſi neceſſitatis ſuperuenientia requireretur , vt reſeruationi proprij vſus locus foret, pactum illud inutile, & fruſtratorium prorsùs eſſet, vt *Cephalus* aduertit peroptime in *conſil.*199. *&* 257.*libr.*2.& ſequuntur *Cornel.in conſ.*103.*n.* 17.*libr.*2.*Barboſ.in l.ſi filiofamilias,*26.*§.final. num.*39.*D.ſolut.matrim.Cancer. vbi ſupr. num.* 15.*Gabriel dict,concluſ.*3.*num.*2.*cùm ſeq.Aluar. Valaſc.citat.quæſt.*22.*num.* 8. *antè finem* , qui omnes equidem id ſtatuunt ex eo ſcilicèt, nè frū-
40 ſtrà pacto ſibi quis prouidiſſe dicatur: ſicquè in promiſſione de non expellendo , cùm pactum illud in inquilini fauorem eſſe cenſeatur , intelligi debet, vt ex proprij etiam vſus cauſa operetur ; & in caſu vbi locator ſibi proprium vſum reſeruauit cùm in ipſius locatoris fauorem poſitum cenſeatur,intelligi debet, vt aliquid operetur , tametſi neceſſitas contractum poſt haùd ſuperuenerit, ſiquidem quacumq;in materia attendendum etiam
41 eſt in cuius fauorem pactum cenſeatur appoſitū, vt *Cephalus* ſentit in allegato *conſil.*199. *nu.* 27. ex *Bartol. in l.*4.*§.final.de liber.legat.Natt.in conſil.*374.*num.*23. *& Caſtrenſ.in l.ſi ædes quam legit,& in l.ex conducto,§.ſi Dominus, in fin.D. locat.*

42 Cæterùm,circà materiam iſtam proprij vſus, quid nempè ſub verbis iſtis contineatur,nonnulla ſcribit *Iacob. Cancer.Variar.Reſolut.part.* 3. *cap.*20 *de legat.num.*245. *& ſeqq.* & quod alicui
43 prò proprio vſu competit, alteri cedi non poſſit, ex *§. item ſi quis,& ſeq.Element.Iur.de vſu , & habitat.* tradit *Marant.* in noſtris terminis in *conſil.*96. *num.* 8. pro vt quoque *Sotomayor in tract. de vſufruct.cap.*28.*per.tot.*nec nō *Marius Giurba in deciſ.*59.*num.*12.vbi *num.*13.ex complurium voto reſoluit,facultatem expellendi pro
44 proprio vſu in donatarium,emptorem , aliumuè ſingularem ſucceſſorem minimè tranſire,eo quod ſit priuilegium perſonale , quod peculiaritèr tradit etiam *Gratianus* Author noſter in *tom.* 1. *Diſceptat.forenſ.cap.*149.*num.* 16. laudans *Surdum in conſil.*103.*num.*11.*vſque ad* 26. qui amplius idem ſuſtineri poſſe dicit , ſcilicèt , quòd
45 neque facultas huiuſmodi , aùt vſus ad ſucceſſorem vniuerſalem tranſeat, quaſi teſtatoris morte extinguatur,quamuis in hoccontrarium ſequatur *Couarruu.Variar.Reſolut.libr.*2.*cap.*15. *num.*4. *ante med.verſ.Verum eſt.*

His

Digitized by Google

His modò expositis videamus quoque necesse est, nàm vera sit declaratio præsentis loci, & optimo voto prolata in controuersia, an fructuum emptor in vineæ possessione remanens renouare censeatur contractum emptionis illorum? Equidem prima facie, atque primo intellectus voto respondendum esse videtur, emptionem etiam fructuum tacitè renouari, tùm quia locatio, & venditio eisdem regulis constituntur, vt *Caius I.C.* inquit *in l. locatio 2. D. locat. & conduct.* & notat *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuention. tom. 1. lib. 5. titul. 1. num. 1. Mangilius de euictione, qu. est. 199. num. 1. Ioan. Barber. Viat. Iur. part. 2. tit. de locato, in princ.* tùm etiam, quia fructuũ venditio locationi æquiparatur, ad tradita per *Vlpianum I.C. in l. in venditione 8. §. 1. D. de bonor. auth. Iud. possid.* & fructuum emptor est instar conductoris, *Bartol. in l. cotem, §. qui maximos, num. 10. in fin. & seq. D. de public.*

Verùm rem hanc circà *Bald. in l. item quæritur, §. qui impleto, in 2. lectur. vers. sed quid si cõtractus, D. de locat. & conduct.* contrarium verius esse docet, quia à verbis illius legis, quæ de locatione sermocinatur, durum est recedere, vt *Glossa ibidem* dicit super alio puncto, & ideò cùm hoc in venditione expressum haùd fuerit, non debet intelligi ex tacito consensu renouari, quam opinionem communi Doctorum calculo receptam esse attestatur, & sequitur *Ruin. in consil. 78. num. 5. lib. 1.* demùmque *Boro. in consil. 152. num. 55. & 67. vers. vltrà deducta, & num. 68. vers. 2. dictum, lib. 1. Crauett. in consil. 87. num. 3.* vbi quod dispositio illius §. *qui impleto*, restringitur ad cõtractum locationis, & præcarij, quemadmodùm etiam *Alexand. in consil. 76. num. 4. libr. 5.* & comprobat *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. libr. 4. tit. 18. in fin.* dicens, si fructus alicuius agri pro certo pretio ad tempus certo tum venditi sint, eo tempore transacto ex tacito partium consensu venditionem renouatam minimè censeri, quo laudato hanc quoque sententiam amplectitur *Cancer. Variar. Resolut. par. 1. c. 14. de locatione, & conductione, num. 62.* Quorum itàque ex votis communem *ICtorum* Scholam, veritatemque ipsam assistere cùm determinatio-ne controuersiæ huiusce loci compertmus, qua declaratum fuit, contractum emptionis fructuum renouatum non censeri, tamet si illorum emptor elapso tempore in prædij possessione remanserit, quia contractus non fuit factus per modum locationis, sed potiùs emptionis, cùm à principio fuerint empti fructus vineæ.

Neque planè obstat lex illa, quæ in contrarium, tùm quia [illegible] obicem faciunt notata in *l. impleto*, in [illegible] locatione dumtaxàt loquitur, vnde ad alios [illegible] tractus extendi non debet; tùm quia etiam, [illegible] eos inter aliqua adsit similitudo, nihilò tamen [illegible] minùs in locatione de modico tractatur præ [illegible] io, quod non est in emptione, vbi agitur de [illegible] nio transferendo, quod naturalis effectus est [illegible] tionis, & venditionis, vt scilicèt dominium [illegible] e, quod venditor habet, soluto precio in em [illegible] rem transferatur, vt in §. *vendita*, Element. Iur. [illegible] rer. diuis. & in l. necessario, D. de priuat. & com [illegible] od. rei vendit. per quem effectũ naturalem [illegible] àm specificum discrimen, differt emptor [illegible] & venditionis contractus ab illo locationis [illegible] & emphyteusis.

PROLOGOMEN.

Fatalia vt appellationis in causa non currant, protestationem requiri notatur, verùm cùm notorium extat impedimentum, vel per acta publica de eo doctum est, sententiam hanc comprimi edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Protestatio requiritur, vt fatalia non currant, & num. 2.*
Restringitur, cum notorium extat impedimentum, vel per acta publica de eo doctum est, vt num. 3.
4 *Factum si non releuat, faciendum non est.*
5 Iasonis *argumenta* in l. properandum, §. sin autem vtraq; C. de Iudic. *quomodo intelligenda sint? & num. 6.*
7 *Protestatio necessariò præmittenda non est, si aliundè de diligentia constiterit.*
Item, si ex facto Iudicis impedimentum processerit, vt num. 8.

OBSERVATIO CXX.

1 ABsolutissimi iuris esse conspicimus, quòd, vt fatalia appellationis in causa haùd currant, requiritur, vt antequàm primum fatale labatur, qui à sententia Præfecti Prætorio reclamauit, se protestetur, vt causa expediatur, quam quidem protestationem satis loco impetrationis secundi fatalis haberi, inquit *Dom. Regens Reuerter. in decis. 535.* & non
2 vnam sàt esse, sed plures requiri protestationes, post alios astruunt *Thesaur. in decis. 10. num. 14. Guid. Pap. in decis. 91. Cacheran. in decis. 12. Marant. in speculo aureo, part. 6. & quandoque appellatur, num. 230.* & notat *Dom. Regens de Marinis in Obseruat. ad citatam decis. Reg. Reuerter. num. 1.* nec non *Costa de Remedijs subsidiarijs, Remed. 94. sub num. 7.* illasque modestã importunitatem appellat *Alex. in cons. 59. num. 6. vol. 4.*

3 Verùm cùm notorium extat impedimentum, vel per acta publica de eo doctum est, nullam exigi protestationem, sed ipso iure dato impedimento legitimo, & iusta ex causa proueniente facto Iudicis, instantiæ cursum impedire, ex *Cagnol. Decian. Afflict. Scrader. Osasch.* & aliorum complurium auctoritate, resoluit *Antonius de Amato Forensium Iuris Resolutionum, part. 2. Resolut. 60. num. 12.* Ex quo planè consequitur, optimo voto in cõtrouersia, an protestatio isthæc requiratur, vbi impedimentum est notorium? decisum hic fuisse, protestatione huiusmodi non
4 opus esse, vt noster *Author* testatur *hic*, dans rationem, quia facere quis minimè tenetur, quod factum non releuat, quam decisionem comprobat laudãs *Authorem* nostrum *Gallupp. in praxi S. R. C. part. 2. cap. 18. num. 9. in fine*, & concinunt notata per Iaſ. *in l. properandum, § sin autem vtraque, C. de Iudic.* quæ tamen ponderans *Aymon Crauetta in consil. 270. sub num. 3.* aduertit quod Iasonis argumenta necessitatem dumtaxàt pro-

5 proteſtandi reſpiciunt, quòd nempè non ſit neceſſe proteſtari, quòd non ſtet per ipſum actorem, quando conſtat, quòd ſtat per Ius dicentem: ſed non negat, quin neceſsè ſit apparere, quòd ſtet per Iusdicentem, & quòd Actor diligentiam omnem facere, omnemq; conatum præſtare debeat, vt cauſa tempus intrà expediatur; ſicq; idem *Crauetta* tradit, quòd *Iaſon* ſi alitèr diceret, peſſimè, & contrà omnes loqueretur, ſed dumtaxàt vult,
6 quòd præſuppoſita Actoris diligentia, & præſuppoſito omni eius conatu in expediri faciendo, ad quem modum probatur impedimentum, alia quem impedimenti proteſtatio minimè ſit neceſſaria.

7 Hinc *Creſcent. in deciſ. 5. ſub num. 2. de exception.* reſoluit, memoratam proteſtationem neceſsariò præmittendam haùd eſſe, ſed eam vtilem eſſe ad cautiùs agendum, atq; ideò ſufficere, ſi aliunde de diligentia conſtiterit, quodque per eum minimè ſteterit, ſed per Iusdicentem, quam pro-
8 fectò aſſertionem, nedùm à Doctoribus compluribus commendari refert, ſed æquiorem, communioremque eſſe addit, anteàq; dixerat *Iaſ. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, D. de nou. oper. nunc. & in citata l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic.* nec non *Caputaq.* qui etiam teſtatur eam vti æquiorem collaudaſſe Rotam in *deciſ. 73. libr. 2.* & defendit *Vantius in ſuo tract. de nullitat. Rubr. de nullit. ex defectu Iuris ordin. num. 136.* immò & communem aſſerit *Boer. in deciſ. Burdegal. 40. num. 8.* notat etiam *Afflict. in deciſ. 50. num. 5.* & omnium optimè *Ripa* eiuſmodi examinans articulum *in tract. peſtis, 3. p. 8. p. verſ. Sextò dubitat, ſub num. 19.*

PROLOGOMEN.

Probandi onus ſuſcipienti competere facultatem offerendi iuramentum deciditur ad ornatum *textus in l. manifeſtæ turpitudinis 38. D. de iure iurand.*

RERVM SVMMA.

1 *Probandi onus ſuſcipiens non habet facultatem offerendi iuramentum. Contrarium num. 4.*
2 *Viam, quam ſibi quiſque elegit, ſequi debet.*
3 *Via vna electa ad aliam recurri non poteſt.*
5 *Probationis dato termino elapſo, an audiatur, qui vult iuramentum deferre.*

OBSERVATIO CXXI.

HÆſitatur modò, an probandi onus ſuſcipiens facultatem habeat offerendi iuramentum? ex quo in *l. ſi quis iuſurandum, C. de rebus credit.* habetur,
1 quòd poſtquàm aliquis per teſtes probare tentauit, ad deferendum iuris iurandum parti poſteà confugere non poteſt, quia variauit; pro qua quidem ſententia facit *textus in l. ſi mulier, §. final. D. quod met. cauſ. in cap. cùm omnes, circà finem de Conſtit. & in cap. quod ſemèl. de regulis iuris*
2 *in 6.* vbi ſtatuitur, viam, quam quiſque ſibi elegit, ſequi debere, id quod poſt alios præconizant *Farinac. in praxi criminal. part. 6. quæſt. 175. num. 199. Barboſ. Axiom. 225. num. 1. Scacc. de appellationib. quæſt. 17. limit. 9. num. 45. verſ. Ratio. Mari Antonin. Variar. Reſolut. lib. 2. Reſolut. 17. num. 8. Nouar. Q. Q. Forenſ. lib. 1. quæſt. 44. nu. 5. verſ. Ad quodammodo,* & conſentiunt noſter *Author in deciſ. 4. num. 72. Epiſcop. Riccius in deciſ. 280. part. 2. à num. 4. & Marta de iuriſdictione, part. 3. cap. 4. num. 21.* docentes, quòd vna
3 via electa ad aliam recurri non poteſt, vt ipſe paritèr notaui in *Obſeruat. 23. num. 47. & 48.*

4 Attamen his minimè refragantibus, poſſe Actorem à teſtibus recedere, & ad iuris iurandum cõfugere, concluſum fuiſſe teſtatur *Author* noſter *hic*, ità demùm paritèr teſtatur *Præſ. Nicolaus Boerius in deciſ. Senatus Burdegal. 95.* idque ex *textu in l. manifeſtæ turpitudinis 38. D. de iure iurand.* cuius diſpoſitionem procedere tradit, etiam ſi ille, cui iuris iurandum defertur, dicat ſe intentionem ſuam per teſtes, vel per inſtrumenta probare velle. Quamobrem inſpiciendum ſuccedit.

5 Nùm elapſo termino ad probandum conceſſo, & etiam publicato in cauſa, poſſit ſi nihil probauerit, petere Reo iuris iurandum deferri, aut ſibi deferendum fore? Hac equidem in re vacillant Doctores, quin alij alijs apertè contradicunt, vt videre fas eſt apùd memoratum *Præſ. Nicolaum Boerium in citata deciſ. 95. ex num. 4. & ſeqq.* Ipſe tamèn *num. 6.* in Curia concluſum fuiſſe teſtatur, poſſe poſt omnes terminos, dilationeſque ad probandum conceſſas iuris iurandum deferri, & iurare teneri, niſi iuſtam habeat cauſam, vt quia probauit contrarium eius, quod Actor probare obtulerat, & ità latum fuiſſe arreſtum in menſe Iunij, anno Domini 1551.

PROLOGOMEN.

Exequutionem contra hæredes, quòd tales ſint minimè probato, haùd ſufficere eruditur, & regula, qua dicitur, Actori probandi onus iure imponi, nùm comprimatur? exponitur cùm alijs nonnullis.

RERVM SVMMA.

1 *Exequutio contra hæredes fieri non poteſt, niſi facta liquidatione, an ſint tales.*
2 *Qualem quis alium facit, talem illum probare debet, & è contra.*
3 *Agens ex fideicommiſſo, ſe vocatum probare debet.*
4 *Feudum aſſerens, id legitimis probationibus manifeſtare debet.*
5 *Actor intentionem ſuam fundare debet, etiam ſi ſuper negatiua fundaretur.*
6 *Probandi onus Actori imponitur. Reſtringitur, quando Reus excipiendo aliquid in iudicio aſſeuerat, vt num. 7.*
8 *Inſtitutor non præſumitur, niſi probatur.*
9 *Probatio dubia Actori non prodeſt.*
10 *Inſtitutor ſocietati tacitè, & expreſsè proponi poteſt.*
11 *Socij ex inſtitutoris contractu obligantur. Intelligitur vt num. 12.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO CXXII.

VVlgatum illud, sed insigne enunciatū (vino vendibili non opus est hellera) quadrat bellissimè huic decisioni, in qua disertè admodùm ab *Authore* nostro edisseritur, quòd exequutio contrà hæredes fieri haùd possit, non probato quòd sint tales: compertum quidem est, atque nostrorum ICtorum omnium per ora volitat, quod qui aliquem talem esse dicit, id probare debet, quemadmodū pariter, quando quis talem se facit, vt omnium primus edocuit *Bartol.* per illum *textum in l. nō ignorat, C. de accusat.* quem laudamus in *Obseruat.* 89. alijsque omissis laudat *Dom. Regens Capycius Latro in sua consultat. 73. num. 11. tom. 1.* nec non post alios *Peregrinus de fideicommissis, articul. 43. num. 60.* probans, agentem ex fideicōmisso, se vocatum probare debere, & comprobat nouissimè *Dom. Caietanus Ageta in fori feudalis Epitome, Assert. 10. §. 1. lit. A.* vbi quòd feudū asserens, id legitimis probationibus manifestare habet, rationem adijcens illic in *Apostilla*, quia Actor intentionem suam fundare debet, etiam si super negatiua fundaretur, ex *Dom. Reg. Rouito super Pragm. 1. nu. 176. de tit. abus. inscrib. subl.* ex quibus ipse etiā dixi *in Obseru. 14. n. 2.* Actori enim regulariter probādi onus, siue per testes, siue per instrumenta, iure imponitur, quoniā ipse, tanquàm affirmans aliquid iuris, vel facti in iudicio, id quod asserit, legitimis probationibus in iudicio dilucidare debet, etsi etiam quandoque probandi onus Reo incumbat, vndè dicta regula, Actoris onus probandi esse, restrictionem recipit, sicquè fallit, cùm Reus excipiendo aliquid in iudicio asseueraret, atque ad sui iuris defensionem allegaret, quo casu, quia Reum Actoris vices gerere dicitur, suam exceptionem, ex qua aliquid in iudicio ponitur, non ab re probare tenebitur, *l. si pactum 9. l. quingenta 12. l. quoties 18. vers. qui dolo, l. in exceptionibus 19. cùm similibus, D. de probationib. l. vt creditori & l. exceptionem 19. C. eodē titul. de probationib. l. si extraneus 6. D. de conditionē caus. dat. & l. non est verisimile 23. D. de eo quod metus causa.*

Hinc fit, in Rituatorem minimè præsumi, nisi probationibus illustretur, *vt Baldus* inquit *in l. 1. C. de exerc. action.* quem sequuntur *Dom. Regens Capycius Latro in allegata Consultat. 73. num. 12. alij quos Rota Genuens.* recenset *in decis. 14. num. 7. vbi etiam, quod* probatio dubia esse non debet, sed certa, & clara, siquidem dubia probatio *de probationi Capycius Latro vbi supra, num. 13. & 14. gens Capycius Latro vbi supra, num. 13. & 14. vbi quoque* tati posse cā *Dom. Consa* cietatem mer *quòd* vtroq *omnes obser* exercit. *act* quemadmodū *Cassetens. cum* laudatus *Dom.* cato.

PROLOGOMEN.

Protestatio contraria facto vt non releuet, etsi compertum in iure sit, nonnullis tamèn in casibus restringi posse notatur.

RERVM SVMMA.

1 *Protestatio contraria facto non releuat.*
Intelligitur, quando actus ille verè est contrarius, vt num. 3.
Itèm, quando factum totum à protestantis volūtate non pendet, vt num. 10.
Limitatur, quando fit ad mentem, præsumptionemq; tollendam, quæ ab ipso facto contrario resultaret, vt num. 2.
Sic quoque, quando actus ille cùm protestatione compati potest, vt num. 4.
Prout etiam quando factum à sola, meraq; protestantis voluntate dependet, vt num. 11.
5 *Factum contrarium non dicitur, quando ad abundantem cautelam quid fit cùm protestatione.*
6 *Possessionem propria authoritate qui intrare potest, si eam à Iudice petat cùm protestatione iuris sibi competentis adipiscendi propria authoritate, ius intrandi, adipiscendiq; propria authoritate conseruat.*
7 *Positioni respondens cùm protestatione litem non contestandi, sibi non praiudicat circà litis contestationem.*
8 *Comparens coràm Iudice in eum non consentitur, cùm protestatur de non consentiendo.*
9 *Appellans viua voce, saluo iure appellandi in scriptis, facultatem prædictam retinet.*

OBSERVATIO CXXIII.

POssemus præsenti in decisione absque Obseruationibus pertransire, eo quia nōnulla ad exornationē disputatæ hic quæstionis sparsim his in nostris *Theorico-Practicis Obseruationibus* extricauimus; Verū enimuerò, nè sicco pede pertransire videamur, adnotare haùd grauabimur, traditum per *Authorem* nostrum *hic in fine* quòd protestatio contra-
1 ria facto non releuat, procedere, cùm protestatio fit, vt factum contrarium tollat, tunc enim non releuat, secùs uerò si fiat ad mentem, præsumptio-
2 nemquè tollendam, quæ ab ipso facto contrario resultaret, nàm tunc benè operatur, & valet, vt rectè idem noster *Author* notat *ibidem*, & obseruat *Cardinal Thuschus Practicar. Conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 944. num. 38.* adducens *Alexand. in consil. 130. num. 16. vers. quia vt dicit, libr. 4.*
3 Itèmq; procedere dicimus, cùm actus ille verè est contrarius, ità vt compati cùm protestatione non possit, adnotata per Me ipsum in *Obseruat. 49. num. 62. & in Obseruat. 117. num. 29.* Si verò compati possit, tunc profectò secùs dicendum est,
4 vt *Surdus* tradit *in consil. 143. num. 58 & 59.* aiquè ideò actus dubius à protestatione recedere minimè facit, *Bartol. in l. non solum, §. morte, nu. 29. vers. & tunc*, illic pariter *Alexand. num. 15. & 16.*

& 16. & 1 *asf. num.* 14. *D. de noui oper. nunciat.* quorum relator, & sectator est etiam *Card. Tuschus in citata concluſ.* 944. *num.* 33. & dubio procùl quando actus ille sit cùm protestatione de non recedendo, nàm quando ad abundantem cautelam quid fit cùm protestatione, factum contrarium non dicitur; Scitum enim est, quòd si quis propria authoritate possessionem intrare potest, & tamèn eam à Iusdicente petit cùm protestatione iuris sibi competentis adipiscendi propria authoritate, licèt factum protestationi contrarium videatur, nihilò seciùs protestatio valet, & ius intrandi, adipiscendique propria authoritate conseruat, vt in specie consuluit *Alexander in suo consil.* 129. *col. vltim. verſ. Item respondeo, vol.* 4. Idquè fit euidentiùs ex eo, quod affirmamus de eo, qui aduersarij positioni respondet cũ protestatione litem non contestandi, quo in casu protestatio attenditur, tametsi factum sit contrarium, vt decidunt *Gloſſa, Bartolus*, cæteriquè *ICti* scribentes *in l.* 1. *C. de litis conteſtat.* Itèmq; de eo, qui coràm Iusdicente comparet, sed protestatur de non consentiendo in eum, vt notatur in *cap. Cumana, de election.* & tradit *Angel. in l. nõ videtur, de iudicijs*, Atque demùm de eo, qui viua voce appellat, saluo iure appellandi in scriptis, licèt factum protestationi contrarium videatur, protestatio nihilominùs releuat, *Bartol. in l. cùm procurator*, §. *Dominus, D. de noui oper. nunciat.*

Præterea, traditum illud, quòd protestatio cõtraria facto non releuat, locum obtinere comperimus, quando factum totum à protestantis voluntate non pendet, ad notata per Doctores in *l. alimenta, C. de negot. gest.* docetquè *Cravett. de antiquitate tempor. Rubr. de ſcriptura priuata, verb. vidimus de verbis, num.* 75. & *ſeq.* & cum antè *Iaſon. in l. non ſolum*, §. *morte, num.* 26. *D. de noui oper. nunciat.* quorum opinionẽ in iudicando, & consulendo veriſſimam probat *Scacc. de iudicijs, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 58. aliosquè congerès amplectitur *Gaitus de credito, cap.* 2. *tit.* 8. *n.* 2677. & approbant *Card. Tuſchus in allegata concluſ.* 944. *num.* 41. & *Menoch. de præſumptionib. libr.* 1. *præſumpt.* 97. *num.* 26. & *libr* 3. *præſumpt.* 45. *num.* 22. secùs verò cùm factum a sola, meraquè protestantis voluntate dependet, tunc enim attenditur protestatio contraria facto ipsius protestantis præiudicium, *Bartol. in l. qui in aliena*, §. *Celſus, D. de acquir. haredit.* & *in d. l. non ſolum*, §. *morte, num.* 17. *D. de noui oper. nunciat. Alexand. consil.* 7. *num.* 12. *verſ. nec obſtat, Petrus de Ancharan. consil.* 33. qui hac vtitur distinctione.

PROLOGOMEN.

Diem primum ad DEI honorem feriatum post interpositam appellationem haùd currere probatur, nec termini diem ipso in termino computari ex receptiori, verioriq; sententia annuitur indè, præsertim cùm in termino adiungitur dictio *A*, vel *Ab*, quæ separationem denotat.

RERVM SVMMA.

1 *Dies primus ad DEI honorem feriatus post interpoſitam appellationem non currit. Ampliatur vt num.* 5.
2 *Dies in computationis exordio vtilis eſſe debet, licèt tempora ſint continua, & num.* 3.
4 *Tempus decendij ad appellandum indultum ab initio vtile eſt, continuum verò quò ad proceſſum.*
6 *Dies termini non computatur in termino, & num.* 7.
8 *Dictio* A, *vel* Ab, *excluſiuè in termino ponitur, cui adiungitur. Contrarium num.* 10. *Declaratur vt num.* 11.
9 *Dictio* A, *vel* Ab, *pro* Post *ponitur.*
12 *Statutum mandans, vt à pulſu campanæ de sero nullus cùm armis incedat, vel per vicos vadat ſub certa pœna, quomodo intelligendum ſit.*
13 *Arma deferre post duas noctis horas pulſatas nemo poteſt per Ciuitatem Neapolis, & num.* 14.
15 *Arma deferre quòd nemo poſſit poſt duas noctis horas pulſatas abſque lumine, vbique ſeruatur.*
16 *Campana, ad cuius ſignum arma portare prohibetur, ſi fracta ſit, nùm aliquam mereatur pœnam, qui poſt ſtatutum tempus arma deferre inuentus erit.*

OBSERVATIO CXXIV.

HAùd herclè illaudandus euenit locus iſte, sed semper extollendus, definit enim, quòd primus dies ad DEI honorem feriatus post interpositam appellationem non currit, tanquàm vtilis; scitum namquè est de Iure communi Romanorum, licèt in temporum computationibus, iuxtà terminos in negotijs præscriptos, tempora sint continua, vt dies etiam feriati, & festiui quandoque intercedentes, computentur, à principio tamèn, & computationis exordio dies vtilis esse debet, qualis profectò haùd esset eo casu dies festiuus, & ad DEI honorem feriatus, vt in terminis in materia dierum datorum ad appellandum expresè præcepit *Vlpianus l. C. in l. ſiquidem* 1. §. *dies autem iſtos, D. quando appellandum ſit*, & *Bartol. ibi in ſumma* deduxit, quòd appellationis tempus est vtile quò ad initium, continuum quòad proceſſum: quamquè quidem partem in terminis appellationis in specie probarunt *Doctores in dict.* §. *dies autem iſtos*, nec non *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 40. & ità Cameram Imperialem tenuisse testatur *Mynsing. centur.* 2. *Obſeruat. cap.* 2. id quod denique procedere affirmamus, etiam cùm maior pars dilationis, temporisquè præfixi feriata foret, vt tunc dies illi feriati ab ipsa dilatione deducantur, nàm aùt initium vtile esse debet, aùt continuum, ità vt curat de momento ad momentum, si vtile, nihil refert, an plures dies, vel vnus sit feriatus, sicquè si maior, vel minima dilationis pars esset feriata, cũ vtroque in casu deduci deberent.

6 Hinc

Digitized by Google

6 Hinc probe colligeat, quod idemmet noster *Author* tradit *hic num.* 3. quòd nempe dies termini non computatur in termino, quod equidem *Ioanna II.* huius nostri Regni Neapolis Regina expresse tanxit in *Ritu M.C.V.* 123. ibi, *dies, quo fit citatio, non computatur in termino,* & ex *Ritu* 119. iuxtà *Caraccioli ibidem*, atque ità vbique seruari in Regno, & consuetudine receptum dixerat *Iason in l. 1. num.* 2. *D. si quis caution.* firmat *Didac. Perez in l. 1. titul. 2. lib. 3. Ordin. col.* 828. pariterque *Soccin. in Regul.* 16. cæterique, quos commemorat *Alexander Trentacinquius Variar. Resolut. lib. 2. titul. de dilationib. cap. 1. sub num.* 3. & comprobant *Card. Tuschus Practicar. Conclus. lit. D. Conclus.* 409. & *lit. T. conclus.* 6. *Guttierez QQ. Practic. lib. 2. quæst.* 154. *Parlador. Quotid. Resolut. libr. 2. part. 5. cap. final. §.* 10. *num.* 3. *Tiraquell. de retract. lignag. Gloss.* 11. *à num.* 17. *Petrus Frederic. Myndan. de proces. & mandat. lib. 2. cap.* 18. quos sequitur *Dom. Consiliar. Petra in Commentar. super Ritibus M.C.V. com.* 1. *Rit.* 119. *per tot.* & latè ex alijs compluribus exponit *Dom. D. Cæsar Calà de feriis, quæst. 4. ex num.* 518. qui nimo etsi contrariũ sentire videantur nonnulli, quos idem *Alexand. Trentacinqu. d. l.* recenset, assertio tamen isthæc citrà dubium verior apparet, & multorum Tribunalium voto, ac decisione, siue arresto comprobata, præsertim decisione Cameræ Imperialis 7 apùd *Mynsinger. Obseruat.* 25. *cent.* 5. Senatus Gratianopolitani apùd *Guid. Pap. decis.* 271. Rotę Spirensis apùd *Gasparem Gulielm. decis.* 94. part. 3. Rotæ Romanæ apùd *Tholomeum decis.* 763. *part. 3. lib. 3. diuersor.* Senatus Cathaloniæ apud *Fontanell. decis.* 409. *num.* 3. & 15. memorem styli huius Regni, & Regni Aragoniæ penès Petrum *Molin. in prax. Iudic. proces. crimin. absentiæ, vers. Aduerte, fol.* 331.

8 Vndè eò fortius procedere id dicimus, cùm in termino adiungitur dictio *A*, vel *Ab*, quia dictio illa exclusiuè in termino ponitur, cui adiungitur, separationẽ denotando, vt *Glossa* tradit *in l. datio* possessionis, 3. §. *final. verb. à Brunduſio*, *D. de actionib. empt.* quam sequitur noster *Author hic dict. num.* 3. & comprobat alios congerens in quoque *Card. Tuschus in citata lit. D. concluſ.* tom. 1. *Disceptat. forens. cap.* 161. quemadmodùm 238. *num.* 10. *Barbosa de dictionib. vsufrequentib. dict. A, vel Ab, num.* 6. vbi de Authore nostro haùd immemor fuit, *Flamin. Pariſ. de resignatione Benefic. libr.* 12. *quæſt.* 8. *num.* 8. *Cened. singular.* 1. *num.* 11. *cùm seq. impreſſ. poſt libr. Canonic. & Practic. QQ. Octauian. Vulpel. ſub dict. Diction. A, vel Ab, num.* 6. *Polidor. Ripa Obſeruat. Singular. Obſeruat.* 376. *& in tract. de nocturno tempore, cap.* 63. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *Gloſſ.* 11. *num.* 51. *cùm seqq. Ioseph Vela Diſſert. Iur. Diſſert.* 18. *num.* 16. propriè enim 9 loquendo dictiones istę *A*, vel *Ab*, pro *Post* ponuntur, quæ quidem est separatiua diem illum, cui adijcitur, haùd comprehendens, vt *Pomponius I.C.* scribit *in l. ſi ità fuerit libertas* 41. *D. de manumiſſ. teſtament.* iuncto *Vlpiano I.C. in l. ſicut legetur* 51. *D. de legat. & fideicommiſſ.* 1. & obseruant *Salyc. in l. ſi pacto quo pœna, num.* 11. *vers. hanc opinionem, C. de pactis, Cened. d. Singul.* 1. *num.* 24. *Surd. decis.* 282. *num.* 8. *noster Author vbi ſupra, num.* 6. *Barboſ. l. c. num.* 11. *Bertach. in ſuo Repertor. verb. Ab. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. Et poſteà, num.* 21. *C. de reuocand. donation.* nec nõ huiusce assertionis testis est *Cicero* latinæ eloquentiæ lumen 1. *Acchad.* 66. ibi, *Qui quartus ab Archeſila fuit.* Idem *prò Mil.* ibi *Centeſima lux eſt hac ab interitu P. Clodij.* Idem 3. *de orat.* ibi, *Qui annus ei primus ab honorum perfunctione omnium conceſſu aditum ad ſummam auctoritatem dabat.* Idem *de ſenect.* ibi, *Cuius à morte hic tertius, & trigeſimus eſt annus.* quemadmodum, & quoque *Liuius* 3. *ab Vrbe condit.* ibi, *Neque hoſtium à tergo in cursũ vidit.* vndè dicimus, secundum locum à Regibus obtinebat, id est, post Reges, *l.* 2. §. *quod ad Magiſtratus attinet, de origin. iur.*

10 Etsi autem plerique ex Nostratibus isthac à sẽtentia, quòd nempè dictiones huiusmodi *A*, vel *Ab*, exclusiuè ponantur, alieni esse videantur, vt videre fas est apùd *Tiraquell.* & *Cened. in locis ſuprà indicatis*, ità nihilominùs ad concordiam 11 reduci posse opinamur, quòd scilicèt, vbi de legis mente nõ apparet, animaduertendum est, nùm statuti dispositio sit odiosa, & ad condemnationem, pœnamuè tendens? an verò sit fauorabilis absoluens, & in libertatem quodammodo redigens? Si primum, dictiones huiusmodi stant exclusiuè: si secundum, stant inclusiuè, habent enim separationis naturam, dummodò subiecta materia, fauor, odium, aùt disponentium mens alitèr non suaderet, quoniam tunc stant inclusiuè, vt ex *ICtorum* complurium auctoritate exarat idem noster *Author in citat. cap.* 161. *num.* 19. *& seq.* & ex alijs extricat paritèr *Cened. in d. Singul.* 1. *num.* 10. quapropindè stante statuto, vt à pulsu 12 campanæ de sero nullus cùm armis incedat, vel per vicos vadat sub certa pœna, statutum illud intelligendum quippè est post finitum campanæ pulsum, exclusiuè scilicèt, cùm ad condemnationem, & pœnam tendat; si verò statutum dictaret, vt à pulsu campanæ de mane quilibet cùm armis incedere, vel exire possit, intelligitur, vbi campana pulsari cœpit, inclusiuè scilicèt, quia est fauorabile, pro vt in specie concludit *Polidor. Ripa in memorato tract. de nocturno tempore, cap.* 63. *nu.* 46. post *Firman. in ſuo Repertor. lit. A. vers. Hanc theoricam iuris*, & consultus respondit *Author noster vbi ſupra, num.* 23. *& seqq.* qui paritèr alijs in casibus consimilibus verba facit.

13 Quamobrèm hic adnotare haùd piget, hunc Fidelissimæ Ciuitati Neapolis in Campanili Sancti Laurentij pergrandẽ præcæteris campanam extare, ad cuius signum à prima ad secundam vsque horam tintinnatim pulsata monentur Ciues eousq; ipsis arma ferre licere, deinceps prohibetur arma portare per Ciuitatem Neapolis post dictum tempus, prouisum 14 quòd cuilibet prohibeatur arma portare per Regiam *Pragmat.* 1. *ſub titul. de armis*, vbi doctissimus enucleator *Dom. Regens Rouitus num.* 4. tradit prouisionem hanc nedùm esse in viridi obseruantia in Ciuitate Neapolis, sed ferè per totum Orbem; nàm vbiq; eo tempore pulsatur cãpana insignum, quòd pulsata iàm sit secunda no- 15 ctis hora, postquàm absque lumine incedere non licet, *Bartol. in l. qui duos, §. final. in fin. D. de manumiſſ. teſtament, Capoll. in l. quis ſit fugitius Labeonem, num.* 7. *D. de ædilit. edict.* vbi limi-

limitat,cùm quis iusto errore ductus contrauenireret,ad quæ tamèn videas *Bouad. lib.1. polit.cap.13.num.5.& seqq.Borrell.de Magistr.edict.libr.3.cap.9.* Verùm tracta illa Campana, quod sœpè
16 contingit, vtrùm aliquam mereatur pœnam,qui post secundam horam arma deferre inuentus erit? adeundi sunt *Bartol. Bald.* alijque, quos citat *Additio prima ad Abb.in cap.1. de offic.custod.* & conferunt, quæ *Ripa* scripsit *in tract. de noct. tempor.cap.7. num.* 15. atque videndi etiam sunt *Azor.Instit.moral.libr. 1. cap. 26. in princ.& Dom.Cõsiliar.Francisc. Mar. Pratus Practic. Obseruat.lib.1.obseruat.40.num.38.*

PROLOGOMEN.

Hypothecæ prioritas vt tàm agendo, quàm excipiendo prosit aduersùs agentem Saluiano interdicto,pro absoluto firmatur,si de anteriori hypotheca incontinenti doceatur : & quomodo incontinenti hoc intelligatur? exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Saluianum interdictum contra habentem anteriorem hypothecam intentari non potest.*
Intelligitur, si de anteriori hypotheca incontinenti doceretur,vt num.3.
2 *Hypothecæ prioritas tàm agendo, quàm excipiendo prodest.*
4 *Exceptio altiorem indaginem requirens in Saluiani iudicio opponi non potest.*
5 *Saluianum interdictum tollitur,si incontinenti de non iure Actoris doceretur.*
Vel si statim incontinenti doctum fuerit de dominio, vt num.7.
6 *De non iure Actoris quomodo constare dicatur.*
8 *Dominium probatum non dicitur, quando instrumentum emptionis illius rei ostenditur,nisi etiã probatur de iure, & dominio venditoris.*
9 *Bona aliena vendi possunt.*
10 *Dominium de præsenti ex dominio de præterito non probatur.*
11 *Dominium nùm probatum dicatur per locationis instrumentum.*
12 *Incontinenti aliquid probare quomodo intelligatur, & num.13.& 14.*
Quod à Iudicis arbitrio totum dependet, vt nu.15.

OBSERVATIO CXXV.

SEctandam omni amoto scrupulo arbitramur huiusce loci conclusionem, qua in
1 controuersia,nùm saluianum interdictum intentari possit contrà habentem anteriorem hypothecam? determinatum fuit negatiuè, vt noster *Author* testatur *hic*, & nonnullas consimiles Sacræ Rotæ Romanæ decisiones recensens sequitur *Statil.Pacificus in suo tract.de Saluiano interdicto,inspect.3.cap.2.num.441.& seq.* & alias paritèr eiusdem Sacræ Rotæ decisiones coadunans comprobat in *inspect.5.cap.1. num.6. & seq.* vbi quoque nominatim extollit hanc præsentis loci determinationem : cuius equidem de-
2 terminationis ratio ea est,quia hypothecæ prioritas non solùm agendo,sed etiam replicando, & excipiendo prodest, vt *Martianus l. C.* expressè docet *in l.Creditor, qui prior 12.in princ. D. qui potior. in pignor.hab.*& ex *Neguſant.* notat præcæteris *Ioan.Domin.Gaitus de credito, cap.4. quæst.11.sub num.1538.* Hoc tamèn intelligen-
3 dum est, quatenùs de anteriori hypotheca incontinèti doceretur,etenim si altiorem requireret indaginem,tunc secùs dicendum fore euenit, propterea quod in saluiani iudicio exceptio altiorem
4 indaginem requirens opponi non potest, vt per *Sarmient. de reddit. Eccles. part.3.cap.2.nu.22. & 33.* qui de communi ICtorum calculo attestatur,& post alios,quos referunt, astruunt *Menoch. de adipiscenda possessione,Remed. 3. nu. 180. Pacifeus in indicato tract.de saluiano interdicto,inspect.2.cap.2.num.42.*

5 Quemadmodùm paritèr tollitur saluianum interdictum, si incontinenti de non iure Actoris doceretur,veluti si per instrumentum rem illam abeo venditam,vel donatam fuisset doceretur,vel si per sentẽtiam de ea priuatus fuisset,& per similia, vt post nonnullos per eum ad id adductos tradit *Rip.in l.naturaliter,§.nihil commune,nu.35.de acquirend.possess.*adijcens, assertionẽ hanc esse communitèr à Iurisprudentiæ peritorum votis approbatam, alioſque infinitos id firmantes quoq; cumulat *Gabr.de restitut. spoliat. conclus.1.num.87.& 94.*multaque adducit *Neuiz. in consil.81.num.32.*& latè per *Surd.in consil.166. num.26.libr.2.*quos insectatur *Pacific. in allegata inspect.5.cap.1. num.1.*quomodo autem de nõ
6 iure Actoris constare dicatur? consule eumdem *Pacific.vbi supra inspect.1.cap.4.nu.66. & seqq.* latè quæsitum hoc extricantem ; Illud tamèn prætereundum haùd est, quòd per publicum instrumentum de non iure alicuius constare minime dicitur,quotiescumque aliquid colorata, vel velata ratione eum contrà opponi potest, pro vt *Ripa* docet *in l.4.§.condemnatum,num.17.de re iudicat.*

7 Idemq;foret,si statim incontinẽti doctum fuerit de dominio,tunc enim paritèr hoc saluiani interdicti remedium euitatur, vt per *Card.Puteum in decis.233.lib.3.Boerium in decis.238. num. 5. & Afflictum in decis.14.num.4.* qui ità conclusũ
8 tradit; Haùd tamen probatum diceretur dominiũ si incontinenti instrumentum emptionis illius rei ostenderetur,nisi etiam probetur de iure, & dominio venditoris, cùm aliena bona vendi etiã
9 possint,docente *Vlpiano I. C.in l.rem alienam 28.D.de contrah.empt.*ibi *Rem alienam distrahere quem posse nulla dubitatio est, nàm emptio est,& venditio.*nec ex dominio de præterito pro-
10 batur dominium de præsenti, vt *Corn.* obseruat *in consil. 24.num.6.& seq.lib.4.*nec demùm do-
11 minium per locationis instrumentum probatum diceretur,vt *Afflict.*in puncto post alios decidit *in decis.14.num.8.*restringens id quando alia cõcurrerent adminicula.

12 Cardo enimuerò vertitur in discernendo, quomodo incontinenti hoc intelligatur? hac enim in exhitatione tripartita sunt Iuris professorum placita, totidemque diuersæ sententiæ. Prior est, incontinenti dici,si intrà tempus fiat, intrà quod causç processus expediri deberet. Secunda opinio censet,incontinenti dici,tres intrà dies. Posteriòr

verò

verò existimat, incontinenti dici, intrà vnum diē, & antè quam ad extraneos actus deueniatur; de quibus omnibus effuso sermone discurrit *Menochius de recuperanda possessione, Remed.* 1. *à num.* 251. *& seqq.* nec non *Bero. in cap.* 1. *num.* 38. *de restitut. spoliat.* qui etiam recensitas hasce omnes ICtorum sententias refert, licèt ipse teneat, quòd incontinenti verè dicatur, infra eadem die antequàm ad extraneos actus deueniatur: verùm *Menoch.* eum reprobat, & meritò quidem: sed ad hoc propositum *Neuiz. in consil.* 56. *sub num.* 8. dicit, quòd aliquando infrà octo dies, aliquando infrà decem, aliquando infrà duos menses, pro vt *Bartol.* tenet *in l.* 2. *in princip. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* cùm alijs per eum congestis, & aliquando per decem annos secundùm subiectam materiam, vt per *Ias. in l. final. n.* 153. *C. de iudic.* Verior ergò videtur opinio, & sanè amplectenda, quòd prudenti Iusdicentis arbitrio relinquatur, vt peroptimè memoratus *Menochius* tradit *ibidem, num.* 259. iterùmque in suo *tract. de Arbitr. Iudic. centur.* 1. *lib.* 2. *cas.* 12. *num.* 40. vbi assertionem hanc magis communem esse præconizat, pro vt quoque *Tesaur. in decis.* 77. *nu.* 3. & se subscribunt *Contard. de momentan. possess.* limit. 12. *n.* 7. *Tiraquell. in l. si vnquam, in verb. Omnia. sub num.* 31. *de reuoc. and. donationib. & Guid. Pap. in decis.* 132. *num.* 2.

PROLOGOMEN.

Viri hæredes, si dotis restitutionem retardent, ad eius interesse teneri decidit, vbi mulier totum suum posse fecit pro dotis recuperatione, secus verò ipsis morosis minimè existentibus, quo casu nec vsuras, vel aliud quidquam recipere potest vidua ex causa dictæ dotis non solutæ, etiam interueniente præmortui mariti dispositione grauante hæredes, vt quid vsurarū nomine post lapsum anni luctus curriculum soluatur, donèc dos soluta fuerit; Hinc deducitur, vsuras tali casu si solutæ fuerint, in dotis sortem imputari, & mulierem, si post mariti obitum ingressa fuerit tenutam bonorum ipsius, & fructus percepisset, & consumpsisset, illos in dotis sortem compensare teneri; Cum autem viduæ post annum interesse debetur ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, præsumptiuam probationem, quę ex loci qualitate resultat, vt putà quia in eo passim occasiones collocandi ad lucrum pecunias inueniuntur, haùd sufficere demonstratur, cùm lucrandi idonea occasio concludentèr, & in potentia propinqua requiratur. Verùm prædicta omnia attento Iuris rigore procedere notatur, secùs verò vbi statuto, vel consuetudine cautum esset, viduæ deberi interesse ex retardata dotis solutione, prout præsertim definitum extat in Ciuitate Neapolis per *Consuetud. Hadesque mariti, sub titul. de iure dotium*, quod fusè extollitur, comprobaturq;

RERVM SVMMA.

1 *Vsura in toto Christiano Orbe prohibentur.*
2 *Hares viri, si dotis restitutionem retardet, ad eius interesse tenetur.*
Intelligitur, vbi mulier totum suum posse fecit pro dotis recuperatione, vt num. 5.
Limitatur, si statuto, vel consuetudine cautum sit, viduæ deberi interesse ex retardata dotis solutione, vt num. 41.
3 *Dotis interesse matrimonio constante viro debetur ad eius onera ferenda, & num.* 4.
6 *Vidua cùm viri hæredibus pacto caueri potest, vt pendente dotis solutione aliquid interim soluatur.*
Declaratur, dummodò his legibus, & conditionibus, quas reliqui obseruant, dum lucrum cessans, aut damnum emergens petunt se subijciat vt num. 7.
8 *Lucrum omne vltra debitum, vbi interesse non inuenitur, vsura est.*
9 *Non esse, & non probari paria sunt.*
10 *Vidua ex causa dotis non solutæ vsuras recipere non potest viri hæredibus morosis minimè existentibus, & num.* 11.
12 *Vidua post annum luctus ipso iure interesse non debetur, sicùt viro constante matrimonio.*
Contrarium num. 14. *&* 15.
Prima opinio verior vt num. 16.
13 *Dispositio* textus in cap. Salubriter, de vsuris, *in viro tantum procedit.*
17 *Vxori interesse non competit, si maritus in testamento aliquid relinquat, donec dos ei soluatur, & num.* 18.
Comprimitur habito respectu ad lucrum cessans damnumq; emergens vt num. 19. *&* 21.
20 *Actus in dubio fœneratitius iudicari non debet.*
22 *Vxor dotis emolumentum recipere potest, vbi dotem tali in instrumento maritus promisisset, dotem penès se tenere, saluare, & custodire tam constante, quàm soluto matrimonio, & in omnem casum dotis restituendæ restituere mulieri, vel suis hæredibus, alias ad damna, & interesse teneri.*
23 *Dotis interesse si post annum luctus vidua solutum fuerit, in sortem imputatur.*
24 *Solutum pro indebitis vsuris directò in sortem computatur.*
25 *Vxor percipiens fructus ex bonis viri prædefuncti, donec dos sibi restituatur, illos in dotis sortem computare tenetur, & num.* 26.
27 *Vxori interesse dotis non solutæ ex causa lucri cessantis non debetur, quando pignus bonorum mariti penès se habuit.*
28 *Interesse, vt vidua post annum luctus debeatur ratione damni emergentis, & lucri cessantis concludentèr probandum est.*
29 *Interesse nō probatur ob paratas annuorum introituum emptiones, & frequentes occasiones implicandi pecuniam ad lucrum.*
30 *Interesse* sufficientèr probatum *non* dicitur ex *præsumptiua probatione, quòd emptiones frequententur in ea regione, & num.* 40.
31 Iudex *vidua* constituens *interesse* post moram *dotis non* soluta ex causa *lucri cessantis* absq; *alia probatione* malè facit.

Vi-

Digitized by Google

32 *Vidua petens interesse dotis non soluta ratione lucri cessantis, lucrum concludenter, & in potentia propinqua probare debet, pro vt in alijs non solitis negotiari, & num.* 34.

33 *Probatio præsumptiua ex loci consuetudine, in quo frequentes sunt lucrandi occasiones, admittitur in solitis negotiari.*

35 *Interesse vt debeatur non sufficit constare, tales lucrandi occasiones adfuisse, sed requiritur, vt illæ idoneæ sint, & num.* 36.

37 *Tutor an teneatur ergà pupillum de eo, quod potuisset lucrari emendo census.*

38 *Emptiones paratæ etsi semper sint in Ciuitate Neapolis, minimè tamen sunt idoneæ.*

39 *Exactio reddituum nùm in Regno difficilis sit.*

42 *Hæredes mariti ergà eius vxorem ad quid teneantur in Ciuitate Neapolis.*

43 *Statutum disponens, vt detur vidua interesse post annum luctus ex retardata dotis solutione licitum est, & num.* 48.

44 *Statutum debitori morosò pœnam imponere potest.*

45 *Lex, vel statutum interesse illiquidum taxare potest, de quo constat per probationes, vel coniecturas.*

46 *Argumentum à communiter accidentibus validum est.*

47 *Vidua interest, vt sibi dos subitò restituatur.*

49 *Interesse dotis, & antefati quomodò taxetur in Ciuitate Neapolis.*

50 *Mulier, quæ maius passa est interesse ob retardatam antefati solutionem, potest vltra quinq; pro centenario exigere, & num.* 51.

Contrarium decisum traditur num. 52.

53 *Capitale antefati in pecunia constituti, nùm sit in vxoris electione exigere, vel ipsius interesse.*

54 *Mulier an pro vsufructu antefati impedire possit solutiones faciendas creditoribus in actione personali, si cauta remaneat super alijs effectibus, licèt extrà Ciuitatem.*

OBSERVATIO CXXVI.

1 ANtichresim, siue prauitatem fœneratitiã à legibus damnatam (etenim in ambiguũ est omni iure, vsuras in toto Christiano Orbe prohiberi, vt ex grauissimorum Theologorum, nostræquè Iurisprudentiæ Peritorum auctoritate Ipsemet probaui in meo priori *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 17. *num.* 111. quod etiam antiquitùs indictum fuit, apùd veteres nàmque Sapientes pro Reipublicę regimine ex duodecim Tabulis, ad certã sũmam pecuniarum fœnus, nè ampliùs fieret, statutum fuit, vt *Tacitus* refert *libr.* 6. *Annal.* cuius haùd immemor Ipse fui in allegato §. 17. *sub nu.* 112. quo in loco in detestationem vsuræ criminis complura scripsi, & hanc pestem è Reipublicæ visceribus ejciendam esse tradidi) haùd continet præsens decisio in eius controuersia definiens,

2 viri hæredem nullam habentem iustam litigandi causam, retardandique dotis restitutionem ad eius interesse teneri: altercandum enim minimè est, stante mora dari dotis interusurium, nàm

3 tametsi hoc in casu de dotis interesse matrimonio constante debito ad eius onera ferenda haùd agatur, quo casu ex æquitate *cap. salubriter, de vsuris*, illud viro deberi traditur; sed agitur soluto matrimonio, quo tempore subiectum, titulusque

4 dotis, ac basis fundamentalis deficit, quæ est onerum matrimonij sustentatio, propter quam vsuræ dotales debentur, vt communiter notant Doctores in citato *cap. salubriter*, & obseruant alijs relatis *Gratian.* Author noster *Discept. forens. tom.* 4. *cap.* 700. *num.* 57. *Merend. Controuers. Iur. lib.* 2. *cap.* 40. *Ciryac. Controuers.* 542. *num.* 1. *Merlin. de pignorib. & hypothec. libr.* 3. *tit.* 2.

5 *quæst.* 51. *num.* 37. nihilominùs, vbi mulier totum suum posse fecit pro dotis recuperatione ab hæredibus viri, tunc vsuras, siue interesse exigere permittitur, vt Rota Romana tenuit in multis causis, & signantèr in Romana, seù Cæsenaten. fructuũ dotis, die Iunij 1603. coràm Litta, cuius memor est *Marescott. Variar. Resolut. libr.* 2. *cap.* 83. *nu.* 48. & notabiliter docet *Thomas Grammatic. in decis.* 103. *num.* 92. quinimò cùm illis pacto con-

6 uenire poterit, vt pendente dotis solutione aliquid interim soluatur, quasi tunc percipiat, & conueniat de vsuris ratione damni emergentis, aùt lucri cessantis, vt per *Bartol. in l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, & in l.* 3. §. *final. D. de eo, quod certo loc.* quem potissimùm laudans sectatur *Afflict. in decis.* 284. *num.* 3. & firmant *Thesaur. decis.* 43. *antè nu.* 4. *Menoch.* latè *cons.* 7. *ex num.* 12. *libr.* 1. *Salon. de Paz. consil.* 4. *nu.* 28. *Alexand. consil.* 141. *lib.* 5. *consil.* 200. *lib.* 6. *& in l. diuortio* 8. *in princ. num.* 23. & 24. ibidemq; *Imol. num.* 6. *D. solut. matrim. Barbos. in l.* 2. *in princip.* 1. *part. num.* 43. *ex versiculo Vltimò infertur, D. eod. tit. Aymon Crauetta consil.* 189. *sub num.* 7. *vers. Aut loquimur quando mulier non dedit, in sexto casu, Card. Tuschus Practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 741. *num.* 63. *Fachineus Controu. Iur. lib.* 3. *cap.* 101. *Couarruu. Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *sub num.* 3. *vers. Sextò hinc etiam constat, post med. Amatus Forensium Iuris Resolut. part.* 1. *Resolut.* 49. *num.* 89. vbi alios recenset, pro vt etiam *Consiliar. Carleual de iudicijs, tom.* 2. *lib.* 1. *titul.* 3. *disputat.* 8. *sect.* 4. *num.* 30. *Petrus Gregor. de vsuris, libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 6. *Molina de Iustit. & Iure, tract.* 2. *disput.* 322. *num.* 6. *Nauarr. de vsuris, num.* 67. *Salas de cõtractibus, tit. de vsuris dub.* 30. *Ioan. Baptista Lupus de vsuris, comment.* 1. §. 4. *nn.* 88. *Ploens de in litem iurando*, §. 11. *ex num.* 22. *Negusant. de pignorib. & hypoth.* 5. *part. membr.* 5. *num.* 17. *Gaspar Rodericus de annuis reditibus, lib.* 3. *quæst.* 7. *nu.* 53. vbi perbellè, & confirmat *in quæst.* 8. *num.* 20. *vers. Non negamus, Grassis de exceptionibus, Excep.* 32. *num.* 87. *Scaccia de cõmercio, & cambio*, §. 1. *quæst.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 174. *vers. Confirmatur secundò, & nn.* 175. & 176. nec non etiam in §. 6. *Gloss.* 1. *num.* 49. *in fin. Ludouicus de Molina de Hispan. primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. *in fin. Messia de taxa panis, conclus.* 2. *num.* 78. *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 39. *num.* 69. *Trentacinqu. Variar. Resolution. lib.* 3. *tit. de iure dot. Resolut.* 6. *num.* 5. *circà finem, Surdus de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 34. & *quæst.* 45. *num.* 75. & *seqq. Quesada Diuersarum QQ. Iur. cap.* 25. *num.* 17. *Hermosilla in l.* 10. *tit.* 1. *p.* 5. *Gloss.* 4. *num.* 211. *Muta in Rit.* 189. *num.* 4. Quod planè verissimum est, & non negabunt Auctores contrariæ sententiæ amplexantes

7 aleam, dummodò talis vidua hijs legibus, & condi-

Digitized by Google

ditionibus, quas reliqui obseruant, dùm lucrum cessans, aùt damnum emergés petunt, se subijciat: ità vt in hoc restitutionis dotis casu nihil speciale constituendum sit, ideò opus sit probare sua interesse sibi dotem restitui, alioqui nihil obtinere posse consequitur, cùm omne lucrùm vltrà debi-
8 tum, vbi interesse non inuenitur, aùt versari non probatur, quod idem est (cùm paria sint, non esse,
9 & non probari, aùt non apparere, *l. duo sunt Titij 30. D. de testament. tutel. l. in lege 77. D. de contrah. empt.*) vsura sit.

10 Etsi autèm aliud sit viri hæredibus ad dotis restitutionem morosis haùd existentibus, quo casu nec vsuras, vel aliud quidquam recipere potest vidua ex causa dictæ dotis ab hæredibus mariti non solutæ, nàm vsura esset, quidquid sorti accederet, sicq; accipere non poterit, *cap super eo, de vsuris*, & Doctores communitèr, eo quia mulier
11 sibi imputare debet, cùr dotem non repetit, cùm lapso anni curriculo dilatio à lege mariti hæredibus concessa, sit tunc finita, & elapsa, & mulier aliqua haùd sibi refragante exceptione agere possit, vt sic tenet *Innocent. in citato cap. salubriter, in fine*, mordicusq; defendit, & latissimè comprobat *Gratianus* Author noster in *tom. 2. Disceptat. forens. cap. 240. & 244.* atq; iterùm alijs adductis tradit in *tom. 3. cap 563. num. 40.* sicq; sæpè pluribus in causis determinatum fuisse in Senatu testatur *Fontanella de pactis nuptialibus, claus. 8. Gloss. vnic. num. 26.* & in Sacro Consilio tradit *Afflictus in allegata decis. 284. sub num. 2.* vbi *Vrsillus num. 6.* complures colligit, dicendo, opinionem hanc communitèr receptam esse, prout quoque *Ruin. in consil. 49. num. 14. lib. 2.* & singulariter *Bartol. in consil. 128. lib. 1.* sectaturque *Honded. in consil. 36. num. 8. lib. 2.* nec non *Surdus in consil. 150.* & iterùm in *tract. de alimentis, tit. 1. quæst. 45. num. 11. vers. Sed predictorum rationes omnes sunt leues*, adijciens, sententiam hanc communi ICtorum voto receptam esse, & veriorem, quemadmodùm quoq; tradit *Amatus* quamplures alios ad nauseam vsq; congerens in allegata *Resolut. 94. num. 84.* astruuntq; *Gaspar Roderic. in citata quæst. 8. sub num. 20. vers. At verò, Negusant. vbi supra, num. 17. Menchac. de succes. creat. lib. 1. §. 6. num. 23. Corduba de gut de vsuris, cap. 3. §. 7. Craff. lib. 1. commun. opinion. cap. 6. quæst. 24.* & vltrà alios supra recensitos tuetur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdū decis. 240. num. 7.* ac comprobat *Dom. Consiliar. Ioseph de Rosa in sua Consultat. 54. num. 42.* vbi
12 aduertit, nullo modo dici posse, viduæ post annum luctus ipso iure interesse deberi, sicuti viro deberetur constante matrimonio ob illius onera ex æquitate memorati *cap. salubriter, de vsur.*
13 nàm illius capituli sanctio in solo viro procedit, nō etiam in vxore post matrimonium ex viri mimonij onera, ob quæ sanctio illa procedit.
14 Quod licèt alijs non placuerit, dùm affirmant, viduæ deberi vsuras ex retardata solutione pro dote in pecunia consistente restituenda ab hæredibus viri post annum luctus elapsum, sicut pro soluenda constante matrimonio, siue vidua inops sit, siue diues, ex quo vtroq; in casu, & tempore eadem vrget onerum matrimonij ratio, immò maior in vidua obstat viro, multisq; ex posita calamitatibus, & miserijs, vt inter cæteros tradit *Thesaur. in decis. 43. sub num. 4.* vbi multa adducit, quòd in hoc maritum inter, & vxorem adhi-
15 bendum minimè sit discrimen, ex eo præsertim, quia incommoda, quæ in fera vidua post mariti rebus ab humanis exemptionem patitur, mariti oneribus præpōderabunt, & hoc saltèm ex æquitate; cùm qua opinione modò non fiat in vsurarum fraudem transit indistinctè quoad hoc *Conrad. Summenhart. de contractib. tract. 2. quæst. 35. concl. 9.* quam etiam æquitatem considerat *Nauarr. de vsur. not. 12. num. 67. & in manual. cap. 17. num. 213. vers. Secundum posse, & cap. 14. quæst. 3. num. 75.* prout sic in terminis, quòd vsuræ pro dote non soluta de Saxoniæ Consuetudine soluantur, obtētum testatur *Coler. de process. executiu. cap. 10. num. 79.*

16 Eadem ratione nihilominùs propelluntur, nā quando dos viduæ debita transacto anni luctus curriculo statim peti, & exigi poterat, tunc annua solutio, donèc sors exigeretur, esset quippè vsuraria, cùm ex dilationis solutione, quæ de se fructifera, siuè lucrosa minimè est, dotis debitū in mutuum saltem palliatum, & simulatum virtualitèr resolueretur, sicquè vsura colligi vi eis palliogratiaretur; Vndè dicimus, nequè præmortui ma-
17 riti dispositionem grauantem hæredem, vt quid vsurarum nomine post lapsum anni luctus curricalum soluatur, donèc dos soluta fuerit, subsistētiam habere, vt ex 38. *Doctorum* auctoritate probat etiam *Amatus in indicata Resolut. 49. num. 87.* & sequitur *Dom. Consiliarius de Rosa vbi supra, num. 43.* atque paritèr tradit *Dom. Regens Capycius Latro in decis. 97. num. 7. tom. 1.* vbi quòd hoc vsuram permittere fore, & in mulieris arbitrium esset, dotem petere, & exigere, vt ex *Bartol. in l. 3. §. final. D de ann. legat.* & alijs hoc demùm probat *Giurba in consuetud. Messan. cap. 15. part. 1. num. 19.* eo quòd antichresim, siuè prauitatem fœneratitiam excludere minimè vi-
18 detur dispositio huiusmodi, quoniam vidua debitam dotem ab hæredibus viri sibi non soluti faciens, pro ut ex iuris dispositione petere, & exigere sibi licebat, sed dilationem, etiam secundum testatoris voluntatem, currere permittens, ipsamet dicitur cooperatrix, & causa lucri, sicquè suā dotalem pecuniam hæredi mutuo virtualitèr dare, dùm moram in exigendo facit, ob quam lucrū illud dein dè ex simplicis legati titulo non prouenit, tenet à mera restituendi dotem obligatione, & ab ipsius vxoris voluntate exactionem differēte annuam responsionem consequendi causa.

19 Verùm dispositionem huiusmodi saluari posse arbitramur, vt nempè illud quid relictum intelligatur habito respectu ad lucrum cessans, damnumquè emergens, non autem ad vsuras, quemadmodùm *Alexand.* scripsit in *consil. 200. nu. 4. lib. 6.* dans rationem, quia in dubio actus fœ-
20 neratitius, antichresisquè iudicari non debet, quando alio titulo, quàm expectatæ solutionis defendi potest; Itèmque habito respectu ad redditum illum dotis, quem eius substantia, & capi-
21 tali sem per saluo, maritus in dotis receptione tacitè promisisse videtur impendere pro mulieris alimentis, illiusquè indigentijs, tàm constante matrimonio, quàm eo quoque soluto, donec dos restituatur: quæ quidem theorica Fortiùs procedet, vbi dotali in instrumento mar itus promisser
22

set dotem pœnès se tenere, saluare, & custodire pro dicta eius vxore, tàm constante matrimonio, quàm eo inquàm soluto in omnem casum dotis restituendæ restituere mulieri, vel suis hæredibus, aliàs ad damna, & interesse teneri, etenim eo casu ex vi nedùm istius tacitæ promissionis, quæ ex ipsius dotis natura, & fine resultat, sed etiam ex ipsamet expressa mariti promissione, mulieri emolumentum, siuè incrementum illud dotis in ea quantitate, quam quilibet homo mediocritèr industrius, & diligens capere valet, præstandum esset, prout in specie post *Nauarr. de vsur. not. 21. num. 67. & in Manual. cap. 17. num. 113. in fine, vers. Tertium verum est, & Sot. de Iustitia, & Iure, lib. 6. quæst. 1. art. 2. col. vltim. post med. vers. Atqui ex eadem radice*, concludit *Author noster in tom. 3. Disceptat. forens. cap. 466. nu. 18.* atquè innuit in præsenti *decis. num. 9.* & se subscribere videtur *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 8. sub num. 174. vers. Confirmatur secundò*.

23 Hinc igitùr iure optimo deducimus, vsuras tali casu, si solutæ fuerint, in sortem imputari, ipsoquè iure dotis creditum minuere legis ministerio, partis oppositione, vel alia declaratione

24 minimè expectata: solutum enim pro indebitis vsuris directò in sortem computatur, ac si pro sorte solutum fuisset, quoniam sortis occasione solutum fuit, iuxtà *textus* regulam *in l. 2. C. de pignorat. action.* & tradit *Innoc. in cap. salubriter, de vsur.* quem omnes ibi sequuntur secundùm *Abbatem ibidem, & in consil. 39. vol. 2.* & præcæteris id comprobant *Hieronym. de Leo decis. Valent. 62. num. 4. Cæsar Manent. decis. Mantuan. 76. Card. Tusch. Practic. conclus. lit. D. conclus. 741. num. 23. & seq. Capell. Milleloq. 433. Lupus de vsuris, comment. 1. §. 4. num. 84.* latè *Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 45. num. 3. & 13. & consil. 194. vol. 2. num. 10. & seq. Francisc. Molino de Rstu nuptiar. & pact. in matrimon. adiect. lib. 3. cap. 39. num. 40. & seq. Coler. de aliment. lib. 1. cap. 11. num. 19. Trentacinq. Variar. Resolut. lib. 3. tit. de iure dotium, Resolut. 6. num. 2. & sequ. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. num. 315.* alijq; quos sequitur *Amatus in citata Resolut. 49. nu. 90.* sic quoque *Castill. controu. Iur. tom. 8 cap. 49. num. 32.* nec non paritèr *Dom. Regens Capycius Latro in dicta decis. 97. nu. 6.* atque demùm *Dom. Consiliar. de Rosa in sua Consultat. 54. sub num. 42. & nu. 44. Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 240. num. 21.* omnes verba facientes

25 in casu, quo mulier post mariti obitum ingressa fuit tenutam bonorum ipsius viri, donèc dos sibi restituatur, & fructus percepisset, & consumpsisset, vt illos in dotis sortem compensare teneatur, nàm instare tenebatur, vt sibi fundus ille in solutum daretur, quia tanquàm Domina fructus lucrata fuisset, sicquè quia non curauit, nisi fructus percipere, per se stetisse dicitur, quod sibi imputandum est, & quidem in suæ dotis sortem, vt etiam *Albens.* obseruat in *consil. 270. num. 1.* vbi quòd mulier, dationem illam insolutum sibi fieri, sollicitare tenetur, & post multos demùm sectatur *Costa de Remedijs subsidiar. Remed. 106. nu. 10.* antequè eum dixerat *Caualcan. de vsufruct. num. 207.* ac diffusè *Molignat. in tract. de retent. cap. 28. per tot.* vt deniquè post longam discussionem sic per Mantuanum Senatum iudicatũ fuisse testatur citatus *Manent. vbi supr.* subnectens;

26 quòd mulier super retentione pignoris bonorum meriti haùd simpliciter insistere, sed instare, & sollicitare debet, vt distrahatur, vel illud pro se insolutum capere, aliàs perceptos, consumptosq; fructus in suam dotem computare tenetur: quod demùm decisione fulcitur Synodalis *textus in l. Titia cùm propter dotem 48. D. de solution. & liberat.* atque nostri S. R. C. Arresto lato sub die 11. Decembris 1634. ad relationem doctissimi viri Andreæ Prouenzalis in causa Francisci Antonij Albanensis, cùm Ioanna Sorece hærede quõdam Angelæ Sorece, vbi iudicatum fuit, fructus perceptos per vxorem ex bonis viri præmortui per eam retentis loco pignoris, & hypothecæ, quousque sibi dos in pecunia consistens ab hæredibus viri restitueretur, in sortem compensari, de qua causa *Dom. Reg. Capycius Latro* compilauit decisionem, quæ est 97. in ordine.

27 Quamobrèm supra expositam nostram assertionem, quòd succurri debeat mulieri, si tàm lucri cessantis, quàm damni emergentis interesse probauerit, limitationem habere ex his comperimus, vbi mulier pignus bonorum mariti penès se habuisset, propterea quod, licèt omnia requisita necessaria, tàm ad lucrum, quàm ad damnum spectantia interuenissent, dicendum nihilominùs euenit, à fructuum perceptione minimè liberari, quos in sortem cùm sua dote imputare tenetur, vt etiam aduertit *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, sub num. 32. & Manent. in citata dec. 76. num. 18.* Quin? ex recensendis ICtorum locis

28 habetur etiam, quòd etsi viduæ post annum non alio modo debeatur interesse, quàm lucri, vel dãni ex mora, sicùt & cuilibet alio creditori, probatio nihilominùs ad effectum prædictum spectãs si præsumptiua sit, minimè admittitur.

29 Vndè traditur, ob paratas annuorum introituũ emptiones, frequentesq; occasiones implicandi pecuniam ad lucrum, interesse non probari, ità noster *Author in tom. 2. disceptat. forens. cap 244. num. 13.* inquiens, quòd non admittitur probatio

30 præsumptiua, vel illa, quę ex loci qualitate resultat, in quo passim occasiones collocandi ad lucrũ pecunias inueniuntur, & sic sæpè per Rotam decisum fuisse subnectit contrà ea, quæ dixerat *Couarruu. in lib. 3. Var. Resol. cap. 1. num. 3. septimò ab eadem ratione*, sic demùm *Gaspar Roderitus de annuis reditibus, lib. 3. quæst. 8. sub num. 20. vers. sed in praxi*, vbi tuendo opinionem hanc, inquit, praxim, quam Iusdicentes obseruare solẽt,

31 constituendo viduæ dotis non solutæ post moram interesse absque illius probatione propter reditum frequentiam adiudicare, periculosam esse, & vix iure defendi posse, & allegat *Bolognet. in l. vnic. num. 127. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.* qui ait, praxim hanc semper iniquam sibi visam fuisse, sic etiam ex eorum ore tradit *Dom. Regens Capycius Latro in memorata decis. 97. sub nu. 14.* nec non paritèr *Dom. Cõsiliarius Hodierna vbi supra num. 32.* atque *Cæsar Manent. in allegata decis. 76. num. 18.* quidquid in contrarium dixerint *Amatus*, & ab eo relati in *cit. Resolut. 49. num. 94.* nàm vltrà quòd eum nominatim impugnant *Castill. d. cap. 49. num. 42. Dom. Consiliar. de Rosa d. l. num. 46.* & post innumeros aleam hanc etiam sectantur *Barbosa in l. 2. par. 1. num. 49. & seqq. D. solut. matrim.*

winm. Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 45. nu. 40. & consil. 194. nu. 19. & 20. lib. 2. Honded. consil. 36. num. 33. lib. 2. Francisc. Molino de ritu nuptiar. & pact. in matrim. conuent. lib. 3. cap. 39. num. 37. Alexand. Trentacinqu. dict. Resolut. 6. num. 5. hoc in nostra specie, nempè viduæ suas
32 dotes repetentis, abdubio admittendum videtur, vt lucrum concludentèr, & in potentia propinqua probetur, nempè talem lucrandi occasionem adfuisse, comparando scilicèt tales merces, quæ venales erant, vel talem fundum, qui distrahebatur, vel annuum censum à Titio, vel Sempronio, qui pecuniam requirebat, vt pro ea censum ven-
33 deret, nàm etsi in alijs negotiari solitis præsumptiua illa probatio ex loci consuetudine, in quo frequentes sunt lucrandi occasiones, admitti posset: nihilominùs in muliere vidua, cuius non est proprium lucra exercere, secùs dicendum est, sicquè vt concludens, & specifica probatio requira-
34 tur, quemadmodùm, & in viro nobili, ac alijs, qui non sunt soliti negotiari, vel lucra exercere, probant *Mascardus de probationib. conclu. 985. num. 24. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7. ampliat. 8. num. 222. Leotard. de vsuris, quæst. 24. num. 84.*

35 Quinimmò Ipse eius sum sententiæ, vt non sufficiat constare, tales emendi annuos reditus occasiones adfuisse, nisi etiam appareat, eas fuisse idoneas, quod vt appareat, huius idoneitatis, & securitatis probatio accedere debet, vt probant *Cæsares in l. Tuteres, vel Curatores 24. C. de administrat. Tutor. iunct. Caio l. C. in l. Tutor secundum dignitatem 14. §. non est audiendus, D. eodè tit.* & aduertit optimè *Francisc. Niger. Ciryacus lib. 3. controuers. §. 40. num. 37. & 38.* vbi quòd etsi adsint frequentes census venditores, pleriquè ta-
36 men sunt falliti, & non securi, vndè non sufficit constare ex frequentia, adesse census venditores, nisi etiam appareat, eos fuisse idoneos, quod comprobare videtur *Guttierez. de tutelis, part. 2. cap. 9. num. 23.* dicens, Tutorem teneri ergà pupillum
37 de eo, quòd potuisset lucrari emendo census, cùm Tutor eos securos inuenire: & peculiariter hanc nostram sententiam probat doctissimus Consiliarius *Dom. D. Thomas Carleualius Hispanus I. C. in suo tract. de iudicijs, tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 8. sect. 6. sub num. 101.* vbi etiam, quòd in hoc Doctores omnes tàm Theologi, quàm nostræ lurisprudentiæ Periti vnanimiter conueniunt, ex testimonio *Cardin. Toleti in instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 33. num. 1. vers. Tertia est,* vbi dicit, de hoc non esse discordiam inter Doctores, *Molin. de Iustit. tom. 2. tract. 2. disput. 315. num. 13. & dicess. exequut. part. 1. cap. 10. ex num. 137. Castill. decis. 133. num. 11. in fin.* & aliorum, de quibus ibi.

38 Quod planè contingit optimè in hac in nostra Neapolitana Ciuitate, in qua etsi emptiones parare videantur, sunt tamèn ad omnia litibus inuolutæ, & in dies succedunt decoctiones illorum, qui communi opinione ditiores reputantur, vt experientia docet, & in terminis venditionis annuorum interituum aduertit *Dom. Regens Rouitus in decis. 35. num. 16.* nec non etiam *Ciarlinus Controuers. forens. lib. 1. cap. 29. num. 30. & 32.* quin? hoc in Regno scita res est, reditum exa-

39 ctionem difficillimam esse, propterea quod si reditus à priuatis ematur, expositus est frequentissimo creditorum concursui, qui per multorum annorum spatia sæpè sæpiùs differtur: si à Ciuitate Neapolitana soluitur difficillimè: si à Regia Curia, conductores Regiorum redituum plurima obijcientes impedimenta, & excusantes non esse pecuniam ægrè soluunt, donèc debiti partem sibi retineant: & ob ingruentes bellorum necessitates sæpè etiam tertiæ à Curia retinentur, quæ vt plurimum amittuntur; Igitùr, vbi sunt emptiones, negotiationes, & commercia? Quamobrem clarè
40 liquet, ex emptionum, venditionumque frequentia probari interesse, illudque notorium reddi haùd posse, ità vt concludere queat, potuissem emptionem redditus ad eam rationem contrahere, ergò securè talem reditum exegissem, & habuissem, quod ad interesse lucri probandum requiritur, nàm etiam pecunia etsi accedente industria apta sit, vt possit collocari, & implicari, aùt in mercimonijs, aùt emptionibus, aùt cambijs, ac per consequens lucrum ex illa oriri possit, attamen probare non sufficit, hanc potentiam remotam, aùt esse notoriam hanc potentiam remotam, vt indè censeatur probatum, aùt esse notorium interesse lucri cessantis.

41 Hactenùs quę dicta sunt expositam quæstionē circà de rigore iuris procedunt, secùs nàmque dicendum est, si statuto, vel consuetudine cautū sit, viduæ deberi interesse ex retardata dotis solutione, prout multis in Ciuitatibus definitum est, & præsertim in Alma Vrbe, vbi huiusmodi statutum adesse, & patiente Summo Pontifice seruari, seruatumq; esse, tradit, & testatur *Ludouisius decis. 269.* immò & confirmatum à Sede Apostolica, refert *Additio Oliuerij Beltramini ibi, num. 9.* & latè obseruat noster *Author in tom. 3. Discept. forens. cap. 466. num. 12. & seqq.* atque etiam *Hieronymus Gabriel consil. 152. nu. 3. vol. 2. & Ioan. Baptist. Pontanus de aliment. cap. 15. num. 7. part. 1.* in Bononia testatur *Angelus Arecinus in §. fuerat, num. 15. & 16. Instit. de action.* in Nouaria, Vigleuano, & alibi, refert *Plotus de in litem iurando, §. 11. num. 32.* & isthac in nostra Fidelissima Ciuitate Neapolis
42 adest Consuetudo in scriptis redacta, quæ incipit, *Haredes q; mariti, sub titul. de iure dotium,* per quam disponitur, mariti hæredes teneri ergà eius vxorem ad tarenum vnum pro qualibet auri vncia in dotem data pro alimentis, etiam pro tēpore, quo post annum luctus dotes dare distulerunt, vt ibi, quæ quidem Consuetudo Neapoli est in viridi obseruantia, vt Nos testes sumus, & testantur *Afflict. decis. 284. in princip. Dom. Præs. de Franchis decis. 338. decis. 472. & decis. 489. Reg. Capycius Latro decis. 97. in fine, tom. 1. Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 240. num. 24.*

43 Simile enim statuto, vel consuetudine existente, mulieri dotis interusurium deberi post annum luctus, dicendum euenit, nil refragante, quòd pleriq; opinantur, prædicta locorum statuta viri hæredibus infligentia tot pro singulis centenis, donec viduæ dotem restituant, iniusta esse, minimèq; obseruanda, tanquàm fœnus, antichresimq; inducentia: Etenim statutum debitori morosо re-
44 cè potest imponere pœnam, ac proindè statuere valet, vt in pœnam non restitu- dotis mariti hę-

Digitized by Google

redes vltrà dotis capitale suo tempore non restituta, soluant viduæ aliquid determinatum pro quolibet centenario, habito respectu ad dotis quantitatem, interim dùm dotis quantitatem iniustè retinent, & viduæ integrè non satisfaciunt, qua equidem in pœna nullum fœnoris, antichresisq; velamentum cerni potest: Prætereà, quia lex
45 quoque, vel statutum interesse illiquidum taxare potest, de quo constat per probationes, vel coniecturas: quemadmodùm demùm eodē casu Iusdicens interesse illiquidum ex officio taxare possit, docente *Bartolo in l. si id, quod ex Pamphila, num. 3. D. de legat. 2. & in l. si traditio, num. 2. C. de actionib. empt. & in l. vnic. num. 33. in fine, C. de sententia, qua pro eo quod interest*, quem sequuntur illic *Cagnol. ex num. 141. Alexand. cōs. 77. num. 13. lib. 6. Marianus Socin. in cap. dilecti filij, num. 6. §. in glossa finali, vers. In eadem glossa, de foro competent. Bertazol. consil. criminal. 378. num. 13. & 14. lib. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 23. num. 8. & 9. Card. Tuschus Practicar. Conclus. lit. I. conclus. 302. ex num. 1. & conclus. 304. num. 8. & seqq. Mascardus de probationib. tom. 2. conclus. 930. num. 2. conclus. 932. num. 11. & conclus. 934. ex num. 22. Gaspar Rodericus de annuis redditib. lib. 3. quæst. 5. num. 24.* propterea cùm à communitèr accidentibus (à quibus licitum est arguere, præsumptiones q; facere, *Gloss.*
46 *in l. neque natales, C. de probationib. Bald. in cons. 70. col. 2. lib. 1. Aymon Crauetta in consil. 40. num. 2. Egoipse in Obseruat. 103. num. 10.*) constet, interesse viduę subitò illi dotem restitui, vt eius fructibus frui, vel suam pecuniam fructiferis in rebus implicare possit, rectè statutum interesse hoc incertum, & illiquidum, de quo ex
47 coniecturis constat, ad certam, determinatamque quantitatem redigere poterit.

48 Quinimmò explosis contrariæ sententiæ sectatoribus, simile statutum iustum esse, licitum, & obseruandum, post alios etiam quos referunt, firmant Petrus *Gregor. Syntagm. iur. lib. 9. cap. 22. num. 5. Francisc. Molino de Ritu nuptiar. libr. 3. quæst. 39. ex num. 71. & seqq. Conrad. de contract. lib. quæst. 35. conclus. 11. & 12. Campeg. de dote, part. 3. quæst. 193. Lupus de vsuris, comment. 1. §. 4. num. 91. Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 44. num. 33. & quæst. 45. num. 25. vers. Contrarium, & consil. 194. num. 6. & consil. 459. ex num. 4. & seqq. Scacc. de appellat. libr. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 8. num. 5. vers. Hac difficultas, & de commerc. & camb. §. 6. Gloss. 1. num. 49. Coler. de processu exequut. part. 1. cap. 10. ex num. 93. Grassis de Exceptionibus, Except. 28. ex num. 72. Villagut. de vsuris, quæst. 22. conclus. 12. num. 14. & conclus. 15. num. 17. Rebel. de obligat. iust. quæst. 11. num. 20. Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. D. conclus. 741. num. 11. 39. 78. & 130. & lit. S. conclus. 519. noster Author Discept. forens. tom. 3. cap. 466. num. 14. Couarrun. Variar. Resolut. lib. 3. cap. 1. num. 3. vers. Septimò ab eadem ratione, in fine, Marescott. Variar. Resolut. lib. 2. Resolut. 83. num. 53. Mexia de taxa panis, conclus. 2. num. 81. Trentacinqu. dict. cap. 6. num. 7. in fin. Facchin. lib. 3. Controuers. Iur. cap. 101. vers. Quarto, Gaspar. Rodericus de annuis reditib. lib. 3. quæst. 7. sub num. 60. vers. Aduertendum, Bossell. ad Statuta Parmæ, tit. de Aliment. fol. 96. Giurb. in Consuetud. Messan. cap. 15. Gloss. 15. num. 36.* vbi alios copiosè allegat, quem admodum etiam *Amatus in eit. Resolut. 49. sub num. 98.* qui omnes hoc potissimùm affirmant ex theorica *Bald. in l. final. §. præterea, num. 5. C. de iure dot.* & tradunt etiam *Pater Molfesius super nostris Consuetud. Neapol. part. 6. quæst. 10. nu. 24. Regens Lanarius consil. 20. per totum*, & præsertim *num. 10. in fin. Regens Capycius Latro decis. 97. num. 7. in fine, Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. decis. 240. num. 24.* atque paritèr ex Theologis probant *Caietan. 2. 2. quæst. 78. artic. 2. §. in solutione ad Sextum, Salon. ibidem, controuers. 15. num. 3. vers. Sequitur secundò, Nauarr. tom. 2. decret. cap. 17. num. 213. in fin. & in comment. de vsuris, notab. 21. num. 68 Salas de contractib. tract. de vsuris dub. 30. n. 10.* qui complures alios recensēt.

49 Cæterùm huiusmodi interusurium iuxtà Consuetudinem Neapolis taxatur ad rationem ducatorum sex, & duorum tertiorum pro singulis ducatis centum pro dote, & pro antefato similitèr in pecunia constituto ad rationem ducatorum quinque pro centum, vt pluries per Sacrum Consilium decisum testātur *Præs. de Franchis decis. 217.* qui *num. 2.* tradit sic suo tempore seruatum fuisse, *Gramatic. decis. 103. Vrsill. ad Afflict. decis. 291. & Illustr. Dom. Regens Fabius Capycius Galeota Controuers. forens. tom. 2. Controuers. 60. num. 8.* quos sequitur *Dom. Consiliar. Roccus in suo Respons. 39. n. 1. tom. 2.* quibus adiungimus *Thor. in compēd. decis. part. 1. verb. Interesse antephati, & Ill. Dom. Reg. & Præs. D. Francisc. Merlin. Controuers. Forens. cent. 2. cap. 16. num. 16. & seq.* vbi in terminis memoratæ Consuetudinis firmat, dari casus, in quibus interesse tax antofiat ad
50 maiorem rationem adhùc in antefato, si mulier maius sit passa interesse: quamque aleam eum antè edocuit, *Pater Molfesius in comment. ad nostras Consuetud. Neapol. tit. de iure quarta, quæst. 12. num. 8.* subnectens, interesse antefati vsque ad rationem decem pro centenario ascendere posse, ex eo quia huiusmodi interesse in naturam damni emergentis transfunditur; & comprobat *Dom. Staibanus iunior de interesse, lib. 2. tit. 4. quæst. 1. num. 54. & seq.* vbi hanc thesim ex ea præcipua ratione confirmat, quia æquum minimè est, mu-
51 lierem pati damnum & interesse ob moram culpamquè hęredum mariti, consuetudines enim interesse regularitèr taxare voluerunt, secùs autem omni in casu, vt proindè si passa sit maius damnū ob retardatam restitutionem, ius commune seruа-
52 ri debeat; Verùm hanc rem circà videndus est laudatus *Dom. Consiliar. Roccus vbi supr. num. 2.* & consulendus est omninò *Dom. Præs. de Franchis in decis. 472.* vbi p S.R.C. iūctis Aulis decisum testatur contrarium, hoc est deberi interesse ad rationem à Consuetudine taxatum, etiā si mulier dotes petijr, & mariti hęredes eas restituere distulerint, vbi etiam complura in Obseruatione notat *Dom. de Luca* inquirens *nu. 3.* an sit in mu-
53 lieris electione, vel antefati proprietatem in pecunia promissam à mariti hæredibus exigere præstita cautione de restituendo eiusdem hæredibus morte ipsius mulieris, vel interesse potiùs ricipere? quem planè articulum latè, & ex professo disputat laudatus *Dom. Reg. & Præs. Merlinus in*
54 *citato cap. 16.* Sed an mulier pro vsufructu antefati impedire possit solutiones faciendas creditori-

Digitized by Google

tibus in actione personali, si causa remaneat super alijs effectibus, etsi extrà Ciuitatem ac in re S.R.C. die 27. Ianuarij 1673. referente integerrimo Regio Consiliario *Erasmo de Ponte* decreuit negatiue, in causa Thæresiæ Gaudiuso, & V.I.D. Andreæ Stella coniugum, cùm hæredibus quondam Iosephi Pisa, processus est in Banca Montis coruini.

PROLOGOMEN.

Bonorum omnium Societatem expresè nedùm sed etiã tacitè contrahi posse probatur, quæuè ad effectum prædictum requirantur, dilucidè demonstratur, & in pluribus fratribus, maximoperè locum obtinere exponitur, ac latè exaratur, & alijs compluribus ad materiam indicatis infertur postremò, in bonorũ omnium tacita societate nedùm ea venire, quæ in negotio, vel quæstu sunt, sed etiam omnia quouis modo obuenientia, siue hæreditaria, siue legata, siue donata, aùt alio quolibet titulo quæsita, reluctantibus Iurium locis *in l. coire societatem 7. D. pro socio, & in cap. 1. §. si duo fratres, de fratr. de nouo benefic. inuest.* clarè pariter solutis; Cœterùm huiusmodi societate bonorum omnium introducta nihil referre concluditur, quòd vnus, aùt alter ex ijs, cœteris nescientibus, bona proprio nomine quæsierit, cùm ea cœteris communicare teneatur.

RERVM SVMMA.

1 *Societas tàm alicuius mercis, quàm bonorum omnium contrahi potest, & num. 17.*
Intelligitur tàm expressè, quàm tacitè, vt nu. 9.
2 *Societas solo consensu perficitur.*
3 *Societas non tantùm verbis, & literis, sed facto etiam declaratur.*
4 *Mens, qua verbis exprimi solet, factis ipsis multò magis representatur, & num. 12.*
5 *Facti demõstratio vniuersas bonorum probationes anteit.*
6 *Declaratio animi humani, qua facto demonstratur, certior est, quàm qua verbis inducitur.*
7 *Oratio verborum facto cedere solet.*
8 *Testimoniũ mentis nostræ nullũ maius est, quàm qualitas inspecta factorum.*
10 *Periculum vbi maius est, ibi cautiùs est agendum.*
11 *Dominia rerum in societate bonorum omnium communicãtur: quod ad bona etiam futura porrigitur, & num. 13.*
14 *Minor aduersus mutuam fideicommissi renunciationem non restituitur.*
15 *Minor tanquàm lesus restitui non debet ratione dubij euentus, & num. 16.*
18 *Lex, qua sequitur, secundùm præcedentem intelligitur.*
19 *Lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.*
20 *Intellectus in l. 3. §. cùm specialitèr, D. pro socio, demonstratur.*
21 *Societas bonorum omnium quando tacitè contracta dicatur, & num. 22. & 26.*
23 *Societas vniuersalis inter plures fratres ratione mutuæ coniunctionis facilè præsumitur.*
24 *Societas bonorum omnium inter plures fratres ex communicatione lucri vnius negotij inducta censetur.*
25 *Societas, & fraternitas inter se simillima sunt.*
27 *Communis cohabitatio ad effectum, vt bonorum omnium societas inter fratres contracta dicatur, quomodò intelligenda sit.*
28 *Societas vniuersalis vt inter fratres contrahatur, quænam bonorum species necessariò communicanda sit.*
29 *Bonorum genus duplex inuenitur, hereditariorũ scilicèt, & nostro facto quæsitorum.*
30 *Societas bonorum omnium contracta dicitur, etsi vnus ex fratribus notauerit in libris, quid alijs fratribus dederit, quidue ab eis acceperit.*
Ratio traditur num. 31.
32 *Societas contrahi non impeditur, si vnus ex socijs in separato libro bona vti propria, vel vti sibi à socio debita describat, si tamen postea illa communicet.*
33 *Liber negotiationis scriptus proprio nomine vnius ex fratribus, quando societatem non excludat, & num. 35.*
34 *Præsumptio omnis contraria præsumptione excluditur.*
36 *Communicatio reciproca lucrorum citrà ius, & nomen societatis fieri non potest, & num. 42.*
37. *Factum plus valet, quàm dictum, & scriptum.*
38 *Societas quid sit.*
39 *Communicatio si alicuius mercimonij facta sit, animus vltra mercem illam extendi non præsumitur.*
40 *Lex humanos actus vltrà contrahentium intentionem euagari non debere definit.*
41 *Diuisio num æqualis fieri debeat, quãdo plurium negotiorum communicatio facta proponitur.*
43 *Intacta bonorum omnium societate non solùm veniunt ea, quæ in quæstu sunt, sed omnia quouis modo obuenientia siue hereditaria, vel legata, aùt alio quolibet titulo quæsita.*
44 *Tacitè, & expressi num eadem semper sit virtus.*
45 *Hæredes num legata, & donationes socio vniuersorum bonorum communicari debeant.*
46 *Textus in l. coire societatem 7. D. pro socio, de qua societate loquatur.*
47 *Textus in cap. 1. §. si duo fratres, de fratr. de nouo benef. inuest. in qua societatis specie sermonem habeat.*
48 *Societas tacita bonorum omnium non probatur, cùm duo fratres post patris mortem in paterna domo communiter habitant.*
49 *Feudum ab vno ex fratribus emptum alteri non communicatur, & num 51.*
50 *Feudum, cui collocatum est, tantummodò acquiritur.*
Declaratur vt num. 52.
53 *Socius bonorum omnium communicare debet, quod nomine proprio emit, & num. 56. & 58.*
Intelligitur in societate bonorum omnium dumtaxàt, vt num. 54.
55 *Societas non vnius, sed omnium sociorum facto, & consensu solui debet.*
57 *Societas iuxtà sociorum consuetudinem inita, & contracta videtur.*

OBSERVATIO CXXVII.

1 SOcietatem alicuius mercis, vel vniuersorũ
2 bonorum coiri posse haùd ambigitur, cuius quidem contractus natura illa est, vt ipso consensu perficiatur, vt *Vlpianus*, & *Caius*, *II.CC.* docent *in l. qui admittitur* 19. *D. pro socio*, & *in l. consensu* 2. *D. de actionib. & obligation.* & notat *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis cõuentionib. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *nu.* 1. *& tit.* 9. *num.* 1. atque paritèr obseruant *Tiberius Decian. Respons.* 85. *num.* 3. *tom.* 2. *Dom. Cõsiliar. Io. Baptista Hoderna Controuers. forens. cap.* 22. *num.* 38. *Dom. Consiliarius Ioseph de Rosa Consultat. Iur.* 8. *sub num.* 3. *& Reu. Dom. D. Franciscus Verde in sua Pantonomodid. lib.* 3. *tit.* 26. *de societate, lemm.* 1. *num.* 2851. quod eò
3 amplius procedit, locumuè obtinet, siue consensus huiusmodi verbis stipulationem ipsam inferentibus adsit, siue facto consensus ipse declaretur vt propria in materia probat *Pomponius I.C. in l. duo fratres* 77. *D. de acquirend. vel omittend. haredit.* iuncto *Martiano I. C. in l.* 1. *§. Diuus Adrianus, D. ad L. Cornel. de Sicar.* & rescribere videntur *Cæsares in l. reprehendenda* 5. *C. de instit. & substit.* vbi *Gloss. in verb. Comprobasti*, dicit, quòd facto datur voluntas, intelligi etiam in animantibus brutis; & quidem manifesta probatione elucidatur, etenim quis adeò rudis ingenij vir esse possit, vt vllo pacto hæsitet,
4 quòd mens ipsa, quæ verbis exprimi solet, factis ipsis multò magis representetur, cùm corpus ipsum animi imperio parere solitum sit? quarè & di-
5 ci solet, facti ipsius demonstrationem vniuersas verborum probationes anteire, ex *Paulo I.C. lib.* 38. *ad Edictum*, notato *in l. certum est* 6. *D. de rebus creditis*, declaratio enim animi humani, quæ
6 facto demonstratur, certior esse censetur, quàm quæ verbis inducitur; vt *Pomponius I. C.* tradit *in l. si tamen* 48. *in verb. Multo enim, D. de adilit. Edict.* vndè & oratio ipsa verborum imago
7 ipsius veritatis facto cedere solet, vt cautum legimus in toto titulo *Cod. plus val. quod agit.* siquidem nullum est maius mentis nostrę testimoniũ,
8 quàm qualitas inspecta factorum, quæ sine verbis per solum aspectum suam imprimunt voluntatem, vt secundùm *Cassiodorum* inquit *Baldus in cap. super literis, num.* 11. *de rescript.*

9 Igitur societas cum expresse nedùm, sed etiam tacitè contrahi possit, quod in omnium bonorum societate locum etiam habere non ambigimus, nil refragante brocardico illo in contrarium per eius Sectatores adducto, quòd nempè vbi maius
10 est periculum, ibi cautiùs est agendum, ad *text. in cap. vbi periculum, in princ. de elect. in 6. in l.* 1. *§. sed & si quis, D. de Carbon. Edict. & in l. hac consultissima, C. qui testam. facer. poss.* ex quo inferunt, in omnium bonorum societate consensum specialitèr exprimi debere, quia in ea maius periculum versatur, quàm in societatibus lucri, & quæstus, & singularis negotiationis, cùm in socie-
11 tate bonorum omnium dominia etiam rerum communicari debeant, ex *l.* 1. *l. ea verò* 3. *§. cùm specialitèr. & l. si societatem vniuersarum* 74. *D. pro socio*, & ad bona etiam futura porrigatur, vt in iisdem iuribus quoque notatur; Etenim cùm
12 ex supra elucidatis clarè habeatur, quod non minus, immò magis factis, quàm verbis voluntas declaratur, satis sufficienter consultum, & cautum intelligitur, si tacitè etiam contrahentium voluntates adimpleantur: quod denique ex vtro-
13 que contrahentium latere hoc locum habere potest, cùm bona etiam futura communicari debeant, tametsi ex prosperæ fortunæ beneplacito obuenerint, quocircà periculum hos in consideratione minimè est habendum, quia incertum est eos inter, quis damnum pati, vel lucrum consequi possit, ad tradita per *Cæsares in l.* 1. *C. de pactis, in l. si pater puellæ* 12. *C. de in officios. testament. & in l. si ea lege* 17. *C. de vsuris*, atque *in l. de fideicommisso* 11. *C. de transactionib.* vbi etiam
14 minor aduersùs mutuam fideicommissi renunciationem non restituitur, quia propter dubium euentum circumductus dici non potest, etsi postea fideicommissi lucrum amiserit, quo in loco *Bartol.* eam legem pulchram esse, & notabilem tradit, notatuq; dignam inquit *Bald.* & ex illo *textu Paul. de Castro, Alexand. & Ias.* aduertunt,
15 quod quando aliquid ad lucrum, damnumue sę habet, tametsi postea damnum contingat, nec minor tanquàm læsus restitui debet, quod vti notatu dignum sectatur *Natta in consil.* 181. *num.* 8. *in fine, & num.* 9. & comprobant *Tiraquell. in l. si vnquam, verb. Donatione largitus, num.* 110. *&* 113. *de reuocan. donat. Boerius decis. Burdegal.* 62. *num.* 11. atque paritèr *Aymon Crauetta in consil.* 142. *sub num.* 8. recensens, quòd pulchro in casu scripsit *Iacobus de Chiochis inter consil. Calc. in consil.* 96. vbi si Tutor puellæ grauatæ fideicommisso, si sine liberis decesserit, cùm sub-
16 stituto transigat, qui fideicommissi ius certa pecunia acceptа remiserit, & puella postea matrimonium contrahat, se læsam ex tali transactione allegare non potest, eo quòd fideicommissi conditio defectura sit susceptis liberis, quia fieri potest, quòd non suscipientur, vel susceptі moriantur, sicq; istius dubij, incertique euentus ratione læsio considerari non potest.

17 Quin etiam nostram hanc sententiam, quod societas etiam bonorum omnium tacitè contrahi possit, communi Doctorum voto receptam esse dicimus ex ore *Iasonis in cons.* 2. *col.* 11. *post med. & in cons.* 3. *col.* 4. *circà med. lib.* 3. vbi quòd ita est communis, & vera conclusio, quem sequitur *Crauetta* alios de receptiori opinione arrestantes recensens in *cons.* 26. *sub num.* 5. vbi etiam explosa *Pauli de Castro* opinione tradit, illum loqui contrà Doctores communitèr, sequitur etiam tanquàm communem *Petrus de Vbaldis de duobus fratrib. par.* 3. *num.* 20. *& 32. vers. Sed his non obstantibus*, demùmq; alij omnes, qui societatem hanc ex contractus intelligi posse tradùnt, vt infrà subijciemus, probatq; etiam *Dom. Consiliarius de Rosa in sua Consult.* 8. *num.* 3. & latè tuetur *Card. Mantica in citato lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 10. *& seq. & tit.* 9. *num.* 6. *& seqq.* vbi paritèr cõglomeratis alijs compluribus de magis communitèr arrestantibus, sententiam quidem hanc frequentissimo Doctorum calculo receptam esse inquit, & etiam probari adnectit ex *l. societatem coire, cum l. sequ. D. pro socio*, nàm priori in *L.* dicitur, societatem contrahi posse tacitè, & expressè. & in *l.* sequenti sub jcitur, societatem contrahi posse, siue vniuersorum bonorum, siue negotia-

tio-

tionis alicuius, siue vectigalis, siue etiã rei vnius; vndè consequitur, quòd quemadmodùm alicuius negotiationis, vel vnius rei, aùt vectigalium societas tacitè contrahi potest, ità etiam vniuersorum bonorum, quia lex, quæ sequitur, secundùm præcedentem intelligi debet, inquiẽte *Paulo I.C. in l. non est nouum* 26. *D. de legibus*, ibi, *Non est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur.* Neque enim vlla lex est, quæ dicat, eam societatem tacitè contrahi non posse, vndè intrat dogma illud, vt quod lex non dicit, neque nos dicere debeamus, quod probat *Vlpianus I.C. in l. si seruũ quis alienum* 70. §. *Prætor ait*, *vers. Non dixit Prætor*, *D. de acquir. vel omitt. hæredit.* iuncto *Caio I.C. in l. de pretio* 10. *D. de publician. in rem action.* Hinc etiam citatus *Petrus de Vbaldis in dict. part.* 3 *num.* 32. aduertit, quòd tametsi primo intuitu in contrarium vrgere videatur *textus* dispositio in *l.* 3. §. *cùm specialiter*, *D. pro socio*, vbi *Gloss.* exposuit *specialiter*, id est, *expressè*, nihilò tamen minùs difficultatem maximam, & quidem nec leuem inducit, propterea quod lex illa de tacita societate minimè sermocinatur, sed de expressa dumtaxàt, quæ simpliciter contrahitur, quo fit, vt nisi specialiter dictum fuerit, de omnibus bonis contracta non intelligatur: quod planè secùs est in tacita societate, nàm illa si tacitè contraharur, non est necesse, vt specialiter dicatur, eam omnibus in bonis contrahi, quia tunc nõ esset tacita, sed quidem expressa societas, idcircò eam ex infrà elucidandis actibus, & coniecturis colligi sufficit, vt etiam ex ore eiusdem *Petri de Vbaldis* exarat memoratus *Card. Mantican. dict. tit.* 3. *num.* 11. *& in dict. titul.* 9. *num.* 8.

Quamobrem, quia bonorum omnium societatem tacitè etiam coiri posse, certum sit, meritò noster *Author* in cõtrouersia præsentis loci perquirit, quando tacitè contracta dicatur, & pro singulari enunciat, quòd vniuersalis bonorum omnium societas ad hoc vt tacitè inducta intelligatur, requiritur nedùm, quod ij, de quibus agitur, simùl habitent, expensisq; communibus viuant, & omnia bona pro indiuiso possideant, sed etiam, quòd lucrorum vniuersorum quacumque ex causa, ac damnorum, & onerum communicatio probetur, & tertiò, quòd desuper lucratis ratio eos inter reddita haùd fuerit: quod quidem enunciatum complures adhoc recensens pro absoluto etiam tradit ipsemet *Author in tom.* 4. *Disceptat. forẽs. cap.* 725. *num.* 8. vbi etiam, quòd omnia ista tria concludenter probare necesse est, ità vt vnum sine altero non sufficiat, vt etiam aliorum fultus auctoritatibus inquit in *tom.* 5. *Disceptat. forens. cap.* 993. *num.* 1. & 2. & comprobant alios pariter complures enunciatum hoc amplexantes recensendo *Aymon Crauetta consil.* 159. *num.* 1. *Tiberius Decianus Respons.* 85. *num.* 5. *tom.* 2. *Card. Mantica dict. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 2. vbi insine ita etiam in Sacro Auditorio iudicatum fuisse testatur, *Anton. Faber in suo Codic. lib.* 4. *tit.* 26. *pro socio*, *definit.* 3. *Mascardus de probationibus*, *concl.* 1315. *num.* 23. *Menochius de præsumptionibus*, *lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num.* 25. & latius num. 37. *Molin. de Ritu nuptiar. lib.* 1. *comparat.* 5. *num.* 3. *Ciarlin. Controuers. forens. cap.* 16. *num.* 16. *Andreol. Controuers. forens. controuers.* 34. *num.* 14. *Dom. Consiliar. Hodiernã* communem Doctorum traditionem esse memorans *Controu. forens. cap.* 22. *num.* 1. *& in addit. ad Surdum decis.* 49. *num.* 5. *Dom. Consiliar. de Rosa Consultat.* 8. *num.* 4. *Dom. D. Franc. Verde in allegato tit.* 26. *de societate*, *num.* 2863. & omnium primus communis Præceptor noster *Bartolus* tradidit *in l. Titium*, *& Mœuium*, §. *altero*, *num.* 5. *&* 6. *D. de administr. tutor. & in l. si patruus*, *num.* 14. *C. communia vtriusque iudic.* cuius rei rationem Ipse præcipuam esse censeo, quia actus huiusmodi citrà ius, & nomen vniuersalis societatis geri nequeunt; Id quod in pluribus tribus maximoperè locũ obtinere comperimus propter mutuę coniunctionis rationem, quę quidem vniuersalem societatẽ facilè præsumi facit, quemadmodùm *Alciatus* inquit in suo *tract. de præsumptionibus*, *Regul.* 1. *præsump.* 25. *num.* 2. *vers. Sed tamen*, qui propterea asserit, ex lucri vnaus negotij communicatione vniuersalem bonorum omnium societatem inter fratres inductã censeri, quidquid sit inter extraneos, à quo minimè dissentiunt *Mascard. vbi supra num.* 45. & 46. *Ciarlin. d. l. num.* 4. & recenset noster *Author in tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 547. *num.* 2. etenim societas, & fraternitas inter se simillima quippè sunt, quinimmò societas fraternitas quædam est, docente *Vlpiano I.C. in l. verum est* 64. *D. pro socio*, ibi, *Cùm societas ius quodammodò fraternitatis in se habeat.* Sic etiam *Machab.* 12. *Vt renouemus amicitiam*, *& societatem*, *quoniam estis fratres nostri*, *sicut scriptum continet*, *quod subiectum est.* & Paul. ad Roman. cap. 12. *Charitatem fraternitatis inuicem se diligentes*, *frater ergò fratrem non vrgebit.*

Atqui autem hic notandum euenit, expositam sententiã frequentissimo ICtorum consensu probatam dilucidationes habere complures, idcircò etsi ex illorum voto habeatur, vt enunciata sententia locum habeat, tria illa requisita omnia simùl concurrere oportere, ità vt vnum sine altero minimè sufficiat: nihilò tamen minùs prudenter, & cùm grano salis accipienda esse eruditur; itàque primum circà, quod nempè ij, de quibus agitur, simùl cohabitent, expensisq; communibus viuant, non quidem intelligi dicimus de habitatione illa dumtaxàt, quæ est intrà parietes eiusdẽ domus, propterea quod nil hoc in societatem influit, cùm plerumq; eadem in domo non modo non socij, sed inuicem inimici habitent, sed benè etiam de habitatione illa loco distincta, si omnes de communi patrimonio viuant, etenim id planè cohabitatio significat, vt scilicèt omnes de communi patrimonio viuant, nulla habita ratione, an vnus alio plus consumat vndè hoc modo etsi in diuersis stationibus habitent, simùl tamen habitare videantur, quia ad exemplum vnius familię simùl habitantis de communibus bonis omnes sustentantur, sicq; loco tantùm, non familia separantur: quare fratres mercaturam, aliamuè negotiationem exercentes, quia vt plurimùm diuersis in Prouincijs negotij causa habitare coguntur, hoc sanè impedimento haùd erit, quin eos inter vniuersalis bonorum omnium societas contracta dicatur, vbi de cœtero paterna bona indiuisa possideant, de communi viuant, & quæsita communicent, vt rectè tradit *Philippus Decius in consil.* 68. *sub num.* 1. *vers. Et cùm actus*, *tom.* 1. vbiquòd non obstat, si alter eorum in loco valdè remoto moretur, quia consideratur, quo[illegible] inter absen-

sentes lucra non communicarent, prout loquitur *Petrus de Anch. cons.* 500. secùs verò vbi lucra omnia communicabant, & absens tanquàm socius, & pro societatis vtilitate morabatur: sic quoque docent *Socinus senior in cons.* 192. *num.* 2. *vers. Et licèt Dominus, lib.* 2. *Purpurat. in consil.* 312. *num.* 5. obseruatque *Tiberius Decianus in allegato Responsi.* 85. *sub num.* 5. *vers. Nàm licèt*, & approbant *Card. Mantica in memorato lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 7. *Dom. Consiliar. de Rosa vbi sup. num.* 6. nec non ex *Rubeo consil.* 32. *num.* 105. *Menoch. consil.* 656. *num.* 10. firmat etiam *Hector Felic. in suo tract. de societ. cap.* 10. *num.* 22.

28 Denique quod ad secundum requisitum attinet, vt nempè lucra omnia, & emolumenta communi centur, optimè illud procedere dicimus, si comm unicent quæcunq; habent, etsi haùd hæreditaria, & fortunæ beneficio prouenientes, sed ex industria dumtaxàt quæsita habeant, vt optimè citatus *Hector Felic.* explicat in *dict. cap.* 10. *nu.* 34. quem laudat, & sequitur laudatus *Dom. Consiliarius de Rosa d. l. sub num.* 12. tradens, duplex
29 bonorum genus inueniri, alterum hæreditarij, quod ex parentum successione obuenit, alterum quod à nobis facto nostro quæritur: quæsitorum rursùs duplex species, altera, quam nostra industria lucramur, altera, quam fortunę beneficio accipimus, putà donatione aliouè simili titulo; cùm igitùr Doctores dicunt, ad vniuersalem societatè requiri, vt fratres bona omnia communicent, non quidem intelligendi sunt, vt supradictæ omnes bonorum species necessariò communicandę sint, ad hoc vt illhac vniuersalis bonorum omnium societas contrahatur: quid enim si fratres nihil hęreditarium habeant, nihil ex donationis largitate quæsierint, sed ex negotio dumtaxàt lucrati fuerint, omniaque eorum bona in negotiatione posita sint, numquid dicendum erit, eos vniuersalem societatem contrahere haùd posse, quia bona hæreditaria, vel donata, & fortunæ beneficio accepta, quæ communicent, non habent? Quamobrem equidem quod attinet ad requisitum hoc communicationis omnium bonorum, dicendum est sufficere, si communicent quæcunq; habent, etsi ex industria dumtaxàt quæsita habeant.

30 Circà tertium tandèm, & vltimum propositum requisitum, vt scilicèt nullam ad inuicem rationem reddiderint, plahè etiam dicimus, illud adhibito salis grano accipiendum esse, sicq; si vnus ex socijs rationum libros confeceric, in quibus, quid alijs fratribus dederit, quid ab eis acceperit, sub nomine debiti, & crediti, seù dati, & accepti notauerit, dùm tamen postea eos inter ratio calculata, reliquaue ad inuicem soluta haùd appareant, non ideò societas inter eos contracta minimè videbitur, quoniam non quia vnus ex socijs in libris notauerit, quid alijs socijs dederit, quidue ab eis acceperit, societas ideò inter eos contracta non dicetur, vt inquiunt *Alciatus de præsumptionibus, Regul.* 1. *præsumpt.* 25. *nu.* 3. *vers. Tertiò aduerte, Menoch. eodem tract. lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num.* 44. ques sequitur laudatus *Dom. Consiliarius de Rosa vbi supra, num.* 8. illa nimirùm
31 ratione suadente, quia hæc omnia memoriæ causa facta censentur, vt status societatis, & lucrum, quod in dies fit, dignosci possit, vt post *Menoch.* tradit etiam perbellè citatus *Hector Felic. in dict. cap.* 10. *num.* 40. *& cap.* 11. *num.* 22. vbi scribit, neque demùm societatem contrahi impediri, si
32 vnus ex socijs in separato libro bona vti propria, veluti sibi à socio debita describat, dùm tamen posteà ea communicet, quam quidem traditionem illum inter cæteros laudàs sectatur *Gratianus* Author noster in 3. *Disceptat. forens. cap.* 547. *num.* 10. exponens, quòd etsi per eam inscri-
33 ptionem non colligatur, nisi præsumptio quædã animi eiusdem fratris socium habere nolentis, isthæc tamen præsumptio tollitur per aliam coniecturam, seù præsumptionem maiorem ex facto prouenientem, nempè ex lucrorum dictæ societatis communicatione, ex quo assertio illa effectũ aliquod operari nequit, cùm contrarium ex facto detegatur, vt in specie etiam eos ante firmauit *Socinus senior in cons.* 160. *sub num.* 4. *vers. Sed ad hanc obiectionem, & num.* 9. *lib.* 2. cuius opinionem, quidquid in contrarium sentiat *Menoch. consil.* 120. *num.* 16. *lib.* 1. veriorem esse, & magis communem testatur *Ioseph Ludouic. conclus.* 53. *in* 14 *coniectur. vers. Declaratur ista, Gabr.* per optimè *consil.* 51. *num.* 7. *lib.* 2. *Mascard. de probationib. conclus.* 1315. *num.* 36. qui omnes ità declarant doctrinam *Bald. in d. l. si patruus, num.* 6. *C. commun. vtriusq; indic.* cùm nulli dubium
34 sit, quòd omnis præsumptio contraria præsumptione excludatur, ad tradita per *Marcellum in l. Diuus Antoninus* 8. *D. de restitut. in integrum*, quod regulare esse respondit *Euerard. cons.* 41. *num.* 104. *vol.* 1. nàm leuiores præsumptiones à fortioribus tolluntur, *cap. literas* 8. *de præsumpt. Gloss. in cap. transmissa, & in cap. Michael. de fil. Presbyt. Bartol.* & alij cæteri repetentes in *l. de transactione, C. de transact.* sicuti etiam generales præsumptiones per alias speciales eliduntur, *Bald. in l. sine possidetis, col.* 1. *in fin. C. de probat.* & pauciores præsumptiones à pluribus præsumptionibus tolluntur, vt notatur *in cap.* 1. *de tregna, & pace*, aduertuntque *Bald. & Salycet. in l. Mater, C. de calumniat.* & communem Doctorum regulam esse tradit *Bursat. in consil.* 272. *num.* 7. *vol.* 3.

35 Quinimmò etiam facit ad hoc, quod ipsemet noster *Author* tradit *ibidem, num.* 11. dùm scribit, quod etsi negotiatio illius nomine gesta præsumatur, qui est inscriptus in libri intitulatione, validè indè inferri nequit, quin etiam tacitè nomine alterius personæ in dicta intitulatione haùd expressæ geri possit, & quòd inter personas illas expressas, & non expressas super similibus traficis, & negotiationibus tacita societas esse non possit: quare etiam dicit, quòd si duo fratres proprijs nominibus negotientur, si tamen lucra communicent, istarum negotiationum tacita societas contracta censetur, nulla habita ratione
36 proprij nominis, in quo negotiatio residet, quia talis communicatio citrà ius, societatisq; nomen fieri haùd potest, vt etiam ante firmauit *Socinus senior* de communi attestans in allegato *consil.* 160. *sub num.* 4. *vers. Immò expressè hoc volunt, lib.* 2. quem laudans luculenter hoc etiam aduertit *Card. Mantica in allegato libr.* 6. *tit.* 11. *num.* 6. *& seqq.* si enim factum verbis, seu scri-
37 pturæ contradicit, superat factum, & illi scriptura cedit, iuxtà Imperialem Constitutionem *in l.* 1. *C. plus valere, quod agitur.*

Quandoquidem igitùr tota vniuersalis societatis coniectura in bonorum omnium communi-

ca-

catione consistit, etenim cùm societas nil aliud
38 sit, quàm rerum ad inuicem voluntaria communicatio, planè an vniuersalis societas contracta sit? ex bonorum communicatione deducitur: omissa illa longa distinctione ad vniuersales societates pertinente, quam *Azo* indicat in *summa Cod. pro socio*, aduertimus modò, quòd si alicuius mercimonij communicatio facta sit, animus vltra mer-
39 cem illam extendi non præsumitur, propterea quod coniecturarum qualitas acri iudicio perpèdi debet, nè vltrà metam consensus contractus huiusmodi initus existimetur, nàm & alibi lex
40 humanos actus vltrà contrahentium intentionem euagari non debere definit, vt habetur ex Responsis *Iuliani, & Papiniani II.CC. in l. non omnis numeratio* 19. *D. de rebus creditis, & in l. Tutores, qui* 40. *D. de administr. tut.* & demùm ex Sacra *Diocletiani, & Maximiani* Constitutione *in l. cùm te* 4. *C. nè vxor pro marito*, quemadmodùm vulgò traditum est, effectum ipsum causæ limites non egredi, ex *Vlpiani* l. *C.* Responso *in l. cancellauerat* 2. *D. de ijs, quæ in testament. delent.* Aùt duorum, vel plurium negotiorum com-
41 municatio facta proponitur, tunc lucri, & quæstus eorum communis, atque æqualis diuisio fieri debet, habita tamen ratione maioris partis ipsius sortis, vel industriæ, aùt laboris, vt vnanimiter Maiores nostri hanc materiam pertractantes astruunt: verùm alio non costito partes erunt arithmeticæ æquales, haùdque geometricæ, secùs si vnum plùs sortis, vel laboris, aùt industrię posuisse constet: cæteris enim paribus partes erunt geometricæ æquales, hoc est proportionabiliter diuidendæ, quod iuris ratio in vniuersum dictat, vt cautum legimus in *l. vt liberis* 17. *in l. illam* 19. *C. de collationib. in l. cùm quidam* 5. *C. de fru-*
42 *regulis iuris, libr. sexto.* Aùt verò *in* vniuersum communicatio facta proponitur, & tunc, generalem bonorum omnium taciturn societatem iniri esse, existimatur, cùm communicatio huiusmodi citrà ius, & nomen vniuersalis societatis fieri non solet, vt obseruant ICti omnes suprà recensiti, qui societatem hanc bonorum omnium ex coniecturis intelligi posse tradunt; Prædictis itaque dilucida oratione propositis, grauissimorumq; Iurisprudentiæ Peritorum voto compro-
43 batis, alienum planè haùd est, si addamus, quòd. Isthac in bonorum omnium tacita societate ea nedùm veniunt, quæ in negotio, vel quæstu sunt, sed etiã omnia quouis modo obuenięntia, siue hęreditaria, siue legata, siue donata, aùt alio quolibet titulo quæsita, quemadmodùm in expressa bonorum omnium societate statutum est, pro vt reprobat *Alexand.* assleclarumque opinione probant *Purpurat. in l. si pacisceuda, num. 3. C. de pact. Soc. senior consil. 291. num. 6. in fin. lib. 2. Dec. consil. 68. col. 2. ad med. vers. Quia pro responsione, & consil. 303. nu. 6. Ruin. consil. 104. col. 6. vers. Quinto fortificatur, & col. 8. vers. Non obstat etiam, lib. 1.* optimè *Riminald. iun. consil. 466. num. 34. & seqq.* vbi alios affert, & de communi testatur, quemadmodùm paritèr *Roland. consil. 91. num. 28. & seqq. libr. 1.* sentit *Crauett.* licèt sub dubio *consil. 26. num. 8. & consil. 159. num. 7.* benè *Milanens. decis. Sicil. 19. num. 37. lib. 1.* & comprobant *Tiberius Decianus in allegato Resp. 85. tom. 2. num. 5. vers. Tertiò, Bonifac. Rog. consil. 55. num. 25. & 26.* vbi ait errasse *Alexandrum*, atque tuentur *Card. Mantica dict. lib. 6. cap. 15. num. 10. noster Author Disceptat. forens. tom. 4. cap. 643. num. 9. & 10.* vbi etiam de communi opinione attestatur, & *tom. 5. cap. 904. nu. 15. Maschardus de probationib. conclus. 1315. n. 20. vers. Quod adeò, Dom. Verde dict. tit. de societate, lemma 5. sub num. 2866.* & re vera taciti, &
44 *ex pacti* eadem semper virtus à iure constituitur, vt indè interr vtramque speciem discrimen constituendum minimè sit, ni iuris principia in contentionem, aùt in controuersiam deducere velimus.
45 Qua propterr nostram hanc sententiam haùd conuellere edocemur, si dicatur, quòd hæredes legata, & donationes socio vniuersorum etiam bonorum communicari non debent, eo quòd ità colligi posse videtur ex *Vlpiani l. C.* Rescripto *in l. coire societatem 7. D. prò socio*, Etenim si rectè
46 inspiciatur, clarè elicitur, quòd illic *ICtus* de tacita bonorum omnium societate non sermocinatur, sed dumtaxàt de societate expresè contracta, simpliciterr tamèn non adiecto, an omnium, an quorumdam tantùmodò bonorum futura sit? hoc enim casu quæstuaria tantummodò venire ait *ICtus*, quia tantummodò eorum contracta videtur, quæ scilicèt in quæstu, ideſt in negotiatione consistunt, quæ planè maximoperè distat à tacita bonorum omnium societate, vt omnes suprà memorati Doctores aduertũt, & præsertim *Card. Mantica in allegato titul. 15. nu. 7.* vbi ità quoque ad obiectonem hanc respondit.
47 Neque demùm refragatur *Textus in cap. 1. §. si duo fratres, de fratr. de nouo benef. inuesti.* quę paritèr adducunt contrariæ sententiæ sectatores, tùm quia ad hanc rem omninò non pertinet, propterea quod *textus* ille in tacita bonorum omnium societate non loquitur, sed in ea specie dumtaxat, in qua duo fratres post patris hac ex vita migra-
48 tione in paterna domo communiter habitauerint, quod tacitam bonorum omnium societatem non probat, vt ex presè decidit *Scaeuola* l. *C. in l. ex parte heres* 40. *§. filius Reipublica, D. familiæ erciscundæ*, iuncto *Papiniano I.C. in l. si fratres* 53. *D. pro socio*, tùm etiam, quia dùm *textus* ille
49 statuit, feudum ab vno ex fratribus emptum alteri non communicari, continet speciale ius in feudis, in quibus receptum omninò est, vt et tantummodò acquirantur, cui collata sunt, nè feudi
50 Dominus alium vasallum, quàm quem sibi elegerit, inuitus habere cogatur, vt aduertit illic *Baizaran. fab num. 17.* & post *Borrell.* aliosquè *Hector Felic. de societate, cap. 12. nu. 35. & 36.* & post alios paritèr quos refert, notat idẽ *Cardinal Mantica dict. tit. 15. num. 16.* ideòq; etsi expresè fratres bonorum omnium socij sint, immò etsi ex-
51 presè alter eorum feudum communi nomine quæsierit, alteri tamèn non quæritur, nisi Dominus consentiat, aùt saltèm sciat, *Aluarot. in dict. §. si duo fratres, num. 2.* & ibidem etiam *Afflict. col. 2. vers. Ex quo colligo duas conclusiones* quid.
52 quid sit in feudo antiquo, vel paterno, quod vni ex fratribus ex diuisione obuenerit, & intèr eos posteà bonorum omnium societas expresè, vel tacitè contracta fuerit, quia tunc cessat ratio illa, nè scilicèt feudi Dominus alium, quàm quem voluerit, sibi quærat vasallum, cum alij etiam fratres priori in infestitura compr[illegible]hensi sint, & res in pri[illegible]num statum facilè [illegible]ti possit, l. si vnus

vnus 27.§.pactus nè peteret, in fin.D. de pactis, cap.ab exordio, 35. dist. Card. Mantica vbi supra, sub num.16.

53 Cœterùm, nè à proposita quęstione elongemur aduertimus, quòd introducta inter fratres vniuersali bonorum omnium societate nihil refert, quod vnus, aùt alter ex ijs, cœteris nescientibus, bona proprio nomine quæsierit, non enim ideò societas dissoluta censetur, sed ea cœteris communicare tenetur, vt expressè probat *Paulus I.C. in l.si quis societatem contraxerit 75. D. pro socio.* vbi *Glossa* obseruat, sententiam hanc procedere

54 in societate bonorum omnium dumtaxàt, cùm alioqui, quod emit, communicare non cogatur, quod etiam rescripserunt *Cæsares in l.si patruus 4.C.communia vtriusq; iudicij*, vbi etiam *Gloss. in verb. Non omnium bonorum*, & tradunt *Bartol.in l.Titium,& Manium,§.altero,num.3. in fin.D.de administr.Tutor.Bald.in l.cùm duobus §.fratres,D.pro socio, & in l.si vt proponis,num. 6.vers.Ista vera sunt, C. de reiuendic. & in l. si patruus*, vbi etiam *Salycet. num.1. C. communn. vtriusq.iudic.Iason in l.1.num.14. & seqq.D.qui testament. facer.poss.* idem *Bald.* peroptimè *in consil.452.num.2. & 4. lib. 3. Socinus Senior consil.160.num.4.& 5.lib. 2. Alexand. consil. 49.nu.11.lib.1.& consil.134.lib.5. Aymon Crauetta consil.159.num.2. Roman.consil.291. nu. 9.& 10. Alciat.consil. 48.num.16. lib. 9. Hieronym.Gabriel consil.51.libr.2. Petrus de Vbaldis de duobus fratrib.part.5.num.3.vers.Primò quæro*, qui hoc dicit esse clarum, & communiter receptum, pro vt quoq; *Card. Mantica dict. lib.6.de tacit.& ambig. titul.16.num.21.* Scitum nàmq;

55 est, societatem non vnius dissensu, sed omnium sociorum facto, & consensu solui debere, ex *Pauli I.C.* Responso *in l.actione distrahitur 66.§.diximus, D.pro socio*, ibi *Diximus dissensu solui societatem, hoc ità est, si omnes dissentiant.*

56 Idquod eo fortiùs procedere adnectimus, vbi inter eos consuetudo communicandi etiam ea adesset, quæ proprio nomine gerunt, tunc enim dubio procùl itidem vniuersalis bonorum omnium societas haùd impeditur, ex eo quòd proprio nomine acquirant, nàm tametsi acquisitio proprio vnius socij nomine concipiatur, communi

57 tamèn nomine in effectu facta censetur, cùm societas iuxtà sociorum consuetudinem inita, & contracta videatur, vt *Menoch.* tradit *in consil. 122. num.72.* obseruatque memoratus *Hector Felic.vbi supra,cap.14.num.83.*& post alios animaduertit *Ciarlin. in sua Controuers.16.nu.33.* & 34. qui multotiès euenire asserit, vt ex occulto tractatu inter socios, emptiones bonorũ in vnius tantùm personam concipiantur: id quod anteàq; dixerat *Socinus senior in allegato consil.160.nu. 4.lib.2.* vbi ex communicatione sequuta de his,

58 quæ proprio nomine gesserant, arguit, fratruum intentionem initio fuisse, vt proprio nomine agerent, sed tamèn communicarent, ideòq; inter eos vniuersalem societatem contractam videri, haùd militante, quòd proprio nomine multa egerint, vel emerint. Et hęc scibere ad prędictis loci ornatum sufficientia sint, alia nàmq; plura ad eamdem materiam spectantia, & non parum conferentia Deo dante dicemus in *Obseruat. 178.* meritò igitùr calamum sistimus.

PROLOGOMEN.

Appellatio vt valeat interponi coràm Iudice ad quem, si coràm Iudice à quo appellatum haùd fuerit, pro veriori edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio coràm Iudice ad quem nulla est, si coràm Iudice à quo appellatum non fuerit. Contrarium num.3.& 5.*
2 *Honor Iudicibus deferri debet.*
4 *Appellatio coràm honestis personis, vel coràm Iudice ad quem interponi valet, quando copia Iudicis à quo haberi non potest.*
6 *Libellus* Dydaschalicus *qualis sit.*

OBSERVATIO CXXVIII.

1 REconditus locus hic quidem est practicabilem quæstionem deferens. An appellatio coràm Iudice ad quem valeat, si coràm Iudice à quo appellatum haùd fuerit? Quam controuersiam circà, etsi primo intellectus voto negatiuam aleam firmandam esse videatur ex eo, quia cùm de illius facto agatur qui prætenditur, quòd grauauerit, coràm eo ap-

2 pellationem interponendam esse dicendum euenit, maximè vt ipsis Iudicibus debitus honor deferatur, vt obseruant *Franc.in cap.final.num.19. de appellationib. & Lapus Allegat.38.col.2.*

3 Nihilò tamen minùs pro contraria sententia concluſum fuisse testatur noster *Author hic*, ità statuente Marchiæ Constitutione, quæ obseruari debet, incontrarium allegata minimè refragante ex *Iustiniani Imperatoris* Constitutione *in l.illã 19.C.de collationib.* Quinimmò ea etiam cessante idem paritèr dicendum esse affirmat, nonnullos huius sententiæ sectatores recensens, quibus adiungimus *Robertum Maranta in speculo aureo part.6.Et quandoq appellatur, nu.133.* indicantẽ quoq; adesse practicam in casu isto quando quis

4 coràm Iudice à quo appellare minimè potest, vel propter absentiam, vel propter metum, vt secùm Iudicem, Notarium, & testes adhibeat, & coràm illis declaret, ac protestetur, quòd intentio sua erat appellandùm iudicio à tali grauamine per talem Iudicem sibi illato, verùm quia propter eius absentiã, vel propter iustum metum iudicialitèr appellare non potuit, nunc extraiudicialitèr coràm honestis personis appellat, dequè appellatione prędicta actũ publicum scribi faciat: adnectimus paritèr *Iulium Cæsarem Ruginellum*, qui laudans præsentem locum, hoc etiam memorat in *Præfat. sui tractatus de appellationibus, sub nu.* 59. demùmque *Reu.Dom.D.Franciscum Verde* qui hoc pro absoluto firmat, & de præsenti *Authoris* nostri decisione haùd immemor extitit in sua *additione ad Iulium Cæsarem Galluppum in praxi S.R.C.part.3.cap.3.in fine, vers. Nota appellationem*, atque etiam adnectimus *Dom. Gregorium Motillum*, qui nouissimè hoc firmat in sua *praxi S.R.C.tit.de appellatione, cap.4. num.* 16. aduertens, appellationem fieri posse, tàm coràm

Digitized by Google

5 ràm Iudice à quo, quàm coràm Iudice ad quem, hoc tantùm discrimine, vt si fiat coràm Iudice à quo, tunc ràm per replicationem in calce decreti, 6 quàm per comparitionem interponi potest, qui quidem appellandi modus Dydaschalicus libellus vociferatur per *Ferrerium ad Guidon. Pap. decis. 50.* si coràm Iudice ad quem interponatur, tunc per comparitionem, siue supplicationem fieri debet.

PROLOGOMEN.

Debitoris bona pro alimentorum præstatione tacitè obligata haùd esse, demonstratur apertissimè, Iuribus ad id quoque expensis, ac iustissimè examinatis *in l. si quis libertis 2. in l. Lucius Titius 12. D. de aliment. & cibar. legat. & in l. hactenùs 8. D. de vsufruct.* nisi pro tali præstatione bona illa specialitèr designata essèt, quod tamèn alimentorum fauore dumtaxàt inductum esse animaduertitur, & in alimentis vxori debitis in bonis viri eo fortiùs sententiam hanc procedere, certorum etiam corporum secluſa designatione, probatur.

RERVM SVMMA.

1 *Bona debitoris pro alimentorum præstatione tacitè obligata sunt.*
Contrarium num. 3.
2 *Qua opinio ab* Auctore *approbatur num. 4.*
Alimenta debentur à quocumque successore, in quem bona, ex quibus alimenta debentur, peruenerint.
Intelligitur, quando taliabona expressim in testamento, vel contractu ad alimenta alicui exhibenda designata sunt, vt num. 13.
5 *Hypotheca tacita non competit, nisi in casibus à iure expressis.*
6 *Casus alimẽtorum inter casus à iure expressos, vt tacita hypotheca competat, haùd inuenitur.*
7 *Tertius possessor pro alimentis per debitorem debitis molestari non potest. & num. 9.*
8 *Obligatio personalis in singularem successorem non transit.*
10 *Onus alimentorum merè personale est.*
11 *Onus alendi liberos ad eum, qui patris bona obtinuit, non transit.*
12 Textus in l. si quis libertis 2. D. de aliment. & cibar. legat. *declaratur.*
14 *Successor vniuersalis pro alimentis conueniri potest.*
15 Textus in l. Lucius Titius 12. D. de aliment. & cibar. legat. & Textus in l. hactenus 8. D. de vsufruct. *exponuntur.*
16 Andr. de Iserma, & Aflict. in Constit. Regn. In aliquibus, *quibus in terminis loquantur, præstandum ex tali fundo relinquitur.*
17 *Actio personalis datur dumtaxàt, vbi aliquid lucratur fauore alimentorum, pro quibus competit hypotheca super bonis, ex quibus illa prestenda sunt, vt num. 18.*
19 *Alimenta debita per maritum vxori gaudent duobus privilegijs quòad hypothecam.*
20 *Alimenta vxori debita per maritũ super eius bonis iure actionis petuntur.*
21 *Dos tacita hypothecæ privilegio gaudet.*
22 *Hypotheca in bonis patris pro alimentorum præstatione filio non conceditur.*
23 *Hypotheca, quæ pro toto competit, ad partes quoque, & ad ea quæ sunt cõnexa, & ab ipso principali dependentiam habent, extenditur.*
24 *Privilegium à iure Communi exorbitans ad connexum, & accessorium extenditur.*
25 *Pignus quemadmodum pro sorte principali, ità pro vsuris hypothecatum est.*

OBSERVATIO CXXIX.

ENimuerò decisio controuersiæ huiusce loci ab illo dependet articulo ràm quidem à Doctoribus disputato, & in cuius dubietate subtilissimus *Alciatus* pedes firmare nesciuit, an scilicèt pro alimentorum præ-
1 statione debitoris bona sint tacitè obligata, ità quod super cistertijs posticis oribus molestia inferri possit? Pars siquidem aiens probari videtur à *Martiano I.C. in l. si quis libertis 2. D. de alimentis, & cibarijs legatis*, dùm tradit, alimenta
2 deberi à quocumque successore, in quem bona, ex quibus alimenta debentur, peruenerint, sicque præsupponi videtur, pro alimentis inesse hypothecæ onus, & cùm eo ad quoscumque successores, etiam singulares transire: eademque demùm à *Paulo I.C. in l. Lucius Titius 12. eodem titul.* & à *Celso I.C. in l. hactenùs 8. D. de vsufruct.* ex quibus iurium locis eam partem amplecti videtur *Andr. de Iserna in Constit. Regni, In aliquibus, col. 7.* vbi, *Respondi, non teneri possessorem, etiam si dictum esset, dari dotem de feudalibus bonis, quia personalis actio non sequitur fundũ, nisi in casu alimentorum, tunc essent bona obligata &c.* cum insequitur *Afflictus ibidem, num. 35.* vndè *Paulus Castrens. consil. 8. col. 2. vers. Illud autem, vol. 1.* docet, quòd alendi onus in quemcumque bonorum possessorem transit, quia eis inhæret, & probant *Palat. Ruinos in Repet. cap. per vestras, §. 23. num. 13. & seq. de donation. inter. Durant.* expressiùs *de arte testandi, tit. 3. de liber. instituend. cautel. 17. num. 7.* quem laudat, & sequitur *Thesaurus in decis. 211. num. 10* ac patrocinatur *P. Molfesius in comment. ad nostras Constitutiones Neapol. part. 5. tit. de aliment. prestand. quæst. 6. num. 23. Statilius Pacificus in tractat. de Saluiano interdicto, inspect. 3. cap. 1. num. 927. & num. 928.* vbi ex Lap. ore etiam dicit, onus hoc in bonorum possessorem transire, & hypotheca est inuncta bonis, & tradit etiam *ibidem cap. 4. num. 173.* qui equidem omnes etiã ex allegatis iuribus potissimùm suadere dictam sententiam veram esse videantur.

3 Nihilò tamen minùs, eam dubietatem, & quidem non mediocrem habere alij respondent, vadè contrarium: vti veriùs reiecta illa sententia firmant, & hi inter cœteros sunt noster Author *hic, & in tom. 2. discept. forens. cap 366. num. 2. Couarruuias in Epitome. de sponsalibus, part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14. vers. Non tamen transit hoc onus, Cordubens. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 51. & 52. de liber. agnos. Scena. Roman. cons. 5. rem. 23. Gabriel,* quia

Doctoribus communitèr amplexatam esse testatur, *commun. conclus. tit. de alimentis, conclus. 2. num. 4. vers. Tenendo, Negusant. de pignorib. & hypothec. membr. 4. secunda partis, sub num. 164. vers. Vigesimus tertius casus, circà finem,* vbi pluribus repetit esse tenendum, quòd nulla quò ad hypothecam sit specialitas inducta alimentorum fauore, *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionib. tom. 1. lib. 11. tit. 13. num. 73. Petrus Barbosa in l. 1. part. 3. num. 29. & part. 4. num. 73. D. soluto matrim. Matienz. in l. 8. tit. 8. lib. 5. recopilat. Glos. 1. num. 22. Laderch. consil. 163. Marius Giurba decis. 5. num. 13. & num. 46. 47. & 48. Pras. de Franchis decis. 686. num. 5. Masull. ad Capycium decis. 164. num. 6. Sesse decis. 26. num. 17. Salgadus in labyrinth. credit. part. 1. cap. 24. num. 89.* vbi haùd immemor fuit de Authore nostro in præsenti loco, & sententiã hanc verissimam esse profitetur, nec non paritèr *num.* 106. vbi etiam, quòd sit constanti, & firmitèr tenenda, ità demùm elegantèr disputans resoluit *Petrus Surdus in tract. de alimentis, tit. 8. priuileg. 51. per tot.* prout latè etiam *Cauallos commun. contrà commun. quæst. 192. per tot. Garzias de expensis, cap. 4. Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. art. 16. fol. 20. Bertol. ad Rodriquez de concursu creditor. art. 8. & vltim. de priuileg. Domini in fructibus coloni, num. 80. Barbatus super Reg. Pragmat. de assistentia præstanda, Gloss. 12. num. 105. Gaspar Thesaurus QQ. Forens. lib. 2. quæst. 67. num. 19. & 20. Francisc. Niger Cyriacus Controuers. forens. tom. 1. Controuers. 18. num* 3. & hanc veram esse opinionem fatetur *Consiliar. Paschal. in suo tract. de viribus patria potestatis part. 2. cap. 3. num. 28. in fine,* & probant etiam duo memorandi viri, quorũ adhùc obnoxiam omnibus iacturam deploramus, nempè *Dom. Regens Scipio Rouitus decis. 57. nn. 15. & Ill. Dom. Regens, & S. R. C. Præses D. Franciscus Merlinus Pignatellus Controuers. Forens. centur. 1. cap. 61. per tot.* & præsertim *num.* 3. vbi inter cæteros nominatim extollit hanc Authoris nostri decisionem, & in fine, ità M. C. V. iudicasse testatur, in quam partem etiam Sacrum Consilium inclinasse tradit.

4 Quamobrem nos his freti etiam auctoritatibus altercandum minimè esse dicimus, posteriorem hanc sententiam, quæ statuit, pro alimentorum præstatione debitoris bona tacitè hypothecata non esse, verissimam existimandam esse, & constanti, firmitèrque tenendam, atque insimùl priorem reijciendam esse præmonemus, non sola verborum cõfutatione, sed quidem optimi iuris suadente probatione; Etenim incompertum in iure est, tacitam hypothecam legis ministerio induci,
5 idque non nisi in casibus à iure expressis, vt cautum legimus in toto titulo *D. & C. in quibus cau. pign. vel hypoth.* & notant communitèr Se-
6 niores nostri, cùmq; igitùr hos inter casus alimẽtorum non reperiatur, consequitur meritò, quòd ambigendum minimè sit, nullam prorsùs pro eis competere hypothecam, quo argumentandi genere benè vtitur *Bartolus,* qui sibi contrarius videtur in *l. Lucius in fine, de aliment. legat. & in tract. aliment. vers. Quæro an vxor.*

7 Hinc porrò optima methodo dirigente, quia regularitèr pro alimentorum præstatione debitoris bona haùd sunt obligata, dicendum consequitur, erroneum esse asserere, tertium possessorem
8 super eis molestari posse: tùm quia personalis obligatio in singularem successorem non transit, vt *Cæsares* rescripserunt *in l. cum, cui mutuam 13. C. de actionib. & obligat. & in l. certi 9. C. de hæreditate, vel actione vendita,* tùm etiam, quia de hoc expressa habemus iura *in l. Titius cum mutuos 81. §. Lucius Titius, D. de contrahend. emption.* vbi hypothesis est, Lucius Titius de fundo suo centum milia modiorum frumenti annua præstare promisit pro prædijs Caij Seij, posteà Lucius Titius fundum vendidit his additis verbis, *Quo iure, quaque conditione ea prædia Lucij Titij hodiè sunt, stà veneunt, itaque habebuntur.* Quæsitum fuit, an emptor Caio Seio ad præ-
9 stationem frumẽti sit obnoxius? *ICtus* respondit, *emptorem Caio Seio secundùm ea, quæ proponerentur, obligatum non esse.* Rursùs idem in *l. Fũdi Trebatiani 38. D. de vsu, & vsufruct. leg.* vbi ità *ICtus* ad cõplures casus respondit: & demùm paritèr in *l. Liberto suo 21. D. de annuis legatis.* Ex quibus iuribus Insignis *Napodanus* meritò in *Consuetud. Quod si aliquis, verb. Tenetur, num. 32. de aliment. præstan.* docet, alimentorum onus
10 merè personale esse, & proindè rei possessorem non afficere, quod etiam tradit *Couarruu. in dict. cap. 8. de sponsalibus, §. 6. num. 14.* scribens,
11 onus hoc alendi liberos ad eum, qui emptionis iure, similisuè contractus patris bona obtinuit, haùd transire, cùm nullum hic hypothecæ ius debeatur: & expressè firmãt alij complures ex supra recensitis Doctoribus; Vndè ex hoc præsertim iuridicam esse firmamus decisionem controuersiæ præsentis loci, qua renocata fuit sententia D. Iudicis à quo mandantis præstari alimenta D. Fabio Alato de Asculo per Ioannem Mariam Pacificum, & Lucretiam de Turijs tanquam possessores quorundam bonorum Simonis patris D. Fabij.

Et vt magis, atque magis hùiusce nostri voti iustitia, quod audaciè sustinemus, eluceſcat; Breuitèr in contrarium deprompta comprehendere, examinare, & conuellere festinemus oportet; Igitùr cùm dicunt, aduersam sententiam probari à *Martiano I. C. in l. si quis libertis 2. D. de aliment. & cibar. legat.* respondemus hoc falsum
12 esse, quia illius *textus* dispositio locum sibi vendicat in bonis dumtaxàt, quæ expressim in testamentis, vel in contractibus ad alimenta alicui exhibenda designantur, vt idem *ICtus* tradit ibidem in verbis illis, *Ex quibus alimenta debeantur,* quod nos verum esse haùd ambigimus, cùm
13 certum sit, bona illa illius specialis designatiõnis virtute pro alimentis ipsis tacitè obligata esse, & ideò quilibet tertius eorum corporum possessor pro eis molestari posset, iuxtà doctrinam *Gloss. in dicta l. Lucius, verb. Ex reditu, & Azonis in summa de aliment. legat. num. 5.* iunctis *Bartol. in citata l. Lucius, & in l. Caius, de ann. legat.* & alijs in locis relatis per *Negusant. vbi supr.* quæ id tenendum esse dicit, *Corduba à Lara in l. si quis à liberis, § si quis ex his, num. 85. D. de liber. agnoscend. Petr. Barbosa vbi supr. num. 29. Couarr. d. l.* vbi ità paritèr respõdet dicto *Martiani* loco, quemadmodum etiam *Surd. d. priuileg. 51. Salgad. d. cap. 24. num. 107. Ill. Dom. Regens Merlinus d. cap. 61. num. 15.* vbi extollit responsionem hanc, quamuis etiam responderi

possit

possit, cùm *Gloss. ibidem, verb. Præstanda sunt,*
14 quòd scilicèt inibi agitur de vniuersali successore, qui quidem rectè pro alimentis conuenitur, vt aliorum fultus auctoritatibus probat noster *Author hic, num.* 11. *& seq. & in allegato cap.* 366. *num.* 7. *&* 8. cùm alijs demùm in priori loco pro nostra sententia recensitis, qui pari voto id approbant.

15 Neque demùm dicimus aduersari *Pauli* locũ *in l. Lucius Titius* 12. *eodem titul.* propterea quod eadem probata responsio clarius colligitur ibi, *Vt ex reditu earum alimenta suprascripta percipiant.* vt proindè nec quoque refragari adnectimus alium *Celsi* locum *in l. hactenus* 8. *D. de usufruct.* cùm hoc paritèr deducatur ex verbis illis, *vel alimenta ab eo relicta*, scilicèt ait *Gloss.* Fructuario, cui relictus est vsusfructus. Ex quorum Iurium dilucidatione iàm denique notescit,
16 quid intellexerint *Andr. de Isernia, & Afflict. in citata* Regni *nostri Constit. In aliquibus*, nàm veritas est, eos loqui in terminis prædictorum Iurium, quę ipsi allegant, ideſt quando bona sunt specialitèr designata pro alimentorum prestatione: prout quoque intelligendi sunt alij assecli, etsi pauci dissentiant, de quorum traditis nulla est habenda ratio, cùm absq; Iurium, Doctorumque auctoritates eorum aleam verè firmantium, & contra communem, veramq; sententiam sermocinentur.

Illud tamen silentio prætereundum minimè est, hoc quod elucidauimus, generalitèr haùd procedere vbicunque aliquod, siue ex alimentorum causa, siue ex alia qualitate, super certis bonis relictum est, vt nonnulli pensitarunt, nàm regula est in contrarium, quòd nempè vbi aliquid
17 præstandum ex tali fundo relinquitur, sola personalis, secùs etiam realis dabitur actio, vt patet expressè ex allegato *Scæuole* loco in *l. Titius cum mutuos* 81. *§. Lucius Titius, D. de contrah. empt.* qua de re latè sermonem habet *Ant. Gomez de contractibus, cap.* 15. *num.* 22. *vsq; ad num.* 24. Idcircò cùm dicimus, competere hypothecam, vbi certa bona pro alimentis præstandis
18 designantur, esse specialitèr inductum alimentorum fauore, vt *Speculator* docet *in tit. de locato, & conducto, §. Nunc aliqua, num.* 109. *vers.* 86. pluribusq; comprobat *Surdus de aliment. dict. tit.* 8. *priuileg.* 51. *vers. Verius tamen est*, aduersitq; laudatus *Ill. Dom. Regens, & S. C. Præses D. Francisc. Merlinus vbi supra, num.* 18. & tradit memoratus Senator *D. Franciscus Salgadus de Somoza in labyrinth. creditor. dict. cap.* 24. *sub num.* 99. *& sub num.* 107.

19 Quem demùm fauorem in alimentis vxori debitis in bonis viri, locum eo fortiùs habere compertimus, cùm etiam certorum corporum secluſa designatione id procedat, prout *Bartol.* docet *in l. si cum dotem, §. sin autem in seniſſimo, num.* 7. *D. ſolut. matrim.* ibiq; etiam *Paulus de Castro, num.* 3. vbi ait, quòd habuit de facto huiusmodi quæstionem, & quòd secũdùm istam opinionem obtinuit per tres sententias conformes, quos, & alios recensens, insectatur *Iacobus Cancerius Variar. Resolut. part.* 1. *cap.* 16. *de alimentis, sub num.* 5. adijciens ità tenere Regium Cathaloniæ Senatum: quamque opinionem vti æquiorem approbasse Cameram Imperialem, refert *Mynsinger. Practicar. Obseruat. centur.* 1. *Obseru.* 64. sectantur*que Corduba à Lara vbi supra, num.* 40. *Burſat. consil.* 32. *num.* 26. *Afflict. decis.* 10. *num.* 3. *Peguer. decis. criminal.* 20. *nu.* 11. *Mich. Fer. par.* 3. *Obseruat. cap.* 12. *circà princ. Statil. Pacific. de Saluiano interdict. inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 925. *Speculat. in titul. de donation. inter virum, & vxorem, §. formatus, vers. Sed numquid bona viri, Episcop. Riccius collectan.* 2958. & vnanimi consensu de magis communi profitentur, quos insequuntur *Guttierez de iuramento confirmat. par.* 1. *quæst.* 46. *num.* 5. *Surdus de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 49. vbi etiam scribit, sententiam hanc esse communi Doctorum calculo receptam, & vanum esse in iudicio super ea disceptare, *Negusant. de pignoribus, & hypothecis, 4. membr.* 2. *par. num.* 47. *& seqq.* vbi latè disputat, & de veriori, magisq; recepta sententia testatur, siue pro alimentis mercenarium, seù nobilem lusdicentis officium competat, quamuis verius
20 sit, quòd iure actionis petantur, cùm iudicium de dote vniuersale sit ex parte vxoris, in quo vniuersali iudicio accessiones veniunt, tanquàm rei pars, iure actionis, ex quo promanat, quòd pro eis detur tacita hypotheca, quandoquidem cùm accessoria sint ad dotem, siue ipsius additamẽta, quem-
21 admodùm dos tacitæ hypothecæ priuilegio gaudet ex Imperatoris *Iustiniani* Constitutione *in l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxoris actione*, ità absurdum minimè videtur, quòd dotis priuilegia ad alimenta extendantur, iuxtà Imperatoris *Gordiani* Sanctionem *in l. etiam* 8 *C. de iure dotium, & ibi Salycet. in summa.*

Idque nil refragante brocardico illo, quod per oras contrariæ sententiæ Sectatorum circumfertur, quòd scilicèt vxori in bonis viri dari non debeat hypotheca pro alimentorum præstatione,
22 quem admodùm pro eis filio in patris bonis non conceditur, vt suprà elucidatum est: Siquidem facilè propellitur obiectio si meminerimus, vtrumq; inter casum potissimũ dari discrimen, etenim alimenta filio debita aliquod principale, in quo subsistant, & à quo dependent, haùd habẽt, alimenta verò, quæ per vxorẽ petũtur, sunt fundata in dote, suntque illius pars, vt pari voto firmant memorati nostræ Iurisprudentiæ Periti; Vnde nil mirum
23 si hypotheca, quę pro toto competit, ad partes quoque, & ad ea quæ sunt connexa, ab ipsoque principali dependentiam habent, extendatur, vt rectè extricat *Præpositus in cap.* 1. *num.* 2. *quæst. de donation. inter virum, & vxorem*, præsertim etiã,
24 quia ratione connexitatis, & accessionis priuilegium à lege Communi exorbitans ad connexum & accessorium extenditur, vt per nostrum memorandum *Matth. de Afflictis decis.* 127. *in fin.* iuncto *Dom. Præs. de Franchis* qui ità ad propositũ arguit in *decis.* 613. *num.* 15. & iure editi regula, *textus in l. Lucius D. qui potior. in pignor.* habet quòd sicùt pro sorte principali, ità pro vsuris pignora sunt hypothecata, ob quod idem *Præpositus ibidem* notat, quòd sicùt res obligata pro sorte censetur etiam pro vsuris, quæ sunt odiosæ, ità quoque, & multò magis pro alimentis, quæ sunt fauorabilia, & ad dotem accessoria.

PROLOGOMEN.

Minorem in venditione dimidiam vltrà læsum agere posse extraordinario remedio restitutionis

Digitized by Google

tionis in integrum, quamuis ordinarium *l.2.C.de rescindend.vendit.* habeat remedium eruditur, Verùm an procedat etiam si lęsio in pretij quantitate interueniat? in dubium reuocatur.

RERVM SVMMA.

1 *Minor læsus in venditione vltra dimidiam agere non potest extraordinario remedio restitutionis in integrum, dùm habet remedium ordinarium* l.2.C. de rescindend. vendit.
Contrarium verius, vt num.2. & 7.
Limitatur, quando minor circà pretium læsus fuit, vt num.8.
Sed in dubium reuocat Auctor *num.10.*
3 *Remedium extraordinarium, quando pinguius prouidet, per ordinarium non tollitur, & nu.6.*
4 *Remedium restitutionis in integrum piguius prouidet, quàm illud* l.2 C.de rescindend. vendit.
5 *Fructuum restitutio venit, cùm agitur remedio restitutionis in integrum.*
9 *Conuentus electionem habet, vel restituendi rē, vel supplendi pretium, cùm agitur remedio* l.2. C.de rescindend.vendit.

OBSERVATIO CXXX.

VTilia quidem complura affert noster *Author* in prędsenti decisione, ad quorum enucleationem multa sanè effunderé possem, sed nè longior (quàm par sit) videar, quinimmò nè eadem res pluries repetatur, selectiora quædam in Lectorum gratiam adnotabo in *Obseruatione ad decis.* 134. Modò verò nè sicco pede pertransire videatur, disquirēdi ansam se offert.

1 An minor in venditione dimidiam vltrà læsus agere possit extraordinario remedio restitutionis in integrum, dùm habet remedium ordinarium *l.2.C.de rescindend.vendit.* hanc planè rem circà, etsi quidam, quorum auriga esse videtur *Bartol.in l.1.C.si aduers.Fiscum*, negatiuam sententiam tueri conentur: nihilominùs affirmatiuam
2 communiori Doctorum calculo receptam legimus, ità enim contrà *Bartolum* tenent *ibidem Bald. Aretin. & Iacob.* ex quorum dictis habetur, quòd quando extraordinarium remedium est
B pinguiùs ordinario, extraordinarium per ordinarium non tollitur: sic quoque contrà *Bartol.* tradit *Barbat. in cap.cùm dilecta, 3.col.vers. Adde Bald. de emption. & vendit.* confirmat *Pinell.in d. l. 2.part.3.cap.2.num.19.* vbi tradit, *Bartolum* lapsum fuisse, approbauit nostrum Sacrum Consilium penès *Dom.Præs. de Franchis decis. 248. sub num.3.* qui ità decisum fuisse testatur, & tradit etiam dictum fuisse, quòd *Bartoli* opinio non est vera, & prędcœteris denique comprobat *Couarruu.Variar.Resolut.lib.1.cap.3.nu.11.vers. Tertiò hinc deducitur*, edocens, minorem, & Ecclesiam restitutionis in integrum beneficium iure consequi posse, etiam si læsio iusti prætij dimidiā excesserit: nèc enim hoc beneficio priuātur, quòd agere possint remedio dictæ *leg.* 2. cùm in inte-
4 grum restitutio, etsi auxilium sit extraordinarium pinguiùs nihilominùs est, quàm ordinariū, quod ex dicta *leg.2.* competit, nàm præcisè rem auocat, & vlteriùs prouidet, cùm etiam veniat fructuum
5 restitutio, vt inquiunt *Præs.Amat.consil. 87. nu. 9. Gamm.decis.218. Reg.Sanfelic. decis. 125.* & in puncto etiā in proprijs terminis decidit *Paulus I. C. in l.quod si minor 25.§.restitutio autem, D. de minorib.25. annis.*

Ex quo equidèm limitatio promanat ad Iuris illam conclusionem, qua habetur, remedium extraordinarium cessare, vbi adest ordinariū: Quando quidèm etsi vera, indubitataque illa sit, nihilò tamē minùs fallit, quoties extraordinariū auxiliū
6 est pingue, quàm ordinarium, vt latè astruit *Sforz. Odd. de restitutione in integrum, quæst.2. num. 7.* & pleniùs *quæst.17.part. 1.* sicque ergò cùm
7 auxilium restitutionis in integrum sit pinguiùs remedium, quàm auxilium ordinarium dictæ *l. 2.* minorem in venditione dimidiam vltrà læsū per restitutionem in integrum agere posse, concludendum videtur, pro vt quoque conclusum fuisse hic testatur noster *Author num.14.*

8 Tametsi aliàs ipse addat distinctionem illam, quam alij demùm hanc rem circà pensitauere, quòd aùt minor læsus fuit circà rem, aùt circà pretium: Si primum, vt quia rem sibi vtilem alienauit, quam distrahere non expediebat, nec pecunia indigebat, & è contra res illa bonum annuum reditum afferebat, quòd hoc casu minor restituitur ad rem, & contractus rescinditur, ac pro non facto habetur; Si secundū, vt quia rem suam non iusto pretio ex necessitate, æriscq; alieni vrgentia vēdidit, vel quia rem aliquā plùs iusto emit, quòd tunc minor haùd ad contractū, sed pretiū aduersùs restituitur, sicq; quòd cesset extraordinarium
9 remediū, locumq; habeat ordinarium dictæ *leg.2.* & electio conuēto tribuatur, vel restituendi rem, vel supplendi pretiū; hanc enim distinctionē post multos, quos manuducit, amplectitur *Cancer. Variar.Resol.part.2.cap.1.de minoribus nu.289.* vbi de Authore nostro haùd etiā immemor fuit, defendit *Fontanella de pactis nuptialibus, claus. 4.Gloss.18.num.42.46. & 100.part.1. & in decis. 520.num. 7.* vbi laudat *Vrsill. ad Afflict. decis. 240.num.8. Garz.de expensis, cap.18.num.44.* & non discedūt *Anton.Faber in suo Cod.lib.2.tit.9. de in integrū restitutione, definit.3. Gramm.decis. Lusit.312.* ibiq; *Flores in addit. & Dom. Regens Capycius Latro in sua Consult.121.nu.47. tom. 2.* vbi alios denique hanc distinctionem insectantes indicat, ac lato nouissimè tuetur calamo elaboratissimus I.C. & M.C. V. in criminalibus dignissimus Iudex Dominus *D. Hieronymus Calà* in optimo *tract.de restitutione in integrum minorib.denegand.quæst.13. ex num. 26. cum seqq.*

10 Nihilominus Ipse, vt verùm fatear, difficultatem habeo circà adhibitam distinctionem, vndè eodem modo, quo ipsi distinguentes discurrunt, argumētari cogor, quòd ideò minor extraordinario remedio restitutionis in integrū agere haùd possit, & præcisè rem auocare, cùm nō in re, sed in pretio læsus fuit, ex eo quia restitutio quantum lęsio aufert, tantum ipsa reddit, sed læsio non abstulit rem, igitùr non res, sed pretium, vel cùm eius supplemento, aùt res ad conuenti electionem reddi debet: Quod planè argumentandi genus haùd conuincit, propterea quod ex ordinario remedio dictæ *leg.2* dùm fructus restituendi veniunt,

mi-

Digitized by Google

minori tantum, quantum per læsionem aufertur, non redditur, idcircò dùm per remedium extraordinarium restitutionis in integrum minori in fructuum restitutione quoque succurratur, sicq; per eam pinguiùs prouideatur, non ità absolutè, minorem non, nisi ex remedio ordinario dictæ *leg.* 2. agere posse, dicendum euenit.

PROLOGOMEN.

Bonorum minoris venditionem pro debito hæreditario sine solemnitate in eis requisita fieri haùd posse deciditur, etiam vbi de contractus cùm patre minoris celebrati exequutione ageretur.

RERVM SVMMA.

1 *Solemnitates seruandæ sunt in venditione rerum minoris pro debito hæreditario, quamuis ageretur de exequutione contractus cùm patre minoris celebrati, & num.* 3.
2 *Bona minoris immobilia sine Iudicis decreto nõ alienantur, nec obligantur. Sed an semper procedat? traditur remissiuè n.* 7.
4 *Ratio vbi eadem est, idem Ius seruari debet.*
5 *Ratio vbicumque locum habet, lex etiam locum habere debet.*
6 *Ratio vbi eadem est, eadem lex comprehensiuè esse dicitur.*

OBSERVATIO CXXXI.

PEculiari conatu hoc in loco discutitur quæstio. An bonorum minoris venditio pro debito defuncti fieri possit sine solẽnitate in eis requisita? & reiectis aduersantibus concluditur, solemnitates requiri in venditione rerum minoris pro debito hæreditario, etiam vbi de contractus cùm patre minoris celebrati exequutione ageretur, pro vt quoq; pun-
1 ctualiter concludit *Ioan. Petrus Surdus in decis.* 77. & sequitur illic in additione *Dom. Consiliarius Ioan. Baptista Hodierna* vbi extollit præsẽtem *Authoris* nostri decisionem, & iterùm *in decis.* 278. *nu.* 23. ea nimirùm ratione suadente, quia indefinita est regula, quòd minoris bona immo-
2 bilia sine Iusdicentis decreto non alienantur, quin etiam obligentur, vt expressè decidit *Vlpianus I.C. in l.* 1. *§. final. D. de rebus eorum*, & clarè rescripserunt *Cæsares in l. Lex, qua tutores* 22. & *in l. Sancimus* 28. *§. defonsionem, C. de administ. tutor.* vbi vtrobique etiam *Gloss.* & Iura, ac Doctores hac de re tractantes cùm indistinctè loquantur siue debitum proprium sit, siue hæreditarium minoris, indistinctè quoque intelligi debent.
3 Præterea id incompertum fieri videtur ex eo, quia non minor ratio seruandæ solemnitatis militat, quando venditio fit pro paterni debiti solutione, quàm vbi fit pro proprij debiti extinctione, qua propter vtroque casu decretum requiritur,
4 quia vbi eadem est ratio, idem ius seruari debet *l. I. D. illud, D. ad leg. Aquil. l. si postalauerit, §.* 2. *D. ad leg. Iul. de adult. l. quidam nummularios, de eadem. Fulgos. consil.* 15. *num.* 2. & *consil.* 5 *num.* 2. & 3. vbi, quòd vbicumque ratio habet cum, habere debet etiam locum lex, *Card. Tusch. Pract. conclus. tom.* 6. *lit. R. conclus.* 31. *Thom. de Thomas. in floribus legum, Regul.* 299. *Farinac. fragment. criminal. part.* 1. *lit. E. num.* 51. & *seq.* quinimmò vbi eadem est ratio, eadem
6 lex esse dicitur non extensiuè, sed comprehensiuè vt obseruant *Tiraquell. in l. si vnquam, verb. Liberis, num.* 45. & 46. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellar.* §. 7. *proœm. num.* 105. *Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.* 6. *Gloss.* 1. *n.* 13. & *cap.* 9. *Gloss.* 8. *num.* 3. *Guttierez. QQ. Practic. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 84. *cùm seq.*
7 Verùm enim verò, etsi sententia ista hæc verior sit, pluribus tamèn modis eam restringit *Alexander Trentacinquius Variar. Resolut. lib.* 2. *titul. de Minoribus, Resolut.* 9. atque pariter *ibidẽ* eam ampliando exornat: consule idcircò Lector tantum Lectorem, nec te illum legisse pœnitebit.

PROLOGOMEN.

Possessio acquiri nùm possit colonis cùm tota familia minimè expulsis? breuiter innuitur, & an citatio requiratur in concedenda inhibitione? simili quoque verbo notatur, cùm aliys nonnullis.

RERVM SVMMA.

1 *Possessio an acquiratur non expulsis colonis cum tota familia.*
2 *Citatio an requiratur in concedenda inhibitione.*
3 *Inhibitio nùm dicatur attentata si post litis pendentiam concedatur.*
4 *Actus post inhibitionem gestus tanquàm attentatus reuocatur.*
5 *Attentata sunt omnia facta post inhibitionem. Ratio traditur num.* 8. *Et ampliatur vt num.* 6. & 7.

OBSERVATIO CXXXII.

HAùd parum ad totam præsentem decisionem, quam lato calamo exornat noster *Author*, & præsertim ad effatum *num.* 8. & 16. conferunt exarata, & adducta à nobis in *Obseruatione ad decis.* 10. vbi
1 verba fecimus, an possessio acquiri possit colonis cùm tota familia minimè expulsis? & quoque de præsenti decisione haùd immemores fuimus; Quamobrèm morari hic facere otiosum quippè est, præsertim quia eamdem rem, quam scripsimus, modò repetere velimus, in foueam incidere-
2 mus, quam euitemus. Circà verò illud aliud dubium, an nempè requisita turcitatio in concedẽda inhibitione, vltrà *Lancellot. de attentatis post inhibitionem part.* 2. *cap.* 20. *in præfat. num.* 119. adeundus est idem *Author in tom.* 5. *Disceptat. forens. cap.* 4. *num.* 23. & *seqq.* vbi quo-
3 que astruit, an inhibitio attentata dicatur, si post litis pendentiam concedatur? Et num actus post inhibitionem gestus tanquàm attentatus reuocandus? Affirmatiue *Author noster in tom.* 4. *Disceptat. forens. cap.* 195. *num.* 11. scribit memoratas

Digitized by Google

laudans *Achill. de Grassis decis. 29. sub titul. de appellationibus*, qui tradit, omnia post inhibitionem facta attentata esse etiam quòd inhibitio cõmissionis virtute emanasset, in qua tres sententiæ latæ narratæ haùd essent, tametsi de litibus motis dictum fuisset: idemque esse adiecit, haùd refragãte, quòd appellatio iustificata minimè fuisset, licèt contrarium de Iure communi verùs esset iuxtà *cap. non solum, in verb. Canonicè, de appellat. in* 6. & quòd latę essent tres sententiæ, & prò earum exequutione instaretur, hocque de stylo Rotæ esse adnotat, ea nimirùm ratione suadente, quia si sumus in Cura, facilè est Principem pro remedio adire, si verò essemus in partibus, tunc aperienda minimè est via inferioribus super inhibitionibus Superiorum iudicandi, quoniam facilè negligerentur. Aliaque ad materiam astruit idem *Achill. de Grassis in decis.* 32. 33. 36. & 37. ad quem Lectorem remittimus.

PROLOGOMEN.

Pacis fructibus, encomijsqi præpositis nonnullis, indicatur, an quis cogi possit ad præstandam cautionem de non offendendo aliquem pro eius consanguineis inimicis? quam tamèn facultatem Superiori Domino, & supremo Magistratui dumtaxàt iure particulari concessam fuisse notatur, & an cœteris Magistratibus competere possit, & quando? breuitèr elucidatur.

RERVM SVMMA.

1 *Pax quid sit.*
2 *Pacis encomia recensentur.*
3 *Iudex partem cogere potest ad ineundam pacem*
4 *Capitula* Regis Roberti *quæ* Conseruatiua *appellari consueuere, quæ ratione fuerint emanata.*
5 *Capitula prædicta an procedant, vt Regale præsteatur præsidium nè vis inferatur, vel expectãdum sit, quòd realis, & actualis violentia intercedat.*
6 *Cautio de non offendendo pro consanguineis inimicis præstanda minimè est.*
7 *Inimicitia publicas personas excusat, vt non teneantur ad ea, ad quæ aliàs officij ratione tenerentur.*
8 *Iudex Aduocatum cogere non potest vt postulet pro suo inimico.*
9 *Iudex prohibere potest Aduocatum, ne postulet contrà suum inimicum.*
10 *Inimicum pro Iudice habere, graue est.*
11 *Aduocatus contrà amicum patrocinari non debet, & casus decisus affertur.*
12 *Iudex num cogere possit partem ad cautionem præstandam.*
13 *Facultas cogendi aliquem ad cautionem præstandam quibus Iudicibus, seù Magistratibus concedatur.*
14 *Iudex an compellere possit partes ad compromissum? & quando procedat, & num.* 15.
16 *Quies publica violatur per Magnatum discordiam.*
17 *Iudex ex abrupto, & sine causa cognitione cogere non debet partes ad cautionem præstandam de non offendendo.*
Limitatur, quando periculum est in mora, & de imminente offensione timetur, aùt quod pars aufugiat, vel inimicitia notoria essent, vt num. 18.
19 *Iudex vnam tantùm partem cogere nõ potest ad præstandam cautionem de non offendendo, quando altera pars sibi recaueri petit.*
20 *Iudex si vni ex partibus cautionem de non offendendo dari iussit, & alia pars eam non dedit, illius obligatio qui cautionem præstitit, effectum suum habere nequit.*
Limitatur, si timor reciprocam fideiussionem petentis vanus foret, & pars ad offendendum apta minimè esset, vt num. 21.
Quo casu pœna exigi potest, si fideiussio fracta erit, vt num. 22.
23 *Iudex num admitti debeat cautionem de non offendendo cum protestatione, quòd cautio non valeat, nisi similis cautio per aduersarios præstita fuerit.*

OBSERVATIO CXXXIII.

1 COntraposita paci (quæ quidem non modò ipsa dulcis est, cùm sit serenitas mẽtis, tranquillitas animi, cordis simplicitas, amoris vinculum, & charitatis consortium, vt scribit *Diuus Augustinus de verbis Domini, super verb. Pacem meam do vobis serm. incip. Domini ista vox est*, Sed et ãmplius nomen blandum est, ac suaue, omnia enim pacis tempore pulcherrimè pullulant, florent, atque incremẽtum accipiunt, coluntur agri, vernant horti, pascuntur lætæ segetes, ædificantur villæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur, & augentur extructa, crescunt opes, alùtur voluptates, vigent leges, floret Reipublicæ disciplina, feruet Religio, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, vberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia diuitum, efflorescunt honestissimarum disciplinarum studia, eruditur iuuentus, tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspicijs nubunt virgines, laudantur simili prole pauperæ, florent boni, minùs peccant mali; quos pacis fructus, & encomia alterius docti quidem, nec minùs prudentis viri auctoritate fretus, enarrat *Andr. Gaill. in tract. de pace publica, lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. aliquorum memor est *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra super Rit. M. C. V.* 47. *num.* 1. & 2. multa referens bellorum mala, pacis verò bona, nec non *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in annotat. ad Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part.* 4. *cap.* 7. *in princip.* vbi, indè emersum esse obseruat, quòd pro pacis bono, vtq; violentiæ compescantur, & cohibeantur tumultus, in toto ferè terrarum Orbe plura manarunt statuta, promulgatę fuerunt leges, Sapientum comprobarunt scita, & Supremorum Tribunalium accesserunt determinationes, adeò quod dixerit *Farinac. in sua præxi criminal. quæst.* 107. *num.* 8. & 9. Iudicem partem cogere posse ad ineundam pacem, quã opinionem veriorem esse tradit, & eo laudato sectatur *Gaspar Thesaurus-QQ. Forens. lib.* 4. *quæst.* 26. *num.* 1. hoc in Regno præsertim, in quo Rex Ro-

Digitized by Google

Robertus, qui alter Salomon vocabatur, vt vio-
lentias inter subditos protinùs exterminaret, qua-
si pacem ipsam turbantes, prouidè sanxit, & de-
anno 1332. plura edidit Capitula incipientes *Ad Regale fastigium*, *Ad Præsidentis spectat officiũ*, *Charitatis effectus*, *Finis præcepti Charitas*, *Omnis prædatio*, quibus prouisum est, omni per-
sonarum generi, vt in pace, & quiete viuant, om-
nisq; depellatur violentia, de quibus Regni Ca-
piculis complura dilucidant Repetentes ibi, nec non *Afflict. in decis. 224. 85. & 167. & in Con-
stit. De Burgensaticis*, *Præf. de Franchis decis.* 163. & 193. *Grammat. decis.* 78. *Anna Alle-
gat.* 7. & 92. *Camillus Bonrellus de Regis Ca-
tholicis præstantia, cap.* 71. *num.* 214. *Musca-
rella in praxi S.R.C. lib.* 2. *cap.* 1. *Gloss. Senten-
tia, num.* 90. & *seq.* ibiq; *Dom. Consiliar. Franc. Maria Pratus in addition. & in Practicar. Ob-
seruat. lib.* 1. *cap.* 57. vbi illam quæstionem ab-
soluit, Nùm Capitula prædicta procedant, vt Re-
gale præstetur præsidium timenti nè vis infera-
tur, vel expectandum sit, quòd realis, & actualis violentia interceda t) primo intuitu esse videtur præsens ista hæc decisio determinans, non posse
quem cogi ad præstandam cautionem de non of-
fendendo aliquem pro eius consanguineis inimi-
cis, quam determinationem laudans amplectitur *Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part.* 4. *cap.* 7. *num.* 19. & iuxtà eam concludit *Hercul. de cautione non offendend. cap.* 8. *num.* 1. *vers. Hoc tamen declara, & num.* 3. *vers. Qua ra-
tione*, qui quoque *cap.* 3. casus enumerat, in qui-
bus dicta cautio de non offendendo præstanda
est, quemadmodùm paritèr plenè rerum crimina-
lium versatissimus, & doctissimus *Prosper Fari-
nac. in indicata quæst.* 107. *num.* 11. & *seqq.* & demùm *Sebast. Guaz. in suo tract. de tregua, & pace, part.* 2. §. 3. *quæst.* 7. *Vipol. eodem tract. quæst.* 73. & *sequ. Mascardus de probationibus, cõclus.* 1376. *Menochius de Arbitr. Iudic. lib.* 2. *ca-
su* 140.

7 Ob quod noster *Author num.* 14. infert, inimi-
citiam iustam esse excusationis causam non
solùm ab huiusmodi fideiussione, sed etiam à
multis aliis, exemplum tradés in Aduocato, Pro-
curatore, Notario, Hospite, Nautis, & similibus,
qui etsi tanquàm personæ publicæ facere teneantur instrumenta cuiuslibet, quemlibet hospitari,
& pro quolibet patrocinium suscipere, locum
tamen prædicta in personis inimicis non obtinet,
sicq; quòd illorum occasione Iudex illos cogere
neque posset: ità quoque firmat *Dom. Regens Reuitus in Rubr. de postulando, num.* 10. & 11.
8 vbi notat, Prætorem hoc in casu cauere debere,
nè faciat, vel inimicum iudicare, vel contrà amicũ
postulare, subdens, quòd quemadmodùm Iudex
Aduocatum cogere non debet, vt pro suo inimi-
9 co postulet, ità Aduocatum prohibere poterit, nè
contrà eum inimicum patrocinium suscipiat, vt
optimè fundant etiam *Alnar. Valasc. in sua Cõ-
sultat.* 124. *tom.* 2. *Gabriel. in decis. Lusitan.* 224.
num. 8. & 10. *part.* 1. *quarè ad propositum Burr. in
in cap. dilecti filij, col.* 1. *in fin. num.* 6. relatus à
*Sigismund. Scacc. in tract. de sententia. & reiudi-
cat. Gloss.* 1. *quæst.* 1. *num.* 250. *circà finem*, quæ
memor. est *Dom. Consiliar. Franciscus Mari-
Pratus in suo Nicandro num.* 451. *in secunda
impress. atque Ipsemet in priori meo Menoc.*

de Reipublicæ regimine, §. 7. sub num. 38. *circà med.* insinuat, ità graue esse habere Lupum pro
10 Pastore, Homicidam pro Medico, Dissipatorem
pro Custode, Inimicum pro Iudice, sicuti Tyran-
num pro Defensore: & *Bouadilla* cauendum esse
à suspectis monet in sua *Politica*, *lib.* 3. *cap.* 8.
num. 122. *tom.* 2. Denique hanc nostri *Authoris*
il lationem comprobant *Xamar. de officio Iudic.
& Aduocat. part.* 2. *quæst.* 3. *num.* 10. *Ripa de
nect. tempor. cap.* 132. *num.* 5. *Baron. de effect. ini-
micit. effect.* 5. *num.* 1. & *effect.* 146. *Nouar. in
Rubr. de postulando, num.* 5. *Danza ad Gram-
mat. decis.* 80. *num.* 13. quos insectatur *Dom.
Consiliar. D. Carolus Petra in commentar. super
Ritibus M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 4 *num.* 3. *vers. Hinc*,
vbi improbans Aduocatos illos, qui nullo amicõ-
11 rum habito respectu, dummodò ipsis lucrum
perueniat, contrà Amicos patrocinari non eru-
bescunt, scribit, quòd dùm ei iniunctum per S.E.
eiusq; Collaterale Consilium esset, vt patrocinũ
præstaret in causa contrà quendam Officialem
permaximæ familiaritatis sibi coniunctum, sub-
iunxit, eum ad patrocinandum adstringi haùd
posse, quia valdè ille amicus ei erat, & propterea
per dictum Collaterale Consilium admissa fuit
ab eo allegata excusatio; Hinc fit aditus ad quæ-
stionem illam.

12 An Magistratus ex officio cogere possit par-
tem ad cautionem præstandam? ambigua quidem
quæstio est, quam ambiguitatem agnoscens *Gas-
par Thesaur.* valdè dubitat in *lib.* 4. *QQ. Forens.
cap.* 26. & post *Rest. Castal. de Imperatore*,
quæst. 110. *num.* 37. *Prinil.* 42. inquit, Superiori
13 Domino, & Supremo Magistratui dumtaxàt iu-
re particulari concessum fuisse, vt partes ad pacẽ
faciendam cogere possint, Magistratus tamen hac
potestate vti non tolent, sed monent, & requiran-
tur, secundùm *Afflict. in decis.* 149. vbi *num.* 6. re-
14 fertur, quòd quæsitum fuit, vtrùm Sacrum Con-
silium possit, ut sibi vi debitur, ex aliqua iusta cau-
sa partes ad compromissum compellere, & fuit
concluſum, quòd regulariter Iudex partes ad cõ-
promissum compellere non potest, vt dicunt
*Gloss. & Bartol. in l. Furti, §. qui iussu, D. de his,
qui notant. infam.* 1 de emq; credit *Bald. in cap.* 1. §.
*si quis quinque soli dos, de pace tenend. & tradit
in l. ex stipulatione C. de sentent. & inter locut.
omnium Iudic. Alexand. in l. aquissimum, D. de
vsufruct. in l.* 1. §. *post operis, D. de nou. oper. nun-
ciat. & in l. quidam existimauerunt*, vbi etiam
Paulus de Castro, & *Iason, D. si certum petat.
quos recenset idem Afflict. d. l.*

15 Verùm iusta subsistente causa Magistratum,
vel ex officio, vel ad partis instantiam cogere
posse unquisitum ad cauendum de non offenden-
do offensum, & ipsum etiam offensorem ad non re-
offendendum, tradit memoratus *Farinac. in ci-
tata quæst.* 107. *num.* 2. quod comprobare vide-
tur *Afflict. in allegata decis.* 149. *num.* 7. vbi re-
stringens suprà regiam decisionem, docet se-
16 cùs esse, si fortè essent his inter Magnates, & esset
timor, nè scandalum quiritur, & ideò publica quies
turbaretur, arguendo *l. congruit, D. de offic. Pre-
sid. & in citata lege* 1. *C. de sentent. & interlocut.
omnium Iudic.* 17 dicem ex abrupto: Iudex
debere cum hominibus ad fi-
gere partes minimè
deubendum coger
rosum, quemadmo

Digitized by Google

l. consensisse 2. §. Sed si dubitetur, D. de iudiciis, nisi periculum sit in mora, & de imminēte offen-
18 sione timetur, aùt quod pars aufugiat, vel inimicitiæ notoriæ essent, etenim tunc ludici prohibitum minimè videtur, partes ad cauendum cogere nulla præcedente causæ cognitione, quinimmò hoc etiam facere posse per extraiudicialem informationem absq; testium examine, nec copia parti data, annuunt *Farinac. vbi supra, num. 19. & Guaz. de tregua, & pace, tit. de caut. quæst. 6. part. 2. num. 17.* Sed.

19 Nùm Iudex alteram dumtaxàt partem ad prędictam cautionem præstandam cogere possit, quando altera pars, etiam iustè timens, sibi recaueri petit? adeundus quidem est in facti contingentia memoratus *Hercul. in citato tract. de cautione de non offendendo, cap. 31.* qui exclusiuam
20 aleam sectatur, astruens, quòd si Iudex vnicx partibus cautionem huiusmodi dari iussit, & alia pars eam non dedit, illius obligatio, qui cautionem præstitit, effectum suum minimè obtinebit, & contraueniendo non tenebitur, cùm talis obligatio, prout de iure, data intelligatur: id quod adeò verum esse tradit *Dom. Regens Sanfelicius in decis. 142. num. 13. et 15.* qui eam dedit, aduersarius petere possit, & prouidetur, quòd illa præstita non intelligatur; Verùm enimuerò si timor
21 reciprocam fideiussionem petentis vanus foret, & pars ad offendendum apta minimè esset, præstari eo casu non debere, firmant *Farinac. vbi supra, quæst. 107. num. 23. Guaz. loc. cit. num. 15. Baiard. ad Clarum, §. final. quæst. 47. num. 22.* qui subdit, pœnam exigendam esse, si fideiussio
22 fracta erit, haùd refragante, quòd præstita fuerit cùm dicta protestatione, quòd cautio non valeat, nisi similis cautio per aduersarios præstita fuerit: sed hanc rem circa *Vulpell. in citato tract. de pace, quæst. 79.* aduertit, Iudicem præscriptam pro-
23 testationem admittere non debere, propterea quod si eam admittit, secùs firmandum euenit, maximè si cautio huiusmodi præstita fuerit sub conditione, vt fideiussor non teneatur, donèc aduersarius cauerit, addita quoque clausula, *non aliter, nec alio modo.*

PROLOGOMEN.

Subhastationum defectum in bonorum minoris distractione eam non reddere nullam, cùm de huiusmodi contractus substantia minimè sint, latè ostenditur, probaturq; enodatis etiam ambagibus ortis ex *l. etsi sine dolo 8. §. quæsitum est, D. de minorib. 25. annis. & in l. edicto 3. C. si aduersus Fiscum restitutio postuletur.*

RERVM SVMMA.

1 *Subhastationes necessariò præcedere debent in alienatione bonorum minoris, & num. 2.*
Sed contrarium traditur num. 3. & 18.
4 *Alienatio rerum minoris ex defectu subhastationum nulla haùd redditur, & num. 5.*
6 *Lex quod non statuit, pro omisso habetur.*
7 *Legem extendere nostrum minimè est.*
8 *In rei minoris venditione quæ necessaria sint, et essentialia, & num. 9.*
10 Textus in l. etsi sine dolo 8. §. quæsitum est, D. de minor. 25. ann. *verus intellectus.*
11 *Rescissio actus validitatem supponit, & num. 15.*
12 Textus in l. edicto 3. C. si aduersus Fisc. restit. postuletur, *germanus intellectus.*
13 *Fiscus vendens rem sui debitoris ad subhastationum solemnitatem tenetur.*
14 *Casus singularis ad alium trahi non debet.*
16 *Subhastationis defectus nullitatem non inducit.*
17 *Subhastationes de consuetudine amplius non seruantur.*
19 *Subhastationes an fieri debeant in alienatione rei Ecclesiasticæ.*
20 Textus *dispositio* in Auth. hoc ius porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. *num sit approbata.*

OBSERVATIO CXXXIV.

1 CVm se ipso dissidet *Author* noster disquirens. An subhastationes in alienatione bonorum minoris requirantur? etenim cas de necessitate requiri hoc in loco firmat, ità vt si omittantur, vitietur actus: in *decis.* verò 130. contrarium, oppositumue edocet; Nihil sub Sole firmum! Hasce verùmtamen pugnantes decisiones concordari posse arbitror, vt
2 præsens intelligenda sit, quando Iudicis decretum venditionem præcedit, tunc enim cùm Iudex de rei valore, & oblati pretij iustitia non cognoscat, solemnitas illa subhastationis requiri potest, quia illud Iudicis decretum ad hoc deferuire minimè potest; *Decisio* verò 130. intelligenda sit, quando venditio præcessit, superq; ea pro tanto pretio facta Iudicis decretum petitur, & Iudex primo loco decreuit, quòd capiatur informatio, in qua informatione de causa necessariæ venditionis, de rei venditæ qualitate, de ipsius valore, & redditibus, ac de pretij conuenti, & oblationis qualitate tractatur, vt peroptimè extricat memorandus *Dom. Regens Ioan. Francisc. de Ponte in consil. 1. num. 130. tom. 1.* Hæc; pro concordia.

3 Quatenùs verò attinet ad præpositum theorema, negandum quidem est, quòd de iure in bonorum minoris distractione subhastationes requirantur, multòque minùs adeò esse de huius-
4 modi contractus substantia, vt eatum omissio illum vitiet, liquidem etsi *Afflict. in decis. 249.* eiusq; Adsect., è quorum numero recenentur, quos coadunant *Ill. Dom. Regens, & S. C. Præses D. Franciscus Merlinus in centur. 2. Controuers. Forens. cap. 75. num. 1. vsque ad num. 6. & Ill. Dom. Regens Fabius Capycius Galeota tom. 1. Controuers. forens. in decisione ad Controuers. 53.* quæ in operis calce colloçatur, *art. 3. num. 66.* nec non *Dom. Consiliar. de Georg. Allegat. 5. num. 64. & Dom. Consiliar. Carleual de indicijs, tom. 2. tit. 3. disput. 1. num. 9.* subhastationem interdolentia requisita ponant, ad hoc, vt nullitas
5 euiteur, Nihilò tamen minus si res benè inspiciatur, perpendatur, & examinetur, liquidò fit, hoc iure eatum non reperiri, apertè enim cōstat in *l. magis puto, & toto titulo D. de rebus eorum,*

& in

& in l. 1. & toto titulo C. de prædijs minorum, quibus in rebus solennitates in huiusmodi alienationibus requisitæ recensentur, & de subhastationibus nullatenùs mentionem faciunt; atque ideò Lucas de Penna optimè in l. si tempora, num. 20. C. de fide instrument. & instr. hast. Fiscal. lib. 10. ità ait, Sed an in venditione rerum pupillari habeat locum subhastatio, vt necessariò cùm ea fit agenda non videtur, cùm de hoc lex expressè non statuat, igitur pro omisso debet haberi, D. de verbor. obligat: quidquid si voluisset expressisset, suprà de caduc. toll. l. vnic. §. sin autem ad deficientis, nec est nostrum extendere legem, D. solut. matrim. l. si verò, § de viro, Addit ad Dec. d. consil. 403. lit. A.

Quandoquidem tria sunt quippè requisitæ vera huiusmodi in distractionibus necessaria, & essentialia, nempè iusta causa, Iudicis decretum causa cognita interpositum, & Tutoris authoritas, vt Imperator Constantinus rescripsit in l. Lex, quæ tutores 22. in princip. C. de administr. tutor. & tradit Accursius Glossator in l. 1. verb. Alienum, D. de rebus eorum, atque exponit Gregorius Lopez ad l. 4. verb. Otorgamiento, tit. 5. part. 5. nec non etiam Gramm. in consil. 137. num. 14. vbi dicit, tria in bonorum pupilli venditione requiri, scilicèt Tutoris authoritatem, causæ examinationem, & Iudicis decretum, quem laudans pro absoluto insequitur Dom. Regens Scipio Rouitus super Pragmat. 1. de Tit. seu Inscript. abusu, sub num. 105. inferens indè, quòd quia de subhastatione non sermocinantur, neq; de ea mentionem faciunt, illa non est necessaria, prout nec illam necessariam reputat Corneus in consil. 29. num. 3. vers. Et Bartol. vol. 4. ex supra indicata ratione, quia in iure cautum non reperitur, id quod etiam apertè colligitur ex Innocentij doctrina in cap. dudùm, extrà de rebus Eccles. non alienand. in 6. num. 21. vers. Tractatus, qui dicit, in rerum pupilli pretiolarum venditione tria dumtaxàt requiri, scilicèt causæ cognitionem, decreti interpositionem, & iustam alienandi causam, & tamen de subhastatione nullam penitùs facit mentionem: denique præcæteris, quòd isthæc subhastatio non fit de necessitate in huiusmodi alienatione, tradit expressè Baldus in l. & si fine, §. quæsitum, D. de minorib. vbi, quia hoc iure cautum non reperitur, tàm in prima, quàm in secunda lectura hoc firmat, & expressiùs in Authent. hoc de sacrosanct. Eccles. & quòd hodie hoc iure vtimur, & sic practicatur, suprad. dicta confirmans, testatur Dom. Reg. de Ponte in consil. 1. num 139. tom. 1. quapropter id quod de subhastatione potest, gratis omninò asseri dicendum consequitur.

Nec profectò de Pomponij loco in l. Et si fine dolo 8. §. quæsitum est, D. de minoribus 25. annis, qui causam contrarium sentiendi tribuit, curandum est, propterea quod nostram potiùs sententiam probat, vt benè Baldus aduertit ibidem, eo quia in eius specie non annullatur venditio, sed rescinditur, quæ quidem rescissio actus validitatem supponit, licitationis & subhastationis defectum non obstante: verùm minor ad lucrum restitutus rescissionem obtinuit, quemadmodùm memoratus Dom. Regens Rouirus vbi supra, sub num. 107. quo indicato insequitur la-

datus Ill. Dom. Regens Merlinus d. l. num. 13. adijciens etiam nostram hanc sententiam eo fortiùs constabiliri, si animaduerteretur eo in rem illud solummodò quæsitum fuisse, vtrùm scilicèt ad damnum, ità quoque ad lucrum minor restituatur? ad quam quæstionem dirimendam, facti contingentiam proponit ICtus, si res minoris venietur, & interdùm alius sit, qui plus licitatur, an admittendus sit? & respõ. sit, quotidiè Prætorem minorem restituere, vt admittatur licitatio: quidem verba ad merum factum, hauddubiè iuris ministerium referenda esse, vno verbo aduertit citatus Dom. Regens de Ponte d. l. num. 136. igitùr ex hoc subhastationis necessitas minimè probatur.

Ex quibus porrò neque refragari dicimus Imperatorum Diocletiani & Maximiani Constitutionem in l. edicto 3. C. si aduersus Fiscum restitutio postuletur, quam demùm pro aduersæ sententiæ tuitione adducunt illius sectatores: cùm Fiscus rem sui debitoris vendés, non minùs quàm si fiscalem rem venundederit, vt expressè sancitum Cæsares in l. nec 2. C. de fid. instrum. & instr. hast. Fisc. lib. 10. & ibi Gloss. verb. Hastæ, atq; perbellè ibidem notat Gothofred. lit. A. vndè recte edicitur inibi, minorem venditionem illa aduersùs sine hac solemnitate gestam restituendum esse, quia in venditione à Fisco Procuratore facta, lex eam seruari statuit, & cùm tasus singularis sit ad alium trahendus minimè est, vt tradit Paulus l. C. lib. singulari, de iure singulari; notatus in l. ius singulare 16. D. de legibus, & diluciat illic Gloss. tùm etiam, quia cùm tesciissio integrum restitutionis beneficium sit, & expetitum in Institutor. necessarium, vt clarè ex illis præcipuè verbis colligitur ibi, Sed quoniam per collusionem, siue fraudem tunc temporis Procuratoris nostri, nimis exiguo pretio fundum tuum cùm mancipijs venundari sum asseueras. Quamobrem fraude & læsione cessante, ac facta distractione ex causa licita palàm & bona fide, subhastationis defectum nullatenùs minimè causare citrà dubium firmandum consequimur, cùm etiam iam tenuerint hi, qui eam requiri asserunt, sicuti expressim docet Gulielm. de Cuneo in l. si Prætor, D. de minor. & notat Iodocus Damhoud. in Praxi Rer. Gens de Ponte in cit. loco consil. 1. num. 135. nec nõ etiam aliorum complurium fultus auctoritate bus nostram hanc sententiam probat, & sustinet Gratianus Author ... vster in tom 3. Discept. forenf. cap 479. ex num. 9. vbi præcisè tradit, quod per Generalem Orbis Consuetudinem in totum dictæ subhastationes ampliùs non requirantur alienationes, ità vt illis di bonorum ab his ubhastationibus, ità vt parte omissis de illarum ullirare dici nequeat, vt per tèr de communi ... illans comprobat ipse tom. 5. Discept. for. ... cap. 861. sub num. 19. de ...

qua praxi testatur etiam eum antè *Alberic. in d. l. & si sine 8. §. quæsitum, num. 3. D. de minor.* & de magis communi quoque *Bertran. in consil. 360. num. 4. lib. 2. part. 1.* nec non *Card. Tuschus Practic. Conclus. tom. 7. verb. Subhastatio, conclus. 713. nu. 4. Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionib. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 31. in fine, Simoncell. de decret. tom. 1. lib. 1. num. 67. antè primam inspectionem, fol. 36. Fabian. de Mont. de emptione, & venditione, tom. 6. part. 1. quæst. 5. num. 85. & 88. Asin. de exequut. cap. 16. §. 6. num. 6. Firman. de Gabell. part. 2. num. 18. & 19. in fine fol. 56. Vivius decis. 22. num. 14. in fine.*

18 Cæterùm adnotare haùd piget, leuis ponderis minimè esse rationem illam à Doctoribus ponderatam, quòd nempè de tali subhastatione non reperiatur iure cautum, dùm videmus, quòd & *Imperatores, & ICti*, tàm accuratè, & diligenter quaslibet minutias huiusmodi in pupillarium rerum alienatione obseruandas adnotarunt in toto *titulo C. de prædijs minorum*, ac demùm in toto *titulo C. de administr. Tutor. & in l. magis puto*, & toto *titulo D. de rebus eorum*, & tamen de huiusmodi subhastatione nullibi fit mẽtio, quam vtique verosimiliter haùd omisissent, si necessaria visa fuisset, quemadmodùm illam minimè omisit *Imperator* circà rerum Ecclesiæ alienationem in *Auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles.* sicqs vbi voluit dixit, vbi non dixit, noluisse censetur, tametsi etiam, etsi *Imperator* in rebus Ecclesiæ illam necessariam reputauerit, tamen Ius Canoni-
19 cùm non admisit, & in rei Ecclesiasticæ alienatione nulla requiritur, subhastatio, vt per *Guid. Pap. in decis. 149. Rebuff. cons. 112. num. 10. Redoan. de rebus Eccles. non alienand. Rubr. 23. num. 39. part. 2. fol. 433. & Rubr. 29. num. 8. fol. 443. Ill. Dom. Reg. Merlin. centur. 2. Controu. fauorens. cap. 75. sub num. 20. vers. Et nihilominus*, atque per nostrum *Authorem in citato cap. 479. num. 16.* vbi ait, quòd quamuis citata *Auth. hoc ius porrectum* relata sit in Decretorum libro *cap. hoc ius 10. quæst. 2.* tamen non ex hoc approbatur,
20 cùm solùm ibi posita fuerit, vt piorum Imperatorum studium in Ecclesiam ostendatur, vt notat *Gloss. in cap. 1. verb. Tractatus, ad med. de rebus Eccles. non alienand. & Azor. in summ. part. 3. lib. 8. cap. 16. vers. Primò quæritur*, quod planè non aliundè obtinuit, nisi quia non est necessaria; Eo maximè, quia dùm Iudex particularem causę cognitionem adhibet super bonorum valore, & pretij quantitate permittendo alienationem, iudicauit illud, quod subhastatio faceret, vndè tanquã actus subrogatus in subhastationis locum attendi debet, quási rectè omitti potuerit subhastatio, cùm in hoc consuetudo non sit sine ratione, ideò talis praxis attenderetur, vt inquit laudatus *Dom. Regens de Ponte in d. cons. 1. num. 139.*

PROLOGOMEN.

Effatum, quo habetur, quem pro persona nominanda emere posse, eaq; facta statim ius nominato acquiri, quomodo accipiendum sit, demonstratur, & cùm vnicus reputetur contractus, vnicam soluendam esse gabellam eruditur, vbi de quolibet contractu soluenda illa esset; Hinc firmatur, nominatum nihil à nominante recipere, sed benè à venditore, prout in officijs, quod nominatus nequaquã à nominante, sed à Rege obtinere dicitur; ad eamque nominationem faciendam venditoris citationem haùd requiri, statuitur postmodùm, & quanto tempore nominatio duret? indicatur cùm alijs ad materiam.

RERVM SVMMA.

1 *Emptio facta pro persona nominanda, nominatione facta transit in nominatum, & nihil penès nominantem remanet.*
Intelligitur vt num. 3.
2 *Licitans gabellas pro persona nominanda facta nominatione liberatur.*
4 *Actus sine substantia subsistere nequit, & nu. 7.*
5 *Qui declarat, nihil noui facit.*
Declaratur vt num. 6.
8 *Nominationis retrotractio non substinetur, quando persona nominata acquisitionis tempore incapax acquisitionis fuit.*
9 *Emptio facta pro persona nominanda, nominatione facta vnicus dicitur contractus, & num. 13.*
10 *Gabella vnica soluitur facta nominatione, vbi de quolibet contractu soluenda esset.*
11 *Emptor facta nominatione tanquam nudus minister contemplatione personæ nominandæ cõtraxisse dicitur.*
12 *Emptor pro persona nominanda nominatione facta liberatur.*
Intelligitur vt num. 36.
14 *Nominatus nihil ab emptore nominante recipit, sed à venditore, cùm quo persona nominata mediante persona emptoris contraxisse intelligitur.*
15 *Nominatus in officio nullatenùs id à nominante, sed à Rege habere dicitur.*
16 *Nominans in officio Regis putatur exequutor.*
17 *Hypotheca, & alia onera imposita per emptorem ante nominationem ea facta resoluuntur, nec in nominatum transeunt.*
18 *Emptor pro persona nominãda non facit fructus suos.*
19 *Fructus dominium sequuntur.*
20 *Fructus ab eodem die debentur, cùm aliquid fit à lege ipso iure.*
21 *Facultas nominandi quanto tempore duret. Opiniones variæ recensentur num. 22. 23. 24. 25. & 26.*
27 *Citatio venditoris non requiritur, cùm nominatio facienda est.*
28 *Scientia præsumitur in eo, qui inuestigare tenetur, vt num. 31. & 33.*
29 *Possessor quis sit perquirendus, vt possit citari, cum mitti in possessionem petitur.*
30 *Curator bonis vacantibus non datur, nisi possessoris precedat inuestigatio.*
32 *Scire, & scire debere paria sunt.*
34 *Intimatio non requiritur, nisi in casibus expressis.*
34 *Nominandi facultas, vt personalissima ad hæredes minime transit.*
37 *Emens pro persona nominanda, nominatione minimè facta sibi stipulatus censetur.*

OB-

OBSERVATIO CXXXV.

CONcordiam inter se inierunt partes in hypothesi præsentis decisionis, vt notat *Author* attestatur *hic sub num.* 12. pro iustitia tamen complura scitu, no-
tatuq; digna congerit, membranasq; occupat; Id-
circò ad ornatum dumtaxàt adnotare libet, quòd
1 etsi crebriori ICtorum consensu probatum sit, quem pro persona nominanda emere posse, eaq; facta statim ius nominato acquiri, & nihil penes nominantem remanere, atque ipsam ad præmissæ stipulationis tempus retrotrahi, ita vt nouum ius, aùt diuersum, quod stipulatum fuit, dici minimè possit, sed idem, vt ex *Bartol.* alijsq; obseruant *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. E. conclus. 132. num. 1. & 2. Costa de retrotract. casu 26. in cap. 8. Caldas de nominat. libr. 2. quæst. 10.* quos, & alios manuduci: *Dom. Consiliar. Hodiern. in loco infrà citando*, extollens etiam Authorem nostrum, & consuluit *Martain consil.*
143. vbi, quòd licitans gabellas pro persona no-
2 minanda, facta nominatione liberatur: Nihilò tamen minùs hoc suum obtinet locum, cùm quis
3 pro personis nominandis generaliter emit, & personæ, quæ postea nominantur, tacitè, & implicitè in emptionis contractu continentur: alioquin secùs, vtpotè cùm quis emit pro personis incertis, quæ nec tacitè, nec implicitè in emptionis contractu comprehendi possunt, tunc enim
4 cùm contractus in substantia deficiat, sine qua actus subsistere nequit, per nominationem noua dispositio intelligitur, vt considerat *Card. Mantica in tom. 1. de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. 4. titul. 22. num. 15.* quo laudato insequitur *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surdum decis. 226. num. 4.* adeò vt obijcere nequeat per
5 tritum illud effatum, quòd qui declarat, nihil nouum facit, ex *Vlpiano I. C. in l. hæredes palàm 21. §. si quid post factum, D. de testament. & qui testam. fac. poss.* quia illud procedit dumtaxàt in de-
6 claratione, quæ versatur in circumstantijs alicuius facti, vel actus inesse producti, super quo aliqua emergit ambiguitas, secùs autem vbi contractus, vel dispositio in substantia deficit, veluti cùm est personarum incertitudo, nàm tunc diuersum
7 est, cùm actus sine substantia subsistere non possit, vt habetur ex eodem *Vlpiano I. C. in l. si ità fuerit legatum 11. D. de rebus dubijs*, & ità declarat *Ancharan. in consil. 127. num. 3.* nec non *Aretin. in l. pro hærede, in princ. num. 11. ad fin. D. de acquir. hæredit.* Quod patitèr procederet, si
8 persona nominanda acquisitionis tempore incapax acquisitionis fuisset, cùm tunc retrotractio nec etiá sustineri posset, ex eo, quia à principio actus est nullitati obnoxius, vt diserté tradit *Ludouis. in decis. 227. num. 6.* quem memorans compro-
bat laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna vbi sup. num. 6.*

9 Cùm igitùr quis pro personis nominandis generaliter emit, quæ personæ in emptionis contractu tacitè, & implicitè continentur, quia hæc diuersus, sed vnicus reputatur contractus sequa-
10 nominatione, indè fit, vt gabella de quolibet contractu soluenda, nullo modo hac de nominatione soluenda sit, vt firmant noster *Author hic in*

dit. num. 1. & in tom. 1. Disceptat. forens. cap. 132. num. 32. Hermosilla in l. 48. tit. 5. part. 5. Glos. 1. num. 10. Noguerol. Allegat. 11. num. 90. Rominald. consil. 136. lib. 2. Facchineus consil. 6. num. 1. libr. 3. Roman. consil. 85. num. 3. & 4. Surdus decis. 182. ad fin. & decis. 226. num. 2. quos sequitur doctissimus Hispanus ICtus, & senator *Dom. D. Franciscus Salgadus de Somoza in labyrinth. creditor. part. 2. cap. 13. num. 30.* qui idem facta nominatione emptor tanquàm nullius ministet contemplatione personæ nominandæ contraxisse consideratur, & nominatio nihil
11 iuris emptionis contractum, sed est illius executio, ità vt ea facta emptor liberatur, nec tene-
12 tur, sed solus nominatus ad pretij solutionem obligatus remanet, quemadmodùm à principio cùm ipso solo contractum fuisset, vt post plures, quos allegat, plura in proposito cumulat citatus *Hermosilla* videndus *vbi supra num. 10. & 11.* in animùm, quòd emptionem inter, & nominationem nullum penitùs sit discrimen, nec alius diuersus
13 contractus, sed semper vnicus, & idem dumtaxàt à principio factus cùm eadem qualitate intelligitur, vt firmant omnes recensiti Doctores in
14 fine citatis. Hinc dictum dignoscimus illud, nominatum, nempè nihil à nominante recipere, nec ab eo defendentiã habere, sed à venditore, cùm quo nemine emptoris persona à principio contrahente diatur, quod *Decius* adduxit in suo *consil. 544. in primo dubio*, quem refert, & sequitur *Bertazol. de clausulis, clausul. 17. Glos. 5. num. 1. ad fin. fol 84. Cagnolus in l. 2. num. 205. C. de pactis inter emptor. Farinac. de falsitate quæst. 162. num. 80. & 86. Rota per eumdem Farinac. decis. 615. num. 24. & 25. Noguerol. d. Allegat. 11. num. 91.*
15 Prout & in officijs compertum est, quibus à nominãte, sed à Rege illi, nominatus nullatenus à nonnullorũ ICtorum testimonio, & primùm ex *Paulo in l. item eorum 6. §. illud habere dicitur D. quod cuiusq; vniuersit. nom. inquientis Parum enim refert, ipse ordo eligat, anis, cui ordo negotium dedit, eiusdemq; Pauli in l. pater ex Prouincia 22. D de manumiss. vendict. ibi, Solùm enim electione manumissi filio concessit, Cœrùm ipse manumisit. nec non Modestini in l. si consentiente 16. D. de manumiss.* verba facientis de filio patris assensu seruum manumittente, Patris, inquit, faciet libertum, & vacabit causa probatio, & valet manumissio ad patris consensum. consonant textus in l. 1. §. sed neque, vers. Omnia, C. de veter. iur. enucleand. ibi, Omnia enim meritò nostra facimus, quæ nobis omnis eis imparitur auctoritas, & in l. filiofamilias 4. ibique Bald. Alexand. cœterique scribentes, C. de iure deliber. & in specie a Rios inter tradidere Andreas in cap. 1. sub num. 50. de pac. iur. firmand. Freccia de subfeud. libr. 2. quæst. 43. num. 4. & quæst. 53. sub num. 3. Molin. de Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 4. num. 5. Mastrill. de Magistratib. lib. 1. cap. 28. num. 335. & 36. Menoch. de Arbitr. Iudic libr. 2. cas. 200. num. 9. Caldas de iure emphyteut lib. 3. cap. 4. de potestat. eligend. & nominand. n. 3. Mont. n. de Regal. lib. Offic. num. 39. ac pro veriori edo Cere Dom. Reg. Rouitus sil. 104. num. 3. lib. 2. Dom. Reg. Cacatius in sequenti consil. 105. u. 5. vers. Quæ decisio. Dom. Reg. Valenzuel. consil. 63. num. 65. & 66. Dom.*

Digitized by Google

Dom. Reg. de Ponte de potestat. Proreg. tit. 7. de Assensib. Regijr. §. 2. num. 50. & consil. 109. num. 5. 8. & 23. vol. 2. Dom. Reg. Reuerter. decis. 516. um. 2. lib. 2. Dom. Reg. Capycius Latro decis. 6. um. 21. lib. 1. Dom. Reg. de Philipp. Dissert. Fi-al. 5. num. 13. Dom. Consiliar. de Georg. in Repe-t. feudal. cap. 54. nu. 77. Dom. Consiliar. Mar-anus consil. 43. sub nu. 6. lib. 1. Dom. Consiliar. taibanus Resolut. 59. num. 62. lib. 1. etenim ali-m nominans in officio, Regis constituitur exe-cutor, ac declaratoris officio fungitur, ità ut nu-us minister dumtaxàt dicatur, concessam à Do-mino facultatem in exercitium deducens, vt per-optimè Dom. Reg. de Ponte præsertim obseruat cit. tit. 7. §. 2. num. 50. & paritèr notant Giurba obseruat. 40. num. 14. in fin. Caldas vbi supra, ap. 4. num. 3. Costa de ratione rate, quæst. 133. n. Potrò supra expositæ doctrinæ meritò etiam Mentitur laudatus D. Francisc. Salgadus d. l. nu. 1. & 32. vbi pro hac doctrina adducit celebras ecis. 226. Alex. Ludouis. & Farinac. 51. tom. 2. posthum. quibus resolutum fuit, quòd hypo-heca, aliauè onera per nominantem imposita su-er re, quę sibi acquiritur, in nominatum non trã-eunt, quoniam nominatione facta, nominatum ipsum à principio emisse intelligitur; Quamo-rèm, neque talem emptorem facere fructus suos medio tempore à se perceptos ante nominationé licendum consequimur, sed omnes illa sequutæ restituere tenetur nominato, tanquàm Domino, ab emptionis principio, quia fructus dominium sequuntur, l. si dominium, C. de pignorib. l. 1. & 3. C. de pignorat. action. cùm alijs plena manu ad-ductis ab Antonino de Amato in tom. 1. Foren-sium Iuris, Resolut. 49. num. 9. & cùm aliquid fit à lege ipso iure, fructus ab eodem die debentur, vt post alios, quos laudat sermocinatur Surdus in decis. 25. num. 21. pariterque Paz de tenuta, cap. 88. ex num. 18. & cap. 13. à num. 42. & ità pro vtraq; parte latè disputans, quæstionem hanc resoluit Cencius in suo tract. de censibus, quæst. 67. ex num. 11. cùm seqq.

Pergrandis autem nostros intèr Iurisprudentię peritos extat controuersia circà nominandi facul-tatem, in determinando scilicèt quanto tempore illa duret? in ea siquidem exhitatione in quinque partibus diuisa sunt eorum placita, totidemque diuersæ sententiæ; Prior est, quæ statuit, hanc no-minandi facultatem perpetuam esse, quia quando ex indeterminatè loquitur de tempore, actum quocumque tempore fieri sufficiens arbitratur, per text. in l. fundum, D. de contrah. empt. & in l. 1. §. meminisse, D. de ventr. inspic. Secunda opi-nio censet, hanc nominandi facultatem sexaginta dierum lapsu perire, per textum in l. quòd si nolit, §. si quid ità, D. de ædilit. edict. Tertia dicit, nomi-nationem hanc statim, & sine mora, & quam pri-mum fieri potest, fieri debere, per doctrinam Bartol. in l. cùm quidam, num. 8. D. de legat. 2. Quarta existimat, facultatem hanc durare donèc is, qui eligere debet, in mora per litis contestatio-nem constituatur, secundùm opinionem Bart. in l. final. §. sed, & si quis, C. commun. delegat. Po-sterior tandèm tradit, huiusmodi nominationem annum intrà fieri debere, & tanto tempore hanc nominandi facultatem amittì, per textum in d. l. fin. §. sed & siquis, C. commun. delegat. Hasce omnes pugnantes opiniones longiori calamo re-censet Ioan. Petrus Surdus in decis. 226. atte-stans Mantuanum Senatum in tanta opinionum varietate hanc posteriorem amplexum fuisse, comprobat in decis. 325. & amplectitur noster Author hic in addit. num. 5.

27 Verùm ad huiusmodi nominationem faciendã venditoris citationem haùd requiri, aliorum fulti auctoritatibus statuunt Cencius vbi supra, num. 17. noster Author Discept. forens. tom. 1. cap. 194. num. 10. etenim cùm vendens ex eodem contra-ctu sciret, rem illam venditam pro emente non inseruisse, sed pro persona nominanda, scientia

28 in eo præsumitur, qui inuestigare tenetur: que-madmodùm dicimus, vbi lex possessorem citari

29 mandat antequàm alius in possessionem mittatur quòd inuestigari debet, quis possideat, neq; inissus excusatur, quod possessorẽ ignorauerit, etsi enim persona incerta sit, nũquàm tamẽ diligẽtia in per-quirendo excluditur, vt Iacobus Menoch. ex com-plurium auctoritatibus inquit in suo tract. de re-cuperanda possess. Remed. 8. num. 103. vbi etiam ex Bald. doctrina tradit, quòd talis ignorantia Actoris qui possideat nullum possidenti affert de-trimentum: quemadmodùm paritèr dicimus,

30 quando agitur de Curatore dando bonis vacan-tibus, vt minimè detur, nisi possessoris præcedat inuestigatio, Alexand. consil. 137. num. 11. lib. 2.

31 ignorantia enim in facto alieno non excusat, vbi quis inuestigare tenetur, & quando facilè certior

32 reddi potest, cùm paria sint scire, vel scire debe-re, vt expressè docet Vlpianus I. C. in l. si duo sunt hæredes 38. D. de acquir. vel omitt. hered. ac etiam Iulianus I. C. in l. qui fundum 7. §. seruus meus, D. prò emptore, iuncto Pomponio l. C. in l. quod te 5. D. de rebus credit. Vndè fit, quòd qui

33 officij, vel alterius respectus ratione inquirere tenetur, etiam in facto alieno scire præsumitur, Roman. consil. 481. num. 8. præsertim quia inti-

34 matio nunquàm est necessaria, nisi exprimatur, secundùm Card. in Clement. 1. num. 27. de appel-lat. Decian. Respons. 168. num. 4. quòs insequitur noster Author in citato cap. 194. num. 13. Quòd-ue ist hæc nominandi facultas post emptoris mi-

35 gratione facienda minimè sit, nec ad eius hæredes transeat, cùm personalissima illa sit, vt ex iuribus, auctoritatibusq; firmarunt Freccia de subfeud. lib. 2. quæst. 44. Annęus Robert. Rerum Iudicat. lib. 4. cap. 4. pag. 760. Dom. Præs. de Franchis de-cis. 600. num. 2. Dom. Præs. Amatus consil. 8. num. 21. Dom. Reg. de Marinis in Obseruat. ad Reg. Reuert. decis. 411. num. 1. Dom. Reg. de Philipp. perpolitè Dissertat. Fiscal. 5. num. 50. & Disser-tat. 11. num. 55. notauit itidèm Montanus de Regalib. Offic. num. 44. ex alijs pluribus Card. Tuschus P P. Conclus. lit. E. conclus. 372. nu. 13. Gomez Var. Resol. lib. 1. cap. 8. num. 2. Mattienz. lib. 5. tit. 4. l. 1. gloss. 16. sub nu. 15. Cancer. Variar. Resolut. part. 3. cap. 21. n. 254. & videndus memo-ratus Cencius vbi supra, sub n. 17. & sequ. qui quo-que optimè tractat, quòd ipsius nominati appro-

36 batio, & ratificatio requiritur, cæteroquin ei ha-ùd acquiritur, sed res penès emptorem remanet, quemadmodùm etiam declaratione, & nomina-

37 tione minimè facta emptori paritèr acquiritur, nàm sibi stipulatus censetur, Bald. in l. 1. in princ. ad fin. de pactis, Dec. consil. 543. col. 1. Gabriel qui de communi Doctorum opinione testatur cõ-clus. 1. de verbor. obligat.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Appellatio nùm mixturæ ratione admittatur in possessorio? vtque locus sit, nùm sententiæ verba attendenda sint? & an valeat interponi à sententia liquidationis instrumenti? annuitur breuitèr.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio an detur à tota sententia ratione mixturæ, & complicationis petitorij.*

2 *Appellatio ad hoc vt admitti debeat, sententiæ verba, non verò libellus, seù processus attendẽdus est, & num. 3.*

4 *Appellatio vt admitti possit, attendi debet quãtitas in sententia contenta, minimè autem in libello petita.*

5 *Appellatio admittitur à liquidatione instrumenti, licèt ab eius exequutione non concedatur.*

Quidnè de supplicatione in Sacro Consilio, & quomodò? traditur num. 6.

OBSERVATIO CXXXVI.

MVlta, & quidem vtilia circà articulũ potissimum huius decisionis, an scilicèt à sententia in possessorio lata ratione mixturæ, & complicationis petitorij admittatur appellatio, concessimus in *Obseruatione ad decis. 9.* quinimmò, & in iàm memorata Obseruatione lato calamo quoque discussimus alterum articulum hoc in loco extricatum, an nempè ad effectum admittendi appellationem inspici sententia debeat, an verò libellus, processus, & præsequuta? qua propter inibi Lectorem remittere ducitur animus, nè actum iterùm agere videamur, & tuum adhibe iudicium, quod magnifacimus, nùm nostra opinio iustiori sustineatur calculo? Verùm adiungimus modò eumdem *Authorem* nostrum in *decis. 74. num.* 10. vbi confirmat nostram sententiam posterioris articuli, quòd scilicèt ad istũ effectum, an admittenda sit appellatio, vel nè? sententiæ verba dumtaxàt considerare debemus, haùdq; libellum, processum, & prosequuta, cùm à sentẽtia, minimè autem à petitione, ab articulis, & probationibus appelletur, cùm declarationibus tamen, de quibus in nostra *Obseruatione*, & concinunt *Bartol.* ex illo *text. in l. in offerendis 35. C. de appellation.* *num.* 1. & ibidem *Paulus de Castro num.* 2. *Afflict. decis.* 293. *num.* 3. *Amat. decis.* 5. *num.* 2. *Fontanell. decis. Cathal.* 259. *tom.* 1. & *decis. sequ. num.* 13. & 14. *Mynsing. Singul. Obseruat. centur.* 5. *Obseruat.* 83. *num.* 3. *Quesada Dissertat. Quotid. Iur. Dissert.* 11. *sub num.* 55. & *Dom. Consil. ar. Petra ad Rit. M. C. V.* 257. *num.* 20. qui omnes dicunt, vt à sententia appellari possit, vel no attendi omninò debet quantitas in sententia co tenta, minimè autem in libello petita.

Breui quidem eloquio insinuat demùm noster *Author hic num.* 2. à sententia liquidationis instrumenti appellationem interponi posse, etsi eius exequutione ad effectum retardandæ ei

RERVM SVMMA.

1 Libri habentium officium de publico plenam fidem faciunt, & num. 2.
3 Liber Mercatoris plenam fidem minimè facit. Limitatur, quando in aliqua particulari Prouincia statutum adest vel consuetudo dicens, standum esse Mercatorum libris, vt num. 9. Declaratur in pertinentibus ad mercaturam tantùm, vt num. 27. & 30.
4 Mercatura exerceri pernecessarium est Reipublicæ.
5 Mercatores ad benè, beatèq; viuẽdum Vrbibus necessarij sunt, & num. 20.
6 Liber Mercatoris nullã habet authoritatem. Comprimitur vt num. 10.
7 Scriptura priuata regulariter nullam fidem facit.
8 Mercator si viua voce pro se deponeret, nihil creditur.
11 Liber Mercatoris, quando publica nititur authoritate, tàm pro se, quàm contrà se plenam probationem facit.
12 Statutum disponens, quòd Mercatorum libris fides adhibeatur, generaliter tàm contrà debitorem, quàm contrà tertium intelligitur.
13 Principis decretum idem operatur, quòd lex, vel consuetudo quò ad Mercatorum libros.
14 Principis placitum vim legis obtinet, & ipse lex animata est in terris.
15 Princeps tanquàm lex animata rectè facere potest, vt detur fides probationibus minus legitimis.
16 Principis decretum indistinctè alicuius Mercatoris libris fidem adhiberi mandans, generaliter tàm contrà debitorem, quàm contrà tertium intelligi debet.
17 Lex vbi non distinguit, neque nos distinguere debemus.
18 Liber Mercatoris vt plenè probet, qua adminicula requirantur.
19 Statutum disponẽs, Mercatorum libris fidem præstandam esse, validum dicitur, & num. 25.
21 Deus sua prouidentia non omnibus Prouincijs omnia, sed vnicuique sigillatim contribuit dona.
22 Mercatores ad amicitias Prouincijs conciliãdas maximè prosunt.
23 Batauia Ciuitas solis marinis opibus negotiando validissimos alit exercitus, & populosissimas tuetur Ciuitates. Quemadmodum pariter Gallia, vt num. 24.
25 Mercatura summum dicitur bonum, ac quintum elementum.
26 Statutum concedere potest hypothecam executionem, & vim publici instrumenti libris Mercatorum.
28 Statutum Iuri Communi repugnans restringi debet.
29 Authoritas, quæ alicuius officij ratione competit, vltrà ipsius officij naturam operari non potest.
31 Statutum disponens de plena fide Thesaurario adhibenda, locum dumtaxàt habet in spectantibus ad thesaurariæ officium.
32 Liber Mercatoris in omnibus probat, quando illius fides à Iuris Communis dispositione pendet.
33 Liber Mercatoris, cui datur fides in concernentibus eorum officium, non probat, nisi inter præsentes, secùs verò inter absentes.
34 Instrumentum publicum contrà absentes non probat.
35 Liber Gabellarij venditionis contractum non probat, si venditor præsens non fuerit.
36 Liber æstimi non probat, nisi contrà eos, qui illi descriptioni consenserunt.
37 Liber Mercatoris, quando publica nititur authoritate, quocumque tempore probat. Declaratur, dummodò tempore, quo mercatura ipsa exercebatur, descriptus sit, vt num. 38.
39 Liber Mercatoris à statuto roboratus vbique plenam probationem facit.
40 Locus, vbi scriptura celebrata est, semper inspicitur circà illius fidem.
41 Statutum, quòd stetur libris Mercatorum, quelibet in foro seruari debet. Limitatur vt num. 42.
43 Liber Mercatoris quando tàm pro, quàm contrà Clericos probationem inducat.

OBSERVATIO CXXXVII.

1 LIbris officium de publico habentium præstanda sit, vel nè fides? disquiritur principaliter in præsenti decisione, & concluditur affirmatiuè nonnullis interuenientibus requisitis, itàque pariter astruit hanc aleam edocens *Baldus in Rubr. Cod. de contestit. pecun. & in l. quadam, §. nummularios, D. de reuend.* & vtraq; manu post alios, quos conglomerant, amplectuntur *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. L. conclus. 347. Mascardus de probationibus, conclus. 255. & conclus. 971. num. 9. Carpanus ad Statut. Mediolan. cap. 317. num. 9. vol. 1. Menochius de Arbitr. Iudic. cas. 91. num. 11. & sequ. Munnoz de Excobar. de ratiocin. cap. 11. num. 7. Antoninus de Amato Forens. lur. Resolut. part. 2. Resolut. 57. num. 4.* vbi etiam de Authore nostro haud immemor est; quemadmodùm pariter *Nicolaus Genua de scriptura priuata, lib. 4. tit. de libris Massariorum alicuius Villæ, num. 2. & seqq.* & iterùm ibidem in *tit. de libro Salis*, vbi extollit quoque *Sigismundũ Scaccia lib. 2. de Iudicijs causarum ciuilium, cap. 11. num. 111.* qui rationem subiungit dicens, quia talis liber Salis per personam authoritate publica constituitur regulatur, & gubernatur, vt latiùs per eum: *Anton. de Ballis lib. 5. in Pragmat. de Bancherijs, num. 4. Trentacinqu. Variar. Resolut. lib. 2. tit. de probationibus, Resolut. 7. sub nu. 22. & 31 Castill. Sotomaior. Controuers. lur. lib. 3. cap. 16. num. 60. 67. & sequ. Camill. Borrell. in Summa decis. tit. 22. de libris, & eorum fide, num. 31. vol. 2. Mastrill. decis. 135. num. 3. Rot. Gen. decis. 38. num. 2. Hyppol. Riminald. consil. 506. num. 14. & 15. Bardelon. consil. 116. num. 1. vol. 2. Peregrin. consil. 92. num. 1. lib. 2. Aymon Crauett. de antiquitate temporum, in vers. Quartò limitatur, num. 63. cum sequ.* qui omnes proculdubiò firmant, quòd libro alicuius
2 officialis de publico deputati fides adhibetur, & procedit generaliter in omnibus personis à publico deputatis, vt lato calamo percurrit citatus *Genua in dicto lib. 4.* nec non etiam *Gaius de*

cre-

credito, à tit. 2. vsque ad 5.

4 Vadè fit, Mercatorum libris plenam fidem adhibendam minimè esse, cùm non sint personæ authoritate publica constitutæ (etsi mercatura exerceri perneccssarium sit Reipublicæ, vt lato, haùdq; inuidio calamo elucidaui in meo priori *Menexeno*, *siue Epitaphio memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium*, §. 19. ex *Platonis* sententia præsertim, ex qua Negotiatores ad bonè, beatèque viuendum, Vrbibus necessarios esse, monet etiam *Callistratus l. C. in l. si quis 2. D. de nundinis*, ibi, *Indiget enim Ciuitas pluribus vtique rusticis, & aliis ministrantibus inuehentibus, & euehentibus singula; hi autem sunt negotiatores*. vbi *Gloss.* scribit, scilicèt quibus eget Vrbs.) & ipsorum mercatorum libri attento communi Romanorum Iure nullam habent authoritatem publicam, sed prout quælibet alia priuata scriptura, 7 quæ regularitèr nullam fidem facit, consideratur, vt animaduertit *Pinu. in consil. 158. num. 16.* & partem hanc inquit *Gilkenus in l. instrumenta, num. 27. in fine, C. de probationib.* vbi adducit *textum in l. exemplo, C. eodem tit. in l. interchartulas, C. de fide instrument. & in cap. 2. eod. titul.*, penès omnes Doctores communitèr receptam esse notat *Gaius* post alios, quos recenset in *dicto tract. de credito, cap. 2. tit. 3. de libro Mercatorum, num. 84* idemq; testatur *Mascardus de probationibus, conclus. 975. num. 9. & 11.* indubitatamq; esse supponit *Sigismund. Scacc. vbi sup. cap. 10. num. 147.* & probat *Nicolaus Genua in eisdem tit. lib. 4. tit. de libris Mercatorum, num. 2.* vbi etiam, quòd mirandum minimè sit, propterea 8 quod Mercatoris scripturæ plus credi non debet, quàm eius voci viuæ, sed si Mercator viua voce deponeret, & particularitèr pro se, nihil ei crederetur, ad *text. in l. omnibus, C. de testib.* igitùr nó plus etiam eius scripturæ credi debet, quod docet etiam, & sequitur *Trusian. in decis. 16. num. 2. & 3. in fine, lib. 1.* vbi ità iudicatum quoque fuisse testatur.

9 Quod quidem Ipse haùd abnuo, si communi Romanorum Iure attento sermocinetur, secùs si aliqua in particulari Prouincia, & Ciuitate huiusmodi adsit Statutum, vel Consuetudo, quòd minimirùm stetur Mercatorum libris, tunc enim dicto eti libri plenam fidem faciunt, cùm publica nitantur authoritate, vt post *Boerium, Didacum, Borium*, & alios tradit *Rotàd. à Valle in cons. 91. num. 5. vol. 3.* vbi subdit, hoc esse iuris indubitati, inquit etiam *Turrett. in consil. 47. num. 10. & in consil. 100. num. 36. vol. 1.* atque demùm in *consil. 87. num. 15. vol. 2.* & accedunt alij communiter, quos congerunt, & sequuntur *Flamin. Chartar. decis. Germanic. 127. num. 3. Ioan. Kopp. decis. 46. num. 56. Addentes ad decis. Capell. Tholosana 497. num. 2. Mandel. consil. 95. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. n. 21. Foller. ad Matthæum Paul. Fusc. Singul. 21. lit. L. Menoch. de arbitrar. cas. 91. num. 16. Gaius d. tit. 3. num. 81. Mascard. d. Conclus. 975. num. 16. Genua vbi supra, num. 12. & 13. Macerat. Sfortiæ Var. Resolut. tib. 2. Resol. 6. num. 15.* denique alijs omnibus pro absoluto hoc firmat *Petrus Enriquez in consil. 56. num. 1.* vbi vlteriùs docet, quòd liber ipsius Mercatoris hoc casu tàm pro se, quàm contrà se plenam probationem facit

quan
relato
Pisan
Piage
Varia
num. 8
12 Consu
scilicèt
Probat
laudat,
decis. 20
bat Genu
num. 17.
lib. 1. Bor
41. quos in
ad Surdum
13 terminis de
idem operet
istos Mercat
ad Decret S
Gloss. 2. num.
multò magis i
14 placitum vim
est in terris, vt
tic. de tacit. &
num. 27. & ton
Reg. Capycius D
Dom. Reg. Me
1. cap. 1. num.
meis Scholijs, D
liar. Roccus tom
49. num. 6. quo
priori Menexeno
num. 127. sicq; ta
15 potest, vt detur
timis, quod simil
num. 3. docens
cretum indistin
16 dem adhiberi m
contrà debitorem
deber, ex textu i
gat. præstand. &
in rem action.
17 vbi lex non dis
bemus; Idq; ex
per huiusmodi
atque Principi
18 tor ab onere p
uersùs singulo
stetur, requiru
iecturæ, quas
esse dicit; Pr
itaque ab om
brum sua ma
scribere cons
expresserit;
se posuerit;
coniecturis
scriptum in
& adminic
similiter C
4. num. 27
decis. 199
tibus ne
probat, e
las. & al
de fide
de fide

vol. 2. & Mascard. dict. conclus. 675. num. 8. & 74.

19 Hinc igitur huiusmodi stamna, & Consuetudines, quòd fiatur ipsorum Mercatorum libris, omni iure validas dici oportere cõsequitur. dùm certissima conclusio illa est, Mercatores ad benè, 20 beatèque viuendum Vrbibus necessarios esse, vt supra ex *Platonis* sententia, quam laudat *Callistratus I.C.* memoratimus, ad sustentandas eas in Ciuitates fructuosa est quippè negotiatio, & ad suppeditandam rerum, quibus egemus, copiam accõmodata, vt inquiunt *Bodin. de Republic. lib. 3. cap. 8. Philipp. Knipschildt de Iur. vniuers. lib. 2. cap. 16. num. 47. in princip. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 8. nu. 18. Cassaneus in Cathalog. gloriæ mundi, part. 11. consider. 1. vers. Et non solum, & considerat. 45. in princ. & vers. Plures, Stracc. de mercat. part. 2. num. 16.* & cæteros inter alios luculẽtèr obseruat *D. Diomed. Carafa* primus Magdalunensium Comes in suo *opusculo de Regis, & boni Principis offic. part. 4. de subditorum, Ciuitatisq; commodis procurandis, §. si qui verò. fol. 76.* quod nuperrimè typis mãdari curauit *Illustr. Dom. D Petrus Aloysius Carafa*, vir quidem pietate, doctrina, atque prudentia præclarissimus, & Ciuitatis Tricaricẽsi dignissimus Episcopus; Nàm Mercatores eorum ex industria rerum affluentiam, & copiam inuehunt sterilibus etiam locis, & diuites reddũt Ciuitates, non enim omnibus Regionibus D. O. M. 21 ineffabili vsus prouidentia, cũcta dixit contribuenda; Hinc Indis ebur, Sabæis thura, Persis sericum, Maluccanis aromata, Americanis aurum, argentumq; Chalybidis ferrum. Sueuis æs, Britonisq; stannum indulsit, vndè Maronis Musa 1. *Georgic.* cecinit.

Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus, alibi atque iniussa virescunt
Gramina: nonnè vides, croceos vt Tmolus odores,
Indus mittit Ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus,
Castorea, Eliadum palmas Epeirus equarum.

22 itàq; Mercatores ad amicitias Prouincijs conciliandas maximè prosunt, pluriniùmq; valent, cùm ex vendendi, commutandiq; qua vtuntur facultate, & earum rerum, quæ abundantius in proprio solo nascuntur, & quarum id idem ex alieno indigere compertum, industria, asportatione, inuectioneq; vtriq; consulant vtilitèr, quem admodùm etiã vltrà quotidianum experimentũ, decernitur 23 ex Batauiæ Ciuitate, quæ quidẽ intrà breues arenæ terminos, quæ nec ligone, nec aratro potest excoli, solis marinis opibus negotiando validissimos alit exercitus, & populosissimas tuetur Ciuitates tàm sibi inuicem vicinas, vt ijs sustentandis fertilissimi etiam agri haùd sufficerent; Gallia 24 quoque nec auri, nec argenti fodinas habet, & mercimonijs tamen, alijsque nescio, quibus puerilibus inuentis ferri, plumbi, & stanni temperãdi industriam suam caro facit æstimari pretio, & diuitias negotiatione congerit, sic quia ipsæ opes ex eadem negotiandi facultate alentur, & excrescunt, prout etiam longiori calamo Ipse notaui in citato meo priori *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 19. num. 123.* & videtur considerasse *Bald. in consil. 348. num. 4. vol. 1.* vbi Mercatorũ, 25 & Camplorum massam *summum bonum*, & *Graecum* dixit *elementum*, vt refert *Stracc. vbi sup. num. 4.* & nouissimè *R. P. Gibalin. de vniuers. human. rer. negotiatorum. 1. lib. 1. cap. 1. art. 4. num. 1.* Vndè publicam hanc vtilitatem considerans, sic demùm proprijs in nostris terminis firmat *Nicolaus Genua in allegato libro 4. de scriptura priuata, tit. de libris Mercatorum, num. 14.* tradiderat; eum antè *Vivius Opinion. 806. num. 1.* qui etiam post *Cravett. de antiquit. tempor.* tradit, huic cõclusioni neminem ex Scribentibus aduersari: comprobat pariter hanc nostram theoricam *Socin. in consil. 240. in prim.* 26 *vol. 2.* inquiens, valere statutum, quo inducitur, mercatorum libros vim publici instrumenti habere, immò etiam tribuens hypothecam, & executionem, sic quoq; alijs adductis *Surdus decis. 312. num. 3.* vbi etiam, quod ità iudicauit Mantuanus Senatus, & post alios, quos manuduxit, notat similiter *Gaius de credito, d. cap. 2. vi. 3. num. 89 & 90.* vbi ex *Follerij & Socini* testimonio, de hoc generalem esse hodiè totius Italiæ Consuetudinem, quoque scribit, quod etiam ex aliorum testimonio dicit citatus *Genua vbi sup. num. 12.*

27 Attamèn Statutum huiusmodi, aùt Consuetudinem in pertinẽtibus ad mercaturam dumtaxàt, eorumque officium, secùs autem in alijs locum obtinere, pro absoluto dicimus, propterèà quod cœrcere quin contrà Iuris Communis dispositionem equidem soleat, vt *Beccius* elegantèr cõsiderat in suo *consil. 5. num. 11. & 14.* vbi, quòd Statutum, vel Consuetudo disponens, quèd libro alicuius plena adhibeatur fides, Iuris Communis dispositioni repugnat, ac ideò restringi, & secun- 28 dùm Iuris Communis dispositionẽ intelligi debet, nempè in respicientibus officium, sùi negotium eius tantùm: & docuere inter alios *Antonius Burs. consil. 33. num. 1. consil. 44. num. 2. & consil. 45. in fin. Burs. at. consil. 224. num. 2. Caphal. cons. 374. num. 6. & 53. Fabius Turret. consil. 7. num. 4. vol. 2.* vbi infinitos congenerat. *Hippol. Riminal. consil. 489. num. 36. & 37.* vbi pulchrè, & prius amplè in *consil. 71. num. 9. & 10. Marcabrunus consil. 18. num. 146. Surd. consil. 326. num. 18. consil. 453. num 54. & consil. 543. num. 9.* atque iterùm *decis. 336. num. 3. Vivius opinion. 806. num. 5. & 6.* vbi etiam post *Roman. Ioan. Andream, Decium, Crauettam*, aliosq; complures adductos, hanc esse communem ICtorum opinionem attestatur, & comprobat in sua *decis. 445. num. 2.* sic quoque *Medices decis. Marchian. 14. num. 9. Borrell. consil. 66. num. 11. Alderanus Mascard. super extens. statutorum, conclus. 2. num. 266. Peregrin. de iure Fisci, lib. 6. tit. 5. num. 16. Genua d. tit. de libris Mercatorum, num. 3.* & *seqq.* qui demùm ex complurium testimonio hanc communem esse, & verissimam conclusionem tradit, indubitatãq; esse scribit *Gaius d. tit. 3. num. 96. & 97.* & vti talem sequuntur *Gratianus* Author noster *Discept. forens. tom. 1. cap. 171. num. 10. & tom. 4. cap. 727. num. 1. 2. & 3.* vbi hic p Rotã decisum fuisse adijcit, *M. Ant. Macerat. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 6. num. 25. cap. 38. num. 6. & Resol. vltim. cap. 14. per tot. Graueus Practicar. Conclus. lib. 2. cap. 20. num. 3.* vbi alios nonnullos concordantes deducit, *Vasqu. Controuers. Illustr. lib. 1. cap. 35. num. 8. & 9. Gaill. Observat. Iur. lib. 2. Observat. 20. num. 3. & 9. &* ex

alijs

alijs comprobat *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surdum decis.* 312. *num.* 6. ac deniq; post innumeros hanc eamdem communem sententiam insequentes recensitos, confirmat *Sigismund. Scaccia lib.* 2. *de iudicijs causarum ciuilium, cap.* 11. *num.* 148. & 149. rationem illam deducens, quia
29 authoritas, quæ officij, seù exercitij ratione competit, vltrà ipsius officij, seù exercitij naturam operari posse haùd debet, vt latiùs per eum, & quidem rectè.

30 Quandoquidèm quis adeò rudis ingenij, debilitataq; mineruæ esse possit, vt vllo pacto hæsitet, absurdum esse, si huiusmodi libris circà diuersa negotia, & ad commerciũ, attisq; suæ exercitium minimè pertinentia fides daretur? scribere enim possent mutua, deposita, & mandata ab alijs facta, ac damna illata, & similia in eorum præiudicium, qui numquàm de istis cogitarunt, & cõtrà Superiorum mentem, qui dùm probationis priuilegium huiusmodi Mercatorum libris concedunt, de pertinentibus ad illorum dumtaxàt ministerium, & exercitium intellexere; Quemadmodùm in simili quoq; dicimus, quòd statutum
31 disponens de plena fide Thesaurario adhibenda, locum obtinere nequit, cùm de materia haùd pecuniaria, sicq; ad thesaurariæ officium minimè spectante tractatur, vt alijs relatis idem *Sigismundus Scaccia* tradit in citato *cap.* 11. *nu.* 151. & ex *Roman. consil.* 319. & *Roland. à Valle consil.* 92. *num.* 12. *vol.* 3, inquit pariter *Genua vbi supra, num.* 35. ex quo *numero* vsque ad *num.* 43. aliorum fultus authoritatibus, alia complura sẽtentiam hanc elucidantia ponit exempla, & denique *num.* 44. hæc omnia procedere aduertit, cùm ipsius Mercatoris libro fides datur ex Sta-
32 tuti, vel Consuetudinis dispositione, aùt Principis ordinatione, secùs autem, vbi libri fides pendet à Iuris Communis dispositione, tuno enim ipsi in omnibus creditur, fideq; præstatur, siue de mercatura, siue de mutuo, siue de depositio in eo scriptum sit, quando tamen alia extant adminicula, vt præcisè tradit *Surdus in consil.* 543. *num.* 9. vbi post alios concordantes adducit *Caphal. consil.* 374. *num.* 53. & *Ioseph d. concluf.* 29. *num.* 118. quibus addendus est noster *Author Discept. forens. cap.* 171. *num.* 10.

33 Illud autem modò addendum euenit, quòd nimirùm, etsi incompertum sit, laudati Statuti, vel Consuetudinis dispositionem, aùt Principis ordinationem in pertinentibus ad Mercatorum officium, seù exercitium dumtaxàt procedere, locum nihilominùs obtinet inter præsentes, cum quibus scilicèt aliquid gestum est, secùs autem inter absentes, tunc enim talis liber, quamuis publica niteretur authoritate, tertium tamen contra nullam fidem facere potest, tanquam de re inter alios acta; Vndè dicimus, Mercator si eius in libro scribat, Titius pannos habuit pro Seio absẽte, tali libro nullam fidem præstandam esse in Seij præiudicium, cùm sit res inter alios acta; Quemàdmodum etiam de emptore affirmamus, qui E. G. ad Publicanum venit, & gabellam emit, dicens se domum à Sempronio emisse, ipso tamen absẽte, licèt enim Publicani libris credatur, haùd tamen creditur, si in illis scribat, quòd talis soluit gabellam emptionis talis domus per Sempronũ venditæ, cùm ex hoc nulla probatio desumi possit, quòd idem Sempronius dictam domum vendiderit, tanquàm istæ, & similes scripturæ tertio præiudicium aliquod inferri minimè possint; neque enim huiusmodi libris maior fides dãda est, quàm publico Notarij instrumento, quod con-
34 trà absentes nunquàm probat, quibus contrahẽtes præiudicare non possunt, vt in toto *titulo Cod. res inter alios acta*, & ità in specie post alios, quos recenset, astruit *Cravetta de antiquit. tempor. dict. part.* 1. §. 4. *num.* 71. & notant *Menoch. de Arbitr. cas.* 91. *num.* 25. cũ *sequ. Rota Roman. decis.* 443. *num.* 3. *part.* 4. *in nouiss. eademmet Rota apud Cencium de censibus, decis.* 103. *num.* 10. *decis.* 209. *num.* 4. & *decis.* 239. *num.* 1. quos insequitur *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis.* 312. *num.* 8. laudans pariter Authorem nostrum docẽ-
35 tem quoque, idem affirmandum fore in Gabellarij libro, in quo venditionis contractus non probatur, si venditor præsens non fuerit, vt etiam voluit latè hoc dilucidans *Nicolaus Genua incitato tib.* 4. *tit. de libris rationum Gabellarij,*
36 *num.* 10. & *seqq.* idemq; in libro æstimi, quòd non probet, nisi contrà eos, qui illi descriptioni consenserunt, vt *ICti* omnes concludunt in repetitione Imperialium Constitutionum *in l. si pater, & in l. solemnibus, C. de rei vendicat.* & inquiunt *Mascardus de probationibus, conclus.* 273. *num.* 3. & 7. *Caballin. Milleloq.* 57. *in fine, Hieronymus de Monte in suo tract. de finib. regund. cap.* 64. *num.* 6. & 7. & latè sermonem habet citatus *Nicolaus Genua de scriptura priuata, lib.* 5. *tit. de libris æstimi*, quem vide, si libet, nàm latè dilucidat.

37 Semper denique, & quandocumq; probare huiusmodi Mercatorũ libros haùd inficimus, nàm quæ hactenùs diximus in Mercatorum libris, qui actu mercaturam exercent, locum nedùm obtinent, sed in libris etiam eorum, qui iàm eam exercere desierunt, dummodò tamen tempore, quo
38 mercaturam ipsam exercebant, descripti sint, quemadmodùm obseruant *Strasc. de mercatur. tit. Quomodo in causis mercatorum sit procedendum, num.* 34. *Mascardus de probationibus, cõclus.* 976. *num.* 25. *Excobar. de ratiocin. cap.* 11. *num.* 32. *Barz. decis. Bonon.* 26. *num.* 16. quin
39 etiam vbique probant, plenamq; probationem faciunt extrà demùm ipsorum statuentium territorium, nimirùm vt rationis liber ipsius Mercatoris sic à Statuto roboratus vbiq; probet, etsi in iudicio, in quo producitur, tale non adsit statutum, siquidem circà scripturæ fidem, vbicumq;
40 postmodum producatur, locus vbi celebrata est semper inspicitur, vt ex multis inquit *Vivius Opinion.* 306. *num.* 2. & 3. atque pariter *Sigismund. Scaccia d. cap.* 11. *num.* 239. & *Nicolaus Genua d. lib.* 4. *tit. de libris Mercatorum, num.* 18. &
41 *seqq.* Verùm nùm huiusmodi statutum quolibet in foro sæculari scilicèt, & Episcopali seruari debeat? inquirunt, & affirmatiuè scribunt *Pacian. de probationibus, cap* 63. *num.* 41. & *sequ. Genua vbi proximè, num.* 21. *Dom. Consiliar. Hodierna*
42 *vbi supra, num.* 5. nisi statutum illud ad proprios Iudices solùm se referat, putà quia diceret, quòd Consules Mercatorum priuatis ipsorum Merca-
43 torum scripturis credant: & de hac materia, quãdo huiusmodi libri tàm pro, quàm contrà Clericos probationem inducant? plenè scripsit *Marta de iurisdictione, part.* 4. *centur.* 1. *cas.* 84. ad quem Lectorem remittere cordi est; Cæterum videre

Digitized by Google

ui conſpicit alia ad hanc materiam ſpectantia, recenſitis adeat præſertim *Nicolaum Genua*, *Ioannem Dominicum Gaito in locis indica-*, inhibet enim inſtituti mei ratio, nàm alterum nè tractatum componerem, ſi in materia tàm- aſta calamum protrahere vellem.

PROLOGOMEN.

rumenti exequutionem haùd contrà ter- ium, ſed cõtrà in eo nominatum fieri dum- axàt poſſe notatur.

RERVM SVMMA.

Exequutio facienda eſt contrà nominatum in inſtrumento.
Via exequutiua, & ſummaria contrà tertium non competit.
Exequutio non fit contrà hæredem non facta liquidatione, quòd ſit talis.

OBSERVATIO CXXXVIII.

PAucam lanè dotẽ aſſignat noſter *Author* præſenti deciſioni determinanti, inſtrumenti exequutionem contrà nominatũ in eo faciendam eſſe, haùd autem contrà tertium: Quare & Nos iuxtà noſtrum conſuetum morem adnotamus, hanc ſententiã omni prorsùs difficultate carere, ſcitur nàmque incompertum eſſe, quòd via exequutiua, & ſummaria contrà tertium non competit, pro vt inter cæteros firmãt *Aſin. in praxi, §. 31. cap. 20. limit. 22. Duenn. Regul. 371. limit. 6. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſione, Remed. 4. num. 848. Marta voto 65. Farinac. deciſ. 59. part. 2.* & latè *Fontanella de pactis nuptialibus, clauſul. 6. Gloſſ. 1. part. 3. num. 27. & ſequ.* quos refert, & ſequitur ætatis noſtrę Iuriſconſultiſſimus *Dom. Conſiliarius Ioſeph de Roſa in ſua Conſultat. 48. num. 11.* vbi quoque de Authore noſtro haùd immemor eſt.

Circà verò illud, quod noſter *Author* innuit *hic* nempè, quòd exequutio contrà hæredem minimè fit, non facta priùs liquidatione, quòd talis ſit, recolendum eſt, quòd hac quoque de re plenè egit in *deciſ. 122.* vbi Nos annotatiunculam poſuimus, ideòq; inibi benignum Lectorem remittimus, nàm cùm breuitèr noſter *Author* ſe expedierit, eius veſtigia ſectari libet.

PROLOGOMEN.

eſtes, ſi de loci diuerſitate deponant, & de vnicum actum probando ageretur, ſingulares dici eruditur ſingularitate obſtatiua, quæ illos contrarios reddit, vt coniungi nequeant, & nonnulla tàm de ſingularitate prædicta, quàm de cumulatiua, & adminiculatiua, ac etiam de diuerſificatiua indicantur: & nùm Rectoris confeſſio Eccleſiæ prę iudicet? elucidatur paritèr optimo diſtinctionis adhibito moderamine.

RERVM SVMMA.

1 *Teſtes ſingulares, ſi de loci diuerſitate deponant & de vnicum actum probando ageretur, non probant.*
2 *Singularitas obſtatiua dicitur, vbi ponitur de vnico tantùm actu, & teſtes circà locum variant.*
3 *Singularitas obſtatiua teſtes contrarios reddit & num. 7.*
4 *Singularitas obſtatiua teſtimonium infringit.*
5 *Teſtes quando ſunt ſingulares, minus probant mille, quàm vnus.*
6 *Teſtis vnicus, quando eſt integer, ſemiplenè tantùm probat.*
8 *Singularitas cumulatiua, ſeù adminiculatiua teſtimonia non lacerat.*
9 *Teſtes deponentes de diuerſitate loci, & temporis ſingulares non dicuntur.*
Limitatur, quando locus, vel tempus ſpecificè in facto probandum eſſet, vt num. 10.
11 *Singularitas diuerſificatiua in actu reiterabili conſideratur.*
12 *Teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua coniungi nequeunt.*
13 *Probatio dubia, & incerta non releuat.*
14 *Confeſſio Rectoris an Eccleſiæ præiudicet, & num. 16.*
15 *Capituli conſenſus quomodo præſtari debeat.*
17 *Confeſſio quando voluntaria dicatur.*

OBSERVATIO CXXXIX.

COngrediuntur cùm *Authore* noſtro magni nominis Authores in articulo, quẽ præſens porrigit locus. An teſtes ſingulares dicantur, ſi de loci diuerſitate deponant, & de vnicum actum probando ageretur? & in eius reſolutione affirmant, prout ſic reſolutum fuiſſe teſtatur noſter *Author hic*, è quorum numero recenſere libet memorandum *Matthæum de Afflicto*, qui in *deciſ. 364. num. 2.* teſtatur totum Sacrum Conſilium reprobaſſe opinionem *Pauli de Caſtro* aſſerentis, quòd ſi vnus teſtis de confeſſione in vno loco, alius verò de confeſſione alio in loco deponat, quòd duo iſti teſtes coniunguntur: demùmq; recenſere libet illius doctiſſimum additionatorem *Dom. Cæſarem de Vrſillis ibidem*, nec non etiam *Epiſcop. D. Aloyſium Riccium in Collectan. deciſ. 2203. circà finem*, & *Dom. Conſiliarium Ioannem Baptiſtam Hodiernа in addit. ad Surdum deciſ. 12. num. 4. & ſequ.* vbi de hac noſtri *Authoris* deciſione haùd immemor eſt: ad quam theſim comprobandam illa mihi præcipua arridet ratio, quia vbi ponitur de vnico tantùm actu, ſi teſtes circà locum varient, talis ſingularitas cumulatiua, & adminiculatiua haùd dicitur, ſed benè obſtatiua, quæ ſatis nè teſtes contrarios reddit, vt *Menochius* notat in *tract. de preſumpt. lib. 1. præſumpt. 41.* propter quã varietatẽ talis obſtatiua ſingularitas adeò teſtimoniũ infringit, vt illos producens teſtem aliquẽ habere haùd dicatur, aperiente adagio illo, quòd vbi teſtes ſunt ſingulares minus probant mille, quàm vnus, & clarè probatur, quia ſcitum eſt, quod vnus teſtis, quando integer eſt, ſemiplenè tan-

Digitized by Google

rantùm probat, quando autèm sunt plures testes singulares secùs est, nàm semiplenè nec etiam probant, propterea quod per concursum inuicem se impediunt, & alios alij elidunt, immò testium singularitas testimonia diuidit, eaq; lacerat, cùm omne diuisum laceratum sit, aliquid idcircò haùd probant.

7 Quòdue obstatiua singularitas adeò testes cõtrarios reddat, vt coniungi haùd possint, altercandum minimè est, immò eos falsos esse, fatendum necessè euenit, pro vt in testibus Susannæ, ex quibus probatum minimè fuit adulterium: agebatur enim de vnico adulterij crimine, quia Senes illi non dicebant, Susannam pluries vidisse in adulterio, & tamèn variabant, quia vnus dixit sub Pinu, alter sub Ficu, ex qua loci variatione obstantia, & contrarietas inducitur; Tametsi alitèr de cumulatiua, seù adminiculatiua singularitate di-
8 cendum eueniat, etenim tunc, illa quia probationem, testiumquè testimonia non lacerat, sed probationi probationem cumulat, testes etsi singula-
9 res sint de loco, & tempore, & tamèn conteſtes in eo, quod in facto principali cõueniunt, benè probant, dummodò locus, vel tempus specificè in fa-
10 cto probandum non foret, quemadmodùm est singularis *Gloss. final. in l. ob carmen, §. vltim. D. de testib.* quam opinionem vti magis communè complures nostræ Iurisprudentiæ maximùm periti amplexi fuerunt, & secundùm eam pluries iudicatum fuisse testatur *Crauetta* latissimè *de antiquit. tempor. part. 4. num. 8. 16. 17. 20. cum sequ.* demùmque *Farinac. de testibus, quæst. 64. num. 8. Dom. Reg. de Ponte consil. 2. num. 94. cum sequ. vol. 1.* quos insequitur *Dom. Consiliarius Hodierna ad Surdum decis. 71. num. 2. & 3.* attestans ità per M.C.V. decisum fuisse in causa Antoniæ de Crescenzo contrà Franciscum de Medici, vbi sex testes licèt singulares de loco, & tempore, conteſtes tamèn in facto plenè probauerunt.

11 Vndè cõsequimur, quod de obstatiua singularitate sermocinauimus, in diuersificatiua singularitate locum paritèr habere, in illa scilicèt quæ in actu reiterabili consideratur, E.G. Actor mutuum de quinquaginta proponit, vnus testis dicit, quòd quinquaginta Reo mutuari vidit de mense Ianuarij, alter quòd de mense Martij, alter de mense Iunij, testes isti singulares sunt in loco, & in tempore, non tamèn contrarij dicuntur, quia cùm de reiterabili mutuo agatur, plura mutua diuersis locis, temporibusquè fieri poterunt:
12 nihilò tamèn minùs, etsi huiusmodi testes contrarij non sint, fatendum quidem est, coniungi minimè posse, vt plenè, aùt saltèm semiplenè probent, propterea quod ex tali diuersificatiua singularitate nouum factum necessariò inducitur, quia mutuum vno tempore factum est sanè diuersum ab eo, quod fit alio tempore, sicquè cùm Actor vnum debitum ex mutui causa solùm petierit, testes de pluribus, diuersisquè mutuis loquantur,
13 ignorat Iudex quod, & quale sit mutuum petitum idcircò Actoris probatio dubia, incertaquè remanet, & consequentèr non releuat, pro vt exactissimè testium singularitate incertitudinem arguit *Sal. ret. in l. testium, in 9. quæst. C. de testib.* quem refert, & sequitur *Alexand. in consil. 94. col. libr. 6.*

14 Firmat præterea noster *Author hic in fine*, cõ

tum cùm substitutionis iure, substitutione perempta haùd perit.

Substitutio sub conditione si sinè liberis decesserit, *an contineat vulgarem, si testator adiecerit verba illa,* tunc, & eo casu.

OBSERVATIO CXL.

SVb dubio equidem non parum Ipse steti, quid decernendum fore in iurgio præsentis loci, ex quo habetur, nùm substitutus, si institutus in vita testatoris rebus ab humanis absoluatur, ad successionem admittendus sit? propterea quod excluſuam aleam facilè defendi, tuerique posse videtur ex eo, quia substitutio secunda defecta prima, primoque gradu pereempto haùd procedit, cùm testator supponat, institutum hæredem esse, testamentiquè legem seruari; Attamèn substitutioni locum esse, quando sumus in compendiosa, veriùs quidem esse comperitur, quin & praxi receptum, & à Tribunalibus passim approbatum, vt decisum testatur noster *Author hic*, nec non *Surdus decis.* 37. vbi *Dom. Consiliarius Hodierna* complures concordantes adducit, & haùd immemor est de præsenti decisione, demùmque *Gaspar Thesaurus in addit. ad suum Genitorem, decis.* 60. *lit. A.* & *Rota Florent. apùd Magon. decis.* 4. *in fine*, & conferunt tradita per *Dom. Præsid. de Franchis decis.* 156. *Dom. Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom.* 2. *cap.* 219. nec non patitèr per *Dom. Regentem* lo: *Franciscum Marcinum* I. C. vndique eximium, & scientissimum in *Disputat.* 68. *nu.* 20. idque ex eo planè procedit, quia compendiosa substitutio plures substitutionum species secundùm cuiusque temporis naturam continet, vndè dicitur, vulgarem præseferre, si institutus hæres non erit, pupillarem, si impubes, fideicomissariam, si pubes factus, exemplarem denique, si in dementia post hæreditatem aditam decesserit, cuius rei prolixiorem tractatum habent ICti omnes in repetitione *l. centurio, D. de vulgar. & pupillar. in l. præcibus, C. de impub. & in cap. si pater, de testament. in* 6. exornantque *Peregrinus de fideicommissis, art.* 34. *Marta de successione legali, part.* 4. *quæst.* 30. *art.* 1. *num.* 7. *& art.* 5. *num.* 4. *Dom Verde in sua Pantonomodid. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 1372. *Dom. Consiliarius Hodierna dict. decis.* 37. *num.* 6. & cæteri quot quot materiam pertractarunt.

5 Qua propter extentionem thesim hanc habere legitur, vt procedat non tantùm, si compendiosa substitutio per mortis mentionem concepta sit, quæ sola apta est, compendiosam efficere substitutionem, cùm quis mori possit quocumq; tempore, experientia teste, sed etiam per verba tractum successiuum habentia, prò vt *Bartol.* docuit *in citata l. centurio, num.* 9. & post alios inquiunt *Couarruu. in Cap. Raynutius*, §. 9. *num.* 2. *& sequ. de testament. Menoch. de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 51. *num.* 7. *&* 8. quod verum esse fa-
6 tentur Doctores etiam particula illa *Quandocumque* minimè adiecta, sicque quòd tunc adhùc compendiosa erit substitutio, sed verbis generalibus facta iuxtà *Gloss.* magistralem, quam omnes sequuntur in *l. in testamento, la prima, C. de testamēt. milit. & in cap. si pater, verb. Absque deductione, de testament. in* 6. & post alios, quos referunt **attruunt** noster *Author in tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 407. *&* 528. *Peregrin. de fideicommiss. dict. art.* 34. *num.* 9. *Marta dict. quæst.* 30. *art.* 1. *nu.* 2. nec non inter cæteros confirmant *Ill. Dom. Regens, & S. C. Præses D. Franciscus Merlinus Controuers. forens. centur.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. vbi ipsemet in *Scholijs*, quæ typis dari spero, Deus tamen nostris si annuat votis, *Dom. Consiliarius Hodierna Controuers. forens. cap.* 20. *num.* 3. *& in addit. ad Surd. decis.* 37. omnes demùm de cōmuni, & indubitata opinione testantes.

Hinc autem fatendum est, quòd etsi negari haùd possit, veriorem in puncto iuris, & vtitalem magis communitèr receptam esse huiusmodi sēntiam, non ideò abest scrupulus ex aduersa-
7 oriens sententia, quamobrèm vt huiusce dissentionis amaritudines euitentur, affirmare fas est, substitutioni locum non esse, quando testator primum institutum hæredem esse, testamentiquè legem seruari cùm effectu voluit, nàm cùm testator illum hæredem esse supponat, substitutio institutione defecta non procedit, tanquàm hoc cōtrà testatoris mentem foret, pro vt peroptimè *Alexander* consuluit in *consil.* 1. *lib.* 1. quem præsertim sequuti sunt noster *Author hic*, *num.* 10. *& cons.* 4. *disceptat. forens. cap.* 771. *num.* 45. *Fusarius de substitutionibus, quæst.* 237. *num.* 19. *Petra de interpetratione vltimarum voluntatum, fol.* 199. *num.* 34. alijque quos sectatur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis.* 37. *num.* 13. & in maioratus materia concludit *Surdus in cō-*
8 *sil.* 403. scilicèt illo decedente viuo testatore, quòd non fit locus alijs substitutionibus, quando constaret, testatorem voluisse, quòd hæres primus nominatus ad maioratus successionem succederet, quia omnes corruunt, tanquàm à prima dependentes, quod eum ante notauit *Alexand. consil.* 4. *lib.* 4. sic quoque concludit noster *Author dict. cap.* 771. *num.* 44. & se subscribit memoratus *Dom. Consiliarius Hodierna d. l. num.* 15. quem Lector consulat circà tradita in sequentibus numeris, dùm videndum succedit.

9 Quid dicendum fore vbi institutus, licèt antè testatoris mortem, cùm filijs decesserit? Alta quidem, anceps, & profunda est quæstio isthæc, quæ scitsos, & discordes habet antiquos, nouissimosq; nostræ Iurisprudentiæ Professores, vt videre est apùd sæpè laudatum *Dom. Consiliarium Hodierna dict. decis.* 37. qui vtriusque aleæ sectatores refert, vt proinde vix dignosci possit, quænàm veriùs sit, & communior, quin & fortassis talis proposito in casu esset censenda sententia *Speculat. §. 1. de testam. in vltim. addit.* & asseclarum tenen-
10 tium, non esse substitutioni locum, quoniam cōpendiosa non est species separata, sed plures sub vno vocabulo comprehendit, idcircò omnis substitutio sub eo contenta est sub conditione, si sine
11 liberis, sicque etiam vulgaris, quæ facta sub conditione, si sine liberis decesserit, per liberorum superuenientiam annullatur ad *textum in l. Lucius. la* 2. *in fine, D. de hæredib. instituend.* vbi filij in conditione positi substitutum excludunt.

Quamobrem nō immeritò *Marcus Antonius Peregrinus* latè in simili disputans in suo *tract. de fideicommissis, art.* 15. passum hunc esse valdè dif-
12 ficilem fatetur *num.* 37. vndè aduertit, quòd aùt filij in conditione positi ob aliquā legitimam con-

Digitized by Google

coniecturam possunt videri vocati, vel ex Consuetudine, vel ex iudiciorum obseruantia in eo loco, & hoc casu de eis, prout de substituto iudicãdum foret, ac idcircò substitutũ excluderent, prout optimis rationibus concludit *Hieronym. Gabr. consil.* 115. *col.* 3. vbi reprehendit *Curtium Iun. consil.* 96. aliter tenentem: aùt verò dispositiuè vocati non essent, sed intestati successio in illis bonis filijs ipsis deuoluta foret, & tunc concludit, conditionis vim, testatorisq; votum, qui eos substituto prætulit, multum filijs prodesse ad substitutum excludendum, prout his in terminis cẽsuit *Baldus in consil.* 254. nec non etiam *Alciat. in consil.* 87. *lib.* 9. *& Socin. Iun. in consil.* 106. *num.* 21. *& 22. vol.* 1. vbi adducit notata à *Bartol. in l. si Mater*, §. 21. *D. de vulgar.* Vndè mox citatus *Author num.* 39. subiungit, conclusionem hanc indubitanter procedere, vbi vltrà substitutionem substitutus coniunctus foret, nàm licèt ex substitutione venire non posset vti caducæ per conditionis defectum, caperet tamen vti coniunctus per ius accrescendi, quod in specie firmauit *Alexand. in consil.* 109. *vol.* 2. vbi legato relicto Antispæ, & Albinæ, & eis vicissim substitutis, si sine filijs decederent, defuncta Antispa in vita testatricis relictis filijs, & propterea caducato legato in eius persona, quamuis Albina ex substitutione succedere non posset ob cõditionis defectum, quia Antispa cùm filijs decesserat, per ius tamen accrescendi portionem assequi poterit Albina, quia sublato substitutionis iure, ius accrescendi ex coniunctione prouenies haùd deficit, ad *text. in l. penult. in secundo respons. D. de iniust. testam.* latè inquit *Bartol. in t. re communi*, *col.* 12. *vers. Sed circà hæc, D. de legat.* 3. & latè prosequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodèrna dict. decis.* 37. *num.* 42. *& sequ.* extricans quoque *num.* 47. quid concludendum fore, vbi testator post conditionem illam, si sine liberis decesserit, verba illa adiecerit, scilicèt, tunc, & eo casu substituo, de quibus post alios, quos recẽset, termocinatur demùm *Dom. Regens Capycius Latro de cis.* 108. *num.* 15. *& sequ.* & sexcentis adductis *Fusar. de substit. quæst.* 32. *num.* 35. *& sequ. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. fol.* 234. *num.* 19.

PROLOGOMEN.

Obligatio etsi in pecunia concepta sit, debitorem nihilominùs bona stabilia creditori in solutum offerẽdo liberari deciditur, ad examinationem *textus in Auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionib.* cuius tamen *textus* determinatam æquitatem comprimi eruditur, quando huiusmodi beneficio tradendi bona creditori insolutum expressè mediante iurisiurando religione renunciatum est, nisi post renunciationem prædictam casus superuenit inopinatus potentiam auferens soluendi in pecunia, & vendendi bona sua: eamq; demùm æquitatem an restringatur, cùm quis med[ian]te etiam illa iurisiurandi religione in pecunia soluere se obligauit? peculiaritèr deinstratur, ac simili quoque verbo famigerata illa elucidatur quæstio, An hæres cùm be

Digitized by Google

ctum cùm substitutionis iure, substitutione peremptâ haùd perit.

14 *Substitutio sub conditione* si sinè liberis decesserit, *an contineat vulgarem, si testator adiecerit verba illa*, tunc, & eo casu.

OBSERVATIO CXL.

SVb dubio equidem non parum Ipse steti, quid decernendum fore in iurgio præsentis loci, ex quo habetur, nùm substitutus, si institutus in vita testatoris rebus ab humanis absoluatur, ad successionem admittendus sit? propterea quod exclusiuam aleam facilè defendi, tuerique posse videtur ex eo, quia substitutio secunda defecta prima, primoquæ gradu perempto haùd procedit, cùm testator supponat, institutum hæredem esse, testamentiquè legem seruari; Attamèn substitutioni locum esse, quando sumus in compendiosa, veriùs quidem esse comperitur, quin & praxi receptum, & à Tribunalibus passim approbatum, vt decisum testatur noster *Author hic*, nec non *Surdus decis.* 37. vbi *Dom. Consiliarius Hodierna* complures concordantes adducit, & haùd immemor est de præsenti decisione, demùmque *Gaspar Thesaurus in addit. ad suum Genitorem, decis.* 60. *lit. A.* & *Rota Florent. apùd Magon. decis.* 4. *in fine*, & conferunt tradita per *Dom. Præsid. de Franchis decis.* 156. *Dom. Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom.* 2. *cap.* 219. nec non patiter per *Dom. Regentem* Io: *Franciscum Marcianum* I. C. vndique eximium, & scientissimum in *Disputat.* 68. *nu.* 20. idque ex eo planè procedit, quia compendiosa substitutio plures substitutionum species secundùm cuiusque temporis naturam continet, vndè dicitur, vulgarem præseferre, si institutus hæres non erit, pupillarem, si impubes, fideicomissariam, si pubes factus, exemplarem deniquè, si in dementia post hæreditatem aditam decesserit, cuius rei prolixiorem tractatum habent ICti omnes in repetitione *l. centurio*, *D. de vulgar. & pupillar. in l. præcibus*, *C. de impub. & in cap. si pater*, *de testament. in* 6. exornantque *Peregrinus de fideicommissis*, *art.* 34. *Marta de successione legali*, *part.* 4. *quæst.* 30. *art.* 1. *num.* 7. *& art.* 5. *num.* 4. *Dom Verde in sua Pantonomodid. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 1372. *Dom. Consiliarius Hodierna dict. decis.* 37. *num.* 6. & cæteri quot quot materiam pertractarunt.

5 Qua propter extentionem thesim hanc habere legitur, vt procedat non tantùm, si compendiosa substitutio per mortis mentionem concepta sit, quæ sola apta est, compendiosam efficere substitutionem, cùm quis mori possit quocumq; tempore, experientia teste, sed etiam per verba tractum successiuum habentia, prò vt *Bartol.* docuit *in citata l. centurio*, *num.* 9. & post alios inquiunt *Couarruu. in Cap. Raynutius*, §. 9. *num.* 2. *& sequ. de testament. Menoch. de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 51. *num.* 7. *&* 8. quod verum esse fatentur Doctores etiam particula illa *Quandocumque* minimè adiecta, sicque quòd tunc adhùc compendiosa erit substitutio, sed verbis generalibus facta iuxtà *Gloss.* magistralem, quam omnes sequuntur in *l. in testamento*, *la prima*, *C. de testamẽt. milit. & in cap. si pater*, *verb. Absque deductione*, *de testament. in* 6. & post alios, quos referunt astruunt noster *Author in tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 407. *&* 528. *Peregrin. de fideicommiss. dict. art.* 34. *num.* 9. *Marta dict. quæst.* 30. *art.* 1. *nu.* 2. nec non inter cæteros confirmant *Ill. Dom. Regens*, *& S. C. Præses D. Franciscus Merlinus Controuers. forens. centur.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. vbi ipsemet in *Scholijs*, quæ typis dari spero, Deus tamen nostris si annuat votis, *Dom. Consiliarius Hodierna Controuers. forens. cap.* 20. *num.* 3. *& in addit. ad Surd. decis.* 37. omnes demùm de cõmuni, & indubitata opinione testantes.

Hinc autem fatendum est, quòd etsi negari haùd possit, veriorem in puncto iuris, & vtitalem magis communitèr receptam esse huiusmodi sẽtentiam, non ideò abest scrupulus ex aduersa oriens sententia, quamobrèm vt huiusce dissentionis amaritudines euitentur, affirmare fas est,

7 substitutioni locum non esse, quando testator primum institutum hæredem esse, testamentiquè legem seruari cùm effectu voluit, nàm cùm testator illum hæredem esse supponat, substitutio institutione defecta non procedit, tanquàm hoc cõtrà testatoris mentem foret, pro vt peroptime *Alexander* consuluit in *consil.* 1. *lib.* 1. quem præsertim sequuti sunt noster *Author hic*, *num.* 10. *& tom.* 4. *disceptat. forens. cap.* 771. *num.* 45. *Fusarius de substitutionibus*, *quæst.* 237. *num.* 19. *Petra de interpetratione vltimarum voluntatum*, *fol.* 199. *num.* 34. alijque quos sectatus laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis.* 37. *num.* 13. & in maioratus materia concludit *Surdus in cõ-*

8 *sil.* 403. scilicèt illo decedente viuo testatore, quòd non sit locus alijs substitutionibus, quando constaret, testatorem voluisse, quòd hæres primus nominatus ad maioratus successionem succederet, quia omnes corruunt, tanquàm à prima dependentes, quod eum ante notauit *Alexand. consil.* 4. *lib.* 4. sic quoque concludit noster *Author dict. cap.* 771. *num.* 44. & se subscribit memoratus *Dom. Consiliarius Hodierna d. l. num.* 15. quem Lector consulat circà tradita in sequentibus numeris, dùm videndum succedit.

9 Quid dicendum fore vbi institutus, licèt ante testatoris mortem, cùm filijs decesserit? Alta quidem, anceps, & profunda est quæstio isthæc, quæ scitsos, & discordes habet antiquos, nouissimosq; nostræ Iurisprudentiæ Professores, vt videre est apùd sæpè laudatum *Dom. Consiliarium Hodierna dict. decis.* 37. qui vtriusque aleæ sectatores refert, vt proinde vix dignosci possit, quænàm veriùs sit, & communior, quin & fortassis talis propositio in casu esset censenda sententia *Speculat. §. 1. de testam. in vltim. addit.* & aseclarum tenentium, non esse substitutioni locum, quoniam cõ-

10 pendiosa non est species separata, sed plures sub vno vocabulo comprehendit, idcircò omnis substitutio sub eo contenta est sub conditione, si sine

11 liberis, sicque etiam vulgaris, quæ facta sub conditione, si sine liberis decesserit, per liberorum superuenientiam annullatur ad *textum in l. Lucius. la* 2. *in fine*, *D. de haredib. instituend.* vbi filij in conditione positi substitutum excludunt.

Quamobrem nõ immeritò *Marcus Antonius Peregrinus* latè in simili disputans in suo *tract. de fideicommissis*, *art.* 15. passum hunc esse valdè dif-

12 ficilem fatetur *num.* 37. vndè aduertit, quòd aùt filij in conditione positi ob aliquã legitimam con-

Digitized by Google

nitè eam possunt videri vocati, vel ex Consuetudine, vel ex iudiciorum obseruantia in eo loco, & hoc casu de eis, prout de substituto iudicium foret, ac idcirco substitutū excluderent, prout optimis rationibus concludit *Hieronym. Gabr. consil. 115. col. 3.* vbi reprehendit *Curtium Iun. consil. 96.* aliter tenentem: aut verò dispositiuè vocati non essent, sed intestati successio in illis bonis filijs ipsis deuoluta foret, & tunc concludit, conditionis vim, testatorisq; votum, qui eos substituto prætulit, multum filijs prodesse ad substitutum excludendum, prout his in terminis cēsuit *Baldus in consil. 254.* nec non etiam *Alciat. in consil. 87. lib. 9. & Socin. Iun. in consil. 106. num. 21. & 22. vol. 1.* vbi adducit notata a *Bartol. in l. si Mater, §. 21. D. de vulgar.* Vndè mox citatus *Author num. 59.* subiungit, conclusionem hanc indubitanter procedere, vbi vltrà substitutionem substitutus coniunctus foret, nàm licèt ex substitutione venire non posset vti caducata per conditionis defectum, caperet tamen vti coniunctus per ius accrescendi, quod in specie firmauit *Alexand. in consil. 109. vol. 2.* vbi legato relicto Antispæ, & Albinæ, & eis vicissim substituris, si sine filijs decederent, defuncta Antispa in vita testatricis relictis filijs, & propterea caducato legato in eius persona, quamuis Albina ex substitutione succedere non posset ob cōditionis defectum, quia Antispa cùm filijs decesserat, per ius tamen accrescendi portionem assequi poterit Albina, quia sublato substitutionis iure, ius accrescendi ex coniunctione prouenies haùd deficit, ad *text. in l. penult. in secundo respons. D. de iniust. testam.* latè inquit *Bartol. in l. re communi, col. 12. vers. Sed circà hæc, D. de legat. 3.* & latè prosequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis. 37. num. 42. & sequ.* extricans quoque
13 *num. 47.* quid concludendum fore, vbi testator post conditionem illam, si sine liberis decesseris, verba illa adiecerit, scilicèt, tunc, & eo casu substituo, de quibus post alios, quos recēset, termocinatur demùm *Dom. Regens Capycius Latro decis. 108. num. 15. & sequ.* & sexcentis adductis *Fusar. de substit. quæst. 32. num. 35. & sequ. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. fol. 234. num. 19.*

PROLOGOMEN.

Obligatio etsi in pecunia concepta sit, debitorem nihilominùs bona stabilia creditori in solutum offerēdo liberari deciditur, ad examinationem *textus in Auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionib.* cuius tamen *textus* determinatam æquitatem comprimi eruditur, quando huiusmodi beneficio tradendi bona creditori insolutum expresè mediante iurisiurandi religione renunciatum est, nisi post renunciationem prædictam casus superuenit inopinatus potentiam auferens soluendi in pecunia, & vendendi bona sua: eamq; demùm æquitatem an restringatur, cùm quis mediāte etiam illa iurisiurandi religione in pecunia soluere se obligauit? peculiariter demonstratur, ac simili quoque verbo famigerata illa elucidatur quæstio, An hæres cùm beneficio legis, & inuentarij astringere possit pecuniarios creditores ad accipiendum bona insolutum, qnando defunctus laudatæ *Authenticæ* beneficio renunciauit, si iustus emptor non reperiatur, & pecunia in hæreditate desit.

RERVM SVMMA.

1 *Debitores etiam dilaniandos creditoribus tradi permissum erat ex L. XII. Tabularum.*
Qua immunitas tanquàm bonis moribus repugnans à media Iurisprudentia fuit penitùs sublata, vt num. 3.
2 *Calicutanorum exequutio contrà debitores indicatur.*
4 Lex Pætilia *quo tempore lata fuit.*
5 *Lex qua extat in Saxonia, vt inops debitor ad seruiendum creditori detur, Reipublicæ perniciosa dicitur.*
6 *Debitores inopes creditoribus olim addicebantur in temporariam seruitutem.*
7 *Debitores ob as alienum creditoribus seruire vetitum est.*
Etiam pro publicis Reipublicæ debitis, vt nu. 8.
9 *Exequntio quando in debitoris bonis fieri potest, ad eius carcerationem deueniri non debet.*
10 *Debitor carcerari potest, quando bona non habet, ex quibus as alienum solui potest.*
11 *Debitor, nè carceretur, quibus remedijs succurratur.*
12 *Debitor de iure nouo Authenticorum offerendo bona liberatur ab obligatione, & personaliter conueniri non potest.*
Ampliatur, quamuis obligatio in pecunia concepta esset vt num. 13.
14 *Dispositio* text is in Auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionib. *vt locum habeat, quinque requisita proponuntur, & num. 15. & 18.*
16 *Emptorem non reperiri, vel talem, qui iustum pretium non offerat, idem est, & num. 17.*
19 *Debitor cogere non potest creditores in pecunia ad accipiendum tot bona insolutum, licèt iustus emptor non inueniatur, quando huic beneficio mediante iure iurando renunciauit, & num. 20.*
Comprimitur casu inopinato interuenient, vt num. 24.
21 *Renunciatio* Auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionib. *valida dicitur, etiam cessante iureiurando.*
22 *Cessionis bonorum beneficio renunciari non potest, & num. 23.*
25 *Iuramentum rèbus sic stantibus intelligitur.*
26 *Casus inopinatus à contrahentibus præuisus nō censetur.*
27 *Promissio soluendi in pecunia quomodo intelligenda sit.*
28 *Casus insolitus à qualibet generali renunciatione excluſus censetur.*
29 *Sanguinem elicit, qui nimium emungit.*
30 *Charitas vbi non est, non potest esse Iustitia.*
31 *Proximus quomodo diligi debeat.*
32 *Debitor, qui in pecunia soluere mediante iure iurando se obligauit, non auditur dare volens bona insolutum creditori-* In-

Digitized by Google

Intelligitur vt num. 34. & 35.
Ampliatur vt num. 37.
33 *Iuramentum ad factum præcisè obligat.*
36 *Iuramentum secundùm actus naturam regulatur, vt fortiùs liget, sed non in plus.*
38 *Statutum mandans, creditorem in pecunia cogi posse ad accipiendum bona insolutum an locum habeat in contractu iurisiurandi religione vallato, vt num. 40.*
39 *Statutum in dubio non censetur disponere in materia iurata.*
41 *Contrahentes in dubio se conformare videntur cùm dispositione statuti, & consuetudinis loci.*
42 *Heres cùm beneficio legis, & inuentarij an cogere possit creditores ad accipiendum bona insolutum, quando defunctus beneficio* Auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionib. *renuncia-uit.*
Affirmatiuè concluditur num. 43.
44 *Inuentarium ad quid prosit heredi.*
45 *Inuentarium præseruat heredem non solùm à damno pecuniario, sed etiam à vexationibus facti.*
Declaratur vt num. 49. & 50.
46 *Minor restituitur aduersùs ad tionem hæreditatis factam cùm beneficio legis, & inuentarij, si lites, & vexationes sint in hæreditate, etiam si hæreditas esset opulenta.*
47 *Minor vbi vexationis euitanda causa hæreditatem repudiare vellet, per viam restitutionis in integrum succurritur.*
48 *Inuentarium præseruat heredem aduersùs creditores, nè damnum aliquod patiatur.*
51 *Heres bona insolutum dare non potest, quando in hæreditate adest pecunia.*
52 *Heres cùm inuentarij beneficio cogere potest creditores ad recipiendum bona insolutum emptore non adinuento qui velit absq; speciali ipsius heredis obligatione, ac nomine proprio emere.*
53 *Heres dando bona insolutum, vel illa creditoribus dimittendo, defuncti facto contrauenire non dicitur.*
54 Textus in l. cùm à matre 14. C. de reiuendicat. *locum habet, quando heres de lucro captando agit.*
55 *Heres bona fideicommisso subiecta per defunctum distracta reuocare non potest.*
56 *Testator heredi inhibere non potest nè inuentarij beneficio vtatur, & num. 58. & 61.*
Ratio traditur num. 63.
57 *Inuentarium heredis fauore introductum est.*
59 *Heres defuncti voluntatem interuertere non potest.*
Limitatur quoties iure proprio, & ex propria sua persona ei aliquid competeret, vt num. 60.
62 *Sine herede decedere lugubrius reputatur.*

OBSERVATIO CXLI.

1 TAntus fuit antiquissimi iuris rigor cõtrà debitores, vt Lex XII. Tabularum, eos etiam dilaniandos, creditoribus tradi promiserit, pro vt testatur *Aul. Gell. in 20. libr. noct. Atticar. cap. 1.* nec non etiã *Annæus Robert. Rer. Iudicat. libr. 2. cap. 6. pag. mihi 367. Carol. Sigon. in 1. libr. de antiquit. Iur. Ciuil. Roman. cap. 6.* multosquè recenset demùm vit multæ lectionis, & maturæ doctrinæ *Didacus Couarruuias Variar. Resolut. libr. 2. cap. 1. num. 1.* eiusdem legis formalia verba referens, & notat *Menoch. de Arbitr. Iudic. libr. 2. cas. 183. in princ.* prout etiam *Antoninus Thesaurus in decis. 153. num. 1.* exponens *num. 2.* ab illa parùm differre legem illam, quæ apùd Gali-
2 cutanos viget, ea nempè quæ determinat, quòd creditor facta fide apùd Principem Sacerdotum de suo credito, ab eo frondem quandam viridem accipiat, & ex ea vocato debitore circulum in terra faciat, à quo circulo inclusus debitor exire non audet; datur enim tunc statim dilaniandus nõ solùm creditoribus, sed & alijs quibuscumque tanquàm Reipublicæ hostis, sed aùt soluit, aùt illic famę perit ab omnibus exosus, vt refert *Ludouicus* Patritius Romanus in *itinerario rerum*
3 *Indiæ, libr. 2. cap. 9.* Verùm enimuerò huius Legis XII. Tabularum immunitas, potiùs ad terrorem traditæ, quàm vsurecepta, tanquàm bonis moribus valdè repugnans à media Iurisprudentia fuit penitùs sublata, & Anno ab Vrbe condita Quadringentesimo Vigesimo octauo *C. Patilio*, &
4 *L. Papyrio* Consulibus, lata fuit lex Pętilia, qua cautum fuit, nè quis ob pecuniam debitã in vinculis detineretur, sed eius bona, non corpus, essent debito, ac creditori obnoxia, teste *Liuio Decade 1. lib. 8.* idquè maximè fuit Reipublicæ conueniens, cùm ob duritiem legis veteris quandoque plebs ipsa in seditionem fuerit concitata, quòd idem *Liuius* scribit *eiusdem Decad. libr. 2.* Quin & ob eandem causam *Asellius* Prætor plebi, & pauperibus patrocinatus, vt fœnus tolleretur, ab ipsis fœneratoribus occisus fuit, quod facinus nec Senatus ipse vendicare valuit, vt refert *Appianus Alexandrinus lib. 1. de bello ciuili.*
5 Vndè Reipublicæ perniciosam esse dicendum euenit legem illam, quæ in Saxonia extat scilicet, vt inops debitor ad seruiendum creditori detur, cui operas præstare tenetur, donèc illi plenè per operarum taxationem satisfactum fuerit, vt refert *Matth. Coler. in suo tract. de process. executiuo, part. 1. cap. 3. num. 148.* & memorat citatus *Antoninus Thesaurus d. l. num. 2. in fine*, vbi etiam, quòd Hispani ex antiquis illorum legibus id ob-
6 seruant: & de iure antiquo, vel consuetudine obseruabatur vel capiendi debitores, vel etiam eorum filios, vt suis creditoribus seruirent, vt habetur ex *lib. 4. Regum, cap. 4.* vbi mulier ære alieno grauata conquerebatur cùm *Elisæo* Propheta, causam querelæ principalitèr intentando contrà istam seruitutem, *Seruus tuus* (inquit) *vir meus mortuus est, & tu nosti, quia seruus tuus fuit timens Deum. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi*, &c. Nàm etiã
7 & iure Cæsarum decretum est, nè debitores liberi in seruitium, aùt pignus creditoribus dentur, *l. obæs, cùm Auth. sequ. C. de action. & oblig.* etiã si debitoris bona defecerint, ità vt creditoribus satisfieri non possit, immò nè pro publicis quidem
8 Reipublicæ debitis illud licuisse pleræque Constitutiones testantur *l. 2. C. de exactionib. libr. 10.* & latè refert laudatus *Annæus Robert. Rer. Iudic. lib. 2. cap. 6. pag. mihi 369.* Quamobrèm dùm
9 exequutio in debitoris bonis fieri potest, ad eius carcerationem numquàm deueniendum est, quoniàm quid creditori proderit, si debitor perpetuò

Atere clausus, ibi miserè tædio, & ærumnis cõficiatur? Vndè optimo associante voto Imperator Romanus Argyrus reos quorumdã criminũ diutino carcere clausos liberauit, vt Cedren. testatur pag. 596. & Sapientissimus Salomon hanc aduersus furti damnatum pœnam statuit, vt deprehensus reddat septuplum, at si omnem substantiam domus suæ tradat, liberabit se, vt in Prouerb. cap. 6. itàque tunc debitor publicis in vinculis detinendus dumtaxàt videtur, cùm bona non habet, ex quibus æs alienum solui possit, Gloss. memorabilis in l. 3. §. Tutores, D. de suspect. Tutor. quam singularem esse dicunt Bald. in l. fine, D. de in ius vocand. & in l. 1. col. vltim. C. de iur. & fact. ignorant. Alexand. & Ias. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, D. de re iudic. Barb. in cap. 1. col. 4. de posit. & notabilem esse tradit Paul. de Castr. in l. 4. §. Prætor ait, D. de re iudic. nec non Abb. in cap. quò ad consultationem. col. 5. & illic paritèr Felin. num. 10. de re iudic. quorum opinio communis est secundùm Aret. in l. maritum, §. elegantèr, num. 7. D. solut. matrim. atque demùm secundùm Ripam in l. obligatione generali, num. 20. D. de pignorib. quos sequitur alios paritèr de communi attestantes recensendo Didac. Couarruu. dict. cap. 1. sub num. 2. nàm alioqui æquum minime est, debitorem perpetua carceris seruitute detineri ex eo, quia deest pecunia: Quinimmò nè carceretur etiam in casibus permissis duplici remedio illi succurritur, quorum alterum à veteri lege inuentum fuit, vt scilicèt bonis cedat, vt in titul. 3. D. de cessione bonorum, alterum à nouissima Authenticorum lege inductum fuit videlicèt, vt si pecuniam, aùt aurum, vel argentum non habeat debitor, vel pretiosa mobilia, offerendo bona stabilia meliora ad creditoris electionem debito liberetur, vt in Auth. hoc nisi debitor, C. de solutionib. & latiùs in corpore, vnde sumitur §. quod autem, Auth. de fidefussorib. His itàque præludij vice præmissis, vt ad decisionem accedamus.

Dogma illud receptissimũ esse dicimus, quòd auditur debitor dare volens de suis immobilibus insolutum creditori, tametsi in pecunia concepta esset obligatio, cùm iustus haùd reperitur emptor pro vt alijs omissis firmant noster Author hic, & particulariter num. 6. Papiens. qui hanc generalem practicam, & obseruantiã esse dicit, quòdque propterea hac oblatione facta non poterit creditor bona respuere, & petere, vt debitor pro debito detineatur, tradit in form. libell. respons. in act. hypothecar. §. exceptionem solutionis, n. 3. in fine, Thesaur. dict. decis. 153. sub num. 3. vbi ità semper Senatum obseruasse testatur, Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 2. cap. 9. sub num. 75. & Salgad. in labyrint. creditor. part. 1. cap. 22. num. 2. adnotantes tamen determinatam hanc æquitatem locum habere, quando simùl requisita illa concurrunt, quæ Romanus ponit in consil. 163. & reasumit Ripa in l. 2. §. mutui datio, num. 25. D. si certum petat. Primum nempe, quòd debitor probet, se pro pecunia reperienda diligentem fuisse; Secundum, quòd reperire non potuerit; Tertium quòd bona sua ad Iudicis arbitrium offerat (haùdque ad creditoris voluntatem, vt suprà innuimus, & prò veriori obseruat Guttierez loco mox citando) iuxtà nouam dictæ regulæ dispositionem; Quartum, quòd debitor de euictione caueati; Quintum, quòd debitor titulorum instrumenta tradat, argumento l. Titius, D. de actionib. empt. & probatur in l. quod Iulianum §. si Titius, D. de legat. 1. quas conditiones, & requisita præmissa etiam refert Ioan. Guttierez de iurament. confirmat. cap. 29. per tot. & quòd nisi dicta requisita interueniant illius Authenticæ dispositio haùd procedat, tradit demùm Guzman. de euictionib. cap. 22. num. 7. sigillatim referens requisita à num. 72. cùm seqq. nec non etiam inter cæteros memorant Ioan. Petrus Surdus decis. 30. num. 10. Thesaur. d. l. num. 12. Benintend. decis. 38. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 6. num. 4. part. 2. Cæsar Bartius decis. 40. Hieronym. Laud. decis. Auinion. 132. Auendagnus de censibus cap. 110. num. 8. Fontanell. de pactis nuptialib. tom. 1. clausul. 4. Gloss. 18. part. 5. à num. 8. Parlador. Rerum Quotidian. lib. 2. cap. final. part. 5. §. 17. à num. 22. cùm seqq. qui conditiones hasce ad quatuor dumtaxàt reducit, Primam, vt debitor pecuniam numeratam non habeat; Secundam, quòd creditor vnam ex melioribus rebus debitoris eligere valeat (quod supple, arbitrio Iudicis, vt dictum est, & verius secundùm Salgad. d. l. num. 5.) Tertiam, quòd debitor de euictione caueat; Postremam, quòd emptor, qui bona emere velit, non reperiatur; deniq; num. 24. peroptimè aduertit, emptorem non reperiri, intelligi debere, etsi talis reperiatur, qui iustum tamen pretium non offerat ex l. 2. & ibi Bald. C. si in caus. iud. ipign. capt. sit, & l. si de certa. C. si propter public. pensitat. ac ex l. non dubium, §. final. D. de legat. 3. Afflict. decis. 358. num. 6. Præs. de Franchis decis. 81. num. 1. nàm hoc in articulo paria quippe sunt, nullum reperiri emptorem, vel iustum pretium non offerentem, vt per Bald. in l. 2. C. si in causam indicat. Afflict. vbi sup. tenet Hermosill. in l. 52. Gloss. 7. sub num. 4. tit. 5 part. 5. tom. 2. fol. 323. Vnde Antoninus Thesaurus vbi supra, num. 12. adeò ad effectum prædictum sustantialia esse adnotat recensita requisita, vt alitèr faciendo debitor illius Authenticæ vti beneficio non possit, immò vt post oblationem inuenire minime sufficiat, sed illa omnia ipso in oblationis actu præstanda fore subiungit, pro vt paritèr in terminis Natta consil. 344. libr. 2. Benintend. decis. Bonon. 28. & Molignat. in suis Quisquil. cap. 436. Quibus tamen politus prò huiusce rei elucidior intelligentia.

Animaduertendum modò est, determinatam illius Authenticæ æquitatem, testantibus ijsdem mox recensendis Doctoribus, limitationem quidem quamplurimis in casibus pati, & signanter quando illi priuilegio, seu beneficio tradendi bona insolutum creditori expressè mediante iuris iurandi religione renunciatum est, quemadmodùm Cynus tradit in dicta Auth. Hoc nisi debitor, ibidemq; Salycet. col. 1. vers. Quæritur, post Alberic. Bald. & Fulgos. amplectuntur quidam Doctores in repetitione l. 2. §. mutui datio, D. si certum petat. nempè Decius in 2. lect. col. final. vers. Tertia est conclusio, Ripa num. 28. vers. Cæterùm, Curtius Iun. num. 35. vers. Secundò est. Bologn. num. 31. vers. Prædicta tamèn limitatio, sic quoq; concludunt Iason consil. 9. in tertio dubio, vol. 1. Gozadin. consil. 32. Roland. consil. 6. num. 40. vers. Cui accedit, vol. 1. & sequuntur validam quoque re-

renunciationem hanc profitendo *Dom. Præs. de Franchis decis.* 81. vbi ità iunctis Aulis decisum testatur, *Dom. Regens* Rouitus *conf.* 18. *num.* 11. *tom.* 1. vbi quòd de huiusce opinionis veritate non est ampliùs dubitandum, *Dom. Regens Capycius Latro Consult.* 104. *per totam*, vbi id latè tuetur, & quòd pluries per S.C. decisum fuit memorat *num.* 8. *Dom. Regens Marcianus Disput.* 81. *num.* 7. *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdũ decis.* 30. *num.* 23. *Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part.* 2. *cap.* 9. *num.* 77. *Episcopus Riccius Collectan. decis.* 153. *Thesaur. decis.* 153. *num.* 13. *Minad. decis.* 2. *col. final. vers. Ego eram in opinione*, *Muscatell. in praxi S. R. C. lib.* 2. *part.* 3. *verb. Adiudicantur, num.* 32. *Nouarius* complures id docentes quoque conglometans in *tract. de datione insolutum, quæst.* 13. *num.* 1. *& sequ.* vbi rationes adijcit, *Caroc.* qui ità practicari post alios inquit *de oblat. part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 71. *Alexand. Trentacinqu. Variar. Resolut. lib.* 3. *tit. de solutionibus*, *Resolut.* 36. *sub num.* 4. & nouissimè comprobant *Dom. Altimarus ad Reg. Rouitum vbi supra*, *num.* 4. vbi etiam quod ità communitèr tenent Doctores, & *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. l. c. num.* 1.

20 Igitur ex tot nostræ Iurisprudentiæ Peritorum votis consequimur præsertim inter cœteros optimo voto minimè loquutum fuisse *Donad. de renunciation. tom.* 1. *cap.* 36. *num.* 17. inquientem, recensitam opinionem esse contrà charitatem, & humanitatem, ex eo quòd beneficium oblationis bonorum inductum sit miserationis causa, nè debitores in carceribus marcescere cogantur; Tùm etiam, quia expositam opinionem contrà charitatem esse neutiquam dici valet, dùm alia supersunt beneficia, moratoriæ scilicet, cessionis bonorum, & cœtera, vt per indicatos Doctores: vndè etiam cessante iurisiurandi religione valere illius
21 *Authentica* renunciationem docuere *Guttierez de iurament. confirmat. cap.* 29. *num.* 3. *Gallerat. de renunciat. part.* 2. *cap.* 180. *num.* 3. *Guzman de euictione. quæst.* 22. *num.* 88. *& 89. Baez. de debitore inope, cap.* 1. *num.* 99. alijque, quos recensèt laudatus *Dom. Altimarus d. l. sub num.* 4.

22 Quamobrèm neque refragatur, si aliquis forsitàn dicet, quemadmodùm cessionis bonorum beneficio renunciari non potest, vt magis communitèr fatentur Doctores, ità huic beneficio oblationis bonorum, cùm ambo ad eumdem tendant finem, pariq; passu ambulent; Siquidè promptuaria est responsio, in tantùm enim dicto cessionis bonorum beneficio renunciari non potest,
23 quia post illud nullum aliud superest remediũ, propter quòd planè haùd tenet pactum, quòd debitor carceribus mancipatus bonis cedere minimè possit, tanquàm contrà bonos mores, ipsiusq; hominis vitam præstitum, quod secùs est proposito in casu, nàm remedio illo oblationis bonorum cessante, per aliud moratoriæ scilicèt, cessionis bonorum, & simil. adhùc debitori succurri potest, sicq; omni destitutus auxilio non remanet.

24 Fallax beneuerùm diudicanda videtur restrictio istha̅c tot rationibus, tantisq; Auctoritatibus comprobata, cùm post renunciationem, iurisque iurandi religionem casus superuenit inopinatus potentiam auferens soluendi in pecunia, & vendendi bona sua, propterea quod absurdum, inhumanumq; foret asserere, quòd dùm debitor iste in pecunia promissa soluere non valeret, bona insolutum dare non posset; & in carceribus macerari, atque insimùl diem vltimum miserè claudere cogeretur, qui si de huiusmodi impotentia contractus, promissioniq; tempore cogitasset, nullatenùs profectò ad impossibilia se obligasset; Quamobrèm renunciatione, iurisque iurandi religione haùd obstante, eo casu debitor de bonis insolutum dare poterit, eritq; oblationi locus,
25 cùm rebus sic stantibus illa iurisiurandi religio intelligatur, prout proprijs in terminis firmant *Præs. de Franchis decis.* 81. *in fine, Reg. Capycius Latro decis.* 192. *num.* 20. *tom.* 2. *Ioseph Ludouic. decis. Perusin.* 64. *part.* 2. *Benintend. decis.* 28. *num.* 4. *Laurent. decis. Auenion.* 11. *Koppen. decis. Rota German.* 55. *num.* 22. *part.* 1. *Federic. de Senis in consil.* 60. vbi latè tuetur, quemadmodùm etiam *Iason in consil.* 9. *Caphal. in consil.* 195. *in princ. vol.* 2. *Paschal. de patria potest. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 80. & in sua allegatione pro patrimonio Comitis Loreti illic impressa à *num.* 89. *& seqq.* vbi paritèr imprimi curauit allegationes *Philippi Vannij*, *Alexandri Trentacinqu. & Francisci Viuij*, latè sententiam hanc sustinentium, nec non etiam *Ioan. Vincent. Honded. consil.* 18. *lib.* 1. qui sub *num.* 45. ait, quòd hoc contrà
26 contrahentium mentem fieri non censetur, cùm verosimile minimè sit, quòd si de superuenientẽ casu cogitassent, aliud disposuissent, vt etiam per *Ancharan. consil.* 83. *col.* 4. *Alexand. Trentacinqu. d. lib.* 3. *tit. de solutionibus, resolut.* 36. *nu.* 5. *Gabriel commun. concluf. tit. de Regulis Iuris, concluf.* 4. *num.* 11. *Caroc. de oblat. quæst.* 2. *num.* 77. *Gallerat. de renunciat. part.* 2. *cap.* 180. *Donad. vbi supr. num.* 20. & pro absoluto firmat *Dom. Consiliar. Hodierna dict. decis.* 30. *nu.* 32. *& seqq.* vbi ex ore *Dom. Præs. de Franchis* inquit, quòd promissio illa soluendi in pecunia intelli-
27 genda est, si ex bonorum venditione pecunia haberi possit, vndè facta diligentia, & iusto emptore minimè reperto, ex quo pecunia deficit, iuramentum, & renunciatio ad casum hunc non porriguntur, quemadmodùm etiam ponderauit *Benintend. d. l.* & comprobat *Consiliar. Paschal. in citata allegat. sub num.* 90. vbi demùm, quòd
28 casus insolitus à qualiber generali renunciatione excluſus censetur, ex notabili *Labeonis* loco *in l. fistulas* 78. *§. frumenta, D. de contrahen. empt.* Et propterea si creditores, stante præsertim naturali illa ratione superiùs recensita, ea bona insolutum accipere denegarent, vel vt ea non vendantur impedirent, rationabilitèr quidem his in fluctibus intonari poterit religiosa illa prouidentia, quòd
29 qui nimium emungit, sanguinem elicit, *can. denique*, 3. *dist.* & contrà eos adduci dictum *Aug.* quod habetur *in can. vbi sana*, 24. *quæst.* 1.
30 quòd vbi Charitas non est, non potest esse Iustitia: dilectio enim proximi malum non operatur; itemque, quod concludit *Diuus Paulus ad Galat. cap.* 5. quòd omnis lex in vno sermone im-
31 pletur, diliges proximum tuum, sicùt te ipsum, nec non quod scribit *Diuus Ambrosius super Beati immaculat.* quòd hoc est occidere hominem, uitæ suæ ei subsidia denegare: caue nè inter Oculos tuos includas salutem inopum, & tamquàm in tumulis sepelias vitam pauperum; & *Seneca in Prouerbijs* etiam, quòd qui succurre-

re

reperiare potest, cùm non succurrit, occidit.
31 Casus inter demùm, in quibus limitationem patitur determinata æquitas illius *Authentica*, illum principalem quoque locum obtinere legimus, cùm scilicèt quis mediante etiam illa iuris iurandi religione in pecunia soluere se obligauit, vt consulunt *Alexand. consil. 37. num. 27. lib. 2. Roland. consil. 31. in princ. lib. 2. Thom. Parpal. in l. 2. §. mutui datio, num. 15.* ibidemq; paritèr *Purpurat. num. 115. vers. Restring. Io. Guttierez de contract. iurat. cap. 29. num. 5.* quos refert, & sequitur *Regens Rouitus dict. consil. 18. num. 10. & in consil. 78. num. 11.* (quod tamen consilium est duplicatum cũ illo 18. vndè satis lepidè *Dom. Cõsiliar. D. Carolus Petra* dixit *super Rit. M. C. V. 67. sub num. 21.* esse fatale huius articuli duplicationem Consiliorum, ac Decisionum, cùm etiam apùd *Dom. Regentem Sanfelicium* sit decisio eiusdem articuli, & causæ in duobus locis, nempè in *decis. 111. & 268.*) & inquiunt paritèr *Gabriel consil. 127. num. 17. & sequ. lib. 1. Abb. consil. 42. vol. 2. Natta consil. 426. num. 20. Gozadin. consil. 27. col. 2. & consil. 32. per tot. Benintend. decis 28. Barz decis. 40. num. 5. Hieronym à Laur. decis. Auenion. 132. sub num. 2. Melign. in suis Quisquill. cap. 436. Baez de inope debitore, cap. 1. num. 5. Episcop. Ricciusin addit. ad Præs. de Franch. decis. 81. Gallerat. d. cap. 180. num. 7. Consiliar. Paschal. dict. Allegat. sub num. 88. Reg. Capycius Latro d. Consultat. 104. num. 9.* quos sequitur nouissimè *Dom. Blasius Altimarus ad Reg. Rouit. d. consil. 18. num. 5.* vbi reprobat *Dom. de Luca* isthac de opinione dubitantem, vti nimis restrictiua beneficij oblationis bonorum: & hanc aleam ex eo equidem sectan-
33 tur, quia iurisiurandi religio ad factum præcisè obligat, ad *text. in l. cùm pater, §. filius matrim. D. de legat. 2. in cap. cùm debitores, in cap. ad nostram, & in cap. cum contingat, de iureiurand.*

Meum verò ac in re si vis habere sensum (liceat liberè proferre quod sentio) ista tantorum Patrũ sententia simpliciter neutiquam placet, etenim est certum, quòd hoc modo illius *Authentica* determinata æquitas nunquàm, aut ratò procederet, cùm quolibet in contractu de Notariorum stylo iurisiurandi illa religio adijciatur; Quamo-
34 brèm recensitorum ICtorum sententiam benè procedere arbitror eo dumtaxàt casu, quando scilicèt quis expressè iurasset soluere in pecunia, non aliter, nec in alia re, cùm tùnc locum habeat illorum ratio, quòd iurisiurandi religio ad factũ
35 præcisè obligat; Secùs verò vbi quis illa religione accedente centum soluere promiserit, & non expressit in pecunia, & non alia re, propterea quod hoc in casu, etsi tali obligationi religio illa addatur, non tamen obligatum præcisè pecuniã ad soluendum teneri, dubio procùl diudicandum
36 euenit, quoniam præcisè ad factum haùd obligat, cùm secundùm actus naturam reguletur, vt fortiùs quidem liget, sed non in plus, vt expressè sanxit *Iustinianus Cæsar in l. indubitati iuris 16. C. de non numerata pecunia.*

Verùm nè videatur, quòd mea hæc opinio absq; alicuius nostræ Iurisprudentiæ maximùm Periti auctoritate prodeat, adduco *Antoninum Thesaurum* Sacri Pedemontani Senatus primarium Senatorem in *decis. eiusdem Senatus 153. sub num. 14.* vbi proprijs in terminis ità firmandum esse tradit, sic quoque *Alexander Trentacinq. dict. lib. 3. tit. de solutionibus, resol. 36. nu. 5.* & eos ante firmarunt citati *Alexander consil. 37. num. 27. & Roland. consil. 31. in princ.* Vnde fit, id eo fortiùs procedere, vbi iurisiurandi illa
37 religio generalitèr in ea promissione soluendi in pecunia fuerit deducta, quemadmodùm *Anton. Sola* concludit peroptimè in casu fortiori sermocinans *ad Constitut. Sabaudiæ, tit. de monet. caus. 30. num. 2.* vbi, quòd statutum mandans,
38 creditorem in pecunia cogi posse ad accipiendũ bona insolutum, militat etiam in contractu illa iurisiurandi religione vallato, vbi tamen generalitèr pro contractus obseruantia, baùdq; particularitèr præstitum foret: quidquid *Bald. in l. final. C. de non numer. pecun. Gozad. consil. 27. num. 28. & consil. 32. num. 10. Gabriel cons. 127. num. 17. lib. 1.* & alij sentiere, ex generali illa re-
39 gula, quòd nec statutum, nec quælibet generalis dispositio in materia iurata disponere censeatur, nisi de iuramento expressam mentionem faciat, *Gloss. final. in cap. cùm nõ deceat, 30. de elect. in 6.* ex qua ità etiam firmat, & limitat Consuetudinẽ *Ciuit. Bar. sub Rubr. qualitèr possit adit. hered. repud. §. cùm de iure nostro, Maxill. ibidem, num. 1.* Siquidem eos contrà verior est opi-
40 nio, prout iudicatum asserit *Amatus in decis. March. 91.* & sustinuit *Dom. Consiliar. Io: Baptista Hodierna* in causa Nicolai Donati Caducci Ciuitatis Bari, contrà Ioan. Baptistam Casa maximum, vertente in S. C. prout ipsemet testatur in *addit. ad Surdum decis. 30. num. 49.* ea ratione,
41 quia contrahentes se cùm statuti, loci; consuetudinis dispositione conformasse censentur, vt tradit *Bartol. in l. iusiurandi, §. si liberi, num. 5. D. de oper. libert. & in l. quod dicitur, num. 7. D. de verbor. obligat.* nec non etiam *Iason in l. omnes populi, in 2. lectur. num. 28. in fine, & infra, de iustit. & iur. Ruin. in consil. 120. num. 3. & in consil. 163. num. 8. lib. 1. Socin. Sen. in consil. 19. num. 6. lib. 1. Corn. in consil. 166. num. 33. lib. 2. & in consil. 201. num. 3. lib. 4.* cùm alijs de communi Doctorum calculo attestantibus, quos Ipse laudaui in meo *Synopsi Iuris Regni Neapolis, in proœmio, sub verb. Quid sit hoc Regni Ius, in fine,* quod typis mandari spero, Deo adiuuante.

41 Insuper demùm hanc materiam circà, etsi nimis sit famigerata Nostratum dissentio, vtrùm hæres cùm beneficio legis, & inuentarij astringere possit pecuniarios creditores ad accipiẽdum bona insolutum, quando defunctus laudatæ *Authentica* beneficio renunciauit, si iustus emptor non reperiatur, & pecunia in hæreditate desit; cuius in examinatione tantopere hinc inde torquẽtur, vt videre fas est penès nouissimos vtriusque sententiæ sectatores recensitos præcipuè à *Dom. Blasio Altimaro vbi supra, num. 13. & sequ.* Ni-
43 hilò tamen minùs arridet mihi alterius sententia ex Imperatoris *Iustiniani* Constitutione *in l. final. §. et si præfatam, C. de iure deliber.* cuius verba subtilitèr ponderantur ab eruditissimo, omnique ævo memorãdo I. C. ac Regio Consiliario *Nicolao Antonio Gizzarello in decis. 7.* mordicus aleam hanc defendente, & de com pluribus S. C. decisionibus attestante, strenuè paritèr tuetur *Dom. Consiliar. Ioan. Baptista Hodierna in cisata decis. 30.* & comprobat *in decis. 318.* vbi ità per S. C. quoque determinatum tradit, quemadmo-

modùm etiam *Dom. Consiliar. D Carolus Petra in suo Comment. super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 67. sub n. 21.* vbi ità per S. C. decisum fuisse scribit die 16. Ianuarij 1651. referente Marchione Oliueti Domino Consiliario *Marco Antonio Cioffi* (cuius viri singularem virtutem, ac vitæ integerrimæ rationem mirabilitèr sectatus est dignissimus eius filius Dominus *D. Dominicus Emmanuel*, qui in ætate adhùc florensi, meritis magis, quàm annorum grauitate matura Iudicum M.C.V. in criminalibus Prætexta decorari meruit) & post longam discussionem ità demùm iudicatum refert *Amatus in decis. March. 91.* tandem alios complures manuducendo vtraque manu amplectuntur *Ill. Dom. Regens Capycius Galeota Controuers. forens. tom. 2. Controuers. 5. num. 12. Dom. Regens Capycius Latro decis. 192. num. 20. Dom. Reg. Consiliarius Frãcisc̃us Maria Pratus Discept. forẽs. cap. 14. à num. 10. Thorus in supplement. compend. decis. verb. Creditores an cogi possint*, immò & tuentur *Fontanella de pactis nuptialibus, clausul. 6. Glos. 3. part. 3. num. 39.* noster *Author*, qui loquitur in causa dotis *Discept. forens. tom. 1. cap. 116. Cancerius Variar. Resolut. part. 3. cap. 2. de inuentar. num. 139. Mucc. Variar. Quæst. 20. Vrsell. Conclus. Legal. tom. 2. conclus. 92. Andreol. Controuers. 93. Aluar. Valasc. Consultat. 52. Alexand. Trentaeinqu. Variar. Resolut. lib. 3. tit. de solutionibus, Resolut. 36. sub num. 4. Marta de successione legali part. 4. quæst. 12. art. 5. num. 10. Nouar. de datione insolutum, quæst. 3. sect. 3. num. 4.* ex quorum voto etiam habetur, quòd talis hæres nec il-
42 lud vendere teneatur, sed solùm insolutum dare.

Id quod planè illo nititur fundamento, quod Authorem nouit *Bald. in allegato §. et si præfatam, in vltim. notab.* scilicèt, quòd inuentarium non solùm operatur, quòd hæres indemnis con-
44 seruetur, & vltrà hæreditarias vires non teneatur, sed ipsum etiam à facti vexationibus liberat, quod est notabile effatum; Quamobrèm inuentarium cùm eo in statu hæredem conseruet, in quo hæreditatem ante aditam erat, & eam aditam ante cogi vendere, & custodire non poterat, idem dubio procùl ea adita cùm prædicto inuentarij beneficio affirmandum est.

45 Neq; audactèr quis insurgat dicendo, quòd si inuentarij vis hæredem è facti molestia eximeret, ad nihil deseruiret, ac frustratoria redderetur iuris illa conclusio, quòd ob lites, & vexationes hæreditare existentes, aduersùs aditam hæreditatem etiam opulentam succurritur minor per viã
46 restitutionis in integrum, tametsi inuentarium confecerit, cùm inuentario iuuari se poterit, ad *textum in l. minoribus*, vbi *Glos. D. de minorib. Azo. in summa, C. si minor ab hæred. se abstin.* & post *Bart. Aretin. Dec.* & alios annuunt *Bero. consil. 68. num. 81. & sequ. lib. 1. Guid. Pap. consil. 160. in fin. Surd. consil. 95. num. 10. consil. 365. num. 16. & decis. 30. num. 34. & 35. Præs. de Frãch. decis. 282. num. 4. & sequ. & decis. 439. num. 7. Franc. Marc. decis. 302. num. 4. part. 1. Mauritius de restitut. in integr. cap. 233. Sforz. Odd. eod. tract. quæst. 4. art. 10. num. 79. Rol. à Valle de inuentar. in 10. vtilit. num. 5. & sequ.* & alij passim illa ratione, quia inuentarium vexationem haùd tollit.

47 Respondetur enim, talem arguendi modum nostræ conclusioni obumbrationem maximam, & quidem nec leuẽ parere, tùm quia certum est, casum restitutionis in integrum cùm inuentarij beneficio non se benè compati, tanquàm ad diuersa, ille enim practicatur, siue locum obtinet, vbi hæres vexationis euitandæ causa hæreditatem repudiare vellet, nàm nè minor in discrimine ponatur, per viam restitutionis in integrum succur-
48 ritur: inuentarij verò beneficium in hoc quippè non deseruit, cùm tendat ad diuersa, quoniam hæres hæreditatem repudiare nolit, sed eam penès se retinere, eiusq; beneficio vti vult aduersùs creditores, nè damnum aliquod patiatur, ob quod aliud pro alio eis inuitis soluere potest, sicq; restitutionis in integrũ casus est particularis, propter quod semel hæres definit esse hæres, & inuentarium huiusmodi effectum non operatur, nec alitèr minori, nisi per hoc subsidiarium remedium, consultũ foret, vt disertè enucleat laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, num. 16.* Tùm etiam, quia potissimùm extat discrimen inter ve-
49 xationem, quæ litium expensas ob creditorum multitudinem concernit, quo casu procedit optimè recensita Doctorum conclusio, quòd inuentarium tales vexationes non tollit, & ideò vt minori, nè in discrimine ponatur, per viam restitutionis in integrũ succurritur: & vexationem, quæ
50 facti est, seù vociferatur facti vexatio, hoc est, quia emptore minimè reperto cogi possit hæres ad satisfaciendum in pecunia, tunc enim inuentarium in hoc deseruit, cuius beneficium tale est, vt hæres, pecunia in hæreditate haùd existente, vel rei hæreditariæ emptore minimè reperto, aliud pro alio creditore inuito soluere possit, vt planè elicitur ex verbis eiusdem Impetialis Constitutionis, ibi, *Sed, & si legatarij interea venerint, eis satisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ipsis rebus, vel ex earum forsitàn venditione.* Quod tamen minimè procedere haùd negamus, si pecu-
51 nia sit in hęreditate, cùm tunc inuentarij vim non deseruiat, nàm illam soluere tenetur, prout demùm si pecunia non sit, hæreditariam rem vẽdere cogitur, & ex pretio creditoribus satisfacere, dummodò emptor iusto emat pretio, & emat ab hærede tanquàm hærede cùm inuentarij beneficio, hoc est absq; eius obligatione, vel eui-
52 ctionis promissione, alioquin secùs, vtpotè, quia illorum bonorũ emptor non reperitur, qui emere velit absq; hæredis obligatione, qui de euictione nomine proprio teneatur, nàm tunc dare poterit insolutum creditoribus etiam recusantibus, & inuitis, ipsosq; compellere, vt post *Bart. in citato §. etsi præfatam, num. 3. & 4.* illicq; *Alberic. num. 17. Corn. num. 5.* & omnes alij, communi calculo concludunt *Fulgos. consil. 67. Roman. consil. 18. num. 4. Mynsinger. in §. sed nostra, par. 6. num. 13. Element. Iur. de hared. qualit. & differ. Guid. Pap. de form. inuent. num. 20. Fontanell. de pactis nuptialibus, claus. 6. Gloss. 3. part. 3. num. 39. & 40. Fachin. lib. 4. Controuers. cap. 39.* & tradit de communi Doctorum calculo pariter attestans laudatus *Consiliar. Gizzarellus in citata decis. 7. sub num. 20. & 27.* vbi, quòd citrà dubium procedit id, cùm tali casu hæres agat de-
53 damno, & molestia euitãda, ità vt defuncti facto contrauenire non dicatur quatenùs in ipso est, vnde desumitur *Pinellum*, & alios in expositione dicti *§. & si præfatam*, in hoc deceptos esse, dùm

dum pensitauere, hæredem hoc casu defuncti facto contrauenire, nàm cùm hæres id facere possit lege permittente, vt se liberet à molestia, & damno, quia de damno euitando tantùm agit: dando bona insolutum, vel illa creditoribus dimittendo iure permittente nedùm defuncti facto contrauenire minimè dicitur, sed & adimplere illo modo, & habere ratum, dimittendo bona, & dando insolutum: etsi tamen aliud sit, cùm hæres agit de lucro captando, & compendio, ac vtilitate ex hæreditate consequenda, quo casu omnium est consensus, vt defuncti facto contrauenire nõ
34 possit, iuxtà terminos *l. cum à matre* 14. *C. de reuend.* si tantundem est in hæreditate, quia sufficit damnum minimè habere, non autem cõpendium facere; Vndè fit, reuocare non posse bona fide commisso subiecta per defunctum distracta, nec bona propria aduentitia, fortè per defunctum alienata, de quibus est altercatio inter nostræ Iurisprudentiæ Peritos.

36 Propterea augetur mirificè sententia isthæc, vt paritèr locum obtineat, vbi defunctus expressè iusserit, ac inibuerit hæredi, nè inuentarij beneficio vtatur, vt probat, & tuetur memoratus *Consiliar. Gizzarellus vbi supra num.* 57. *& seqq.* & inter cæteros sectatur *Dom. Consiliar. Hodierna loc. cit. num.* 26. adnotans, quod contrarium iure
37 non reperitur cautum, cùm inuentarium introductum sit ipsius hæredis fauore principalitèr, vt ex dicto §. *etsi præfatam*, & tradit etiam *Anton. Faber in suo Cod. lib.* 6. *tit.* 11. *de iure deliberãd. definit.* 43. nec non plenè *Bald. in l.* 1. *C. de arbitrar. tutel. Cuman. in l. si pecunia, D. de legat.* 2. *Altograd. consil.* 84. *num.* 27. *lib.* 1. *Phanuch. de inuentar. part.* 2. *num.* 69. *Monticul. eod. tract. num.* 114.

A qua equidem conclusione etsi discedant alij quos intèr acerrimus extat defensor *Andreol. in sua Controuers.* 427. nihilominùs Ipse verius esse reor, defunctum inhibere haùd posse hæredi,
38 quominùs inuentarij beneficio vtatur, attento *Pomponij* rescripto in *l. nemo potest* 58. *D. de legat. & fideicomm. primo*, in quam sententiam pulcrè *Plato de legibus, Dialog.* 2. vbi testatorum aduersus legum latores querimonias refert; nàm quamuis verum sit, quòd hæres defuncti volun-
39 tatem interuertere minimè possit, falsum tamen neque est, vt nequeat testator ei prohibere, ne illo inuentarij beneficio in eius commodo à iure introducto vtatur: cùm etiam valeat hæres con-
40 trà defuncti factum venire, quoties iure proprio, & ex propria sua persona succederet, vel ei aliquid competeret, vt expressè *Papinianus I. C.* probat *in l. debitor sub pignore* 59. §. *ea, qua dotem, D. ad S. C. Trebel.* ibi, *quia non quasi hæres, sed quasi mater ex pacto accepit.* quod receptum esse testatur *Alciatus in l. filius familias, §. Diui, ad fin. D. de legat. & fideicomm. primo*, sic etiam *Pinell. de bonis matern. l.* 1. *par.* 3. *num.* 99. *vers. Fuleitur quinto*, veriorem, magisq; communem dicit *Guttierez. Practic. QQ. lib.* 2. *cap.* 149. *num.* 2. & late cùm multis comprobat *Dom. Consiliar. Hodierna in repetit. l. hac edictali, quæst.* 18. *num.* 20. *C. de secund. nupt.* sicque in his quę hæredis quietem, & beneficium, quòd ex legis prouidentia habet, concernunt, nihil potest defunctus, cùm non secundariò, sed principalitèr hæredis personam tangant, & respiciant.

61 Cui conclusioni confirmandæ, ad probandum nimirùm testatorem grauare haùd posse hæredẽ, nè inuentarij beneficio vtatur, accedit, quoniam si contraria sententia admittenda foret, destrueret esset quippè æquissimũ finem, propter quem inuentarium introductum fuit, ob publicam scilicèt vtilitatem, vt quis cùm hærede decedat, nàm nul-
62 lum lugubrius, atque in vita labenti nostra acerbius, funestiusque accidere potest, quàm sine hærede genus interire: & vt hæres hæreditatem haùd respuat, quia cùm in facultatibus suis magis
63 sperent homines, quàm in his sit, dubio procùl si testator expressè, vel per æquipollens prohibere posset, nè hæres inuentarij beneficio potiatur, quantumcumque opulenta appareat hæreditas, haùd reperiretur hæres, qui se molestiæ, & periculo etiam soluendi de propria substantia offerre vellet.

PROLOGOMEN.

Sententia ad vnius appellantis fauorem lata an, quandoue prosit illis, qui non appellarunt, & noceat eis, contra quos fuit appellatum? breui edocetur calamo.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia ad vnius appellantis fauorem lata prodest illis, qui non appellarunt.*
Ampliatur quamuis sententia plura, sed annexa, vel connexa contineret capitula, vt nu. 3.
Declaratur si non appellans tacuerit, secùs si sententiam approbasset, vt num. 4.
Itidem si ille simplicitèr prouocauerit, secùs si in parte, & partibus, vt num. 8.
2 *Appellatio vnius quando alteri prosit, & num.* 5.
6 *Sententia approbata in iudicatum transit.*
7 *Sententijs acquiescere, & ab eis appellare contrarietas est.*
9 *Appellatus non auditur intuitu appellationis ab aduersario interposita in parte, & partibus.*
10 *Appellans an valeat inuito appellato appellationi renunciare.*
11 *Sententia qui acquieuit, ab illa amplius appellare non potest.*
12 *Appellationi renunciatum censetur, quando quis petit dilationem ad solnendũ id, ad quod per sententiam fuit condemnatus.*
Ampliatur, etiam si dicta dilatio à Procuratore repetatur, vt num. 13.

OBSERVATIO CXLII.

1 GRadus nunc fit ad crebrum articulum. An sententia ad vnius appellantis fauorem lata illis prosit, qui non appellarunt, & noceat eis, contrà quos appellatum fuit? Quam rem circà affirmandum est profectò: regulare enim est, quòd vnius appel-
2 latio alteri prosit, si idem sit negotium, eadem defensionis causa, & vna, eademque sententia fuerint condemnati; Idquè pacitèr locum habere, immerò si sententia plura, sed annexa, vel connexa con-

3 contineret capitula, post alios adnotarunt *Dom. Præs. de Franchis in decis. 467. Dom. Consiliar. Roccus in suo Respons. 17. num. 13. tom. 2. & Galluppus in praxi S.R.C. part. 3. cap. 4. num. 10.*

4 Beneuerùm id in eo dumtaxàt militare casu aduertimus, quo non appellans tacuerit, secùs verò si sententiam approbasset, tunc enim quò ad eum in iudicatum transiret, pro vt recto voto decisum testatur noster *Author hic*, ad hoc enim

5 vt vnius appellatio alteri prosit, vltrà requisita suprà enunciata opus est pariter, quòd alter, qui non appellauit, tacuerit, quippè quod per illius approbationem appellationi renunciatum censetur, etsi ab ea appellatum erat, ampliùs appellatio

6 prosequi minimè potest, cum sententia approbata in iudicatum transeat, ad *textum in l. final. C. de tempor. appelland.* quem ad hoc allegat *Aymon Crauetta in consil. 103. sub num. 12.* adnotans, contrarietatem esse, sententijs acquiescere, &

7 ab eis appellare, aùt appellationes antea interpositas prosequi, quemadmodùm quoque arguit *Socinus in consil. 45. col. pennlt. post medium, vers. Secundò concludendum, lib. 1.*

8 Præterea in eo demùm casu militare adnotamus, quo ille simpliciter prouocauit, secùs si in parte, & partibus, & quatenus contra, propterea quod sententia si plura contineret capitula, quorum aliquod appellanti faueret, quia ab eo prouocasse non diceretur, vtique illius respectu transitum fecisset: neque huiusmodi appellatus in eo

9 audiri posset intuitu appellationis ab aduersario interpositæ, *Surdus decis. 143. num. 5.* noster *Author Disceptat. forens. tom. 1. cap. 1. Visconius Cõcluſ. Iur. verb. Appellatio ab vno*, & opitulantur quæ dilatatis fimbrijs in *Obseruat. ad decis. 23.*

10 adnotauimus, dùm verba fecimus, an appellans inuito appellato appellationi renunciare valeat? quę

11 Lector percurrere ne recuset; ille verò, qui sententiæ acquieuit, vt abilla ampliùs appellare nequeat, vulgata sunt iura, etiam si tacite; idq; in eo

12 potissimùm contingere, qui soluit, vel dilationem ad soluendum petijt, ex *textu in l. ad solutionem, C. de re iudicat.* aduertit memoratus *Galluppus in dicta part. 3. cap. 4. num. 13.* adeundus tamèn est *Ceuall.* copiosè extricans *Opinion. commun. 732.* & locum habere, etiam si per Procu-

13 ratorem præfatam petierit dilationem, post alios, quos refert idem *Galluppus* adiungit *ibidem*, cùm tunc etiam in Domini præiudicium appellationi renunciatum intelligatur; Cœteras deniq; ampliationes, & restrictiones videre qui cospicit, adeat *Gabriel. commun. Opin. lib. 2. conclus. 3. tit. de appellat. num. 2.*

PROLOGOMEN.

Sigillorum circà morem edocentur nonnulla, eorumdemq; auctoritas, ac necessitas in Principum præsertim diplomatibus peculiariter recènsentur, & nùm mandatum tacitum ex sigillo præsumatur? eadem methodo dirigente disquiritur.

RERVM SVMMA.

1 *Sigillorum mos vetustissimus est.*
2 *Sigilla magna sunt auctoritatis.*
3 *Probatio non modica ex sigillis inducitur.*
4 *Sigilla Principum peculiarem probationem ostendunt.*
Ampliatur, quamuis testium careant fide, vt num. 5.
Item, quamuis sigillantis desit subscriptio, vt num. 6.
7 *Sigillum subscriptioni æquipollet.*
8 *Subscriptio insimul cùm sigillo requiritur.*
Intelligitur, cùm pro forma subscriptio exposcitur, vt num. 9.
Sic quoque, cùm quis alieno obsignat sigillo, vt num. 10.
Pariterq; cùm more, stylouè id sit acceptum, vt num. 11.
12 *Principum sigillis indubitatè creditur.*
13 *Sigilla in Regijs Priuilegijs pro forma apponũtur, & num. 17.*
14 *Priuilegium ex sigilli defectu nullum existimatur.*
15 *Priuilegium antiquum nùm fidem faciat, quando sigilla corrupta sunt, aùt non bene apparent.*
16 *Assensus an valeat, quando in eo sigillum fuit appositum, & deperditum.*
18 *Sigillorum custodia maxima auctoritatis viris commendatur.*
19 *Sigilla Dominorum placito impressa præsumuntur.*
20 *Sigillo probato veritas manifesta dicitur.*
21 *Mandatum tacitum ex sigillo conijcitur.*
22 *Mandatum ad causas ex solo Episcopi, vel alterius Prælati sigillo præsumitur.*
23 *Sigilli traditio sufficit, vt quis tanquàm Procurator cùm cautione de rato admittatur.*
24 *Instrumenti traditio sat est, vt quis tanquàm Procurator cùm cautione de rato admittatur.*
25 *Sigillum quando sufficiat, vt quis tanquàm Procurator admittatur absque cautione de rato, & num. 26.*

OBSERVATIO CXLIII.

SIgillorum circà originem, vetustissimumuè morem, de quibus fatur præsens decisio,

1 multa extricant *Rebuff. super LL. Regijs, part. 1. tit. de literis obligatorijs, art. 1. Gloss. 7. R.P. Cornel. à Lapid. in comment. in Aggæum Prophet. cap. 2. vers. 24. ex pag. 619. Borrell. de Magistrat. lib. 2. cap. 13. sub num. 25. & sequ. D. R. de Philipp. Dissert. Fisc. 27. num. 5. Dom. Dominic. de Rubeis in Certam. Forens. 6. num. 76.* & omnium plenissime *Theodor. Hoeping. de Iur. sigillor. per tot.* nec non in *tract. de iure insignum. cap. 10. & 22.* illa verò quantæ sint

2 auctoritatis *Annæus Seneca* satis indicat in *libr. 3. de benefic. cap. 15.* inquiens; *O turpem humanæ generi fraudis, ac nequitiæ publicæ confessionem: annulis nostris plusquam animis creditur.* & ex

13 eis quænam probatio inducatur, clare ex recensèdis elicitur Iuribus, in quibus ex eadem sigillorum auctoritate, & fide non modica habetur probatio, ità enim ex *cap. 2. de fide instrumen.* illis in verbis, *Aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari.* ex *cap. 2. de offic. Ordinar. in 6.* ibi *Sigillorum suorum, aut alterius authentici munimine roboratis*, ex *l. 2. C. de reb. alien. nõ*

alie-

alienand. ibi, *Licèt sigillo tuo venditionis instru-*
*mentum confe*cerit, *laude conquisita signaueris*. ex l. in
fraudem 16. §. *sicut autem*, D. de milit. testament.
ibi, *Mox annulo suo signasset*. ex l. *Tribunus* 21.
§. *cum aliquis*, D. eod. tit. ibi, *Ac rursùs suo si-*
gno signauerit. ex l. *fideiussor* 26. §. 1. D. de pigno-
rib. ibi, *Aut signo suo, aut alia scriptura*, ex l. 1.
§. *si pecunia*, D. de posse. ibi, *Sigillis videlicèt pri-*
us ei impressis, vel a Pretore. & ex l. *conficiuntur*
8. §. *si miles*, D. de iure codicillor. ibi, *Nisi mi-*
litia tempore signauerit. probatque hoc idem
Gloss. *in cit. l. Tribunus* 21. §. *cùm aliquis*, *verb.*
Signauerit, de militar. testament. tic demùm
Bartol. *in l. qua dotis*, *num.* 27. *vers. Quæro quid*
de sigillante, D. solut. matrim. quem ibidē sequi-
tur *Alexand. sub num.* 38. & simili verbo notant
Paritèr *Bald. in l.* 2. *circa princip. C. de rebus ali-*
en. non alienand. Castr. in l. admonendi, vbi etiam
Purpurat. num. 177. & *Cato Saccus num.* 74. de
iure iurand. Vuesenbec. consil. 14. *num.* 3. *lib.* 1.
Hieronym Schurp. cons. 17. *sub num.* 13. *cent.* 1.
Mascard. de probationib. conclus. 1308. *num.* 1.
& 4. *lib.* 3. *Martin. Mager. de Aduocat. Armat.*
cap. 14. *num.* 84. *Parlador. Quotid. Different.* 10.
num. 12. & *seq.* & post eos omnes diserte *Dom. R.*
de Philipp. Dissert. Fiscal. 27. *num.* 8. & 9. vbi ex
prępositathesi infert peroptimè, probationem eo
fortius induci, si Principum ea fuerint, vt simili
4 quoque vocabulo eum antè monuere *Modestin.*
Pistor. consil. 27. *num.* 74. *vol.* 1. *Crauett. consil.*
46. *num.* 4. *in fin.* & 5. *lib.* 1. *Schurp. consil.* 7.
num 6. *in princip. cent.* 1. *Menoch. consil.* 1. *num.*
334. *Berlich. decis.* 54. *num.* 10. *vers. sed vt*, *Fran-*
cisc. Marc. decis. 990. *num.* 6. & 7. *lib.* 1. *Ma-*
scard. loc. cit. num. 44. & 45. *Martin. Mager. vbi*
5 *supra*, *num.* 90. licèt testium careant fide, vt sense-
re *Castr. in cit. l. admonendi*, *col. penult. vers. Cir-*
cà tertium, vbi etiam *Purpurat. num.* 177. *Vuesen-*
bec. consil. 38. *nu.* 67. *vers. Adeò vt*, *lib.* 1. *Alciat.*
Respons. 97. *num.* 13. & *sub num.* 15. ac etiam post
alios *Petra de potestat. Princip. cap.* 6. *num.* 67.
Mastrill. de Magistratib. lib. 3. *cap.* 4. *num.* 266.
tom. 1. *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas.* 113. *num.* 6.
Aymon Crauett. de antiquit. tempor. part. 1. §.
quæritur, *num.* 44. *vers. Quod vbi*, *Gabriel Com-*
mun. Conclus. lib. 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 4. *nu.*
8. *Franc. Marc. vbi supra*, & *decis.* 989. *num.* 6.
& 7. *lib.* 1. *Guid. Pap. decis.* 175. *sub num.* 1. Siue
6 etiam sigillantis desit subscriptio, *Bal. in cit. l.* 2.
num. 1. *vers. Et est argumentum*, *C. de reb. alien.*
non alienand. Couarruu. dict. cap. 22. *nu.* 9. *vers.*
Nec vbi, *Martin. Mager.* alios conglomerans in
7 *dict. cap.* 14. *num.* 83. & 87. cùm illi sigillum æqui-
polleat *Bursat. consil.* 39. *num.* 26. *lib.* 1. *Roman.*
consil. 303. *num.* 2. *Vuesenbec. dict. consil.* 38. *num.*
67. *in princip. Hieronym. Schurp. consil.* 17. *num.*
13. *Valentin. Forster. consil. Marpurgen.* 10. *num.*
28. *vol.* 4. *Menoch. consil.* 1. *num.* 332. & *de arbi-*
tr. Iudic. cas. 113. *num.* 10. & *de præsumptionib.*
lib. 2. *præsumpt.* 57. *num.* 33. *Borrell. in summ.*
decis. tom. 2. *tit.* 2. *num.* 104. *Crauett. de antiquit.*
tempor. part. 1. §. *quæritur*, *num.* 44. *in princ. Hæ-*
ping. de Iure sigill. cap. 15. *num.* 135. Quod etsi
8 alijs non placuerit, dùm affirmauere, subscriptio-
nem insimul cùm sigillo requiri, recipiendum
9 tamen est, cùm pro forma exposcitur subscriptio
Hoeping. vbi supr. cap. 11. *num.* 47. aut cùm quis
10 alieno obsignat sigillo *Francisc. Marc. decis.*
991. *vers. An sigilla aliorum*, *siue cùm more*
11 stylorum, *& sigillum*, *& subscriptionem appo-*
receperint, *vt*, *Hoeping. loc. cit. num.* 107. & 108.
Couarruu. PP. QQ. cap. 22. *num.* 9. *vers. Nisi*
aliud.

12 Hæc *adeò* igitur edocetur, Principum sigillis
indubitatè credendum esse, in his præsertim, vbi
penitùs desiderantur, quemadmodum in Regijs
13 diplomatibus, in quibus sigilla pro forma requi-
runtur, *siue* (vt nostri aiunt) *substantialem* partem
constituunt, *Andr. de Isernia in cap. Imperialis*
de prohibit. feud. alienat. per Lothar. §. *quoniam*
inter in addit. num. 6. *circà finem*, illicque *Af-*
flict. num. 10. & *decis.* 21. *num.* 9. & *decis.* 253. *nu.*
2. *Dom. Reg. Rouit. super Pragmat.* 1. *de fide me-*
morial. num 10. *Borrell. de Magistr. edict. lib.* 2.
Hoepingius de iure sigillor. cap. 5. *num.* 28. & *cap.*
11. *num.* 16. *Gregor. Lopez ad L.* 44. *tit.* 18. *part.* 3.
verb Sellado, *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas.* 113.
num 13. *Mascard. de probationib. conclus.* 1308.
n. 53. *in fin.* nec non etiam post alios *D. R. Chri-*
stophor. Cresp. de Valdaur. Obseruat. Illustr. lib.
1. *Obs.* 5. *cap.* 3. *num.* 307. *lib.* 1. *D. R. de Philipp.*
vbi supr. num. 23. ambo ex eiusdem *Andreæ de*
14 *Isernia* auctoritate firmant rectissimè, ex hoc si-
gilli defectu priuilegium, actumue nullius sanè
reddi, esseque valoris, quod admittere videtur
Aymon Crauetta in consil. 46. *num.* 5. & 6. vbi
adducit textum in *cap. inter dilectos*, *de fide in-*
15 *strument.* qui probat, priuilegia antiqua fidem
minimè facere, quando sigilla corrupta sunt, aùt
non bene apparent, cùm cæteroquin mille frau-
des committi possent, vt *Socinus* notat allegando
etiam *textum* illum in *consil.* 258. Beneuerùm
D. Cæsar Vrsillus in addit. ad Afflict. decis. 253.
16 *num.* 3. ad propositum aduertit, quod sigillum
vbi impositum fuisset in Regio assentu, & deper-
ditum, assensus nihilominus de iure valeret, quā-
do ista constarent, secundùm *Abb. in cap. innotuit*,
in Gloss. 2. *de elect.*

17 Quodue autem sigilla Regijs in diplomatibus
apprimè requirantur, ex Patrijs etiam Iuribus cō-
firmatur, quibus priuilegia, cæteraq; literas si-
gillo muniri sancitum fuit, alioquin nullius ea-
roboris, atque efficaciæ dijudicentur, vt in cap.
Caroli III. Regis *In forma sigilli* 232. iuxtà *Joh.*
Anton. Nigri ordinem, & Reginæ Ioannæ in
cap. item quod ad petitionem 280. ac in *Pragma-*
tica Serenissimi Ferdinandi Catholici Regis I. de
fide memorial. & potentissimi Caroli V. Cæsaris
2. *sub eodem tit.* 4. *de fide memor.* ac demùm ne-
quispiam amplius hac de re, siue controuersiam
referre, siue ambigere deinceps audeat, aliæ pari-
tèr sub prudentissimo Philippo II. Regę editæ,
cheiscunt Constitutiones, quibus & sigilli au-
thoritas, illiusque obsignationis hisce in diploma-
tibus adhibendæ necessitas explanatur, vt in *Pra-*
gmat. 2. §. 15. 16. & 17. *in Pragmat.* 3. & *in Prag-*
mat. 7. §. 3. & *sub* §. 4. *de Offic. Secretar.*
18 Sigillorum ideircò custodia magna cùm sol-
licitudine, viris demandatur grauissimis, iuxtà
Tulij monitum *ad Quintum fratrem*: epistol. 1.
inquientis, *Sit anulus tuus*, *non vt vas aliquid*,
sed tanquàm ipse tu: *non minister alienæ* volun-
tatis, *sed testis tuæ*. & ex corum prudentia
totradunt Episcop. *Couarr. PP. QQ. cap.* 22. *num.*
9. *vers. Præsertim Petr. Gregor. Syntagm. Iur. lib.*
47. *cap.* 29. *sub num.* 16. *Hoeping. vbi supr. cap.* 6.
num.

Digitized by Google

num. 1. *cùm seqq. Gaspar Anton. Thesaur. QQ. Forens. lib.* 2. *quæst.* 100. *nu.* 12. *& Dom. Reg. Tapia de præstant. Reg. Cancellar. tit. de antiquit. num.* 5. *vers. occurrit, & num.* 8. ex quo porrò re-
19 ctè inferri videtur, dominorum placito impressa præsumi, donèc contrarium probationibus illustretur, vt post alios animaduertunt *Episcop. Couarruu. dict. cap.* 22. *num.* 9. *vers. Præsertim, Crauett. in cit.* §. *quæritur, sub nu.* 46. *Vuesenbec. consil.* 27. *num.* 12. *lib.* 1. *Hoeping. cit. tract. de Iure sigillorum, cap.* 12. *num.* 58. *cùm seqq.* & sigillo
20 probato veritatem dici firmatam, vt DD. edocent in *cap.* 2. *de fide instrument.* & obseruant patitèr *Purpurat. in l. admonendi, num.* 177. *vers. Cum tota, Fichard. consil.* 40. *nu.* 2. *tom.* 2. *Capell. Tholosan. quæst.* 24. *& quæst.* 31. *Gasp. Ant. Thesaur. dict. quæst.* 100. *lib.* 2. *Aymon Crauett. loc. cit. vers. Sed tota, Hoeping. vbi supr. cap.* 11. *n.* 89. *vers. Nec requiritur, Menoch. de Arbitr. Iudic. cas.* 113. *num.* 11. Itàque videamus consequens
21 est. Nùm mandatum tacitum ex sigillo præsumatur? Equidem hac in re affirmatiuè respondendũ esse arbitratus est *Cardinal Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom.* 1. *lib.* 7. *tit.* 10.
22 *num.* 1. ex eo, quod mandatum ad causas ex solo Episcopi, vel alterius Prælati sigillo, sine Notarij, & testium subscriptione perfectum esse intelligitur, dummodò recognitum sit, vt in *Clementin.* 1. *de Procurat.* subdirque sigilli traditionem sat esse,
23 vt quis tanquàm Procurator cùm cautione de rato admittatur, propterea quod & sigilli, & instrumentorum traditio æquiparantur, vt in *cap.* 2. *de solution.* ficq; quemadmodum instrumentorum
24 traditio sufficiens est, vt tanquàm Procurator cùm cautione de rato admittatur, *cap. coràm de offic. delegat.* ità etiam de sigilli traditione affirmandum euenit: & quidem extensionem patitur
25 id, vt scilicèt mandatum ex solo sigillo plenè probetur absque eo, quòd cautio de rato sit necessaria, si ità se habeat consuetudo: demùmque si sigillum solummodò ad Procuratorum manda-
26 ta signanda sit determinatum, vti post *Bald. in dict. cap. coràm, num.* 7. ibique paritèr *Felin. nu.* 12. *& Imol. in dict. cap.* 2. *num.* 11. *vers. Quod autem dicitur de sigillo, de solution.* tradit *Card. Mantica dict. tit.* 10. *in fine.*

PROLOGOMEN.

Sententiam feriato in die proferri haùd posse deciditur, & tàm in ferijs repentinis, in Deique honorem inductis, quàm in ferijs ad priuatorum commodum, vtilitatemq; introductis, suum locum obtinere ostenditur; Hinc inquiritur, nùm Sententia lata per Iudicem ipso in actu, vel per diem antè discessum ab officio valida sit? & nùm Prorex hoc in Regno Neapolis post noui Proregis ingressum munus suum continuare possit? cùm alijs nõ nullis demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 Dominus Consiliarius Franciscus Maria Pratus & Dominus D. Cæsar Galà *miro ordine, ac pleno calamo de ferijs agunt.*

2 *Sententia lata die feriato nullitati est obnoxia, & num.* 6.
Ampliatur tàm in ferijs in Dei honorem inductis, quàm in ferijs ad priuatorum commodum & vtilitatem introductis, vt num. 5.

3 *Iudicis vox in die festiuo silere debet.*

4 *Actus quilibet iudicialem strepitum requirens in die festiuo fieri prohibetur.*

7 *Sententia nulla, quia lata in die feriato, per partes ratificari non potest.*

8 *Nullitas ex iurisdictionis defectu prouenies, ex partis voluntate suppleri, & confirmari nequit.*

9 *Appellans à sententia lata die feriata illam conualidare non censetur.*

10 *Processum inualidum propter ferias partes concorditèr ratificare possunt, secùs autem sententiam.*

11 *Nullitas ex iurisdictionis defectu prouenies cõtrà tres sententias conformes allegari permittitur.*

12 *Defectus iurisdictionis insanabilis, & insuperabilis dicitur.*

13 *Sententia lata per Iudicem ipso in actu, vel per diem ante discessum ab officio, nùm valida sit, & num.* 14.

15 *Officialis finito officio administrationem habet, donec nouus possessionem cœperit.*

16 *Prorex hoc in Regno Neapolis post ingressum noui Proregis in Regnum, nùm suum munus continuare valeat? & num.* 17.

18 *Ciuitas Neapolis Regni Metropolis dicitur.*

19 *Proregis officium non expirat, nisi nouus Prorex iuramentum in manibus Ill. Electorum in maiori Ecclesia Ciuitatis Neapolis, de benè & fidelitèr administrando præstet, & nu* 22.
Exempla indicantur num. 20. *&* 21.

23 *Dispositio* textus in l. obseruare, D. de offic. Proconsul. & Legat. *locum minimè habet, quãdo officium annexam habet administrationem*

24 *Officiũ in Regno non, nisi post successoris ingressum, & visis, lectisque illius commissionibus, deponitur.*

25 *Officialis, quamuis ingressus sit Ciuitatem, iurisdictionem non habet, nisi post præstitum iuramentum.*

OBSERVATIO CXLIV.

1 MIro quidem ordine, ac pleno agit calamo de ferijs doctissimus, eruditissimusque noster Æuil I. C. & Regius Diuæ Glarę Consiliarius *Dominus Franciscus Maria Pratus in centur.* 1. *Obseruat.* 47. tùm inductis ad Dei honorem, tùm repentinis, ac ad hominum vtilitatem introductis, aliaquè è veterum, recentiorumquè repetitis calculis, & qualitèr practicentur toto terrarum Orbe, potissimùm in huiusce Ciuitatis subsellijs adnotat, & meminit *tom.* 3. *Disceptat. forens. cap.* 50. *num.* 12. ac demùm longiori, disertoq; paritèr calamo pertractat *Dominus D. Cæsar Calà in absoluto tract. de Ferijs*, nupèr literis ad communem omnium vtilitatem commẽdato per eximium I. C. acerrimumque olim Fisci Patronum, dignissimumque Regiæ Cameræ Præsidentem.

De-

Digitized by Google

Decanum, & ad præsens Regiam Cancellariam Regentem meritissimum, Illustr. Diani Ducem, ac Ramontis Marchionem *Dom. D. Carolum Calà, de quo* dicere meritò possumus, *Crassi* eloquentiam, & *Scæuolæ* Iureperitiam ipsum esse adeptum, cùm vir sit æquè Prudentia, atque Doctrina maximus, Iurisconsultorumuè Eloquentissimus, & Eloquentium Iurisconsultissimus; Illæ verò quomodo obseruandæ sint, ac quo iure introductæ? dissertat *Germon. de Sacrosanct. Immun. lib. 3. cap. 20.* ac multa in illis fieri vetita, atque permissa, delibat *Oliua ad Ritus Curiæ Archiepiscop. Rit. 19.* nonnulla memorat *Dom. Conciliar. Petra in commētar. super Ritibus M.C.V. tom. 2. Rit. 208.* & copiosè agit *Mandos. Comm. 13.* nec non *Episcop. Campanil. in suo Diuersor. Iur. Canonic. Rubr. 12. cap. 13. à num. 92.* inquirens potissimùm, diebus festiuis nùm sententia proferri possit? de qua quidē re hoc loci principaliter disceptatur, & statuitur, sententiam nullitati subiacere, quamque determinationem punctualiter ex professo cōprobat idem noster *Author in tom. 3. Discept. forens. cap. 516. num. 13. cum seqq.* demùmq; *Vantius de nullit. ex defectu iurisdict. num. 157.* & innuit *Vrsill. ad Afflictum decis. 117. num. 4. circà medium*, nec non patet tùm ex *cap. vltimo de feriis*, tùm ex *l. vt in die, C. eodem titul.* vbi præcipitur, vt omnis Iudicis vox audiri leat in die festiuo, id quod maximè valet in voce, seu Iudicis sententia ad iudicialem strepitum pertinente, cuius ratione sententia nedùm, sed quilibet alius actus iudicialem strepitum requirens, aùt cum eo coniunctus in die festiuo vetitur, vt DD. communiter.

Vndè determinationem hanc extentionem admitti legimus, vt scilicèt locum habeat nō solùm in feriis repentinis, & in Dei honorem inductis, sed etiam in feriis ad priuatorum commodum, & vtilitatem introductis, quia indistinctè in omnibus feriis, etiam ad hominum vtilitatem, sententiam ipso iure nullam esse decidit *textus in l. 1. antè finem, D. de feriis*, & in specie cōcludit *Baldus in l. cum anteà, num. 18. in fine, vers. Tenementi hanc quæstionem, C. de Arbitr.* subiungēs, id adeò verum esse, vt nec illa per partes confirmari queat, aùt tacitè, vel expressè ratificari, quia talis nullitas exiurisdictionis, nullitatisq; substantialis defectu prouenit, & causatur, cuius suppletio, & confirmatio in ratificantis voluntate minimè est, vt illum laudans pariter tradit noster *Author in citato cap. 516. num. 19. & 21.* vbi notat, id demùm procedere, tametsi ab huiusmodi sententia lata die feriata appellatio interponatur, etenim appellans illam conualidare non censetur, ex *Felin. in cap. significasti, num. 7. de for. compet. & Bald. in dicta l. cum anteà, col. 5. vers. Vlterius secundum, & num. 22.* astruit *Bartoli* effatum *in l. mutari, num. 3. D. de Procurat.* vbi, quòd partes processum propter ferias nullitati obnoxium concorditèr ratificare possunt, vt scilicèt illud benè procedat, quia iudicium ante hominum feriis renunciari potest, id quod secùs est in sententia, tunc enim Iudex in legem peccat, qua de causa sequens consensus, quod præcessit, firmare minimè potest, *Bald. vbi proxime, Vantius de nullitat. ex defectu iurisdictionis, num. 130.* Proin receptum est, vt nullitas ex iurisdictionis defectu proueniens quocumq; tempore, etiam contra tres sententias conformes, allegari possit, vti tradit *Couarr. PP. QQ. cap. 25. num. 4. vers. Septimò hic accedit*, adducens post alios *Clementin. vnic. de sequestr. possess. & fruct. Gloss. Non obstante*, quo laudato, insequitur *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in suo Nicandro, num. 189. fol. mihi 45.* & Ipse ex aliorum etiam auctoritate enucleat in *Obseruatione ad decis. 18. num. 8.* etenim alis iurisdictionis defectus insanabilis, & insuperabilis dicitur secundùm *Vant. vbi suprà, num. 6.* quem laudat idem *Dom. Consiliar. Pratus ibidem, num. 190.*

His consentanea est decisio quæstionis propositæ ab *Authore* nostro *num. 18.* an sententia lata per Iudicem ipso in actu, vel per diem ante discessum ab officio valida sit? qua in re idem noster *Author ibidem* tradit, sententiam nullitatis vitio maculatam esse ex forma literarum Sacræ Consultæ in quibus mandatur, vt Iudices per mensem ante recessum sententias tàm ciuiles, quàm criminales proferre non possint; in additione verò astruit, secùs esse huiusmodi prohibitione cessante, & conuallat in *tom. 1. Discept. forens. cap. 184. num. 46.* docens, Officialem anni, seù bienij suæ electionis curriculo elapso administrationem habere, eiusque gesta valere, donèc nouus fuerit non solùm electus, sed sui officij possessionem cœperit, quasi apùd eum cum titulo remaneat administratio, itàque in terminis pariter cōcludit *Guid. Pap. in decis. 501.* sequitur *Marius Muta super Consuetud. Panormit. cap. 68. num. 11.* notat *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C.V. tom. 1. Rit. 2. sub num. 55. vers. Hic verò*, & concinunt notata per *Bertaz. consil. crim. 71. num. 58. Marius Giurba decis. 9. num. 6. Capiblanc. de Baronib. Pragmat. 7. num. 140.* atque per *Dom. Præs. de Franchis in decis. 393.* qui illic defert quæstionem illam de Proregibus, an scilicèt Prorex hoc in Regno post ingressum noui Proregis in Regnum munus suum continuare possit, vel statim post Successoris ingressū Prædecessoris cesset officium? & tradit, quòd etsi ex *text. in l. obseruare, D. de offic. Proconsul. & Legat.* Proregis officium per noui ingressum statim cessare, dicendum videatur, dùm inibi statuitur, quòd statim atque Præses electus Prouinciā est ingressus, cessat præcessoris officium: nihilò tamen minùs contrarium verùs est, per *text. in l. 1. D. de offic. Præfect. Augustæ* vbi Præfectus Ægypto non prius præfecturam deponit, quàm Alexandriam Successor eius ingressus sit, licèt in Prouinciam venerit: vndè illic *Gloss.* quærit, quare Alexandriam? & respondet, quia Alexandria Metropolitana erat Ciuitas, in qua Præfectus præfecturam consequebatur, sicùt & Imperator Romæ; Quamobrem ità & etiam Propolito in casu, cùm isthac Fidelissima Neapolis Ciuitas Metropolis sit Regni, & in ea Excellentissimi Domini Proreges iuramentum præstant de benè, & fidelitèr administrando in manibus Ill. Electorum in maiori Ecclesia dictæ Ciuitatis: quæ planè omnia donec adimpleta fuerint præcessoris officium non expirat, vt per citatum *text. in d. l. 1.* tenent etiam *Bald. in l. memminisse, in fine, vers. ibi, & vnum scias, D. de offic. Proconsul. Roman. Singul. 57. Reg. Constant. in d. l. 1. num. 26. & 29. Reg. Valenz. consil. 34. num. 36. lib. 1. Reg. de Ponte de potestate Proregis it. 7. Gloss. 6. num. 15.*

15. *Reg. Capycius Latro decis. 154. num. 25. tom. 2. Reg. Sanfelicius decis. 269. num. 2. Dom. Reg. Tapia decis. Suprem. Consil. Ital. 21. num. 16. Ill. Dom. Reg. Capycius Galeota Controuers. forens. tom. 2. contro. 45. Capiblanc. de Baronibus, Singul. 133. Mastrill. de Magistratibus, lib. 1. cap. 25. Io: del Castillo de tert. debit. tom. 7. cap. 41. num. 51.* atque non parùm conuenit Reg. *Reuerter.* qui in *decis.* 236. per Collaterale Consilium iudicatum tradit, Dominum Ducem de Alcalà
20 Proregem in Ciuitate Caietæ existentem ante officij possessionem reuocare haùd potuisse indultum emanatum per Eminentissimum Dominum Cardinalem della Cueua tunc huius Regni clauum sustinentem pro occidentibus foriudicatos; & idem Reg. *Reuert. in decis. 462. in fine*, firmat, officia collata per Eminentissimum
21 Dominum Cardinalem Granuelanum huius Regni tunc Proregem in exitu sui officij eo tempore vacantia ritè, rectèq; concessa fuisse, etiam in Regnum ingresso, & ad Caietæ Ciuitatem peruento nouo Prorege Excellentissimo Domino Marchione de Mondesar; Vndè *Dom. Regens de Marinis inibi in obseruatione* refert, passim vi-
22 deri Proreges, qui ad Domini nostri Regis Curiam sunt reuersuri, interim in successoris conspectu omnia peragere, quæ noui Proregis ante aduentum peragebant, vacantia officia conferentes, gratias pro delictorum patrationibus facientes, idq; absque vlla noui Proregis quærimonia, propterea quod, cùm Proregis officium annexã iurisdictionem habeat, Prorex iurare debet de bene, & fidelitèr administrando, aliàs antecessoris officium non expirat, vt inter recensitos tradit etiam *Dom. Præs. de Franchis in citata decis. 393. num. 1.* subnectens, quòd in facti contingẽtia, de qua in illa decisione, Domini Regentes
23 Regiam Cancellariam dixerunt, allegatum *textũ in l. obseruare*, non procedere, quando officium annexam habet administrationem; Hinc *Paris de Puteo in suo tractatu de Sindicat. in cap. incip. Quidam de Regno Siciliæ, & in cap. incip. Sequitur de modo, & forma sindicat.* dixit, quòd
24 hoc in Regno officium non nisi post successoris ingressum, & visis, lectisq; illius cõmissionibus deponitur, & idem in *eodem tract. in verb. Iur. offic. 2. col.* inquit, quòd Officialis iurare tenetur, quod iuramentum talem effectum habet, quòd
25 quamuis ingressus sit Ciuitatem, non tamen administrationem, neque iurisdictionem habet, nisi post iuramentum præstitum, quem laudans insequitur *Dom. Præs. de Franchis in citata decis. 393. num. 2. & 3.* nec non etiam *Reg. Capycius Latro dict. decis. 154. num. 26. & 27. Reg. de Ponte vbi supr. fol. 351. num. 13. Anna Allegat. 143. num. 2. Campagn. in Capit. Regn. 285. Mastrill. dict. cap. 25.*

PROLOGOMEN.

Iurisdictionem cum clausula priuatiua alijs cõcessam causarum cognitionem adimere, pro incomperto edocetur, quod feudali in materia locum præsertim habere notatur, & præcipuè in Regno Neapolis, vbi Baronibus iurisdictio feudali in inuestitura conceditur priuatiuè, & abdicatiuè aliorum iudicum respectu, & cum clausula decreti irritantis, si alitèr fiat: verùm nùm, quibusuè in casibus comprimatur? breuitèr ostenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Iurisdictio data priuatiuè alijs causarum cognitionem adimit.*
2 *Clausula abdicatiua quid importet.*
3 *Prauentio inter eos datur, qui cumulatiuam habent iurisdictionem.*
4 *Vasallus in sui Domini præiudicium nec tacitè, nec expressè alterius Iudicis iurisdictionem prorogare valet, & num. 6. & 11.*
5 *Barones Regni Neapolis iurisdictionem habẽt in feudali inuestitura priuatiuè, & cùm clausula decreti irritantis.*
7 *Baronum priuilegia in tàm ampla forma, quàm illius verba sonant, non obseruantur. Comprimitur vt num. 8.*
9 *Clausula abdicatiuæ, & decreti irritantis inueniuntur regulariter inseruntur in Regno Neapolis.*
10 *Causa vasallorum ad ipsorum Barones remitti debent ipsis petentibus. Restringitur aliquando ob delictorum grauitatem, & qualitatem, vt num. 12. Sic quoque in delictis in Ciuitate Neapolis cõmissis, vt num. 14.*
13 *Iurisdictio aliquando ex delictorum qualitate abdicatur à Baronibus, & determinatur, quòd procedatur in Ciuitate nomine Baronis, sed hoc à Domino, & Excellentissimo Prorege cùm voto Reg. Coll. Consil.*
15 *M. C. V. præheminentiam habet cognoscendi priuatiuè ad quemcunque Iudicem de delictis in Ciuitate Neapolis commissis. Ampliatur in delictis commissis in suburbijs, & casalibus, vt num. 17.*
16 *Locus, vbi Princeps residet, ab omni violentia immunis esse debet.*
18 *Priuilegium alicui concessum nunquàm interpretatur, vt concedentis personam ladat, nec ad ea extenditur, per quæ publica laderetur vtilitas.*

OBSERVATIO CXLV.

ILlæsa à censuris pertransit determinatio præsentis loci, dùm concluſum fuit, iurisdictionem cùm clausula priuatiua alijs concessã
1 causarum cognitionem adimere; omnium enim est consensus, tantæ virtutis esse huiusmodi clausulam, vt quemcumque alium Iudicem omninò illis in causis incompetentem constituat, il-
2 lasq; quasi similes clericali causæ reducat, in quibus Iudicens laicus nedùm incompetens est, sed omninò etiam incapax, vt considerat *Dom. Cõsiliar. Antonius Capycius in decis. 122. sub num. 6.* quem laudans tradit etiam *Dom. Præs. de Franchis in decis. 417. num. 8.* & ex eorum voto insequitur *Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. forens. centur. 1. cap. 99. sub num. 22.* & cumulatiuæ iurisdictioni ex diametro opponitur ad *text. in l. nullum, C. de testibus*, adeò quòd om-
3 nis præventio excluditur, cùm hæc inter Iudices

æqua-

Digitized by Google

æqualem iurisdictionem habentes detur dumtaxat; nàm eo ipso quòd datur præuentio, ex parte alterius Iudicis iurisdictio supponitur, vt communiter inquiunt *Doctores in l. si quis posteàquã, de iudic.* & tradunt *Paulus de Castro in l. testamenta, num.* 6. *de testament. Surdus consil.* 56. *num.* 20. *Grammatic. decis.* 30. *num.* 12. *Caranit. Rit.* 295. *num.* 18. quos refert, & sequitur laudatus Ill. *Dom. Reg.* & *Præs. Metlinus in citata centur.* 1. *cap.* 49. *num.* 18. atque comprobat *Dom. Consiliar. Petra in Comment. super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 46. *sub num.* 10. *vers. Insuper*, adiungens *Milanens. decis. Sicil.* 5. *sub num.* 20. *lib.* 2.

4 Vndè palàm fit, illud in Regno vulgatissimum incompertum esse nempè, vt subdito, seu vasallo nullatenùs permissum sit, nec tacitè, nec expressè alterius Iudicis iurisdictionem prorogare in sui Domini præiudicium, etenim cùm iurisdictio in feudali inuestituta concedatur priuatiuè, &
5 abdicatiuè aliorum Iudicum respectu, & cùm clausula decreti irritantis, si aliter fiat, quemadmodùm habent omnes huius Regni Barones, propter huiusmodi inuestituram, & priuilegium in ea contentum necessariò consequitur, Iudices alijs de causis vasallorum burgentium cognoscere minimè posse, neque vasalli burgenses alieni
6 Iudicis iurisdictionem prorogare cùm detrimẽto iurisdictionis proprij Baronis sine eius consensu: vt proindè si alijs de causis vasallorum cognoscant, iure Barones petent, vt causæ suorum vasallorum burgentium ad suos Iudices remittantur.

Idq; haùd refragante, si forsàn diceretur, huiusmodi iurisdictionis concessionem in feudali
7 inuestitura effectum hunc minimè habere, quia Baronum priuilegia in tàm ampla forma, quàm priuilegij verba sonare, & importare videntur, nõ obseruantur, vt asserit *Caranit. in Rit.* 205. *nu.* 4.
8 Siquidem per huiuscemodas geminatas clausulas constare videtur de enixa Principis in feudantis voluntate subditis prorogandi facultatem denegare volentis, quemadmodùm rectè notat *Capycius in inuestitura feudali, sub tit. feudorum clausula, verb. Ità quod de illis nullus, fol.* 127.
9 *col.* 2. ex eo præsertim, quia cum hoc in Regno regulatiter in inuestituris istæ clausulæ abdicatiuæ, & decreti irritantis inserantur, consequens fit, vt vsus obtinuerit, attestante etiam *Dom. Præs. de Franchis in citata decis.* 417. *sub num.* 2. *circà finem*, vt causæ vasallorum petentibus Baronibus ad eos remittantur: sicq; vasallus sine Baro-
10 nis consensu nec tacitè, nec expressè, iurisdictionem prorogando, eidem Baroni præiudicare poterit, vt vno ore firmant omnes, è quorum numero præcipuè sunt post alios, quos recensent *Capycius decis.* 9. *num.* 3. *Menoch. consil.* 1176. *vol.* 12. *Petrus de Gregorio de concessione feudi, part.* 7. *quæst.* 4. *num.* 2. *Marcell. Calà de modo articulandi, art.* 1. *num.* 107. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 82. *cum seqq.* & *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 61. *Ambrosin. de immunit. Ecclesiast. cap.* 8. *num.* 49. *Capiblanc. de Baronibus, par. 1. Pragmat.* 8. *num.* 83. *Pater Molfesius ad nostras Consuetud. Neapol. tom.* 2. *par.* 2. *tit. de personis, quæst.* 8. *in fine, Crescent. de foro compet. decis.* 3. *Giurb. decis. Sicil.* 96. *num.* 19. *Præs. de Franchis decis.* 329. *Reg. Ronitus consil* 88. *num.* 10. *tom.* 1. & ibi *Dom. Altimar. in addit. num.* 16. *Reg. Sanfelicius decis.* 29. *nu.* 4. *lib.* 1. *Anna singul.* 120. *Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit.* 3. *de election. official.* §. 1. *num.* 22. idem *Reg. Ronitus super Pragmat.* 2. *vbi de delicto quis conueniri debet, num.* 7. *Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. tom.* 1. *cap.* 17. *num.* 14. *Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. Iur. tom.* 2. *Resolut.* 133. *num.* 5. *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis.* 147. *num.* 3. *Dom. Consiliar. Roccus Responsa.* 3. *num.* 43. *tom.* 2. qui etiam dicit, sententiam hanc vno ore Doctores omnes sectari, & certò certiùs esse tradit *Dom. Consiliar. Petra in cõment. super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 46. *nu.* 11. ac ità per Sacrum Consilium decisum fuisse refert *Fabius Anna in consil.* 107. in causa Magni Admirati circà remissionem causæ cuiusdam eius subditi contumacis per Magnã Curiam Vicariæ, & confirmatum per idem Sacrum Consilium iunctis Regijs Consiliarijs triũ Aularum, de qua etiam decisione testatur *Præs. de Franchis in decis.* 417. quam sequuntur *Dom. Reg. Tapia in suo Iure Regni, Rubric. de Officio Magni Admirati, num.* 5. *Capiblanc. de Baronib. Pragm.* 1. *num.* 219. & *Prag.* 5. *num.* 122. *Caballin. Resolut. Crimin.* 147. *num.* 10. *centur.* 2. & demùm sic pariter iudicatum refert *Castill. in decis.* 248. in eo, qui cum alijs coràm Principe deliquerat, & tamen remissus fuit ad Curiam Magni Admirati, prout etiam *Præs. de Franchis in decis.* 722. pariterq; *Consiliar. Gizzarell. decis.* 76. & memoratus *Dom. Regens Tapia decis.* 13. nec non citatus *Reg. Sanfelicius decis.* 429.

12 Benè verùm prædicta, etsi vera sint, restringuntur tamen aliquando ob delictorum, causarumque grauitatem, & qualitatem, propter publicum bonum, & propter exemplum, nè ad delinquendum Rei animosiores efficiantur, vt Ipse notaui in priori meo *Menexeno de Reipublica regimine*, §. 3. *sub num.* 16. & 17. tunc enim causæ abdicantur, nec ad Baronum Curias remittuntur
13 seruato priuilegiorum illorum tenore, sed determinantur facta prius relatione Excellentiss. Domino Proregi Principem repræsentanti in Collaterali Consilio, quòd pro illa vice tantùm, citrà præiudicium priuilegiorum Baronalium, causa remaneat, vel licèt remittatur, prouideri solet, quòd procedatur in Ciuitate nomine Baronis, prout de stylo testatur memoratus *Dom. Regens de Ponte de potestate Proregis, tit. de electione Official.* §. 1. *tit.* 3. *num.* 19. & *seqq.* & memorat laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, sub num.* 5.

14 Præterea vetusta adest in Regno Praxis, vt Baroni priuilegium habenti cum clausula priuatiua, & abdicatiua, vel quacumq; alia quantumuis à Iure Communi exorbitanti, denegetur penitùs remissio eius vasalli delictum isthac in Ciuitate Neapolis cõmittentis, prout latè attestatur *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 129. *vbi*, quòd M. C. V. præheminentiam habet cognoscendi priuati-
15 uè ad quemcumque Iudicem de delictis isthac in Ciuitate Neapolis commissis, si delinquens sit de foro alterius Iudicis, cui meri, mixtiq; imperij iurisdictio demandata sit, etiam de delictis extrà territorium, ad hoc vt locus, vbi Princeps residet,
16 ab omni violentia immunis sit, quippè in eius persona offensam patratam censetur, vndè reuerentia illi debita in irrisum cederet, vt etiam de-

laudabili isthac consuetudine, & praxi attestãtur *Dom. Regens* Rouitus *decis.* 11. *nu.* 14. *Dom. Regens Tapia lib.* 3. *Iuris Regni, super Pragmat.* 1. *vbi de crimine agi oportet, nu.* 20. *Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. Forens. centur.* 1. *cap.* 99. *num.* 1. *cap.* 100. *num.* 1. *& centur.* 2. *cap.* 72. *num.* 2. *Dom. Consiliar. Carleual. de iudicijs, tom.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *sub num.* 861. *vers. Deindè, Mastrill. de Magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 254. *Capiblanc. de Baronibus, Pragm.* 8. *part.* 2. *num.* 132. *Nouar. super Pragmat. Regn. Neapol. collect.* 222. *num.* 18. *& collect.* 223. *num.* 31. qui id intelligunt procedere etiam in delictis
17 commissis in suburbijs, & casalibus, prout & particulari lege sancitum in Regno Siciliæ referunt *D. Io: Francisc. del Castillo decis.* 248. *num.* 2. *lib.* 3. *D. Marius Cutelli in comment. ad LL. Martini, concord.* 2. *num.* 5. atque de iure esse edissertat *Dom. Reg. D. Francisc. Vico in commẽt. ad LL. Sardina, lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 11. *num.* 3. Et
18 quippè regulare est, vt priuilegium alicui concessum nunquàm interpetrari debeat, vt concedentis personam lædat, nec ad ea extendatur, per quæ publica læderetur vtilitas, ad *text. in l. final. C. de Offic. Magistr. milit. l. humilioribus, C. de suscept. & arcan. lib.* 10.

PROLOGOMEN.

Ad æris alieni solutionem faciendam pro hæreditaria tantùm portione, haùd autem insolidum hæredes conueniri posse probatur, ad interpetrationem *textus in l. cum à Matre* 14. *C. de reiuendicat. & in l. si adulta* 6. *C. de hæreditar. action.* nisi tamèn quis agat actione reali, quo casu expositam sententiam limitationem recipere demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Hæredes pro aquis portionibus conueniri debent.*
Ampliatur, quamuis testator vnum tantùm, aùt plures ex hæredibus æs alienum soluere iusserit, vt num. 5. *&* 22.
Limitatur, quando quis agit actione reali, vt num. 18.
2 *Actio, & obligatio inter hæredes ipso iure diuiduntur.*
3 *Hæres defuncti personam pro ea tantùm parte, in qua hæres est, repræsentat.*
4 *Onera hæreditaria non pro modo emolumenti, sed pro hæreditarijs portionibus inter cohæredes diuidi debent.*
6 *Hæredes an pro rata portionum ad hæreditarij oneris præstationem teneantur, si vni ex ipsis aliquid prælegatum sit.*
7 *Hæres vnus dimidiatam defuncti personam repræsentare non potest.*
Comprimitur quo ad onera, vt num. 17.
8 *Pars dimidia hominis non est homo.*
9 *Hæredum vnus si soluendo non fiat, num eius periculum alios cohæredes oneret, qui soluendo fuerat, quæ ad eos spectat, liberantur.*
10 *Hæres defuncti conscientiam, exonerare tenetur.*
11 *Anima rebus omnibus præferenda est.*
12 *Hæredes pro virili tenentur ad restitutionem vsurarum à defuncto extortarum.*
13 *Debitum si non soluatur, an defuncti anima in captiuitate remaneat.*
14 *Hæres peccat defuncti debita non soluendo.*
15 *Satisfactio quid sit.*
16 *Anima nùm tãdiù crucietur, donec, quod oblatum est, restituatur.*
19 *Creditor contrà vnum rei sibi obligata possessorem agere potest.*
20 *Dominus directus integrum annuum canonem ab vno ex possessoribus petere potest, quamuis res emphyteutica inter plures emphyteuta hæredes diuisa sit.*
21 *Obligatio ad canonem realis est.*

OBSERVATIO CXLVI.

1 AVreis Iuris tramitibus haùd equidem deuiauit decretum in huiusce loci cõtrouersia emanatum, ex quo decisum fuit, hæredes pro æquis portionibus
2 conueniendos esse, propterea quod eos inter ipso iure diuisa dicitur actio, & obligatio, vt tradit *Paulus* l. *C. in l. in executione* 85. *in princip. D. de verbor. obligat.* & rescripserunt *Cæsares in l. pro hereditarijs* 2. *C. de hereditarijs actionibus*, vndè ità paritèr firmant *Gomez de contractibus, tom.* 2. *tit. de indiuiduis, cap.* 12. *num.* 3. *Parlador. Rerum Quotidian. lib.* 2. *part.* 4. *cap. fin. num.* 11. *Gallupp. in praxi S. R. C. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 54. vbi de Authore nostro hic haùd immemor est, *Consiliar. Gizzarell. decis.* 52. *num.* 1. *Surd. decis.* 90. *in princ. vers. Quòd etsi*, & inter cæteros pro absoluto amplectuntur *Abbas Barbatus super Pragmat. de assistentia præstanda, Gloss.* 12. *num.* 88. *Dom. de Luca in Obseruat. ad Præs. de Franchis* 581. *num.* 1. qui duo vltimi tritum esse scribunt illud Iuris axioma, hæredes pro hæreditarijs portionibus, non verò insolidum ad solutionem debitorum in hæreditate remansorum ad-
3 stringi, quia hæredes pro ea sola portione, pro qua hæredes sunt, defuncti personam repræsentant, pro reliquis verò portionibus vti extranei habentur, vt expresè sancitum legimus in Imperiali Constitutione in *l. cum à matre* 14. *C. de rei vendicat.* nec non in alia in *l. si adulta* 6. *C. de hereditarijs actionibus.* Vndè *Quintilianus Declam.* 336. rectè scribit, *Ager, quem communem nobis esse dico, patris nostri fuit; Is duos liberos reliquit: Æquum vtrique ius, Eadem vtrique onera aris alieni.* Quin etiam hæreditaria onera
4 non pro modo emolumenti, sed pro hæreditarijs portionibus inter cohæredes diuidi constat ex *l. pactum, C. de pactis, l.* 1. *C. de except. l.* 2. *& l. final. C. de heredit. action. l.* 1. *C. si vnus ex pluribus, & ex l. hæredes, §. idem iuris, D. famil. erciscund.* nàm etsi cohæres defuncti inopiam causetur, aùt se à cohærede spoliatum dicat, non tamen excusatur, qui æquo iure æs alienum luat, *l. si te bonis, C. de iure deliberandi.*
5 Quamobrèm haùd respuimus extensionem illam, quæ statuit, id demùm procedere, si testator vnum tantùm, aùt plures ex hæredibus æs alienum soluere iusserit, sicq; vt paritèr eo casu pro hæreditaria tantùm portione, non autem insoli-

dum

dum huiuscemodi hæredes cõueniẽdi sint, vt expressis verbis docet *Caius l. C. in l. seruo legato 72. §. si testator, D. de legat. & fideicom. primò*, Hinc quæsitum fuit, nùm si vni ex hęredibus aliquid prælegatum sit, pro rata portione commodi, & habita ratione prælegati æs alienum sustinere debeat? & *Cæsares* rescripserunt, debita hæreditaria à cohęredibus persolui, habita portionis hæreditariæ ratione, non autem prælegati, eorumuè quæ speciali testatoris voluntate pręcipiuntur, vt legitur *in l. 1. C. si certum petatur*, & latè sermonem habet *Schiphordeger. lib. 3. tract. 2. quæst. 14.* atque demùm *Costa de portione rata, quæst. 23. Donell. lib. 7. commun. cap. 11.* & post alios *Olea de cessione iurium, tit. 4. quæst. 6. num. 7.*

Aliqualem attamen obumbrationem huiusce loci determinationem in foro poli, & de Iure Canonico habere videtur ex eo, quia est contra naturam, vt vnus hæres defuncti personam pro hæreditaria portione referat, & vnus dimidiam, alter alteram referret, dimidia enim pars hominis non est homo, nàm forma hominis, quę est homo est anima rationalis, est indiuidua, quarè non integer defunctus, sed dimidiatus repræsentaretur, pro vt Titius si duo specula reciperat, in vtroque se respiceret, & vtrumque totam pro solido suam imaginem repræsentaret, vt attento naturæ iure philosophatur *Vacon. lib. 5. declarat. Iur. 74.* Prętereà, quia quando hęres tantum habet pro sua rata, quantum sufficeret, immò plus pro debiti solutione, dùm bona deducto ære alieno dicuntur, & creditor sit in damno, hæres autem in lucro, dissonum videtur rationis dictamini, quòd vno hærede soluendo non existente, ex quo suam portionem dilapidasset, cohæres soluere de bonis defuncti debitoris nisi pro sua rata non teneretur: in foro enim animæ naturalis ratio attenditur, nec per debitoris hac ex vita migrationem creditoris cõditio deterior fieri debet: præsertim quia hæres defuncti conscientiam exonerare tenetur, quo fit vt opinio illa hęc neque æquitati consentanea videtur, nec defuncti animæ fauorabilis, quæ omnibus rebus est præferenda, quęquè in captiuitate remanere minimè debet, quod contingeret, si alienum retineretur, scilicèt si debitum minimè soluatur.

Verùm enimuerò recensitæ istæ probationes, etsi prima facie, atque primo intellectus voto suadere dictam sententiam veram esse videantur, nihilò tamen minùs contrarium pro hærede sustinent *Card. Lugo de Iustitia, & Iure, disput. 25. num. 137. Lessius eodem tract. lib. 2. cap. 20. dub. 20. num. 175. Molin.* similitèr *de Iustitia, & Iure disput. 332.* atque pariter *Rebell. quæst. 16. nu. 5.* & se subscribunt *Leotardus de vsuris, quæst. 94. num. 31. Merlinus de pignoribus, lib. 3. quæst. 35. Merenda Controuers. Iur. cap. 18.* omnes affirmantes, hęredes pro virili teneri ad restitutionem vsurarũ à defuncto extortarum, nec vnũ pro alio, etiam foro poli attento, teneri, etsi debitum non soluatur, defuncti animam in captiuitate haùd remanere, docent *Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 48. sect. 8. num. 22. Bellarm. lib. 2. de Purgatorio, cap. 16.* etsi enim peccet hæres defuncti debita haùd soluendo, non tamèn id defuncti animæ nocet, ità quod si soluat, nihil animæ illi proderit, nàm rei alienæ restitutio satisfactio pro culpa minimè est, cùm satisfactio sit opus bonum pœnale, sed pœnale est dare suum, non alienum restituere, vt *Theologi* communitèr edocent.

Neque sententiam hanc conuellit, si dicatur, quòd aliquando animæ apparuerunt, ac petierunt vt earum debita soluantur, vt sic ab acerbissimis Purgatorij pœnis liberari possent, quemadmodùm videre fas est in *Speculo exemplorum, dist. 5. exempl. 124. & dist. 9. exempl. 101.* & *S. Brigitta lib. 2. Reuelat. 166.* apertè affirmare videtur, tandiu cruciari, donèc, quod ablatum est, restituatur; Siquidem ex *Bellarm.* ore in *dicto cap. 16. in fine*, respondetur, has apparitiones intelligendas esse, vt animę illę debitorũ restitutionem petierint, non vt restitutionem, sed vt elemosynam, quia creditores erant pauperes, & elemosyna erat satisfactoria.

Nec deniquè refragatur *Vacon.* philosophatio nimirùm, quòd hæreditas vti res incorporalis indiuidua sit, & quòd vnus hæres totam defuncti personam vti indiuiduam referat: propterea quod etsi illa vera sit, quò ad onera tamen non procedit, illa enim diuiduntur, vt ex recensitis iuribus cautum extat, & præsertim ex *l. pro hæreditariis, C. de hæredit. act.* nisi tamen bona hypothecæ subiecta forent, nàm vbi quis agit actione realis, vnum ex hæredibus insolidũ conuenire potest, vt *Gloss.* & DD. inquiũt in *l. 2. C. de hæredit. action.* cùm sequi nõ teneatur plures rerum hypothecarũ possessores, & ei satis sit, si contra vnũ rei sibi obligatæ possessorem agat, vt post alios quos refert, latè edocet *Consiliar. Gizzarell.* sic decisum attestans in *decis. 12. num. 6. & 7.* eoque laudato insequitur *Reg. Capycius Latro decis. 83. num. 13.* & innumeros comprobantes congerit *Cencius de censibus, quæst. 98. num. 29. & 30.* se subscribit *Facchin. Controu. Iur. lib. 2. cap. 47.* & inhæret *Nigr. de laudem. tom. 1. quæst. 7. art. 7. nu. 64. & 65.* vbi memor est de *decis. Afflict. 153.* in qua habetur, quòd diuisa re emphyteutica inter plures emphyteutæ hæredes directus Dominus petere non prohibetur integrum annuum canonem ab vno ex possessoribus, quasi omnes insolidum teneantur, inspecto quòd obligatio ad canonem est realis, & dicere nequeunt hæredes pro rata conueniri volumus, quia eorum factũ nequiuit Doti memoratus *Afflictus* decisum restatur, & demino realem actionem habenti præiudicare, sicucisionem illam rationibus exornat *Vrsillus ibi in addit.* ac alios manuducens comprobat *Gallupus in praxi S. R. C. part. 1. cap. 6. num. 51.* Quamobrem dùm quis hypotheca non ie prouidet, & cautiùs non negotiatur, sibi imputet, & velle se legis dispositioni conformare censetur; quarè generalis erit Regula, nullum ex hæredibus inuitũ trà portionem suam, pro qua hæres est, duro etiam quòd per testatorem iussum fuerit, vt ab vno, vel pluribus hæredibus debitum illud solueretur.

PROLOGOMEN.

Confessio per verbum credo in positionibus vt plenam fidem faciat, ac si de veritate responsum fuisset, eruditur principaliter, Numuè ponens, quicquid in positionibus continetur, fateri dicatur? & vnde ortum habuit com-

munis illa obseruantia in articulis conficiendis dici, *Item pone, è vuol prouare?* cùm alijs ad materiam demonstrantur indè ; Postremò nùm validè determinetur, Legatarium legatũ simplicitèr acceptando ad onus illi iniunctũ teneri? simili quoque exponitur methodo.

RERVM SVMMA.

1 *Confessio per verbum* credo *in positionibus plenam fidem facit.*
2 *Positionibus cùr per verbum* credo, *vel* non credo, *respondendum sit.*
3 *Depositio facta per verbum* credo, *vel* non credo, *aduersarium releuat ab onere probandi in Regno Neapolis.*
4 *Positionibus respondens simplicitèr per verbum* credo, *fateri solùm censetur deducta principaliter in positione, non autem enunciatiuè narrata, sicut nec fateri censetur ea, quæ ad qualificandum negotium in eadem positione deducta sunt, vt num.* 5.
6 *Positio si duo facta contineat, & principalis de vno tantùm negatiuè respondeat, an de alio affirmare, vel negare censeatur? quidue si connexa sint.*
7 *Principalis quibus in casibus respondere non teneatur? remissiuè traditur.*
8 *Ponens, an quicquid in positionibus continetur, fateri dicatur.*
9 *Positio quid differat ab articulo.*
10 *Positiones, & articuli seiunctim olim offerebãtur, nunc verò coniunctim producuntur.*
Ex quo in articulis conficiendis dicitur, Item pone, è vuol prouare, *vt num.* 11.
12 *Cautela traditur excerpta ex doctissimorum virorum placito, nè articulans articulata confiteri videatur.*
13 *Confessio in iudicio, vt noceat, necesse est, vt haùd in articulis, sed in positionibus fiat, in quibus ponens fatetur.*
14 *Confessio facta parte absente praiudicium affert, si in positionibus facta fuerit.*
15 *Legatarius legatum simplicitèr acceptans ad onus illi iniunctum tenetur.*
Ampliatur, quamuis onus appositum legati cõmodo maius foret, vt num. 16.
Extenditur paritèr, si annexum onus ignoraret, vt num. 17.
18 *Lucrum acceptans omnibus oneribus ab illo descendentibus se obligare fingitur.*
19 *Ignorantia iuris quemadmodum non prodest in lucris quærendis, ità etiam in damnis euitandis, quando tamen damnum ex lucro procedit.*
20 *Donatarius ad onus tenetur, quamuis illud annexum ignorasset.*
21 *Ignorantia crassa, & supina excusabilis minimè est.*
22 *Ignorare non dicitur, qui non inuestigauit, quæ inuestigare debebat.*
23 *Scire, & scire debere paria esse, vulgaritèr fertur.*
24 *Filius legatum simplicitèr acceptans ad onus legitimæ annexum non tenetur.*
25 *Onus à legitima ipso iure reijcitur.*

OBSERVATIO CXLVII.

1 DEciditur primo loco hic, confessionẽ per verbum *credo* in positionibus plenam probationem facere, ac si de veritate responsum fuisset; sicque paritèr decisum legitur in alia *decis.* 81. *num.* 15. eiusdem Domini nostri *Authoris*, qui post alios pũctualitèr comprobat in *tom.* 1. *Discept. forens. cap.* 105. *num.* 5. sic quoque *Robert. Maranta in Speculo aureo, part.* 6. *de positione, seù articulorum productione, num.* 14. *Surdus decis.* 17. *num.* 11. *Reg. Rouitus super Pragmat.* 8. *de ordine iudiciorum, num.* 7. *Reg. Sanfelicius in sua praxi, sect.* 48. *nu.* 3. *Galluppus in praxi S. R. C. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 23. notat nouissimè *Dom. Caietanus Ageta in Epitome fori feudalis, Assert.* 11. §. 11. *circà fin.* & sectatur *Dom. Gregorius Motillus in sua praxi S. R. C. tit. de gradu citationis testium, sub n.* 27. atq; sancitur in memorata *Pragmat.* 8. à qua recta traditur norma respon-
2 di positionibus, hoc est per verbum *credo*, & *non credo*, vt præiudicium, & falsitatis nota euitetur:
3 & hoc in Regno Neapolis depositio tali modo facta aduersarium releuat ab onere probandi, vt citatus *Reg. Sanfelicius* indicat *ibidem, num.* 19. *vers. Et non est silentio*, Vbi verò principalis de-
4 poneret simplicitèr super articulis, seù positionibus continentibus aliqua verba principalia, & dispositiua, & alia enunciatiua confiteri dicatur tantùm dispositiua, scribit *Vinius in decis.* 370. *num.* 5. *lib.* 2. & sequitur *Dom. Reg. Rouitus Super dict. Pragm.* 8. *num.* 14. laudans *Matthæsil. singul.* 33. vbi exemplificat, quemadmodùm fate-
5 ri non censetur ea, quæ in eadem positione ad negotium qualificandum deducta sunt, vt eum ante complures concordantes recensens voluit *Alexand. in l. si idem cùm eodem, §. final. num.* 3. *D. de iurisdict. omn. iudic.* Quidue si positio duo cõ-
tineat facta, & principalis de vno tantùm nega-
6 tiuè respondeat, an de alio affirmare, vel negare censeatur? extricat *Pacian. de probationibus, lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 4. vbi, quòd Principalis si de vno tantùm negatiuè respondeat, de alio affirmare censetur, dummodò connexa non sint, vel aliud consecutiuè veniret, & verba positiua sint, haùdque comparatiua, vel maioris frequentationis dictum fuerit, vel propositus sermo affirmatiuus fuisset, vel cùm verbis qualificatiuis interrogatio fuerit, vel omissum esset de genere prohibitorum: multis enim in casibus Principalis respondere
7 non tenetur, vt considerat *Galluppus dict. cap.* 19. *num.* 32. *& seqq.* ad quem Lectorem relegamus, quandoquidem videre fas est.
8 Nùm ponens, quicquid in positionibus continetur, fateri dicatur? Planè, quidquid alij hac de re senserint, vt securè responderi possit, in hagandum
9 est discrimen inter articulos, & positiones, quod sanè scribit *Episcop. Campanil. super Rit.* 29. *Curiæ Archiepisc. Neapol. num.* 17. præmittens *nu.* 16. specificam distantiam inter articulos, & exceptiones: estquè demùm videndus *Robert. Marant. in suo speculo aureo. part.* 6. *act.* 4. *num.* 6. vbi ait, quòd ponens fateri censetur illud, quod ponit, in articulis verò secùs.
10 Igitùr hic memoriæ succurrendum est, quòd

atte-

Digitized by Google

attento communi Romanorum Iure positiones, & articuli se iunctim offerebantur, illæ antecedebant, istis subsequebantur, super illis interrogabatur principalis aduersarius, super istis interrogabantur testes, quiquè prestito iuramento deponebant: Iure verò Regni ambo eodem contextu produci ostendunt *Ritus 69. & Regia Pragmat. 7. de ordin. Iudic.* ex quo inoleuisse arbitramur
11 communem illam obseruantiam in articulis confi-
ciendis dici, *Item pone, è vuol prouare*, Ad eui-
tandum autem dubium, nùm si articulans dùm
dicit ponit, & probare intendit, fateri videatur
12 nec nè, in articulis enunciata tutiùs sanè est, vt
simplicitèr dicatur, probare intendit, non addito
verbo ponit, vt astruit *Dom. Consiliar. Francisc. Maria Pratus ad Muscatell. in praxi ciuil. lib. 2. cap. 3. Glos. Partis, vers. Redolet hac Gloss. in fine*, memorans, cautelam hanc habuisse ab *Octauio Vitaliano* sua tempestate Aduocato Principe & dixerat *lib. 1. part. 5. Gloss. impertinentes, in princ. addit.* & huic sanè placito se subscribit doctissimus I. C. & Regius S. Glaræ Consiliarius *Dominus D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 79. num. 3.* inferens ex hoc, peroptimè tradidisse *Posth. in decis. Rotæ de manutenendo 166. num. 51.* quòd confessio in Iudicio, vt
13 noceat, necesse sit, vt fiat in positionibus,
non in articulis, in quibus articulata fateri non
censentur, pro vt fatetur ponens; & quamuis cõ-
fessio in Iudicio facta parte absente nullum affe-
14 rat præiudicium, nocet tamen, si in positionibus
facta fuerit, vt aduertit *Ant. Gabriel cõmun. conclus. tit. de confess. conclus. 1. num. 3.* & nouissimè indicatum placitum comprobat *Dom. Motillus vbi supra, num. 42.* adducens inter alia *textum*, quem dicit esse expressum in *l. cùm pretium, D. de liber. caus. & in l. 2. C. de instit. & subst.*

15 Ad aliam modò huiusce loci determinationem nos deflectentes, vbi dicitur, legatarium legatum simplicitèr acceptando ad onus illi iniunctum teneri, dicimus, hancq; determinationem ab omnibus pro absoluta canonizari, vltrà enim per nostrum *Authorem hic num. 2.* adductos, pro absoluta, & indubitata amplectuntur idem noster *Author in tom. 4. discept. forens. cap. 758. num. 31. Dom. Consiliarius Staibanus Resolut. Iur. tom. 1. Resolut. 40. num. 52. & sequ. & tom. 2. Resolut. 157. num. 1.* nominatim laudans præsentem locũ, *Dom. Consiliar. Roccus Respons. 76. num. 15. tom. 2.* alijsque omissis latè tuetur *Dom. Consiliar. Hodierna Controu. forens. cap. 15. num. 38. & sequ.* extendens id, tametsi onus appositum lega-
16 ti commodo maius foret, illiusquè valorem ex-
cederet, pro vt etiam firmauit idem noster Au-
thor *in tom. 1. disceptat. forens. cap. 130. num. 2.* demùmque *Surdus de alimentis, tit. 9. quæst. 26. num. 101. Marta de successione legali, part. 4. quæst. 19. art. 2. num. 8.* & ità determinasse inquit *Dom. Præs. de Franchis* contra Sacrum Hospitalem Diuæ Mariæ Annunciatæ, vt ipsemet testatur in *decis. 362.* sicque pariter *Phanuch. de lucro dot. Gloss. 8. num. 72.*

17 Hinc dicitur, aleam hanc locum obtinere, ta-
metsi acceptans annexum onus ignoraret, quãdo
tamèn ignorantia culpabilis esset, quia nõ inuesti-
gauit, quæ inuestigare debebat, etenim vt *Ruinus* astruit in *consil. 79. nu. 10. & 11.* qui commodum vel lucrum acceptat, omnibus oneribus ab illo
18 descendentibus se obligare fingitur, sicq; ius sci-
uisse præsumitur, adeò quod probatio in contra-
rium non admittitur, secundùm *Gloss. in l. si duo D. de acquir. hæredit.* quo in loco *Paulus de Castro num. 3.* notabiliter aduertit, quòd quando
19 damnum à lucro originem habet, iuris ignoran-
tia minimè prodest in damnis euitandis, que-
madmodùm nõ prodest in lucris quærendis, sub-
dens hoc menti tenendum esse, quam doctrinam
sectando *Roland. de lucro dot. quæst. 14. num. 10.*
20 tradit, donatarium ad onus teneri, quamuis illud
annexum ignoraret: talis enim ignorantia culpa,
21 & supina existimatur, quæ nullo modo excusa-
bilis redditur, cùm dici non possit probabiliter
22 ignorare, qui non inuestigauit, quæ inuestigare
debebat, vt aliàs Ipse hoc in eodem opere eluci-
23 dauit ex eo, quòd scire, & scire debere, paria sunt:
etsi autem aliud statuatur legitimæ respectu, quã
24 circà testator aliquid filio legando, onus in ea ap-
ponere non poterit, vt vltrà petere nequiret, qua-
muis simplicitèr legatum à filio agnitum fuerit,
ad *textum in l. si quando, §. & generaliter, C. de*
25 *testament.* ex eo, quia ab ea ipso iure onus reiici-
tur iuxta Imperatoris *Iustiniani* Constitutionem
in *l. quoniam in prioribus, C. de in officios. testam.*
quod secùs erit de alio debito, pro vt inter vnum
alterumque casum distinguendo concludit alle-
gatus *Ruinus dict. consil. 79. num. 3. & sequ* quẽ
laudat, & insequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna dict. cap. 15. num. 44.* estque demùm
videndus circa prædicta *Dom Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib. 2. cap. 8 per totum*
circa verò alia isthac in decisione contenta vide
eumdem *Authorem* nostrum in *citato cap. 130.*
per totum, vbi omnia punctualiter tractantur, id-
circò calamum sistimus.

PROLOGOMEN.

Consuetudo quid sit? ex quo differat à lege? exa-
ratur breuitèr, & nùm tripartita detur con-
suetudinis distinctio, vt nempè alia sit scripta
alia præscripta, titulata verò & altera? pari-
ter quoque elucidatur.

RERVM SVMMA.

1 *Lex, vel statutum quando in vsu esse dicatur? remissiuè traditur.*
2 *Consuetudo altera lex est, differt à lege tamquam tacitum ab expresso.*
3 *Lex quomodo inducatur.*
4 *Consuetudo quomodo introducatur.*
5 *Consuetudo tripartitam distinctionem admittit, & quæ.*
6 *Consuetudines Neapolitanæ ius dicuntur.*
7 *Consuetudo vt validè reputetur præscripta, quale tempus exposcat? & num 8.*
9 *Ad consuetudinem inducendam opus minime est, vt quandoque saltèm fuerit iudicatum & iudicialiter cognitum, sed populi dumtaxat cõsensus satis est.*
10 *Actus vnicus ad consuetudinem non sufficit, sed plures, saltèm bini concurrere debent. Et inter vnum alterumque actum quæritur interstitium, vt num. 11.*
12 *Consuetudo per actus exiores introduci non potest.* Nec

Digitized by Google

Nec quoque ex̃ differmibus actibus vt num. 13.

14 *Consuetudo ex vnius actus differmitate euanescit.*

15 *Consuetudo titulata, siue iudicata vt introducta dicatur, quid requiratur.*

Quotuè iudicaturæ ad effectum prædictum exquiruntur? traditur num. 16.

Et an requiratur, vt in contradictorio iudicio emanate fuerint? traditur num. 17. & 18.

OBSERVATIO CXLVIII.

1 DE lege, statutouè, quando dicatur, vel nè esse in vsu, de quibus latè hic, longa serie scripsimus in *Obseruat. 14.* aliaque complura vtillima similitèr illic congessimus, quarè nè dicamus, eandem canere cantilenam, tacitè super ea re pertransimus, Lectoremque ad ibidem notata relegamus.

2 Ad Consuetudinem modò deflectentes, de qua paritèr sermo habetur hic, memoramus, alteram esse legem ex vnanimi scribentium voto, in alio enim ab ipsa lege non distat, quàm quod tacitum

3 ab expresso, lex quippè apertis, expressisque verbis inducitur, consuetudo autem tacito populi

4 consensu introducitur, *l. de quibus, D. de legibus, § sinè scripto, Element. Iur. de iur. natur.* sicque astruunt *Menochius de Arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 80. cùm tribus seqq. Marta de iurisdictione, centur. 1. part. 4. cas. 64. num. 3. Pater Molfesius ad Consuetud. Neapol. part. 2. tit. de personis, quæst. 4. num. 5.* quos, aliosque insequitur *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 1. num. 46.* meminitque *Seneca de benefic. lib. 5. cap. 21.* inquiens, *Multa legem non habent, nec actionem, ad quæ consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum.* & complura ad exornationem exponit *Annæus Robertus Rerum Iudicatarum lib. 2. cap. 1.*

5 Tripartitam autem distinctionem admittit, vt alia sit scripta, alia præscripta, alia verò titulata, siue iudicata; Prioris quippè speciei sunt omnes in scriptum redactæ consuetudines, cuiusmodi, &

6 hasce nostras Neapolitanas esse propterea non ambigitur, easque ideò ius esse, notat *Dom. Præs. de Franchis in decis. 563. num. 7.* insequiturque *Dom. Consiliar. Prouenz. al. ad Consuetud. Neapolit. obseruat. 10. nu. 11.* quos sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Petra vbi supra. sub num. 48. in fine,* & concinit *Dom. Caietanus Ageta in sua ad Iur. feud. Vision. Egloga, Rubr. 2. de iuribus feudalium compilatione, Vision. 4. fol. 10 lit. D.*

7 Præscripta verò, vt validè dicatur, siue præter, siue contra ius fuerit, Iure ciuili attento, decennali indiget interstitio, *Caual. commun. contrà commun. quæst. 357. num. 4 Nicol. Festasi de æstimo, part. 2. cap. 3. num. 25. Dom. D. Francisc. Verde in sua Pantonomodia. lib. 1. tit. de Consuetud. num. 193.* Iure verò Pontificio perspecto de-

8 cennij tempore introduci præter Ius, quadraginta autem si contrà Ius, scribunt *Suarez in Thesauro receptarum sententiarum, lit. C. num. 279. Monet. de distribut. quotid. part. 2. quæst. 12. n. 9. Villalobos commun. Opinion. vers. Consuetudo, num. 183. Nouar. de gratiani vallior. tom. 2. prælud. 8. num. 36.* quos aliosque conglomerans, insequitur laudatus *Dom. Consiliar. Petra d. l. antè num. 50.* tradens *num. 51.* ad illam introducen-

9 dam opus haùd esse, vt quandoque saltem iudicatum, & iudicialitèr cognitum fuerit, sed populi dumtaxàt consensum sat esse: vnicus verò actus ad huiusmodi introducendam consuetudinem nõ

10 sufficit, sed plures concurrere debent, saltèm bini, quemadmodùm animaduertunt *Tiber. Decian. Responsi. 124. num. 8. vol. 3.* alijque quos *Borrell.* coaceruat, & insectatur in *Summa decis. tit. 14. de Legibus, num. 20.* nec non laudatus *Dom. Consiliar. Petra ibidem num. 52. & 53.* vbi notat,

11 quòd inter vnum, alterumque actum temporis requiritur interstitium, ità vt si vno, eodemque momento, ac minimo temporis puncto plures reiterentur actus, illa introducta minimè dicatur, vt inter cæteros rectè quoq; obseruat *Auendan. de metu, lib. 2. cap. 36. num. 44.* adijcens *num. 48.* hos actus nullam admittere coactionem, sed

12 liberam exquirunt voluntatem, quemadmodùm latè paritèr noster *Author Discept. forens. tom. 2. cap. 210. num. 24. & sequ.* atque *Suarez de L L. lib. 7. cap. 12. num. 10.* nec non etiam & confor-

13 mitatem, vt ex longa allegatione *Dom. Reg. de Philipp.* annuit *in loco infra citando, nu. 21.* cùm

14 ex vnius actus difformitate illa euanescat, vt post alios laudatus *Dom. Reg de Philipp.* obseruat in sua *Dissertat. Fiscal. 4. num. 25.*

15 Titulata deniquè, siue iudicata consuetudo nullum exigit tempus, sed iudicatum dumtaxàt iteratis vicibus, vt astruit *Dom. Præs. de Franchis in decis. 238. nu. 3.* iterùmque *in decis. 722. nu. 11.* aliosq; recensens, sequitur *Monet. vbi supra, n. 11.* nec non *Dom. Consiliar. Petra d. l. num. 54.* Cardo beneuertùm vertitur in determinando, quot iudicaturæ exquiruntur ad effectum prædi-

16 ctum, propterea quod materiam pertractantes varijs loquuntur linguis, quatuor enim adminus exquiri, notat *Dom. Consiliar. Staiban. Resolut. Iur. tom. 1. Resolut. 98. à num. 144.* tres verò tradit noster *Author* sic per S. R. R. determinatũ referens *Discept. forens. tom. 3. cap. 441. num. 24.* sic quoque *Garzia de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 194. vers. Secunda,* quos sequitur *D. R. de Philipp. Dissertat. Fiscal. 4. num. 28.* duas autem ad minùs fundat *Pater Molfesius in comment. ad nostras Consuetud. Neapol. part. 1. cap. 5. nu. 41.* atque *Capiblanc. de Baronibus, tom. 2. cap. 49. num. 11.* nec non ex alijs Ipse etiam dixi in *Obseruat. 49. num. 34.* tametsi illæ in contradictorio indicio emanatæ haùd fuerint, vt contrà *Mascard.* contradictorium iudicium in iudicialibus ad cõ-

17 suetudinem inducendam requirentem firmant *Guttierez de tutel. part. 2. cap. 1. num. 32. & 33.* alijque, quos manuducit, & insectatur *Noguerol. Allegat. 6. num. 31. & 32.* paritèrque *Salgadus in labyrint. creditor. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 60.* & memorat denique laudatus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra vbi supra.* Verùm hoc circà *Mascard.* opinamentum verius videtur ex *Vlpiani l.*

18 *C.* Responso in *l. cùm de consuetudine 34 D. de L L.* ibi, *Cum de consuetudine Ciuitatis, vel Prouinciæ considere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradictorio aliquando iudicio consuetudo firmata sit.* quod ex *Gloss. Alex. & Curt. Iun.* nec latuit *Dom. Consiliar. Staiban. vbi supr. n. 148.* & post alios nec demùm *D. R. Capyc. Galeot. lib. 1. cõtrou. 17. n. 45. & n. 49.* & *D. R. de Philippo loc. cit. n. 29.*

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Venditorem propter euictionis periculum à sententia contrà emptorem lata appellare posse, pro incomperto edocetur: Verùm an procedat, quando sententia in rem iudicatam cùm emptore transiuit? quidnè si talis venditor minor fuerit? perbellè demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Venditor, propter euictionis periculum, emptorem defendere, litiq; assistere, & à sententia contrà emptorem lata appellare potest.*
2 *Venditor à sententia contrà emptorem lata appellare non potest, quando illa in rem iudicatam cùm emptore transiuit.*
3 *Venditor veniens ad iudicium pro emptoris defensione, admittitur in statu, in quo causa reperitur.*
4 *Tertius veniens ad iudicium pro suo interesse, quando prosequi teneatur causam in eo statu, in quo reperitur, & quando secus, & num. 5.*
6 *Venditor si minor fuerit, num per viam restitutionis in integrum admitti possit ad appellandum à sententia in rem iudicatam cum emptore transacta? & num. 7. & 8.*
9 *Tertius defensor, & principalis Reus pari iure discernendi sunt.*
10 *Minor defensor agere nequit ea, quæ Reus principalis etiam minor agere non potest.*

OBSERVATIO CXLIX.

VEnditorem propter euictionis periculum emptorem defendere posse, litiq; assistere, atq; à sententia contra emptorem lata appellare, haùd ambigitur, vltra enim quòd à nostræ Iurisprudentiæ maximùm Peritis in contentionem nequaquam reuocatur, cautum legimus in *textu in l. ab executore, §. alio, D. de appellat. & in l. si parentes, C. de euiction.* quibus in locis statutum est, venditorem propter damnum, quod sibi ex euictione imminet, appellare posse à sententia contra emptorem lata eo minimè appellante; Modò hic vtiliter controuersum fuit, nùm dispositio isthæc locum obtineat, quando sententia in rem iudicatam cùm emptore transiuit? & negatiuè concluditur, quemadmodum quoque *Card. Puteus* tradit *in decis. 384. num. 5. lib. 2.* & in specie inter alios sic demùm inquiunt *Carpan. ad Constit. Mediolan. cap. 131. num. 34. Cabal. de euict. §. 3. quæst. 12. num. 145.* nec non latissimè tuetur *Didac. Couarruu.* omninò videndus *PP. QQ. cap. 15. num. 4.* qua equidem de re rationem dat noster *Author his*, quia venditor pro emptoris defensione ad iudicium veniès, non potest Actoris defensionem deteriorem reddere, nec ex propria persona defensionibus vti, sed admittendus est in terminis, & statu, in quo causa reperitur, & ab illis excluditur, à quibus emptor repellitur, quam sanè rationem communitèr receptam esse, comperimus.

4 Quandoquidem laudatur vbique, & apùd omnes recepta est distinctio, tertium admittendum haùd esse, vt nouum causæ statum consequatur, si ipse ad alterius defensionem accesserit, qui iàm causam prosequutus fuerat, immò tenetur, etiam si eius defensio interierit, eo in statu causam prosequi, in quo erat oppositionis tempore; Si verò
5 ad iudicium hic tertius accesserit non ad aliud coadiuuandum, sed ad excludendum vtrunque à rebus, vel à iuribus, de quibus agitur, eo quidem casu admittitur hic ad causam agendam ab initio, ità quidem ac si ab alio cœpta minimè esset, omniaque cùm hoc repetenda sunt, nec hic tertius causam in eo statu adsumere tenetur, quo ea quidem erat inter ipsos duos, cui medius hic accedit, oppositionis tẽpore: ità peroptimè alijs omissis extricat memorandus ille omni Æuo vir, & Regiam Cancellariam Regens *Dom. Scipio Ronitus in decis. 1.* vbi adeò luculentèr, & eruditè rem digessit, vt ad ipsum sit recurrendum, vti ad fontem vberrimum, quare tacitè pertrãsire libet, cùm potiùs esset facibus Solis lumen adaugere, quàm quid noui in materia tradere.

6 At quid si talis venditor minor fuerit, nùm per viam restitutionis in integrum admitti possit ad appellandum? tangit equidem quæstionem hanc *Gloss. in l. si parentes 20. verb. Ex persona, C. de euictionibus*, & affirmatiuam aleam firmat, posse scilicèt huiusmodi venditorem ad appellandum admitti, sicque vt ipse possit post publicationem, causæque, & litis conclusionem producere testes, & ea, quæ Reus ipse principalis nec producere, nec agere posset: *Couarruu.* tamen *dicto num. 4.* propria in materia scribit, venditorem
7 minorem beneficio restitutionis in integrum ad appellandum admitti non posse ex eo, quia emptore appellante à prima, item à secunda sententia, nulla læsio ex appellationis omissione venditori contingit, ideòque restitutionis in integrum auxilium cessat.
8 Meum verò hac in re suis habere sensum Ipse arbitror, quòd vbi emptor tertia est condemnatus sententia, à qua cùm prouocare non liceat, nec vẽditor ipse appellare poterit, etenim hic defensor ex memorata distinctione, maius haùd habet priuilegium, quàm ipse Reus, quem defendere conatur, & quamuis ex proprio priuilegio hic defensor restituendus sit, ea nihilominùs postulanda est intrà illud tempus, intrà quod foret à principali Reo, si ipse minor esset; Pari nàmque
9 censura, iureq; discernendi sunt Reus principalis, & tertius defensor, ità quidem, vt si maiores sint lege maiorum, si minores lege minorum iudicẽtur, nec minor defensor ea agere possit, quæ Reus
10 principalis etiam minor agere minimè potuisset; Hæcq; adnotasse sufficiat, monitum tamen volumus Lectorem, difficultatem hanc diligentiori forsàn examine indigere, & verè resolutionem pendere ex traditis per nosmetipsos in *Observatione decima octaua*, & propriè ex *num. 50.*

PROLOGOMEN.

Notorij appellatione quid veniat? summo verborum compendio indicatur, & an iucludat illud, quod exactis iudicij constat? annuitur pariter. RE-

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Possessionem rei de qua agitur, num appellatione pendente altera partium ingredi possit? tra-ditur remissiuè.*
2 *Notorium quid dicatur, & num.3.& 4.*
5 *Notorium dicitur, quod ex actis iudicij constat.*
6 *Delictum notorium dicitur, quando est confes-sum in iudicio.*
Intelligitur post conclusionem in causa, vt nu.7.
8 *Notorij fides ante conclusionem in causa va-cillat.*
9 *Possessionis restitutio per probationes in actis fa-ctas non impeditur, nisi post concluſum in causa.*

OBSERVATIO CL.

1 MOrandum haùd quippè est hoc in lo-co, vbi examinatur, nùm appellatio-ne pendente altera partium ingredi possit, & rei possessionem, de qua agitur, acquirere? anuè attentata dicatur, ità vt re-uocari debeat? & an, & quando constare dicatur de non iure petentis? siquidem otiosum existima-mus, nè eandèm rem iterùm, atque iterùm repeta-mus, egimus enim in *Obseruatione* 70. demùmq; in *Obseruatione* 91. atque in *Obseruatione* 110. vbi plura non parùm conferentia quoq; adnota-uimus, idcircò inibi Lectorem remittere ducitur animus.

2 Illud tamen prætorire nolumus, quod tradit noster *Author hic, num.*7. nempè, notorium dici omne illud, quod aliqua excusatione celari non potest, sicq; paritèr edocent *Card. Tuschus Pract. conclus. tom.*5. *lit. N. conclus.*104. *num.*2. *Mench. Illustr. cap.*2. *num.*11. *& cap.*20. *nu.*23. *Menoch. de arbitr. cas.*166. *num.*4. ità vt nulla indigeat probatione, vt notant *Bellacomb. Commun. Opi-nion. tom.*1. *lib.*4. *tit.*9. *num.*265. *Farinac. in pra-xi crimin. part.*1. *quæst.*21. *à num.*80. quamuis al-4 legari debeat, vt per eumdem *Farinac. ibidem, num.*110. & obseruat *Menoch. indicato in loco.*

5 Hinc fit, notorij appellatione omne illud ve-nire, quod ex actis iudicij constat, secundùm *Ti-raquell. de retract. lignag.* §.36. *Glos.*2. *num.*44. *Mascard. de probationibus, conclus.*1101. *num.*13. *cum seqq. & Farinac. dict. quæst.*21. *num.*14. *& quæst.*9. *num.*20. Quamobrem notorium dici-6 tur delictum commissum, vel confessum in iudi-cio, vt refert idem *Farinac. d. l. num.*31. beneue-7 rùm id procedere post conclusionem in causa dumtaxàt haùd ambigimus, quia ante notorium non inducitur, quandoquidem acta, & proba-cùm ante conclusionem impugnari possint, va-8 cillat notorij fides, quasi potentia impugnandi il-lud commutabile faciat *Card. Puteus decis.*284. 9 *lib.*2. vbi de possessionis restitutione, quæ per probationes in actis factas nó impeditur, nisi post concluſum in causa.

PROLOGOMEN.

Recepta etsi regula sit, quòd temporalia ad a-gendum sunt perpetua ad excipiendum, eam tamèn in exceptione ortum habente ab a-ctione comprimi probatur, & eamdem limi-tationem in terminis *Reg. Pragmat.*4. *de dila-tionib.* locum paritet habere annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad ex-cipiendum.*
*Limitatur in exceptione ortum habente ab actione, vt num.*5.
Sic quoquè in terminis Regiæ Pragmat. 4. de dilationib. *vt num.*8.
2 *Exceptio ex pacto nudo datur, secus autem actio.*
3 *Ius, quod in iudicio proponere non potest agen-do, excipiendo tamen proponere potest.*
4 *Statutum prohibens agere post annum de nulli-tate, excipientem post annum non compra-hendit.*
6 *Exceptio ab actione oriens non, nisi quantum actio, durat.*
7 *Excipiendi ius expirat, quando Actor actio-nem intentauit, & Reus exceptionem non alle-gauit.*
9 Regia Pragmat. 4. de dilationibus, *locum habet, quando nullitas per viam exceptionis propo-nitur.*
*Sic demùm, quando nullitas est notoria, vt num.*10. *& 12.*
11 *Statutum nullitatis exceptionem excludens, notoriam nullitatem ex actis patentem exclu-dere non censetur.*
13 *Dispositum ab eo, quod præsuppositum est, regu-latur.*
14 *Dispositio, quòd de nullitate dici non possit, dif-fert à dispositione, quòd dici non possit de nul-litate, nisi intrà determinatum tempus.*

OBSERVATIO CLI.

1 TEmporalia ad agendum esse perpetua ad excipiēdum, omnium est consen-sus, & sanè admirationem haùd parit, 2 nàm etiam ex pacto nùdo datur excep-tio, secùs autem actio, vt punctualitèr docet *Vlpianus I. C. in l. iur. gentium* 7. §. *sed cum nul-la, D. de pactis*, ibi, *Igitur nuda pactio obligatio-nem non parit, sed parit exceptionem*. & notant *Aym. de indemnit. mulier. num.*20. *Gallupp. in praxi S. R. C. part.*3. *cap.*7. *sub num.* 20. Quamo-brèm, vbi quis ius suum in iudicio proponere 3 non potest agendo, rectè illud poterit excipien-do, cùm perpetuò excipere possit: idquè locum habere etiam stante statuto tradit *Achill. de Grassis in decis.*5. *sub titul. de Constitutionibus*, 4 vbi, quod statutum prohibens agere post annum de nullitate, non comprehendit excipientem post annum, vt etiam per *Alb. Bru. verb. Nullitas, col.*3. *de Constitut. & Decret.* post *Alexand. in cons.*82. *col.*3. *vol.*3.

5 Hinc controuersum in causa præsentis loci le-gimus, nùm regula ista hæc restringatur in exce-ptione ortum habente ab actione? & facta hinc indè discussione pro affirmatiua parte visum fuit veriùs, vt noster *Author* testatur *hic*; vndè & Nos discu-

Digitized by Google

discussionem illã introspicientes relatum votum
6 comprobamus, ex eo præsertim, quia equidem
receptum est, exceptionem ab actione ortum ha-
bentem non, nisi quantùm actio, durare, sicque
regulam illam limitationem recipere, vt scilicèt
procedat, dummodò actio ab Actore nunquàm
fuerit intentata, propterea quod si eam Actor in-
7 tentauit, & Reus exceptionem non allegauit, ex-
cipiendi ius expirat, quemadmodùm & ius agẽ-
di, *Gloss. penult. post princ. in cap. cùm accessione, de constitutionibus*, vbi tradit, hoc verum gene-
raliter esse, vbicumq; excipiendi negligentia im-
putari possit.

8 Quam demùm limitationem procedere com-
perimus in terminis *Pragm. 4. de dilationibus*, quæ dicitur *delli 28. capi, cap. 18.* vbi habetur à decretis interlocutorijs, alijsq; vim diffinitiui ha-
bentibus, de nullitate dici haud posse, nisi sex in-
frà dies à die intimationis, & notificationis de-
9 creti prædicti: illa enim locum obtinet, etiam si
hæc nullitas per viam exceptionis proponatur, vt
ex verborum contextura ipsius capitis apparet, et
tradit doctissimus illius enucleator *Dom. Regens*
10 *Rouitus ibidem, num. 12.* prout pariter si nullitas
notoria foret, & ex eisdem actis appareret, quid-
11 quid sentiant nonnulli dicentes, quòd si statutum
nullitatis exceptionem excludat, notoria nullita-
tas, & ex actis patens exclusa minimè censetur:
Siquidem illius Sanctionis dispositio nullitates
12 non excludit, immò vnum præsupponit, aliudq;
disponit, præsupponit nullitates opponi posse, &
disponit opponendas esse infrà sex dies, sicque
cùm in præsuppositio generaliter loquatur, de
quacunq; nullitatis specie loqui intelligitur, nàm
13 quod disponitur, ab eo, quod præsupponitur, re-
gulatur, *Gloss. in l. mancipium, verb. Aduocan-
dũ, C. de seru. fugit.* Id quod equidem elucidior
patebit, si animaduertas, quòd inter disponere,
14 quòd de nullitate dici non possit, & disponere
quòd dici non possit de nullitate, nisi intrà deter-
minatum tempus, potissimum datur discrimen,
siquidem priori in casu litium coarctatio consi-
deratur, quarè meritò procedit opinio contraria,
cùm diuersa sit ratio in nullitate notoria, de qua
ex actis constat, & ea quæ notoria non est, sed al-
tiorem requirit indaginem: at posteriori in casu
differentiæ ratio assignari non potest inter nulli-
tates notorias, & non notorias, idcircò idem ius
in vtrisq; statuendũ est, attento *Caij I.C.* Respon-
so in *l. illud quæsitum est 32. D. ad l. Aquil.* & perbellè *Roderic. de annuis redditibus, lib. 1. quæst. 16. num. 6. circà medium.*

PROLOGOMEN.

Impetialis Constitutionis dispositio in *l. quicumque, C. de apocis publicis, libr. 10.* ex qua habetur, solutiones tres præsumi facere probatum retro fuisse solutum, quando, quibusuè in casibus locum habeat, comprimaturque ostenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Dispositio* textus in l. quicumque, C. de apocis publicis, lib. 10. *in quo debito locum habeat.*
2 *Solutiones tres, vt possint præsumi facere proba-
tum retro fuisse solutum, continua esse debent.*
Immò & tres tantùm, vt num. 3.
4 *Expressa, & producta multoties nocent, quæ non
expressa haud nocerent.*
5 *Solemnitas extrinseca instrumẽti propter tem-
poris antiquitatem præsumitur, & num 7.*
*Limitatur, quando solemnitates in instrumen-
to enunciantur, ex qua enunciatione apparet,
quòd non omnes solemnitates obseruatæ fuere,
vt num. 6.*
8 *Coniectura cessant in claris.*
9 *Titulus præsumitur ex tempore, cuius initij me-
moria in contrarium non extat.*
*Comprimitur, cùm nullus, inualiduſq; titulus
expresse producitur, vt num. 10.*
11 *Dispositio* textus in l. quicumque, C. de apocis publicis, lib. 10. *non procedit, vbi vno contextu
vnica solutio pro tribus annis facta fuerit.*
*Restringitur, quando in solutione quietatio ap-
posita est de omnibus, quæ debentur pro toto
tempore præterito vsque ad illud tempus, quo
fit illa solutio, vt num. 14.*
12 *Præsumptio* textus in l. quicumque, C. de apocis publicis, lib. 10. *limitatur contra tertium ad
eius exclusionem.*
13 *Solutiones tres continuatæ per scripturas osten-
dendæ sunt, vt locum habeat* textus *dispositio*
in l. quicumque, C. de apocis publicis, lib. 10.
15 *Solutio vnica, in qua adest quietatio de omni-
bus, quæ debentur pro toto tempore præterito
vsque ad illud tempus, quo fit illa solutio, suf-
ficiens est, vt præsumatur probatum retro fuis-
se solutum, & num. 17.*
16 *Quietatio pro residuo impedit, nè plus peti possit,
quamuis plus debeatur.*

OBSERVATIO CLII.

LOci huius in iurgio nihil conclusum fuit,
cùm partes concordiam inierint, quem-
admodùm noster *Author* testatur hic,
tradit attamen ipsemet, verius visum
fuisse, quòd Imperialis Constitutio *in l. quicum-
que, C. de apocis publicis, lib. 10.* disponens per
tres apocas de recepto de tribus annatis cõtinua-
1 tis induci exactionis vetusti debiti probationem,
locum non obtinet in debito irregulari, & con-
tingente personæ grauamen concernente, sed so-
lùm in debito annuo regulari, vndè si quis per
plures annos centum singulis annis soluere pro-
mittat, cessat illius Imperialis Constitutionis dis-
positio, & concludenter probanda est solutio, vt
inter cæteros tradit etiam *Riccius ad Dom. Præs.
de Franchis decis. 137. in fine, & memor est de-
præsenti* Authoris nostri decisione *in Collect. 25.
lib. 1.*

2 Hacq; autem in specie, vt nempè recensitæ Cõ-
stitutionis dispositio procedat, incompertum es-
se non ambigitur, solutiones respicere debere
tres annos continuos, hãdq; sufficere, si debitor
per duos annos soluisset, & deindè vno anno in-
terposito soluisset pro quarto, etenim triennalis
solutio ab illa Constitutione requisita tunc mi-
nimè est, *Card. Tuschus practic. Conclus. lit. S.
concluſ. 346. num. 8. Menochius de præsumptio-
nibus, lib. 3. præsumpt. 139. Cencius de censibus,
quæst. 87. num. 29.* illaq; tres dumtaxàt esse opor-
tere

tere, eruditur, ità vt, si cùm illis tribus solutionibus
3 medij temporis etiam aliæ solutiones vlteriores temporis producerentur, ex quibus appareret, quòd non pro omnibus annis solutum sit, tunc cesset illius Constitutionis præsumptio, quia si in præteritum ad integrum solutum esset, ità verosimilitèr aliorum annorum solutiones inuentæ forent, quemadmodùm eorum, de quibus fides facta est: quarè cautela erit in facti contingentia, tres dumtaxàt continuatas solutiones medij temporis producere alijs tacitis, & retentis, dici enim
4 potest parti, producta, & expressa nocent, quæ non expressa haùd nocerent, ex *Modestino I. C. in l. expressa 156. D. de regulis iuris.* Vndè *Paulus de Castro* ad propositum scribit in *consil. 81. col. 3. in fine, lib. 2.* quòd tametsi propter tempo-
5 ris antiquitatem extrinseca instrumenti solemnitas præsumatur, istud tamen minimè procedit,
6 quando in instrumento solemnitates enunciãtur, quæ adhibitæ dicuntur, ex qua enunciatione apparet, quòd non omnes solemnitates obseruatæ fuere: sicquè magis nocet adhibitas solemnitates exprimere, quàm illas omninò tacere, quoniam
7 illæ, vbi tacentur, propter temporis antiquitatem præsumuntur, vbi autem exprimuntur, cessat
8 quippè præsumptio, quia in claris cessant coniecturæ, *l. illa, aùt ille, §. cùm in verbis, & l. non aliter, D. de legat. & fideicomm. secundo, l. continuus, §. cùm ità, D. de verbor. obligat. & l. 2. C. de LL.* quibus coeinit etiam, quod *Bellamera* notat in *consil. 10. col. 10. in princ.* vbi, quòd etsi ti-
9 tulus ex tempore, cuius initij memoria in contrarium non extat, præsumatur, hoc nihilominùs
10 minimè procedit, cùm nullus, inaliduſq; titulus expressè producitur.

Quamobrèm etiam eruditur, illius Constitutionis præsumptionem locum minimè obtinere,
11 eùm vno contextu vnica solutio pro tribus annis facta fuerit, tunc enim pro præterito tempore soluisse non præsumitur, nisi id probationibus illustretur, vt tradunt *Cynus, & Baldus in l. 2. C. de dot. promiss.* & latè ex alijs inquiunt *Gabriel de præsumptionibus, conclus. 11. Menoch. dict. præsumpt. 139.* quos & alios recensens, insectatur *Iacobus Cancerius Variar. Resolut. part. 1. tit. de locato, & conducto, num. 71.* subiungens *num. 73.* ex *Menoch. ibidem, num. final.* indicatam præ-
12 sumptionem iuuare, quoties idem semper est qui recipit, non enim operatur ad excludendum tertium, prout quoque tradit noster *Author hic, num. 5.* nec non videndus omninò in *tom. 4. discept. forens. cap. 716. num. 27. & seqq.* & inquiunt pariter *Dom. Præs. de Franchis decis. 137. num. 2.* vbi *Dom. de Luca in Obseruat. num. 3. Tomat. decis. Macer. 3.* Quin etiam sufficiens minimè
13 arbitratur, solutiones continuatas ex testium attestationibus probare, sed necesse est, per scripturas illas ostendere, cùm ad vnguem seruanda sit illius Constitutionis dispositio, *Dom. Regens Cõstantius in repetitione dictæ l. quicumque, num. 12. C. de apoc. public. lib. 10. De Luca ibidem, num. 4.*

14 Propterea ad hasce ambiguitates sedandas cõsueui Ego post maiores nostros in solutione quietationem apponere de omnibus, quæ debentur pro toto tempore præterito vsque ad illud tempus, quo fit illa solutio; illa enim sola hoc modo confecta sufficeret absque alia præsumptione
15 ex memorata Constitutione desumpta, quandóquidem etiam talis quietatio adeò præiudicat, vt
16 nihil amplius peti possit, tametsi plus ei deberetur, vt expressè docet *Scaeuola I. C. in l. si ex pluribus causis 89. in princ. D. de solution. & liberat.* comprobat illic *Gloss. in verb. Reliquum,* & sequuntur *Iason in consil. 100. num. 3. lib. 4. Author noster Disceptat. forens. tom. 1. cap. 3. num. 2. cùm sequ. Cost. de clausul. part. 1. clausul. 333. num. 1. Barbosa eodem tract. clausul. 108.* vbi, quòd si quis quietantiam isthac clausula suffultã osten-
17 dat, etsi de recepto non sit, nisi portionis debitæ, illius tamen virtute solutionis præsumptio inducitur, etiam aliarum portionum; Cætera verò videre, qui conspicit, consulat præsertim *Menoch. & Cancer.* in sedibus indicatis.

PROLOGOMEN.

Legatum quando sub conditione, seù modo relictum dicatur, & ad hæredem ante implementum legatario mortuo transmittatur? clarè indicatur, & nùm ad hæredes transmittatur legatum relictum sub cõditione, *Si Sacerdos efficeretur*, si legatarius ante tempus statutum ad Sacerdotalem dignitatem consequendam moriatur? tangitur perbellè.

RERVM SVMMA.

1 *Hypothesis recensetur.*
2 *Legatum conditionale per legatarium trãsmitti non potest, nisi eo viuente purificata fuerit conditio.*
3 *Legatum modale ad hæredes legatarij trãsmittitur, illo ante hæredem legantis moriente.*
4 *Dispositio de sui natura conditionalis minimè est.*
5 *Modus in dubio potiùs iudicatur, quàm conditio.*
6 *Conditio, haùdq; modus, transmissionem impedit.*
7 *Legatum relictum sub conditione,* Si Sacerdos efficeretur, *nùm ad legatarij hæredes trãsmittatur, si legatarius ante tempus statutum ad Sacerdotalem dignitatem consequendam moriatur?*
8 *Conditio potestatiua pro impleta habetur, si per honoratum non steterit.*
9 *Testator in conditione potestatiua quid respexisse dicatur.*

OBSERVATIO CLIII.

1 RArus obuius nunc fit locus, cuius hypothesis talis est, D. Ioseph de Gratianis Maceratensis, iure legati reliquit D. Manenti Costæ prædium ipsius testatoris, cùm conditione, pacto, ac prohibitione expressa, quòd viuente D. Clara ipsius testatoris matre, & hærede, legatarius non possit, neque ex quauis causa, seù quæsito colore valeat hæredem ipsam molestare, seù molestari facere in proprietate, neque in fructibus dictæ possessionis; dictus legatarius testatoris matre, & hærede rebus ab humanis non adhùc exempta decessit, legan-

Digitized by Google

legando dictum prædium Ecclesiæ S. Ioannis, seu Collegio RR. PP. Iesuitarum Ciuitatis Macerat. Qua de causa dubitabatur, an legatarius de dicto prædio legato validè disponere potuerit? ex eo, quia cùm dictum legatum conditionale esse videatur, nisi eo viuente purificata fuerit conditio, per legatarium transmitti non potuit, iuxtà *textum in l. vnic. §. sin autem aliquid. C. de caduc. tollend.*

2 Quam circà controuersiam conclusuram partem scilicèt, quòd legatarius de hoc prædio disponere potuerit, etiam si ante testatoris mortem prædecesserit, longè latèque sustinet noster *Author hic*, tradens ità determinasse, & comprobat ex professo in *tom. 1. discept. forens. cap. 136.* vbi in fine attestatur, dictam opinionem prætulisse in Sacra Rota Romana, etenim supra relata verba conditionem minimè inducunt, sed modum, cùm
3 dispositio de sui natura conditionalis non sit, *l. 2. §. final. D. de donationib. Bartol. in l. quibus diebus, §. Termilius, D. de condit. & demonstrat. & consil. 4. num. 1. & 2. lib. 1. Castr. consil. 5. num. 2. lib. 1.* ità vt in dubio modum potiùs quàm conditionem interpetrare debeamus, vt *Galganet. de condit. & demonstrat. part. 2. cap. 3. quæst. 15. & cap. 1. quæst. 19. num. 4.* quamplures alios refert, & sequitur *Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. forens. centur. 2. cap. 40. num. 22.* & Ipse memor fui in *Obseruat. 3. num. 8.* Vndè dicimus, legatum modale, tametsi peti nequeat, ad hæredes suos, vel alios transmitti, cùm conditio, baùd
4 modus, transmissionem impediat, vt inquiunt *Gabr. consil. 4. num. 11. lib. 2. Phanuc. de inuentar. part. 6. num. 86.* vbi de communi maximè vbi modus est talis, qui per hæredem impleri potest, vt *ibidem* per *Bartol. num. 13.*

5 Hinc non leuis emergit dubitatio, nùm idem affirmandum sit, si alicui legatum relictum fuerit sub conditione, si *Sacerdos efficeretur*, & legatarius ante tempus statutum ad Sacerdotalem dignitatem consequendam moriatur? conueniens equidem etsi sit, vt meum hac in re iudicium proferam, docti nihilominùs viri & perpendent, & iudicabunt! sum etenim Ipse in dubia hac quæstione satis dubius: illud tamèn præterire haùd valeo, totam (ni fallor) huiusce quæstionis resolutionem pendere in perpendèdo, nùm isthæc conditio sit, vel nè potestatiua? siquidem si potestatiua erit transmissioni locus, cùm sufficiat, si per honoratum non steterit, vt pro impleta habeatur, quemadmodum alijs omissis obseruant *Reg. Lanar. in consil. 20. num. 28. Surdus in decis. 182. num. 14. Castillus in decis. 74. num. 30.* quos insectatur *Dom. Consiliar. Roccus in suo Respons. 26. num. 11. tom. 2.* iunctis, quos manuducit *Tiraquell. de retract. consangu. §. 15. Gloss. 2. num. 7.* & fuit Antesignanus *Bartol. in l. 1. in secunda oppositione, de institut. & opposit.* vbi tradit quod in conditione potestatiua testator honorati factũ
6 dumtaxàt respexit, quòd nempè per eum non stet, quarè conditio merè potestatiua nullo modo dispositionem vitiat, nisi quando per ipsius honorati factum steterit, nàm si per eum non steterit pro impleta habetur; At si secùs erit, id locũ haùd obtinebit.

PROLOGOMEN.

Iudicium etsi in his, quæ grauis sunt præiudicij à Procuratore incipere non possit, principali tamèn absente secus esse notatur.

RERVM SVMMA.

1 *Iudicium in causa graui à Procuratore incipere nequit.*
Limitatur principali absente, vt num. 3.
2 *Statutum mandans, citationem fieri denominato debitore, Procuratorem non comprehendit.*
4 *Citatio prior Procuratori in subsidium fieri potest.*
5 *Partis appellatione tàm principalis, quàm Procurator venit.*

OBSERVATIO CLIV.

1 PRæsentis decisionis controuersia talis est. An iudicium in his, quæ sunt grauis præiudicij incipere possit à Procuratore? & decisa fuit negatiuè, vt noster *Author* testatur *hic*, cuius decisionis iustitia elucidior patet equidem ex traditis per eumdemmet nostrum *Authorem*, qui sententiam hanc ex professo comprobat in *tom. 1. discept. forens. cap. 145.* & sectãtur demùm *Loffred. consil. 20. num. 3. Gallupp. in praxi S. R. C. part. 2. cap. 2. nu. 26. in fine*, ac pro absoluto tradunt *Crauett. consil. 182. num. 11. vers. Quinimmò etiam*, *Menochius de Recuperanda possessione, Remed. 8. num. 74.* & communi ICtorum voto receptum esse inquiunt *Tiraquell. de retract. lignag. tit. 1. §. 9. Gloss. 3. & vltim. num. 8. Claud. ad Bertaz. consil. criminal. 400. vers. Secùs autem*, vbi quoque annuit, id eo
2 fortiùs procedere, si statutum citationem fieri denominato debitore mandaret, nàm tunc certo certiùs Procurator comprehendi non potest, quemadmodùm nec comprehenditur hæres, qui in instrumento nominatus non fuit, quando verba in persona concipiuntur.

3 Limitationem autem aufugere nó videtur præsens determinatio principali absente, sicq; quòd
4 prior citatio, intimatio, protestatio, seù nunciatio Procuratori fieri possit in subsidium, nàm ità decidit *Vlpianus* I. C. *in l. aut qui aliter §. in verb. ad domum, D. quod vi, aut clam*, nec non similiter *Paulus* I. C. *in l. si dictum fuerit §. 6. §. si compromiserò, in verb. si præsente promissore, D. de euiction.* & tèr *Gloss. in verb. Procuratori*, vbi pariter firmare videtur *summus Pontifex in cap. 1. qui matrim. accus. poss.* vndè *Mandos. his iuribus* fretus in *Regul. 34. quæst. 69. num. 5. & sequ.* dicit, tolli omnia fundamenta contraria, dùm vo-
5 lunt, citationem à Procuratore incipere posse, quasi partis appellatione, tàm principalis, quàm Procurator veniat, cùm iura prædicta in subsidiũ loquantur, principali scilicèt absente.

PRO-

PROLOGOMEN.

Beneficium cùm onere celebrandi Missam personalem residentiâ minimè requiri nonnullis deciditur in casibus, quibus plenè expositis longiori calamo quæstio illa resoluitur, Nùm Canonicatus in Ecclesia Collegiata, & Beneficium cùm onere celebrandi Missam absq; dispensatione simul obtinere possint? & an cùm viris literatis circà beneficiorum pluralitatem dispensandum sit? eadem methodo dirigente ostenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Beneficia, quæ curam animarum habent, residentiam requirunt.*
2 *Beneficium cùm onere celebrandi Missam personalem residentiam non requirit.*
Limitatur vt num. 3.
4 *Episcopus compellere non potest Capellaniam obtinentem, vt ipsemet celebret, quamuis in eius fundatione disponatur, quòd Capellani celebrent.*
Restringitur vt num. 6.
5 *Missarum oneri per substitutum satisfieri potest.*
7 *Capellanus per alium celebrare potest, nisi expressè dictum fuerit, quòd per se ipsum celebrare teneatur.*
8 *Capellanus in dubio Sacerdos esse non tenetur, nisi expressè id appareat.*
Ampliatur vt num. 9. & 10.
11 *Capellania fundata cùm testatoris dispositione, quòd quotiescumque vocari contingeret, prouideretur Capellanus, qui celebret, vel tot Missas dicat qualibet hebdomada, sat est præstare Capellanum, quòd seruiat, atque Missas per substitutum dicat.*
12 *Capellania residentialis non efficitur propter onus, vt Beneficiatus ipsius Capellæ omni die, vel saltèm quinquies in hebdomada celebrare teneatur, etsi negligens fuerit, ipse Beneficiatus duorum solidorum pœnam incurrat.*
13 *Missa est sacrificium, quod per alium Deo offerri potest.*
14 *Sacerdotium in habitu sufficit, quando fundationis verba fundationis prosecutionem respiciunt.*
15 *Capellanus, quibus in casibus per se ipsum, & personaliter Missas celebrare tenetur.*
16 *Canonicatus in Ecclesia Collegiata, & Beneficium cùm onere celebrandi Missam, num. absque dispensatione simul obtineri possint.*
Traditur num. 24.
17 *Beneficia plura obtineri nequeunt, & num. 20.*
18 *Ecclesiæ plures vni Præsbytero committendæ haud sunt.*
19 *Singuli singula rectè conficere valent.*
21 *Mores, qui tandiù in prouinciis vitiorum incubuerunt, difficulter reformantur.*
22 *Vota bona inter mala etiam tempora seruari debent.*
23 *Consilia fortissima in rebus asperis tutissima sunt.*
25 *Facultas dispensandi, vt sublimes, & literata persona, retentis minoribus, maioribus valeant Beneficijs honorari, summo Pontifici reseruata est.*
26 *Verbum* sublimes *nobiles tantùm comprehendit.*
27 *Nobilitas vera dicitur, quæ moribus, & virtutibus acquiritur.*
28 *Beneficiorum pluralitas literatis viris dispensanda est.*
Multoties tamèn obumbratur, vt num. 30.
29 *Scientia sine Doctoratus Laurea ad dispensandum circà Beneficiorum pluralitatem non inducit.*

OBSERVATIO CLV.

1 IN Beneficijs, quæ curam animarum habent velùt Episcopatus, & Rectoriæ, tàm Iure Diuino, quàm ex Pontificijs Constitutionibus residentiam requiri comperimus, nihil enim potiore studio dignum videtur, quàm vt Prælati, qui animarum curam habent, resideant, & solicitam gregis sui curam gerant; Simplici igitùr in beneficio animarum curam non haben-
2 te, tametsi onus habeat celebrandi Missam, personalem residentiam minimè requiri dicendum euenit, pro vt optimo voto dictum fuit in controuersia præsentis loci, quemadmodum attestatur noster *Author hic*, quod firmant *Praxis Episcopalis part. 1. verb. Beneficia, §. 8. fol. 51. Azor. Instit. Moral. cap. 8. quæst. 5. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 5. num. 89. Augustin. Barbosa de officio, & potestate Episcopi, Allegat. 24. num. 44. Aloys. Riccius in praxi fori Eccles. Resolut. 337.* idem noster *Author in tom. 1. disceptat. forens. cap. 133. num. 1.* cùm sufficiat, quòd per alium hoc fieri possit, quasi vtroque modo & menti, & testatoris animæ satisfiat, quidquid fo-
3 ret, si capellania onus celebrandi certas Missas, & coadiuuandi in cura animarum in Ecclesia haberet, etenim tunc residentiam requirere dicitur, vt è Sacra Congregatione decisum referunt *Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficia, §. 1. vers. 3. Cruell. decis. Dolan. 89. num. 10. tom. 1.*
4 Hinc dictum dignoscimus illud nempè, Episcopum Capellaniam obtinentem compellere non valere, vt ipsemet celebret, etsi in eius fundatione disponatur, quòd Capellani celebrent, nàm
5 istis Missarum oneribus per substitutos rectè satisfit, pro vt Sacram Congregationem respondisse attestantur *Bonacina de Sacrament. disput. 4. quæst. vltim. punct. 7. §. 1. num. 1. Gonzalez dict. Glos. 5. num. 84. Zerol. d. part. 1. verb. Beneficium §. 7. coneluf. 4. post cons. 8. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, Præcept. 1. lib. 3. cap. 9. Piasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. art. 5. num. 4.* cæterique quos recenset, & sectatur *Augustin. Barbosa vbi supra, num. 29.* nec non laboriosissimus, & doctissimus *Pater Diana part. 2. Resolut. Moral. tract. de celebrat. Missar. Resolut. 18.* vbi
6 notat, quòd tunc realiter Capellanus ad Præsbyteratum cogi posset, quando in fundatione exprimeretur, quòd actu Sacerdos esse debeat, &
7 per se ipsum seruire: quoties enim expressè dictũ non fuerit, quòd Capellanus per se ipsum celebrare teneatur, vtique per alium celebrare potest, vt noster *Author hic, num. 4. & Gonzalez dicta*

Gloss.

Digitized by Google

Gloss. 5. num. 75. nec Sacerdos esse tenetur, etenim
8 in dubio, nisi expresse id appareat, præsumitur, vt post non-
à fundatione minimè præsumitur, vt post non-
nullos resoluit *Alphonsus de Leone in suo tract.*
de Officio Capellani, part. 1. quæst. 4 prax. 6. num.
208. & 210. vbi, quòd ex eo, quòd in prima fun-
9 datione vocauerit ad Capellaniam Titium Sacer-
dotem tunc temporis, non sequitur, quòd omnes
alios ad eam præsentandos Sacerdotes esse debe-
reuolucrit, sed potiùs id præsumi debet factum,
ex quo de facto Titius Sacerdos erat: & *nu. 212.*
cùm *Squillante de priuileg. Cleric. cap. 4. num.*
27. arbitratur, Capellaniam Sacerdotalem ordinè
10 adiunctum non habere, quotiescumq; fundator
dixit, quòd præsentetur, vel instituatur Capella-
nus, qui & Missas celebret, quia tunc sufficit, vt
præsentatus sit prima Tonsura initiatus, & ætatis
14. annorum, siquidem illa verba ad onus potiùs,
quàm qualitatem significandam posita censeri
debent.

11 Quamobrem consequimur ex his, vt stante
fundatione Capellaniæ cùm testatoris dispositio-
ne, quòd quotiescumq; vacari contingeret, proui-
deretur Capellanus, qui celebret, vel tot Missas
dicat qualibet hebdomada, necessarium minimè
sit Præsbyterum præstare, sed sufficit, quòd ser-
uiat, atque Missas per substitutum dicat, prout
Sacram Congregationem respondisse attestatur
memoratus *Gonzalez in citata Gloss. 5. num. 72.*
80. & 83. Demùmque, vt si Capellania institua
12 fuerit à testatore cùm his verbis, Vt Beneficiatus
ipsius Capellæ omni die, seù saltem quinquies in
hebdomada celebrare teneatur, & si negligens
fuerit, ipse Beneficiatus duorum solidorum pœ-
nam incurrat, personalem residentiam requirere
non censeatur, nec exigere, vt personaliter Mis-
sam celebret, eadem *Sac. Congreg.* teste *Garz. in*
addit. ad sunum tract. de Benefic. part. 7. cap. 1.
num. 87. illis enim ex verbis Capellanus per se
ipsum Missas celebrare nō adstringitur, sed obli-
gatio tantùm, & onus, quod fundator Capella-
niam obtinenti imponit, denotatur: quoniam ve-
rosimile minimè est, quòd testator se ad Missam
vaius potiùs, quàm alterius arctare voluerit,
13 cùm Missa sit sacrificium, quod per alium Deo
offerri potest, ex qua verosimilitudine disponen-
tis mens interpretanda est, cùm vtroq; modo te-
statoris animæ satisfiat: præsertim, quia quando
fundationis verba fundationis actum non respi-
14 ciunt, sed illius prosequutionem, tunc sufficit sa-
cerdotium in habitu, *Vitalm. in Clement. 2. §. il-*
la verò, num. 16 quæst. 1. de ætate, & qualitate,
prout regulare est huiusmodi in Beneficijs suffi-
cere habilitatem ad Sacerdotium, *cap si pro Cle-*
ricis, vbi *Franch. de prabend. in 6.* quod ue suffi-
ciat, quòd sit habitu Presbyter præcæteris astruit
Episcop. Riccius in praxi fori Eccles. Resol. 339.
& nonnullas Rotæ Romanæ decisiones recenset
citatus *Augustinus Barbosa in dicta Allegat. 24.*
num. 39. & comprobat explosis contradicētibus,
num. 42. quem Lector consulat, nonnullis etenim
15 in numeris casus extricat, in quibus attentis fun-
dationis verbis constat, fundatorem velle, vt Ca-
pellanus per se ipsum, & personaliter Missas ce-
lebret, & nonnunquam velle etiam, quòd Capel-
lania sit Sacerdotalis Sacerdotis ordinem requi-
rens; Hęcq; de principali quæstione dixisse suffi-
ciat, superest vt de altera hoc pariter in loco dis-
putata dicamus, estque equidem.

16 Nùm Canonicatus in Ecclesia Collegiata, &
Beneficium cùm onere celebrandi Missam absq;
dispensatione simul obtineri possint? Profectò di-
17 cia obtineri haùd posse, sed vnum tantùm
singulis conferendum, vel ad summum duo,
quando primum ad honestam sustentationem
non sufficit, inquiunt communi voto ferè infini-
ti, quos *Augustinus Barbosa* manuducit in alle-
gat. *tract. de Officio, & potestate Episcopi, Alle-*
gat. 62. num. 1. & ità verior in Iure Canonico pro-
batur ex *can. vnic. §. penult. 10. quæst. 3.* & ex *can.*
21 *quæst. 1. cùm sequ.* cùm inibi habeatur, nè plu-
18 res Ecclesiæ vni Præsbytero committantur, quia
iure naturali prohibetur, nè quis plura Beneficia
simùl obtineat, quæ Iure Diuino assiduam Bene-
ficiarij præsentiam requirunt, etenim singuli sin-
19 gula recte conficere valent, aiente *Aristot. lib. 2.*
& 4. Polit. cuius memor Ipse fui in priori meo
Menexeno de Reipublica regimine. §. 13. sub nu.
73. plurima verò minimè, etsi facere quis cone-
tur, in singulis deficiet: quis nàmque vel expertis-
simus nauium gubernator ad duplicem vnquàm
sedeat clauum, cùm inter varios vndarum motus
vix eadem seruetur mens, quæ firmum singulis
nauibus, ac diuersum clauis regimen præbeat in-
ter naufragium: quare *Thom. Cantiqu. lib. 1. A-*
pum, cap. 19. fol. 6. 7. & 10 non paucos plura Be-
neficia possidentes infelicissima morte extinctos,
20 & idcircò damnatos esse commemorantes alle-
gat; Magna quidem est ætatis huius corruptela,
ac difficultèr rescinduntur abusus, aùt reformen-
tur mores, quitandiù in procliuia vitiorum incu-
21 buerunt, tametsi verè dici possit cùm *Sidonio*
Apollinari lib. 3. Epist. 4. ad Fœlicem. Non mi-
nus vitiorum, quàm hostium captiuus est, qui non
22 *etiam inter mala tempora bona vota seruauerit,*
ac etiam cùm *Martio* apud *Liuium lib. 5. Scio*
audax videri consilium, sed in rebus asperis for-
23 *tissima quæque consilia tutissima sunt.* Etenim si-
cut cadentibus alijs stare fortiter, fit mi est homi-
nis, robusti, animosi, sic etiam in fracto sæculo, &
nutante christiana disciplina, depraua tis moribus
Prælatorum mederi, Ecclesiæ abusus emendare,
priscam Beneficiorum politiam erigere, & reuo-
care, hoc tamen Summi alicuius Pontificis egre-
gium fuerit opus, qui laudem omni pretio potio-
rem assequi cupiat, & gloriosam de sæculi cor-
ruptela victoriam quouis triumpho dignissimam
reportare velit: *Tradite signa viris, ignaui signa*
Quirites. Lucanus lib. 5. Sed hæc obiter.

24 Nàm certum itidem est, Capellaniam, cui ad-
iunctum est onus deseruiendi in Choro, cùm Ca-
nonicatu obtineri haùd posse: non autem si sim-
plicitèr onus celebrandi Missam haberet, nisi sub
eodem esset tecto, quia tunc Apostolica dispen-
satio necessaria erit, vt tradunt *Nauarr. consil. 25.*
de prabend. Sayr. in floribus decis. sub eodem ti-
tul. decis. 25. Garzia de Beneficijs part. 11. cap.
5. num. 243. in tertia declarat. Armendar. in ad-
dit. ad recop. LL. Nauarr. lib. 4 tit. 7. de plurita-
25 *te Benefic. num. 23.* & Summo Pontifici reserua-
ta est dispensandi facultas, vt sublimes, & li eratæ
personæ, recentis minoribus, maioribus valeant
Beneficijs honorari, vt in *cap. de multa, de pra-*
bend. quod *Ioannes XXII.* exp e sit de Cardina-
libus, & Regum filijs, vt in Extrauag. Execra-
bilis,

26 *bilis, de prabend.* nàm per verbum illud *Sublimes*, nobiles interpetrantur, vt *Tiraquell.* indicat in suo *tract. de Nobilit. cap. 20. num. 13.* Sed an
27 hæc nobilitas, de qua ibi agitur, sit illa quæ moribus, & virtutibus acquiritur, an potiùs illa, quæ à sanguine ortum habet? tradunt *Gambar. de officio, & potestate Legati à Latere, lib. 7. ex nu. 259. Torreblanca de Magia, lib. 3. de crimin. punit. cap. 12. ex num. 16.* & concinit, quod tetigi in priori meo *Menexeno de Reipublica regimine, §. 16. sub num. 106.*

28 Quodùe denique cum literatis viris circà beneficiorum pluralitatem sit quoque dispensandum ex eodem *cap. de multa*, colligunt *Gõzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 4. num. 26. Gambar. vbi supra, lib. 5. tit. An Legatus possit plura Beneficia vni conferre, num. 137. Rebuff. in praxi Benefic. tit. de dispensat. ad plura Benefic. à num. 43. & de priuileg. Scholast. priuileg. 39. Riccius in praxi fori Ecclesiast. resolut. 446. num. 1. Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de disciplina Clericali, §. 4. num. 13. Bennius de priuileg. Iuris conf. 2. priuil. 32.* qui *num. 2.* annuit, scientiam si-
29 ne Doctoratus laurea ad dispensandum non inducere, quia hodie moribus receptum est, cùm literatis non dispensari, nisi habeant gradum Doctoratus, Licentiaturæ, siue Baccalaureatus in Theologia, vel Iure Canonico, vt concludunt *Rebuff. Gambar. & Ricc.* in sedibus indicatis; Sed salua eorum pace, vt Curiales haùd loquuntur,
30 dùm credunt, cùm literatis viris circà Beneficiorum pluralitatem dispensandum fore, si omnes ferè, qui literis incumbunt, quasi à Curialium consortio segregati, nec vnum quidem Beneficium, vtpotè literato conferendum, obtinere valent: cùm vt plurimum indignus indebitè commendetur, & ideò ignorantèr digniori postponatur: quare optimè *Æneas Syluius* posteà *Pius II. in opusculo de moribus Germanorum, pagin. 1045.* ità loquitur, *Fatemur in Romana Curia, quam regum homines, non omnia esse nitida, & plurima fieri digna correctione, nec ambigimus ipsos prima Vrbis Antistites, cùm Christi Dei nostri Vicariatum assumunt, homines remanere, ac propterea à falli, errare, labi, & decipi posse. Sedent pij Patres in Thalamo suo, veniũt ad eos nunc Cardinales, nunc Episcopi, nunc sortis alterius homines, & modò hunc, modò illum laudibus cumulant, dignumque graui regimini adscribunt, adstruunt, redit Apostolica pietas, hisq; Beneficia mandat, quos commendatos accipit: atque ità fit, vt aliquando virtus pecunia cedat; non quia Pontifex probitati præferat aurum, sed quoniam internuntij, siuè, vt aiunt, mediatores argento, aut amicitia victi indignum digno præponunt.*

PROLOGOMEN.

Literæ vt probent contra scribentem, quando sumus inter eum, & alterum, cui scribitur, ex receptiori, verioriq; traditur sententia: illaq; absoluta loco dein demonstratur calamo, quando alteruter Procurator voluntarius scilicèt, & necessarius obligetur.

RERVM SVMMA.

1 *Literæ probant contra scribentem.*
Intelligitur, quando sumus inter scribentem, & eum cui scribitur, vt num. 2.
3 *Procurator tàm voluntarius, quàm necessarius non obligatur, vbi Domini persona fuit in contemplatione.*
Limitatur quando aliquid sit ipsius etiam Procuratoris contemplatione, vt num. 4.
Sic demùm, quando Procurator mandati fines excessit, vt num. 10.
Pariterq; cum ipsi facta fuit remissa exigendi aliquas pecunias, & non exegit, nec protestatus fuit, vt num. 15.
Denique comprimitur, circà rationis redditionem, & actionum cessionem ad mandantis beneficium, vt num. 18.
5 *Procurator finito officio quando obligatus censetur.*
6 *Procurator nomine proprio obligatus intelligitur, quando mandatum non habet.*
7 *Promittens de alterius mandato promissas quantitates de propriis pecunijs soluere tenetur.*
8 *Promissio simplicitèr facta, de propriis pecunijs facta intelligitur.*
9 *Interpetratio contra eum fit, qui legem apertiùs dicere potuit.*
11 *Procurator Dominum vltra mandatum obligare non potest.*
12 *Mandatum vltra expressa extendi nequit.*
13 *Procurator terminum ad solutionem recipiendam prorogare non valet.*
Nec minimè exacta remittere, vt num. 14.
16 *Mandatum suscipiens, si illud exequutiuum non fuerit, quemadmodum promiserat, ad interesse tenetur, & num. 17.*

OBSERVATIO CLVI.

IN iurgio, de quo in causa præsentis loci, declarasse testatur noster *Author*, probatam fuisse intentionẽ D. Flaminij ex literis productis contrà D. Antonium, & competere
1 actionem petitam, cùm literæ probent contra scribentem, & illum obligent ex *textu in l. Publia Mania 26. in fine, D. depositi, & in §. si quis igitur*, vbi *Gloss. in verb. facimus, Authent. de instrument. caut. & fid.* quæ quidem sententia, vt potè expressis legum suffulta dispositionibus, apùd Iuris prudentiæ maximùm Peritos verior existimatur, quando sumus inter scribentem,
2 & eum cui scribitur, vt aliorum fultus auctoritatibus elucidat idemmet noster *Author hic num. 2.* sic quoque in *tom. 3. disceptat. forens. cap. 417. num. 28.* atque ità etiam ex alijs extricant *Dom. Regens Rouitus consil. 71. num. 3. tom. 2. Rebuff. de Chirograph. num. 25.* & sententiam hanc plenè probant *Canonistæ* communitèr in expositione *cap. 2. de fide instrumentorum*, & *ICti* omnes in repetitione *l. admonendi, de iure iurand.* vbi in specie *Bart. & Ioachimus Beust. num. 1053. Iulius Pacius in l. non epistolis, num. 27. C. de probation. Gilken. in l. instrumenta, num. 54. C. de probationib. Ioan. Francisc. Schenardus consil.*

11.

Digitized by Google

11. num. 3. Gratus consil. 9. num. 19. consil. 30. nu-
3. consil. 83. num. 16. vol. 1. & consil. 42. num. 28.
vol. 2. Farinac. consil. 24. num. 21. Curtius iunior
consil. 132. num. 6. Socinus consil. 64. col. 3. vers.
circa Secundum, vol. 3. Tiberius Decianus Res-
pons. 48. num. 10. tom. 3. Rota Genuens. decis. 18.
num. 8. decis. 51. num. 1. decis. 76. num. 1. decis. 80.
num. 1. decis. 81. num. 3. decis. 136. num. 1. decis.
180. num. 1. & decis. 191. num. 3. Cornazza de-
cis. Lucens. 94. num. 11. Rutgerus Rulant. de
Commissionibus lib. 5. cap. 14. num. 1. Petrus Au-
gust. Morla in Emporio, part. 1. tit. de rebus cre-
ditis, quæst. 17. num. 15. Brun. à Sole in compend.
Proposit. Iur. verb. Epistola probat, & alij etiam
quos citat idem Farinac. in part. 1. fragment. cri-
min. num. 528. Mascardus de probationibus, con-
clus. 626. in princ. Menochius de arbitr. cas. 94.
Genua de scriptura priuata, lib. 3. tit. 1. de episto-
la, num. 59. Gaitus de credito, cap. 2. tit. 6. num.
117. qui duo posteriores præsertim lato calamo
compluribus adhibitis declarationibus sententiã
hanc elucidant, ad quos Lectorem remittere fas
est profectò.

3 Etenim conuolare libet ad extollendam illam
Authoris nostri ratiocinationem, de qua hic nu.
8. vbi quòd quamuis Procurator tàm voluntarius,
quàm necessarius non obligetur, vbi Domini
persona fuit in contemplatione, procedit attamèn
quando tantummodò Domini contemplatione
4 aliquid fit, secùs verò quando illud etiam ipsius
Procuratoris contemplatione tractatum fuisse ap-
paret, tunc enim ipsum etiam teneri ambigere ne-
quit, cùm fidem suam adstrinxisse videatur, vnde
Eminentissimus Card. Mantica de tacitis, &
ambiguis conuentionibus, lib. 8. tit. 11. num. 4. di-
5 cit, Procuratorem finito etiam officio obligatum
intelligi, & plures enumerando casus, in quibus
Procurator ipse, tametsi functus sit officio suo,
6 obligatus intelligitur, notat specificè illum, cùm
procurator mandatum non habet, quod Nos in-
compertum esse affirmare nó ambigimus, etenim
quãdo contrahens dixit, se mandatũ, potestatemq;
à titio datam habere, & postea mandato, potesta-
teque carere inuenitur, dubio procùl de suo te-
netur, vt punctualiter inquiunt etiam Card. Tu.
schus Practic. Conclus. verb. Institor, conclus. 224.
num. 15. 20. & 22. Socinus consil. 154. num. 6. &
7. Hermosilla ad l. 7. tit. 1. part. 5. Gloss. 4. num. 8.
tom. 1. fol. 61. Salgadus in labyrinth. creditor.
part. 3. cap. 8. num. 16. Caldas Pereiræ de emp-
tione, & uenditione, cap. 15. num. 57. vers. Septi-
ma conclusio, Ioann. Guttierez de tutelis, part. 2.
cap. 13 nu. 18. Mangilius de euictionibus, quæst.
186. num. 4. & inter cæteros tradit pariter Dom.
Consiliar. Roccus in suo opusculo de mandato,
seù complemento, Notab. 70. num. 151. & sequ.
7 quemadmodùm quoque promittens de alterius
mandato, qui promissas quantitates de proprijs
pecunijs soluere tenetur: promissio enim simpli-
8 citer facta de proprijs pecunijs facta intelligitur,
cùm proprio nomine, haùd mandantis, quis pro-
misisse videatur, iuxtà Responsa Vlpiani in l. 1. &
Florentini in l. 2. D. de solut. & liberat. & in du-
9 bio interpretatio semper contra eum facienda sit,
qui legẽ apertiùs dicere potuit, vt expressè docet
Papinianus in l. Veteribus placet 39. D. de pactis.
10 Simili igitur ratione extendimus id, vt locum
habeat, etiam, cùm Procurator mandati fines ex-
cessit, sicque vt in excessu de proprio soluere te-
neatur, & in eo obligatus ipse intelligatur, quo-
11 niam in excessu Dominum obligare non potest,
vt probant Matienz. in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopilat.
Glos. 8. num. 14. 15. & 17. Pinellus in l. 2. part. 2.
cap. 1. num. 18. C. de rescindenda vendit. Hermo-
silla in l. 48. Gloss. 5. num. 6. tit. 5. part. 5. tom. 2.
fol. 217. qui sequitur Salgadus in citato cap. 8.
num. 15. & post plurimorum DD. colligationem
conducunt, quæ notat Flores Diaz de Mena in
addit. ad Gammam, decis. 190. præsertim quia
12 mandatum vltra expressa extendi non potest, &
in eo non procedit argumentum à maioritate
rationis, sed benè à contrario sensu, vt procurator
mandati fines non egrediatur: vndè fit, vt termi-
13 num ad solutionem recipiendam prorogare non
possit, Dom. Consiliar. Roccus vbi supra, notab.
47. num. 95. nec minimè exacta remittere, nili ge-
14 nerale habeat mandatum cùm libera, Card. Tu-
schus Practic. conclus. lit. P. conclus. 847. Escо-
bar. de ratiocin. cap. 23. num. 36. quod tamen
pro nunc non firmo, per ea, quæ scripsi in Obser-
uat. 79.

15 Deniquè procedere affirmamus, nempè quòd
obligatus remaneat Procurator, cui facta fuit re-
missa exigendi aliquas pecunias, si non exegit, nec
protestatur infrà tempus promissæ solutionis, vel
infrà tempus statutum à decreto, vel stylo loci,
vbi facienda est exactio, iuxtà notata per Rotam
Genuens. in decis. 93. & exigens pecunias alienas
& non remittens iuxtà ordinem ad interesse te-
16 netur, etenim mandatum suscipiens, si illud exe-
quutiuum nõ fuerit, quemadmodum promiserat,
mandati actione tàm directa, quàm contraria ad
omne interesse tenetur, vt expressè Vlpianus
I. C. decidit in l. idemque 10. §. si. Procurator,
D. mandati, iunctis Paulo I. C. in l. si mandaue-
ro tibi 22. §. sicùt autẽ, & Caio I. C. in l. si quis ali-
cui 27. §. qui suscepit, D. eod. tit. hocque etiam
17 ratione moræ, quam mãdatarius, seù Procurator,
etsi non interpellatus, committit, quoniam man-
datum adimplere potuit, & non adimpleuit, vt
eadem Rota Genuens. post alios decidit in
decis. 68 num. 708. adijcens hoc adeò verum esse,
vt si principalis dictum interesse in iudicio petie-
rit, illud posteà per sortis exactionem remittere
minimè dicatur.

18 Cæterùm neque mandans, si negotium per
mandatarium gestum acceptauerit, eum ab illo
negotio gesto liberasse censetur, nè rationem red-
dere, vel actiones ad mandatis beneficium cede-
re teneatur; nec demùm rem gestam approbans,
rem in facto ità se habuisse fatetur, nisi aliũdè pro-
betur, vt eadem Rota Gen. decidit in decis. 137.

PROLOGOMEN.

Delegatus cùm clausula, Conscientiam tuam one-
ramus, subdelegare an possit? aliorum recen-
sitis opinationibus clarè resoluitur, & pecu-
liaria nonnulla circà clausulam prædictam
notantur, exponunturque.

RERVM SVMMA.

1 Delegatus cùm clausula Conscientiam tuam
oneramus, subdelegare non p[otest]. Con-

Contrarium traditur num. 2.
Qua opinio approbatur num. 3.

4 *Clausula* Conscientiam tuam oneramus, *minimè operatur, quòd persona industria electa sit.*

5 *Clausula* Conscientiam tuam oneramus, *negotij naturam non mutat.*

6 *Iudices vt cuncta agant iuxtà bonam conscientiam, omnibus commissionibus inest.*

7 *Iudices æquo animi voto, & charitate Iustitiam omnibus administrare debent.*

8 *Iudex secundùm conscientiam iudicare tenetur, cùm ex ea negotij veritatem perfectè scit.*

9 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*

10 *Clausula* Conscientiam tuam oneramus, *boni viri arbitrium denotat.*

11 *Delegatus à Principe subdelegare non potest, quando persona industria electa est.*

12 *Verba nonnulla recensentur persona industriam fuisse electam præportantia.*

13 *Præeminentia M.C.V. num ad successorem extendatur.*

14 *Electus ad aliquid faciendum substituere potest, si ità solitum sit.*

15 *Doctor ad legendum deputatus per substitutum legere valet, si consuetudo ferat.*

16 *Beneficiatus ad effectum lucrandi quotidianas distributiones, per substitutum deseruire non potest.*
Limitatur, si in Catedrali Ecclesia adesset cõsuetudo seruiendi per substitutum, vt num. 17.

18 *Obseruantiam certam quæ obtinuere, mutanda minimè sunt.*

19 *Filius expedire potest ea, in quibus patris industria est electa.*
Intelligitur, quando filius est æque idoneus, vt num. 20.

21 *Idoneitas exigitur in substituto, etiam vbi expressa adesset substituendi potestas.*

OBSERVATIO CLVII.

COntentiosam præsens quæstionem nobis porrigit locus, Nùm Delegatus cùm clausula *Conscientiam tuam oneramus* subdelegare possit? eius enim in disceptatione ex diametro pugnant Nostratum sententiæ; Negant alij, è quorum numero recensentur *Franciscus Leo in Thesauro fori Ecclesiastici, part. 1. cap. 15. num. 49. & part. 2. cap. 2. num. 16. Sigismundus Bonon. de elect. dub. 14. num. 14. Sanchez de matrimonio, lib. 8. disputat. 27. num. 43.* qui dictam sententiam veram esse suadere videntur.

1

2 Plerique verò alij eam dubietatem, & quidem non mediocrem habere respondent, vndè contrarium suadent, atque tuentur, hique sunt equidem alijs omissis noster *Author hic, & in tom. 4. disceptat. forens. cap 738. Rota in nouiss. decis. 18. de concess. præbend. Nauarr. consil. 2. in antiqu. aliàs 6. in nouis, sub titul. de Officio Delegati, Francisc. Emman. QQ. Regular. tom. 2. quæst. 119. art. final. vers. vltim.*

Hasce verùmtamen inter pugnantes sententias etsi pacem interponi niratur *Marches de commission. part. 1. cap. 6. num. 9.* vt apùd illum videri fas

3 est: nihilò tamen minùs hac in re posteriorè hanc sententiam veriorem esse Ipse arbitror, nàm clausula isthæc, aliæque similes tanquàm appositæ

4 in vim exequutionis, & monitionis non faciunt, quòd personæ industria sit electa, sicque subdelegationem minimè impediunt; quòdue hoc ità

5 sit patet euidenter, si animaduerras, per huiusmodi clausulam negotij naturam, super quo literæ conceduntur, minimè mutari, tacitè enim inest omnibus commissionibus, vt Iudices cuncta agãt

6 iuxtà bonam conscientiam, nimirùm vt omnibus æquo animi voto, & charitate Iustitiam administrent, tàm scilicèt nobili, quàm ignobili, tàm patritijs, quàm plebeis, tàm diuitibus, quàm pauperibus, immò quo potiùs pauperibus Iustitia plaudente auxiliari poterint, & nè à diuitibus extinguantur, atque deprimantur feruenti spiritu facere debent, nullam personarum rationem habendo, vt lato etiam, haùdque inerudito calamo Ipsemet elucidaui in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 2. per totum*, vndè conse-

8 quitur veriorem esse conclusionem illam, quòd Iudex secundùm conscientiam iudicare tenetur, cùm ex ea negotij veritatem perfectè scit, non verò secundùm allegata, & probata, quidquid nonnulli contrarium dixerint, vt Ipse demùm ex cõpluribus locis probaui hoc in eodem opere, & propriè *Obseruat. 68. nu. 9.* Quamobrèm expres-

9 sio eius, quod tacitè inest, nihil operatur, & sonat potiùs in monitionem, & excitationem, quàm cõditionem, vt rectè *Anchar.* considerat in *Clement. 1. notab. 15. de foro competent.* sicque monitionem, & excitationem quandam ostendit, vt attentis Delegatus procedat, & Deum, ac Legum Precepta præoculis habeat, vt per *Nauarr. dict. consil. 6. Flores de Mena Var. Quæst. 4. à num. 67. Garzia de Beneficijs, part. 6. cap. 2. nu. 109.* alioque, quos refert, & sequitur *Solorzan. de iure Indiarum, tom. 2. lib. 2. cap. 7. num. 11.*

10 Idque eo fortiùs, quia huiusce verba arbitrium quoque boni viri denotant, quemadmodum obseruat *Mascardus de probationibus, cõclus. 414. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. nu. 146. Menoch. de Arbitr. cas. 8. nu. 40. lib. 1.* Tametsi

11 autem minimè negemus, quòd vbi verba adsint in Rescripto delegatorio, quibus expresè constat, personæ industriam electam esse, Delegatus nec à Principe datus subdelegare potest, vt multorum *DD.* facta auctoritatibus decidit *Rota*, quæ inter collectas à *Farinac. est decis. 234. part. 1.*

12 *tom. 1.* indicans *num. 2.* complura verba electionem industriæ personæ præportantia, illa nempè, Fidei, & diligentiæ tuæ; itèm alia, Tanti momenti committimus negotium; itèm alia, Quòd scimus ad nos te rescripturum, non quæ in certis audieris auctoribus, sed quæ manifestè compereris, & tenueris manu; aliaque paritèr consimilia verba talis virtutis memorat *Episcop. Riscius in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. 88 part. 1.* & alios sermocinantes indicat *Dom. Consiliar. Petra in Cõment. super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 2. sub num. 37.* adnotans huiusce virtutis esse verba illa, Et tu per te solus cognoscas, vt liquet ex

13 exemplo commissionis præeminentiæ M. C. V. olim concessæ eiusdem Tribunalis Regenti Ioãni Haija in *cap. Regni Sicum Sceleratus*, & ibi *Campagn.* ex vi dictorum verborum ad Successorem præeminentiam non extendi, tangit *num. 24.* & tuetur *Grammat. consil. crimin. 64. num. 4.*

quod

Digitized by Google

quòd haùd admittit idem *Campegn. in fine eiusdem num.* 24. sicq; demùm *Constant. Papa in eius Opuscul. ad arbitrium M.C.V.* & insequitur *Thorus in annotat. ad Io: Grand. de bell. exul. ad praedicamentum agere, vers. Ibi, num.* 2.

14 Verùm enimuerò id restrictionem pari concedimus, vbi consuetudine alitèr obtentum foret, vt animaduertit noster *Author hic, num.* 14. laudans *Felinum in cap.* 1. *de Summa Trinitate, num.* 4. inferentem ex hoc, quòd Doctor ad legendum deputatus per Substitutum legere valeat, si consuetudine permittatur, insectatur *Apicella Allegat.* 8. *num.* 4. nec non *Dom. Consiliar. Petra vbi supra, num.* 38. qui simili ratione ex hoc infert, quòd etsi Choro Beneficiatus per aliũ 26 seruire non valeat, vt distributiones percipiat, quemadmodùm ex alijs tradunt etiam *Episcop. Campanelis in eius Diuersor. Canonic. QQ. Rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 5. *Azor. Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *quaest.* 4. *& lib.* 7. *cap.* 4. *quaest.* 4. *Garzia de Beneficijs, part.* 3. *cap.* 2. *num.* 513. cùm alijs, quos allegat *Riccius in sua praxi fori Eccles. lib.* 1. *Resolut.* 395. *num.* 7. & latè pertractat *Dom. Regens de Marinis Quotidian. Resolut. lib.* 1. *cap.* 40. *&* 41. & ibi *Dom. Rodoerius in addit.* restrinitur nihilominùs, si alicubi consuetudo patiatur, nàm mutanda haùd sunt, quæ certam obser- 18 uantiam obtinuere, vt *Paulus I. C.* decidit in *l. minimè* 23. *D. de LL. & S.C.*

Cæterùm alia ad hanc materiam concernentia videre si cupis, adeas laudatum *Dom. Consiliariũ D. Carolum Petra vbi supra, num.* 39. *& sequ.* quique *num.* 40. notat, quod aliorum suffultus 19 verbis affirmat noster *Author hic, num.* 3. scilicèt, quòd filius expedire possit ea, in quibus est electa patris industria, cùm sint ità naturæ lege coniuncti, vt vnica reputentur persona, & vbi vnus est, alter esse videatur: dummodò filius sit 21 æquè idoneus, id quod quoque exigitur, cùm expressa substituendi potestas adest, *Bartol. in l.* 1. *C. de Praepos. agentib. in rebus, lib.* 12. *Dom. Prosper Petra ad Capycium decis.* 10. *num.* 3.

PROLOGOMEN.

Pensionem absque Summi Pontificis authoritate extinctam, nullitati obnoxiam, ac simoniæ labe maculatam esse, declaratur.

RERVM SVMMA.

1 *Pensionum extinctio viam aperit vendendi beneficia.*
2 *Pensio extingui non potest sine Summi Pontificis authoritate, & num.* 9.
Et ità de stylo Romanæ Curiæ seruatur, vt num. 4.
3 *Pensio temporalis an sit materia simoniæ.*
5 *Pensionarius priuatæ authoritate pensionem transferre non potest accepto pretio, vel reseruatis sibi fructibus, aut eorum parte, & num.* 10.
6 *Simonia suspicio purgatur, vbi Summi Pontificis accedit authoritas.*
7 *Pontifex solus de simoniæ dispensare potest.*
8 *Furtum transigens quando infamis non dicatur.*
11 *Simonia in rei spiritualis venditione committitur.*

OBSERVATIO CLVIII.

PEnsionis cassationem, de qua controuersum fuit in causa præsentis loci, nullitati obnoxiam, & simoniæ labe maculatam, declaratam fuisse, attestatur noster *Author hic*, ex quo enim per pensionum extinctionem aperta videtur esse via vendendi Beneficia, 1 & in ea magnum versatur periculum, necessaria 2 erit Summi Pontificis authoritas, sine qua extinctiones huiusmodi fieri non poterunt, prout in specie concludunt complures, quos ipsemet noster *Author* recenset *hic, sub num.* 2. quibus addimus *Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 276. *Suarez de Religione, tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia, cap.* 26. *num.* 16. *Filliucium part.* 3. *tract.* 45. *cap.* 8. *quaest.* 1. *num.* 3. *& Azorium Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæst.* 10. omnes sermocinantes fortiori in casu, nempè, in pensione temporali, quoniam etsi huiusmodi temporalis pensio simoniæ materia minimè sit, cùm sit res temporalis pretiò æstimabilis, & quamuis sit portio fructuum Beneficij, est nihilominùs à spirituali titulo separata, illoq; nomine collata, vt edocent allegati *Doctores*: de Stylo attamen Curiæ, qui legem facit, absque Romani Pontificis 4 authoritate pensio huiusmodi vendi, aùt redimi nequit: quem quidem stylum induci potuisse haùd ambigimus, vt sic omnis simoniæ suspicio euitaretur, cùm certum dogma illud sit, pensionarium pensionem transferre non posse accepto 5 pretio, vel reseruatis sibi fructibus, aùt eorum parte, etiam si alioqui facultatem haberet transferendi pensionem, nàm pretium, vel rem pretio æstimabilem pro spirituali re accipit, & facultas ad vnum ad aliud minimè extenditur, vt docet *Bonacina de simonia, quaest.* 4. § 13. *num.* 5. nec non *Gigas de pensionibus, quaest.* 99. atque *Suarez vbi supra, num.* 9.

6 Igitùr nil mirum; si Summi Pontificis authoritas in pensionem extinctionem requiratur, quia illa accedente omnis simoniæ suspicio purgatur, *Gloss. in cap. cum pridem, verb. Illicitè de pactis, Gigas dict. quaest.* 99. *num.* 14. *in fine*, & ex Gano- 7 nistarum sententia solus Pontifex de simonia dispensare potest, ex *can. petisti, vers. Hoc nulli concedi*, 7. *quaest.* 1. nàm quemadmodum qui de 8 furto transigit infamis est, si tamen Prætore præsente, vel iubente pretio dato paciscitur, non est infamis propter Prætoris authoritatem, *l. furti, §. quiinssu, D. de his, qui notant. infam.* sic etiam ex 9 Canonistarum sententia, pensionem extinguere priuata authoritate, simonia est, sed quoties aliquis Summo Pontifice authore, & adprobante id facit, & de pensione extinguenda paciscitur, facit Pontificia authoritas, nè actus ille vlla simoniæ labe infametur.

10 Ex quo equidem consequimur, pensionarium anticipatis quibusdam solutionibus pensionem priuata auctoritate extinguere non valere; tùm quia obstat memoratus Curiæ stylus; tùm etiam, quia vendi videretur titulum spiritualem, cui annexi sunt fructus, non quidem illum alteri dando, sed illum extinguendo: multa enim alijs venditionis

duntur, non vt transferantur, sed vt extinguuntur, vt si quis alteri pecuniam det, vt scripturam deleat, vt domum destruat, vt plantam eradicet, &
11 comburat; Prætereà, quia rem spiritualem vendens simoniam committit, sed pensionem extinguens anticipatis solutionibus rem spiritualem vendit, hoc est, spirituale ius, seù annuos reditus, qui annexi sunt iuri spirituali, vndè simoniam committit, quemadmodum discurrunt *Suarez vbi supra, num.* 14. *Bonacina loc. cit. num.* 7. *Garzia in addit. ad* 1. *part. cap.* 5. *num.* 26. apùd quos videri poterunt alia ex dictis promanantia, nàm fortassis tibi haùd erunt iniucunda, & sisto calamum.

PROLOGOMEN.

Contractus nominatos ex capite implementi non sequuti rescindi minimè posse edisseritur, nisi cùm id, in quo facta est conuentio, fuit causa finalis contractus.

RERVM SVMMA.

1 *Contractus nominatus ob defectum implementi non resoluitur.*
Comprimitur, cum id, in quo facta est conuentio, fuit causa finalis contractus, vt num. 5.
2 *Contractus nominatus cum ob implementi defectum non resoluitur, ad interesse agi potest.*
3 *Voluntarium quod fuit in fieri, in facto irretractabile est.*
4 *Pœnitentia in cõtractibus locum non habet, nisi vtroque contrahente volente.*
6 *Contrahens quando ad contractus obseruãtiam non constringatur.*
7 *Emptor contractus rescindere potest, si venditor dixerit, rem venditam liberam, nulloque oneri obnoxiam esse, & ipsa oneribus, quæ perpetuò rem afficiant, supposita inueniatur.*
Declaratur vt num. 8.
9 *Dolus contractum annullat.*
10 *Causa finalis in contractibus quanam dicatur, & num.* 11.

OBSERVATIO CLIX.

1 Fldem conuallant omnes huius decisionis, vbi solemni arresto sancitum est, contractus nominatos minimè rescindi ex capite implementi non sequuti; ità enim aliorum fultus auctoritatibus firmat *Iacobus Cancerius Variar. Resolut. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 105. vbi hoc certum esse quoque notat, demùmque alijs posthabitis firmat pariter *Hercul. Marescotta* conclusionem hanc communi *ICtorum* calculo receptam esse attestans *lib.* 1. *Variar. Resolut. cap.* 90. *num.* 3. ex multorum Doctorum auctoritatibus firmat itidem *Dom. Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 40. *sub num.* 20. denique ex alijs comprobat *Ioseph Vrceolus in sua Consultat.* 5. *ante num.* 25. *D. Marius Cutelli* quoque *in suo tract. de donationibus contemplatione matrimonij, tom.* 2. *discurs.* 1. *special.* 12. *num.* 170. nec non etiam *Reu. Dom. D Fracisc. Verde in sua Pantonomodid. tom.* 2. *lib.* 3. *de obligationibus, lemma* 22. *num.* 330. anteaque dixerat *Eminentiss. Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuẽtionibus, tom.* 1. *lib.* 3. *titul.* 12. *num.* 53. & Imperatores *Diocletianus, & Maximianus* expressè rescripserunt *in l. ea conditione* 14. *C. de rescindend. vendit.* ibi, *Non ex eo, quòd emptor non satis conuentioni fecit, contractus irritus cõstitutur.* sed ad implementum, vel ad interesse
8 agendum esse astruunt, maximè quando contractus fuit perfectus, veluti si venditio perfecta fuerit per rei venditæ traditionem: qua de re Iura
3 nostra statuere, vt quod in fieri volũtarium fuit, in facto esse irretractabile sit, cùm dissona sit à
4 contractu pœnitentia, nisi ex vtriusq; contrahentis placito, vt ex compluribus Iuribus, & Auctoritatibus probat citatus *Vrceolus vbi supra, ex num.* 30. *& seqq.* & nouissimè notat doctissimus, eruditissimusq; Dominus Iudex *Philippus Maresca in sua Diatyposi reconuentionali, Enarrat.* 1. *num.* 201. adijcens, quòd id nullo pacto remissum quasi contractui fuit, quin ipse etiam indissolubilis sit.

Animaduertendum verùm enimuerò hic fore dicimus, dogma hoc, etsi per Nostrates sæpè repetitum sit, vulgòque iactetur, perpetuum minimè esse, quolibetq; in casu locum non obtinere,
5 etenim quando id, in quo facta est contrauentio, fuit causa finalis contractus, videlicèt, quòd aliàs quis contracturus non esset, eo casu est pœnitentiæ locus, & cuicunque pœnitere licitum est, vel agendo ad contractus rescissionem, & principaliter iudicium instituendo, vel per viam exceptionis, dùm ab altero contrahente conuenitur, ità restringunt nonnulli ex laudatis *Doctoribus*, quibus adiungimus nostrum *Authorem Disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 307. *num.* 24. *Gaitum de credito, cap.* 4 *quæst.* 11. *num.* 1229. *Suarez* alios citãtem in *Thesauro receptar. sentent. lit. C. nu.* 302. *Surdum decis.* 220. *num.* 19. *Reg. Capycium Latro decis.* 160. *num.* 11. *tom.* 2. *& Dom. Consiliar. Roccum Respons.* 85. *ex num.* 24. *& seqq. tom.* 1. qui alios paritèr id firmantes conglomerant, & clarè rescribunt *Cæsares in l. cùm te fundum* 6. *C. de pactis inter emptorem, & venditorem, in l.* 1. *& ult. C. de conditione ob causam*, & in *l. tale pactum* 40. *§. final. D. de pactis*, probare videtur *Papinianus* 1. *C.* haùd enim omnibus in casibus, in
6 quibus promissa per alterum contrahentium non implentur, agere cogitur is, cui impleri debet, ad contractus obseruantiam, quoniam aliter se habet nostræ Iurisprudentiæ dispositio, datur etenim aliquando optio, vel ad implementum agendi, vel à contractus obligatione recedendi: vt putà
7 si venditor dixerit, rem venditam liberam, nulloque oneri obnoxiam esse, ipsa autem fideicommisso subiecta, vel oneribus, quæ perpetuò rem afficiant, suppositа inueniatur, certè hoc in casu emptoris in optione esse debet, velit nè ex empto pro euictione agere, vel à venditione resilire, vt tradit *Surdus in decis.* 253. *num.* 17. & punctualiter ex aliorum nostræ Iurisprudẽtiæ Peritorum auctoritate latè extricat noster *Author in tom.* 1. *Disceptat. forens. cap.* 175. *num.* 21. *& seqq.* nec nõ in *decis.* 13. *num.* 18. *& seqq.* hoc beneuerùm in
8 telligendum est, vbi venditor fideicommissum, vel onera sciebat, & tacuit: itèm si rem alienam sciebat, & illam vt propriam vendidit, nàm ex

isthac

isthac tacitur nitate in dolo dicetur, qui dolus dat
9 causam contractui efficaci ad illum annullādum,
vt idem noster Author notat in *citato cap. 175. sub num. 23.*

10 Causa autem finalis in proposito duobus planè modis accipitur; Primò, quando quis non fuisset contracturus, nisi propter illam causam, porrò illa, ità dicitur, quæ generalitèr totam dispositionē respicit, & in omnem effectum influit, vndè cùm promissio latiùs diffunditur, quàm ratio promittendi, ratio finalis causa dici non potest, sed impulsiua, *Bartol. in Extrau. Ad reprimendum, verb. Absentia, Baldus in l. 1. num. 10. circa finem, de seruis fugitiu.* Secundò etiam accipitur
11 causa finalis, quādo quis aliàs contracturus fuisset, sed non eo modo, vt putà, volebam Ipse fundum meum vendere iusto pretio, sed minori pretio vendo aliquam ob causam, quæ meum commodum respicit, & illa dicitur causa finalis vendendi minori pretio, *l. fundi partem, D. de condit. empt.* quæ tamèn lato calamo elucidat *Card. Mantica de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 3. tit. 12.* quem quis pro arbitratu legere quibit, dùm calamum sistimus.

PROLOGOMEN.

Testium vnus si deponat aliquid factum esse ante stipulationem, alter verò post, ad concordiam reduci haùd posse notatur.

RERVM SVMMA.

1 *Testis deponens aliquid factum esse ante stipulationem contrarius est alteri deponenti post eam.*
2 *Depositio testium in tempore discordantium nulla est.*
3 *Reductio testium ad concordiam quando fieri possit, & num. 4.*

OBSERVATIO CLX.

1 HIuusce in decisionis causa controuersum fuit, nùm testes ad concordiam reduci debeāt, si vnus deponat aliquid factum esse ante stipulationem, alter verò post? qua in controuersia negatiuè responsum fuisse, testatur noster *Author hic*, nàm testiū
2 depositio in tempore discordantiùm nullitatis vitio laborat, sicque stante isthac manifesta contra-
3 rietate cessat reductio testium ad concordiam, quæ est facienda, cùm fieri potest, aliàs secùs, *Castrens. in l. 2. §. creditum, num. 7. vers. Si ergò, D. si certum petatur, Dec. in l. vbi repugnantia, num. 4. de regulis iuris, Alexāder in consil. 141. num. 5. lib. 2.*

4 At quomodo, quibusue in casibus procedat id, longa, & distincta oratione scripsimus hoc in eodem opere, & propriè in *Obseruatione 139.* vbi pariter complura alia minimè inutilia adnotauimus, quarè, nè eamdem rem, quam scripsimus, repetere dicamur, tacitè nunc pertransimus, Lectoremq; ad ibidem notata remittimus.

PROLOGOMEN.

Notarij error, qui in instrumento propinquorum, Curatorisue consensum iuxtà statuti formam requisitum apponere omisit, quādo corrigi possit? & quid in falsitate firmandū sit? peculiaritèr ostenditur; Hinc nonnulla circà Notariorum authoritatē, & fidē commemorata, Nùm valeat Notarius solitas clausulas addere, & declarare, nec non corrigere cœteras, & abbreuiaturas? Nùmue propria authoritate diem, quem in instrumento omisit, apponere queat? & an si per errorem, vel simplicitatem hypothecam omiserit, dùm de consuetudine, vel de stylo illa apponi solet, eam addere possit? clarè explanantur.

RERVM SVMMA.

1 *Error Notarij, qui in instrumento apponere omisit propinquorum, & Curatoris consensum iuxtà statuti formam requisitum, quando corrigi possit.*
2 *Error Notarij cùm Iudicis authoritate probatis probandis corrigi potest, quando constat, quòd erratum fuit.*
3 *Error Iudicis interuentu semper corrigi potest.*
4 *Falsitas scripturæ nec Iudicis authoritate corrigi potest.*
5 *Error corrigi nequit, quando aliquid partium interesse tangens in instrumento omissum fuit. Comprimitur vt num. 8.*
6 *Declaratur vt num. 9.*
7 *Actus ex omissione, quæ ipsius solemnitatem, & substantiam respicit, vitiatur.*
10 *Vtile per inutile in separabilibus non vitiatur. Notarius solitas clausulas addere, & declarare potest.*
Limitatur in clausulis, quæ dispositionem, aùt nouum effectum inducunt, vt num. 20.
11 *Quarantigia apposita censetur in instrumento virtute clausulæ &c.*
12 *Clausula constituti, & precarij de generali cōsuetudine, & stylo apponi censetur.*
13 *Notarius simpliciter de instrumento rogatus censetur rogatus, vt clausulas omnes de stylo apponat, quæ de stylo veniunt pro contrahentium cautela, & securitate.*
14 *Notarij cur adhibeantur.*
15 *Notarij fidei publicæ custodes sunt.*
16 *Notariorum vsus omnibus in Regnis fuit necessarius.*
17 *Notarij primi causarum omnium arbitri dicuntur.*
18 *Notarij antiquitus nobiles eligebantur -*
19 *Notariorum officium dignum, & honorabile DD. præconizant.*
21 *Notarius, cui commissum fuit, vt extēderet et promissionem quandam de rato à defuncto Notario stipulatam, sed in filsa relictam, ea obligationem de proprio extendere non potest.*
22 *Clausula &c. obligationem exorbitantem cum contractus substantiam augentem non comprahendit.*
23 *Notarius propria authoritate quando - in instrumento*

mento apponere poteſt diem, quem in inſtrumento omiſit.

24 *Pactum reſciſſorium in inſtrumento omiſſum pro appoſito habetur.*

25 *Contractus ceſſante tertiarum ſolutione reſcindi poteſt, quamuis in inſtrumento pactum reſciſſorium fuerit omiſſum.*

26 *Notarius, ſi per errorem, vel ſimplicitatem hypothecam in inſtrumento omiſerit, nùm eam addere poſſit, quando de conſuetudine, vel ſtylo illa apponi ſolet.*

OBSERVATIO CLXL

CErtum dogma illud eſt, errorem rerum geſtarum veritati non præiudicare; Igitùr optimo aſſociante voto in contentione præſentis loci arbitratũ fuit, Notarij errorem, qui in inſtrumento propinquorũ, Curatoriſuè conſenſum iuxtà Statuti formam requiſitum, apponere omiſit, corrigi poſſe, vbi de Iudicis mandato erroris correctio, vel mutatio fieret, & propinquorum conſenſus verè interuenit: etenim quando conſtat, quòd erratum fuit, illum errorem cùm Iudicis authoritate probatis probandis corrigi poſſe dicendum euenit, nè fiat per alterum præiudicium partis in his, quæ in rei veritate interuenerunt, & per contrahentes appoſita ſunt, ad quos ſpectabat ſecundùm ſtatuti formam huiuſmodi ſolemnitatem adhibere, prout proprijs in terminis concludit *Baldus in tract. de tabell. p. 13. num. 53.* vbi etiam omnes alios caſus elucidat, quando per Notarium corrigi poſſit error, & ſe ſubſcribere videtur *Dom. Regens Scipio Rouitus ſuper Pragmat. 1. de Notarijs, num.* 10. nec non etiam *Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. cap. 11. num. 1225.* quem refert, & ſequitur *Gaitus de credito, cap. 3. titul. 1. num. 214. & nu. 216.* vbi ex *Farinacei* auctoritate ſcribit, quòd dato Iudicis iuſſu, dataq; authoritate, error ſemper corrigitur data, aùt non data copia.

At quia longa eſt inter falſitatem, & errorem differentia, conſequitur profectò, ſecùs dicẽdum eſſe in falſitate, vt probant *Bald. Felin.* & alij, quos ſequitur *Scaccia dict. cap. 11. num. 1226.* ac etiam *Gaitus ibidem, num. 215.* & cùm aliquid partium intereſſe tangens in inſtrumento omiſſum fuit, tunc enim error nequaquam corrigi poteſt quouis in tempore, etiam Iudice authorante, nàm omiſſum, quando actus ſolemnitatem, & ſubſtantiam reſpicit, tunc actum vitiat ob defectum voluntatis contrahentium, ſin autẽ aliquod ab illo actu ſeparabile reſpiciat, tunc illud ſeparabile vitiatur, haùdq; actus, ex illa ſatis vulgata regula, vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiari, ad *textum in l. ſi vnus, C. de teſtament. & in l. cum proponebatur, D. deleg. 2.* cùm notatis ibidem per *DD.* Id quod tamen reſtrictionem pati arbitramur, cùm tacita contrahentium voluntas probatur per neceſſariam conſequentiam expreſſorum verborum, aùt ex actus celebrati natura, vel ex iuris præſumptionibus, aùt per factum euidens in eodem inſtrumento, vel quomodolibet legitimè probatum, & ex actu celebrato dependens, & hoc nedùm ante, ſed etiam poſt datam copiam parti, dummodò Notarius addẽdo omiſſum, nouam formam, etſi tacitè ſubintellectam, nequaquã inducat, ex plenè elucidatis per *Card. Manticam de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom. 1. lib. 1. tit. 5.*

10 Hinc fit, Notarium ſolitas clauſulas addere, & declarare poſſe, nec non corrigere cœtera, & abbreuiaturas, ſcilicèt ſi dicat, *renunciatum, &c.* poteſt enim ſolitas renunciationes exprimere, vt alijs adhibitis tradit *Gratianus Author* noſter *in tom. 3. diſceptat. forenſ. cap. 548. num. 36.* demùmque *Card. Mantica dict. tom. 1. lib. 2. titul.* 10. nec non *Dom. Conſiliar. Hodierna ad Surdum deciſ. 135. num. 5. & Dom. Conſiliar. Petra ſuper Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 166. num. 13.* atque *Dom. Rodoerius in addit. ad Dom. Reg. de Marinis Quotid. Reſolut. tom. 1. cap. 196. num. 9.*

11 notans ex *Alexan.* ex virtute illius clauſulæ *&c.* appoſitum cenſeri quarantigiæ præceptum, & aliam clauſulam conſtituti, & præcarij, propte-

12 reà quod hęc de communi, & generali conſuetudine, & ſtylo apponi ſunt cõſuetæ, maximè à peritiſſimis huiuſce noſtrę Ciuitatis Notarijs: ſtatim

13 .n. atq; Notarius de inſtrumento rogatur, tametſi rogitus ſimplex fuerit, & abſolutus, rogatus nihilominùs cẽſetur, vt omnes clauſulas apponat, quę de ſtylo veniunt pro contrahentiũ cautela, & ſe-

14 curitate, cùm certũ ſit, quòd Notarij adhibentur, vt promiſſæ obligationis fides, & cõtractũ firmitas impreſſis ſignis, & tabulis ſignatis ſolemniùs, tutiùſque obſeruetur, nàm Notarij, & Scribæ fi-

15 dei publicæ cuſtodes ſunt, vt *Caſſiodorus* ſcribit *lib. 12. variarum*, ibi, *Scribarum officium ſecuritas ſolet eſſe cunctorum, quoniã ius omnium eius ſollicitudine cuſtoditur*, nec nõ etiam *Chaſſanæus in Catalogo gloriæ mundi, part. 11. conſider. 19.* ibi, *Hi nàmque nedùm apud Pedaneos, minoreſq; Magiſtratus creditum, & auctoritatem obtinẽt: ſed apud Reges, & Principes, & cuncta eminentia Tribunalia acceptiſſimi, & familiariſſimi exiſtunt; Hi enim eorum manibus admiranda fides, inſtrumenta, priuilegia, & literas ad perpetuam rei memoriam conficiunt; Et poſt multa temporum ſacula ex horum ſola Notariorum ſubſcriptione indubitatam probationem inducunt; Hi typum tenent Euangeliſtarum Chriſti, qui eius geſta, & acta in Euãgelio tàm fideliter, quàm vtiliter deſcripſerunt: Et inter cœteras huius artis commoditates, qui illam exercent, magna lucra, ſummos honores, aſſequuntur, vt breui tempore, ac paruo labore, opulenta vtilitatis compendia adipiſcantur, itá tandem ab omnibus honorantur, quia omnes illis indigent.* de quibus etiam idem *Chaſſanæus* loquutus fuit in *7. part. conſider. 16 & 50.* & in eadem *part. 11. conſider. 9.* quòdue Notariorum vſus omnibus in Regnis

16 fuit neceſſarius, extat in *lib. 10. C. tit. 69. de Tabular. & Scrib.* apùd Hiſpanos *tit. 19. 3. part. tit. 5. lib. 2. ordin. & tit. 25. lib. 4. noua recollect.* apùd Gallos *Rebuff. ad Conſtit. Franc. tract. de liter. obligat. art. 67. Gloſſ. 1.* & cœteras nationes teſtatur memorandus *Dom. Regens Tapia de iure Regni, lib. 2. Rubr. 36. de Offic. Notar.* & quidem

17 non abre, quandoquidem hi ſunt primi cauſarum omnium arbitri, cùm ex eorum ſcriptis, & priuatorum, & Reipublicæ bona quodammodò depẽdeant, nàmque & Iudices id ſeruare debent, quod eiuſmodi in hominum actis expreſſum habetur, & prout contractus explicat iudicandum; Propterea Veteres excellentis dignitatis, & familiæ viros,

Digitized by Google

18 viros, & Vrbis primates tanto muneri præficiebant, seù eligebant Marino Freccia teste lib. 1. de subfeud. tit. de officio Prothonot. num. 14. nec non etiam Dom. Regente Rouito super Pragmat. 1. de Notarijs, num. 3. qui testatur, propris oculis vidisse quodam instrumentum confectum per Notarium actu gaudentem honoribus vnius ex Sedilibus huius Ciuitatis: idcircò proceres, & magnatos appellatos esse Notarios, testatur Belengerius Societ. Iesu, in tract. de Imper. Roman. & dixerant Bartol. alijque relati à Card. Tusch. Practic. conclus. verb. Notarius, conclus. 69. Aflict. decis. 387. Præs. de Franch. decis. 621. num. 6. Reg. Rouit. vbi supra, sub num. 1. & proindè eorum officium nobile, dignum, & honorabile, 19 præconizant Zas. in l. 2. D. de orig. iur. Luc. de Penna in l. vniuersos, C. de dignit. lib. 12. Rouill. Gallus lib. 3. de Iustit. cap. 4. & cœteri, quos recenset Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C. V. tom. 1. Rit. 161. num. 8. & nouissimè Dom. Altimarus ad Reg. Rouitum decis. 3. num. 3. Vtque autem è semita ad viam redeamus.

20 Animaduertendum esse dicimus, expositam conclusionem intelligi oportere de clausulis consuetis, quæ exequutionem, & clariorem elucidationem dumtaxàt respiciunt, haùd autem de illis, quæ dispositionem, aùt nouum effectum, qui aliàs non veniret, inducunt, vt latè declarat Add. ad Alexand. consil. 28. in verb. non potest, lib. 2. & inter cœteros aduertunt etiam Card. Mantica dict. titul. 10. num. 3. & sequ. Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 135. num. 6. Tiraquell. de iure constit. possess. in vltima limit. num. 15. & Maceratens. Variar. Resolut. lib. 2. Resolut. 39. particularitèr notans, quòd Notarius, cui com-
21 missum fuit, vt extenderet promissionem quandam de rato à defuncto Notario stipulatam, sed in filsa relictam, in ea promissionem, & obligationem de proprio eius, qui aliquid ratificaturum spopondidit, extendere non valet, siquidè isthæc obligatio est exorbitans contractus substantiam
22 augens, ideòque sub illa clausula, &c. comprehensa dici minimè potest, ac per consequens ab illo Notario extendi nequit.

23 Verùm, quòd Natarius propria authoritate diem, quem in instrumento omisit, apponere queat, quando contrahentes, vel alij errorem minimè aduerterunt, inquiunt Bartol. in l. Imperator, la prima, num. 3. D. de stat. homin. Bald. in Rubric. C. de fide instrument. num. 25. vers. Sed pone, Felin. in cap. ex literis, num. 2. de fide instrum. idem Bartol. in l. si librarius, num. 4. & inibi etiam expresse Cagnol. num. 22. atque Dec. num. 6. de regul. iur. quos, & alios recensens, sectantur Scaccia de iudic. caus. ciuil. dict. cap. 11. nu. 1210. Mascardus de probationibus, conclus. 4. num. 16. & 25. vers. Aut quandoque constat, & conclus. 644. num. 6. Gaitus de credito, cap. 2. titul. 1. num. 190. Fontanell. de pactis nuptialibus, claus. 1. num. 23. Vital. de clausul. verb. de Errore Notorij, sub num. 10. fol. 312. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 29. num. 3. Francisc. Marc. decis. 743. num. 1. & 2. part. 1. & simpliciter admittit Guid. Papa decis. 582. num. 1. atq; ità demùm nuper comprobat Dom. Consiliar. Petra in comment. super Ritibus M.C. V. tom. 2. Rit. 166. num. 14. præmittens num. 12. quòd pa-
24 ctum rescissorium omissum pro apposito habetur, ità vt cessante tertiarum solutione contractus
25 rescindi possit, & adijcit, communem esse opinionem, vsu, & rerum iudicatarum authoritatibus munitam, vt apùd Trentacinqu. consil. 59. num. 5. lib. 1. Thor. voto 60. num. 21. & voto 84. num. 138. part. 1. & iterùm voto 35. part. 2. nec non alijs adductis inquit pariter Dom. Regens Rouitus super Pragm. 1. de Censibus, num. 36. etli dubitet Mich. Angelus Gizzius in addit. ad Reg. Capycium Latro decis. 115. num. 15. dicens diutius cogitandum esse pro vera huius articuli decisione.

26 Denique an Notarius in instrumento, si per errorem, vel simplicitatem hypothecam omiserit, dùm de consuetudine, vel de stylo illa apponi solet, eam addere queat? ade Capyc. decis. 159. nu. 39. Surd. decis. 213. Farinac. de falsit. quæst. 157. num. 52. Mart. de Clausulis, lib. 1. clausul. 276. & lib. 4. clausul. 33. Macerat. vbi supra, Card. Mantic. loc. cit. lib. 2. tit. 10. & de alijs ad materiam actimentibus, vide Gaitum, qui lato calamo scribit in citato cap. 2. titul. 1. nec non Scacc. vbi supra.

PROLOGOMEN.

Legitimæ deductionem ante legatorum, fideicommissorumue solutionem faciendam esse sacitur, quamuis legata essent ad pias causas, cùm in hoc filijs magis, quàm piæ causæ faueatur.

RERVM SVMMA.

1 *Legitima ante legatorum, fideicommissorumue solutionem deducitur.*
Ampliatur etiam, quòd legata sint pia, vt nu. 7.
2 *Legitima ab omni legatorum onere est remota.*
3 *Legitima tanquàm res alienum debetur.*
4 *Legitima quacumque ex causa à testatore minui non potest, & num. 5.*
6 *Legitima detractio à legatis fieri potest, quando alia bona non supersunt.*
8 *Legitima nùm deducatur ante legata, quando relicta sunt pro vsuris, & malè ablatis.*
9 *Legitima detractio præualet fideicommissis vniuersalibus ad pias causas.*

OBSERVATIO CLXII.

1 CElebratur à tota Iurisprudentia Potissima huiusce decisionis conclusio, quòd legitimæ deductio ante legatorum, fideicommissorumuè solutionem faciendi sit: idque præ cæteris ratione illa fulcitur, quia
2 legitima ab omni legatorum onere est remota, & illis potentior, cùm tanquàm res alienum debeatur, *Baldus in Auth. hoc amplius, opposit. vltim. C. de fideicommiss. Roland. consil. 39. num. 24. lib. 3.* & à toto patrimonio deducatur l. quoniam in prioribus, C. de inofficios. testament. l. Papinianus, §. si quis impubes, D. eodem titul. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 2. cap. 4. sub num. 2. adnectens se quidem hoc verum esse, tametsi aliqui Doctores conati fuc-

fuerint inuenire cautelas ad finem fraudandi filios eorum legitima, vt videri fas est apùd *Socinum in Regul.* 283. *Capoll. in Cautel.* 21. *Ioan. Dilect. in tract. de arte testand. tit. de liber. instituend. Cautel.* 17. *num.* 4. *& Viuium in Commun. Opinion.* 832. *num.* 26. cùm nec per legata
4 pia, aùt in seruitiorum remunerationem, nec per debiti confessionem à testatore factam legitima minui possit, vt notabilitèr dixit *Alexand. in consil.* 45. *num.* 11. *vol.* 1. iterùmque in *consil.* 26. *per tot. vol.* 2. nec non etiam in *consil.* 57. *vol.* 5. & inquiunt paritèr *Crass. in §. Legitima, quæst.* 38. *num.* 20. *Roland. consil.* 25. *num.* 6. *vol.* 1. *& consil.* 39. *in* 4. *dub. vol.* 3. *Borrell. consil.* 99. *Marãta de multipl. alien. prohib. num.* 235. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 4. *num.* 14. *Surdus de alimentis, tit.* 8. *priu.* 95. *num.* 7. *&* 9. vbi tradit procedere, etiam si legata pro malè ablatorum restitu-
5 tione, & in seruitiorum recompensationem facta essent, quem inter recensitos extollens, & præmanibus semper habendum tradens, insequitur *Dom. Consiliar. Franciscus Maria Pratus in Annot. ad Consiliar. Paschal. vbi supra, vers. Ad num.* 4. subnectens, plura extare apùd *Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num.* 95. *pag.* 271. *& sequ. Cost. de portione ratæ, quæst.* 140. *Mangil. de imputation. quæst.* 49. *num.* 63. *in fine, Ludouis. decis. Rotæ* 536. *num.* 6. *Horat. Viscont. in suis cõclusion. Iuris, verb. Legitima debetur, fol.* 161. *& fol. sequ. col.* 2. *vers. Quæ filij legitima,* & fusè *Merlin. in tract. de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 10.
6 Quarè equidem supra expositam conclusionẽ adeò incompertam esse traditur, vt procedat etiã in legatis ipsis, nimirùm, vt quando alia bona non supersunt, ex quibus commodè legitima deduci possit, & res prætiosæ, melioresque legatæ essent, quòd tunc ab eis huiusmodi legitimæ detractio fieri possit, quemadmodùm post alios Iurisprudentiæ Peritos, quos ad hoc coadunant, inquiunt citatus *Merlinus dict. quæst.* 10. *num.* 13. *& lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 6. *nu.* 8. *Peregrin. de fideicommiss. dict. artic.* 4. *num.* 34. *Mangil. de imputat. & de tract. quæst.* 115. *num.* 49. *Menoch. de Arbitr. Iudic. cas.* 163. *num.* 20. mordicusque defendit, & comprobat alijs quoque relatis *Marescotta Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 23. *per totum*, nec non conuallat in *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 10. *& sequ.* atque *Dom. Regens Rouitus* paritèr *in consil.* 22. *num.* 12. vbi *Dom. Altimarus in addit. n.* 45. *& Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis.* 316. *nu.* 1. & Ipse latè Deo consentiente dicam in *Obseruatione* 181.
7 Quinimmò recensitam conclusionem extẽtionem habere tradit noster *Author hic, num.* 4. vt nimirùm locum habeat etiam, vbi legata essent ad pias causas, cùm in hoc filijs magis, quàm piæ causæ faueatur, quamq; extentionem edocuit ante *Bartol. in l. Papinianus, §. si Imperator D. de in-offic.* quem laudat, & alijs post habitis insequitur memoratus *Peregrinus dict. artic.* 4. *num.* 14. subnectens, id demùm locum sortiri, quamuis relicta
8 fuissent pro vsuris, & male ablatis, nisi hæ qualitates ex aduerso probentur, ex *Bartolo in l. qui vxoris D. de auro, & argento legato, & Pancirol. in consil.* 98. *num.* 38. & ibidem adijcit, quòd
9 isthæc legitimæ detractio prævalet etiam fideicommissis vniuersalibus ad pias causas, & pro comprobatione huiusce sententiæ recenset *Capra consil.* 19. *& consil.* 32. *col.* 2. *Alexand. consil.* 45. *ad finem in* 1. *volum. & Dec. consil.* 8. *col.* 1. *& consil.* 236. *num.* 4.

PROLOGOMEN.

Instrumenti errorem per Notarij, vniusque testis depositionem probari optimè posse edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Error Notarij cùm Iudicis authoritate probatis probandis corrigi potest.*
2 *Error instrumenti per dictum Notarij, & vnius testis probatur.*
3 *Scriptura veritas per ipsum authorem, qui fecit probari potest.*
4 *Coniectura, & indicia probant Notarij errorem.*
5 *Error in omittendo facilius corrigitur, quàm in committendo.*
6 *Per erroris correctionem, quod gestum est, declaratum dicitur.*
7 *Solemnitas, de qua in* cap. final. de confess. *in docendo de errore, & in declaratione confessionis obscura necessaria minimè est.*

OBSERVATIO CLXIII.

EX obseruata *decisione ibi.* vbi conclusum fuit, Notarij errorem probatis probandis,
1 & cùm Iusdicentis authoritate corrigi posse, emergere quasi videtur præsentis decisionis controuersia, qua disceptatum fuit, nùm talis instrumenti error per vnicum testem
2 cùm Notarij de eo rogati depositione probetur? & affirmatiuè cõcluditur iuxtà Præceptoris *Bartoli* sententiam *in l. si librarius in fine, D. de regul. iur.* quamque conclusionem latè comprobat, & tuetur *Gratianus* noster Author in *tom.* 5. *disceptat. forens. cap.* 825. & post alios amplectũtur *Card. Tuschus Pract. Conclus. tom.* 5. *conclus.* 89. *Notarij error qualitèr probetur, num.* 2. *Mascardus de probationibus, conclus.* 644. *num.* 20. *part.* 2. atque substinet *Zabarell. in proœm. Clement. in verb. Data, in fine,* nec non *Socinus in consil.* 94. *num.* 5. *lib.* 1. vbi notat esse optimum modum corrigendi errorem per Tabellionis as-
3 sertionem, quia scripturę veritas per ipsum authorem, qui fecit, probari potest, vt scriptum reliquit, *Bartolus in consil.* 208. *num.* 2. *lib.* 1. & facit imperialis *Constantini* Constitutio *in l. si quis decurio* 21. *C. ad legem Corneliam de falsis*, vbi *Gloss. in verb. Authorem*, dicit, quòd ei soli creditur, vt in citata Constitutione, & in *§. si verò moriãtur omnes, col.* 6. *Auth. de fide instrument.*
4 Quinimmò per coniecturas, & indicia corrigi etiam posse, tradunt idem *Socinus in dicto consil.* 94. *num.* 8. *Menochius de præsumptionibus, libr.* 6. *præsumpt.* 22. *num.* 8. quod planè procedit eo fortiùs, quando sumus in errore in omittendo, ille
5 enim facilius corrigitur, quàm in committendo vt tradunt *Albens. in consil.* 10. *num.* 19. *lib.* 1. *& Socinus in consil.* 98. *num.* 11. *lib.* 3. quos insecta-

tur

tur noster *Author in citato cap. 825. num. 6.* &
6 per erroris **correctionem** quidquam de nouo fa-
ctum nõ **dicitur**, sed dumtaxàt declaratum, quod
gestum est, *Felin in cap. qualitèr, & quando, il
primo, num. 27. vers. Facit quod notat Dominus,
de accusationibus, & in cap. 2. num. 16. vers. Et
pulcrè inquit, de libell. oblat. Rota decis. 158. nu.
2. part. 2. in recensioribus*, vbi etiam traditur,
7 quòd **solemnitas**, de qua in *cap. final. de confess.*
in docendo de errore, & in declaratione confes-
sionis obscuræ necessaria minimæ est, *Marin. in
dict. cap. qualitèr, & quando, de accusationib.*
& facit *Vlpiani l.* C. Responsum *in l. haredes pal-
am 21. D. de testament. & qui testament. facere
poss.*

PROLOGOMEN.

Non numeratæ pecuniæ exceptionem prout in mutuo, ità & in dote biennium infra locum habere probatur, & quando quibusuè in casibus exceptio isthæc opponi non possit? latè ostenditur, declaraturque.

RERVM SVMMA.

1. *Exceptio non numerata pecuniæ locum habet in dote, pro vt in mutuo.*
2. *Exceptio non numerata pecuniæ infra biennium opponi potest in mutuo, & in dote, secus verò in aliis.*
   Intelligitur, quò ad probandi onus, vt num. 3.
4. *Exceptio non numerata pecuniæ elapso biennio competit, quando debitor onus probandi pecuniam nullatenus fuisse solutam, in se-suscepit.*
5. *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ nium valida sit.*
6. *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando intra biennij tempus opposita fuit, perpetuatur.*
7. *Solutio facta per Bancum non numeratæ pecuniæ exceptionem excludit.*
8. *Solutio facta per Bancum præsenti pecuniæ facta dicitur.*
9. *Exceptio non numeratæ pecuniæ aduersus literas cambij opponi non potest.*
10. *Veritas nunquàm reijcienda est.*
11. *Exceptio non numerata pecuniæ excluditur, quando Notarius in publico instrumento scripsit, pecuniam coràm se, & testibus numeratam fuisse.*
    Denegatur paritèr, quando debiti confessio post confectum instrumentum facta fuit vt num. 12.
    Sic demùm quotiescumque quis realitèr recepit aliquid pro residuo, vt num. 14.
13. *Confessio creditoris de pecunia recepta præiudicat, quando vltra eam quietatio adest.*
15. *Verbum* pro residuo *totius debiti solutionem denotat.*
16. *Creditor aliquid recipiens pro residuo sibi præiudicat, quamuis protestetur, sibi licere dictam solutionem taliter recipere sine præiudicio consequendi, quod verè non recepit.*
17. *Exceptione non numeratæ pecuniæ haùd competente, remanet exceptio doli.*
18. *Debitor pecuniæ non numeratæ, implorare potest Iudicis officium, vt actori indebiti petitio prohibeatur.*

OBSERVATIO CLXIV.

CAmerinensi causa nostro *Authori* commissa declarauit, non esse locum exceptioni non numeratæ pecuniæ, quia lapsum erat tempus ad illam opponendam,
1 vt ipsemet **testatur** hic: etenim etsi in dote, pro vt in mutuo, **excepti**o isthæc non numeratę pecuniæ locum habeat, **pro** pterea quòd facilè istis in contractibus, **quis scribit** recepisse, quod non recepit amore, **vel spe** mutui affectus, vt scilicèt sic alius faciliùs **mutuum** det, vel matrimonium ineat; nihilominus non nisi biennium infra his in
2 contractibus **locum** habet talis exceptio, cùm etiam in alijs **oppo**ni non possit, nisi infra triginta dies, quemadmo**dùm** cauetur in Imperiali Iustiniani Constitutio**ne** in *l. in contractibus* 14. *C. de non numerat. pecun.* vbi *Gloss.* in figuratione casus, & in *§ 1. in verb. Breui tempore*, citans ibidem *§. super cæteris, eiusdem legis.* & docent ita *Felin. in cap. sæpe cautio, num.* 45. *cum seqq. de fide instrument. Peer. Duen. Regul.* 121. *&* 260. *Afflict. decis.* 105. *num.* 2. *Rota Genu. decis.* 26. *nu. 27. Mascardus de probationib. concluf.* 695. *Conssiliar. Paschal. de viribus patria potestatis, part.* 1. *cap.* 8. *sub num.* 90. *Galluppus in praxi S.R.C. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. *in fine*, & cæteris omnibus notat *Dom. Consiliar. Roccus in suo Respons.* 16. *num.* 5. *tom.* 2. dilucidatque perbellè *Dom. D. Francisc. Verde in sua Pantonomodid. lib.* 3. *tit.* 22. *de literarum obligationibus, nu.* 1164. *& sequ.* & aduertit *in lib.* 4. *tit.* 13. *de exceptionibus, ante num.* 1426.
3 Quod tamen quò ad probandi onus procedere haùd ambigitur, vt scilicèt proposita ista exceptione infra dictum biennij tempus, probata dicatur negatiua respectu excipientis, idest pecuniam non esse numeratam, adeò quod onus probandi contrarium, scilicèt numerationem, in ipsum Actorem præcisè transferatur, *Cynus in l. si ex cautione, C. de non numerat. pecun. Caranit. in Rit.* 166. *num.* 47. quos sequitur *Galluppus vbi supra, sub nu.* 4. & comprobat laudatus *Dom. Verde in dicto tit.* 22. *de literarum obligationibus, sub nu.* 1151. nec non nouissimè obseruat *Dom. Motillus in praxi S.R.C. tit. de gradu cæteris, num.* 226. recensens *text. & Gloss. in l.* 2. *C. de nõ numerat. pecun. l.* 1. *& Gloss. C. de condic. ob turp. cauf. Afflict. decis.* 110. vbi *Vrsill. in addit. &, Reg. Sanfelic. decis.* 152. *num.* 2. *tom.* 2.
4 Quandoquidem lapso biennio exceptio isthęc non numeratæ pecuniæ opponi etiam **pote**st, si debitor pecuniam ei numeratam haùd **esse** probare velit, vt per Sacrum Consilium decisum **testatur** *Afflictus in citata decis.* 110. cui se **remittit** Consiliar. *Paschal. in citato cap.* 8. *num.* 88. **Laudans** etiam *Laderch. in consil.* 113. *num.* 8. **Mo**ch. in consil. 47. *nu.* 8. Peregrin. *in suo libr.* **vario** tra. etat. *in quinta parte, sub tit. de pact.* **&** **con**uent. *num.* 120. *&* *sequ.* quibus addimus *Gallup*pp. d. l. *num.* 5. *in fine, Scacc. de cambijs §.* 2. *Glos*.8. nu. 2. *Gait. de credito, cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 255. nec non etiam *Dom. Consiliar. Roccus in opusc.* de literis *cambij, notab.* 29. *num.* 76. qui hoc **scribit**, probatque Dom. *Verde* dum esse *de* decisum *pra, num.* 1154. & concinit Ioan. à *S*

sum referens in Suprema Frisiorum Curia *tit. 2. lib. 3. decis. 1.* memoratæ exceptionis renũciationem valere, vt creditor probare non teneatur numeratam pecuniam esse, quod onus probandi alioqui ipsi incumbit, sed quòd debitor, qui renunciauit, grauetur onere probandi, sibi illam numeratam non esse, quod sequitur illùm laudãs doctissimus *Dominus Consiliarius D. Carolus Petra super Ritibus M.C.V. tom. 2. Rit. 166. sub num. 203.*

6 Quarè si intrà dictum biennij tempus opposita sit, perpetuari certum est, vt cautum legitur in *l. si intra 8. C. de nõ numerat. pecun.* & tradit laudatus *Dom. Verde vbi supra, lemma 3. ante num. 1164.*

7 Verùm penitùs excluditur, quando solutio est facta per Bancum publicum, eo siquidem casu huiusmodi solutio præsenti pecunia facta dicitur, vt

8 alios congerens sermocinatur *Follet. in prax. cẽsual. in verb. Instrumento gratia, num. 48. in fine*, nec non paritèr noster *Author Disceptat. forens. tom. 2. cap. 387. num. 39. Scacc. de cambijs, §. 7. Gloss. 3. num. 33. Gaitus dict. tit. 7. num. 2557. Regens Rouitus decis. 13. sub num. 2. vers. Ex scriptura, Intrigl. decis. 1. num. 16.* & ità in puncto mandat Regia Regni *Pragmat. 8. de literis cambij, in prætermissis*, vbi hæc adsunt verba, *Si bene da nostri predecessori sono fatte più pragm. sopra il pagamento delle lettere di cambio, con tutto ciò hauemo inteso, che il pagamento di esse si dilata sotto colore, che si difficulta se il pagamẽto sia, ò nò stato fatto, e con questo si pone il negotio in lite contro la forma di dette Pragm. perciò cõfirmando tutte l' altre, & precedenti Pragm. si ordina, che tutti li pagamenti delle polise di Bãco, si faccino per Banco, &c.* quibus ex verbis *Dom. Consiliar. Roccus dict. Responsi. 16. num. 9.* clarè haberi dicit, quòd facta solutione per Ban-

9 cum in literis cambij, opponi prohibetur de non numerata pecunia, & sic mandat alia *Pragmat.* quòd aduersùs literas cambij opponi non possit ad impediendam exequutionem exceptio *(che nõ sia corsa la valuta) Pragm. 3. §. 12. & Pragm. 5. §. 3. de literis cambij*, quam etiam conclusionem idemmet *Dom. Roccus* approbat in *opusculo de literis cambij, notab. 10. num. 18.* & iterùm *notab. 28. num. 71. & sequ.* vbi tamèn arbitratus est,

10 quòd contrarium probari etiam potest, quia veritas nunquam est reijcienda, ex *Rot. Gen. decis. 20. num. 27. & 28. Scacc. de camb. §. 7. Gloss. 3. num. 33. Ioseph. Vela decis. Granat. 25. num. 12.*

11 Simili itàque ratione excluditur, si Notarius in publico instrumento scribat, pecuniam coràm se, & testibus numeratam fuisse, vt tradunt *Abbas in cap. cùm P. num. 11. de fide instrument. Mol. tom. 2. disput. 302.* quos sequitur laudatus *Dom. D. Franciscus Verde in citato tit. de literarum obligationibus, sub num. 1171. vers. I. si tabellio*, & ad exceptionem hanc excludendam pro cautela tradit in *addit. ad Gallupp. in praxi S. R. C. part. 2. cap. 11. lit. A.*

12 Quemadmodùm & quoque, si debiti confessio facta sit post confectum instrumentum, quæ dicitur geminata, *Gloss. in l. contractus, §. sed quoniam, in verb. Penitùs opponi, C. de non numerat. pecun.* vbi *Bartol. & Bald. Cynus in l. cum fidem, num. 4. in fine, C. eod. tit. Afflict. decis. 110. num. 1. Gabriel commun. conclus. 3. num. 4. de Grassis de exceptionib. except. 14. num. 13. Galluppus dict. cap. 11. ante num. 10. vers. 2. Dom. Verde in dict. tit. de literarum obligationibus, num. 1172.* & nouissimè *Dom. Motillus vbi supra, sub num. 226. vers. Hæc regulariter*, & concinit traditum per laudatum *Dom. Consiliar. Petra in dict. Ritu M.C.V. 166. num. 203. in fin.* vbi dicit, quòd cre-

13 ditor, qui confessus fuit, se à debitore pecuniam recepisse, etsi opponere valeat replicationem non numeratæ pecuniæ, vt deducitur ex *textu in l. in contractibus, §. super cæteris, C. de non numerat. pecun.* restringitur nihilominùs, si vltrà cõfessionem, quietatio adesset, tunc nàmque statim confessio præiudicium affert, *Natta consil. 196. num. 1. lib. 1. Moccia in Sylu. cas. forens. cap. 57.* Alij verò casus, in quibus exceptio prædicta non conceditur, enarrantur per *Gallupp. & Dom. Verde in locis citatis.*

14 Quorum peculiarem locũ obtinet ille, in quo dicitur, quòd cessat exceptio isthæc quotiescumque quis realitèr recepit aliquid pro residuo, quia

15 tunc talia verba, quòd totum solutum sit, denotant, vt enucleant *Bald. in l. ab Anastasio, C. mãdat. Afflict. decis. 283. num. 3. Rot. Gen. decis. 60. num. 6.* idque etiam si recipiens cùm dictis ver-

16 bis, antea protestatus sit, sibi licere dictam solutionem talitèr recipere sine præiudicio consequẽdi, quod verè non recepit, vt habetur ex Arresto per Collaterale Consilium emanato anno 1602. in causa Ascanij de Elia cùm hac Fidelissima Ciuitate Neapolis, vbi ex quo dictus Ascanius aliquam quantitatem recepit pro pretio frumenti ad complementum, præuia protestatione, & Magnæ Curiæ Vicariæ decreto, quòd ei præiudicium nõ inferatur, prætendens deindè virtute huius exceptionis dictam receptionem realitèr non fuisse pro residuo, & complemento: fuit per dictum Collaterale Consilium, referente *Dom. de Vera* decisum obstare eidem Ascanio exceptionem solutionis, non obstante dicta protestatione, vt memoratus *Gallupp.* testatur *vbi supra, num. 13. in fin.*

17 Pro coronide autem adnotare quoque libet, quod non abre aduerterunt recensendi Doctores, scilicèt, quòd tametsi lapsum esset tempus proponendi huiusmodi exceptionem non numeratę pecuniæ, vel ea aliqua ex causa non competeret, poterit nihilominùs doli exceptionem propohere, cùm dolo, & fraude petatur pecunia, quæ non sit numerata, quemadmodùm post *Hostiens. & Barbat.* probat *Marsil. in singular. 277.* demùmque *Raphael de Turri de cambijs, disput. 2. quæst. 16. num. 53. 54. & 55. & Dom. Consiliar. Roccus in Responsi. 3. tom. 1. num. 9. & seq.* subnectens, quòd

18 Reus lusdicentis officium implorare potest, vt Actori indebitum petere prohibeatur, ex *Bartol. in l. illicitas, in princ. D. de offic. Præsid. Carol. de Grassis de exceptionibus, cap. 43. num. 89.*

PROLOGOMEN.

Partis citationem in absolutione à iuramento, cùm illud petitur ad effectũ dumtaxàt agendi, & non simùl ad rescindendam contractus iurati obligationem, haùd requiri tuetur, inspectionibusque quamplurimis exornatur, quibus plenè illustratis optima methodo dirigen-

Digitized by Google

rigente illa resolvitur quæstio, quæ vertitur illud circà nimirùm, à quo Iudice absolutio ifthęc, seù iuramenti relaxatio petenda sit, à Iudice nè laico superiore contrahentium, an verò à Superiore Ecclesiastico? & si prædicta iuramẽti absolutio coràm Ecclesiastico Iusdicẽte peti debeat, nùm iudicium coràm eodem agitandum sit? quidue appellatione pẽdente à iuramẽti habilitatione, nùm ille, qui habilitationem obtinuit, laicali in iudicio pro contractus rescissione agere queat? & nùm huiusmodi habilitationis sentẽtia per appellationis interpositionem suspensionem recipiat? clarè exponitur, demonstraturque.

RERVM SVMMA.

1 *Absolutio iuramenti ad effectum dumtaxàt agendi, partis citationem non requirit.*
Limitatur, cùm illa petitur ad finem rescindẽdi iurati contractus obligationem, vt num. 3.

2 *Citatio, vbicumque de leui, vel de nullo agitur praiudicio, necessaria non est.*

4 *Citatio partis requiritur in sententia declarãte aliquem incidisse in excommunicationem ipso iure incursam per Sacros Canones pro aliquo facto.*
Comprimitur in facto notorio, vt num. 5.

6 *Absolutione iuramenti præstita ad effectum agendi, si plenario iudicio pronuncietur, cõtractum esse validum, qui prius iurauerat, ad illius contractus obseruationem iuramenti vinculo adstringitur.*

7 *Absolutio iuramenti iterùm petì debet, quando iudicio summario præstita fuit iuramenti absolutio ad effectum agendi, & plenario iudicio contractus iudicatur vsurarius.*

8 *Absolutio iuramenti ad effectum agendi haùd conceditur in obligationibus conceptis in formam Camera Apostolica ex stylo Signaturæ. Restringitur secundùm vsum modernum, vt num. 9.*

10 *Minor Iudicis officium absque periurij reatu implorare potest super restitutione ex absolutione, qua ei conceditur in specie Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersùs vendit. &c.*
Limitatur vt num. 11.

12 *Absolutio à iuramento necessaria non est, vbi dolus ex proposito contractui accessisset.*

13 *Absolutiones tot requiruntur, quot sunt iuramenta in contractu interposita.*
Cautela traditur num. 14.

15 *Absolutio vnica sufficit, quando supplicatio est generalis, & omnia iuramenta, quæ agenti obstant, complectitur.*

16 *Absolutio vnica sufficiens est, quando contractus plura continet iuramenta ad eiusdẽ actus obseruationem tendentia.*

17 *Absolutio à iuramento præstito in vltima transactione sufficit ad effectum illam impugnandi, licèt diuersæ transactiones iuratæ factæ sint.*

18 *Iuramentum partium consensu remitti potest.*

19 *Absolutio iuramenti à Iudice laico superiore contrahentium petenda sit, an verò à Superiore Ecclesiastico.*
Sententia tradens, potestates laicas iuramenta remittere, eorumque relaxationem concedere posse, recensetur num. 20.
Sed vera resolutio traditur num. 26.

21 *Causa iuramenti est mixti fori, cùm iuramentũ adhibetur circà rem, quæ naturalem, ac politicam Reipublicæ secularis finem non transeendit.*

22 *Seculares, qui sunt de Ecclesiæ gremio, quantum Ecclesiasticis potestatibus subiaceant.*

23 *Contrahens obligationem ex iuramento ortam iuranti remittere, & condonare potest.*

24 *Iudex consensum supplere potest, quoties illo subditi opus est ad actum aliquem.*

25 *Factum Iudicis censetur factum partis.*

27 *Iuramentum ad reuerentiam, & fidem Deo præstandam pertinet.*

28 *Absolutio à iuramento quando coràm Ecclesiastico Iudice petì debet, nùm iudicium coràm eodem agitandum sit, & num. 31.*

29 *Index causæ propriæ, & præparantis, est etiam Iudex ad cognoscendum de causa præparata. Intelligitur, quando est etiam competẽs ad cautelam præparatam, vt num. 30.*

32 *Appellatione pendente à iuramenti habilitatione, nùm ille, qui habilitationem obtinuit, laicali in iudicio pro contractus rescissione agere debeat, & num. 35. & 48.*

33 *Absolutio à iuramento iuratem ad finem agendi tantùm habilitat.*

34 *Absolutio excommunicationis excommunicatum Ecclesiæ communioni restituit.*

36 *Iudex laicus pendente causa matrimonij coràm Iudice Ecclesiastico prouidere potest super alimentis vxorì per virum præstandis.*

37 *Sententia absolutionis à iuramento per appellationis interpositionem suspensionem non recipit.*

38 *Leges fauorabiliores sunt in absoluendo, quàm in condemnando.*

39 *Absens damnari non potest.*

40 *Indefensi, & inauditi damnandi minimè sunt.*

41 *Iudex Reo absente eius scelera punire nonvalet.*

42 *Sententia contrà absentem promulgata nulla est.*
Limitatur, quando in Rei fauorem pro sua liberatione promulgata fuit, vt num. 43.

44 *Sententia absolutoria excommunicationis ipsam exequutionem habet, nec per appellationis interpositionem impeditur.*

45 *Renuncians in iudicio stare potest pro contractus rescissione, postquam iuramenti absolutionem obtinuit, etsi de illa pendeat appellatio.*

46 *Appellatio ab excommunicationis absolutione non operatur, vt redeat sententia excommunicationis vis.*

47 *Appellatio interposita à iuramenti absolutione periurij reatum redire non facit.*

OBSERVATIO CLXV.

QVia in casu præsentis loci petita fuit absolutio à iuramento in tractu adhibito ad effectum dumtaxat agendi, & non simùl ad rescindendam contractus iurati obligationem, partis citationem in dicto iuramento minimè requiri, declarauit Rota

Rota hic, teste *Authore* nostro; cuius sanè arresti tanta videtur existimatio, quo assistente iustitia dictum fuerit, vt de eius veritate ambigere meritò haùd poterit, ex tot præsertim Doctorum laudandorum votis, in quibus cognitum id extat; ità enim aliorũ fulti auctoritatibus inquiunt *Card. Tuschus Practic. Conclus. verb. Citatio, conclus. 272. num. 40. Episcop. Couarruu. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 4. num. 6. Gabriel commun. conclus. tit. de citationibus, conclus. 1. à num. 96. & sequ. Canall. commun. contrà commun. quæst. 434. Tiraquell. in tract. res inter alios acta, limit. 3.* omnes hanc communem, Doctorumque voto receptam esse sententiam quoque attestantes, itàque paritèr sexcentis ferè alijs relatis referunt, & tuentur *Consiliar. Carleual. de Iudicijs tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 4. num. 197. Niger Cyriac. Controuers. forens. tom. 1. cap. 7. Facchineus lib. 8. Controuers. forens. cap. 62. Marescott. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 84. Scapuccin. de iure non scripto, lib. 3. cap. 54. Bilotta de absolutione iuramenti, cap. 7. Marchesan. de commiss. part. 3. §. 3.* denique cœteris alijs consultò omissis sententiã hanc pro absoluta amplectuntur, & sectantur *Ventriglia in praxi rerum notabilium de absolutione iuramenti, Annotat. 45. §. vnic. num. 3. & 4. Genuens. in praxi Archiepiscop. cap. 4. Baronius de citatione, quæst. 19. num. 156. Donadies de renunciat. cap. 8. num. 14. vers. Nam communis opinio, Fõtanella de pactis nuptialibus, claus. 7. Gloss. 2. part. 7. num. 11. Riccius in praxi absolution. iurament. decis. 333. Virgil. de legitim. person. cap. 29. sub num. 15. Ciarlin. cap. 122. num. 48. tom. 2. Carena Resolut. 139. num. 10. Parlador. lib. 2. Rerum quotidian. cap. 4. nu. 55.* Sed demùm, nè sola numerosa auctoritatũ multitudine vtamur, rationem illam tradimus, quia citationem, vbicumque de leui, vel de nullo agitur præiudicio, necessariam minimè esse, certum est: quodue id prædicto in casu locum obtineat, diligenti intellectu consideranti patet, eo enim in iudicio, de causa absolutionis iuramenti summatim tractatur, atque subindè modicum præiudicium alteri contingit, siquidem ea virtus, quæ ex iuramento contractui accedit, etiam præstita absolutione, salua, & inuiolata manet.

3 Etsi autem secùs sit, si de iuramenti absolutione ad finem rescindendi iurati contractus obligationem ageretur, tunc enim nulli dubium quidem est, partis requiri citationem, vbi nàmque iuramenti absolutio petitur, vt & simùl obligatio ex iuramento contracta tollatur, & prorsùs ipsius contractus vis euanescat, tunc de iustitia, & veritate contractus tractandum est, cùm de eo dissoluendo, recindendoq; agatur, nil igitùr mirum, si alter citandus omninò sit; Quamobrèm *Doctores* omnes communitèr ratione isthac suadente concludunt, quòd in sententia declarante aliquem in-
4 cidisse in excommunicationem ipso iure incursam per Sacros Canones pro aliquo facto, requiratur partis citatio ad finem videndi, si verè illud factum sit, ità inter cœteros *P. Suarez. de censuris, disput. 3. sect. 20. num. 25. Auila eodem tract. part. 2. cap. 5. disput. 1. in 5. dubio. conclus. 2. de Leo in Thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap. 2. num. 105.* & latè astruit memoratus *Baronius in citato tract. de citatione, quæst. 17. à num. 1. cùm seqq.* idque tametsi aliter sentijsse videantur non-
nulli apùd *Gabriel. dict. conclus. 1. num. 169.* eo-
5 rum siquidem dicta procedunt, quando sumus in facto notorio, ex traditis per *Card. Tuschum vbi supra, conclus. 268. num. 42.* nec non per *Mosochium consil. 1073. num. 5.* atque per *Borrellum in summa, titul. de citation. num. 187.* & per plura notat *Baron. ibidem, num. 11. & seqq.*

Verùm hic memoratus *Episcopus Couarruu. vbi supra, num. 6. vers. Ex his,* notandum admó-
6 net, quòd præstita iuramenti absolutione ad prædictum agendi effectum, si plenario iudicio pronuncietur, contractum esse validum, qui priùs iurauerat, ad illius contractus obseruationem iuramenti vinculo adstringitur, siquidem absolutio ei quidquam non prodest; præterquam ad agendi effectum, quod equidem eum ante obseruauit *Baldus,* quem *Imola, & Socinus* insectatur quoque in *l. hac scriptura, D. de condit. & demonstration.* quemadmodùm è contrario, si iudicio
7 summario præstita iuramenti absolutione ad agẽdi effectum, tandèm plenario iudicio contractus iudicetur vsurarius, tutius erit, absolutionem à iuramenti vinculo iterùm peti, cùm prior absolutio ad effectum agendi dumtaxàt præstita fuerit, quæ quidem hunc sensum habet, vt liberè agat contrà contractum illum: quodq; si eum vsurarium, aùt illicitum esse probauerit, ab eius iuramenti, contractusq; vinculo solutus sit, vt *Castrens.* edocuit in *consil. 259. col. penult.*

8 Restrictionem attamèn illud habere adnectit idem *Episcop. Couarruu. ibidem,* quòd nimirùm Romana in Curia ex stylo Signaturæ minimè conceditur absolutio ad prædictum agendi effectum à iuramento præstito in obligationibus cõceptis in formam Cameræ Apostolicæ, ex testimonio Ioannis *Staphilæi de literis grat. & iust. fol. 185.* Sed hoc haùd procedere secundùm vsum moder-
9 num notat noster *Author hic num. 4.* Demùm, quòd huiusmodi absolutio à iuramento non tantùm concedenda sit ad effectum agendi, sed & ad effectum excipiendi, secundùm *Gomez. in tract. breuium, num. 47.* licèt ipse referat, id Romæ maximè controuersum fuisse.

10 Denique notandum euenit, quod memoratus *Staphilæus* admonuit *in fol. 167.* nempè in absolutione, quæ minori conceditur in specie *Authent. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. formam istam seruan. fore,* vt eidem minori aperiatur via ad Iusdicentis officium implorandum absque periurij reatu super restitutione, quatenùs de iure sit ei concedenda: quibus equidem ex verbis colligi videtur, id tantùm minori ex hac absolutione cõcedi, quod ex absolutione ad effectum agendi maioribus eam petentibus competere solet, atque ideò absolutio isthæc iuramenti vim non impedit, quæ contractui accessit ex allegatæ *Authenticæ* decisione: ea beneuerùm in lite tractandum erit, sit nè restitutio minori conce-
11 denda, qui læsionem grauissimam, dolumque re ipsa contingentem allegat: nàm tunc necessariam esse absolutionem opinatur *Episcop. Couarruu. d. l.* ex eo, quòd consensus præstitus fuit à minore huic contractui, & iuramento, tametsi talis absolutio necessaria non esset, vbi dolus ex proposito
12 contractui accessisset, cùm his iurantis consensum omninò impedierit, quod *Abbas Panorm.* expressim asserit in *cap. cùm contingat, num. 3. & 23. de iure iuran.* cuius opinionem cõmuni Do-

Digitized by Google

dorum voto receptam esse faretur *Alciat. ibi, nota.* 4. & alijs posthabitis adnotant *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. A. conclus.* 58. *num.* 22. 31. & 35. *Ill. Dom. Reg. & Pras. Merlinus Controuers. Forens. centur.* 1. *cap.* 39. *num.* 8. *Dom. Consiliar. Pratus Disceptat. Forens. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 34. *Thorus in compend. decis. part.* 1. *verb. Absolutio à iuramento*, nec non etiam obseruant *Seraphinus de priuileg. iurament. priuileg.* 31. *à num.* 16. *Villalob. in communibus opinionibus, verb. Iuramentum, num.* 137. *cùm seqq. Gabriel commun. conclus. lib.* 3. *conclus.* 1. *num.* 8. *Borrell. de compromiss. §.* 7. *Gloss.* 11. *num.* 23. *& Gloss.* 1. *§.* 8. *num.* 9. *& Valasc. Consultat.* 130. *num.* 25.

13 Si verò in contractu plura interposita fuerint iuramenta, habere absolutionem ab vno haùd quidem sufficit, sed tot absolutiones, & habilitationes requiruntur, quot sunt iuramenta, quę precedunt: si quis enim aduersùs contractum non venire iurauerit, & absolutionem à iuramento haùd petere similiter iurauerit, in primis petere debet absolutionem à iuramento præstito de non petendo absolutionem, eaque obtenta iterùm se absoluere facere à iuramento præstito de contractui minimè contraueniendo, quemadmodùm *Baldus* inquit *in l.* 2. *D. de iure iurand. & in cap. debitores, eodem titul.* quem latè sectantur *Afflict. decis.* 220. *num.* 12. *Caualcan. decis.* 9. *num.* 25. & alios coadunans amplectitur *Marescotta Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 4. vbi ità in vna Romana tentum fuisse quoque tradit, nec non conuallant alij per *Seraphin. de priuileg. iuramem. priuileg.* 83. *num.* 46. ità q; seruari testatur *Galluppus in praxi S. R. C. part.* 2. *cap.* 12. *sub num.* 31. & insequitur *ibi in addit.* doctissimus *Dom. D. Francisc. Verde, num.* 48. Quapropter

14 non abre citatus *Afflict. vbi supra*, notabilè tradit cautelam, vt generalitèr petatur absolutio ab omnibus, & singulis iuramentis talis contractus, quandoquidem præfata conclusio locum minimè obtinet, quando supplicatio pro huiusmodi absolutione obtinenda est generalibus verbis cõcepta, & talitèr, quòd omnia iuramenta, quæ agẽti obstant, complectatur, licq; eo casu, si supplica-

15 tio ipsa simplicitèr signetur, vnica absolutio sufficiens est, vt per *Felin. in cap. constitutus, num.* 14. *de rescriptis*, & ex alijs inquiunt *Card. Mãtica decis.* 267. *num.* 7. *& 8. Marescotta dict. cap.* 84. *num.* 6. adijcens, ità tenuisse Rota in vna Mediolanen. bonorum coràm Cardinale *Pamphilio*, & confirmatam fuisse coràm Orano, & laudant *Galluppus vbi supra, num.* 32. *Thorus in addit. ad Riccium in praxi Episcop. Resolut.* 289.

16 Quemadmodùm nec paritèr illam locum obtinere opinamur, cùm in contractu plura continentur iuramenta omnia ad illius actus obseruationem tendentia, licq; vt tunc vnicam absolutionem petere sufficiat ad effectum agendi cõtra illum actum, prout tentum fuisse in vna Romana legatorum refert citatus *Marescotta d. l. num.* 7. inferens, quòd si diuersæ factæ sint transactiones

17 iuratæ, & vltima impugnetur, absolutionem respectu vltimæ petere sufficiat, præsertim quando per vltimam à prioribus receditur, cùm tunc remissa censeantur iuramenta, quæ partium con-

18 sensu remitti possunt, *Alexand. consil.* 59. *num.* 2. *lib.* 1. *quapropter plura minimè dici queunt iu-*

ramenta, sed vnicum tantùm in vltimum transfusum, vt idem *Marescotta* notat *ibidem, num.* 9.

19 Quod modò prælertim confert, examinemus oportet, illud nimirùm, in quo tota quidem, & potissima difficultas consistit in determinando scilicèt, à quo Iudice petenda sit isthæc absolutio, seù relaxatio iuramenti, an à Iudice laico superiore contrahentium, an à Superiore Ecclesiastico? Est autem difficultas, quando vterque cõtrahẽs est laicus, vel vnus Clericus, qui sit Actor, alter laicus, qui sit Reus: nàm cùm vterque contrahens Clericus est, dubio procùl adeundus est Iudex Ecclesiasticus loci cõtractus, vel domicilij eius, cui iuratum est, ad petendam iuramenti relaxationem, quia Iudex laicus nullam potestatem habet in Clericos.

20 Quam rem circà equidem scio dixisse nonnullos, potestates laicas iuramenta remittere, eorumque relaxationem concedere etiam posse, quia quando res, circà quam iuramentum versatur, naturalem, ac politicum Reipublicæ sæcularis finẽ non transcendit, iuramenti causa est mixti fori,

21 cùm Religionis virtus, cultusque, ac honor, quã tum lumen naturale docet, Deo debitus non trafinem superet, cùm sit intra naturæ ordinem, & ad supernaturalem ordinem minimè pertineat;

22 Præterea, quia licèt sæculares, qui sunt de Ecclefiæ gremio, Ecclesiasticis potestatibus plenissimè subiacent; quantum eorum spirituale bonum, finisq; supernaturalis, in quem Ecclesia dirigitur, postulat, ac proindè eorum iuramenta, quatenùs spirituale subditorum bonum concernunt, vel ei opponuntur, relaxare valent: sic etiam cùm similinis, ac naturale politicæ, & sæcularis Reipublicæ modo potestatibus laicis subiaceant, quantum fibonum postulat, eorum iuramenta relaxare potefunt, quàndo id commune Reipublicæ bonum exegerit; Denique ad sententiam hanc suadendam potentior extat ratio, quia quemadmodùm

23 contrahens, cui iuratum est, obligationem ex iuramento ortam iuranti condonare, eamq; remittere potest, qua remissa iurans à iuramenti vinculo liber manet, quod est indirectè iuramentum dissoluere: sic ciuilis, & sæcularis publica potestas, cùm res iuramento promissa ciuilem iurisdictionem non trascendat, poterit ergà subditos cã obligationem contrahentis sibi subiecti omnino condonare, supplendo consensum, quem ipse ei remissioni præstare tenebatur, iuxtà elegantem adnotationem *Oldrad. cons.* 186. *Anchar. consil.* 198. *& Panorm. consil.* 8. quos sequitur *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. I. conclus.* 516. *num.* 3. *& sequ.* nàm quoties ad actum aliquem subditi

24 consensu opus est, & illum ille præstare renuit, Iusdicens eius Superior eum consensum supplere potest, vt multis in eam rem adductis notat *Consiliar. Gizzarell. decis.* 65. *ex num.* 3. quo ca-

25 su Iusdicentis factum partis factum censetur, iuxtà celebrem Imperatoris *Gordiani* constitutionem *in l. si ob causam iudicati* 13. *de exactionibus.*

26 Istæ verò recensitæ rationes, etsi primæ facie, dictamen arque primo intellectus voto suadere tamen sententiam veram esse videantur; nihilominùs huiusmodi iuramenti absoluti[o] [illegible] relaxationem petendam esse necessariò quodcumque petitur ab Ecclesiastico Iudice, & Sa-

Sæcu'arem ad eam concedendam incompetentẽ eſſe, docent *Angelicus Doctor* 2.2. *quæſt.* 89. *art.* 9. *ad* 3. *& Caietan. ibi*, & ſectantur *Abbas Panorm. in cap. cùm ſit generale, num.* 21. *de foro competent.* & ibi *Marian. nu.* 22. *circà medium*, *Guttier. in Auth. Sacramenta puberum*, *num.* 46. *C. ſi aduersùs vendit. Couarruu. in cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 3. *num.* 7. *de pactis*, *Barboſa in l.* 1. *part.* 1. *num.* 77. *D. ſoluto matrimon.* atq; paritèr aliorum fulti auctoritatibus *Card. Tuſchus Practic. Concluſ. lit. A. concluſ.* 57. *ex nu.* 21. *Bouadilla in ſua Politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 52. *Farinac. in praxi criminal. quæſt.* 8. *nu.* 143. *Gallupp. in praxi S. R. C. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 26. *Corneus in tract. de abſolut. forenſi iuramenti promiſſor. part.* 2 *quæſt.* 7. *& Facchineus lib.* 3. *Controuerſ. cap.* 13. pro qua demùm ſentẽtia adeſt celebris *textus in cap. venerabilem, de election.* optimus itèm in *cap. nouit. de iudic.* & denique
27 colligitur ex eo, quòd cùm iuris iurandi religio ad reuerentiam, & fidem Deo præſtandam pertineat, ratione quadam conſequenti ad Iudices, Prælatoſque Eccleſiaſticos, eius declaratio, veluti res ſpiritualis, ſpectare videtur; At in materia adeundus quoque eſt *Sanchez in ſumma, lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 15. vbi diſtinctionis fœdere has duas ſententias conciliare cogitur, quem quiuis pro arbitratu perlegere quibit, dùm aliqua circà cognatã difficultatem, de qua paritèr controuerſum fuit in cauſa præſentis loci, dicamus, quæ quidem talis eſt.

28 An ſi prædicta iuramenti abſolutio coràm Eccleſiaſtico Iusdicente peti debeat, iudicium coràm eodem Iusdicente agitandum ſit? & pro negatiua parte emanatum fuit arreſtum, vt noſter *Author* teſtatur *hic, num.* 5. tametſi attento communi Romanorum iure alitèr dicendum videatur, vt *Baldus* tradit *in l. ordinarij. C. de rei vendicat.* dicens Iudicem cauſæ præuiæ, & præparantis, eſſe etiam Iudicem competentẽ ad cognoſcendum de cauſa præparata, iuxtà *textum in dict. l. ordinarij*, quod etiam memorat, atque Authoris noſtri ſententiam tradit illic *Paulus Caſtr.* cui præter alios ſe ſubſcribit *Dec. in Rubr. de Iudic. col.* 2. dicens in citata *l. ordinarij*, *Baldi* opinio-
30 nem minimè probari, cùm ibi Iudex cauſæ præparatoriæ eſſet etiam Iudex competens ad cauſam præparatam, & inſequitur *Epiſcop. Couarruu. dict. cap.* 4. *num.* 8. vbi vlteriùs rem hanc excogi-
31 tans aduertit, quòd ſi præſtita abſolutione ad effectum agendi, contractus vſuræ, ſimoniæ, aliudue vitiũ haberet, cuius cognitio ad Eccleſiaſticũ Iudicẽ pertineat, tunc *Baldi* ſententia erit omninò veraſi alio iure, cuius cognitio propria nõ eſt Iudicis Eccleſiaſtici, ad cõtractus reſciſſionem quis agere velit, tunc ſecùs iudicanda erit, nàm ſi ipſe, qui abſolutionem ad prædictum agendi effectum obtinuit, coràm eodem Iudice de contractus reſciſſione agere velit, alter qui verè Reus eſt, ea in lite iudicium illud effugere poterit, dicens ſe ipſum coràm proprio Iudice conueniendum eſſe ea ex regula, quæ dicat, oportere Actorem ſequi forum Rei.

32 At quid appellatione pendente ab habilitatione iuramenti, nùm ille, qui habilitationem obtinuit, laicali in iudicio pro contractus reſciſſione agere queat? iſthac equidem in hæſitatione *Mevenda Controuerſ. Iur. lib.* 24. *cap.* 43. *num.* 18. ſuſtinere cogitur, decretum habilitationis à iuramento ſtatim per appellationem vim ſuam amittere, & remota decreti authoritate remanere illũ, qui huiuſmodi abſolutionem obtinuit, reatui periurij obnoxium, quemadmodùm priùs erat, proindèque tradit, quòd iſte talis à iudicio repellendus erit, ac ſi decretum huiuſmodi non adeſſet; illa nimirùm ratione ſuadente, quia iuramenti ha-
33 bilitatio iurantem à iuramento non abſoluit, ſed illum ad finem agendi dumtaxàt habilitat, ad dif-
34 ferentiam abſolutionis excommunicationis, quæ excommunicatum Eccleſiæ communioni reſtituit.

35 Sed contrarium, poſſe ſcilicèt agi in iudicio reſciſſionis contractus coràm Iudice laico, & appellationem proceſſum ad vlteriora laicali in iudicio minimè impedire, deciſum teſtatur memorandus *Dom. Præſ. de Franchis deciſ.* 602. vbi nouiſſimè *Dom. de Luca in Obſeruat.* plura cumulat, & nuncupatim reicit præfatam *Merendæ* opinionem, dicens præſertim, illam nullum, vel paucos habere patronos, & contrariam opinionem communitèr videri receptam; ità que demùm pluries obtinuiſſe tradit *D. Cæſar Vrſillus in addit. ad Afflictum*, *deciſ.* 188. pluribus rationibus probat *Ant. Gagliard. de abſolut. à iuramẽt.* §. 3. *num.* 32. & pro abſoluto amplectuntur *Genuenſ. in praxi Archiepiſc. cap.* 4. *num.* 5. *Epiſcop. Campanil. in Diuerſor. Iur. Canonic. Rubr.* 11. *cap.* 19. *num.* 35. ſicque pariter *Ruginell. de appellationibus.* §. 2. *cap.* 3. *verb. Iuramentum*, *num.* 528. *circà medium*, *Galter. de liquidation. inſtrument.* 3. *part. ſecunda partis principal. Rubr. Et an pendente abſolutione à iuramento, nu.* 42. atque demùm *Dom. Capoccius de pactis, & ſtipulationibus, quæſt.* 61. *num.* 12. laudans *Dom. Regentem Tapia in deciſ. S. C.* 18. *& Dom. Regentem Sanfelicium in deciſ.* 11. & concinit quod deciſum tradit *Matthæus de Afflictis in deciſ.*
36 152. vbi lata ſententia per Eccleſiaſticum Iusdicentem ſuper matrimonij validitate, quamuis ab ea appellatũ ſit, ſæcularis Iudex mulieri ſuper alimentorum præſtatione prouidere poteſt, appellationis pendentia minimè refragante, quam deciſionem ſectantur *Cordub. in l. ſi quis à liberis*, §. *vel ſi parens, nu.* 47. *C. de liber. agnoſcend. Barboſ. in l.* 1. *part.* 1. *num.* 80. *D. ſolut. matrim. Pontan. de aliment. cap.* 19. *num.* 15. ſed videndi tamèn ſunt *Sperell. in deciſ.* 138. *num.* 107. *& Fontanell. de pactis nuptialib. clauſ.* 6. *part.* 3. *Gloſſ.* 2. *num.* 33. nec non *Peguer. in deciſ.* 20. qui alitèr determinatum indicant.

Illa autem potiſſimùm pro concluſione iſthac comprobanda adducitur ratio, quia huiuſmodi habilitationis ſententia per appellationis interpo-
37 ſitionem ſuſpenſionem non recipit, ſed exequutionem ſecum trahit, quoniam leges fauorabilio-
38 res ſunt in abſoluendo, quàm in ligando, vt expreſsè docet *Paulus I. C. in l. Arianus ait* 46. *D. de action. & obligat.* quam ob cauſam etſi Iuris vtriuſque diſpoſitione vetitum ſit, abſentem dam-
39 nare, vt *Vantius* notauit in ſuo *tract. de nullitatibus, tit. Nullit. ex defectu citationis, num.* 8. & conſtitutionibus *DD. Seueri, & Antonini* cautum fuerit, nè quis ſcilicèt abſens poſtulatus dãnari, aùt multari poſſet, vt *Martianus I. C.* atteſtatur *in l.* 1. *D. de requirend. reis*, & Iulio Frontoni reſcripſit etiam Diuus Adrianus, vt *Vlpianus*

I. C.

Digitized by Google

I.C. inquit *in l. absentem* 5. *D. de pœnis*, & facit Imperatoris Gordiani Constitutio *in l. absentem* 6. *C. de accusat.* nec non etiam *Tertullianus*, qui 40 indefensos, & inauditos omninò damnari non licere ait *in Apolog. aduersus gentes*, & *Cicero Act. 2. in Verrem*, qui inter cœtera quæ Verri obijcit crimina, *Honestissimi*, inquit, *atque integerrimi absentes Rei facti in dicta causa dãnati, & electi. vndè Liberius* Pontifex Romanus *Constantio* Imperatori dixit, Iudicem non posse ab- 41 sente Reo scelera eius punire, aùt de crimine eius pronunciare, ità quod promulgata sententia 42 esset ipso iure nullitati obnoxia *l. 5. & 6. C. de accusat. l. diem proferre, §. si as litigatorum, D. de recept. Arbitr. l. 1. D. de requir. reis, l. de vno quoque, D. de re iudic. l. eaq; 7. C. quomodo, & quando Iudex, & l. non intelligitur 3. §. Diuus Adrianus*, ibique *Gloss. D. de iure Fisc.* tamèn in Rei fauorem pro sua liberatione, etiam si absens 43 sit, proferri potest, & absolutio tenet, quemadmodùm *Maranta* docet in *Speculo aureo, part. 6. verb. Rectè concipiatur citatio, nu. 16.* vbi alios recenset, & Ipse etiam scripsi in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine, §. 1. num. 7.* Hinc propterea in *cap. Qua fronte, de appellation.* expressè deciditur, sententiam absolutoriam excom- 44 municationis paratam exequutionem habere, nec per appellationis interpositionem impediri, quod sequitur illic notabilis *Gloss. in verb. decedit, & Maranta in citato Speculo aureo, part. 6. num. 191.* Quamobrem dubio procùl dicendum 45 euenit, renunciantem in iudicio stare posse pro contractus rescissione, postquam iuramenti absolutionem obtinuit, etsi de illa pendeat appellatio, quoniam effectus non suspenditur; Idquè etiam haùd refragante diuersitatis ratione per *Merendam* adducta inter excommunicationis absolutionem, & habilitationem à iuramento, propterea quod illa nedùm est insulsa, immò ab ea à maiori ad minus argui potest, vndè si appellatio ab ex- 46 communicationis absolutione minimè operatur, vt redeat sententiæ excommunicationis vis, multò magis appellatio interposita à iuramenti habilitatione periurij reatum redire faciet, cùm habi- 47 litatio iuramenti vires haùd tollat, vndè modici est præiudicij, & habilitatus iustificare tenetur adducta pro absolutione obtinẽda, vt latè *Ciriac. Controuers. 7. num. 3.*

Prætetire beneuerùm haùd valeo, quòd memoratus *Episcop. Campanil. vbi supra*, restri- 48 ctionem habere opinatur conclusionem prædictam, vt scilicèt procedat dumtaxàt, cùm prædictæ appellationi à iuramenti absolutione interpositæ non defertur, & cùm illa admittitur quò ad caput deuolutiuum tantùm, & non suspensiuum: aliter enim tradit cũ appellatio admittitur quòad prædictum caput suspensiuum, sicque quòd tunc appellatione admissa, innouari de indè, & attentari diceretur.

PROLOGOMEN.

Iuris iurandi religionem in Notario errorem asserente requiri deciditur, eamque pariter requiri, vbi alicuius dicto standum est, ostenditur perbellè.

RERVM SVMMA.

1 *Iuramentum* requiritur in Notario errorem asserente.
2 *Iuramentum* quolibet in casu necessarium est, ad hoc vt fides præstari possit.
3 *Iuramentum* omninò præstare debet electus à Iudice, vel à litigantibus, vt exponat, quid iuxtà artis peritiam sibi visum fuerit, & num. 10.
4 *Iuramentum* requiritur, vbi consensu litigantium standum est aduersarij assertioni de alicuius actus veritate.
5 *Testimonium* veritatis libero arbitrio, & voluntati alicuius non committitur.
6 *Fides rei gestæ* legitimè cognosci non potest, nisi prius asserti one iurata.
7 *Iuramentum* ad quaslibet controuersias dirimẽdas priscis temporibus interponi consueuerat.
8 *Iuramentum* num semper tutam, ac certam veritatis probationem contineat.
9 *Testimonium* hominum de quauis re pro seculi prauitate facilius obtinetur.
11 *Testis iuratus* num proprium testimonium scribere valeat, vt ità scriptum Iudici tradere coràm Tabellione, etiam si id non legat.
12 *Pœnitens* non potest Sacerdoti, cui propria crimina confitetur, eadem scripta tradere.
13 *Erubescentiæ* ad sacramentalem confessionem pertinet.
14 *Pœnitens*, si parùm memoriæ confidit, cautè crimina, & peccata scripto mandare poterit, nè obliuiscatur.

OBSERVATIO CLXVI.

Continuatur præsenti in loco materia de qua in *decisione ibi.* atq; *in decisione* 163. & proponitur perpulcra quæstio, nùm 1 iuris iurandi religio requiratur in Notario errorẽ asserẽte? cuius in disputatione affirmatiuè concluſum fuit, vt noster *Author* testatur *hic*, complura pro elucidatione, & comprobatione recensens, quarè addimus dumtaxàt *Seraphinum* qui ità pariter concludit in suo tract. de *priuileg. iurament. priuileg. 24. num. 4.* & regu- 2 lare esse erudimur quolibet in casu, vt necessaria sit iuris iurandi religio, ad hoc vt validus sit, fidéque habeat.

3 Hinc fit, quòd electus à Iudice, vel à litigantibus, legis, aùt Iudicis præcepto, vt proprium arbitrium explicet, exponatuè, quid iuxtà artis peritiam sibi visum fuerit, iurare omninò debet, alioqui eius responsioni non stabitur, sicuti rescripserunt Cæsares *in l. hac edictali 6. §.* his *illud, C. de secundis nuptijs*, & probat *Bart. tom. in l. Theopompus, num. 7. D. de dote præleg.* eadem 4 profectò ratione, vbi consensu litigantium standum est aduersarij, Actoris inquam, vel Rei asserti oni de alicuius actus veritate, iuramentum prẽmitti oportet, necaliter res ista expectari potest, secundùm *Baldum*, & *Iasonem in l. iusiurandũ, D. de iureiurand.* cùm id testimonium veritatis 5 sit, quod voluntati, liberouè arbitrio cuius nõ committitur, sed ipsius rei gestæ fide quæ iuxtà vtriusque iuris regulas legitimè cognosci non 6 potest, nisi præuia iurata asserione: vndè isthæc iu-

iuris iurandi religio priſcis temporibus ad dirimendas quaſlibet controuerſias interponi conſueuerat, nàm & *Rhadamanthus* olim, vt refert *Plato lib. 11. de legibus*, lites iure iurando interpoſito finiebat, cùm Diuinum Numen magna veneratione homines religioſi colerent, & periuria pietas neſciret, *Ariſtoteles lib. 1. Rethor. ad Alex. cap. 18.* & plura enarrat *Annaus Robertus lib. 1. Ror. iudicat. cap. 11.* Beneuerùm licentioſa huius noſtri ſæculi impietas effecit tandèm, vt & ipſa iuris iurandi religio nõ ſemper tutã, ac certã veritatis probationẽ contineat, ſunt enim, qui veritatẽm vltrò, ac non coacti fateantur, & ſunt etiam, quos nec ipſa iuris iurandi religio, nec diuini numinis metus à periurio auocare queat, de quibus *Iuuenalis Satyra 13.*

Sunt qui in fortunæ iàm caſibus omnia ponunt
Et nullo credunt mundum Rectore moueri,
Atq; ideò intrepidi quæcunq; altaria tangũt.

nec non *Petronius* apùd *Gellium, lib. 16. cap. 7. in fine*, inquit, *Nemo Cœlum putat, nemo iuſiurandum ſeruat, nemo Iouem pluris facit.* cuius memor eſt *Ann. Robert. d. l.* & concinunt, quæ nuper ſcribit doctiſſimus, oculatiſſimuſque Dominus Conſiliarius ſemper extollendus *D. Carolus Petra ſuper Ritibus M.C.V. tom. 1. Rit. 73. num. 1.* ibi, *Nihil eſt pro ſæculi prauitate, quod facilius obtineatur, quàm hominum de quauis re teſtimonium; alliciuntur ſæpè ad teſtificationes perhibendas prauis animi propenſionibus, ſæpiùs, vel pecunia, vel amicitia ſtimulis impelluntur, verùm, nè ſit, an falſum, quod proferant, minimè curant, voluntatis ductum, non rationis lucem ſequuntur, qua cùm ità ſe habeant, quis non improbabit teſtium ſimulationem, eorumque dicta refellet.* Sed hæc obiter.

Moribus enim receptum eſt, oportere teſtem, peritumuè à Iudice electum, & alium quempiam iuramentum præſtare, vt lato calamo pertractat *Bartolus in l. Theopompus, D. de dote prælegat.* ex cuius aſſertionibus *Epiſcopus Didacus Couarruuias* inter cæteros peculiariter, vt tanti viri labores vtiliores lectoribus appareant, concluſiones complures deducit in *lib. 2. Variar. Reſolut. cap. 13.* tandèm *num. 9.* ad concluſionem illam protendit, nùm teſtis iuratus proprium teſtimoniũ ſcribere poterit, & ità ſcriptum Iudici tradere coràm Tabellione, etiam ſi id non legat? & ea occaſione perpẽdit *Gloſſ. in can. qualis, 30. quæſt. 5.* quæ in ſpecie adnotauit, poſſe pœnitentem Sacerdoti, cui propria crimina confiteretur, eadem ſcripta tradere, & contra eam decidit, cùm ex eo confeſſionis ſecretum periclitetur, maximoque diſcrimini exponatur, & maxima erubeſcentiæ pars tollatur, quæ ad Sacramentalem confeſſionẽ pertinet, *cap. quem pœnitet, de pœnitent. diſt. 1.* quo in loco itẽm prohibetur, confeſſionem hanc Sacramentalem, & ſecretam per ſcripta celebrari: benè verùm ſi aliquis parùm memoriæ confidit, cautè crimina, & peccata ſcripto mandare poterit nè eorum obliuiſcatur, ſecundùm *Gloſſ. in dict. cap. quem pœnitet.*

PROLOGOMEN.

Ex Notarij vita functi imbreuiatura carente ſigno, & ſubſcriptione, publicum inſtrumentũ fieri haùd poſſe oſtenditur, niſi Iusdicentis interueniat authoritas, & vbi conſtat, ſcripturam per Notarium prædefunctum ipſius manu ſcriptam fuiſſe, & de ea tanquàm Notarium rogatum; Indè vt contractus reaſſumptio à prothocollo mortui Notarij facta ab alio reaſſumendi priuilegium habente legitima iudicetur, cùm alijs nonnullis eruditur.

RERVM SVMMA.

1 *Inſtrumentum publicum ex Notarij mortui imbreuiatura carente ſigno, & ſubſcriptione fieri non poteſt, & num. 6. & 7.*
Limitatur Iucicis authoritate interueniente, vbi conſtat, ſcripturam per Notarium prædefunctum ipſius manu ſcriptam fuiſſe, & de ea tanquàm Notarium rogatum, vt num. 8. & 9.
2 *Inſtrumentum in cartula nõtatum mortuo Notario nullam fidem facit.*
3 *Signum, & ſubſcriptio Notarij ſunt de ſubſtãtialibus inſtrumenti.*
4 *Cartula Notarij in Regno, quæ careat requiſitis Regiæ* Pragmat. 2. de Notarijs, *nulla eſt.*
5 *Signum Notarij in inſtrumento requiritur, vt validum illud ſit.*
10 *Reaſſumptio inſtrumenti locum habet, vbi verè contractum ſtipulatum fuiſſe apparet.*
11 *Nota inſtrumenti extendi poteſt iuxtà ſtylum Notarij mortui, cùm clauſulis tamen de iure extendi, & ſuppleri permiſſis.*
12 *Notarius, qui rogatus fuit, & contractum publicauit, inſtrumentum ex dicta ſcriptura reaſſumere omninò tenetur, & ſi mortuus ſit, ab alio Notario ſubrogato id exequi debet.*
13 *Notarius etiam non requiſitus contractum ſtipulatum in prothocollo deſcribere tenetur.*
14 *Negligentia Notarij, qui ſcripturam ſtipulatã in prothocollo non deſcripſit, partibus nocere non debet.*
15 *Contractus reaſſumptio à prothocollo Notarij mortui facta ab alio reaſſumendi priuilegium habente legitima iudicatur.*
Intelligitur, cùm de reaſſumendi licentia impartita liquet, vt num. 16.
17 *Hipothecæ feudalium, conſtitutum, præcarium, cæteraque clauſulæ, ſi in inſtrumento deficiant, nùm Iudicis mandato per alium Notarium extendi poſſint?*
Affirmatiuè traditur num. 18. & 19.
Et practica indicatur num. 20.

OBSERVATIO CLXVII.

1 MOleſtam porrigit controuerſiam præſens locus, nùm ex Notarij vita functi imbreuiatura carente ſigno, & ſubſcriptione publicum inſtrumentum fieri poſſit? etenim inſtrumentum huiuſmodi in cartula notatum reaſſumi non poſſe, cùm 2 nullam mortuo Notario fidem faciat, inquit in puncto *Matthæus de Afflictis in Conſtit. Baiulos, num. 48.* quia ſubſcriptio, & Notarij ſignum 3 ſunt ſubſtantialia publici inſtrumenti, vt idem *Matthæus de Afflictis* docet *ibidem, nu. 46.* dixerant.

Digitized by Google

xerant q; cum ante Bartol. & Bald. in l si quis ex argent. ar. l 25 §. initium, D. de edend. & sequuntur Dom. Regens de Ronte decis. 38. num. 28. & 29. Dom. Regens Rouitus, qui alios adducit super Pragmat. 2. de fide instrument. num. 3. Dom. Consiliar. Roccus Respons. 12. num. 9. & sequ. tom. 2. Dom. D. Francisc. Verde in 3. Pantonomodidase. tit. de fide, & instrum. liquidat. num. 1290. & nu. 1291. sic quoq; Pater Molfesius in comment. ad nostras Consuetud. Neapol. tom. 2. part. 10. quæst. 13. num. 13. Galluppus in praxi S. R. C. part. 2. cap. 22. num. 7. Galter. in pract. instrum. rob. vel reassumptum, num. 8. 17. & 47. Menochius de præsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 81. num. 14. & 15. Seraphin. decis. 888. Surdus consil. 187. num. 37. vol. 2. & cartula in Regno, quæ caret requisi-
4 tis Regiæ Pragmat. 2. de Notarijs, nullitatis vitio laborat: quodue in instrumento Notarij signum
5 requiratur, nè illud nullũ reddatur, sermocinãtur Viuius in Sylua commun. opinion. verb. instrumentum, il 2. Caballin. Milleloq. 249. nec non Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ, tit. de oppositi. contr. extrinsec. Gloss. 2. num. 9. Thorus voto 4. num. 1. tom. 1. & post alios tradunt vterq; Dom. Petra Auus scilicèt, & Nepos, ille in addit. ad Gramat. decis. 106. num. 9. hic in vtilissimo, & doctissimo Commentar. super Ritibus M. C. V. tom. 2. Ritu 166. num. 58.

6 Quin hoc in articulo habemus duas solemnes S. C. decisiones, quarum altera extat penès Dom. Consiliar. Grammat. decis. 106. vbi, reperta nota Notarij manu scripta in eius fasciculis, & scripturis, cùm alijs notis instrumenti, etiam probata bona Notarij qualitate, per S. C. conclusum fuit, referendum esse Excellentissimo Domino Proregi, petitam reassumptionem concedendam non esse; Altera verò penès D. Præs. de Franchis de-
7 cis. 567. vbi ex cartula in prothocollo haùd posita instrumenti extensio, vel reassumptio rebus ab humanis exempto Notario fieri non potest: immò etsi facta repertiretur reassumptio fuit annullata, & impedita dicti instrumẽti liquidatio. Quæ quidem omnia etsi vera sint, ICtorum omnium voto suffulta, & S. C. præsertim Arrestis roborata.

8 Validè indè haùd sequitur, optimo voto minimè asociante in iurgio præsentis loci determinatum fuisse, publicum instrumentum ex huiusmodi imbreuiatura Iudicis authoritate interueniente reasumi posse, quia eo in casu constabat, scripturam per Notarium prædefunctum ipsius manu scriptam fuisse, & de ea tanquàm Notarij rogatum, vt testatur noster Author hic, verissimam esse profitens conclusionem per Alexandrum firmatam in consil. 14. num. 9. vers. Sed pramissis, lib. 6. quarè ex speciali Iusdicentis com-
9 missione, causæq; cognitione præcedente, ex nota Notarij mortui reperta in filza inter eiusdem Notarij scripturas instrumentum reasumi potest, etsi solemnitas isthęc subscriptionis, & signi desit, atque in prothocollo minimè reperiatur, vt pulchrè demùm Curt. consil. 162. in fin. vers. Nec etiam, vbi opinionem hanc magis communem esse scribit, prout etiam Aymon Cranetta consil. 216. num. 8. Menochius de Arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. casu 187. sub nu. 26. quos & alios insequitur Dom. Regens de Marinis, de magis communi attestans in tom. 1. Quotidian. Resolut. cap. 196. num. 2. & 3. eoq; laudato amplectitur notissimè Dom. de Luca ad Præs. de Franch. Obseruat. 567. num. 3. in fine, verum enim quoque
10 est, vbi verè contractum stipulatum fuisse apparet, vt tunc instrumenti reasumptioni locus sit, quemadmodùm citatus Aymon Cranetta notat ibidem, sub num. 6. vers. Nec etiam, & aliàs in Sacro Consilio decisum fuit penès Minadoum decis. 12. atque concinit, quod decisum refert Dom. Consiliar. Roccus in citato Respons. 12. in fine, vbi, quòd per Spectabilem Dominum Præsidentem S. C. D. Franciscum Merlinum fuit
11 prouisum, quòd extendatur nota instrumenti, iuxtà stylum Notarij mortui, cùm clausulis tamèn de iure extendi, & suppleri permissis: siqui-
12 dem si Notarius ab hac vita absolutus, qui rogatus fuit, contractumq; publicauit, omninò tenebatur, quinimmò ex dicta scriptura instrumẽtum reasumere compelli poterat, dubio procùl ab alio Notario subrogato id exequi debet, quod ille, si viueret, facere teneretur, prout Angelus arguit in consil. 274. col. 2. vers. Omnes ergò istos defectus, quem laudat, & sequitur Dom. Reg. de Marinis d. l. sub num. 5. quoniam verò Notarius
13 rebus ab humanis exemptus, etiam non requisitus, contractum stipulatum in prothocollo describere tenebatur, vt notat Isernia in Constit. Regni, Baiulos omnes, vers. Necessitate, in fine,
14 si id non fecit, illius negligẽtia partibus quidem, & veritati nocere non debet, secundùm celebrem Pauli de Castro doctrinam in consil. 307. col. 1. vers. Breuitèr ergò, partes enim, quod possunt faciunt, dùm publicum Notarium rogant, qui non describendo contractum in prothocollo, sic facilitèr contrahentes, qui de eius fide confisi sunt, decipere non debet.

15 Quodue autem contractus. reasumptio à prothocollo Notarij vita functi facta ab alio reasumendi priuilegium habente legitima iudicetur, ità vt ille ad formam laudabilis Ritus M. C. V. exhiberi possit, docent Afflictus in citata Constit. Baiulos, num. 49. & Berardin. Pandus in praxi instrument. part. 1. declarat. 8. num. 45. de
16 qua tamèn reassumendi licentia impartita liqueat necesse est, vt instrumentum vim habeat, Guid. Pap. decis. 404. Verùm, nùm si feudalium hypotheca, constitutum, præcarium, cœteræq; clausulæ
17 deficiant, Iusdicentis mandato per alium Notarium extendi possint? declarant Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. forens. centur. 1. cap. 35. num. 15. Ioseph Vela Dissertat. 20. num. 21. & pro pleniori intelligentia adeundi sunt Dom. Regens de Marinis dict. cap. 196. num. 10. & sequ. & ibi Dom. Rodoerius in addit. Dom. de Luca in allegata Obseruat. 567. num 4. Gaitus de credito, cap. 4. quæst. 6. num. 234. cùm seqq. & in addit.
18 ibidem, qui quidem omnes conclusionem faciũt affirmatiuam, & Nos in Regno hoc iure vti tradit idem Dom. Reg. de Marinis Allegat. 131. num. 10. & sequ. tom. 3. & comprobat Visconti in suis conclusion. verb. Notarius, col. 2. vers. Quarta authoritas, vbi determinatum refert, posse, ac
19 debere Notarium, cui ex speciali, vel generali commissione datum est, vt reasumere valeat instrumenta reperta in filza Notarij vita functi, extensionem, ac reassumptionem illam facere, cùm omnibus clausulis apponi consuetis, signantèr verò, cùm hypotheca, cõstituto, præcario, & alijs,

licèt

licèt oculari inſpectione in originali appoſitæ nõ legantur: ſicuti quoq; refert *Thorus in compend. deciſ. tom. 2. verb. Inſtrumentum fol. 290. col. 1.* & practicam pro huiuſmodi extenſione, & reaſſumptione edocent *Dom. Regens Tapia de Iure Regni, part. 3. de fide inſtrument. ſuper §. cæterùm, num. 1. Galter. in pract. inſtrument. rob. vel reaſſumpt. num. 24. verſ. in Regno autem, Pater Molfeſius in comment. ad noſtras Conſuetud. Neapol. par. 10. de inſtrument. confect. quæſt. 13. num. 14.* quos laudat *Dom. Conſiliar. Roccus in citato Reſponſ. 12. num. 4.* vt ſcilicèt ad Excellentiſſimũ Dominum Proregem, & Collaterale Conſilium
20 recurratur pro diſpenſatione, vt inſtrumentum extendi, & reaſſumi poſſit, & ab eo reſcriptum impetratur, vt S.G. vel Spectabilis Præſidés S.C. prouideat, à quo deindè cauſa vni ex Regijs Cõſiliarijs committitur, qui poſteà mandat, quòd capiatur informatio auditis intereſſe prætendentibus, contra quos actio ex contractu illo dirigi poteſt, & probatis circumſtantijs, & requiſitis à iure ſtatutis, interponitur decretum per S.C. poſſe inſtrumentum extendi, & reaſſumi.

PROLOGOMEN.

Filij ex primo, & ſecundo matrimonio quomodo ad matris ſucceſſionem vocentur? breuitèr edocetur, ac paritèr, quid in bonis per primum maritum vxori relictis ſub conditione, *Si vitam viduilem ſeruauerit*, dicendum ſit? annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Filij primi, & ſecundi matrimonij ad matris hæreditatem in capita vocantur.*
2 *Filiorum cauſa prima dicitur in ſucceſſionibus ab inteſtato.*
3 *Obligatio ſoluendi dotem concepta ad fauorem ſecundi mariti ad eius filios non tranſit, niſi pro rata, quando primi thori adſunt liberi.*
4 *Modus ſuccedendi tractari nõ poteſt, niſi prius ſubeſſe ſuccedendi facultatem probetur.*
5 *Promiſſio qualibet etiam iurata iuxtà tempus promiſſionis, & rebus ſic ſtantibus, regulatur.*
6 *Vxor, cui relictum fuit legatum ſub conditione,* Si vitam viduilem ſeruauerit, *an illud filijs primi matrimonij conſeruare teneatur.*
7 *Vxor per non adimplementum conditionis,* Si vitam viduilem ſeruauerit, *tanquàm perpetua, indigna legato reputatur, & illud cùm fructibus reſtituat.*

OBSERVATIO CLXVIII.

1 Filios tàm primi, quàm ſecundi matrimonij ſuccedere in capita in bonis matris, præmittitur hic, hancq; eãdem concluſionem nonnullorum Doctorum fretus auctoritatibus comprobat idem *Stephanus Gratianus* Author noſter in *tom. 3. Diſcept. forenſ. cap. 581. num. 5.* & ſe ſubſcribere videtur *Dom. Conſiliar. Ioan. Baptiſta Hodierna in repetitione l. hac edictali, quæſt. 27. num. 16.* nec non *num. 32. C. de ſecundis nuptijs*, idq; præcæteris ratione illa ful-
2 citur, quia in ſucceſſionibus ab inteſtato prima cauſa eſt filiorum, vt *textus* canit *in § ſui, Element. Iur. de hared. qualit. & differen.* atque in *§. 1. Element. Iur. de haredit. qua ab inteſt. defert.* cùm concordantibus, & notant *Tiberius Decianus Reſponſ. 1. nu. 113. vol. 2. Author noſter dict. num. 5.* adijcens *nu. 6.* id procedere, tametſi obli-
3 gatio ſoluendi dotem concepta ſit ad fauorem ſecundi mariti, ſiquidem cùm ad caſum deuenerit, à quo incipere non poteſt ſtantibus filijs prioris matrimonij, actio liberis ſecundi thori minimè dabitur, niſi pro rata eos tangente, cùm de modo
4 ſuccedendi tractari non poſſit, niſi priùs ſubeſſe ſuccedendi facultatem probetur, vt poſt *Dec. in conſil. 508. num. 5.* obſeruat *Surdus in conſ. 150. num. 81.* & quælibet promiſſio, etiam iurisiuran-
5 di religione roborata, ſecundùm promiſſionis tẽpus, & rebus ſic ſtantibus reguletur, *Riminald. Iun. conſil. 59. num. 74. & 75. Hondedus conſ. 97. num. 24. & 25. lib. 1. Natta conſil. 50. num. 11.*

Præmiſſis ità; ſic ſtantibus in præſentis loci certamine dubitabatur, nùm id locum obtineat
6 in bonis per primum maritum vxori relictis ſub conditione, *Si vitam viduilem ſeruauerit*, verùm enimuerò quia dicta conditio adimpleta nõ fuit, pro negatiua ſententia fuit concluſum, teſte noſtro *Authore hic, num. 6.* illa ratione, quia iſthæc
7 conditio, cùm perpetua ſit, actuſq; perſeuerãtiam exigens, operatur, vt vxor retro declaretur indigna, & amittat legatum, illudq; vnà cùm fructibus reſtituat, ſicq; apùd filios prioris matrimonij, tanquàm eorum patris hæredes, remanebit; Nos verò hac in re ſicco pede pertranſimus, ſiquidem plura, quæ pro huiuſce articuli dilucidatione adnotauimus, opportuniori loco in ijſdem noſtris *Theorico Practicis Obſeruationibus* (Deo conſentiente) deſtinabimus, & propriè in *Obſeruat. 187.* vbi peculiariter per *Authorem* noſtrum iſthæc quæſtio trutinatur.

PROLOGOMEN.

Per venditionem à tribus ex quatuor ſocijs factam alteri præiudicatum haùd cenſeri eruditur, ità vt aliorum factum tanquàm numero plurium, & maiorem partem habentium ſequi minimè debeat, & complura circà prædationem, quam ſocius habet in rei ſocialis venditione, exarantur.

RERVM SVMMA.

1 *Venditio facta à tribus ex quatuor ſocijs alteri non præiudicat.*
2 *Socius rem communem vendens conſocio non præiudicat, quin partem ſuam vindicare poſſit.*
3 *Factum à maiori parte minori præiudicat. Intelligitur in his, quæ ad plures, vt vniuerſos, non autem vt ſingulos pertinent, vt num. 4.*
5 *Prohibitio vnius cæterorum actum impedit in his, quæ pluribus vt ſingulis communia ſunt.*
6 *Fiſcus ratione partis, quam cùm ſocijs habet, totum vendere poteſt illis inuitis. Intelligitur vt num. 7.*
8 *Socius in rei ſocialis venditione dare volens, quan-*

Digitized by Google

quæ eum alij, præfertur.

9 Ius retractus socio competit in parte sociali vendita, vel locata.

Ratio traditur vt num. 10.

Et intelligitur vt num. 11.

11 Ius retractus ad quamlibet partionem alienatã competit alteri inter plures rem pro indiuiso possidentes.

13 Rem communem pro indiuiso habens, vti habẽs maiora vincula, si cum quotam habente concurrat, ei præfertur.

14 Possidens in communi vel pro indiuiso, partem & possessionem in qualibet gleba, vel cespite habere dicitur.

15 Possidens in communi, vel pro indiuiso, pro tota re possessorium mouere potest.

OBSERVATIO CLXIX.

1 MInor pars in contentione cùm maiori reddi nunc videtur victrix ea inquæstione, an per venditionem à tribus ex quatuor socijs factam præiudicatum alteri censeatur, ità vt aliorum factum tanquàm numero plurium, & maiorem partem habentium sequi debeat? & negatiuè decidit, quam decisionem inter cœteros comprobare videtur *Dom. Consiliarius Franciscus Roccus in Opusculo de Societate Mercatorum, notab.* 54. *num.* 111. scribens, quòd socius rem communem vendens, consocio haùd præiudicat, quin partem

2 suam vindicare possit, nisi sequuta vsucapione, vel præscriptione ab emptore facta, quo tamen casu socius vendens pretij partem consocio soluere tenetur, iuxtà Imperatoris *Antonini* Constitutionem in *l.* 1. *C. de communium rerum alienatione*, de qua equidem re ratio illa est, quia

3 etsi factum à maiori parte præiudicet minori, vt vnanimi consensu firmant *ICti* omnes, procedit nihilominùs in his, quæ ad plures, vt vniuersos,

4 non autem vt singulos pertinent, siquidem in his, quæ pluribus, vt singulis, communia sunt, factum à maiori parte, etiam si mille forent, haùd valet,

5 nisi omnes consentiant, immò vnius prohibitio cæterorum actum impedit, vt expresè *Celsus I.C.* docet *lib.* 26. *Dig.* notatus *in l. per fundum* 11. *D. de seruitut. rustic. prædior.* atque etiam inquiunt *Gloss.* 1. *in cap. cũ omnes, de Constit.* & illic *Card. col.* 3. *in fine, opposit.* 8. nec non *Dyn. in cap. quod omnes tangit, de re iudic. in* 6.

6 Hinc planè confert, vt notemus, totam communem rem efficacitèr vendere posse Fiscum, tametsi priuatus è contra vendere nequeat rem, quàm cùm Fisco communem habet, licèt emptor de venditoris voluntate Fisco pretium soluat, vt *Cæsares* decidunt in *l. multum interest, C. communium rerum alienatione, & in l. vnic. C. de vendit. rerum Fiscal. lib.* 10. & iura prædicta ità intelligit *noster Author hic, num.* 7. atq; comprobant *Peregrinus de iure Fisci, lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 23. *Amatus Variar. Resol. part.* 2. *Resolut.* 54. *num.* 2. *Dom. Consiliar. Roccus dict. notab.* 54. *nu.* 142. Bene verùm consorte requisito vendere habet, vt

7 si tantundem offerat, emptori præferatur, argumento *l. necessè, D. de in diem addict. l. prim. de priuileg. credit.* & post *Bald. in l.* 2. *num.* 2. *C. commun. rer. alienat.* qui dicit esse æquum, vt socius interpellet, nùm partem suam emere velint,

8 ad hoc vt alienatio valeat, siquidem si illi dare volunt, quantum alij, præferri debent, inquiunt ità *Gregor. Lopez l.* 53. *Gloss. Vender. tit.* 5. *part.* 5. *Hippol. de Marsil. Singular.* 441. *Surdus consil.* 43. *sub num.* 12. *lib.* 1. *Mastrill. in consil. vnic. impress. post tom.* 1. *decis. num.* 13. & 14. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 18. *num.* 7. *Fontanell. de pactis nuptialibus, claus.* 4. *Gloss.* 9. *part.* 2. *vol.* 1. *num.* 16. *Peregrin. vbi supra, & Amatus loc. cit.* vbi haùd immemor quoq; est de *Author*

9 nostro hic, & quòd socio in parte sociali vendita, vel locata competat retractus, seù redimendi ius, præsertim notant *Afflict. de iure protimiseos*, §. 2. *num.* 23. *Guid. Pap. singul.* 780. latè *Surdus cõsil.* 43. *num.* 12. *Ruinus consil.* 143. *num.* 18. *lib.* 4. *Mastrill. decis.* 4. *num.* 5. & *seq. Caualcan. decis.* 27. *sub num.* 63. *part.* 3. *Molin. de contractibus, disput.* 394. *sub num.* 7. *in* 6. *dub. Fontanell. vbi supr. ex num.* 15. *Capiblanc. de Barquibus. Pragmat.* 1. *num.* 116. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 434. *num.* 179. & *sequ.* quod equidem ratione illa suadetur, quia alterius socij qui vendit, vel

10 locauit, nihil interest, cùm idem pretium, vel eãdem pensionem consequitur, & eò ratio socij prælationem petentis multum interest, extraneos in re communi non habere, quia possidet, & in possessione pacis, bonæq; conuentiæ ratio consideranda est, vt duriori in casu considerauit *Scaccia de commerc. & camb.* §. 1. *quæst.* 1. *sub num.* 245. *vers. Concludo præferendum*, intelligerem tamẽn

11 id respectu vicini, haùd autem consanguinei, vt *Afflictus* sentit *vbi supra, num* 24 nec non *Mastrill. decis.* 4. *num.* 7.

12 Quarè idem resoluendum fore videretur inter plures rem pro indiuiso possidentes, vt iure retractus ad quamlibet portionem alienatam cœteris præferatur, *Anton. de Alexandr. in addit. ad Napodan. super Consuetud. Neapol. tit.* 17. *vers. Si ex vno latere, in verb. Nisi, lit. B. Carpan. vbi supra, cap.* 417. *num.* 559. & *cap.* 434. *num.* 188.

13 vbi dicit, quòd rem communem pro indiuiso habens, vti habens maiora vincula, si cùm quotam habente concurrat, ei præferatur: possidens nàmque in communi, vel pro indiuiso, partem in

14 qualibet gleba, vel cespite habere dicitur, quinimmò, & possessionẽ, vt *Granut.* dicit in *Theorem.* 2. *ad fin.* vbi, quòd nedùm pro sua parte in-

15 diuisa, sed pro tota re possessorium mouere possit.

PROLOGOMEN.

A Conseruatorũ sententijs ad Metropolitanũ, & Ordinarium, Legatum natum, vel de Latere haùd appellari concluditur, cùm illi Iudices sint Delegati à Summo Pontifice, vndè scitu, notatuq; eorum circà potestatem peculiari equidem calamo indicantur complura; & qui Conseruatores esse possint, quiuè secùs? perpolitè, ac latè paritèr exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio à sententijs Conseruatorum haùd interponitur ad Metropolitanum, & Ordinarium, Legatum natum, vel de Latere.*

Digitized by Google

Comprimitur quando Legati aliud habent in suis commissionibus, vt num. 3.

2 *Conseruator Index delegatus dicitur.*

4 *Conseruator contra quoscumque Ordinarios, etiam Legatos, si eum suis in Conseruatorijs impediant, procedere potest.*

5 *Conseruator num differat ab alijs Iudicibus delegatis.*

6 *Differentia inter Conseruatores, & Iudices delegati indicantur.*

7 *Dispositio* S.C.T. sess. 24. de reformat. cap. 20. in princip. *non excludit Religionum Conseruatores, & alios, qui non comprehenduntur restrictione eiusdem* S.C.T. *facta circà Conseruatores,* sess. 14. cap. 5.

8 *Conseruator speciali commissione semota procedere tantùm potest contra manifestas iniurias, seù violentias, qua iudicialem examinationem non requirunt.*

Cõprimitur in causis criminalibus, seù mixtis, vt num. 9.

Sed hoc declaratur vt num. 10.

11 *Conseruator procedere non potest, nisi iniuriam, seù violentiam manifestam, & notoriam fuisse appareat, & eidem de notorij qualitate constet.*

12 *Iurisdictio vbicumque alicui certa qualitatis respectu competit, eidem de qualitate illa ante omnia constare debet.*

13 *Conseruator cùm de notorij qualitate dubitat, vel de ea clarè minimè apparet, quid fieri debeat.*

14 *Conseruator iudiciali indagine vti potest in violentijs, seù iniurijs notorijs, in quibus alias iurisdictionem habent, si tales inuenientur.*

15 *Conseruator notorij examinationem premittere non tenetur, cùm Reus factum, & ipsius qualitatem notoriam fuisse fatetur.*

Quid cùm Reus neque fatetur, neque etiam negat, sed tacet? traditur num. 17.

Et quid, quando Reus negatì exaratur num. 19. & 20.

16 *Confessio partis sufficit, vt per illam factum aliquod notorium dicatur.*

18 *Notorij qualitas vbi ad Iudicis iurisdictionem fundandam exigitur, super ea ante omnia processus fieri debet.*

21 *Conseruator interim, dùm iniurias seù violentias manifestas esse non constiterit, Ordinarijs Iudicibus, nè in illis procedant, inhibere non valet.*

22 *Iudex, de cuius iurisdictione, & superioritate non constat Iudici, qui ab eo iurisdictionem non habet, inhibere non potest.*

23 *Conseruatoris iurisdictio, & superioritas non constat, quousque iniurias, seù violentias manifestas esse non apparet.*

24 S.C.T. in sess. 14. de reform. cap. 5. uers. Quod si in ijs, *controuersias & difficultates, qua inter Conseruatores, & Ordinarios oriri poterant, sustulit.*

25 *Notorium euidens, seù manifestum, vt aliquid dici possit, quid requiratur.*

26 *Notorium euidens dicitur illud, quod omnibus, vel pluribus Ciuitatis populis, seù vicinia manifestum est.*

27 *Testes duo legitimi legitimè deponentes, rationemque reddentes sufficiunt ad probandum factum aliquod notorium, seù manifestum fuisse.*

28 *Conseruatores esse qui possint.*

29 *Religiones, qua Conseruatores habent cum amplissima auctoritate, recensentur.*

30 *Vicarius Episcopi an Conseruator esse possit? & num. 32.*

31 *Vicarius Episcopi dignitatem, seù personatum in aliqua Ecclesia non obtinet, quamuis honorem, seù officium cùm iurisdictione habeat.*

33 *Conseruator sui Conseruatoris nemo esse valet.*

34 *Conseruatorem eum habere non potest, qui est sub eius iurisdictione, seù dominio, vel districtu Ecclesiastico, aùt temporali.*

Restringitur in Regibus, aut Reginis, vt num. 35.

36 *Conseruatores nùm esse possint Priores, seù Guardiani Mendicantium.*

OBSERVATIO CLXX.

DIffidio caret penitùs decisio huiusce articuli, An à sententijs Conseruatorum appelletur ad Metropolitanum, & Ordinarium, Legatum natum, vel de Latere? concluſum etenim fuit negatiuè, vt noster *Author* testatur *hic*, pro qua conclusione votant etiam *Anchar. consil. 132. Ruinus consil. 3.* cùm alijs relatis per *Card. Tusch. Practic. Conclus. lit. C. conclus. 760. num. 6.* & post alios comprobat *Augustin. Barbosa de offic. & potestate Episcopi, Allegat. 106. num. 4.* Conseruator enim est Iudex delegatus à Summo Pontifice datus ad tuendum aliquos contrà manifestas iniurias, seù violentias, iudiciali non vtens indagine, *cap. 1. & vltim. de offic. Iudic. delegat. lib. 6. Siluest. in summa, verb. Conseruator, num. 1. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 34 quæst. 1. Miranda in Manual. Prælat. tom. 2. quæst. 47. art. 1. concluſ. vnic.* alijque, quos citatus *Augustin. Barbosa* insequitur *ibidem, num. 1.* quamobrem consequens fit, quòd à sententia Conseruatoris tanquàm delegati à Summo Pontifice, ad illum solùm appellandum est, neq; ad ipsius Legatum attento iure prouocari potest, nisi suis in commissionibus aliud habeant Legati, vt memorati *Doctores* annuunt *ibidem.*

Hinc itàque non immeritò dicendum euenit, tales Conseruatores tanquàm Delegatos de iure procedere posse contra quoscumque Ordinarios, etiam Legatos, si eos suis in Conseruatorijs impediant, quemadmodùm ex eodem *Ancharani* voto infert idem *Card. Tuschus loc. cit. num. 1. &* 2. & laudat *Barbosa ibidem, nu. 5.* adijciens, hàud aduersari, quòd in iure nonnullæ dentur differentiæ inter Conseruatores, & alios Iudices Delegatos, in quibus se ad inuicem excedunt: propterea quòd differentię illæ iurisdictionis delegatæ substantiam minimè respiciunt, quę in eo tantùm consistit, quod competat, vel non competat officij ratione, sicquè eam mutare, aùt speciæ differre non faciunt, iuxtà *Glossa* doctrinam *in l. pacta conuenta, verb. Noua, D. de contrah. empt.* At scire si cupis, quænàm sint inter eos differentiæ? sunt quippè, quas enumerant *Azor. dict. cap. 34. quæst. 5. & Miranda dict. quæst. 47. art. 3.* inquientes, Primò, in hoc differre, quia quilibet Cano-

ni-

Digitized by Google

nicus cuiuslibet Cathedralis Ecclesiæ Delegatus
6 Iudex esse potest: Conseruator verò, non, nisi si-
mul sit aliqua in dignitate constitutus; Secundò,
quia illius, qui est Iudex Delegatus alicuius, po-
test & ille alter esse Iudex Delegatus in alia causa
saluo recusationis iure: in Conseruatore verò se-
cùs est, etiam si huiusmodi haùd sibi opponatur
exceptio; Tertiò, quia saluo prædicto recusationis
iure sibi subditum benè quis Delegatum impe-
trare potest, haùd verò Conseruatorem; Quartò,
quia Delegatus à Principe causam sibi commissam
in totum, vel in parte alteri committere potest:
Conseruator verò minimè; Quintò tandèm dif-
ferre inquiunt, quia Iudex Delegatus etiam si in-
his, quæ iurisdictionis non sunt, si se ingerat, pœ-
na in *cap. vltim. de offic. Delegat.* constituta non
afficitur, quia hoc in Iure expressum minimè in-
uenitur: quod tamèn de Conseruatore secùs est:
has inquàm differentias commemorans citatus
August. Barbosa vbi supra, num. 6. ex *Nauarro*
auctoritate notandum subnectit, *S.C.T. sess. 24.*
de reformat. cap. 20. in princip. dùm præcipit,
7 causas omnes prima in instantia coràm locorum
Ordinario dùtaxàt agitari posse, haùd excludere
Religionum Conseruatores, & alios qui non cõ-
præhenduntur restrictione eiusdem Sacri Concil.
facta circà Conseruatores *sess. 14. cap. 5.* apùd
illos enim causæ ad suam iurisdictionem aliàs spe-
ctantes, etiã priori in instantia ventilari poterũt, &
cõsequentèr quò ad hoc Ordinarij reputãdi erũt.
Iure igitùr inspecto, specialibus commissioni-
8 bus semotis, Conseruatores solummodò proce-
dere possunt contrà manifestas iniurias, seù vio-
lentias, ideſt illas, quæ iudicialem examinationẽ
non requirunt, nec ad eos, qui talẽ examinationẽ,
seù causas exigunt, aliàs suam extendere possunt
potestatẽ, vt *textus* probat *in cap. 1. & vlt. de offic.*
delegat. lib. 6. & resoluunt supra recensiti *Do-*
ctores; Beneuerùm hodiè supradicta restrictionem
9 habere inuenimus per *S.C. T. sess. 14. de refor-*
mat. cap. 5. disponentem, literas conseruatorias
concessas singularibus personis cuiuscunque di-
gnitatis, vel conditionis, etiam si Capitulum sit, &
cùm quibuscunque clausulis, aùt decretis, locum
minimè habere in causis criminalibus, seù mix-
tis, sed in ciuilibus dumtaxàt, & in istis, vbi per-
sonæ, quibus concessę sunt, non Actores, sed Rei
fuerint, & cùm alijs restrictionibus ibidem adie-
10 ctis: quod tamèn idem *S.C.T.* declarat, scilicèt,
quòd sub huiusmodi restrictione minimè com-
prehenduntur Conseruatores dati Vniuersitati-
bus generalibus, Collegijs Doctorum, seù sco-
larum, Regularibus, Locis pijs, nec non Hospita-
libus actu hospitalitatem seruantibus, hi enim
manent in dispositione Iuris dicti *cap. 1.* & lite-
rarum tenore, sub quibus dati fuerint, vt in specie
notant *Molin. de Iustit. tom 6. disput. 29. num. 2.*
in fine, *Guttierez PP. QQ. lib. 3. quæst. 9. num. 15.*
11 Ex his modò sic communi applausu firmatis
dicendum euenit, quòd ad effectum, vt huiusmo-
di Conseruator *datus* sub forma dicti *cap. 1.* pro-
cedere valeat, necessarium quidem est, quòd inin-
riam, seù violentiam manifestam; & notoriã fuisse
antè omnia appareat: èm, quòd eidem de notorij
qualitate constet, siquidem vbicunque alicui cer-
12 tæ qualitatis respectu iurisdictio competit, eidem
de qualitate illa antè omnia constare debet, vt
Bartol. inquit in l. mulcerum interest, num. 2. & 5.
D. *de condit. & demonstr.* & sequitur *Barbosa*
in l. si quis ex aliena, num. 148. D. de iudic. Ve-
13 rùm si de illa notorij qualitate Conseruator du-
bitet, vel de ea clarè minimè appareat, antè omnia
summariè examinare poterit, an violentia, seù in-
iuria, de qua agitur, notoria fuerit? ac etiam super
eum probationes recipere ad suam iurisdictionẽ
fundandam, ità vt si illam notoriam inueniat, pro-
cedat, aliàs se incompetentem pronunciet, que-
madmodùm sermocinantur *Gloss. in dict. cap. 1.*
verb. Conseruatores, illicque *Ioan. Andr. col. 3.*
& 4. nec non etiam *Franc. num. 4.* & paritèr *Sil-*
uester in summa, verb. Conseruator, nu. 3. Molin.
dict. disputat. 29. Miranda citat. quæst. 47. art.
8. conclus. 2. & Barbosa dict. allegat. 106. num.
20. vbi ex prædictorum etiam auctoritate infert,
14 huiusmodi iudicialem indaginem illi prohibitã
non esse in violentijs, seù iniurijs notorijs, in qui-
bus aliàs iurisdictionem habent, si tales inueniã-
tur: ad hunc enim effectum, & ità ad videndum,
an sua sit iurisdictio? indagare, & inquirere pote-
rit, etiam in forma iudicij, iuxtà *textus* regulam
in l. 2. D. de iurisdict. omn. Iudic. & cap. prætereà
de offic. Iudic. delegat.
15 Hanc autem notorij examinationem præmit-
tere non tenetur Conseruator, cùm Reus factum,
& ipsius qualitatem notoriam fuisse faretur:
tunc enim siue in rei veritate tale sit, siue secùs,
processus semper validus erit, cùm partis confes-
sio sufficiat, vt per illam notorium dicatur, dequè
16 notorietate appareat, tametsi alitèr illa non pro-
betur, iuxtà *text. in cap. vestra*, vbi *Gloss. verb. Nõ*
diffitetur, de cohabitat. Cleric. cùm multis, de
quibus *Mascardus de probationibus*, *conclus.*
1107. *num. 2.* nec non *Farinac. in praxi crimi-*
nal. tom. 1. quæst. 21. num. 31. Cùm verò Reus
17 neque fatetur, neque etiam negat, sed tacet, nihil
de notorietatis defectu, iurisdictionisque incom-
petentia opponendo, & Conseruator dubitat, ac
factum in se notorium minimè apparet, ad suam
iurisdictionem fundandam, vt de illa certus existat
ante omnia probationes facere tenetur, an illud
notorium sit? quippè quòd vbi notorij qualitas ad
18 Iusdicentis iurisdictionem fundandam exigitur,
super ea ante omnia processus fieri debet, que-
madmodùm quoque inquiunt *Mascardus vbi*
supra, conclus. 1108. *nu. vltim. & Farinac. dict.*
quæst. 21. num. 86. *& sequ.* ac etiam *Capra in*
tract. de notorio, membr. 4. num. 56. cùm sequ. Sin
autem Reus neget, eo casu si iniuria, seù violentia
19 notoria fuerit notorietate facti continui, seù per-
manentis, ità vt nulla excusatione, seù tergiuersa-
tione celari valeat, Conseruator probationes antè
omnia super notorio recipere non tenebitur: si ve-
rò secùs, tunc Conseruator, si pars negauerit, no-
torij examinationẽ præmittere priùs debet, iuxtà
Glossæ doctrinam in allegato *cap. 1. verb. Conser-*
uatores, vers. Sed quid si negetur. estque equidem
discriminis ratio, quia priori in casu notoriũ per
20 se tale est, quòd nulla probatione indiget, ac su-
bindè in eo partis negatio rem dubiam minimè
facit, vt perbellè *Mascardus vbi supra, conclus.*
1106 *num. 8. & Farinac. dict. quæst. 21. nu.* 18.
posteriori verò cùm tale non sit, vtique per ne-
gationem dubium redditur, propterea in eo ante
omnia necessaria erit probatio, per quam quidem
haùd iniuria, seù violentia inse, quæ notoria est,
sed magis illam notoriam esse probatur, cùm noto-
riam esse minimè constet.

Digitized by Google

21 Interim verò, dùm iniurias, seù violentias manifestas esse haùd constiterit, ipsi Conseruatores Ordinarijs Iudicibus, nè in illis procedant, inhibere minimè poterunt, & si de facto inhibitio facta fuerit, ei parendum non erit, vt in terminis tradit *Caballos commun. contrà commun. tom. 4. quæst. 897. num. 755. cùm seqq.* ad quam thesim con-
22 ualidandam ratio illa se se offert, quia Iusdicens, de cuius iurisdictione, & Superioritate haùd cõstat, inhibere Iudici non potest, qui ab eo iurisdictionem non habet, ità vt si aliter facta sit inhibitio, nullitatis vitio laboret, & sperni possit, vt *Mãdos.* inquit in *tract. de inhibition. quæst. 28. nu. 2.* atque etiam *Modern. de iurisdict. par. 2. cap. 32. à*
23 *num. 8.* quòdue hoc ità sit prædicto in casu haùd ambigitur, siquidem quousque iniurias, seù violentias manifestas esse non apparet, de eorum iurisdictione, & superioritate non constat, cùm in hac dumtaxàt qualitate fũdetur, quemadmodùm aliorum freti auctoritatibus supra adnotauimus; Verùm enimuerò ad hasce controuersias, diffi-
24 cultatesque sedandas, quæ nempè Conseuatores inter, & Ordinarios oriri poterant *S. C. T. in sess. 14. de reformat. cap. 5. vers. Quòd si in hijs*, statuit, data tali iurisdictionis incomperentia nominandos esse arbitros in forma iuris, qui de illa cognoscant, & interim in causa ab vtroque supersedendum sit: cuius determinationis memor quoque est *Caballos in allegata quæst. 897. ex n. 741. & 775.* ponens illic sequentibus numeris, practicam procèdendi ad eligendos huiusmodi arbitros inter Conseruatorem, & Ordinarium deductam ex regula *textus* cùm ibi notatis in *cap. suspicionis, de offic. delegat. lib. 6. & in cap. 2. de appellat. eodem libr.*

25 Hinc igitùr, videamus quoq; necessè est, quid requiratur, ad hoc vt aliquid notorium euidens seù manifestum dici possit? equidem, si nauus eris, consulas *Anton. de Butrio in tract. de notorio, articul. 1. num. 3. Mascard. de probationibus, conclus. 1106. Farinac. in praxi criminal. tom. 1. quæst. 21. num. 41. & seqq. & Menoch. de Arbitris, cas. 195. num. 8.* qui post alios complures hac de re pariter sermocinantes, conclusionẽ
26 illam faciunt, quòd notorium euidens illud dicitur, quod omnibus, vel pluribus Ciuitatis populis, seù viciniæ manifestum est: quo tamèn casu
27 duo testes legitimi legitimè deponentes, rationẽque reddentes, ad probandum factum aliquod notoriũ, seù manifestum fuisse sufficiunt, minimè enim requiritur, vt omnes, qui aliàs ad notorium efficiendum requiruntur, testificentur, vt ex alijs obseruant *Capra de notorio, membr. 6. num. 7. cum seqq. Butr. vbi proximè, art. 4. num. 63. Farinac. dict. quæst. 21. nu. 21. & 109. Gomez Variar. Resolut. tom. 3. cap. 1. num. 44.*

Cæterùm, elia isthac in Conseruatorum literarumq; conseruatoriarũ materia videre qui cõspicit, post alios, quos cumulant, satis latè habes apùd *Alexand. Monet.* qui integrum composuit tractatum *de Conseruatoribus, Mirand. in Manual. Prælator. tom. 2. quæst. 47. Campanil. in diuersorio Iur. Canonic. Rubr. 12. cap. 13. Barbos. de officio, & potestate Episcopi, Allegat. 106. Caballos commun. contra commun. tom. 4. quæst. 797. & 792. cùm sequ. Gutierez PP. QQ. lib. 3. quæst. 9.* ad quos me remittere consulsiùs putaui, nè vel rem satis latè à peritis quidem Doctoribus Ego indoctus quidem adolescens rescriberem, tamrò magis, quòd ad nostram rem, illa displicare non spectãt, cùm sufficiat pro re nostra peculiaria, secundùm ea, quæ locus offert, exponere, elucidareue.

28 Illud tamèn præterire haùd valeo, de quo sermonem pariter habet nostter *Author hic*, nimirùm, quòd communi iure attento Conseruatores esse minimè possunt, nisi Episcopi, aùt eorum Superiores, vel Abbates, seù dignitates, vel personatus in Cathedralibus, vel in collegiatis Ecclesijs obtinentes, vt probat *textus in citat. cap. vltim. de offic. delegat. in 6.* notãtq; illic Scribẽtes omnes, & obseruant *Monet. vbi proximè, cap. 1. Mirand. dict. quæst. 47. art. 2. conclus. 1. Petr. Gregor. Syntagm. Iur. lib. 77. cap. 22. num. 28. Cochier. de iurisdiction. Ordinar. in exemptos, part. 1. quæst. 39. num. 3. & Barbos. vbi supra, num. 8.* adnotans *num. 11.* quòd Canonici in Catedralibus attentis specialibus Religionum priuilegijs eligi valẽt, pro vt cõcessere *Xistus IV. Pius V. & Gregorius XIII.* & referunt *Molin. dict. disputat. 29. num. 3. Riccius in praxi, Resolut. 349.* quòd verò generaliter esse possint, satis constare videtur ex Constitutionibus *Clementis VIII. & Gregorij. XV.* quas
29 verbatim rescribere censuit *Barbosa, vbi supra, num. 54. & 55.* Quin Conseruatores cùm amplissima auctoritate habent Monachi S. Iustinæ, *Eugen. IV. Constit. 10.* Canonici etiam Regulares Lateranenses eligunt sibi Conseruatores cùm amplissima iurisdictione, iuxtà *Constit. 10. Sixti IV.* Monachi insuper Montis Oliueti Ordinis S. Benedicti pro ipsorum defensione Conseruatores habent, ex *Constitut. S. Iulij II.* item Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Paula multis cùm facultatibus per *Constit. 8. Clementis VII.* quin & Hierosolymitani quoque Equites Conseruatores sibi eligunt, atque electi recusari nequeunt, vt sancitur in *Constit. 9. Pij IV.* item Clerici Regulares S. Pauli Decollati, *Iulius III. Constit. 10.* Camaldulenses quoque per *Leonis X. Constitut. 2.* nec non Patres Societatis Iesu vigore *Constitutionis Pij V. & Gregorij XIII.* sed.

30 An Episcopi Vicarius Conseruator esse possit rem dubiam fatetur esse noster *Author hic, num. 8.* exclusiuam autem aleam defendunt *Pauin. de potestate Capituli, part. 2. quæst. 10. num. 16. Frat. Emman. QQ. Regular. tom. 1. quæst. 65. art. 13. vers. Ex his*, inter cætera fundamenta illud est
31 potissimum, nàm etsi huiusmodi Vicarij, seù officiales Episcoporum Ordinarij, honorem, seù officium cùm iurisdictione habeant, dignitatem tamèn, seù personatum aliqua in Ecclesia nequaquam obtinent, vt in specie notant *Abb. in cap. de multa, num. 23. de prabend. Menoch. consil. 51. num. 23. Selu. de Benefic. part. 1. quæst. 2. num. 74.* quam quidem dignitatem ad effectum prædictũ requirit *textus* in citato *cap. vltim.* Id attamèn in
32 dubium reuocant, & contrarium ex diametro post alios suadent *Cochier. de iurisdiction. Ordinarij in exemptos, part. 1. quæst. 39. num. 4. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 27. Riccius in*
33 *praxi, Resolut. 349.* sui verò Conseruatoris nemo Conseruator esse valet, nec quis eum Conser-
34 uatorem habere potest, qui est sub eius iurisdictione, seù dominio, vel districtu Ecclesiastico,
35 aùt temporali, exceptis tamèn Regibus, aùt Reginis, quemadmodũ animaduertunt *Cochier. dict.*

Digitized by Google

diff. que est 39. num. 3. Molin. dict. disputat. 29. nu. 3. vers. Item non possunt, Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 36. quæst. 4. & Petr. Greger. Syntagm. Iur. lib. 47. cap. 22. num. 8. quos laudat, & insequitur Barbosa num. 14. & 15. ubi supra, quæsitum illud formans.

36 Vtrùm Priores, seù Guardiani Mendicantium Conseruatores esse possint, quemadmodum Delegati dari valent, in terminis Clemẽt. 2. de rescript. & pro quæsiti resolutione Lectorem remittit ad Frat. Emman. dict. quæst. 65. artic. 2. vers. Secùdò est notandum, & ad Mirand. d. artic. 2. conclus. 3. & 4. nec non ad Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 79. denique post huiusmodi remissionem scribit, quòd quidquid sit de iure communi, habemus nouissimam Illustriss. Cardin. decisionem in hæc verba, Quærenze Archiepiscopo Turritano, an Regulares vnius Conuentus, Monasterij, vel domus, aliquem Priorem, seù Guardianum, vel quemuis alium quauis dignitate Regulari fulgentem in suum Conseruatorem eligere, vel deputare possint? Sacra Congregatio Cardin. negotijs Regularium propositorum non posse respondit. Romæ 6. Octobr. 1617.

PROLOGOMEN.

Positionibus respondere recusans, cùm ex statuto pro confesso habetur, nùm appellationis remedio vti possit? asseritur, & complura circà contumaciæ crimen ex antiquissimis præsertim testimoniis haùd breui deductis calamo, edocetur, apocam recognitam in debitoris contumaciam, præuio decreto, quòd habeatur pro recognita, paratam exequutionem habere.

RERVM SVMMA.

1 *Appellationis remedio vti non potest ille, qui ex statuto pro confesso habetur, quia positionibus non respondet.*
Contrarium innuitur num. 5.
2 *Contumax non auditur, nec per viam appellationis.*
Quod vendicet nè locum in causa tantùm criminali, an etiam in ciuili? discutitur num. 3.
4 *Procurator in criminalibus non admittitur.*
6 *Principalis cùm deponere non curat, vt pro cõfesso habeatur, tria interponi debent decreta.*
7 *Purgatio mera non admittitur pretatis tribus decretis in contumaciam.*
8 *Apoca recognita in debitoris contumaciam præuio decreto, quòd habeatur pro recognita, paratam exequutionem habet.*
9 *Decretum, quòd apoca in debitoris contumaciã pro recognita habeatur, vim vera, ac realis recognitionis habet.*
10 *Contumax præmio affici non debet.*
11 *Contumacia an proprium delictum sit.*
12 *Contumacia odiosa dicitur, probat & ipsum crimen.*
13 *Reorum mos est, procrastinare accusationis tempus, & iudicij moras serere.*
14 *Cupiditas dilationis naturalis est improbis hominibus.*
15 *Conscientia bona nullos oculos fugit.*
16 *Conscientia bona prodere vult, & conspici, nequitia verò ipsas tenebras timet.*
17 *Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere.*
18 *Contumax verus quando quis dicatur.*
19 *Principalis quibus in casibus deponere, aut declarare tenetur.*
20 *Confessus num de errore dicere, ac docere valeat de negatiua coarctata loco, & tempore in criminalibus.*

OBSERVATIO CLXXI.

SCrutari nunc oportet hunc locum perexi-
1 mium proponentem articulum, an ille, qui ex statuto pro confesso habetur, quia positionibus haud respondet, appellationis remedio vti possit? trutinat articulum hunc *Asin. in sua praxi, §. 15.* & post relatas hinc indè Doctorum opiniones suum tandèm proponit opinamentum dicens, quòd ex quo positionibus non respondens ex statuti forma pro confesso habetur, satis pronunciatum dicitur, eum audiendum non esse, sicque appellare haud posse: secus verò vbi statutum expressam declarationem requirat, talemque non respondentem pro confesso haberi nolit, quia re integra ante declarationem ipsam appellare poterit: quod quidem opinamentum insequitur *Ruginellus de appellationib. §. 2. cap. 3. verb. Confessus, num. 209. cùm seq.* & fundari
2 videtur in contumacia non respondentis, cui denegatur audientia etiam per viam appellationis, vt latè *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. C. conclus. 1025. Capycius decis. 48. Franc. Marcus decis. 15. à num. 4. & Virgin. Boccacius in Constit. Picentin. Gloss. 8. sub num. 127.* aliquali tamèn cùm distinctione inter causam ciuilẽ nempè, vel
3 criminalem, nàmq; priori in causa eidẽ cõtumaci denegãda videtur audientia, nõ illius Procuratori, in criminali verò etiã Procuratori: idque non illa
4 ratione, quia cõtumax, sed quia in criminalibus non admittitur Procurator, si *Card. Tuschus* vera fatur in *concluſ. 1026. num. 8. lit. C.* & post alios monet *Borrell. in summa decis. part. 1. tit. 46. de contumacia. num. 127.* atque aduertit doctissimus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra* quãplura scitu, notatuquè digna subnectens in *commẽt. super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 220. exn. 7.*
5 Proposito autem in articulo contrarium concluſum fuisse in causa præsentis loci attestatur noster *Author hic*, idquè ex pluribus potissimis rationibus, quas quilibet pro arbitratu consulere poterit; Illud modò hic præterire haùd valeo,
6 quòd cùm principalis deponere non curat, vt confessus dicatur, mos ille inuiguit, interponendi scilicèt tria decreta, quorum primum, vt tanquàm principalis infrà biduum deponat, & intimetur: quo termino elapso aliud interponitur, quòd infrà aliud biduum præcisè, & peremptoriè deponat, aliàs prouidebitur, & intimetur: quo notificato, biduoquè elapso, tertium profertur, quòd infrà aliud biduum præcisè, & peremptoriè deponat, aliàs pro confesso habeatur, quandoque dici solet, aliàs habeatur pro vt deteriùs: quod de-

cre-

Digitized by Google

cretum omninò requiritur, vt per Senatum Pedemontanum apùd *Cacher. decis. 5. num. 4.* hancq; quidem praxim recensent *Muscatell. in praxi S.R.C. part. 5. Gloss. Legaliores, num. 16. & sequ. Nicolin. in praxi iudic. ciuil. nu. 100. Capiblanc. de Baronibus, Pragmat. 3. num. 55.* & meminit *Gizzius ad Reg. Capycium Latro decis. 86. nu. 6.* quam & Nos pluries obseruatam vidisse testamur; prædictis autem prolatis decretis regularitèr, qui deponere non curauit, ampliùs non auditur, neque moræ purgatio, in recognoscendo præsertim scripturas, admittitur, quemadmodùm concludit *Apicella de tutamin. pauperum, tit. 1. de quinquennal. dilation. num. 17.*

Hinc fit, apocam recognitam in debitoris cõtumaciam, præuio decreto, quòd habeatur pro recognita, paratam exequutionẽ habere, adeò quod debitor minimè audiatur, nisi in vinculis, vel facto depositò, cùm memoratũ decretum vim verę, ac realis recognitionis habeat, vt habetur ex Sacri Consilij decisione relata pèr *Dom. Præs. de Franchis decis. 502.* quam præsertim sequuntur *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 63. de officio Procurat. Cæsar. num. 32. & sequ. Dom. Regens Capycius Latro decis. 111. num. 24. Dom. Consiliar. Hodierna Controuers. Forens. cap. 39. num. 3. Dom. Consiliar. Roccus Respons. 29. num. 5. tom. 1.* eamque, aduersùs ea, quæ in contrarium dixit *Masull. ad Capycium decis. 139. n. 12.* tuentur *Gaitus de credito, cap. 2. tit. 8. num. 2915. Nouarius QQ. forens. lib. 1. quæst. 70. Dom. de Luca* nouissimè in *obseru. ad eumdem Dom. Præsid. de Franchis ibidem. sub num. 2.* & huiusce decisionis magnã esse authoritatem, ac nimis durũ ab ea recedere, inquit *Laganarius ad Reg. Rouit. vbi supra, num. 14.* & comprobant *Thorus in compend. decis. part. 3. verb. Carceratus pro debito, Capiblancus de Baronibus, Pragmat. 16. n. 86.* atque amplectuntur *Mauson. de causis exequutiu. libr. 1. quæst. 5. num. 42. Caball. Milleloqu. 655. & 668.* nec non *Conarrua. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 11. num. 4. in fine*, vbi etsi dubiam opinionem hanc appellet, eam nihilominus amplectitur, & æquissimam esse adijcit, cùm alioqui præmio afficerentur contumaces: & aliis post habitis fusè probat *Guttierez* omninò videndus *PP. QQ. lib. 1. quæst. 122.* nè ex contumacia, quæ delictu est, quis commodum consequatur ex *Vlpiani I. C.* Respõso *in l. itaque 12. D. de furtis*, quod nupèr ad hoc allegat *Dom. Iudex Marescha in Diatypos. reconuention. enarrat. 3. num. 147.* dicens etiam, cõtumaciam delictum esse, & proprium secundùm *Gloss. in l. vnic. §. final. in verb. meram pœnam*, vbi *Alexand. num. 17. Iason nu. 39. & in §. Procurator, num. 3. D. si quis iusdicen. non obtemp. Marsil. in l. de vnoquoque, num. 224. D. de re iudic. Anan. consil. 25. num. 5.* quod communem esse tradit *Gaill. in tract. de pace, lib. 2. cap. 5. num. 8.* tametsi nonnulli delictum improprium esse reputent, ex *l. omne delictum, §. contumacia, D. de re mil. l. creditor 28. §. iustus il primo, D. de appellat.* contumacia enim vtique non minùs odiosa videri debet, quàm ipsum crimen, cùm pereant interea probationes, testes corrumpantur, sicque Reorum absentia eludit iudicia, & frustratur, nàm vbi semel accusationis æstus deferbuit, ipseque accusator non eadem animi vehementia in criminis persecutione instat facilè est Reo etiam nocenti se se purgare, crimẽque diluere, & refellere, vt *Plinius* ad propositum inquit *lib. 9. epi. 13. ad Quadratum*, ibi *Quum iam satis ille primus impetus deferbuisset, & lãguidior in dies ira ad Iustitiam rediisset, &c.* & paritèr *Symmachus lib. 4. epi. 48. ad Mineruium*, ibi, *Facti audacis conscius imminentem pœnam latebrarum vitauit effugio.* vndè traditur, quòd reorum mos est, & procrastinando accusationis tempus, & iudicij moras terere, vt *Demosthenes* Græcorum Oratorum lumen *de Midia* dicebat, & rectè *Quintilianus* inquit *declam. 319.* ibi, *Naturalis est improbis hominibus dilationis cupiditas: Quæretur de adulterio, & quæretur diu, & extrahet iudicium sicut adhùc extrahit. Alij Iudices, & alia sortitionis fortuna. Interim vt nihil artes valeant, multum fata possent. Multum citrà scelus quoque impedimenti per se ipsa mortalitas affert.* nec nõ etiam ad propositum *Diuus Hieronymus Epist. 9. lib. 2. Epistol. 161. Bona conscientia nullos oculos fugit.* Seneca *Epist. 97.* ibi. *Bona conscientia prodere vult, & conspici. Ipsas nequitia tenebras timet.* Idemque *Epist. 105.* ibi, *Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere: Tutum aliqua res in mala conscientia præstat, nulla securum.* & Iuuenalis *Satyra 1.* ibi, *Rubet cui frigida mens est criminibus, tacita sudant præcordia culpa.*

Cœterùm, quando quis verus contumax dicatur? extricant *Vestr. in praxi, lib. 7. cap. 3 num. 22. & 53. Mansuer. in praxi, tit. de contumac. collect. 1. & Hercul. in tract. de caution. de non offendend cap. 51. num. 33.* multaq; ad huiusce depositionis materiam spectantia, nec non ad alteram declarationis in casibus, in quibus de iure principalis ipse deponere, aùt declarare tenetur, infinitos ferè coadunans, copiosè congerit nunquàm ad exuberantiam laudatus *Dom. Cõsiliar. D. Carolus Petra in comment. super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 70.* & plura ad confessionem pertinentia, tradunt *Reg. Capycius Latro in sua Consultat. 136. lib. 2. Mascardus de probationibus, lib. 1. conclus. 347.* atque de confesso, qui de errore dicere, ac docere valeat de negatiua coarctata loco, & tempore in criminalibus, post *Grammat. decis. 56.* nec non *Caualcan. de brach. Reg. tit. de probat. test. part. 3. num. 11.* latè sermocinatur *Dãza de pugna DD. tom. 3. cap. 1. tit. de confessis, à num. 8. cùm seqq.*

PROLOGOMÈN.

Restitutionis in integrum remedium etsi sententiæ, quæ in iudicatum pertransiuit, exequutionem impediat, secùs esse in iàm cœpta exequutione vigore prænominatæ sententię, & reiudicatæ, deciditur.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia in iudicatum transacta omni posthabito impedimento exequenda est.*
2 *Victoria compendium in sententia exequutione consistit.*
3 *Restitutio in integrum sententiæ exequutionem impedit.*

Li-

Digitized by Google

Limitatur in executione iàm cœpta, vt num. 6.
4 *Sententia S.C. Regis nomine profertur.*
5 *Dominus Præses S.C. sæpè ad instantiam perso-*
narum priuilegiatarum mandat, quòd de sen-
tentia S.C. fiat verbum ad finem videndi, an
deferendum sit petitæ in integrum restitutioni.
7 *Restitutio in integrum nùm post mandatum*
de parendo expeditum denegari debeat.

OBSERVATIO CLXXII.

CErtissimi Iuris esse haùd ambigimus, sententias, quæ in iudicatum pertransiere, omni posthabito impedimento, exequendas esse, promptèq; effectum exequi debere, alioqui vanè, incassumque proferrentur, nisi earum exequutioni incumberetur, quemadmodùm *Aristoteles* Philosophorum Princeps scriptum reliquit in 6. *Polit. cap.* 8. ibi, *Nihil prodesset de rebus iustis iudicia, aùt sententia, nisi forent, qui eas exequutioni mandarent.* Est enim exequutio rei iudicatæ confirmatio, vt indicant *Herman. Vult. de Iurisprudent. Roman. cap.* 32. *lib.* 2. *Hartman. Pist. PP. QQ. lib.* 1. *Obseru.* 6. & in
2 se etiam innui in *Obseruat.* 110. *num.* 3. Minimè tamèn id vsque adeò se extendit, vt illarum exe-
3 quutio retardari nequeat, certum nàmque est, integrum restitutionem petitã impedire exequu-
4 tionem etiam sententiæ Sacri Consilij, quæ Regis nomine profertur, *Capycius decis.* 53. *Afflict. decis.* 356. *num.* 5. quos insequitur *Dom. Præs. de Franchis decis.* 86. *num.* 8. & 9. vbi ità decisum fuisse attestatur, nec non in *decis.* 702. vbi *Dom. de Luca in Obseruat.* plura cumulat, & confirmat *Dom. Regens de Marinis ad Reg. Reuerter. decis.* 16. *num.* 2. iterùmq; in *lib.* 2. *Quotidian. Resolut. cap.* 200. multosq; cõgerens insectatur pariter *Dom. Consiliar. Roccus Responsa* 24. *num.* 11. *tom.* 2. & alijs omissis memorãt *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 152. *sub num.* 14. & *Dom. Consiliar. Staibanus in Obseruat. ad Resolut.* 55. *num.* 7. vbi passim seruari attestatur, quòd Dominus Præses S.C. (quo munere non sine omnium applausu ad præsens decoratur Illustriss. Dominus meus Regiam Cancellariam Regens *D. Felix Lazia Vlloa*, vir sanè humanissimus, natalium splendore conspicuus, vitæ integritate eximius, omniumq; scientiarum genere præditus, cuius felicis nominis Omen Iustitiæ veram, optandamque felicitatem nobis omnibus
5 largitur) ad instantiam personarum priuilegiatarum mandat, quòd de sententia Sacri Consilij fiat verbum ad finem videndi, an deferendum sit petitæ in integrum restitutioni? quo casu impeditur exequutio. His modò ità præmissis, vt videamus præsens instat locus.

Nùm isthæc in integrum restitutio exequutionem iàm cœptam vigore sententiæ, & rei iudicatæ impedire possit? fuit profectò recensitus articulus in causa præsentis loci controuersus, & facta hinc indè discussione solemni arresto pronunciatum fuit pro exequutionis validitate, sicq;
6 quòd iàm cœptam exequutionem vigore sententiæ, & rei iudicatæ impediri non possit ex remedio illo restitutionis in integrum, vt noster *Author* testatur *hic*, *complures* nostræ Iurisprudentiæ Peritos recensens, quibus addimus *Dom. Regentem Romitum*, qui alios quamplures manuducit, & præsentem locum nominatim laudat *super Pragmat.* 1. *de Minoribus, num.* 25. *vers. Quod procedit*, amplexari videtur *Dom. Præs. de Franchis in citata decis.* 86. *num.* 8. comprobantque *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. R. conclus.* 293. *num.* 8. & 18. *Marescotta Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 14. alijq; quos recenset *Consiliar. Carleual. de iudicijs, tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 16. *num.* 31. & conuallant *Campanil. in diuersor. Iur. Canonic. Rubr.* 11. *de person. prohib. promouer. cap.* 13. *de illegitimis, num.* 333. *Dom. de Luca in dict. Obseruat.* 702. *num.* 6. *circà medium*, atq; *Dom. Consiliar. Petra super dicto Ritu* 152. *antè num.* 15. adijcens, tutam minimè esse
7 opinionem existimantium, illam denegari post mandatum de parendo expeditum, quasi illa petatur exequutione cœpta, quam *Dom. Regẽs Rouitus* sustinet *vbi supra, num.* 28. quandoquidem vt *Consiliar. Carleual* obseruat *ibidem, num.* 32. repugnat *Scauola* Responso *in l. defendente* 21. *D. de authorit. & consens. Tutor.* quin *Ioan. Vincent. de Anna in repetit. cap.* 1. *de vasall. decrepetat. num.* 239. cuius auctoritate nititur *Dom. Regens Rouitus*, simpliciter hoc non fatetur, sed adhibito distinctionis moderamine, si enim ex scripturis nouiter post mandatum de parendo deductis de bono iure constet, sententiæ exequutionem remorari adiungit; Cæterùm pro plena, ac perfecta propositi articuli dilucidatione consulendus est laudatus *Dom. Consiliar. Carleual vbi supra, ex num.* 33. *cùm seqq.* ad cuius traditã me subscribere ducitur animus.

PROLOGOMEN.

Fatalia, quæ litibus finẽ imponunt, interitumqs inferũt, etsi in omnibus appellationum causis locum sibi vendicent, pendente tamen compromisso haùd currere appellationis in causa statuitur, dummodò compromissum scriptura adhibita factum fuerit.

RERVM SVMMA.

1 *Lites tùm litigantibus, tùm Reipublicæ grandia pariunt incommoda.*
2 *Fatum pro morte quoque accipitur.*
3 *Mors vastissimum habet dominatum.*
4 *Mors nec sexui parcit, nec ætati, aùt cuiusuis qualitati.*
Nec etiam saxis, aùt illustrium virorum memoriæ, vt num. 5.
6 *Fatalia, mortis instàr, litibus finem imponunt, interitumq; inferunt.*
7 *Fatalia in omnibus appellationum causis locum sibi vindicant.*
8 *Fatalium cursus aliquando suspenditur.*
9 *Fatalia in causa appellationis non currunt cõpromisso pendente.*
Intelligitur, cùm illud scripturæ adhibita confectum fuit, vt num. 10.
Ratio traditur num. 11.
12 *Scriptura exquiritur in probando compromisso.*

13 In-

Digitized by Google

13 *Iuramentum in compromisso apponitur.*
14 *Compromissum in arbitratorem num fatalium cursus impediat.*
Quid si illud acceptatum non fuerit? notatur num. 15.

OBSERVATIO CLXXIII.

1 LItes, quæ tùm litigantibus, tùm Reipublicæ adeò grandia pariunt incommoda, & detrimenta, vt in fatum inciderent, atque perirent, iustissimè statutum fuisse, non
2 ignoramus, etenim cùm fatum, quod pro vltima rerum linea, scilicèt pro morte concipimus, iuxtà illud *Horatij* 1. *Epist.* 16.
Mors vltima linea rerum est.
3 humano nedùm dominetur generi, vt *Diuus Paulus* ait, *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, ad Hebr. cap.* 9. *in fin.*
Et *Homer. apùd Criti.*
At fatum effugit nemo, mihi crede virorum.
4 adeò vt de Hercule virorum admirabili Idem cecinerit.
Nec vis herculea Parcam vitauit auaram,
Quanquam Dijs carus foret, & Iouis inclita proles.
& *Virgil.* in Mœcenatis obitum.
Illa rapit iuuenes, prima florente iuuenta,
Non oblita rapit, sed tamen illa senes.
Horat. etiam 1. *carm.* 4.
Pallida mors æquo pulsat pede
Pauperum tabernas,
Regumque Turres.
& *carmin.* 28.
Omnes vna manet nox,
Et calcanda semel via lethi.
sed cunctis etiam, quæ fuere, quæq; erũt imperitet sæuissimè, vt *Ouid. ad Liuiam.*
Omnia subleges mors vocat atra suas.
5 vndè Vrbes, Regnaq; mori, & nomina quoque illustrium, & quæ inexorabili mortis sæuitiei subijci non deberent, adhùc perire, perbellè testati sunt antiquæ historiæ Scriptores, & *Auson.* egregiè scripsit *Epigram.* 34.
Miremur perijsse homines, monumenta fatiscunt,
Mors etiam saxis, nominibusque venit.
6 Haùd abre equidem compertum exrat in Iure, vt litibus similitèr fatalia circumscriberentur, adhoc vt illis, quemadmodum & mors humanæ vitæ, finem imponant, interitumq; inferant, *l. properandum* 13. *§. huiusmodi, C. de iudicijs l. nemo* 3. *C. de tempor. appell. Gloss. in l.* 2. *verb. Tempora fatalium, C. eod. tit.* vbi ait, quòd fatales dies dicuntur, quia fatum, ideſt finis causæ imponitur: clarè etiam edocet *Abbas in cap. ex ratione, de appellat. num.* 8. vbi scribit, quòd dicitur fatale à fato, ideſt morte, quia sicut mors extinguit hominem, ità lapsus istius termini extinguit appellationem, & cæteris consultò omissis, luculentèr notat *Cornel. Bredered. de appellat. part.* 2. *tit.* 7. *de fatalibus, Rubr. Fatalia quid*, aiens, *Sic autem hæc tempora fatalia dicta sunt, quòd ijs elapsis causa recipit fatum, ideſt mortem, & finem, & eod. tit.* 7. *vers. Cur annus fat. dicatur. col.* 139. *in fin.* & in *Rubr. Tempora appellat. prosequ. col.* 140. ibi, *Nam superi qui fata dicuntur, rebus naturalibus, & cunctis distribuunt tempus durationis, & interitus, sic leges fecerunt instantia appellationis.*
7 Quapropter, cùm omni iure fatalia appellationum in causis locum sibi vendicent, Canonico scilicèt, Ciuili, & Regni quoque, vt ex *cap. cùm sit Romana* 5. *de appellat. Clement. sicut* 3. *eod. tit. l. final. §. illud etiam, C. de tempor. appellat. Auth. ei qui, eod. tit. Auth.* vnde *sumitur, de ijs, qui ingrediuntur ad appellat. §.* 1. *& Regia Pragmat.* 1. *de appellat.* vbi etiam *DD.* non semel con-
8 troversum vidi, Nùm fatalium cursus aliquando aliquam ob causam dormiat? qua planè in cessatione aiens recepta fuit sententia, in casu præsertim, quo inter partes factum fuit compromissum, vndè iuste ambigere non potest, veriorem esse sententiam, quæ statuit, compromisso pendente
9 fatalia haùd currere appellationis in causa, quemadmodum determinatum fuisse legimus in iurgio præsentis loci ex attestatione nostri *Authoris*, quam sententiam firmauit etiam *Antonius Faber in suo Cod. rerum iudicatar. tit. de tempor. appelland. definit.* 2. paritèrque *Episcop. Riccius in Collectan.* 245. & pro absoluta præsente n decisionẽ nominatim laudans amplectitur *Dom. Consiliar. Petra in commẽt. super Ritibus M. C. V. tom.* 2. *Rit.* 260. *num.* 37. nec non *Dom. Consiliar. Staibanus Resolut forens. centur.* 2. *Resolut.* 19. *à num.* 36. atque in *Resolut.* 197. *num.* 29. 30. *& 38.* & alijs relatis hanc paritèr sententiam sectantur *Ruginellus de appellationibus, §. decim. Gloss.* 2 *nu.* 57. *Scaccia eodem tract. cap.* 2. *quæst.* 15. *num.* 105. *& sequ. Sforz. de restitut. in integrum, quæst.* 69. *num.* 47. & indubitatum esse inquit *Thesaurus decis.* 244. *num.* 6.
10 Verùm, vt per compromissum fatalium lapsus suspendatur, vel prorogetur, illa scriptura adhibita fieri debet, vt per Senatum Pedemontanum sæpiùs iudicatum vidisse tradit idem *Thesaurus ibidem, num.* 7. adducens etiam *textum in l. final. §. final. C. de tempor. appellat.* quem clarum esse fatetur, & comprobant laudati *DD. Consiliarij Staibanus, & Petra* memoratis in locis: quod planè ratione illa fulcitur præcæteris, quia alias
11 nunquã esset litium finis cùm partes à probandum fuisse factum compromissũ, vel de prorogatione cõuentum fuisse, se admitti semper possent:
12 quin? simpliciter in probã to compromisso scriptura exquiritur, *Iodoch. Damh. in praxi rer. ciuil. cap.* 204. *num.* 4. *& cap.* 208. *num.* 1. & decisum memorat *Anton Faber in suo Cod. lib* 7. *tit.* 7. *diffinit.* 2. præsertim in Regno ob iuris iurandi
13 religionem, quam interuenire debet *Borrell. in summa decis. tit.* 63. *num.* 392. *Dom. Consiliarius Staibanus centur.* 1. *Resolut.* 57. *ex num.* 6. Hinc modò dubitatio insurgit.
14 Idem nùm firmandum sit, si compromissum in Arbitratorem, siue amicabilem compositorem, factum fuerit? Affirmatiuè inquit noster *Author hic, num.* 6. & insequitur aleam hanc *Balb. decis.* 479. Negatiuè autem resoluit *Anchar. in consil.* 284. *num.* 3. quamq; sententiam insectantur *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 34. *Grauat. ad Vestr. in praxi Roman. Cur. lib.* 7. *cap. vltim. num.* 4. alijque, quos laudat *Ruginell. vbi supra, sub num.* 59. *vers. Fallit quinto*, & approbat laudatus *Dom. Cõsiliar. Petra super dict. Rit.* 260. *sub num.* 37.

15 At

11 Ar quid si illud acceptatum minimè sit? pa-
gnat pariter noster *Author hic*, cùm adductis per *Rugmeltum in sede suprà indicata, vers. Fallit tertiò*, qui inter cæteros extollit *Marsil. inquientem in Singul. 679.* notandum esse in practica, quòd ante illius acceptationem tempora non suspenduntur, quia ipse haùd leui in causa obtinuit.

PROLOGOMEN.

Emphyteuta ad hoc vt per arborum incisionē, reiq; emphyteuticæ deteriorationem expelli possit, quæ requirantur? sigillatim recensentur, & quid in sylua cedua firmandum sit? clarè pariter eruditur.

RERVM SVMMA.

1 *Emphyteuta ad hoc vt per arborum incisionem, & rei emphyteuticæ deteriorationem expelli possit, quæ requirantur.*
2 *Prætor de minimis non curat.*
3 *Emphyteuta de leuissima culpa non tenetur.*
4 *Emphyteuta si aliquas arbores incideret, & earum loco alias reponeret, vel ex radice alia germinarent, expelli non potest.*
Intelligitur, si emphyteusis in superficie non consisteret, vt num. 5.
6 *Intellectus in l. in fraudem Fisci 45. §. conductor, D. de iure Fisci, traditur, & num. 7.*
8 *Emphyteuta in pœnam priuationis emphyteusis non incidit, si grandes inciderit arbores ad fundi refectionem, vel adium cuius sunt.*
Declaratur, dūmodò fundus deterior non efficiatur, vt num. 9. & 11.
10 *Intellectus in l. ex sylua, D. de vsufruct. indicatur.*
12 *Emphyteuta arbores ceduas, quæ sūt in fructu, incidere potest absq; pœna priuationis emphyteusis.*
Intelligitur, dummodò boni viri arbitrio inciderit, & per eam eius forma non mutetur, vt num. 13.
14 *Emphyteuta ad suum vsum arbores etiam grandes, quæ sunt in fructu, quæq; ad lignandi, vel ædificandi vsum excidi solent, incidere potest.*
15 *Sylua cedua quæ dicatur.*

OBSERVATIO CLXXIV.

5 AEorum Scribentium voto conualidatur præsentis loci conclusio, quæ determinat, quòd ad hoc vt emphyteuta per arborum incisionem, reiq; emphyteuticæ deteriorationem expelli possit, tria requiri opus est; Primò, quòd deterioratio notabilis sit quantitatis; etenim modica in consideratione haùd habetur, etiam de minimis non curet
2 Prætor, decidente *Callistrato* l. C. *in l. scio illud 4. D. de restit. in integr.* Secundò, quòd sit in proprietate, reiq; respectu, haùd verò respectu fructuum; Tertiò, quod deterioratio fiat dolo, vel
3 lata culpa, aùt saltem leui, nàm de leuissima cm-
phyteuta non tenetur: ità siquidem plenè quoque sermocinantur *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus tom. 2. lib. 22. tit. 29. Card. Tusch. Practic. Conclus. lit. E. conclus. 217.* pariterq; *Corbulus de iure emphyteut. titul. de causa primæ cognitionis ob rei deteriorationem, num. 24. & seqq. Rodoan. de rebus Eccles. non alienand. quæst. 79. cap. 6.* & iterùm in *cap. 7.* sic quoque *Menochius de Arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. cas. 78. Mysinger.* qui prædicta veluti memoratu digna, memoriæ commendanda esse, tradit in *centur. 6. Obseruat. 86.* nec non *Surdus decis. 102.* vbi *Dom. Consiliar. Hodierna in addit. num. 1. & Gamma decis. Lusit. 342. num. 3.* qui omnes infinitos ferè alios id pariter astruentes recensent.

4 Et plerique referunt, quòd si quis arbores aliquas frugiferas inciderit, & earum loco alias supplantauerit, atque substituerit, perpetua deterioratio nō diceretur, quemadmodū nec etiam, si aliæ ex stipite, vel radice ipsa ex natura germinarent, vt inter cæteros tradit *Gamma in decis. Lusit. 305. num. 1.* nàm nouis arbusculis ex radice, vel ex trunco cælarum arborum succrescentibus augmentatio acquiritur: dummodò tamen emphy-
5 teusis illa in superficie, vtputà in nemoribus non consisteret, vt in puncto hoc procedere intelligit laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna vbi suprà, num. 3.* propterea quod eo casu illius emphyteusis substantia destructa censeretur: nec per aliarū plantarum subrogationem cōsultum emphyteutę dici potest, etenim planta noua, quæ subrogatur, agnata cùm antiqua dici nequit; Idquè tametsi *ICtus* contrarium determinare videatur in *l. in fraudem Fisci 45. §. conductor, D. de iure Fisci,*
6 vbi conductori fructiferas arbores cædere, aliasq; substituere permittitur: propterea quod illius *textus* dispositio eò tunc procedit, quando scilicèt arbores ex vetustate ferè inutiles essent, quo casu vtiliùs quippè foret, eas incidere, aliasque earum loco supplantare, & substituere, prout tradit, & ità *textum* illum intelligēdum esse aduertit *Paulus de Castro in l. diuortio, §. si fundū, num. 2.* vbi etiam *Alexander* hoc notat in *vers. Refert tamen, D. solut. matrim.* & sequuntur *Card. Mantica*, dicens, quòd hoc industriæ magis, quàm culpæ adscribi debet, *dict. titul. 29. num. 35. Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. Gloss. 1. num. 26.* ac etiam animaduertit *Rodoan. vbi supra, num. 13. & Riminald.* sentire videtur in *consil. 74 num. 16. vol. 1.* Quamobrem Nos subnectimus,
7 illud simpliciter intelligendum haùd esse, sed benè in arboribus vetustis, aùt corruptis, quoniam constat frugiferas arbores paulò vetustiores, multisque annis meliores esse, quàm iuniores, & suauiores fructus afferre solitas esse, vt memoratus *Tiraquellus* inquit *ibidem*, quapropter incidi minimè possint, etiam si earum loco aliæ substituantur, & supplantentur, cùm hac in materia non fiat compensatio melioramenti in vna parte, cùm deteriora-
tione in altera parte, vt caducitas euitetur, quemadmodùm in proposito obseruant *Jason in Auth. qui rem num.* & ibidemque *Cagnol. num. 43. C. de Sacros. Eccles. Bero in consil. 120. num. 32. vol. 1. Roland. à Valle in consil. 49. num. 16. vol. 2.* hanc communem opinionem esse asserens, post *Picum in repetit. l. Titia cùm nuberet, §. Titia, num. 115. in fine, de legat. 1.* quos explotis

Digitized by Google

contrarium sectantibus insequitur *Corbulus vbi supra, ampliat. 3. num. 14.*

In pœnam autem priuationis emphyteusis non
8 incidere emphyteutam, inquiunt quamplurimi, si grandes inciderit arbores ad fundi refectionem, vel ædium cuius sunt, vt tradit *Ioseph Ludouic. in decis. Lucens. 8. num. 9.* & aleam hanc tenet *Bald. in citata l. diuortio, §. si fundum, vers. Sed quid si domus, D. solut. matrim.* ibidemque *Alexand. num. 2.* qui licèt animaduertat, *textum in l. arboribus, in princ. D. de vsufruct.* per quem *textum Baldus* loquimouetur de arboribus euul-
sis, vel vi ventorum deiectis: *Baldi* tamèn sententiam sequitur, & comprobat ex *l. ex sylua, D. de vsufruct.* beneuerùm simpliciter id non permittit,
9 sed cùm fundus deterior minimè fit, vt *Tiraquell.* admonet *vbi supra, §. 3. Gloss. 1. & vnic. num. 29.* obseruatq; *Corbulus d. l. sub num. 29.* & in proposito *Card. Mantica dict. tit. 29. num. 34.* aduertit, quòd ex citata *l. ex sylua, Alexandri* opinionem probare non videtur, quòd scilicèt arbo-
10 res non cæduas pro domus reparatione excidere possit, sed dumtaxàt, quòd ramos ad vineam ordinandam excidere queat: huic tamèn ex *Pico* respondet, quòd ideò ramos dumtaxàt ad vineam reparandam excidere possit, quia rami sufficiunt, at cùm sufficere non possunt, veluti pro domus reparatione, eadem ratione tunc succidere potest
11 pedamenta, vt in dicta *l. arboribus*, dummodò tamèn fundus deterior non reddatur, & maius sit damnum, quàm reparationis commodum, vt ex eiusdem *Pic.* doctrina subiungit idem *Card. Mantic. d. l.* & expressum extat in dicta *l. ex sylua*, ibi, *dùm nè fundum deteriorem faciat.*

Dubio procùl tamèn in sylua cædua locum
12 obtinet incisio absq; priuationis emphyteusis pœna, quandoquidem tunc fundum deteriorem facere minimè intelligitur, cùm ea ad destinatum vsum vtatur, & non alia mente id facere præsumatur, quàm vt cæsis arboribus aliæ denuò succrescant: dummodò tamèn boni viri arbitrio in-
13 ciderit, ex *dict. l. ex sylua, l. item si fundi, §. vltim. l. si pendentes, §. 1. & l. si cuius, §. vltim. D. de vsufruct.* & per eam eius forma non mutetur, vt *Flor.* scribit in *l. hactenùs, §. vltim. D. de vsufruct.* què refert, & sequitur *Card. Mantica loc. cit. sub num. 30. & num. 32.* ex *Tiraquell.* doctrina in indicato *tract. de retract. conuent. §. 3. Gloss. 1. num.* 24. adijcit, emphyteutam ad suum vsum arbores
14 etiam grandes, quæ sunt in fructu, quæquè ad lignandi, vel ædificandi vsum excidi solent, incidere posse: & *Corbulus* inter cæteros *Tiraquello* citato in loco quoque laudato annuit, emphyteutam à iure suo non cadere, si indicatos grandes arbores, quæ sunt in fructu, quæq; ad lignandi, vel ædificandi vsum excidi solent, incidat, prout etiã illis in arboribus, ex quibus aliquis percipi non
15 potest fructus, nisi incidantur, nàm si incisæ renascantur cæduæ arbores dicuntur, & sunt in fructu, vt obseruat citatus *Card. Mantica d. l. num.* 31. proindèq; ab emphyteuta succidi possunt, etiam si tardè germinent, modò aliquando renascantur, *Franc. Beccius consil. 33. num. 6. & sequ.* Hæc dixisse satis sit, nè tractatum edere videamur, cùm sufficiat pro re nostra peculiaria secundùm ordinem exponere, ad hoc vt periti Lectores faciliorem habeant aditum alia inuestigandi meliora.

PROLOGOMEN.

Creditor pignus vendens, vt de euictione non teneatur, etsi receptum dogma sit, nonnullis tamèn in casibus limitationem recipere demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Creditor vendens iure crediteris, & promittens de euictione, vti principalis, non autem creditoris iure tenetur, & num. 11.*
2 *Creditor pignus vendens de euictione non tenetur.*
Limitatur, si creditorem, remq; venditam sibi obligatam esse, non docuerit, vt num. 3.
Item, si manifestans rem illam sibi obligatam esse, & in dicto pignore alijs omnibus creditoribus se potiorem esse non docuerit, vt num. 4.
Sic demùm, si rem illam debitoris, qui obligauit, haùd esse, sed alienam sciuerit, vt num. 5.
Ità pariter, cùm nec ex pacto, nec ex legis dispositione sibi vendere non licere sciebat, & vendidit, vt num. 6.
Quod comprimitur, quando iusto errore vendẽdi ius sibi competere putauit, vt num. 7.
Denique restringitur, cùm creditor pignus vendidit non iure creditoris, sed iure domini, vt Dominus, vt num. 8.
9 *Creditor simpliciter vendens, vt Dominus vendidisse intelligitur.*
10 *Creditor pignus vendens, quando simpliciter vendere intelligatur.*
12 *Paciscens deludi non debet.*
13 *Pactum frustratorium esse minimè debet.*
14 *Verbum quodlibet etiam minimum sine virtute aliquid operandi esse nequit.*
15 *Verba aliquid operari debent.*
16 *Verba vt aliquid ponderis habeant, ad effectum perducuntur.*
17 *Syllaba nec quidem frustrà intelligi debet interposita.*
18 *Contrahens vt pactum nugatorium apponere voluerit, non præsumitur.*
19 *Pactum ad eos casus, quibus illusorium fieri possit, referri non debet.*
20 *Pactum vltrà Commune Ius aliquid prodesse debet.*

OBSERVATIO CLXXV.

1 SOlemni arresto sancitum hic fuit, D. Ioannem Baptistam Marianum, & D. Guererium Rosinum, de quibus in causa præsentis loci, teneri promittere de euictione simpliciter vti principales, & de eorum proprio, non autem creditoris iure ad fauorem Monasterij S. Augustini de Ausida, nàm cùm in trãsactione, de qua agebatur, apparebat, quòd per supradictos promissa fuit euictio, vt noster *Author* testatur *hic*, per eos principaliter faciendam esse euictionis promissionem, haùd verò creditoris iure intelligi debet, cùm aliàs ad nihilum tenerentur, quia promissione illa cessante pro negatiua

Digitized by Google

1 uastat regula, quòd scilicèt creditor pignus vendens de euictione, non tenetur, vt *Paulus I.C.* docet expressè in *l. periculum* 30. *D. de pignorib.* & habetur in toto *titul. Cod.* 46. *creditorem euictionem pignoris non debere.*

Beneuerùm regulam prædictam restrictiones quamplures recipere, arbitrati sunt nonnulli ma-
3 teriam pertractantes, quarum Prima est, cùm ille qui tanquàm creditor vendidit, se creditorem, remque venditam sibi obligatam esse, non doceret, tunc enim haùd refragante, quòd tanquàm creditor vendiderit, de euictione teneret, quæ poscà sequeretur, vt *Alexander Cæsar* rescripsit in *l. 1. C. creditorem euiction. pignor. non deber.* & illic aduertit *Gloss. in verb. Iure vendit.* Secun-
4 da, quando creditor qui vendit, se creditorem, illamque rem sibi obligatam esse doceret, tamèn dicto in pignore, seù hypotheca alijs omnibus creditoribus potiorem esse non doceret, quoniam tunc, si alius potior creditor ab emptore euincer-
5 etur, creditor ille, qui vendidit, de euictione teneretur, vt in citata *Alexandri* Imperatoris Cõstitutione, quam illic sectantur *Gloss. dict. verb. Iure vendit, vers. Secundò*, & Doctores omnes communiter, intelligendo tamèn, vt sufficiat, quòd creditor se potiorem esse cæteris in tempore doceat; Tertia, cùm creditor rem obligatam habens, illamque vendens, sciret illam debitoris, qui obligauit, haùd esse, sed alienam, eo siquidem casu in
6 dolo esse dicitur, & propterea Domino euincente de euictione tenebitur, vt expressè Imperator *Gordianus* rescripsit in *l. si à creditrice 2. C. creditor. euiction. pignoris non debere*, & sequitur *Gloss. ibi, & loco supra citat.* Quarta, quando creditor nec ex pacto, nec ex legis dispositione si-
7 bi vendere non licere sciebat, & tamèn vendidit, quia tunc creditor tanquàm dolosus de euictione tenebitur, vt *Gloss.* notat in allegata *Alexandri* Imperatoris Constitutione, *verb. iure vendit, in fine*, & comprobat illic *Baldus*, atque etiam *Salyc.* qui secùs esse tradit, si iusto errore vendendi ius sibi competere putauit, nàm tunc de-
8 euictione non tenebitur, sed dumtaxàt emptori contra debitorem cedere contrariam pignoratitiam, iuxtà *Vlpiani I. C.* Responsum *in l. in creditore* 38. *D. de euictionib.* & notat *Bartol. in l. penultim. D. de distract. pignor.* Quinta tandèm traditur restrictio, ex qua regulam illam fallere
9 habetur, cùm creditor pignus vendidit, non iure creditoris, sed iure dominij, vt Dominus, & idè cùm simplicitèr vendidit, quia in dubio vt Dominus, haùdque vt creditor vendidisse intelligeretur, sicquè de euictione tenebitur; de quibus omnibus latè vide per *Negusantium de pignoribus, & hypotecis, prim. membr. 6. part. num.* 40. vbi etiam, quòd regula illa locum obtinet, cùm creditor expressè creditoris iure vendidit, vt eũ antè firmauit *Salycet.* dicens ità tenere alios *Doctores in d. l. 1. verb. Nunc quia casus*, & simpli-
10 citèr vendi, intelligi debetur, cùm dictum fuit, Sempronius vendidit, tunc enim haùd tanquàm creditor, sed tanquàm Dominus vendere censetur, secus cum dictum fuit, Sempronius creditor Titij vendidit pignus, quoniam tunc etsi alitèr se creditoris iure vendere haud dicat, nihilominus ex quo nomen creditor expressit, creditoris iure pignus vendidisse censetur, vt peroptimè *Alciatus* inquit *in l. penult. D. de distract. pignor.*

11 Exquibus equidem ambigere haùd posse comperimus de iustitia indicati arresti in causa præsentis loci prolati, assistente præsertim optimi iuris probatione in *l. 1. & 2. C. creditorem euictionem pignoris non debere*, vbi expressè sancitum extat, creditorem creditoris iure vendentem, dequè euictione promittentem, vti principalem de euictione teneri; cùm alitèr dicendum non sit,
12 nè sub promissione illa deludatur, qui vigore pacti voluit in euictionis casu se tutum reddere, & de ea sibi expressè prouidere, vt vbi ex rei natura non tenebantur, ex pacto tenerentur, per quod sibi de ea prospexerunt, *Asin. de exequut. §. 7. cap.* 288. *fol.* 246. aliàs si pactum illud ad creditoris
13 ius reduceretur, frustratorium foret, cùm ad nihilum tenerentur, & in contractu quodlibet
14 verbum, etiam minimum, sine virtute aliquid operandi èsse minimè debet, *Bald. in Rubr. C. de contrah. empt. quæst. 9. num. 9. Alexand. in l. 3. in princip. num. 3. D. de iure iurand.* & iterùm in *consil. 11. num. 14. consil. 36. nu. 3. & consil.* 158. *num. 6. lib. 2.* ac etiam in *consil.* 117. *lib. 4. Iason. in l. 1. num. 9. vers. Sed pro ista, si quis in ius voc. non ier. Alciat. in l. non solum, §. morte, num. 2. & infra, de noui oper. nunciat. & in consil.* 104. *nu.* 14. *lib. 9. Aymon Crauetta in consil* 386. *num. 9. in fine, & in consil.* 630. *nu. 4. vers. Tertiò. Aretin. in col.* 148. *num. 3. Curtius iun. in consil.* 45. *num. 3. Gozadin. in consil.* 65. *num. 16. Paris. in consil. 21. num. 58. & in consil. 33. num. 19. lib. 4. Boerius in decis. Burdegal. 23. nu. 24. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. Gloss. 2. num.* 22. & alij
15 passim: vndè generalem regulam esse traditur, vt verba aliquid operari debeant, ad *text. in cap. si Papa, de priuil. lib. 6. & in l. si quando, in princ. D.*
16 *de legat. 1.* sicque vt aliquid ponderis habeant, & ad effectum perducantur, *Bald. in consil. 51. in fin. lib. 1.* per *text. in l. itèm veniunt, §. aptanda, D. de petit. hared.* ità vt nullum quidem verbum superfluum esse debeat, *l. 1. in princ. D. quod met. caus. l. 3. in princ. D. de iure iurand. Bald. in l. nec quidquam, §. de plano, col. vlt. vers. Regularitèr verò, de offic. Procons.* immò etiam, vt nec syl-
17 laba quidem frustrà intelligi debeat interposita, vt *Gloss. & Bald.* inquiunt *in l. 1. in princ. D. quod met. caus.* ac paritèr *Ripa in cap. sicut Romana, num. 41. de rescript. Iason in l. vltim. num. 9. in fin. quod quisq. iur. Curtius sen. in consil 29. num. 4. verb. Et sic illa verba, Aymon. Crauett. in cõsil. 297. num. 4. & in consil. 630. nu. 4. vers. Quid autem*, ac demùm *in consil. 702. num.* 14. *& in*
18 *consil. 685. num.* 7. Quamobrèm verosimile minimè videtur, quòd contrahentes nugatorium pactum apponere voluerint, *Paulus de Castro cõsil. 255. col. 2. in fin. lib. 2.* & pactũ ad eos casus,
19 quibus illusorium fieri possit, (prout foret, si pactum illud ad creditoris ius reduceretur) referri non debet, *Aymon Crauetta consil. 603. num. 6.*
20 nàm pactum vltra Commune Ius aliquid prodesse debet, *Curtius iun. consil. 85. num. 4.*

PROLOGOMEN.

Fructus pendentes reemptionis tempore quando ad reementem spectent, quandonè pro rata temporis emptorem inter, & venditorem diuidantur? haùd illepidè demonstratur, &

Digitized by Google

nùm verbalis oblatio ex parte venditoris sufficiat, vt emptor in mora, malaque fide constituatur? eadem methodo dirigente exaratur.

RERVM SVMMA.

1 *Fructus pendentes reemptionis tempore inter primum venditorem, & emptorem pro rata temporis diuidi debent, & num. 4.*

Intelligitur, si pro eodem pretio retrouenditio fiat, vt num. 2.

Item, si emptor statim, quòd à venditore pro rei restitutione in vim pacti requiritur, se rem illam relaxare offerat, vt num. 8.

3 *Fructus cùm appretiantur, pretium fundi augent.*

5 *Fructuum rata quomodo diuidi debeat.*

6 *Fructus Ecclesiastici beneficij inter hæredem, & successorem pro rata temporis diuidi debēt.*

7 *Separari in mercede non possunt, quos opera coniungit.*

9 *Emptor interpellatus pacti vigore ad rem retrouendendam si renitens fuerit, & recusauerit, fructus rei restituere tenetur à die, quo in mora fuit constitutus.*

10 *Emptor cùm pacto de retrouendendo fructus medio tempore perceptos suos facit, nec eos venditori, qui iure pacti redemit, restituere tenetur.*

Contrarium scriptum est in lege Moysis, vt nu. 11.

Sed hæc lex Mosaica in foro conscientiæ non adstringit, vt num. 12.

13 *Oblatio verbalis sat nè sit ex parte venditoris, dùm exercet pactum de retrouendendo, an verò realis requiratur, vt emptor in mala fide constituatur circà fructuum perceptionem? & num. 14. & 16.*

15 *Venditor eodem tempore rem, & pretium penès se habere non debet.*

OBSERVATIO CLXXVI.

FRuctus pendentes reemptionis tempore ad reementem spectent nè, vel pro rata temporis emptorem inter, & venditorem diuidi debeant? controuersum, disputatumque fuit in causa præsentis loci, in qua deinde ad reementis fauorem, quòd nimirùm ei insolidum debeantur, prolatum fuit arrestum, tesle nostro *Authore hic*, Idque nil refragante, quòd
1 nostræ Iurisprudentiæ maximùm Periti magis communitèr statuere, huiusmodi fructus pro rata temporis eos inter diuidendos esse: eorum tamquè
2 conclusio procedit, cùm retrouenditio pro eodē-met pretio facienda foret, secùs verò vbi reemptio diuerso pretio, pro valore scilicèt tēporis retrouenditionis concurrente, fieri deberet, quippe quod tunc fructus omnes ad venditorem reemētem pertinent: ea potissimùm ratione, quia cùm
3 fructus illi appretientur, pretium herclè augent, itàque obseruatur pactum retrouenditionis faciendæ pro valore tunc temporis concurrente, prout perbellè determinationem hanc comprobat *R. P. Leonardus Lessius Iesuita in suo tractat. de Iustitia, & Iure, lib. 2. cap. 21. tit. de emptione, & venditione, dubit. 15. num. 123.* quem laudans insectatur *Dom. Rodoerius in addit. ad Dom. Regentem de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. cap. 154. num. 2.* & neque id fortassis negabunt *Auctores* fructuum diuisionem pro dicta rata temporis amplexantes.

Quemadmodùm, & nos patitèr illo in casu
4 pro rata temporis diuidendos esse fructus haùd ambigimus ex *Cumani* præsertim tententia *in l. diuortio, D. soluto matrim. in l. qui Romæ, D. de verbor. obligation. & in l. final. D. de iure Fisci*, quem post alios insequuntur *Dom. Regens de Marinis dict. cap. 154.* vbi *Dom. Rodoerius, nu. 1. Tiraquell. de retract. conuent §. 5. Gloss. 4. nu. 5. & 6. Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 11. num. 9. Couarruu.* latissimè *Variar. Resolut. lib. 1. cap. 15. num. 6. & 7. Consiliar. Paschal* remissiuè *de viribus patriæ potestat. part. 1. cap. 3. sub num. 116.* per Senatum Pedemontanum decisum refert *Thesaur. decis. 56. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 79. part. 2. Vinius decis. 8. num. 13.* esse communi ICtorum omnium voto receptum testatur *Rolandus consil. 27. in secundo dubio, lib. 2.* & satis notanter *Borgnin. Caualcan. de usufruct. mulier. relict. num. 244.* vbi *num. sequ.*
5 dat regulam, quomodo hæc rata fructuum diuidenda sit, aduertendo fructuum bonorum restituendorum naturam considerandam esse: traditquè exemplum, quòd si fructus sunt poma ex eo, quia singulo anno fructuum producere solent, annus duodecim erit mensium: si oliuæ, quia singulo biennio fructum producunt, bienniū vnius anni loco computandum erit, & similia tradit exempla: in tantum, quòd duodecim fructuum partes faciendę sunt, & habita initij anni, ac retrouenditionis temporis ratione toc partes fient, quot emptor possedit, & reemptor est possessurus, vt putà vineam possedit emptor à primo die mensis Octobris per totum mensem Iunij, ficquè per nouem menses: in prima autem die mensis Iulij venditor reemit, modò horum fructuum pendentium quatuor faciendæ erunt partes, tres emptor, qui vineam in vim pacti restituit, eamque per nouem menses detinuit, obtinebit, & alteram venditor, qui illam recuperauit, & per alios tres menses pro anni complemento possedit: & ist hæc quidem fructuum pro rata temporis diuisio communi *Doctorum* calculo approbatur, & ad fructus Ecclesiastici beneficij eam maxime adhiben-
6 dam esse traditur, ita vt illi siue percepti sint, siue percipiendi, inter hæredem, & successorem diuidi debeant pro rata temporis, & pro ea anni parte, qua defunctus Ecclesiastici muneris, & cultus diuini impensas subijt, nàm *non possunt se-*
7 *parari in mercede quos opera coniungit.* vt *Tertullianus* tatur *de resurrect.* quid enim foret iniquiùs, quàm si successor maturis Beneficij fructibus ad paratas epulas accederet, & totius anni reditum in ipso statim ingressu consequeretur? ac rursùs si proponamus, defunctum mense Octobris obijsse, quid esset iniquiùs, quàm vniuerso reditu percepto hæredem fructus omnes sola perceptionis ratione sibi vindicare, successorem interea reliquo anni tempore ad sequentem vsque mensem victu, & alimentis spoliatum altari seruire? quare meritò æquiùs visum est Geometrica proportione fieri redditiuum, & fructuum pro rata temporis diuisionem.

8 Pro-

8 Procùl autem difficultate recensitum dogma procedere erudimur, cùm emptor statim atque, quòd à venditore pro rei restitutione in vim pacti requiritur, se rem illam relaxare offert: cæteroquin si huiusmodi pacti vigore interpellatus ad rem retrouendendam renitens fuerit, & recusauerit, tunc ex quo iniustè recusat, quia contrà pa-
9 cti formam, à die, quo in mora fuit constitutus, fructus rei restituere meritò tenebitur, cùm fructus hoc in casu percepti ad ipsius emptoris beneficium non cedãt, sed venditoris, vt idem R. P. *Leonardus Lessius* annuit *ibidem*, docetq; pariter *Angel. consil.* 55. quem citat *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. P. conclus.* 24. *nu.* 6. & post alios, quos pro more refert, notat citatus *Tiraq. dict.* §. 5. *Gloss.* 2. *num.* 4. & *dict. Gloss.* 4. *num.* 32. ac demùm *Borgnin. Caualcan. vbi supra*, quos insectatur *Dom. Reg. de Marinis dict. cap.* 154. *sub num.* 3. vbi hoc quoque scribit *Dom. Rodoerius in addit. num.* 3. & alijs denique adductis tradũt similiter *Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 32. *sub num.* 100. *Episcop. Couarruu. Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. *Capoll. de simulat. contract. præsumpt.* 12. & apertè rescriplit *Alexander Cæsar in l. si fundum* 2. *in fin. C. de pactis inter emptor. & vendit.* vbi etiã
10 habetur, vt emptor fructus medio tempore perceptos suos faciat, nec eos venditori, qui iure pacti redemit, restituere teneatur, quod *Baldus ibi, in fine not.* memoria retinendum esse dicit, & post alios sequitur *Tiraquell. de retract. conuent. dict.* §. 5. *Gloss.* 2. *num.* 1. *cum sequ.* tradens hoc in foro etiam poli suum locum obtinere: quod verò in lege Moysis scriptum est, *Leuit. c.* 25. venditorẽ,
11 qui ex pacto redimebat, computatis fructibus ex venditionis tempore, quod reliquum erat dumtaxàt reddere debere, in foro poli minimè obstringit,
12 propterea quod ea lex est iudicialis, ideòq; nisi à nostris legibus fit specialitèr comprobata, seruari non debet, vt ex Theologorum, Ctorũq; sententia copiosè scribit *Tiraquell. de retract. lignag. in præfation. num.* 8. & 9 & *de retract. conuent.* §. 5. *Gloss.* 2. *num.* 6. quem laudat, & sequitur memoratus *Card. Mantica dict. lib.* 4. *titul.* 32. *num.* 101.

13 Haùd tamèn negauerim, rem hanc circà dubitandi locum esse, nùm ad hoc, vt emptor in mora, malaq; fide constituatur, requiratur ex parte vẽditoris, vt faciat realem pretij oblationem, licq; verum, & explicitum depositum, vel sat sit verbalis oblatio, vt is ad fructuum quoque restitutionem condemnari debeat? Bene verùm conscius quidem sum per Supremum Sabaudiæ Senatum
14 decisum fuisse, hac in re sat esse verbalem oblationem, vt doctissimus *Præses Antonius Faber* testatur in suo *Cod. lib.* 3. *tit.* 36. *de pactis inter emptorem, & venditorem, definit.* 17. vbi subdit, neminem dixisse, necessariam esse obsignationẽ, vt ex litis contestatione mala fides inducatur, teneri tamèn venditorem ex eodemmet tempore li-
15 tis contestationis ad pretij vsuras, quod penès se retinuit, nè alioqui & rem, & pretium penès se habuisse videatur: quamq; sententiam prosequitur *Cancerius Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 13. *tit. de emptione, & venditione, num.* 49. vbi adijcit, fusè quæstionem istam tractare *Cauall. commun. contra commun. quæst.* 763. *part.* 3. & luculentèr meo more tradit laudatus *Dom. Regens de Marinis dict. cap.* 154. *num.* 6. *& seqq.* vbi, quòd hac in re
16 tunc demùm effectiua obsignatio requiritur, ad hoc scilicèt, vt statim emptor ad pacti obseruantiam, licq; ad rem relaxandam cogi possit: ad effectum autem, vt in mala fide constituatur, sicq; vt fructus à dielitis contestatæ nõ consequatur, dùm se ad pactum seruandum non se obtulit, sat est verbalis oblatio, ità vt fructuum diuisio facienda sit habito respectu ad diem litis contestationis, ac si eo tempore venditor ad pretium exbursandũ, & emptor ad rem relaxandam concordes fuisset, & ità equidem intelligenda sunt notata per *Marsil. singul.* 479. *num.* 2. & per alios, qui dicũt, quòd dùm venditor litis motæ tempore reale haùd fecit depositum, fructus omnes consequutus fuit emptor, quousque effectiua obsignatio facta fuerit.

PROLOGOMEN.

Mater annum infrà Tutorem haùd petens vt filij hæreditate, si minor sit, minimè priuetur, deciditur ad limitationem *textus in l. sciant* 10. *C. de legitim. hæredib.* & nùm minor illhæc ætas iuxtà Iuris Communis dispositionem, nimirùm XXV. annorum, an verò iuxtà Cõstitutionem Regni Neapolis *Minorum iura*, scilicèt XVIII. annorum considerari debeat? breuiter extricatur.

RERVM SVMMA.

1 *Tutorem haùd petens pupillo intrà annum à morte testatoris numerandum, eius successione priuatur.*
2 *Mater Tutorem non petens infra annum filij hæreditate priuatur.*
Limitatur, si minor sit, vt num. 3. & 5.
4 *Mater propter ætatis imbecillitatem à Tutoris petitione excusatur.*
6 *Agens ad excludendam matrem à filij successione propter Tutorem non petitum, quid probare teneatur, & num.* 10.
7 *Mater ex qualibet iusta causa excusatur, si Tutorem filio intrà annum non petierit.*
8 *Mater nè à filij successione excludatur, in dubio iudicatur.*
9 *Mater vt ad luctuosam filij hæreditatem admittatur, æquum est, & rationabile.*
11 *Dispositio* textus in l. sciant 10. C. de legitim. hæredib. *in matre minore locum minimè habet.*
12 *Mater minor non petendo Tutorem pupillo infrà annum excusatur, quamuis transacto anno maior efficiatur, nec etiam Tutorem peteret.*
13 *Beneficium semel minoritati indultum per superuenientem ætatem non extinguitur.*
14 *Minor ætas in matre nùm consideretur iuxtà Iuris Ciuilis, vel Municipalis dispositionem? & num.* 15. & 16.
17 *Lex noua circà ætatem triplici se gerit modo, fingendo scilicèt, permittendo, & limitando ætatem.*
18 *Ætas legitima per statutum minui potest.*

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO CLXXVII.

PEr ICtorum omnium ora vulgatum quippè est dogma illud, quod *Cæsares* rescribunt *in l. sciant 10. C. de legitimis hæredibus*, vbi habetur, quòd si succedere volentes pupillo, ei annum intrà à morte testatoris numerandum, Tutorem haùd petierint, eius successione, si pupillari in ætate moriatur, priuantur: cuius Constitutionis dispositio, cùm in omnibus loquatur, qui ad pupilli mortui successionem vocantur, ad matrem etiam extenditur, vt de communi testatur *Aretin. in §. sed quemadmodum, num. 3. Element. Iuris, ad Tertull.* Causam prò indè præbuit disputandi in Rota Prouinciæ Marchiæ.

Vtrùm mater annum infrà Tutorem haùd petens filij hæreditate priuetur, si minor sit viginti quinque annorum? & facta hinc indè discussione declaratum fuit, matrem tali casu filij successione non priuari, sed à Tutoris petitione excusari propter ætatis imbecillitatem, vt noster *Author* testatur *hic*: de cuius equidem arresti iustitia ambigere haùd potest, quandoquidèm nedùm à doctissimis *ICtorum* votis pro indubitata eadem ipsa etiam firmatur sententia, & rationibus comprobatur, sed à *Diocletiano*, & *Maximiano* Imperatoribus expressis verbis rescribitur in *l. 2. C. si aduersùs delictum*, ibi, *Licèt in delictis ætatem neminem excusari constet, matri tamèn, quæ filijs tutorem ætatis lubrico lapsa non petijt: eorũ minimè denegari successionem cõuenit, cùm hoc in maioribus matribus tantùm obtineat.* vbi notabilis *Glossa* obseruat, quòd hoc casu talis mater restitutionis non eget auxilio, quia ipso iure tuta est, nàm quòd filiorum successionem amittat, in maioribus matribus locum dumtaxàt habet.

Porrò hinc traditur, quòd agens ad illam excludendam probare nedùm debeat, filium impuberem mortuum, Tutorem non petitum. & quòd pupillus patri post annum superuixit, *Alexand. cõsil. 185. num. 10. lib. 6. Osasc. decis. 57. nn. 8.* Sed etiam probare opus est, quòd mater sua culpa tutorem filio non petierit, vt illius hæreditate priuetur, à qua tamèn ex qualibet iusta causa excusatur, vt *Bursat.* inquit præcæteris in *consil. 8. num. 40. lib. 1.* ità vt etiam quòd essemus in dubio, ad matris fauorem, nè ab hæreditate illa excludatur, iudicandum semper sit, vt probant *Angel. consil. 281 col. vltim. in fine, vers. Confirmatur etiam, Cephal. consil. 210. num. 38. lib. 2. Gozad. consil. 35. num. 13.* quos sequitur noster *Author in tom 1. discept. forens. cap. 72. num. 25.* cùm æquum sit, & rationabile, illam ad luctuosam filij hæreditatem admitti, vt rescriptum extat in *l. cùm quidem 9. C. de institut. & substitut.* & notant *Socin. iun. in consil. 23. num. 11. lib. 1. & Cephal. in consil. 433. num. 12. lib. 3.* quarè meritò concluditur, quòd ad effectum prædictum requiritur etiam vt probetur, matrem viginti quinque annis maiorem fuisse, cùm minor Tutorem petere non teneatur, & si non petat, à succedendi iure haùd cadit. vt in proposito præsentis decisionis cõcludunt *Bald. in l. matres, num. 21. C. ad Tertull. Bart. consil. 30. ad finem, lib. 1. Grat. consil. 83. num. 1. lib. 2. Roman. consil. 279.* perbellè noster *Author Discept. forens. dict. cap. 72. num. 19. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 16. num. 90. Mandos. de ætat. minor. cap. 5. num. 96. Cancer. Variar. Resolut. part. 1. cap. 7. de Tutoribus, num. 53. vers. Gregor.* pro absoluto tradit *Dom. Præs. de Franchis in decis. 167. num. 15.* vbi notat, quòd intèr alias limitationes ad citatum *textum in l. sciant*, ponitur ista, & iterùm amplectitur in *decis. 632. num. 2.* quem laudans insequitur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 48. num. 5.* vbi, quòd mulier tali casu haùd in committendo, sed in omittendo delinquit. alijsque adductis pro absoluto quoque amplectitur *Dom. Verde in sua Pantonomadid. lib. 1. tit. 20. de Attiliano Tutore, sub num. 467.* & nouissimè *Dom. de Luca in observat. ad Dom. Præs. de Franchis dict. decis. 167. sub nu. 5.* quibus pariter addendi sunt alij, quos latè adducit *Port. conclus. 4. lib. 5. in 6. limitat. fol. 919.* vbi ampliationem habere tradit, nisi intùm, vt procedat, etiam si transacto anno maior efficiatur, & postquam maior facta fuerit per annum Tutorem non petat, vt annuunt *Bald. in l. precibus, col. 4. vers. Quid ergò, C. de impuber. Iason in l. scienati, §. final. col. vltim. vers. Ad idem facit, D. qui satisdar. cogant. Dec. consil. 39. col. 6. vers. Et prædicta proced. Anchar. consil. 440 col. vlt. Corn. consil. 40. col. 2. lib. 3. Guttier. de tutel. dict. cap. 16. num. 92. cum seqq.* & ex alijs comprobat de communi quoque attestans noster *Author hic, num. 7. & 8.* nàm beneficium semel minoritati indultum, per superuenientem ætatem minimè extinguitur: vndè, etiam si facta mentione in negligentia perstiterit, procedere consuluit *Roman. consil. 279.*

Bencuerùm in hoc plures adsunt ambages, nec non & perplexas, atque difficiles controuersias, nùm scilicet minor illa hæc ætas iuxtà Iuris Communis dispositionem, nimirùm XXV. annorum, an verò iuxtà Constitutionem nostri Regni *Minorum iura*, scilicèt XVIII. annorum considerari debeat? certant enim inter se contrariæ opiniones, nàm *Baldus in consil. 105. vol. 4.* tenet, Iuris Communis dispositionem seruandam esse, & sequitur *Alex. ad Bartol. in l. frater, in verb. Perfectè, C. de legitim. tutor.* sic etiam tradit *Cagnol. in l. si quis maior num. 40. C. de transact.* & firmare videtur *Dom. Præs. de Franchis in citata decis. 167. num. 15. in fine*; Idem tamèn *Dom. Præses* contrarium amplexari videtur in allegata *decis. 632. num. 2. & 3.* scilicèt ætatem à memorata Constitutione declaratã, hoc est XVIII. annorũ hoc in casu requiri debere per verba in dicta Constitutione posita, *Et in omnibus*, per quæ omnis altercatio tolli videtur, quemadmodùm *Dom. Regens Rouitus* dicit *super Pragm. 1. num. 4 de minoribus*, qui etiam *Dom. Præs. de Franchis* subnectit *ibidem*, ità conclusum fuisse contrà Illustrem Marchionem Siculi, per doctrinam *Marant.* qui in specie id firmat in *repetit. l. is potest in 4 limit. nu. 238. D. de acquir. hared.* quas omnes opiniones recenset *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, sub num. 7.* & adnectit, quòd pro opinione *Cagnoli* in sede indicata diffusè ratiocinatur *Alex. an. Trent. 2cinq. in cons. 45. vol. 2.* vbi post multas rationes in materia tutelæ filiorum, matris tutricis ætatem haùd iuxtà Regni, sed Iuris Communis dispositionem esse debere, concludit; quod circà demùm ponderandum esse

esse opinor doctrinam Iacob. de Belui. relatam per Bald. in Auth. si captiui, num. 14. C. de Epiſcop. & Cleric. ex qua habetur, quòd lex noua
17 circà ætatem triplici modo se gerit, vel fingendo maiorem, vt in casu Auth. Sacramẽta puberum, C. si aduerſ. vendit. vbi iurisiurandi religionis virtute, quis in actu iurato maior efficitur: alio modo permittendo, vt quando permittit, minorẽ agere in possessorio siue Curatore, sed in integrũ restituitur: tertiò denique modo ætatem limitando, vt per indicatam Constitutionem, quia legi-
18 tima ætas per statutum minui potest, vt obseruat Narbon. de etate ann. 25. quæst. 1. num. 18.

PROLOGOMEN.

Dominus quando ex institoris, vel socij facto teneatur? è decursis æuis Auctorum memoria repetita elucidatur, & nonnulla ad materiam discutiuntur.

RERVM SVMMA.

1 *Dominus quando ex institoris, & socij facto teneatur.*

2 *Dominus pro sui institoris facto tenetur circa id, ad quod expressè, vel tacitè propositus est. Intelligitur, si officium suum minimè excesserit, vt num. 3.*

4 *Institor finita institoria ex suo contractu conueniri non potest. Comprimitur, quando principales sunt absentes, vt num. 6.*

5 *Institor cùm enunciatiuè scribit se debere, animum se obligandi habuisse non præsumitur.*

7 *Institor pro mutuo à se suscepto finita institoria tenetur.*

OBSERVATIO CLXXVIII.

DE quæstuaria negotiatione etsi alibi scripsimus, hic iterùm scribere haùd piget, dùm noster sermo incidit ea in
1 celebri quæstione, vtrùm scilicèt Dominus ex institoris, & socij facto teneatur? cuius equidem quæstionis examinatio locum habuit in causa præsentis loci, quoniam verò probata minimè erant, quæ requirebantur ad hoc, vt quis institoria teneatur, pro exclusiua parte emanatum fuit arrestum, teste nostro *Authore hic*, quod arrestum nominatim extollens sequitur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 213. sub num. 2.* & comprobant *Rota Ianuens. decis. 14. Thesaur. decis. 136.* demùmq; alijs posthabitis *Costa de Remedijs subsidiar. Remed. 77. num. 7.* nec nõ etiam in *tract. de portione rata, quæst. 99.* & conferunt notata per *Dom. Consiliar. Roccum in opusculo de societate Mercatorum, notabil. 47. & notabil. 50.* Alioqui enim interuenientibus requisitis, Dominus pro sui institoris facto circà
2 id, ad quod expressè, vel tacitè propositus est, procul dubio tenetur, *Bartol. in l. quicunque, §. & non tamèn, D. de institor. action.* Rota Ianuens.
3 *vbi supr. num. 1.* dummodò tamèn officium suum minimè excesserit, *Castrens. consil. 145. lib. 2. no-*ter *Author Discept. forens. tom. 4. cap. 677. num. 33. Dom. Consiliar. Roccus dict. notab. 50. sub num. 103.*

4 Id quod equidem finita administratione locum obtinere comperimus, quandoquidem tunc institor cõueniri minimè potest ex Synodali Scæuola Responso *in l. Lucius Titius 20. D. de institor. action.* vbi dubitabatur de institore, qui scripsit in arca pecuniam Titij habere, promisitq; se soluturum pridie Kalend. Maij, cùmq; quæreretur, an defuncto præponente scribens conueniri possit? respondit *Scæuola, Nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem conueniendi eum, superesse, cũ id ex institoris officio ad finem mensæ præstandam scripsisset.* vbi *Glossa* subnectit, *Non vt constitueret se debere*, cuius decisionis ratio ea
5 quippè est, quia cùm institor enunciatiuè scribit se debere, habet magis respectum ad officium per eum gestum, quàm vt animum habeat se obligãdi, vt communiter fatentur *IGti* omnes, & hanc esse fundamentalem huiusce legis rationem dicit *Siluanus* cæteris reprobatis in *consil. 8. num. 10.* & quamuis *Bartol.* hac in quæstione subdubius remanserit in prima lectura eiusdem legis, cùm meliori declarationi se remiserit, in secunda tamèn tenet, Dominum præponentem, haùd autem institorem, conueniendum esse, monetq; creditorem, vt sit ad hoc cautus: idemq; sentit *Angel.* videndus omninò *in l. eandem, num. 4. de duobus reis*, inibiq; *Ronchegall. num. 175.* hanc sententiã vti veriorem amplectitur, eamq; solemniter consuluit *Natta consil. 641.* approbant alijs relatis *Genua de scripturâ priuatâ lib. 4. tit. de libro rationum institoris, num. 71. Dom. Consiliar. Roccus vbi supra, notab. 49. num. 96.* nec non infectatur *Boer. decis. 273. num. 7. Coler. decis. 248.* vbi eius *Additionator* complures alios recenset, *Rota Ianuens. decis. 14. num. 64. Pereyr. decis. 27. num. 7. cùm sequ. & decis. 40. num. 9. & sequ.* & secundùm eam Parisiensi in Senatu iudicatum refert *Papon. lib. 6. tit. 5. §. 5. & Cabed. tom. 2. decis. Lusit. 63.* vbi de filio familias negotiationi præposito actum fuit; At hic modò difficultati fit locus.

6 Nùm id locum quoque obtineat, cùm principales sunt absentes? proponit equidem difficultatem hãc *Paulus de Castro in l. 1. §. exercitorem, D. de exercit. action.* & tradit, contrahentes censeri potiùs præsentis institoris contemplatione contraxisse, ipsiusquè personam inspexisse, quàm absentium, sicquè rectè conueniri posse concludit: quemadmodùm etiam *Socin. consil. 156. col. final. vers. Sextò, lib. 2.* quos sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Roccus vbi supra, notab. 49. num. 98. & sequ.* vbi sic pariter esse notat, si finito
7 officio institor mutuo pecuniam accepit, ex *Felic. de societ. cap. 30. num. 29.*

PROLOGOMEN.

Tutorem contrà per viam iniunctionis, & præcepti in causa computi tutelæ, sicque exequutiuè, etiam pro restitutione eorum, quæ in inuentario annotata fuerint, procedi haùd posse declaratur, sed tãtùm ordinariè totius calculi partitis discussis, & demùm factaliqui-

Digitized by Google

liquidatione, nisi ex tabulis guarantigia roboratis ad dictorum bonorum restitutionẽ obligatus esset, vel iurasset, aùt accepta restituere promisisset cùm reliquatu finita administratione simplicitèr: Matri verò filiorum tutrici pro suæ dotis repetitione agenti redditionis computorum exceptionem haùd obstare probatur exposis etiam contrarijs ad ornatum *textus in l. vnica, §. taceat, C. de rei vxor. action.* & in dotis paritèr intereſſe locum obtinere annuitur, declarata *Dom. Præſ. de Franchis deciſione 642.*

RERVM SVMMA.

1 *Redditio computorum acceptum continet, & expensum, ac incertum habet exitum.*

2 *Computa quousque ad plenum non diſcutiantur ſciri nequit, quisnàm creditor ſit Tutor, an Pupillus.*

3 *Indicare tota lege non perſpecta inciuile eſt.*

4 *Adminiſtrator condemnari nõ poteſt toto introitus, exituſque calculo minimè diſcuſſo.*

5 *Actio pro computorum redditione ab initio ad factum eſſe dicitur, etſi poſteà ad quantitatis præſtationem reſoluatur.*

6 *Via exequutiua contrà Tutorem pro debita tutela procedi non poteſt, etiam reſpectu bonorũ in inuentario deſcriptorum, niſi reddita adminiſtrationis ratione.*
Limitatur, quando Tutor per inſtrumentum guarantigia ſuffultum ad dictorum bonorum reſtitutionem obligatus eſt, vt num. 15.
Item, quando iurauit, vel accepta reſtituere promiſit cùm reliquatu finita adminiſtratione ſimplicitèr, vt num. 18.

7 *Tutor ante redditam vniuerſalem rationem ad reſtituendum bona in inuentario deſcripta conueniri poteſt.*
Intelligitur, niſi Tutor exciperet, quòd talia bona reddere non tenetur, niſi computa ſua examinarentur, vt num. 9.
Sic quoque cùm inuentarij exequutio petitur, vt num. 10.

8 *Inuentarium paratam habet exequutionem.*

11 *Tutor ante redditam vniuerſalem adminiſtrationis rationem conueniri poteſt, quando de bonorum in inuentario deſcriptorum reſtitutione agitur.*
Limitatur, cùm de reſtitutione pecuniæ in inuẽtario deſcriptæ tractatur, vt num. 13.

12 *Compenſatio de quantitate ad ſpeciem non datur.*

14 *Via exequutiua nùm ex ſocietatis inſtrumento pro capitali agi poſſit, antequàm lucri, & dãni fiat liquidatio.*

16 *Tutor, cùm per inſtrumentum guarantigia ſuffultum ad bonorum in inuentario deſcriptorum reſtitutionem obligatus eſt omni exceptioni ad huiuſmodi reſtitutionem impediendam renunciaſſe videtur.*

17 *Via exequutiua competit contrà Tutorem, vel Adminiſtratorem, qui liquidam aliquam ſũmam faſſus fuiſſet, ſi tamen rationum librum ex præſumpto dolo non exhibeat.*

19 *Tutor, vel alius Adminiſtrator ante redditam rationem conueniri non poteſt, quando ſe obligauit, quòd finita adminiſtratione rationem reddet, & reliqua ſoluet.*

20 *Mater tutrix ante redditam rationem eius dotes recipere non poteſt.*
Contrarium verius, vt num. 21.
Quid in dotis intereſſe ? traditur num. 36. 41. & 42.

22 *Compenſatio, vel retentio in dote minimè conceditur.*

23 *Mater pro dotibus liquida dicitur creditrix.*

24 *Exceptio redditionis computorũ tutelæ non obſtat Tutori agenti pro credito certo, & liquido ex tutelæ cauſa non deſcendente, & num. 25. & 27.*
Reſtringitur in credito, quod ipſius adminiſtrationis ratione, ſiue occaſione à pupillo Tutor conſequi debet, vt num. 26.

28 *Tutor creditum ſuum rationibus non redditis exigere haùd poteſt ſi ad illas reddẽdas contumax eſſet.*

29 *Minor aduersùs Tutorem pro rationibus reddendis liquidam actionem habet.*
Intelligitur ad finem illum dumtaxàt cogendi, vt rationes reddat, non verò ad quantitatem aliquam exigendam, vt num. 30.

31 *Fraudes plures darentur, ſi diceremus, Tutor ſuum creditum certum, & liquidum ab adminiſtratione ſeparatum exigere non poſſe ante redditam rationem.*

32 *Tutorum officium publicum eſt, & neceſſarium.*

33 *Tutor ex bonis, ſeù pecuniis ad eum peruenti ſibi creditum ſuum ſatisfeciſſe præſumitur.*
Comprimitur, vbi ex lectura partitarum deſcriptarum in libris computorum introitus, & exitus contrarium appareret, vt num. 34.
Sic quoque, vbi Tutor inuentarium ſolemne confecerit, vt num. 35.

37 Decitio Dom. Præſ. de Franchis 642. *latè declaratur.*

38 *Exceptio realis ſolutionis aduersùs publicum inſtrumentum opponi poteſt.*

39 *Mulier tutrix, qua paſſa fuit procedi per multos actus ad computorum diſcuſſionem, nùm ibi circà dotis intereſſe præiudicaſſe dicatur.*

40 *Exemplis iudicandum minimè eſt.*

OBSERVATIO CLXXIX.

1 OMnium effatum eſt, computorum redditionem acceptum continere, & expenſum, incertumque habere exitum: quousque cuius computa ad plenum
2 non diſcutiantur ſciri procùl dubio haud poteſt, quisnàm creditor ſimatus ſit Tutor, an pupillus:
3 & quippè inciuile foret iudicare tota lege non perpecta, vt *Celſus I. C.* docet *lib. 9. Digeſtorum, tus, exituſque calculo minime diſcuſſo Adminiſ-*
4 *ſtratorem condemnare inæquum foret, cùm ex rationibus, & deductionibus ponendis, nedum ſe non eſſe debitorem, ſed creditorem oſtendere poſſit, adeò idcircò pro computorum redditione*
5 *ab initio ad factum eſſe dicitur, etſi poſteà in quantitatis præſtationem reſolui poſſit, vt pluribus probat Callistatus I. C. lib. 2. Quæſtionum, relatus in l. cùm ſeruus 81. D. de condition. & demonſtr.*

6 Ex quibus porrò concludendum sit locus, cõtra Tutorem procedi haùd posse per viam iniunctionis, & præcepti in causa computi tutelæ, sicque exequutiuè, etiam pro restitutione eorum, quæ in inuẽtario annotata fuerint, sed tãtùm ordinariè totius calculi partitis dispunctis, & demùm facta liquidatione, vt declaratum fuisse *hic, num. 1.* testatur noster *Author*, qui quidem declarationem hanc laudans, eamque latè comprobans, ità quoque declarasse tradit in *tom. 1. Disceptat. forens. cap. 129. num. 1.* obseruandum memorat in *tom. 2. cap. 335. nu. 25.* & inquit in *tom. 4. cap. 665. num. 22.* conformem opinionem in Curia Prætoriana amplexatã fuisse refert *Amatus Resolut. 59. num. 13.* vbi paritèr inter cæteros, quos coadunat, laudat præsentem decisionem, secundũ quam paritèr pluries iudicatum testatur *Corset. QQ. Forens. lib. 2. quæst. 1. num. 3. & sequ.* & præcisè in causa illorum de Scorso, improbando modum istum procedendi per viam iniunctionis, & præcepti in causa computi tutelæ: & denique sententiam amplexantes recensendo, comprobant post alios complures hanc veram opinionem, siue *Card. Tuschus Practic. Conclus. lit. E. conclus. 408. num. 9. Caualc. de Tutor. num. 124. Guttierez de tutel. part. 3. cap. 1. num. 53.* vbi quòd Administrator rationem offerendo, viam exequutiuam excludit, *Cancerius Variar. Resolut. lib. 3. cap. 7. de pactis, num. 330. & cap. 15. de renunciation. num. 317. Facchineus lib. 8. Controuers. Iuris, cap. 58. Baeza de decima Tutor. præstand. cap. 2. num. 168. & 170. Negusant. de pignorib. part. 5. membr. 1. num. 37. Felic. de societat. cap. 31. nu. 67. & 70. Escobar. de ratiocin. cap. 21. nu. 12. & sequ.* Quatè contra dictam veram tot arrebatamque sententiam.

7 Obijcere haùd herclè valeas, quòd in contrarium vrgent *Surdus in decis. 184.* cæterique quos inibi in additione coadunat *Dom. Consiliar. Hodierna num. 1.* dùm existimant, Tutorem ad restituendum bona in inuentario descripta conueniri posse ante redditam vniuersalem rationem, 8 cùm inuentarium paratam habeat exequutionem, etiam si minùs solemne sit, ad tradita per *Mut. in Rit. 114. nu. 12.* qui sic aliàs in M.R.C. decisum fuisse refert.

Respondetur nàmque obumbrationem maximam, & quidem nec leuem inducere: vltrà enim quòd magis communis *ICtorum* opinio eos cõtrà concludat, incompertum est, id intelligi, nisi 9 Tutor excipiat, quòd bona particularia in inuẽtario reddere non teneatur, nisi computa sua examinarentur, quæ computa offerat: vt tunc ad suarum rationum examen admitti debeat Tutor, vel Administrator, & non cogatur, nisi facto dicto examine ad alicuius rei, aùt quantitatis restitutionem teneretur, per ea, quæ post *Stephan. Bertran.* tradit *Iacob. Cancerius Variar. Resolut. part. 1. cap. 7. de Tutor. num. 82. & sequ.* Prætereà aduersantium opinionem procedere prętendi 10 posset, cùm inuentarij exequutio peteretur: secùs autem quippè foret in terminis præpositæ quæstionis, quando quomodolibet ageretur etiam per viam præcepti contrà Tutorem, non ad exequendum inuentariũ, sed ad computi tutelæ reditionem, & bonorum restitutionem, tametsi inuentario descriptorum: veritas nàmque est, quòd aliud est petere exequutionem ex inuentario pro bonis descriptis, aliud verò est petere administrationis rationem, etsi per viam præcepti & quomodolibet exequutiuè pro rebus in inuentario annotatis, vt ex rei euidentia, sermonisque significatione, ac importantia clarè liquet, interq; se differunt, vt genus, & species.

Haùd tamèn in contingentia obliuioni est tradenda pro hãrum opinionum concordia distinctio illa, quam adducunt nonnulli in proposito, quòd aùt de bonorum inuentario descriptorum restitutione agitur: aùt de restitutione pecuniæ 11 in inuentario descriptæ; Si primum, procedit posterior opinio, quòd expectandus minimè est exitus redditionis rationis totius administrationis, sed ea statim restitui debent, nàm etiam si Tutor creditor remaneret, ea retinere non posset, neque suum creditum cùm illis compensare, quia 12 de quãtitate ad speciem non datur compensatio, vt alibi in hijsdemmet *Theorico-Practicis Obseruationibus* nõ absque auctoritatibus tradidimus. Si secundum, dubio procùl locum obtinet prior 13 opinio, nàm pecunia functionem recipit in genere suo, & proindè cùm in rationum redditione esse possit, quòd Tutor creditor remaneat, omni iure conuenit, quòd priùs suæ administrationis rationes discutiantur: nàmque illis discussis, si creditor remanet, retentio, seù vnius quantitatis cùm alia compensatio datur, præsertim cùm Tutor breue tempus intrà rationes suas liquidare offertit à *Gratianus* noster Author *in tom. 1. Discept. forens. cap. 129. num. 6. cum sequ. Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 3. cap. 9. num. 41. Baeza de decim. Tutor præstand. cap. 2. num. 185. Guttierez de tutel. part. 3. cap. 1. num. 94. & Marius Giurba in decis. 15. nu. 8. & sequ.* qui eadem ex ratione concludit, via exequutiua 14 ex societatis instrumento pro capitali nullo modo agi posse, antequàm lucri, & damni fiat liquidatio: verùm distinctionem hanc multiplicitèr declarat, & alijs subdistinctionibus notabilitèr exornat, vt penès eum videri fas est.

15 Contra autem Tutorem, vel Administratorem via exequutiua agi posse, fortassè dicendum est, vbi per instrumentum guarentigia suffultum ad dictorum bonorum restitutionem se obligasset: 16 quandoquidem tunc omni exceptioni ad huiusmodi restitutionem impediendam renunciasse videtur, vt *Iacobus Cancerius* notatin allegato *cap. 15. num. 315.* quem laudans insequitur *Dom. Consiliar. Hodierna in citata decis. 184. num. 3.* & approbant noster *Author in tom. 4. disceptforens. cap. 665. num. 22. Guttierez de iuramentoconfirmat. part. 2. cap. 6. Molignat. de retentionequæst. 323.* vbi latissimè examinat, *Parlador. libr. 2. Rer. Quotidian. cap. final. part. 1. §. 12. limit. 4. num. 34. Excobar. de ratiocin. cap. 21. num. 23.* 17 subdens *num. 25.* contra Tutorem, vel Administratorem, qui liquidam aliquam summam fassus fuisset, exequutiuè agi posse, si tamèn rationibus librum ex præsumpto dolo non exibeat. Et forrè 18 via etiam exequutiua procedi posse contrà Tutorem, Procuratorem, vel alium Administratorem, qui iurauerit, vel accepta restituere promiserit, & reliquatu finita administratione simpliciter, inquiunt *Surdus decis. 184. num. 9 & consil. 296. nu. 23. Excobar. dict. cap. 21. num. 8. & 24. Auendagn. de exequend. mandat. part. 2. cap. 29. num. 5. vers.*

3.*verſ.Ex hoc infertur*, & ſenſiunt *Cauale.de Tutor.num.214.Corſett.QQ.Forenſ.lib.2.cap.1.* licèt *Excobar ibidem* putet, eo caſu ante exequutionem breuem dandum eſſe terminum: ſecùs tamē foret, ſi Tutor, vel alius Adminiſtrator pro-
19 miſerit, vel ſe obligauerit, quòd adminiſtratione finita rationem reddet, & reliqua ſoluet, quoniã tunc huiuſmodi reliquorum reſtitutio diſpunctis ratiocinij partitis, & viſo calculo promiſſa intelligitur, computi enim redditio, & reliquorum reſtitutio tanquàm copulata concurrere debent, vt Pintiano in Senatu multoties iudicatum refert *Excobar in citato cap. 21. num. 19. & ſequ. & Bouadilla* approbat peroptimè in ſua *Politic. lib. 3. cap. 4. num. 72. & 78.* nec non *Cauale an. dict. num. 214. verſ. Etiam quia, Guttierez. de tutel. lib. 3. cap. 1. num. 53. & Cumia dict. Rit. 114. nu. 68.* atque *Mendoz. Regul. 32. quaſt. 17. num. 4.*

Hactenùs de priori huiuſce loci controuerſia quoniam actum eſt, modò de poſteriori, in qua
20 diſquiritur, nùm mater tutrix ante redditam rationem eius dotes recipere poſſit, an verò filij, donec illa reddita fuerit, eam retinere poſſint? ſcribere congruit; itàq; cùm rem aggrediar, erudior, etſi iſthac in re *Socin.* putauerit in *conſil. 180. lib. 2.* dotis exactionem retardari poſſe, eius tamèn ſententiam à noſtræ Iuriſprudentiæ maximùm Peritis communi voto reprobatam eſſe, ſicq; tradunt, etſi rationes hàùd dederit, matrem dotes
21 petere, & exigere poſſe, ità *Cauale an. de Tutor. & Curator. num. 219. & ſequ. Guttierez. de tutel. part. 2. cap. 9. num. 52. Neguſant. de pignorib. par. 5. membr. 1. num. 45. & ſequ. Baltaſſ. Thomas de Tutor. & Curator. tract. 10. tit. 41. in 6. ampliat. num. 39. Vrſellius in examine apum, tom. 1. concluſ. 56. num. 75. & ſequ. Hermoſill. ad Gregor. Lopez l. 2. p. 5. Gloſſ. 3. & 4. num. 58. Theſaur. iun. QQ. Forenſ. lib. 2. quaſt. 28. Andreol. Controuerſ. 187. num. 7. & ſeq. lib. 2. Excobar de ratiocin. cap. 21. num. 27. & ſeqq. Caſtill. deciſ. Sicil. 32. num. 1. Intrigl. deciſ. 5. num. 9. Maſtrill. deciſ. Sicil. 189. num. 11. & 12. Put. deciſ. 146. in fin. lib. 1. in 1. dub.* alioſque complures de communi atteſtantes congerunt, & inſectantur *Ill. Dom. Regens Capycius Galeota lib. 2. Controu. forenſ. cap. 60. num. 12. cùm ſequ. Dom. Conſiliar. de Roſa Conſult. 21. num. 19. Dom. Conſiliar. Hodierna ad Surdum deciſ. 184. num. 11. & ſeq.* & ità per Rotam Florentinam iudicatum fuiſſe inquit *Cauale. dict. num. 219.* prout ſimiliter iudicatum refert *Vinius in deciſ. 317. lib. 2.* ac etiã in noſtro S. R. C. deciſum fuiſſe teſtatur memorãdus *Dom. Preſ. de Franchis in deciſ. 642. ſub num. 3.* & mouentur ex *§. taceat, l. vnic. C. de rei vxor. action.* quaſi
22 ſpeciale ſit dotis priuilegium, vt in ea retẽtio, vel compenſatio non detur: benè verùm ſententiam hanc non tàm in dicta diſpoſitione fundauerunt,
23 ſed in ea quoque euidenti ratione, quia ſcilicèt mater pro dotibus eſt liquida creditrix, nec eius creditum ab adminiſtratione dependet, ſed om-
24 ninò alia ex cauſa ſeparatùm eſt: quæ quidem ratio nedùm matris tutricis, ſed quodlibet Tutoris creditum certum, ac liquidum, quod ex tutelæ cauſa non deſcendat, comprehẽdit; vndè *Cauale.*
25 *vbi ſupra*, firmat, quodcumq; Tutoris creditum, dummodò liquidum ſit, & ab adminiſtratione ſeparatum, rationis non redditæ prætextu impediri non poſſe, quod latiſſimè probat etiam *Fabius Turrettus in conſil. 60. lib. 1. num. 14. & ſeq.* vbi affert paritèr hanc in rem *Benintendum deciſ. Bonon. 77.* idemq; vti receptum ſcribit citatus *Vrſellius in examine apum, dict. concluſ. 56. num. 73. & ſequ.* vbi verba facit de quolibet Adminiſtratore, & plures Rotæ deciſiones, præſertim *Seraphini 1214. in fine*, adducit.

26 Illud igitùr, quod communitèr per IC*torum* ora circumfertur, Tutorem ſcilicèt ſuum creditum exigere hàùd poſſe, niſi rationibus diſpunctis de eo credito, planè intelligitur, quod ipſius adminiſtrationis ratione, ſiue occaſione à pupillo Tutor conſequi debet, putà quod in pupilli vtilitatem expendit: etenim cùm tutelæ ratio data, & accepta contineat, conueniens eſt, vt non priùs Tutor data repetat, quàm conſtet, accepta reſtituere non debere; At quòd hoc in credito Tuto-
27 ris ab adminiſtratione ſeparato certo, & liquidò locum habeat, cùm Tutor rationes reddere non recuſat, auſim dicere, quòd nemo hoc dixerit, & ſi quis dixit, eertè à veritatis tramite aberrauit! cùm tunc demùm velint *DD.* Tutorem cre-
28 ditum ſuum rationibus nõ redditis exigere hàùd poſſe, cùm ad rationes reddẽdas contumax eſſet, ità vt ad illas reddendas Iusdicentis authoritate cogi, & ſententia condemnari velit, nàm quando vltrò ipſe rationes offert, nemo enim vnquam dixit, Tutori rationes reddere offerẽti creditì liquidi exactionem impediri debere, ſed tũc demùm, cùm illas reddere recuſat; Id quod equidem manifeſta, atque euidenti ratione elucidatur, ſcitu-
29 nàmque minorem aduersùs Tutorem pro rationibus reddendis liquidam actionem habere: quilibet enim Adminiſtrator illas reddere tenetur, ideòque ſi hoc facere recuſet, leges minori concedunt, vt illius creditum interim retineat: hoc enim modo obligationem ſuam adimplere Tutor cogetur; At vbi paratus eſt Tutor rationes reddere, illaſq; vltrò diſpungendas offert, immò de facto reddit, nulla minori ſupereſt liquida actio, pro
30 qua Tutoris creditum retinere poſſit, etenim ipſius actio eſt ad Tutorem dumtaxàt cogendum, vt rationes reddat, hàùd verò ad quantitatem aliquam exigendam, quòd ſi ex adminiſtratione ſe Tutoris creditorem prætendere vult, hoc incertum eſt, & illiquidum, quandoquidèm eſſe poteſt, vt non modo creditor ſit, ſed potiùs debitor, *vt in* huiuſce *Obſeruationis* principio enucleauimus, idcircò hoc prætextu retinere non poterit, niſi ex *Intrigliol. deciſ. 5. num. 40.* dicemus, quando iuxtà poſita ipſis in computis, ſtatim, & euidenter ſe creditorem oſtenderet; Et planè ſi hoc ad-
31 mus, poſſe nempè propri crediti liquidi ab adminiſtratione ſeparati exactionem impediri, ò quã latam fraudibus, & dilationibus aperiremus viam! pupilli enim nedùm, quod Tutoribus debent, exoluerẽt, continuò computorum exceptionem obijcerent, non vt illorum redditionem exigerent, ſed potiùs, vt eorum diſcuſſionem in æternum protelarẽt, difficultates vt plurimùm captioſas proponentes, ſecuri interim, ſe à *Tutoribus*, etiam pro eorum liquidis creditis, moleſtari haùd poſſe; ità profectò vano rationum prætextu, inquorum exitu pupilli plerumque debitores apparebunt, vera interim Tutorum credita eludẽt; Id verò quàm indignum, quàmq; Reipublicæ
32 perniciosum, ac exitialium ſit, nemo non videt? Publicum: & neceſſarium eſt Tutorum officiũ, vt

vt diligenti intellectu consideranti patet: at si quę dixi-
mus permittantur, quis illud cùm tanto pro-
priæ substantiæ detrimẽto exercere voluerit? vt di-
serè meo more obseruat semper memorandus
Dom. Consiliar. de Rosa Consultat. 37. sub num.
10. adijcens haùd militare, si quis dicat, Tutorem
35 ex bonis, seù pecunijs ad eum peruentis sibi satis-
feciſſe semper præsumi, ideòque donèc per ratio-
num discussionem sibi non soluisse appareat, cre-
ditum petere minimè poterit: nàm, vt benè ad-
uertit Caualcan. vbi supra, num. 181. & post ip-
34 sum Intrigl. decis. 5. num. 39. & 40. præsumptio
ist hæc locum non habet, vbi ex lectura partitarũ
exitus appareat, Tutorem sibi non satisfeciſſe: nec
35 inquam vbi Tutor inuentarium solemne confe-
cerit, ad tradita per Iacobum Cancerium Variar.
Resolut. lib. 1. cap. 7. num. 117. At hic modò na-
scitur difficultas.

36 Nùm quæ de dote recensuimus in eius interes-
se locum obtineant? Memoramus in facti contin-
gentia negatiuam aleam amplexam fuisse Sacrum
Consilium, teste Dom. Præs. de Franch. decis. 642.
vbi denegata fuit exactio interesse dotium ob cõ-
putorum nondùm redditorum exceptionem: quã
37 garam fuisse exactionem interesse ob exceptio-
nem computorum non redditorum, quia ibi tra-
ctabatur de exactione interesse debiti occasione
moræ, & sic illiquidi, quod liquidandum erat via
ordinaria, vt patet in allegata decis. Dom. Pre-
Franchis, sub num. 4. in fine, vers. Addebat vnus
ex Dominis, secùs autẽ si tractetur de exactione
censuum, siue tertiarum liquidarum debitarum
38 uis, & cum possessione exigendi, aduersùs quas
nulla exceptio, nisi realis solutionis, admitti po-
test; Præterea, quia memorata in decisione mulier
39 quæ interesse petebat, passa fuit procedi per mul-
tos actus ad computorum discussionem, ideoq;
fibi præiudicauerat, vt patet in eadem decis. num.
3. in fine, vers. Et dum in causa liquidationis cõ-
putorum, quod fuit potissimùm illius decisionis
motiuum, vt dignoscitur ex num. 4. vers. Dicebãt
tres ex Dominis, & rursùs ex fine, vers. Nec pro-
curata liquidatio, Vlteriùs, quia in casu illius
decisionis mulieri dotium capitale soluebatur,
ideòque pupilli, cùm computorum respectu abs-
que cautela remanebant, nil mirùm, si saltèm
suspensa fuit interesse solutio: vndè alitèr cùm
penès minorem capitalia remanent; Insuper, quia
illic apparebat adfuisse in hereditate bona, & pe-
cuniam ex qua sibi soluere poterat, vt nu. 5. vers.
Et apparebat, & quia agebatur de prætenso in-
teresse durante administrationis tempore, secùs
autem de tertijs decursis post finitam adminis-
tionem; Rursùs, quia in casu illius decisionis mu-
catibus consulere poterat, cùm aliud sit, cùm mu-
lier iàm doris capitale exegerat, quo suis neces-
40 lier non habet, vndè viuat; Et tandèm concludit
laudatus Dom. Consiliar. de Rosa, quòd exem-
plis iudicandum minimè est, & duplicatur in
3. Quotidian. Resolut.
41 Absolutè autem decisionem illam impugnat
Ill. Dom. Reg. Capycius Galeota Controuers. fo-
rens. tom. 2. centur. 60. num. 15. ibi, Idem erit si-
ne dubio in interesse dotis, quod vti necessarium
sequitur naturam sui principalis, vt ex regula l.
Lucius. D. qui potior. quo laudato inseguitur
Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdũ decis. 184.
num. 12. & ante eos tradidit Merenda Controu.
uers. lib. 22. cap. 41. num. 5. vbi memoratam de-
cisionem realsumens, dicit, quòd cùm illiquida
esset exceptio non redditæ rationis administra-
tionis tutelæ, Sacrum Consilium dotem restitui
42 ideòque orta fuit dubitatio, an interim ei soluen-
dum esset dotale interesse debitũ? & in decisione
mandauit, huiusmodi exceptione haùd refragante,
multa adduci inquit, pro muliere postmodùm
in dote soluenda oriebatur, vndè sequitur, quòd
interesse à iure obligationis restituendi dotem se-
parari minimè possit: si igitùr iàm decisum est, vt
dos restituatur, reuocari in dubium non poterit,
re tenentur, interesse producere: igitùr si cœtera
cõcurrant, quæ necessaria sunt, vt interesse debea-
tur, debitum à dote separari non potest, vt latè pe-
nès eum.

PROLOGOMEN.

Administrationis ratione cùm quis forum, vbi
administrauit, sortiatur, Matrem tutricem
conueniendam esse in loco, vbi administra-
tio gesta fuit, eruditur, quamuis ille, qui ad-
ministrationis rationem petit, Ciuis sit Nea-
politanus, ad limitationem priuilegij, quo
gaudent Neapolitani, vt trahant, & non tra-
hantur, vnde etiam de priuilegiatis foris, qui
intrà Fidelissimam Neapolis Ciuitatem exi-
stunt, breuitèr agitur.

RERVM SVMMA.

1 *Administrationis in loco rationum redditio fa-*
cienda est.
2 *Mater tutrix pro administrationis ratione in*
loco, vbi administratio gesta fuit, conuenirì de-
bet.
3 *Administrationis ratione quis sortitur forum,*
vbi administrauit.
4 *Personæ priuilegiatæ petere non possunt, vt ad-*
ministrationis ratio in alio loco reddatur,
quàm vbi facta fuit administratio.
5 *Ciuis Neapolitanus Tutorem trahi non potest*
pro administrationis ratione extrà locum, vbi
administratum fuit.
6 *Ciuis Neapolitanus trahit, & non trahitur, &*
num. 8.
Limitatur in reddenda administratione rã-
tione. vt num. 7.
9 *Ciuis Neapolitanus tàm si Actor, quàm si Reus*
sit, & tàm in causis ciuilibus, quàm criminã ha-
libus, in foro Neapolitano conueniri debet.
10 *Tribunal S.R.C. à quo Rege erectum fuit.*
Quouè tempore in Monasterio Sanctæ Clarę
regebatur, & quando in Castrum Capuanum
fuit translatum, memoratur num. 13.
11 *Rex tempore institutionis Tribunalis S.R.C. in*
eo præsidebat.
12 *Supplicationes, quæ Præsidi S.R.C. porrigũtur*

Digitized by Google

cùr cùm titulo Sacræ Regiæ Maiestati *dirigãtur.*

14 *Fori priuilegiati multi existunt in Ciuitate Neapolis. & num.* 24.

15 *Tribunal Curiæ Magni Admirati iurisdictionem habet super nautas, & viuentes de arte maris & super suos officiales cum clausula abdicatiua.*

16 *Curia Nobilis artis sericì iurisdictionem habet ciuilem, & criminalem in eos, qui sub matricula contenti eam exercent.*

17 *Curia artis lanæ iurisdictionem ciuilem, & criminalem habet in matriculatos eam artem exercentes.*

18 *Curia Siclæ cognoscit de falsis ponderibus, & mensuris.*

19 *Tribunalis Baliuæ officium recensetur remissiuè.*

20 *Forus priuilegiatus Doctorum Neapolitanorũ quas causas cognoscit.*

21 *Tribunal Consulum Nationis Ragusæorum cognoscit de causis hominum suæ nationis.*

22 *Forus Baronum nùm de illorum causis cognoscat.*

23 *Curia Meretricium iurisdictionem habet in meretrices, & lenones.*

OBSERVATIO CLXXX.

1 RAtioni satis consonum censeo, vt nulla fori, nec domicilij, atq; originis habita ratione, semper rationum redditio administrationis in loco facienda sit, illa sanè ratione, quia administrationis in loco facilius, & plenius tàm per testes, quàm per instrumenta veritas inueniri potest; Hinc in præ-
2 sentis loci iurgio benè concluſum fuisse autumo, matrem tutricem conueniendam esse in loco, vbi administratio gesta fuit, alibi enim inuita compelli haùd potest, quoniam administrationis ratione, quis forum sortitus, vbi administrauit, quemadmodùm clarè decidunt *Vlpianus in l. hæres absens* 19. *§. si quis tutelam, D de iudicijs, Papinianus in l. argentarium* 45. *D. eodem tit.* & idẽ *Vlpianus in l. Prætor ait* 4 *§. is etiam, D. de edendo*, vbi etiam *Gloss. in verb. Exercuit*, cui planè traditioni & pupilli & viduæ, & Ecclesiæ,
4 & aliæ priuilegiatæ personæ sunt paritèr obnoxiæ, cùm simili etiam consortio forum ad trahendum Administratorem, vel Tutorem ad reddendum computum extrà administrationis locum eligere nequeant, vt elegantèr scripsere nostri *Author hic in addit. num.* 6. *Excobar de ratiociniis, cap.* 7. *num.* 56. *Salgad. in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 93. *Nouar. in praxi elect. for. sect.* 2. *quæst.* 17. demùmque in *tract. de grauamin. vasall. tom.* 2. *grauam.* 26. & insequũtur laudãtes locum hunc *Dom. Consiliar. Paschal. de virib. patr. potest. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 108. *D. Consiliar. Carlenal. de iudicijs, tom.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 7. *num.* 651. *Dom. Consiliar. Roccus de societate Mercatorum, notab.* 100. *num.* 211. & *Dom. Consiliar. Petra in comment. super Ritibus M.C.V. tom.* 2. *Rit.* 230. *nu.* 32. nec non comprobat *Dom. Reg. Sanfelicius in decis.* 134. *num.* 7. *lib.* 1. qui in illo facti themate decisum memorat per Sacrum Consilium in causa Matthæi, & Sabastiani Riuera fieri discussionem computorum in partibus, qua facta transmittatur ad Sacrum Consilium, in quo decidantur dubia, considerauit nàmque Supremum illud Tribunal administrationis in loco sufficientem instructionem, testimonia, & documenta facilius præstari posse teste eodem *Dom. Reg. Sanfelicio num.* 8. cuius meminit *Thorus in supplement. compend. decis. verb. Electio fori competens.*

5 Quin etiam, & quod magis est, id procedere comperimus, si ille, qui administrationis rationes
6 petit, Ciuis sit neapolitanus, qui etsi trahat, & non trahatur, vt per *Carauit. Rit.* 301. *num.* 5. isthæc tamèn regula limitationem recipit in dicta ratio-
7 ne administrationis reddenda, vt multis non modicæ farinæ laudatis defendit *Nouar. in praxi elect. for. sect.* 4. *quæst.* 34. *in dict. grauamin.* 26. *nu.* 3. & 4. qui demùm *dict. quæst.* 34. *num.* 3. ità in Regia Dohana Menepecudum, & in Curia Archiepiscopali Neapol. practicatum fuisse testatur, insectaturque *Gizzius ad* Reg. *Capycium Latro decis.* 113. *num.* 5. atque paritèr *Dom. Consiliar. Petra dict. nu.* 32. *in fine*; quòd verò Neapolitani Ciues illo gaudeant priuilegio, vt scilicèt
8 trahant, & non trahantur, incompertum quidem est, idquetàm in ciuilibus, quàm in capitalibus
9 causis, & siue Actores, siue Rei conueniendi sint, ac conueniri debeant apùd Iudices Neapolitanos, & in foro Neapolitano, videlicèt aùt in M.C.V.
10 aùt in S.R.C. (quod electum fuit per Serenissimum Regem Ferdinandum I. vt refert *Surgent. de Neapoli illustrata, cap.* 17. *num.* 45. siue per Alphonsum I. Regem Aragonum, Patrem dicti Regis Ferdinandi, qui post bellorum calamitates, Regno pacis lenitate subleuato, inter cæteta ab eo exantlata præclarè facinora, illi fundamenta iecit, vt de veriori attestantur *Freccia lib.* 1. *tit. de antiquit. stat. Reg. sub num* 31. *Dom. Reg. Tapia de officio S.C. num.* 6 *lib.* 2. *Iur. Regn.* quos refert *Dom. Consiliar. Staiban. Resolut. forens. tom.* 1. *Resol.* 50. *num.* 2. ac etiam *Dom. Consiliar. Petra super. Ritibus M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 1. *num.* 12. & *Capacc. in libr. nuncupato Il forastiero giornal.* 7. *pag.* 584. qui quidem Reges ab initio Sacro Cis-
11 toro præerant, & causas suis auribus audiebant, ac ad suos Consiliarios reijciebant, postmodùm causarum multitudine, alijsque negotijs occupati Præsidentem crearunt, qui eorum loco præesset, & Consiliarijs causas committeret, vt refert *Dom. Regens Capycius Latro decis.* 68. *nu.* 8.
12 vnde hodiè supplicationes, quæ Spectabili Domino Præsidi porriguntur, cum titulo *Sacræ Regiæ Maiestati* diriguntur: & Magnum hoc Tri-
13 bunal suæ constitutionis initio anni 1445. vsque ad annum 1539. in Monasterio Sanctæ Clarætenebatur, vt refert *Gramm. in Constit. Advocatos, nu.* 7. deindè cùm alijs Tribunalibus in Castrum Capuanum propè Ciuitatis mœnia translatum fuit industria, & solertia *Excellentiss. D. Petri de Toledo* tunc Regni clauum sustinentis, vt in *Reg. Pragmat.* 6. *§. erat olim, de offic. S.C. Vnde*, quod priùs de Sancta Clara Consilium vocabatur, postmodùm Castri Capuani fuit denominatum) vt clarè statuitur in *Ritu M.C.V.* 301. & in Capitulis gratiarum concessarum Vniuersitati Ciuitatis Neapolitanæ per memoratum Regem Ferdinandum I. anno 1459. in *lib. priuilegiorum fol.* 10. & in Capitulis eiusdem Regis anni 1462.

in

in cap. vlt. eiusdem libri, fol. 14. & in capitulis gratiarum ab eodem Rege cõcessarũ anno 1467. & in Capitulis Regis Catholici expeditis Segouiæ anno 1505. cap. 53. eiusdem libri fol. 45. quem Ritum, & Priuilegia sæpissimè in Sacro Consilio obseruari vidisse testantur, Carauita super dict. Rit. 301. num. 5. de Nigris super cap. Regn. Pridem 4. num. 19. Consiliar. Carleual vbi supra, sect. 8. num. 652. vbi sexcentos alios id partiter notantes manuduxit (quos recensere piget) & latissimè exornat in numeris sequentibus, quem Lector consulat in facti contingentia, atque demùm Dom. Consiliar. Petra super Rit. 228. nec non Gallupp. in praxi S.R.C. part. 2. cap. 6. num. 61. & seqq.

14 Et pariter intrà hanc nostram Fidelissimam Ciuitatem Neapolis multi existunt priuilegiati fori, qui diuersis personis competunt, quæ quotidiè ad suos Iudices remissionem petunt, si coràm extraneis conueniantur; Est enim Tribunal, & forus Curiæ Magni Admirati, quæ iurisdictionẽ
15 habet super nautas, & viuentes de arte maris, & super suos Officiales cùm clausula abdicatiua, de qua vltrà nõnullos, quos adducit, agit nuper Dom. Consiliar. Petra super Rit. M.C.V. 1. num. 28. & sequ. vbi quòd hoc Tribunal est coequale M. C. V. cùm vtrumq; sit Regis, cuius nomine iurisdictio à Magno Admirato exercetur, & vtrumque magnitudinis attributo sit decoratum. Est itẽm
16 in eos, qui sub matricula contenti eam exercent, & habet suos Consules, coràm quibus conueniuntur artifices, & cæteri ciuiliter, & criminaliter, nec non carcerem habet separatã, eius mentio fit in Regia Pragmat. 15. de Offic. Procurator. Cæsar. & notant præcæteris Dom. Præs. de Franchis decis. 175. Episcop. Riccius Collect. 94. Nouar. in prax. Elect. for. sect. 2. quæst. 43. num. 8.
17 Itẽmq; est Curia Artis Lanæ, quæ suos habet Consules, & iurisdictionem ciuilem, & criminalem in matriculatos eam artem exercentes, ac in Officiales Curiæ scruientes, vt refert, & testatur Dom. Præs. de Franchis decis. 481. nec non in
18 adest Curia Siclæ, ad quam examinare pertinet ponderibus, & mensuris, referente Follerio in Constit. Statuimus, nu. 114 & sequ. de offic. Magist. Iustit. & Nouar. ibidem, num. 12. ac plenè agit Marcus Antonius Surgent. de Neapoli illustrata, lib. 1. cap. 7. Adest & quoque Tribunal
19 Baluæ, de cuius officio antiquitate, & ministris agit idem Surgent. lib. 1. cap. 10. ex num. 14. Præterea adest forus priuilegiatus Doctorum Neapolitanorum ordinariorum Iurisfatum; & Mediorum, qui coràm Cancellario Collegij Doctorum conueniri debent, & ad eum remitti, memi-
20 nit Dom. Præs. de Franchis in decis. 234. & in decis. 544. atque Afflict. in decis. 41. Rursùs adest
21 Tribunal Consulum Nationis Raguseorum gentis vltrà Adriaticum, qui ex priuilegio habent, vt ad eos remitti debeant, vt notant Dom. Præs. de Franchis in decis. 723. & Gallupus in praxi S. R. C. part. 2. cap. 6. num. 68. Adest & pariter Baronum forus, qui iure antiquo conueniendi erant
22 coràm Paribus Curiæ ciuiliter, & criminaliter; Hodiè verò fortiuntur forum Principis, eiusque

Superiorum Magistratuum, videlicèt M.C.V. & S.R.C. ex Rit. 46. vbi notat Carauit. num 16. & scribuni Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. 7. §. 7. num 4. Cõsiliar. Carleual. de iudicijs tom. 1. lib. 1. disp 2. num 696. Capiblunc. de Baronibus, Pragm. 8. part. 2 ex num. 262. vbi obseruãda sunt, quæ perito calamo nuper obseruat Dom. Consiliar. Petra super dict. Rit. 46 ex num 25. innuitq; Dom. Regens de Philippo Dissert. Fiscal. 20. num. 13. & nouissimè euulgat Dom. Agera in Epitome fori feudalis, assert. 4. §. 16 per totum.

23 Tandem adest Meretricium Curia, nam vtilis Dominus gabellæ meretricium, iurisdictionem in meretrices, lenonesq; habet ex priuilegio, vt notant Præs. de Franchis in decis. 68. & Consiliar. Cappycius in decis. 44. Cæterum tot sunt Tribunalia isthac in amplissima, & Ciuium multitudine refertissima Ciuitate, vt multo tempore sit opus ad eorum loca dignoscenda, simplicemq; eorum notitiam habendam, eorum autem relationem longam habes apùd Iudicem Tassonum de
24 merat Tribunalia; quæ autem omnia ex textus decisione in l. per iniquum, C. de iurisdict. omniũ iudic. originem habuisse videntur, vt notant Galluppus vbi supra, num. 68. Riccius Collect. 94.

PROLOGOMEN.

Legitimam, cum bona commoda, & idonea haùd supersunt, in subsidium de bonis specialiter legatis, vel expressim alienari prohibitis detrahi posse firmatur, vniuersali tamen hærede priùs excusso: quodue in filio hæredem, qui inuentarium minimè confecit, locum pariter obtinere probatur, quaoccasione explosis, solutisq; etiã obiectionibus, textus ad rem perbellè expenditur in §. Non autem, Auth. de hæredib. & falcid.

RERVM SVMMA.

1 Legitima à legatis & fideicommissis particularibus detrahi potest.
Intelligitur in subsidium, vt num. 2.
Item vniuersali hærede priùs excusso, vt num. 4.
3 Ac etiam vniuersali, fideicommissario, vt nu. 7.
Excussio necessarium dicitur antecedens ad remedia subsidiaria.
5 Legitimam præstare hereditarium onus est.
Ampliatur, quamuis semel detracta esset deinde euicta, vt num. 6.
8 Legitima quòad legatarios, & particulares fideicommissarios aris alieni loco habetur, & tanquàm es alienum deducitur.
Extenditur in eius supplemento vt num. 9.
10 Legitima quòad deductionem in subsidium differentia traditur inter fideicõmissarium vniuersalem, & particularem.
Quidnè hoc in casu fideicommissarius particularis probare teneatur? annuitur num. 11.
12 Legitima deductio de vno tantùm legato fieri non potest, si res meliores sint diuersis legatarijs, & alteri gratificari nequit.
13 Filius vnum legatum in totum annihilare & destruere,

14 *Filius inuentarium non conficiens nùm legitimam amittat.*
Negatiuè traditur num.15.
16 *Legitima de hæreditarijs corporibus ipso iure debetur.& num.25.*
17 *Legitima sine aliquo onere debetur.*
Ampliatur etiam aduersùs legatarios,& fideicommissarios particulares, vt num.19.
18 *Testator tantum reliquisse censetur, quantum deducta legitima importat.*
20 Textus in §. non autem, Auth. de hæredib. & falcid. *expenditur.*
21 *Patronus si inuentarium non confecerit, legitimam sibi in liberti bonis debitam non amittit.*
22 *Legitima filijs iure naturæ debetur.*
23 *Filius inuentarium non conficiens, integra legata, vel fideicommissa, etiam vltrà hæreditatis vires, soluere tenetur.*
Declaratur vt num. 24.
26 Textus in Auth. Si cùm testator, C. ad L. Falcid. *quomodo intelligatur.*

OBSERVATIO CLXXXI.

EX remediorum subsidiariorum fluit fonte difficultas huiusce decisionis, nùm filius
1 à legatis, & fideicommissis particularibus legitimam detrahere possit? in eam enim nostrates iuerunt sententiam, vt in subsidium de bonis etiam specialiter legatis, vel expressim alienari prohibitis detrahatur legitima, cùm scilicèt
2 bona, in quibus æquè commodè, vtiliter, & idoneè filius legitimam sine vllo onere consequi possit, haùd superstitiosè docuere, quos rescripsimus in *Obseruatione* 162. quibus modò addimus *Alexand.* per illum *textum in l. Marcellus, §. res quæ, vers. Quod est intelligendum,* illic quoque *Iaf. in fine, D. ad Trebell. Grammat. decis. 93. num.4. Gabrielem commun. conclus. tit. de legitima, conclus. 4. num. 13. Ludouicum à Peguera decis. 112. Papon. consil. 146. num. 15. & 16. Aymonem Crauetta consil. 312. num 4. Rolan. de inuentar. in 5. & vltim. part. sub num. 19. Marc. Anton. Cuc. de legitima, in cap. Legitima nullum grauamen admittit, num. 43. & 44. fol. 121. Marescott. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 23. num. 5. circà finem, & Ioannem Baptist. Costa* alios coadunantem in *tract. de remedijs subsidiarijs, Remed. 90. num. 2.* nec ab isthac communi opinione dissentit *Author noster hic,* tametsi contrarium in eius facti hypothesi decisum referat, dicit enim *num. 2.* hæreditarium onus ab hærede peti, cùm hæreditas est soluendo, ac proindè sentit, secùs esse, cùm soluendo minimè est, quando scilicèt alia bona, ex quibus legitima deduci commodè potest, non supersunt, & prætiosæ, melioresuè res sunt legatæ.

3 Verùm enimuerò, quoniam longiùs, latiùsque cæteris omnibus patet, excussionis remedium esse verè præparatorium, ac veluti vehiculum quoddam, immò necessarium antecedens ad subsidiaria remedia; haùd immeritò statuere, præpositam conclusionem procedere, locumq; habere
4 vniuersali hærede priùs excusso, & si plures sint excussis omnibus, cùm illam præstare hæreditarium sit onus, vt nouimus ex §. *Cæterùm, Auth. vt cùm de appellat.* & in *Vlpiani* l. *C.* Responso in *l. Papinianus 8. §. si conditioni, D. de inofficios.*
6 *testament.* tametsi dicta legitima semèl detracta foret, deindèq; euicta, vt *Merlinus* tradit in suo *tract. de legitima, lib. 2. tit. 1. quæst. 6. num. 10.* quę insectatur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 316. num. 2.* & fuit etiam de mente *Giurbæ super Consuetud. Messan. cap. 4. Gloss. 3. num. 7.* Hocq; vniuersalis fideicommissi etiam respectu,
7 vt scilicèt excuti priùs debeat, an eius vires superant? effectum sortiri haùd ambigitur, cùm legitima quò ad legatarios, particulares q; fideicommissarios æris alieni loco habeatur, & tanquàm æs
8 alienum deducatur, vt satis doctè, ac pleno calamo ostendit *Marcus Antonius Peregrinus de fideicõmissis, artic. 4. num. 32. cùm seqq.* innuitq; *Merlinus vbi supra, quæst. 10. num. 11.* & edocent etiam *Mangilius* latè id ostendens in *tract. de imputation. quæst. 123. num. 31. & sequ. & Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, num. 3.* ambo hoc
9 paritèr extendentes, vt tàm in legitima, quàm in eius supplemento procedat, quod demùm admittere *Barbos. in collect. ad l. 30. C. de inofficios. testament. num. 23. Laynez ad Gomez Variar. cap. 11. num. 23. vers. Quatenus.* Verùm hic.
10 Recolendum quidem est, inter fideicommissũ vniuersale, & particulare potissimum dari discrimen, quandoquidem aduersùs vniuersalem fideicommissarium filius in bonis alienari prohibitis legitimam eligere non prohibetur, postquam eidem bona omnia sunt restituenda, *Castr. consil. 247. num. 4. vol. 1. Gabriel consil. 138. num. 30. vol. 2. Natta consil. 199. col. 1.* Atqui in particu-
11 lari fideicommisso duo sunt coniunctim probanda per fideicommissarium regulam quidem habentem, sed cùm implicita, & annexa qualitate nimirùm, quòd res alienari sit prohibita: item quòd alia bona æquè commoda, & vtilia sup-
12 sunt: ità tamèn quòd tota detractio vnum cõ minimè fiat, si res meliores diuersis personis gatæ sint: alioqui in filij facultate quippè for-
13 vnum legatum in totum annihilare, & destrue & alteri gratificari contrà *Seueri, & Antonini Imperatorum* Constitutionem *in l. falcidiæ rationem 2. C. ad Legem Falcidiã,* vt citatus *Castr.* elucidat *ibidem,* quem refert, & sequitur *Ioan. Baptista Costa vbi supra, num. 5.* adnectens, quòd si stabilia omnia tùm filij fauore, haùd etiam eius hæredis, alienari prohibita forent, si filius nihil perijt, aùt in vita opposuit, cessat pro rata legitimę prohibitio, vt *Honded.* tradit in *consil. 66. num. 16 27. & sequ. vol. 2.*
14 At quæstionis est modò, Nùmquid filius hæres, qui inuentarium non confecit, aduersùs huiusmodi legatarios, vel fideicommissarios particulares, de rebus ipsis legatis, vel fideicommisso subiectis legitimam detrahere valeat, it vt integra legata, vel fideicommissa præstare minimè teneatur? Fuit equidem quæstio isthæc valdè ve. teribus celebrata, atque vtramq; in partem validis quidem hinc indè rationibus illa torsi disputandu tes, à quibus, nè planè prolixior sim, ab *Alinendum* duxi illud solummodò hac in re adnotare *velut* meum nempè sensum aperire, quòd aiens opinio
15 verior est, & vti talis amplectenda, præcæteris enim ratione illa fulcitur, quæ omnium consensu est probata, quòd nimirùm per inuentarium non confectum legitima haùd amittitur, prout vltrà per *Io: Petrum Surdum* allegatos in *decis.*

316.

15 & inquiunt inibi in *addit. Dom. Consiliar. Hodierna num. 7. Fabius de Anna consil. 25. num. 27. Gutierez de tutel. part. 2. cap. 1. num. 43. & sequ. Peregrinus de fideicommiss. art. 36. nu. 141. & alij* ferè innumeri apùd *Merlin. de legitima, lib. 3. quæst. 24. per totum*, vbi latè opinionem hãc à contrarijs tuetur, nec non remissiuè sentit *Consiliar. Paschal. de virib. patr. potest. part. 2. cap. 4. num. 159.* cùm certum sit, legitimam de hæreditarijs corporibus ipso iure deberi, quemadmodũ
16 *Iustinianus Cæsar* rescripsit *in l. scimus antea 36. §. repletionem C. de inofficios. testam.* ac etiam sine aliquo onere, & grauamine iuxtà eiusdem
17 *Iustiniani Cæsaris* Constitutionem *in l. quoniam in prioribus 32. C. eod.* idcircò hæreditarijs bonis per fideicõmissum relictis, statim à principio est ius filio quò ad legitimam quæsitum, & conse-
18 quentèr tantum à testatore relictum censetur, quantum deducta legitima importat, vt post alios exarat *decis. Pedemont. 148. num. 13.* quam extollit *Marescotta Variar. Resolut. cap. 23. sub num. 4.* adijcens, recensitam rationem aduersùs etiam legatarios, siue fideicommissarios particulares
19 militare, nàm memoratæ *Iustiniani* Constitutionis prouisio generalis est, cùm onus omne etiam reale reijciat, quarè onus ipsi filio hæreditarijs super rebus adiectum quò ad suam legitimam remouetur, & reijcitur: itàq; nullo adhibito distinctionis moderamine de fideicommissario vniuersali, vel particulari, sed simplicitèr, & indistinctè, quòd legitima per filium detrahatur, edocent *Bartol. Alberic.* & alij *ICti* scribentes in *Auth. hoc amplius C. de fideicommiss.* atque etiam *Alexand. in cons. 67. in princ. lib. 4.* dicens indubitantèr credere, quòd si quis contrarium iudicaret, se in periculo poneret, & inquiunt etiam alij complures, quos recensent memorata *decis. Pedemont. 148. num. 6. & Rolan. in tract. de inuentar. in 5. & vltima part. §. dubitatio oritur, num. 19. vers. Hanc quoque sententiam.*

20 Et equidem pro isthac opinione *textus* ille inuigilat, quem *Bart.* allegat *in §. non autem, Auth. de hæred. & falcid.* vbi Imperator, etsi suprà sermocinauerat de falcidia non detrahenda ob inconfectionem inuentarij, & quòd legata soluenda essent integra: deindè in dicto *§. non autem*, de legitima loquitur, & tradit, quòd si Patronus
21 inuentarium minimè confecerit, legitimam nihilominùs sibi in liberti bonis debitam nõ amittit, quod legatariorum etiam respectu intelligi debet, cùm ad materiam de qua suprà tractauerat, limitatiuè minimè veniat, vt rectè considerat *Hercules Marescotta d. l. num. 7.* meritò igitùr, si Patronus eam ob causam legitimã haùd amittit, multo minùs filius debitum iure naturæ amittere debet, quandoquidèm legitima magis filijs
22 in parentum bonis, quam Patrono in bonis liberti debita est, cùm hæc positiuo iure, illa verò iure naturæ filijs debeatur, ad notata per *Aphricanum I. C. lib. 3. Quæstionum*, relatum in *l. si quis legatum 6. §. final.* vbi *Gloss. in verb. Debito, D. ad Leg. Cornel. de falsis.*

23 Etsi autem nostram hanc sententiam expungere videatur quorundam sermocinatio, ea nempè, quæ statuit, quòd si filius legitimam ob inuentarij non confectionem non amittit, integra tamẽn legata, vel fideicommissa, etiam vltrà hæreditatis vires, soluere tenetur, *Graff. §. legitima, quæst. 45.*

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Tutor pro re pupilli perperam, & minus solemniter alienata emptori de euictione proprio nomine tenetur.*
2 *Tutor rem pupilli perperam alienans in dolo esse censetur*
3 *Tutor, vel Curator promittendo dotem vltrà patrimonij vires, de proprio tenetur.*
Intelligitur, vbi de pupilli, minorisue patrimonio notitiam habuisset, vt num. 4.
5 *Tutor, vel Curator ex gestis in rerum pupillarium administratione ea finita de euictione non tenetur.*
Intelligitur, nisi ex ipsorum dolo, vel culpa actũ sit, vt num. 7.
Contrahens ex officij necessitate, euictionis vinculo ligari non debet.
8 *Pupillus, vel minor, de eo quod Tutor, vel Curator dolo gessit, de euictione tenetur, in quantum factus est locupletior.*
Verùm, cùm Tutor, vel Curator soluendo minime est, in totum tenetur, vt num. 9.
Sed comprimitur vt num. 10.
11 *Dolus Tutoris, vel Curatoris, pupillo, vel minori obesse minimè debet.*
12 *Pupillus, & Minor de eo, quod Tutor, vel Curator dolo gessit, quamuis de euictione non teneantur, nisi quantum in eorum vtilitatem versum sit, emptori tamèn pro eo, quod supereſt, actiones cedere tenentur.*
13 *Pupillus pro re sua perperàm alienata duplicem habet actionem.*
14 *Pupillus pro re sua nullitèr alienata donèc egerit contra Tutorem, qui soluendo est, contra rei alienatæ possessorem non restituitur.*

OBSERVATIO CLXXXII.

1 TVtorem pro re pupilli minus solemnitèr, aùt perperam alienata, teneri emptori de euictione nomine proprio inter alia conclusum fuisse hoc in loco attestatur noster *Author hic, num.* 7. hancque conclusionem nominatim laudat *Ill. Dom* Reg. & *Præs. Merlinus in centur.* 2. *Controuers. forens. cap.* 76. *nu.* 8. ità demùm *Dom. de Luca ad Præs. de Franchis decis.* 580. *num.* 3. & fundatur quidem in eo potissimùm, quia hoc in casu in dolo
2 esse censetur, quare ei succurrendum haùd esse, quoque voluere *Iacob. de Aretio*, *Baldus*, & *Raphael Cuman. in l. illicite, D. de rebus eorum*, *Boerius decis.* 80. & Reg. *Capycius Latro decis.* 38. *sub num.* 16. *tom.* 1. sermocinans de Tutore, vel Curatore, qui vltra patrimonij vires dotem
3 promisit, vt teneatur etiam de proprio, quia in dolo esse censetur, secundùm dispositionem *textus in l. cùm post mortem* 44. *D. de administ. tutor.* quem *text.* mirabilem esse dicit *Bald. Nouell. de dote part.* 6. *priuileg.* 41. *nu.* 2. & in illo Senatu sic decisum refert *Fontanella de pactis nuptialibus, tom.* 2. *Clauſ.* 5. *Gloſſ.* 7. *nu.* 21. *cum seqq.* vbi, quòd Senatus scientiam collegit ex eo, quia Turrix notitiam habebat testamenti patris pupillę cùm de eo nuptiabus in tabulis mentionem fe-
4 cerat, in quo testamento de pupillę hæreditate constabat, quantum scilicèt ei pater reliquerat; vndè idem *Fontanella* ibidem adnertit, vt Tutores, & Curatores caueant, nè pro pupilla maioré promittant dotem, quàm sint illius bona, quod etiam haberur ex *Anton. Gomeſ. in l.* 50. *Tauri, num.* 24. *Baeza de non melior. dot. ration. filia. cap.* 11. *num.* 155. *Lopez in Rubr. de donatione inter virum, & vxorem. §.* 66. *num.* 14. & latiùs ex *Petro Barbosa in l.* 1. *part.* 3. *num.* 149. *D. solut. matrim.* qui ad fundandam scientiam se remittit ad *textus* dispositionem *in l. final. C. arbitr. tutel.*
5 Tametsi enim sæpè Doctores isthac de re pertractantes statuere, Tutorem, Curatoremuè ex gestis in rerum pupillarium administratione ea finita de euictione non teneri, vt *Papinianus I.C.* expressè decidit *in l. post mortẽ furiosi* 5. *D. quando ex facto Tutoris*, & Imperator *Antoninus* rescribere videtur *in l.* 1. *C. eodem tit.* ibi *Nàm Tutores, Curatoresue finito officio non esse conueniẽdos ex administratione pupillorum, vel adolescentium sæpè decretum est.* quandoquidem cùm quis ex officij necessitate contrahit, qùd ei equi-
6 dem damnosum esse minimè debet, ità decidente *textu in l. sed si quis ex signatoribus* 7. *D. quemadmodum testam. aperiant. in l. si seruus communis* 63. *§. quod verò, D. de furtis, & in cap. cùm non deceat, in princ. de election. in* 6. iustum haùd est euictionis vinculo ligari, secùndùm *Vlpiani I.C.* responsum *in l. si pignora* 50. *D. de euictionibus*, vbi *Baldus*, & *Salycetus* ità notant, quos sequitur *Caballin. in tract. de euictionibus*, *§.* 5. *num.* 61. traditque etiam *Bartol. in l. alio, quæst. penult. de aliment. legat.* quem *Boerius* recenset in citata *decis.* 80. *num.* 5. & sectantur *Amaya in Rubr. Cod. de delatoribus, lib.* 10. *nu.* 25. Gutierez *de tutel. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 22. *Guzman de euiction. quæst.* 53. *num.* 4. *Mangilius eodem tract. quæst.* 188. *num.* 4.
7 Nihilò tamen minùs id intelligi receptum est, nisi ex ipsorũ dolo, vel culpa actum sit, quem admodùm nuncupatim docuit *Accursius* memoratæ *Antonini* Constitutionis Glossator in *verbo Conueniendos*, potissimùm ex solemni *Vlpiani* I.C. Responso in *l. Iulianus* 14. *§. sed cùm in facto* Quæstionis fuisse ait, an Tutorum dolum pupillus præstare deberet? & siquidem ipsi Tutores vendiderunt, ex empto eos teneri, nequaquam dubium est; sed si pupillus authoribus eis vendidit, in tantum tenetur, in quantum locupletior ex eo factus est, Tutoribus in residuum perpetuò condemnandis, quia nec transfertur in pupillam post pubertatem hoc, quod dolo Tutorum factum est. Enimuerò Tutor, qui pupilli rem taliter vendidit, sequuta euictione, eatenùs de ea tenetur, quate-
8 nùs in pupilli vtilitatem versum minimè est, si tamen soluendo sit; quoniam in quantum pupillus est locupletior factus, ipsum teneri ratio suadet, & latè exponit *Farinac. in Repet. de contractib. quæst.* 14. *num.* 36. & *quæst.* 41. *num.* 24. & *seqq.* in residuum verò Tutorem, vt *Vlpianus* I.C. expressè decidit in citata *l. Iulianus*, Si autem
9 talis Tutor soluendo minimè sit, pupillus ipse in totum tenebitur, eamq; euictionis actionem haùd directam, sed vtilem *Papinianus* I.C. appellat *lib.* 3. *Respons.* cui subscribit *Vlpianus*, dum

eam

eam speciem tractat *in l.4.§.si impuberis, D.de euict ion.* quem *textum* rectiùs expendisse *Gaspa-*
rem Thesaurum, quàm Senatum Pedemõtanum,
videtur in casu relato *lib.3.QQ.Forens.quæst.14.*
quam decisionem *Cæsar Manent.* sectatus est *in*
dec is.21.num.35.& in decis.13.num.48. Bene-
uerùm, pupillum, minoremuè de eo, quod Tutor,
vel Curator dolo gessit, nec etiam de euictione
10 teneri, regulariter fertur, nàmq; Tutoris, Curato-
risuè dolus pupillo obesse minimè debet, vt cla-
11 rè probant *Vlpianus* l.*C.in l. sed & si seruus cõ-*
munis 3. *§. si seruus pupilli, D. de Tributoria*
action. Iabolenus l.*C. in l.neq; in interdicto* 159.
D.de regulis iuris, idem *Vlpianus* l.*C.in l.is, qui*
in puteum 11.*§.si Tutoris, D.quod vi, aùt clam,*
& notat *Celsus Bargalius in tract.de dolo, lib.2.*
*part.3.diuis.6.quæst.6.num.*11. vbi contrarijs sa-
tisfacit, & laudat *Dom. Reg. Merlinus Controu.*
forens.cap.76.num.9.

Cuius equidem omni æuo ex laudãdis scriptis
12 illud pariter habetur, quòd pupillus, vel minor
etsi de dolo gestis per Tutorem, Curatoremuè
euictionem non præstent, vltrà id, quod in eorum
commodum, vtilitatemq; versum est, ipsi tamèn
emptori actiones cedere tenentur, si is soluendo
sit, in id quod supereſt, deducto eo, in quo factus
est locupletior, ad *textum* insignem in allegata
l. sed & si seruus communis 3.*§. si seruus pupilli,*
D.de tribut. act. ibi, *Quamuis Pomponius lib.8.*
Epist. si soluendo Tutor sit ex dolo eius pupillum
teneri scripserit, & sanè hactenùs tenebitur, vt
actionem, quam contra Tutorem habet præstet.
itidem *in l.1. §.hoc edicto, D.ne vis fiat ei*, ibi.
Ergò & si Tutor dolo fecerit in pupillum dabi-
mus actionem, si modò soluendo sit Tutor, sed &
ipsum Tutorem posse conueniri Iulianus scribit.
vbi *Gloss. verb.Soluendo* in contrariorũ solutio-
ne dicit, *& sic ad cedendum tenebitur*, demùm
solemnis adest alia *Glossa* quæ *Azonem, & Vgo-*
nem sequuta est in *l. final.* per illum textũ, *vers.*
Tu quid, de administr. Tutor. ac iterùm in di-
cta *l.Iulianus, §. sed cum in facto, vers.In resi du-*
um, de actionib.empt. vbi ita dicit, *Sed tu dic,*
quòd tenetur vltra. sed liberatur cedendo actio-
nem, quod etiam tradit *Bartol.in sæpè allegata*
l.sed etsi seruus communis 3.*§. si seruus, D. de*
tribut.act. & post *Dynum in Reg. Delictum per-*
sona, de regulis iuris in 6. & Angel. in §. sequ-
num.12. Element. Iur.de exception. tenet pariter
*Bargalius dict.cap.3.diuis.6.num.*11. *vers. Quò*
ad secundum, & sequitur laudatus *Dom. Reg.*
*Merlinus d.l.n.*10.*&* 11. vbi scitum esse adnectit,
quòd pupillus pro re sua perperam, & minus sole-
13 nitèr alienata duplicem habet actionem, altera
quidem contra illius rei possessorem ad eam vin-
dicandam, quæ realis est, remquè ipsam prosequi-
tur, ad *text. in l. magis puto, §.manet actio, & in*
l.illicitè, D.de rebus eorum, altera verò aduersùs
Tutorem pro mala administratione, & hæc perso-
nalis est, iuxtà *textum* Synodalem *in l.etiam, C.*
si Tutor. vel Curat.inter. Roland. *Surd.* cœteri-
que ICti per *Ciryacum* recensiti in *tom.* 2. *Con-*
trouers.forens. cap. 321. *num.* 22. quam plane
14 adeò præiudicialem esse eruditur, vt donec pupil-
lus illum contra egerit, si tamen soluendo sit, eidé
actio ad in integrum restitutionẽ petendum con-
tra possessorem non detur, quoniam hoc casu
ist hæc subsidiaria est, & in subsidium conceditur

Digitized by Google

OBSERVATIO CLXXXIII.

PLenè pertractatur calamo, disertaque methodo hic peragitur, factum maioris partis quando, quibusque in casibus ab omnibus fieri dicatur, de qua quidem re actum quoque fuit in *decis.* 93. atque in *decis.* 169. vbi Nos complura haùd iniucunda adnotauimus, quibus præpositis tàm ad eorum, quàm præsentis decisionis comprobationem recensemus modò §. *vltim. Auth. vt Iudic. sin. quoq. suffrag. l. nominationum*, ibidemque *Lucas num.* 1. *C. de Decurionib. lib.* 10. *cap. cum in cunctis, de his, quæ fiunt à maior. part. cap. Losæum, de Iur. Vniuersit. part.* 1. *num.* 11. *Capycium decis.* 4. *nu.* 3. quos sequitur *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra Super. Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 1. *sub num.* 34. extollens etiã præsentem decisionem, quemadmodum etiam Rota Romana impressa post tractatum *Cutelli de donationib. contemplat. matrim, decis.* 1. *num.* 17. & quippe receptum est illis attentis, quod à maiori parte statutum fuerit, omnium consensu factum habetur, vt idem *Dom. Consiliar. Petra* firmat *ibidem, num.* 32. verba faciens de Electis huiusce nostræ Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, quibus nedùm annonæ, & grassiæ demandata fuit amplissima cognitio, sed etiam à *Ferdinando I.* perampla impartita fuit iurisdictio iudicandi scilicèt, mulctandi, & puniendi Piscarios, Macellarios & vendentes exculenta, dummodò tamèn intercepta, & pecuniariæ pœnæ, quæ primò in reparationem Ciuitatis assignatæ erant, applicarentur Xenodochio Sãctæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis (cuius Sacratissimum Templum est quippè inter cœtera Neapolitanæ Vrbis ornamẽta, præcipuum, quo reliquas non Italiæ modò, sed totius etiam Europæ Vrbes antecellere mihi videtur: neq; enim solùm panem, ac fruges, sed etiã omnis generis alimenta, & quicquid aliud ad commodè traducendam vitam spectat, pauperibus, orphanis, virginibus, ægrotis, hospitibus, innumeræ propemodùm hominum multitudini munificè, magnificèque suppeditat: meritò sanctissimi, ac celebertimi huius loci gubernaculis viri sapientia, prudentia, pietate, omniumquè virtutum genere insignes quotannis deputãtur, quos inter semper vnus ingenita nobilitate conspicuus è Capuano consessu tanquàm cœterorum antesignanus, & moderator eligitur, cuius ductu, ac lege, vniuersa æquissimè, splendidissimèque administrantur) vt cautum legimus in *cap.* 35. & 37. religiosissimi præfati Regis in *libr. Capit.* & liquidò constat ex sententia prolata inter Electos, & Iustitiarium grassiæ registrata in eodem *libr. capit. pag.* 74. de quo etiã Ipse memor fui in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine* §. 20. *n.* 133. *& per tot.* vbi complura minimè aspernenda notantur; At hic modò arduæ sit locus difficultati.

5 Vtrùm maior Sedilis pars minori parti in aggregatione, alicuiuscè forinseci admissione præiudicare valeat? Haùd autem ignoramus, Sacrum
6 Consilium affirmatiuè decreuisse, teste eiusdem S. C. Præside *Domino Vincentio de Franchis in decis.* 2. huiusquè decisionis sectatorem fuisse *Dom. Reg. de Ponte de potestate Proregis, tit.* 4. *de Regal. imposit. num.* 22. *& tit.* 20. *de legitim. seù restitut. natal.* Oppositum verò propijs in ter-
7 minis allegasse *Loffred. consil.* 51. & per *textum in cap. scriptum, de elect. & in cap. cum M. Ferrariensis, de constit.* post *Felin. in cap. cum omnes, de constit. in* 3. *fallent.* aliosque plena manu articulum examinando exclusiuam hanc posteriorem aleam approbasse *Lambert. de iure patronatus, lib.* 2. *quæst.* 2. *art.* 16. qui etiam pluries practicatum testatur in Ciuitate Trani adducens exempla, per quæ admissi minimè fuerunt ad Sedile plures propter minoris partis discrepantiam, ea potissimùm ratione suadente, quia singulorum interest, forinsecum ad dandam vocem, sediliscque honoribus gaudendum non admitti ex eo, quia per huiusmodi admissionem vox vniuscuiusque debilitatur, qua propter omnium consensus requiritur, ità vt maioris partis concursus non sufficiat.

8 Quid igitùr hac in re dicendum, aùt quomodo euadendus nobis est, aùt dissoluendus nodus iste gordianus? Herclè post degustatum articulum, funditus introspiciens profunditatem, ad distinctionem medio quasi moderamine recurrendum fore sum arbitratus! Particulares enim si interesse habent singuli vt singuli, veluti si Ciuitas, Ciuitates, & Castella possideat, in quibus Capitanei, & Assessores creantur, aliaùe officia habeat, ex quibus non modicam vtilitatem habere solent gaudentes, quemadmodùm adesse in Ciuitate Capuæ testatur *Dom. Regens Capycius Latro in Consultat.* 12. *num.* 2. tunc posterior negatiua sẽtentia planè procedit, nàm cui dubium erit, quin quantò maiori in numero Nobiles erunt, tanto minus prædictis officijs, ac lucris gaudebunt: S i
9 verò particulares interesse habent non quidem singuli vt singuli, sed singuli vt vniuersi, vtpu[illegible]a, quia prædicta deficiunt, quemadmodùm ist[illegible]ac in nostra Fidelissima Neapolis Ciuitate, & in al[illegible]js Ciuitatibus, teste eodem *Dom. Regente Capy[illegible]io Latro ibidem*, eo casu priorem sententiam locum obtinere affirmãdũ euenit: Benè tamen verum est,
10 hodie huiusce Ciuitatis Neapolis Sedilia aggregare minimè possunt sine speciali Regis lice[illegible]itia, & sine vnanimi omnium consensu, vt *Capanus* testatur in *tract. de iure adoh. quæst.* 34. *num.* 29. *Regens Sanfelicius* demùm in sua *praxi se[illegible]. 14. num.* 13. & memorat nouissimè *Dom. de Luca ad Præs. de Franch. obseruat.* 2. *num.* 6. sicque maior pars minorem haùd cogit, etsi alitèr sit in veteri-
11 gratione, quemadmodùm *Capanus*, & *de Luca* inquiunt in sedibus allegatis.

Verùm assumptum prædictum perstri[illegible]gẽdum quippè est creditorum respectu, siquidem quamuis præfati sumus, minori parti maiorem præiudicare, nihilò tamen minùs creditorum in con-
12 cursu haùd eorum numerus, sed summa, & quãtitas attenditur: minor enim personarũ pars, qui-
13 bus ex bonis debitoris communis maior summa, & quantitas debetur, præualet alteri maiori personarum parti, quibus minor summa debita est, vt nouimus ex *textu in l. final. vers. Siquidem, C. qui bon. cedere poss.* & alijs laudatis inquiunt nostri *Author hic in addit. num.* 5. *Rodriquez de priuilegijs creditorum, part.* 1. *num.* 7. *& sequ. Guzman labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 7. *à num.* 56. & *Salgadus in* etiam *Dom. Cõsiliar. Roccus in Respons.* 11. *num.*

5. *tom.*

Digitized by Google

5. *tom.* 2. sicq; si toto credito plurium personarum
14 coacernato, duo, vel tres creditores maiorem to-
tius crediti partem habeant, in aliorum præiudi-
cium cùm debitore conuenire poterunt, tamesi
illi, qui contradicũt, sint numero plures; Hinc fit,
quòd quando agitur de reddendo depositio maio-
15 ri parti hæredum, maior ista pars haùd perso-
rum respectu, sed ex hæreditariæ portionis ma-
gnitudine cõsideranda est, vt ex *l. si plures, D de-
positi*, notat *Cardin. Mantica de tacitis, & am-
biguis conuentionibus, tom.* 1. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 1.
quod magis erit, si numerus respectu personarum
creditorum, & respectu maioritatis summarum
est duplo maior, *Angel. consil* 213. *in princip.*
vbi quoque docet, quòd vt tales alijs præiudicare
16 possint, creditores esse debent, qui suos debitores
efficaciter obligatos habeant, ità vt nulla eis ob-
stet exceptio, quę principalem perimat, aùt elidat,
cùm demùm creditum verum esse debeat, haùd-
que imaginarium, aùt simulatum: siquidem hoc
casu excipiendi ius, quod debitoribus competere-
ret, iuris beneficio ad alios creditores transit, qui
dilationi concessæ per maiorem partem contra-
17 dicerent; Etsi forsàn inter creditores debitoris
consanguinei reperiantur, qui debitori dilationẽ
concedere, aùt debiti partem remittere velint, isti
alijs creditoribus recusantibus præferuntur, licèt
in pari numero contradicant, *l. ante, D. de pactis*,
cùm alijs per *Stracc. de decottor. part.* 6. *num.* 9.
vers. Et in pari numero, vbi etiam, quòd qui plu-
18 res actiones habent, vnius loco habentur, quem-
admodùm summæ plures vnius coadunantur, &
creditis vsuræ applicantur, vt debiti summam, seù
cumulum augeant.

PROLOGOMEN.

Frumenti appellatione quid cõtineatur? illouè legato nùm veniat farina, & hordeum? quidue in legato facto de vino, nùm illud aquaticium, & dolea, ac etiam acinaceum comprehendat? & acetum nùm secundùm propriam significationem vini appellatione contineatur? sigillatim illustrantur, eorumque occasione plures ad materiam enucleantur quæstiones vsui forensi maximè accommodatas.

RERVM SVMMA.

1 *Legatum factum de frumento, & tritico hordeum non comprehendit.*
2 *Frumenti appellatione quid contineatur? & num.* 3.
4 *Frumentum vbi extrahi prohibetur, triticum tantùm venit.*
5 *Farina in legato facto de frumento non venit.*
6 *Debitor frumenti farinam creditori præstare non potest.*
7 *Statutum prohibens extractionem frumenti, farinæ extractionem prohibere non dicitur. Contrarium verius, vt num.* 8. *& 11.*
9 *Mens, & effectus attenditur in statuto prohibẽte frumenti extractionem.*
10 *Reipublicæ Præpositi solertissimè curare, & diligentissimè prospicere debent, nè annona ca-*

Digitized by Google

suris, cap. 6. *Menochius de præsumptionib. lib. 4. præsumpt.* 151. *num.* 1. frumentum nihilominùs
3 in specie (sicùt communis ipse loquendi vsus accipit) ab alijs distat, & solùm ipsum continetur, non autem hordeum, nec alia, quæ aristam continent, *Forcat. ibidem, & Menochius l.c. num.* 4. quos insequitur *Augustinus Barbosa de appellat. verb. Frumentum, num.* 2. *&* 3. vbi ex hoc infert, quòd ideò, vbi frumentum extrahi prohibetur, triticum tantummodò venit, quemadmodùm
4 scribunt *Auendan. de exequendis mandat. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 35. *in fine, Mexia in tract. tassæ panis, conclus.* 1. *num.* 56. *Auilès ad Cap.* 17. *Prætorum, verb. A razonables, num.* 37. *vers. Et ideò.*

5 Inquàm *num.* 5. concluditur, idem dici de farina, & quidem non abre, propterea quod frumenti appellatione in legato facto de frumento farina minimè continetur, vt paritèr resoluit idem *Menochius ibidem, num.* 9. & sequitur *Augustinus Barbosa vbi supra, num.* 4. vbi quoq; memor est de præsenti *Authoris* nostri decisione, & subnectit, ob idque euenire, vt frumẽti debitor farinam
6 creditori præstare non possit, sicuti docent *Baldus in l.* 1. *num.* 6. *C. de fruct. & lit. expens. Hermosilla in l.* 2. *Gloss.* 4. *num.* 12. *titul.* 1. *part.* 5. etenim quid diuersum est, materiatum scilicèt à materia descendens; Ex quo tamèn, etsi descende-
7 re videatur, stante statuto frumenti extractionẽ prohibẽte farinæ extractionem prohibitam haùd intelligi.

8 Nihilò tamen minùs isthac in re contrarium vnanimitèr materiam pertractantes scriptum posteritati mandarunt, & quidem optimo associante voto, siquidem in extractionis frumenti prohi-
9 bitione, cùm non verborum sonus, sed effectus, & mens attendatur, nè annona carior efficiatur, & subditi famæ pereant (quod solertissimè cura-
10 re, & diligentissimè prospicere debent Reipublicæ Præpositi, iuxtà ea, quæ Ipse tradidi in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 20. *num.* 131.) farina continetur, ità alios manuducẽ-
11 tes inquiunt noster *Author hic, num.* 8. *& sequ. Surdus decis.* 139. *num.* 6. vbi *Dom. Cõsiliar. Hodierna in addit. num.* 2. *Barbosa vbi supra, num.* 6. *Bonacos. commun. crim. part.* 1. *verb. Statutũ, Stracc. de mercatur. part.* 2. *num.* 29. *Bouadilla in sua Politica, lib.* 4 *cap.* 5. *num.* 23. *Bertachin. de gabellis, part.* 8. *in verb. Secundo loco, quæst.* 10. *num.* 4. vbi notat, quòd si de frumẽto soluitur
12 gabella, de farina solui etiam debet, vt in terminis quoque voluit *Guid. Pap. in decis.* 373. dicens, pluries iudicatum fuisse, quòd stante prohibitio-
13 ne extractionis frumenti, nedùm farina, sed panis etiam indè confectus comprehendatur, quod post eum notauit *Camillus de Medicis in consil.* 97. subdens, quòd in Sereniſſimo Portugalliæ Rege, qui tot milliaria biscottorum extraxit, eius Ministris iniunctum fuit, quòd tractam soluerent
14 pro quantitate frumenti in pane implicata, prout etiam in gabella, quæ pro oleo soluitur, locum
15 obtinet, etsi ex oleo alia fiat species, vt in sapone iudicatum vidisse inquit idem *Camillus de Medicis ibidem* pro Regiam Cameram Summariæ pro rata olei in sapone implicati: sic demùm in-
16 gabella de serico soluenda procedit in conuerso, & implicato in vulgò *trenette, passamani, & vernili*, & alijs similibus, vt per totum illud *Consilium*, & de his omnibus meminit *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra*, adijcens *num.* 7. hoc in-
17 telligi minimè debere de eo, quod quis sui vsus causa portaret, vt notãt *Bartolus*, cæterique *Cti in l. cætera, § sed etsi quis, D. de legatis, & fideicomm. prim.* & *Constantinus Cæsar* apertis verbis rescripsit in *l. vniuersi prouincia* 5. *C. de vectigalibus, & commissis*, ac paritèr habetur in *cap. super quibusdam, extrà de V. S.* quod extensionem ha-
18 bere comperimus, etiam si aliquis alterius nomine vehat, seù cõducat, cùm istud etiam ad proprium vsum dicatur, quarè in statuto non comprehenditur, vt est *Gloss. in dicta l. vniuersi prouincia*, secundùm quam iudicatum fuisse inquit *Guid. Pap. in decis.* 4. Bene verùm alitèr traditur,
19 vbi stante dicto statuto, quis frumentum per loca deuia ducere reperiretur, quoniã præsumitur, quòd contra decreti determinationem ducatur, vt laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna* obseruat *ibidem, num.* 9. dicens etiam, quòd statim puniri poteſt, & quòd casus notabilis est, ac etiam vltrà *textum*, quem *Baldus* ponderat in *l. penult. C. de naut. fœnor.* videndus est *textus* in simili, & ibi etiam *Bald. in l. non solùm, §. annus, de excusat.*
20 *Tutor.* Statutum verò frumenti extractionem prohibens locum minime habet in eo, qui aliunde frumentum emit, deinde per statuti locum transit ad finem transferendi ad alium locũ, prout cautum legitur in *l. si quis post hanc legem* 6. *C. de ædificijs priuatis*, & notat *Bartholom. de Capua in Singul.* 98. cùm talis statuti dispositio intelligi debeat de frumento originaliter exigente in Ciuitate, vbi dictum statutum viget, vt post alios complures scripsit *Alexand. in l. cætera, §. sed & si quis, in fine, D. de legat. & fideicomm. prim.*
21 secùs autem quando illius statuti verba clara forent, vt ibi per eum, & sequitur *Dom. Consiliar. Hodierna d. l. num.* 10.
22 Vlteriùs hic *num.* 12. statuitur, vinum legatum regularitèr dolia minime comprehendi, maximè ea, quæ præ magnitudine difficilè mouẽtur, quoniam in cella ad perpetuum vsum defodiuntur, deprimunturque, nec sunt vt cadi, & amphoræ, quæ habentur, vt exportentur, propter quod ve-
23 niunt in vino legato, vt peritus *Cuiacius* obseruat *in lib.* 2. *Obseruat. cap.* 36. & decidit expresse *Vlpianus I.C. in l. si cui vinum* 3. *§. si vinum, D. de tritico, vino, vel oleo legato.*
24 Rursùs hic *num.* 18. determinatur, quòd in dicto legato de vino aquaticium non venit, vbi si-
25 quidem appellatione in legato omne continetur, quod ex vinea natum vinum permanet, quemadmodùm *Vlpianus I.C.* scribit *lib.* 23. *ad Sabinũ*, notatus in *l. si quis vinum* 9. *D. de tritico, vino, vel oleo legato*, ibi, *Si quis vinum legauerit, omne continetur, quod ex vinea natum, vinum permanſit.* & notat *Menochius de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 152. *num.* 2. quem refert, & sequitur *Augustinus Barbosa de appellat. verbor. Appellat.* 274. *num.* 1. Hinc dicimus, quòd *OEnomeli*, ideſt, dulcissimum vinum, vini nomine continetur, decidente eodem *Vlpian. l. C. ibidem*, & obseruat *Menochius d. l. num.* 17. ac esse certum vinum mellitum scripserunt *Alciat. lib.* 2. *Parerg. cap.* 2. *& Hothoman. in Commentar. verborum Iuris, verb. OEnomeli*, peritus *Cuiacius* verò *lib.* 4. *Obseruat. cap.* 1. obseruauit, *OEnomeli* vinum esse solùm ex vuis certo modò ità ex-

Pres-

Digitized by Google

pressum, vt ad mellis dulcedinem proximè accedat; Sed.

27 An acinaticium, vel acinaceum vini nomine comprehendatur? inquiunt noster *Author hic, num.* 19. *Menochius dicta præsumpt.* 152. *nu.* 12. *Barbos. vbi supra, num.* 4. *Forcatul. in penu librs, cap.* 8. *Cuiaceus dicto lib.* 24. *cap.* 39. subnectunt-

28 que acinaticium vinum dici, quod longè post vindemiam hyemali tempore ex vuis diù suspensis, & rugosis conficitur. Quidue autem dicendũ

29 sit de passo, vino scilicèt illo, quod ex vuis passis Sole siccatis ante vindemiam certa quadam ratione exprimitur? adnotarunt omnes recensiti *Doctores in sedibus indicatis*, & vini appellatione passum etiam contineri scripsere: tametsi haùd defue-

30 rint aliqui existimantes, passum non esse vinum, quia ex *Varrone*, & alijs scribunt *Cœl. Rodigin. lib.* 18. *Lect. antiqu. cap.* 38. *& Mercurial. lib.* 1. *Lect. Variar. cap.* 17. *Passum bibisse Mulieres Romanas, quibus vini vsus interdictus erat.*

31 Modò ex supra recensito illo assumpto, quòd vini appellatione omne continetur, quod ex vinea natum vinum permanet, descendit, mulsum vini appellatione non contineri, non enim vinũ

32 permanet, sed species efficitur, & mulsum appellatur, hoc est ex vino, & melle confectum, quemadmodùm *Caius* I. C. scribit *in l. adeò quidem* 7. *§. nouus autem, D. de acquirend. rerum domin.* ibi, *Vel ex vino, & melle tuo mulsum.* Nec

33 inquàm vini nomine *Zithum* contineri, illud scilicet, quod ex tritico, seù hordeo fit; Nèc *Cydo-*

34 *neum* quod ex pomis cydoneis conficitur; Nec demùm *Ceruisiam* quæ ex hordeo, alijsque rebus

35 callidis conficitur: Tandem nec *Defrutum*, mustum scilicèt, quod ex duabus partibus ad tertiam

36 deferuefaciendo redigitur, sicuti obseruant *Menoch. Forcatul. & Cuiac. in locis indicatis.*

37 Cœterùm nec acetum secundùm propriam significationem vini appellatione continetur, quia non est vinum, sed species alia, vt obseruat *Vlpianus I. C. in dicta l. si quis vinum* 9. *§. item acetum, & §. item si quis vinum*, vbi subiungit, nisi quod testamenti tempore vinum erat,

38 coacuit, sufficit enim eo tempore vinum fuisse, vt docet idem *ICtus ibidem*, & sequuntur *Menochius loc. cit. num.* 16. *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionib. tom.* 1. *lib.* 8. *tit.* 3. *nu.* 30. *Cherubin in Schol.* 2. *ad Constit.* 42. *Pij IV. tom.* 2. *compend. Bullar. pag.* 12. vbi intelligit in materia odiosa, & noster *Author hic num.* 24. in-

39 quit, vini appellatione acetum contineri, si ex sũpta voluntatis coniectura, & ipsius testatoris defuncti consuetudine vini numero habetur; Hisque modò sic positis, vt videamus consequens quoq; est.

40 Mustum nùm vini appellatione veniat in statuto cauente, soluendam esse gabellam de ementibus, & reuendentibus vinum? Equidem affirmatiuam sententiam communiori Doctorum calculo receptam esse legimus apùd *Marc. Antonin. lib.* 2. *Variar. Resolut.* 33. qui eam latè probat; Et

41 an vini appellatione vbi prohibetur extractio, metreta extrahi possit gustus causa? Consule *Stracc. de mercatur. part.* 4. *num.* 26. *Maxi in tract. tassa panis, conclus.* 1. *num.* 29. *Bouadill. in sua Politica, lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 39. & cæteros per ipsos ad propositę quæstionis elucidationem, & declarationem fidelitèr recensitos.

Digitized by Google

violentas manus iniecit, illudque interficit! vnde
2 Prisci, eos, qui in vxorem violentas manus intulissent, ac si Deorum templa violassent, impios, conscelleratosque duxerunt, vt peritus ille Regnicola noster *Alexander ab Alexandro* refert *lib. 4. dier. gen. cap. 8.* & nuptiali Iunoni sacra cùm
3 facerent, è victima fel exemptum post aram terræ obruebant, vt ostenderent, bilem, atq; irâ abesse à coniugio debere, *Plutarch. in precept. connub. & Rodig. lib. 18. cap. 18.* Nó immeritò igitùr ad huiusmodi facinus puniendũ vltrà cæteras pœnas, vt
4 lucro dotis debito ex consuetudine, pacto, vel statuto priuetur, statutũ est, decidente *Pomponio I.C.* in illo Iuris Respõso notato in *l. si ab hostibus 11. §. si vir vxorem, D. solut. matrim.* ibi, *Si vir vxorem suam occiderit: dotis actionem heredibus vxoris dandam esse, Proculus ait, & rectè: Non enim æquum est, virum ob facinus suum dotem sperare lucrifacere.* quamq; decisionem pro-
5 cedere, nedùm si vir vxorem occidat, sed etiam si alimenta non præstet, vel in ægritudine nullum medicum, vel fortè malum in ea curãda adhibeat, aùt medicinas non impẽdat, inquit *Accursius* illius Responsi Glosator in verbo *Lucrifacere*, vbi etiam complura iura adducit, & sectantur, quos noster *Author* recenset *hic num. 1.* quibus adiungimus *Ripam* perbellè sermocinantem in *tract de peste sub Rubr. de priuileg. contract. cau. pest. num. 203.* quem quoque laudat, & sequitur *Dom. Regens Rouitus in loco infrà citando, num. 6.* etsi contrariũ conclusum fuisse legatur in præsentis decisionis hypothesi, id nihilominùs euenit, quia illo in casu satis per testes probatum fuit, quòd per virũ omnia necessaria præstita fuerint, propter quòd dici non poterat, vxoris mortem viri culpa sequutam fuisse, quemadmodùm noster *Author* testatur *hic, num. 9.*

6 Quinimmò & laudari Responsi decisionem locum habere nedùm in dote, sed etiam in antefato, & donatione propter nuptias, vt scilicèt pati debeat damnum illud soluendi, consuluit *Alex. de Neu. in consil. 18. num. 5. & 6.* atque demùm latissimè *Dom. Regens Rouitus in consil. 1. tom. 3.* attestans in fine, ità in Collaterali Consilio decisum fuisse sub die 22. Maij 1603. referente D. Didaco Lopez Xuarez Auditore generale exercitus: & sententiam hanc ratione illa fulciri edocent,
7 quia ratio propter quam in illo *Pomponij* Respõso vir dotis lucrum perdit vxorem interficiendo, in eaquè cruentas manus iniiciendo, illa sanè est, quia si vxor interfecta haùd fuisset, fortè superuixisset, immò sic in dubio interficientis odio præsumetur, vt adamussim declarat *Paulus de Castro in repetitione dictæ l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, num. 2. vers. Et si non fuisset interfecta*, vt
8 proindè si vxor interfecta viro interficienti in eius odium superuixisse præsumitur, propter eandem rationem antefatum, donationemq; propter nuptias perdere debet; quod planè etiam constabilitur ex aureo *Vlpiani I.C.* Respõso *in l. quod si nolit 31. §. Pomponius ait, vers. Si mãcipiũ, D. de ædilitio edicto*, vbi I.C^tus inquit, quòd homo mor-
9 tuus culpa eius, cuius interijt, pro viuo habetur, & sunt præstanda omnia, quæ, si viueret, præstarentur; & de prædictis planè ambigendum minimè est, quandoquidem apertè statutum esse noscimus
10 vt quotiescumque vir ab ipsa vxore sua culpa diuertit, hoc est sine aliqua ex causis in *l. consensu, C. de repud.* enumeratis, nedùm dotem restituere teneatur, sed etiam donationem propter nuptias amittat, vt in *§. fin autem aliter, dict. l. consensu*, testatur plenè *Io. de Amic. in consil. 5.* & corroboratur ex traditis per *Afflict. in decis. 154. num. 4.* & per *Napodan. in Consuetud. Quartam, nu. 46. in fin.* igitùr eo fortiùs illam amittere debere
11 consequitur, quando sine causa, sed proprio dolo matrimonium in totum diss oluit, vel vxori ægrotanti necessaria non ministrando, vel eam innocẽtem interficiendo, vt *Cuman.* voluit in *dict. §. si vir vxorem, num. 4.* expressè notans, quòd vir
12 vxorem occidens donationem propter nuptias perdit, quia sua culpa diuertisse videtur, vt voluit etiam *Baldus in l. 1. vers. Extra quæro, C. vndè vir, & vxor*, & sectantur *Roland. de lucro dotis, quæst. 61. nu. 11. Dom. Reg. Rouitus d. l. nu. 5.* qui demùm lato calamo sequentibus *num.* mirabilitèr sententiam hanc conualidat.

13 Neque audacter quis insurgat dicendo *textum in dicto §. si vir vxorem*, haud de donatione propter nuptias, sed de lucro dotis dumtaxàt loqui; siquidem obumbrationem maximam, & quidem nec leuem ex hoc argumentandi genere induci dicimus, nàmque promptuaria est responsio, hoc nempè non esse, quin eadem ratio vigeat in vtroq;
14 sed quia de iure Digestorũ donatio propter nuptias adinuenta minimè erat: fuit enim adinuenta de iure Codicis, quemadmodùm *Paulus de Castro* declarat in repetitione dictæ *l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, num. 6.* & sequitur *Dom. Regens Rouitus vbi supra, num. 4.* Hinc non incongrue.

15 Inquirendum venit, Quid fore dicendum, si vxor adulterium commiserit, & maritus propria authoritate vxorem, & adulterum ipso in crimine deprehensos occiderit? Scimus *Dom. Præsid. de Franchis in decis. 678.* relatis hinc indè opinionibus articulum indecisum reliquisse, *D. Cæsar Vrsillus* autem *ad Afflict. decis. 265. num. 63.* refert binas sententias per Sacrum Consilium iudicatum fuisse, quòd maritus vxoris adulteræ vindictam proprijs manibus sumens, dotem non lucretur, tametsi faciat lege permittente, quæ aleam præcæteris probat *Episcop. Couarruu. de sponsalib. part. 2. cap. 7. nu. 7.* nec non *Dom. Regens de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. cap.*
16 *263.* quia qui ius propria authoritate sibi dixerit, etiam lege permittente, legalem commodum non consequitur, iuxtà *Iuliani* I.C. Responsum *in l. interdùm fur 58. §. qui furem, D. de furtis*,
17 neque enim præsumendum est legem marito alium dolorem exequutus sit: primùm, nè maritus quam lucri spem proponi voluisse, quamuis ex pudoris sui iactura infamem, ignominiosumq; quæstum facere speret: deindè, si contingeret, virtum tàm proiecti pudoris esse, & frontis adeò
18 perfrictæ, vt vel lætus lenocinium exerceat, ut dissimulatione sua adulterij admittendi occasionem præbeat: periculum esset, nè tandem spe improbi lucri illectus uxoris occidendæ *consilium* caperet, dùm ex pacto conuento, alioquè iure dotem lucrari gaudet: quod probabiliter contingere posse tractat *Scæuola I.C. lib. 4. Regularum*, notatus *in l. Is, cuius ope 14 D ad leg. Iul. de adulter.* & *Valer. Maxim. lib. 8. cap. 2.* enarrat, quòd Caius Ticinius Faniam mulierem impud.cam non alia mente uxorem duxerat, quàm ut eo cri-

mine

mine repudiatam, dote spoliaret: itàque licet iu-
19 stum dolorem exequutus sit vir, non tamen
æquum est, vel honestum, vt ex tanto infamiæ suæ
dolore quidquam lucri consequatur, iuxtà etiam
laudatum *Pomponij I. C.* Responsum ibi, *Non*
enim æquum est, virum ob facinus suum dotem
sperare lucrifacere, & complura ad ornatum
pertractant *Rol. à Vall. de lucro dotis, quæst. 63.*
Campeg. de dote, part. 5. quæst. 5. Consiliar. Pas-
chal. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 5. & inibi in
annotatione latissimè, & eruditissimè *Dom. Con-*
siliar. Franc. Maria Pratus, Dom. Blasius Al-
timar. ad Dom. Reg. Rouit. vbi supr. qui alios fe-
rè innumeros conglomerat, & *Dom. de Luca ad*
Præs. de Franchis Obseruat. 678.

20 Cæterùm hic egregia pertractari solet dispu-
tatio, nùm vir vxorem, & adulterum in crimine
deprehensos propria authoritate interficiens, læ-
thalitèr peccet? sed quoniam abundanti calamo
rutinat, & ex aliorum voto illam enucleat me-
moratus *Episcop. Couarruu. dict. cap. 7. num. 8. &*
seqq. ipsum idcircò potissimùm perquire Lector:
Nos etenim longiores esse nequimus, tantò ma-
gis, quòd ad nostram rem propositam hãc dispu-
tationem latè displicare non spectat.

PROLOGOMEN.

Testium interuentus in apocæ confectione vt
sufficiat, cùm à Notario scriptus fuit, licèt
eorum subscriptiones nõ interueniissent, eru-
ditur ad ornatum Cœsareæ Sanctionis in
l. scripturas 11. *C. qui potior. in pign. hab.* & quid
dicendum sit, cùm apoca non manu, sed te-
stium signo scribere nescientium signata fue-
rit? enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Subscriptio testium requiritur, vt creditor vti*
possit beneficio textus in l. scripturas 11. C. qui
potior. in pignor. habean.

2 *Creditor beneficio dictæ* l. scripturas, *vti potest,*
quando testium interuẽtus fuit à Notario scri-
ptus, etsi subscriptiones non interueniissent.
Ampliatur, etiam stãte statuto testium subscri-
ptionem requirente, vt num. 3.

4 *Interuentus testium à Notario scriptus pro sub-*
scriptione habetur.

5 *Signum testis pro subscriptione non sufficit in*
materia textus in d. l. scripturas, C. qui pot.
Limitatur, quãdo in loco, vbi confecta fuit apo-
ca, literati, & scribere scientes minimè ades-
sent, vt num. 6.

7 *Instrumentum, in quo non testium subscriptio,*
sed signum adest, quando in liquidatione præ-
sentari possit.

8 *Testes deponentes habere notam manum, vel*
notitiam manus, nùm plenè probent.

OBSERVATIO CLXXXVI.

1 TEstium subscriptionem requiri, ad hoc,
vt creditor vti possit beneficio Impe-
rialis Constitutionis in *l. scripturas*
11. *C. qui potior. in pign. hab.* non du-

Digitized by Google

6 *Acquisita amittere, & non acquirere, idem non est.*
7 *Matrimonium à pœna damni liberum esse debet, sed non à pœna amissionis lucri.*
8 *Vidua non parens conditioni* Si vitam viduilem seruauerit, *legati commodo non fruitur. Et perceptos fructus restituere debet, vt num. 9. & 12.*
10 *Conditio* si viduabit, *perpetuam viduitatem exigit.*
11 *Conditio suspensiua concipitur ex dictione* si.
13 *Dictio* Dummodò *num finalem conditionem importet.*
14 *Verbum* Voluerit *voluntatis arbitrium denotat.*
15 *Verbum* Obseruando lectum viduilem, *idem est ac verbum* Si lectum viduilem seruauerit.
16 *Dictio* Si, *distat à dictione* Donec.
17 *Dictio* Donec *conditionem suspensiuam non inducit, sed resolutiuam dumtaxat.*
18 *Vidua non parens conditioni,* Donec vitam viduilem seruauerit, *perceptos fructus legati ità relicti non restituit.*
19 *Testator aliquid vxori relinquens sub dictione* Donec, *quid voluisse præsumatur.*

OBSERVATIO CLXXXVII.

1 ECclesia secundas nuptias nec damnat, nec
puniri permittit: sed dat gloriam uniui-
2 ginitatis integritati æquiparat, *Si iustum etsi matrimonium non separari: vtique & non iterari honestum est,* inquit *Tertullianus lib. de Monogamia,* & Idem ibidem, *Nos verò non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quàm cibos reprobamus, si sæpiùs ieiunamus. Aliud est auferre, aliud temperare. Aliud est legem non nubendi ponere, aliud est modum nubẽdi statuere.* & *Iustinianus in Nouella 2. de non eligendo secundò nubentes mulieres, §. cùm igitur, vers. Optimum,* inquit, *Mulierem, quæ inuiolatum defuncti thorum seruat, & miramur pariter, & laudamus, nec procùl à virginitate ponimus.* Ex quo porrò tametsi conditiones illas, *Si mulier non nupserit, vitamque duxerit viduilem,* magnam disputandi occasionem inter Iurisprudẽtiæ maximùm Peritos excitasse constet: Quibusdam legitimas esse: Alijs nullas, & inualidas existimantibus: Quin etiam fuere, qui distinguerent, an eiusmodi non nubendi cõditio viduę, an verò virgini iungatur; ad *textum in l. cùm tale 71. §. Mauia, D. de condit. & demonstrat. in l. 1. & 2. & Auth. qui relictum, C. de indict. viduit. toll.* & obseruat etiam noster *Author hic, num.* 11. etenim iniquum videbatur à nuptijs omninò
3 prohiberi virginẽ, quæ nec dulces natos habeat, nec Veneris gaudia nouerit: viduam autem, quæ iam thorum nuptialem experta fuerat, pudor, & castitas à nuptijs, licitoq; ardore retinere debet; Nihilò tamen minùs incompertum est, conditio-
4 nes illas omninò licitas, & legitimas, nec contrà bonos mores esse, præsertim etiam, quia conditiones illæ hoc equidem non postulant, vt scilicèt talis mulier viduitatis perpetuæ necessitati subijciatur, quandoquidem aliud est à nuptijs pœna deterreri: aliud verò ad viduitatem præmio inui-
5 tari: nec par, eademq; ratio est, amittere debita, & lucra non capere, quemadmodùm *Theodosius Imperator* rescripsit *in l. si quis 8. circà fin. C. de codicill.* & in simili dicimus, quòd non est idem
6 amittere acquisita, & non acquirere, vt *Xenoph.* aduertit *lib. 7. Cyroped.* dicens, non ità molestum esse, bona non habuisse, quàm molestum est, ijs priuari, & *lib. 7. expedit. Cyri.* grauiùs est è diuite pauperem fieri, quàm ab initio diuitem non fuisse, & acerbiùs est è Regno eijci, quàm Regnum non consequutum esse: tradit paritèr *Boet. 2. epist. 3.* vbi, quòd in omni aduersitate fortunæ infelicissimum genus est in fortunij, fuisse felicem, & *Cassiodor. 3. epist. 17.* dolentèr amittitur, quod ad procurãdas delicias possidetur; Vndè *Claudian. Paneg. 1. Stilico.*

——*Grauiorem amissa dolerem,*
Quàm nec dum quæsita mouent.——

propterea eruditur meritò, quod matrimonia à
7 pœna damni libera esse debent, sed non à pœna amissionis lucri, vt communitèr inquiunt *Doctores,* quorum Aũriga est *Bartol. in l. Titij cẽtum, §. Titio centum, D. de condit. & demonstrat.* quo fit, vt vidua, si conditioni pareat, legati commodo
8 fruatur: si secundò nubat à liberalitatis lucro, & rerum relictarum commodo abstinere debeat, ità etiam expressis verbis decidente *Iustiniano Cæsare in Nouella sua Constitutione 22. §. 43. quæ verò nunc sequitur,* vndè desumpta est *Auth. Cui relictum, C. de indict. viduit. toll.* vbi proposita hac eadem quæstione constituit, mulierem, quæ conditioni dictæ non paruit, & quæ inflammata lasciuæ uoluptatis titillatione ad secunda uota transiuit, omni donationis commodo priuari debere.

9 Ex his ità q; comperimus, omni assistente iustitia in præsentis loci hypothesi decisum fuisse, quòd si testatoris legato relictum quid fuerit mulieri, *si viduabit, vitamque duxerit viduilem,* perseuerantia, ac perpetuitas inducitur, ità vt si secundas celebrauerit nuptias, nedùm relictum, sed perceptos etiam fructus restituere debeat, quamuis in illis uiduitatem custodiuerit: id que
10 ex eo equidem, quia agebatur de legato his uerbis relicto, *si viduabit,* & dictio *Si,* perpetuam
11 exigit uiduitatem, & per illam suspensiua conditio, quemadmodùm laudandi *Doctores* enucleant, sicq; cùm perseuerantiam, ac perpetuitatem denoret, citrà dubium alio contracto
12 matrimonio nedùm relictum, sed percepta etiã fructus restituet, tametsi in illis uiduitatem custodiuerit, *Paris. consil. 95. num. 44. vol. 2. Berous Quæst. 99. num. 3.* idem noster *Author Disceptat. forens. tom. 1. cap. 5. num. 8. 9. & 33. Card. Mantica de tacit. & ambigu. conuention. tom. 2. lib. 14. tit. 44. à num. 9. Peregrin. de fideicommi ss. art. 11. num. 122.* & post alios complures tuentur *Dom. Consiliar. Roccus Respons. 42. tom. 1. Horatius Visconti Conclus. iur. verb. Legatum factum,* ac ità paritèr Rotam Florentinam decidisse refert *Caualcan. in suo tract. de vsufruct. mulier. legat. num. 117.* ubi testator quidam Aretinus reliquit eius uxorem dominam, & usufructuariam toto tempore uitæ suæ, dummodò uitam honestam, & uiduilem seruauerit, si uerò ad secunda uota trãsiisset, tunc eidem reliquit tantùm florenos du-
13 centos ultrà dotes: & Rota Florentina iudicauit, dictionem illam *Dummodò* finalem conditionẽ im-

importare, sicùt importat dictio, *Si vitam viduilem seruauerit*: & consequentèr dictam uxorem per transitum ad secundas nuptias vsumfructum amisisse, & obligatam fuisse restituere illud omne, quod viduitatis tempore percepit propter testatoris voluntatem minimè adimpletam: & scutos ducentum vltrà dotes per talem transitum ad secundas nuptias petere non potuisse, postquàm à principio vidualem vitam elegit, et vsumfructũ percepit: quamque decisionem extollit, & commùm ità decidisse testatur memorandus *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 231. fortiori in casu
14 sermocinans, nàm testator vsus fuit verbo *voluerit*, quod voluntatis arbitrium denotat: & de ver-
15 bo *Obseruando lectum viduilem*, quòd inducat conditionem suspensiuam, ac si dixerit testator, *si lectum viduilem seruauerit*, consuluit *Ruinus in consil.* 170. *nu.* 5. *& 6. lib.* 3. & latè obseruat *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra super Ritibus M.C. V. tom.* 2. *Rit.* 227. *num.* 16. *& sequ.* scribens aduersùs illam S. C. decisionem die 15. Maij, 1641. emanatam in causa Dom. D. Iuliæ Tortelli, cùm hæredibus Domini D. Francisci Petra Baronis Clauicorum: cuius causæ doctissimus, & integerrimus Sac. Cons. Præses *D. Franciscus Merlinus Pignatellus*, tunc causæ Commissarius, cùm Cõsiliarij munus obibat, caput compilauit, remque omnem instituit *Centur.* 2. *Controuers. Forens. cap.* 40.

16 Quamque autem dictionem longè distare ab altera dictione *Donec* non ambigitur, propterea
17 quod dictio *Donec* perpetuitatem haùd significat, & suspensiuam cõditionem minimè inducit, sed resolutiuam dumtaxàt, vt Ipsemet enucleaui hoc in eodem opere, *Obseruat.* 3. *num.* 3. Vndè fit, quòd mulieri tali casu, quousque in viduitate per-
18 manserit, legatum præstari debebit, & quandocumque lasciuæ voluptatis titillatione inflammata secũdas celebrauerit nuptias, tametsi deinceps consequi ampliùs nequeat, receptas nihilominùs anteactis annis quantitates non restituet, *Bartol. in l. final.* & ibi etiam *Castr. C. de indict. viduit. toll. Alexand. consil.* 28. *num.* 6. *vol.* 4. *Socin. consil.* 31. *num.* 7. *vol.* 4. *Caualcan. vbi supr. cap.* 9.
19 *num.* 115. quandoquidem eo casu testator minimè vetuit mulieri alias inire nuptias, sed tantùm legatum adipisci posse, donec se nuptui tradere vellet, itaq; nubendo, legato tantùm in futurũ priuatur, prout in indiuiduo consuluit *Dec. consil.* 621. & notant *Ruin. consil.* 65. *num.* 1. *& 6. vol.* 2. *Caualcan. d. l. num.* 117. At id nùm semper, & quocunque in casu procedat? enucleauimus in allegata *Obseruatione* 3. vbi Lectorem remittere ducitur animus.

PROLOGOMEN.

Appellationis, aùt recursus auxilium nùm in causis visitationem, & morum correctionem concernentibus concedatur? haùd obscurè demonstratur, quoq; insinuato plures ad materiam subnectuntur quæstiones vsui maximè accommodatas, præsertim, Nùm Episcopus visitans tanquàm suspectus recusari possit? Nùmue laicorum Cõfraternitates idem-

Digitized by Google

28 *Episcopus in visitatione Clericos omnes, tàm Seculares, quàm Regulares non obstante priuilegio visitare potest, & si deliquerint, corrigere, ac punire valet.*
Comprimitur extrà visitationem, vt num. 29.
30 *Hospitale nouiter fundatum, ipso fundatore superstite, visitari non potest.*
31 *Hospitale quando religiosus, & pius dicatur.*
Quandouè ità præsumatur? traditur num. 32.
33 *Ecclesia ex temporis antiquitate Episcopi authoritate edificata præsumitur.*
Sed quid requiratur? eruditur num. 34.
35 *Testator fundans Capellam eam ab Episcopi potestate eximere non potest.*
37 *Episcopus eleemosynas quærendi licentiam concedens, visitandi ius acquirit.*
38 *Omnia nostra facimus, qualitercumq; nostram interponimus authoritatem.*

OBSERVATIO CLXXXVIII.

QVemadmodùm Pastores gregem suum sæpiùs inuisunt, lustrant, numerant, nè quid eorum incuria pereat; ità Episcopi nedùm commissum sibi gregem
1 omni studio, & conatu ante oculos habere tenentur, vt eum ab omni exteriori damno, internisque animi imminentibus periculis tanquàm vigilantes Pastores custodiant: sed etiam nulla ratione faciliùs commissi sibi gregis saluti, ac incolumitati consulant, quàm si sæpiùs eum inuisant, ac lustrent, & quicquid mali furtim dæmonum arte irripserit, radicitùs extirpandum curent; Quarè
2 aliud quippè visitare non est, quàm excessus inquirere, & inquisitos castigare, & emendare, atq; obligationum obseruantiam iuxtà cuiusq; personæ, ac rei exigentiam, vbi adhùc viget, conseruare, & vbi deficit, pristinum in statum restituere; Hinc illa Sacri Consilij Tridentini *sess. 24. de reformat. cap. 3.* verba emanarunt; *Visitationum autem istarum præcipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq; accedere: cætera pro vt locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum çonstituere.* Ac quia etiam in qualibet statuta re controuersæ lites moueri solent.
3 Quæsitum hoc in loco fuit, nùm in causis concernentibus huiusmodi visitationem, aùt morũ correctionem, appellatio, & recursus concedatur? & pro parte negatiua emanatum fuit arrestum, teste *Authore* nostro *hic*, quod laudat, & sectatur Ruginell. *de Appellation. §. 2. cap. 3. verb. Visitatio, num. 964.* nec non comprobat *Lancellott. de attentat. & innouat. appellat. pendent. limit. 18. in princip. num. 6.* atque *Marchesan. de Commissione appellationum extrà Curiam Romanam, cap. 6. num. 78.* quibus se subscribit *Episcop. Riccius in praxi aurea, Resolut. 7. nu. 1.* & latissimè agit *Scaccia de appellation. cap. 2 quæst. 17. limitat. 24.* & dispositum noscimus in *Sacro Tridentino Consilio sess. 24. de Reformat. cap. 10.* in
4 casu nempè, quo Episcopi sine processu, & scriptis procedunt etiam carcerando, & carceratos detinendo: tunc enim si carcerati appellant, appellationis Iudex de prætenso excessu in corrigendo cognoscere potest, sed interim exequutio eorum, quæ ab Ordinario decreta sunt, non suspenditur: si verò Episcopus formato processu, & seruatis seruandis procedat, dicta conciliaris dispositio locum minimè obtinet.
5 Verùm à sententia diffinitiua appellationem tantùm admitti, quæ iudicatum suspendit, resoluit *Franc. Leo in Thesauro for. Eccles. part. 2. cap. 2. num. 77.* quemadmodùm appellatio quoque
6 dabitur, si Episcopus in exemptos, seù aliàs priuilegiatos, contra eorum priuilegia procedat, annuente *Marches. vbi supr. num. 78.* nec non etiam *Episcop. Riccio d. l. num. 3. vers. Verùm*, At cùm
7 in visitatione regularitèr appellari contingerit ab Episcopo Suffraganeo, etiam tanquàm Sedis Apostolicæ Delegato, ad Metropolitanum appellari debet quò ad deuolutiuam, secùs autem quò ad suspensiuam, vt decisum referunt *Praxis Episcop. part. 2. verb. Visitatio, §. 3.* & alia *Præxis noua part. 2. cap. 3. num. 61. Episcop. Riccius in dicta praxi Resolut. 449. num. 2.* & resoluunt *Cochier. de iurisdictione Ordinarij in exemptos, part. 2. quæst. 14. num. 5. Valasc. Allegat. 70. nu. 5. in fin. tom. 1.* illaque ratione fulciri astruunt,
8 quia propter dictionem illam *Etiam*, quę vnum casum exprimit, & alium includit, vtramque potestatem ordinariam scilicèt, & delegatam Episcopus habere dicitur; Sic demùm à mandato
9 de residendo in visitatione edito appellatio ad effectum suspensiuum non datur, sed ad effectum deuolutiuum dumtaxàt, pro vt decisum refert *Armẽdar. tit. 6. de visitation. num. 2.* & inquiunt *Episcop. Riccius vbi supra, Resolut. 476. num. 5. in fin. & in praxi aurea, Resol. 7. in fin. Mari Antonin. Variar. Resolut. lib. 1. Resolut. 85. nu. 10. & Resolut. 119. num. 14.* Quibus probe quæstio illa collineat.
10 Nùm Episcopus visitans tanquàm suspectus recusari possit? quam circà equidem recusari haùd posse, nisi in visitando modum excesserit, decisum attestantur *Gennens. in praxi Archiepiscop. cap. 21. & Praxis noua Episcop. vbi proximè*, quæ
11 paritèr resoluit, quòd quando proceditur compilato processu, si suspectus sit, recusari potest, & ab eo licitè nedùm deuolutiua, sed etiam suspensiua appellatione appellatur: Super quo *S. D. Paulus V.* fœlicis recordationis Archiepiscopo Por-
12 tugalen. verbis hisce rescripsit, *Venerabilis Frater, Salutẽ, & Apostolicam benedictionem, Fraternitatis tuæ nomine nobis nupèr expositum fuit, quòd visitationes, quæ in tua Diœcesi in vim Decretorum Concilij Tridentini, & aliàs legitimè fiunt, sæpiùs impediuntur, eo quia visitari Prælatum, seù alium legitimè visitantem suspectum allegant, in magnum Diuini Cultus, præsertim & fabricæ Ecclesiarum præiudicium. Quamobrẽ nos huiusmodi abusum tollere volentes, supplicationibus tuo nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpetrum, Apostolica authoritate, tenore præsentium declaramus, Episcopum, vel alium, cui id legitimè competit visitantem, non posse vti suspectum recusari, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæteriſq; in contrarium facientibus quibuscunque. Datum Romæ apùd S. Petrum sub an.*

Digitized by Google

annulo Piscatoris die 28. Octobris, 1610. Pontificatus nostri anno sexto, S. Cobellutius. Venerabili Fratri Gondisaluo Episcopo Portugalen. Antea
13 quoque à Sacra Congregatione decisum fuerat Episcopum visitationem aggredientem, atque etiam in præparatoria inquisitione, vt suspectum recusari non posse, neque probatione, vel suspicionis allegatione impediri, quominùs pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emẽdationem respiciat, visitatos afficere possit, pro vt refert *Armendar. tit. 6. de Visitation. lib. 5. §. 2. num. 8.* præmittens *num. 7.* hoc verùm, dùm tamèn in ea processum non compleat, & se intrà visitationis terminos contineat.

14 Hinc vt videamus præsens locus quoque instat, nùm Episcopus laicorum Confraternitates visitare possit? Herclè dicendum videtur, quòd Hospitalia, & Collegia quecunque, ac laicorum Confraternitates, quæ sub Regum immediata protectione non sunt, nisi ipsi consentiant: & omnia pia loca quorumcumque nuncupata, ab Episcopis sunt visitanda, etiam si eorum cura ad laicos
15 pertineat, vt *S. C. T.* statuit *sess. 22. de reformat. cap. 8.* iuxtà Concilij quoque Viennens. decretum in *Clement. quia contingit, de religios. domib.* & post alios inquiunt *Vgolin. de officio Episcopi, cap. 24. §. 1. num. 3. vers. Visitare. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Hospitale, §. 3. Piasec. in simili praxi, part. 2. cap. 3. num. 33. Marta de iurisdiction. part. 2. cap. 18.* & latissimè *Armendar. in addit. ad Recopil. legum Nauarr. lib. 1. tit. 6. de visitat. nu. 65.* vbi notat, memoratum S. C. T. decretum non prohibere, quin & sæculares Iudices eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè
16 competat: & *num. 66.* subdit, quòd si in Hospitalis fundatione dictum sit, quòd Ordinarius in eius visitatione se intromittere minimè possit, illud visitare non poterit: & *num. 67.* adnectit, quòd
17 Ordinarius Hospitale priuatum visitare, corrigere, & reformare potest in ijs tantùm, quæ ad fundatorum voluntatẽ obseruandam pertinent: quodque Hospitalia etiam vnita, in quibus Ecclesiæ sunt, vbi assiduè diuina officia celebrantur, & eorum bona distincta non sunt, ab Ordinarijs visitari debent: denique *num. 74.* obseruat, quòd Episcopus
18 Hospitalia omnia, & pia loca quocunque nomine nuncupentur, etiamuè si sint priuata laicorum visitare, corrigere, & reformare potest in casibus à iure concessis, ob negligentiam scilicèt, vel bonorum dilapidationem, vtque testatoris voluntas seruetur: Cœterùm ex eiusdem *Armendar.* testimonio *loc. cit. lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de Hospital. n. 4.* habetur, resolutum fuisse exequutionem aduer-
19 sùs Hospitalium Administratores condemnatos iuxtà *S. C. T. vbi supr.* siue soli Ordinario, siue vnà cùm alijs Deputatis reddita fuerit ratio, ad ipsum Ordinarium spectare: & ipsemet *num. 5.* addit in dubio Ordinarium ab Hospitalium, aliorum-
20 que piorum locorum Administratoribus administrationis rationem exigere posse, donèc coràm ipso doctum fuerit de institutione, in qua tecus
21 expressè cautum sit: & horum Hospitalium cõputa stante Consuetudine Episcopus, vnà cùm prædicti Hospitalis Magistro recognoscere tenetur, Estque itidèm Episcopo reddenda ratio ab
22 Administratoribus de locis omnibus pijs, siue ea publica sint, siue priuata, Ecclesiastica, vel laicalia pro vt idem *Armendar.* decisum refert *vbi supr. lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 78.* & ab huiusmodi Administratoribus administrationis rationes, non tan-
23 tùm semel in anno, sed pluries repeti possunt, præcipuè quando Episcopo constiterit, illas dolosè redditas fuisse, vel cùm redditio finalis, & plena cùm reliquorum restitutione non fuit, vt *Episcop. Riccius* sermocinatur *in praxi fori Ecclesiast. Resolut. 134.*

24 Episcopus præterea sæcularium Confraternitates in Regularium Ecclesijs erectas visitare valet, ac etiam in illas ad Sacri Concilij præscriptum iurisdictionem exercere potest quacunque contraria consuetudine haùd refragante, pro vt *Nauar.* edocet *in Lucerna Regular. verb. Visitare, num. 1.* animaduertens *num. 2.* id in hijs tantùm pro-
25 cedere, quæ Confratrum administrationem concernunt: laicorum enim Confraternitates in Ecclesijs Regularium exemptarum institutæ, Episcopi iurisdictioni, ac visitationi subsunt, & ab eo ne-
26 dùm Confraternitates illæ, sed etiam ipsarum capellæ eisdem in Regularium Ecclesijs existentes visitari possunt, in his tamen, quę Confraternitatum administrationem respiciunt, *Ciarlin. Controuers. forens. cap. 65. num. 7. & 8.* vbi aduertit, quòd quamuis Sacra Congregatio quò ad capellas, quę intrà easdem Ecclesias existunt, secùs sentijsse videatur: id tamèn circà ea intelli-
27 gitur, quæ non Confraternitatum, sed Regulariũ potiùs administrationem respiciunt, vt *Nauar.* notat *ibidem, num. 4.* Et generalitèr omnes tàm
28 Sæculares, quàm Regulares Clerici nullo obstãte priuilegio ab Episcopis visitari possunt, & si deliquerint, corrigi, ac puniri valent, *Sacr. Concil. Trident. sess. 6. cap. 3. & sess. 13. cap. 1.* ac demùm *sess. 14. cap. 4. de reformat.* Verùm Episcopus extrà visitationem dicti S. C. T. vigore Clericos Sæculares ab eo exemptos, & alteri inferiori Ordi-
29 nario sæculari Diœcesim intrà existentes subiectos, corrigere, & punire nequit, vt citatus *Armendar.* decisum refert *vbi supr. l. 5. §. 2. num. 9.* & memoratum *S. C. T. dict. cap. 4.* immemoriali Consuetudini non derogare, asserit *Seraphin. in decis. 417. num. 7.* nec corrigere *textum in Extrauag. cùm Matthæus, 3. de hæretic.* scribit *Caned. ad Clement. Collect. 14. nu. 9. cùm sequ.* Ex quibus modò.

30 Quæstio non vulgaris emergit, valeat nè visitari Hospitale nouitèr fundatum, & ipso fundatore superstite? Tangunt equidem quæstionẽ hanc *Petrus de Vbaldis in tract. de Canon. Episcop. cap. 4. vers. Quò ad secundam quæstionem, & Cochier. de iurisdiction. Ordinarij in exemptos, part. 1. quæst. 31. num. 4.* & visitari non posse resoluunt, quandoquidem Hospitale huiusmodi nõ Dei domus, sed hominis est, quam is, qui constru-
31 xit, & destruere, & alienare potest: itàque tunc Hospitale religiosus, & pius locus dicitur, cùm Ecclesiæ formam, vel Altare pro Missarum celebratione habet, & Episcopi auctoritate fundatum
32 est, quod quidem præsumitur, si locus ab antiquo sit in Ecclesiæ forma, vbi Sacerdotes celebrant, de quo *Felin. in cap. illud, num. 5. de præsumpt. & in cap. sicùt, num. 29. de re iudic. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 79. num. 3. Mascard. de probationib. Conclus. 583. 6. 3. & 869.* & ex temporis diuturnitate Ecclesiam Episcopi
33 authoritate ædificatã præsumi, notant *Mascard. vbi supra, conclus. 1316. num. 8. Cabed. decis. 52.*

Digitized by Google

num.vltim. itèm ad præsumendùm eam authoritatem adfuisse, oportet cymbalum constitutum
34 esse super tectum, publicèq; pulsari, vel si ibi celebretur omnibus indifferentèr ad diuina audienda admissis, *Sanchez de matrimon.lib.9. disput.15.num.39.*

Cœterùm ad expositorũ supra elucidationem videamus conueniens est, nùm testator fundans
35 Capellam eam ab Episcopi potestate eximere possit? ambigua quidem isthæc quæstio est, verùm pro negatiua parte absolutè respondit *Ant. de Pratis in tract. de potestate Episcop.cap.1.nu.* 3. & 5. quod post alios insequitur *Cochier. vbi supra, quæst.36.num.* 3. quamobrèm nescio quo iure procedat decisio, quam *Armendar.* refert *in loco supra recensito, tit.6.l.5. §. 2. num.66.* hisce verbis, *Si in fundatione Hospitalis sit dictum, quòd Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non poterit illud visitare,* quod etiam per Sanctam Sedem rescriptum fuisse, asserit *Carolus de Grassis de effect. Clerical.effect.1.nu.610.*
36 nisi dicamus, intelligendam de Hospitalibus,& Confraternitatibus, quæ à laicis, quasi merè laicales, reguntur, & in quibus piæ dispositiones non adsunt: vel de loco pio hospitalitatis causa priuatim instituto intrà ipsiusmet instituentis ædes intercluso, ità vt ab extra, si quid opus sit spiritualitatis, vocetur, nisi ab Episcopo æleemosynas quæ-
37 rendi licentiam petierit, cùm per huiusmodi licẽtiam visitandi ius Episcopus acquisierit, quia om-
38 nia nostra facimus, qualitercumque nostram interponimus authoritatem: Hæcquè satis sint ad huiusce decisionis ornatum, magnum sanè tractatum componerem, si in materia tàm vasta visitationum Episcoporum, & Prælatorum, calamum protrahere vellem, sed quia inhibet instituti mei ratio, idcircò ineruditum calamum sisto.

PROLOGOMEN.

Beneficij resignationem ab Ordinario receptam sine aliqua causa ex expressis in *Costitut. Pij V.58.incip. Quantæ Ecclesiæ*, nullitati obnoxiam esse probatur, Vndè ad clariorem elucidationem prænominatę Constitutionis verba quò ad hoc propositum recensentur, eaq; sigillatim illustrantur, quamplurimisque inspectionibus haùd breui quidem exornantur calamo, & optima etiam dirigente methodo pro iuuentute contra senectutis calũniam, ad probandum nimirùm, ætatem ad nihilum præditis viris conferre, sed doctrinę veram disciplinam pensitandam esse, ac senectutem ipsam nil tempore diuturno in peritam iuuentutem præscripsisse, è veteris, modernisque sæculis eximia iuuentutis memoria digna gesta memorantur, & testimonia memoratu digna adducuntur.

RERVM SVMMA.

1 *Resignatio Beneficij sine aliqua ex causis expressis in* Constitutione Pij V.58. *ab Ordinario recipi non potest, & num.2. & 107.*

Causæ recensentur num.4.35.37. 56.68.72. 74. 76.81.82. & 98.

8 *Verba* Constitutionis Pij V. *circà Beneficiorum resignationem adducuntur.*

5 *Senex quis dicatur.*
A quoue tempore exponitur num.6.

7 *Senes infirmi, & debiles vt plurimum sunt.*

8 *Infirmitas nulla in senibus requiritur, vt agrotare dicantur.*

9 *Senes agrotantium numero habentur.*

10 *Senex continuam infirmitatem habere dicitur.*

11 *Senectus insanabilis morbus uociferatur.*

12 *Mors senibus uicina est.*

13 *Iuuenis citò mori potest, & senex diù uiuere nequit.*

14 *Dies hominis breues sunt.*

15 *Senectus quid sit.*

16 *Senectus in tres diuiditur partes.*

17 *Homines à quo tẽpore ad pueritiam deduci dicantur.*

18 *Senes prudentes, ac prudentissimi præsumuntur.*
Comprimitur cùm decrepiti sunt, vt num.22.
Vel cùm in sola ætate, & canicie authoritatem ostendunt, vt num.23.

19 *Sententia illius magis tenetur, cuius antiquior extat authoritas.*

20 *Senibus magnus honos in consilio sessionibus, & conuiuijs semper fuit exibitus.*
Et maxima in ueneratione habiti, ut num.21.

24 *Sapientia vis haùd in canis sita est.*

25 *Ætas præditis viris ad nihilum confert, sed doctrina vera disciplina pensitanda est.*

26 *Iuuenes qui, & qui senes dici soleant.*

27 *Annorum numerus ab optima indole frustra exigitur.*

28 *Ætas non spectatur in eo, qui virtutibus fulget, moribus pollet.*

29 *Virtus spectata annalibus legibus non est subiecta.*

30 *Iuuenes nonnulli meritorum laude ætatis præiudicia superauere.*

31 *Virtutis cursus celerior est, quàm ætatis.*

32 *Vita longa nullum confert.*

33 *Iuuentus perita senectuti præferenda est.*

34 *Anni in iuuene respici non debent, sed verba, qua prudenter loquitur.*

36 *Valetudinarius quis dicatur.*

38 *Impedimentum corporis, vt valeat Beneficij resignatio, quale esse debeat, & num.39.*

40 *Corpore impediti Ordinibus insigniri non debent.*

41 *Clericus qui fieri vult, corpore vitiatus, aùt diminutus esse non debet.*

42 *Corpore vitiatus quis dicatur ad effectum, vt ordinibus insigniri non possit.*

43 *Pulcritudo, & boni habitus integritas sanitati accidunt.*

44 *Scientia, vel virtus ex deformi corpore veniens parum accepta est.*

45 *Virtus veniens de corpore pulcro gratior dicitur.*

46 *Sacerdotes qui olim apùd Romanos, & Persas eligebantur.*

47 *Corporalis fœditas animi, morumque deformitatem inducit.*

48 *Facies sæpè indicat quale est cor, & species corporis simulacrum est mentis, & figura probitatis.*

49 *Ani-*

Digitized by Google

49 *Anima pulcra residet in corpore pulcro.*
50 *Signa corporis nobis nota, nobis indicant animæ dispositiones ignotas.*
51 *Physiognomonia apprimè vtilis est ad præsumptionem de aliquo capiendam.*
52 *Exteriora indicant interiora.*
53 *Fronti nulla fides in Iure non verificatur.*
54 *Habitudo corporis, sicut quando turpis est, declarat, quem ad scelera procliuem, sta pulcra ad virtutes.*
55 *Bonus esse an possit, qui omninò deformis est.*
57 *Corporis deformitas qua dicatur, vt Ordinarius Beneficij resignationem acceptare possit.*
58 *Corpore vitiatus tanquàm irregularis Ordinibus insigniri non potest.*
59 *Membrum corporis pro qua parte sumatur.*
60 *Mutilatio partis alicuius membri quando irregularitatem producat.*
61 *Irregularis an fiat abscidens sibi membri partem.*
62 *Mutilans sibi voluntariè in notoriam culpam incidit.*
63 *Clericus non fit abscidens semetipsum.*
Ampliatur, quamuis abscissio sit illius membri, quo ad Ordinis ministerium minimè egeat, vt num. 64.
65 *Pudenda obtruncari an quis possit, vt castè viuat, & num. 66.*
67 *Clericus fieri potest ille, qui non sponte, sed casu fractus, vel castratus fuerit.*
69 *Crimina committentes ad Beneficia resignanda admittuntur, & num. 71.*
70 *Beneficiatus quibus in casibus ob crimen commissum venit Beneficio priuandus.*
73 *Irregularitas censura appellatione non continetur.*
75 *Beneficiatus quibus in casibus nequit, aut non debet Ecclesiæ, vel Beneficio inseruire.*
77 *Beneficia plura quando vni conferri possunt.*
78 *Beneficium Ecclesiasticum num ad congruam sustentationem sufficiens dicatur.*
Anne hoc in casu bonorum patrimonialium ipsius Beneficiarij ratio haberi debeat? traditur num. 80.
79 *Tempora quid petant, aut quid personis dignum sit, in omnibus semper considerandum est.*
83 *Ordinarius admittens renunciationem illius, qui matrimonium contrahere vult, illo contracto de præsenti, Beneficium illud statim conferre potest: admittens verò renunciationem illius, qui Religionem ingredi vult, illud conferre non potest, nisi post annũ, intrà quod exire potest, vt num. 84.*
85 *Dispositio S.C.T. sess. 25. de Regularib. cap. 16. in Beneficiorum resignatione locum habet, & num. 87.*
Et procedit pariter, cùm quis ante ingressum illius intuitu renunciat, vt num. 86.
88 *Renunciatio Beneficij Ecclesiastici, cuius titulo quispiam ordinatus est, ante habitus susceptionem nulla dicitur.*
89 *Beneficium infrà duos menses ante professionem num à Nouitio renunciare possit cùm solemnitate dicti S.C.T.*
90 *Renunciatio Beneficij infrà duos menses ante professionem simoniæ labe dicitur maculata, & nulla, vt num. 91.*
Contrarium verius, vt num. 93. 94. & 95.
92 *Beneficij collatio perpetua esse debet, non autem temporalis, & num. 96.*
97 *Actus tempore, quo effectus producit, fieri dicitur.*
99 *Inimicitia iusta dicitur causa, vt Ordinarius Beneficij resignationem admittere possit.*
100 *Inimicitia capitalis ex verbis iniuriosis oritur.*
Item ex criminali accusatione, vt num. 101.
Itemque si quæstio status moueatur, vt num. 102.
Et quoque, ex lite super omnibus bonis, vel maiori illorum parte, vt num. 103.
104 *Lites omnium criminum, omniumque malorũ causa sunt.*
105 *Litium incommoda recensentur.*
106 *Litigia finita in immensum trahi non decet.*
108 *Munera Ecclesiastica sponte, & absque Superioris licentia deserere non conuenit.*
109 *Episcopus sine licentia Summi Pontificis Diœcesim suam eiurare, & dignitati suæ renunciare non potest.*
Quod pluribus ornatur testimonijs, vt num. 110. 111. & 112.
113 *Ordinarius Beneficij resignationem admittens absq; vlla ex causis expressis in* Constitutione Pij V. *nullam pœnam incurrit.*
114 *Ordinarius obseruare maximè debet, vt coràm eo Beneficium resignans, si in Sacris constitutus sit, habeat aliundè, unde uiuere commodè possit.*
115 *Beneficium, ad cuius titulum quis promotus est resignari nequit, non facta mentione, quòd ad illius titulum fuit promotus.*
Et nisi constiterit quòd renuncians ipse aliundè vitam commodè traducere possit, vt notatur num. 116.
117 *Resignatio Beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, nulla est non constito, quòd renuncians habeat aliundè, unde uiuere commodè possit.*
Ampliatur etiam in foro poli, vt num. 118.
119 *Resignans ut mentionem faciat, se ad titulum Beneficij resignati fuisse promotum, pro forma requiritur.*
120 *Forma per æquipollens adimpleri non potest.*
121 *Actus in totum corruit forma non seruata.*
122 *Resignatio beneficij, ad cuius titulum quis Sacris fuit Ordinatus, nulla est non facta mentione, quòd ad illius titulum fuit promotus, etsi cum sufficienti pensione ad congruam sustentationem facta sit, & num. 125.*
Ampliatur in permutatione, vt num. 127. & 129.
Restringitur in habentibus minores Ordines, vt num. 142.
123 *Clericus cum Ordinis dedecore in plateis mendicare non debet.*
124 *Effectus cessat finali causa cessante.*
126 *Vnum ex duobus requisitis adimplere non sufficit.*
128 *Permutans beneficium tacendo ordinationem ad titulum num tutus sit in foro poli.*
130 *Permutatio vera dicitur resignatio,*
131 *Regula de infirmis resignantibus, & decedentibus infrà 20. dies à præstito consensu numerandos, vt actus sit nullitati obnoxius, suum obtinet locum, si permutationis ex causa fecerit.*

132 *Per-*

Digitized by Google

132 *Permutatio quid sit.*
133 *Beneficij vacatio cum titulo, & possessione inducitur.*
134 *Collatio beneficij resignati ex permutationis causa alijs facta, quam ipsis permutare volẽtibus, nulla dicitur.*
135 *Collatio noua an requiratur, quando resignatio est nulla, & effectum non habuit, & num.* 136. & 137.
138 *Resignatio beneficij, quamuis in Summi Pontificis manus facta sit, nulla dicitur non facta mentione, quòd ad beneficij titulum fuit promotus, & aliquid aliundè non habeat, ex quo vitam commodè ducere possit.*
Limitatur iuxtà latè exposita in num. 139. & 140.
141 *Sustentatio congrua pro resignationis validitate quanam dicatur.*
143 *Clericus in minoribus sine peccato matrimoniũ contrahere potest, & beneficia ipso iure vacabunt.*
144 *Cõstitutio loquens de Sacris Ordinibus minores Ordines non comprehendit.*
145 *Ordines minores appellatione Sacrorum Ordinum non veniunt.*
146 *Ordinarius beneficij resignationem admittens, illud suis, aùt resignantium consanguineis, & affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, conferre non potest.*
Restringitur in beneficijs iurispatronatus, vt nu. 147.
148 *Ordinarius si beneficium coràm ipso resignatũ resignantium consanguineis, aùt suis, vel familiaribus conferat, à beneficiorum collatione, electione, & institutione suspenditur, donec à Summo Pontifice absolutionem obtinere meruerit.*
Et si suspensione non obstante istorum aliquid fecerit, excommunicationis pœna subijcitur, vt num. 149.
Intelligitur de suspensione dumtaxàt, qua circà collationem, eiusque speciem pertinet, vt num. 151.
Ampliatur quamuis hanc pœnam per dictam Constitutionem sibi impositam esse ignorauerit vt num. 152.
Et declaratur, dummodò non adsit sola resignationis admissio, sed si sequuta fuerit collatio, vt num. 153.
150 *Suspensio à Diuinis ipso iure species est interdicti.*
154 Constitutio Pij V. *dans formam resignandi locum non habet, cùm beneficium resignatur pro vnione fabricæ Ecclesiæ, & num.* 156.
155 *Beneficium quando fabricæ Ecclesiæ vnitur, titulus penitùs extinguitur.*
157 *Episcopus an beneficia fabricæ Ecclesiæ vnire cogatur.*

OBSERVATIO CLXXXIX.

1 REsignandus haùd est præsens locus de Beneficiorum resignatione agens. Altercatio proponitur, nùm talis Beneficij resignatio ab Ordinario sine aliqua causa recepta sit nullitati obnoxia? & pro cõclusiua sententia emanatum fuisse arrestum testatur noster *Author hic*, quod quidem vno ore absque aliqua tergiuersatione approbant omnes, & nos discedendum minimè esse erudimur, scitur nàmque, quòd simplex Beneficiorum resignatio
2 ad hoc, vt coràm Ordinario fieri possit, causa requiritur, quę quidem exprimitur in *Constit. Pij V.* 58. *incip. Quanta Ecclesia*, Dat. *Romæ anno Incarnationis Dominicæ* 1568. quam referunt *Quarant. in Summa Bullar. verb. Beneficiorum resignationes, Flaminius de resignation. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 2. *Vgolin. de Officio Episcop. cap.* 50. §. 18. *num.* 3. & de ea memores sunt noster *Author hic*, & *Nouar. in summa Bullar. tit. de Beneficiorum resignatione, & permutatione*, cuius particula quò ad hoc propositum sic habet.

3 *Posthac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum dumtaxàt resignationes recipere, & admittere possint, qui aùt senio confecti, aùt valetudinarij, aùt corpore impediti, vel vitiati, aùt crimini obnoxij, censurisq; Ecclesiasticis irretiti, aùt nequeunt, aùt non debent Ecclesiæ, vel Beneficio inseruire, seù qui vnum aliud, vel plura Beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud cõtingerit promoueri. Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim posteà id re ipsa exequantur. Denique cùm quis ex alijs casibus acciderit, qui Constitutione fœlic. record. Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesijs edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco Beneficij residere securi. sed nec horum vllus Sacro Ordini mancipatus, nisi Religionem ingressurus valeat vllo modo Beneficium, vel Officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliundè ei sit, quo in vita possit commodè sustentari. Ad hæc Beneficiorum, & Officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itèmq; omnes Electores, Præsentatores, & Patroni tàm Ecclesiastici, quã laici, quicumque sint, nè verbo quidem, aùt nutu, vel signo futuri in huiusmodi Beneficijs, & Officijs successores ab ipsis resignantibus, aùt alijs eorum significatione, & hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumq; intercedat. Cæterùm præcipimus, atq; interdicimus, nè ipsi Episcopi, aùt alij collatores de Beneficijs, & Officijs resignandis prædictis, aùt suis, aùt admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarũ in extraneos collationum audeant prouidere, quod si secùs, ac etiam quicquid præter, vel contrà formam prædictorum fuerit à quocumq; temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, vt in eo, quo deliquerint puniantur, à Beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuiq; competierit, tamdiù suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia Beneficia, seù Officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excõmunicationis quò ad personas, quò verò ad capitula, & contentus à diuinis suspensionis sententias*

ipso

ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quàm ipse Romanus Pontifex, siuè absolutionis, siuè relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) ualeat impartire, prohibitione, & literis nostris prædictis, nihilominùs in cæteris omnibus perpetuò ualituris non obstantibus, &c.

4 Enimuerò ex iàm præpositis *Constit.* uerbis dignoscitur, complures causas adesse, ex quibus Ordinarij Beneficiorum resignationes admittere possunt, quarum potissima illa est, cùm Beneficiatus resignare uolens est senex, prout habetur ibi, *Senio confecti*, & de Iure Communi probat *textus in cap. Nisi cùm pridem, de renunciat.* ubi *Abbas num.* 8. qui autem tales dicantur, prudenti
5 Iusdicentis arbitrio remittitur considerata personarum qualitate propter complexionum diuersitatem, ut inquiunt *Menochius de arbitr. casu* 59. *num.* 3. *lib.* 2. *Mascardus de probationib. cõclus.* 1295. *num.* 8. *vol.* 3. quos recenset *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in commentar. super Ritibus M.C.V. tom.* 2. *Rit.* 166. *num.* 108. *post medium*, & proprijs in terminis edocent noster *Author hic, num.* 4. *Flaminius de resignatione vbi supra, num.* 8. *Nouar. dict. loc. num.* 2. *Prosper de Augustino in addit. ad Summ. Bullar. verb. Beneficiorum resignationes, in princip. Marcus Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap.* 53. *num.* 1. Beneuerùm ità dicuntur ab anno sexa-
6 gesimo, teste *Abb. in cap. quoniam frequenter, num.* 28. *extrà, ut lite non contest.* & Doctores omnes in hoc conuenire, tradunt *Card. Cõtrad. Med. lib.* 2. *Controu.* 10. *tract.* 5. *Paulus Zacchia Medicus Roman. QQ. Medico-Legal. quæst.* 9. *per tot.* notabilia complura subnectens, & de cõmuni quoque attestans, sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Petra d. l.* ac etiam suadetur ex testimonio *Plinij lib.* 1. *p.* 12. vbi de Gorœlio Ruso inquit, *Impleuit annum sexagesimum, & septimum: Quæ ætas etiam robustissimis satis longa est.* Hi
7 namq; infirmi, ut plurimùm sunt, & debiles, *Ludouic. Gomez in Regul. Cancell. de infirmis, quæst.* 7. *Nenizan. in Sylua nuptial. lib.* 2. *num.* 4.
8 ità vt in senibus nulla infirmitas requiratur, vt ægrotare dicantur, *Card. Tuschus PP. Concluſ. lit. S. concluſ.* 103. *num.* 4. *Narbon. de ætat. anno* 80. *quæst.* 3. *num.* 7. & in ægrotantium numero
9 haberi notat *Baez. de inopia debitor. cap.* 7. *num.* 11. *& Barbat. in cap. Naturales, num.* 92. *tit.* 5. *de feud. defunct. fuer. controu.* dixit, senem contí-
10 nuam infirmitatem habere: id quod equidem ex *Virgilio* constat *lib.* 6. *Æneid.*

Subeunt morbi, tristisq; senectus.

ac etiam ex *Seneca Epist.* 109. vbi senectutem
11 morbum insanabilem vocat: & morbum naturalem appellat *Aristoteles lib.* 5. *de gener. animal.* quarè *Diuus Hieronymus ad furiam, lib.* 2. *Epist.* 19. ità inquit, *Iàm incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt, & fronte ob senium rugis arata, vicina est mors in foribus, & propè desi-*
12 *gnatus rogus.* & hic elegans est, & arguta Marcellæ ad Gerealem responsio: nàm cùm, vt refert *Diuus Hieronymus ad princip. Epitap. Marcellæ*, Cerealis mandasset, posse & senes diù viuere, & iuuenes citò mori, elegantèr lusit Marcellæ,
13 *Iuuenis quidem potest citò mori, sed senex diù uiuere non potest.* confert, quod *Seneca* diuinitùs dixit *Epist.* 30. ibi, *Nihil habet, quod speret, quem senectus ducit ad mortem huic uni interdici non potest.* ac etiam quod sancto afflatu inquit *Diuus Bernardus Epist. ad Eustachium* 185. ibi, *Breues*
14 *dies hominis sunt, sed seni mors in ianuis est.* Ex quibus porrò dicimus, quòd senectus nihil aliud
15 est, quàm vitæ occasus, cùm semper in morte senes sint; At hic modò conuenit, vt etiam referamus, quòd *Andreas Laurentius de senectute, tom.* 20. *cap.* 20. in tres partes ipsam diuidit sene-
16 ctutem (quamque diuisionem *Galenus* paritèr inquit in *lib.* 5. *de tuend. sanit.*) quarum primam à quinquagesimo virilem appellat; Secundam, quæ ab anno ætatis septuaginta effulgere incipit, frigidam, & infirmam vocat; Tertiam ab octuagesimo anno decrepitam nuncupat, de qua vltima intelligi debet illa Partemia Græca, *bis pueros esse senes*, quemadmodùm inquit *Ægid. Thomas. de mumeribus pag.* 303. subnectens, à septua-
17 gesimo anno ità demùm homines ad puritiam deduci, vt nihil commune habeant cùm homine, sed cùm infantia; Hinc etsi senes prudentes, ac
18 prudentissimi præsumantur, adeò vt eorum sententiæ in opinione sint semper habendæ, etenim,
19 quòd illius sententia magis tencatur, cuius antiquior extat auctoritas, verius est, vt *Virgilius* præsertim cecinit *lib.* 5. *Æneid.* ibi.

Talibus accensus dictis senioris amici
Dat senior.

20 quapropter magnus honos in consilio, sessionibus, & conuiuijs senibus fuit semper exibitus, vt refert *Aul. Gell. lib.* 2. *Noct. Att. cap.* 11. iũctis *Dorlean. ad Tacit.* 3. *ann. pag.* 372. *Scriban. libr.* 2. *Politic. Christian. cap.* 7. *uers. Quod de Principe.* & maxima in veneratione habiti, vt *Callistratus*
21 *I.C.* testatur *lib.* 1. *de cognitionibus*, notatus in *l. semper in Ciuitate* 5. *D. de iur. immunit.* ibi, *Sẽper in Ciuitate nostra senectus uenerabilis fuit, nàmq; maiores nostri, penè eundem honorem senibus, quàm Magistratibus tribuebant.* & *Iustinus* scripsit *Hist. lib.* 3. ibi, *Licurgus maximum honorem, non diuitum, & potentum, sed pro gradu ætatis senum esse uoluit.* quibus conferunt *Imperatoris Iustiniani* dicta in *l.* 2. *§. quæ omnia, uers. Tanta, C. de ueter. iur. enucl.* ibi. *Tanta autem à nobis antiquitati habita est reuerentia.* quemadmodùm & quoque legitur in *Sacra Scriptura Veter. Testam. in Leuit.* 29. ibi, *Coràm cano capite consurge, & honora vultum potentis.* Nihilò tamen minùs effatum illud limitationem
22 recipere opinamur, si senes decrepiti sint, cùm omni sensu, & ratione destituti esse videantur, *Narbon. de ætate anno* 30. *quæst.* 2. *num.* 9. ac etiã si sola in ætate, & canicie auctoritatem ostendũt,
23 vtputà, quia multò vixerint, multorum conscij sint, atque ætate tali, mẽte, & animo compari, etenim tunc multò fortiùs effatum illud restrictio-
24 nem habere dicendum euenit, quandoquidem sapientiæ vis haùd in canis sita est, vndè latinæ eloquentiæ lumen, & orator *Cicero* non abre senes istos damnauit *lib.* 1. *de Offic.* ex quibus versum est, quod communi ioco fertur,

Stultitia est, qua te non finit esse senem;
Nequitia est, qua te non finit esse senem.

25 Hinc certum compertimus, ætatem ad nihilum prædictis virtis conferre, sed doctrinæ veram disciplinam pensitandam esse, iuxtà memorandam *Diui Gregorij* sententiam *lib.* 3. *Moral.* ibi, *Iuue-*
26 *nes dici solent, qui nulla consilij grauitate deprimuntur, senes verò non eos Sacra Scriptura*

vo-

Digitized by Google

vocare consueuit, qui sola temporum quantitate, sed qui morũ grauitate maturi sunt, quarè *Plin.*
27 *in epist.* rectè ait, ab optima indole frustra exigi annorum numerum, prout *Vopisc. in Prob.* dicens,
28 in eo nõ expectari ætatem, qui virtutibus fulget, moribus pollet, & *Cassiodor.* Spectata quidem
29 virtus annalibus legibus subiecta non est: iàmq; honoris insulis adultam cingere dignus est cæsariem quisquis meritorum laude ætatis præiudicia
30 superauit; vti superauere complures, quorum gesta, & fasta memorantur, atteſtanturque *Liu. lib. 1. Decad. 1. lib. 7. Decad. 1. & lib. 8. Decad. 3. Cornel. Tacit. in Dial. Orat. Tit. Liu. Decad. 3. lib. 18. Aul. Gell. lib. 15. Noct. Att. cap. 26. Suet. in Iul. Cæsar. Cicer. in 5. Philipp. Herodot. var. lib. 6. Tarcag. 1. p. lib. 6.* & iuuentutis eximia memoria digna gesta apùd moderna sæcula memorant *Dom. Caietanus Ageta in Apologia* proximè recensenda *in fine*, & *Dom. Dominicus de Rubeis Certam. Forens. 8. num. 43. in fin.* ex quo-
31 rum planè testimonijs iudicari optimè potest, virtutis esse, quàm ætatis cursum celeriorem; Igitùr
32 cùm nullum conferat longa vita, meritò demùm firmandum consequitur, senecturi præferendam
33 esse iuuentutem, eam nempè, quæ præditis moribus, & virtute non modica, ætate qua viret, deco-
34 ratur, cuius etiam non annos, quos agit, respici debent, sed quæ decent verba prudenter loquitur, quemadmodùm Iato, erudito, ac perito calamo *Dom. Caietanus Ageta* probat in *sua Apologia pro Iuuentute, contra Senectutis calumniam.*
35 Secunda, quæ sequitur causa, ea est nempè infirmitas Beneficium resignare volentis, vti recensita in Constitutione habetur ibi, *Aut valetudinarij*, & scribunt *Flaminius de resignation. lib. 5. quæst. 6. num. 9. Prosper de Augustino in addit. ad Summ. Bullar. verb. Beneficiorum resignationes, vers. Secunda;* Valetudinarij autem, qui di-
36 cantur, prudẽti etiã Iusdicentis arbitrio relinquitur, quemadmodùm edocent memorati *Menoch. de Arbitr. cas. 60. Marcus Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 53. vers. Aut valetudinarij, & Nouar. in summa Bullar. tit. de Benefic. resignation. & permutation. num. 2. vers. Secunda est infirmitas.*
37 Tertia causa, quæ representatur, est cùm Beneficiatus est corpore impeditus, vt in relata Cõstitutione patet ibi, *Aut corpore impediti*, quam tamèn circà animaduerti debet, impedimentum
38 tale esse oportere, vt id, ad quod tenetur, præstare non possit: vel aliàs ipsi Ordinario sufficiens esse videretur, vti inquiunt *Prosper de August. vbi supra, vers. Tertia, Genuens. dict. cap. 53. Nouar. loc. cit. vers. Tertia, & Flamin. dict. quæst. 6. num. 31. & 32.* vbi *à num. 36.* exemplificat in octo
39 morborum generibus, videlicèt in leproso, in scabroso hærculeo, in paralytico, in apoplectico, in habente morbum comitialem, in lunatico, in laborante morbo gallico producente vlcera per corpus, in habente manus tremulas, vel chiragrã
40 continuam: qui quidem nec Ordinibus insigniri debent, qui enim Clericus fieri vult, corpore vi-
41 tiatus, aùt diminutus esse non debet: & corpore vitiatus ad effectum prædictum ille dicitur, qui
42 membro principali caret, vel quia ità natus est, vel quia illud mutilatum, aùt debilitatũ sibi fuit: aùt ipsum nimia illius deformitas angit, nàm se-
43 cundùm *Galenum lib. de definit. medi.* sanitati accidunt pulchritudo, & boni habitus integritas,
44 testeq; *Senec. Epist. 40.* minùs est accepta scientia, vel virtus ex deformi corpore veniens: vndè
45 vulgò fertur, quod gratior est virtus veniens de corpore pulchro; Apùd Romanos olim ab ætate Romuli mos erat, eos solos Sacerdotes eligendi, qui & genere excellentes, & virtute præstantes,
46 nec tamèn inopes, aùt corpore vlla ex parte truncati fuissent, vt *Dionis.* refert *lib. 2. Roman. antiqu.* Apùd Persas vsuparitèr receptũ fuit, Sacrorum Ministros corpore integros admittendi, nullamq; maculam habentes, neque aliqua corporis fœditate notatos, quemadmodùm scribit Regnicola ille noster *Alexander ab Alexandro lib. 6.*
47 *dier. genial. cap. 14.* quia corporalis fœditas, animi, morumq; deformitatem indicat, *arg. cap. quia diuersitatem, de conces. præbend.* & tenet ibi *Ab-*
48 *bas notab. 1.* facies enim sæpè indicat quale est cor, & species corporis simulacrum est mentis, & figura probitatis, *Diuus Ambrosius libr. 2. de Virgin.* quem laudat *Caballos commun. contra commun. quæst. 248. num. 15.* vbi *à num. 6.* multa de pulchritudine adducit: & sæpè pulchro in-
49 corpore pulchra residet anima ex sententia *Cynii* relata ab *Alexand. in consil. 209. num. 10. vers. Dictus verò iuuenis, lib. 6.* Proindè loquebatur Dominus ad Moysem dicẽs, *Loquere ad Aaron, homo de semine tuo per familias suas, qui habuerit maculam non offeret Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cœcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manus si cibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem, scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus, omnis enim qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. Leuit. cap. 21.* refertur in *can. hinc etenim, 49. distin.* Cœterùm per corporis signa nobis nota, in-
50 quiunt Logici, animæ dispositiones nobis ignotas syllogizamus, *Aristot. 2. Perierm.* appositè
51 enim ad præsumptionem de aliquo capiendam vtilis est Physiognomonia, vt post alios indicat *Thom. Actii. de ludo schaccorum, quæst. 5. princ. num. 67.* Vndè *Propert.*

Ex operum specie clarescunt intima cordis.

52 exteriora siquidem interiora indicant, *§. pauonũ, Element. Iur. de rerũ diuision.* quamobrèm in-
Iure haùd verificatur effatum illud, *Fronti nulla*
53 *fides*, & propterea *Baldus in l. obseruare, C. quorum appell. nõ recip.* rectè dicit, quòd sicùt turpis
54 habitudo corporis declarat, quem ad scelera procliuem, ità pulchra ad virtutes: non enim facilè
55 fieri potest, vt qui omninò deformis est, bonus sit, *Bouadilla in sua Politic. lib. 1. cap. 8. num. 8.* Vndè *Mart. lib. 12. Epigram.* in Zoilum ex corporis deformitate illum opinabatur improbum, remq; mirandam esse subiungit, si fortasse bonus esset.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

56 Quarta detegitur causa, quæ est, cùm Beneficiatus est corpore vitiatus, vt in relata Constitutione ibi, *Vel vitiati*, & hanc quidem *Flaminius dict. quæst. 6. num. 32. Prosper de Augustin. dict. loc. vers. Quarta, & Nouar. dict. num. 2. vers. Sexta*, in sex corporis deformitatibus exemplifi-
57 cant, nimirùm in cœco, in claudo, in habente ma-

Digitized by Google

manum mutilam, vel manus articulatas ad vtendum inefficaces, in habente crus penitùs abscissum, aùt adeò contractum, vt ligneo pede opus sit, in ciboso, & tandèm in qualibet notabili parte corporis diminuto: quibus profectò, quæ proxi-
58 mè delineauimus, adaptantur, etenim hi tanquàm irregulares ad ordines admittendi minimè sunt: Illud modò in memoriam redigo, quòd membrũ
59 pro ea parte sumitur, quæ certum officium deputatum habet, ac demùm omne id, quod nostro in corpore distinctam habet operationem: mutilatio autem partis alicuius membri irregularita-
60 tem non producit, nisi pars illa abscissa celebrãdi adimeret potestatem, nempè si pollex præcisus esset, aùt quouis aliorum digitorum requisitorũ ad consegrationem, *cap. final.* & ibi *Gloss. vltim. de corpore vitiat.* vel deformitatem operaretur scandalosam, *cap. 1. eod. tit.* & hoc in euentu locũ habere arbitramur opinionem *Doctorum* asseren-
61 tium, abscindentem sibi partem membri irregularem fieri, tametsi eius culpa notoria minimè sit: alijs verò in euentibus ad irregularitatem incurrẽdam ex partis membri abscissione notoriè culpa requiritur, & hisce in terminis procedere potest sententia aliorum, qui notoriam culpam requiri tenent, cùm totum membrum minimè est abscissum; in notoriam verò culpam incidere,
62 qui voluntariè sibi mutilat, nemo in contentionem, aùt in cõtrouersiam vertere audet, qui enim
63 abscinderit semetipsum non fiat Clericus, habetur in *Canon. Apost.* 22. relato in *can. qui partem*, 55. *dist.* tametsi abscissio sit illius membri, quo minu-
64 mè egeat ad Ordinis ministerium, nec deformitatem operetur, utputà, si obtruncasset pudenda, idque quamuis fecerit, vt castè viuat, *Bellet. de disciplin. Cleric.* §. 7. *num.* 12. non enim per cor-
65 poris abscissionem à Deo plasmati existimare debent, posse à se carnales concupiscentias amputare, sed per religionis, vel abstinentiæ disciplinam; Vndè illud *Matthæi* 19. quatenùs Dominus noster dicit esse Eunuchos, qui se castrauerunt pro-
66 pter Regnum Dei, intelligendum quidem est de Eunuchis spiritualitèr, idest de his, qui perpetuò à fœminarum concubitu se abstinent, prout interpretantur *Diuus Augustinus*, & alij, quos cõgerunt *Couarruu. in clement. si furiosus, part. 1. in princ. num. 6. vers. Quintò, Bellet. vbi supra, num. 13. & Campanil. in Diuersor. Iur. Canonic. Rubr. 11. cap. 17. num. 12.* vbi etiam secundùm *D. Chrysostom.* quem refert *Sotus lib. 5. de Iustit. quæst. 2. art. 1. in fin.* dicit, intelligi posse de illis, qui non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem se castraue-
67 runt: At quidquid sit, si non sponte, sed casu quis fectus, vel castratus fuerit, nempè propter infirmitatem, aùt languorem, aùt in cunabulis, seù à barbaris, aùt per hominum, siue dominorum insidias eunuchus factus, vel si ità natus fuerit: Clericus tũc fieri potest, & si iàm sit susceptis in Ordinibus ministrare valet, vt inter cæteros firmant *Bellet. dict.* §. 7. *num.* 16. *Garzia de Beneficijs, cap.* 12. *num.* 6.

68 Quinta causa, quæ nos aggreditur, ea est nimirùm, cùm Beneficiatus est crimini obnoxius, vt eadem in Constitutione patet ibi, *Crimini obnoxij*, crimina enim committentes faciliùs quippè
69 ad Beneficia resignanda admittuntur, cùm ad eorum priuationem iura conueniant, *Fusch de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 25. Flamin. dict. quæst. 6. num. 57. Nouar. dict. num. 2. vers. Quinta, & Prosper de Augustin. dict. loc. vers. Quinta*, qui exem-
70 plificant in calibus, in quibus ob crimen commissum venerit Beneficio priuandus, videlicèt in homicida, in simoniaco, in adultero, in concubinario, qui post admonitionem non resipiscit, in substinente excommunicationem per annum, in periuro, & in blasphemo; Et criminosi huiusmo-
71 di inquisitione pendẽte, etiam post receptas probationes, conclusumue in causa, quinimmò & pendente appellatione à priuationis sententia, Beneficijs coràm Ordinario simpliciter renunciare possunt, modò criminis, inceptiq; processus mentio fiat, & nè crimen illud renunciantem indignũ redderet, vt inquiunt *Prosper de Augustino vbi proximè, & Flaminius de resignation. dict. lib. 3. quæst. 16. num. 23.* nec non etiam *Genuens. in supra allegato cap. 53. in annotat.*

72 Sexta, quæ repræsentatur, illa equidem est, quoties Beneficiarus Ecclesiasticis censuris esset irretitus, vt cautum legimus in memorata Constitutione ibi, *Censuris q; Ecclesiasticis irretiti.* & inquiunt paritèr *Flaminius de resignatione, dict. quæst. 6. num. 67. Prosper de Augustino vbi supra, vers. Sextà, Nouar. dict. num. 2. vers. Sexta*, atque etiam annuunt *Genuens. dict. cap. 53. & Fuschus dict. cap. 28. num. 14.* ist hæc autem censura diuisionem recipit, propterea quod in *cap. quarenti, de verbor. significat.* eam in excommunicationẽ, suspensionem, & interdictum diuidi notatur, & obseruant itidèm *Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 1. Henriquez in Sũma, lib. 13. cap. 6. Suarez de censuris, tom. 5. disputat. 1. sect. 3. Anila in simili tractat. part. 1. disputat. 2. dub. 5.* Sed an
73 censuræ appellationæ irregularitas quoque contineatur? Negatiuè respondent *Fr. Emmanuel QQ. Regular. tom. 1. quæst. 62. art. 12. Cened. ad Decret. collect. 52. num. 12. in med.*

74 Septima, quæ nobis occurrit, illa est, cùm Beneficiatus nequit, aùt non debet Ecclesiæ, siue Beneficio inseruire, vt supra recensita in Constitutione dicitur ibi, *Aùt nequeunt, aùt non debẽt Ecclesiæ, vel Beneficio inseruire.* & referunt quoque *Flaminius, Prosper de Augustino, & Nouar. in sedibus indicatis*, qui demùm hoc exemplifi-
75 cant, nimirùm quò ad primam partem, in Clerico bãnito, in dæmoniaco, & in muto effecto: quò ad secundam verò de illis scilicèt, qui etsi possint, Ecclesiæ tamèn, vel Beneficio deseruire non debent, exemplificant in Clerico turpitèr, & scandalosè viuente, in lunatico, in patiente stomachi languorem, & sic vomitum, in illiterato, & in morbum caducum habente.

76 Modò ad octauam deuenimus causam, ex qua Ordinarij Beneficiorum resignationes recipere possunt, quæ planè illa est nimirùm, cùm Beneficiatus vnũ, aliud, aùt plura obtinuerit Beneficia, quemadmodum in supra indicata Constitutione habetur illis in verbis, *Seù qui vnum aliud, aùt plura obtinuerit Beneficia*, & obseruant paritèr recensiti *Doctores in numeris seqq.* nàmque vnus vno debet esse contentus Beneficio, quod quidẽ
77 si ad vitam eius honestè substentandam non sufficiat, licet aliud simplex sufficiens, dummodò vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, vt *S. C. T.* disponit *in sess. 24. de reformat. cap.* 17. per quod ità resoluũt *Nauarr.*

Digitized by Google

In Manual. cap. 23. num. 123. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 2. cap. 12. Garzia de Beneficijs, part. 11. cap. 5. num. 268. Vgolin. de potestat. Episcop. cap. 14. §. 2. cœterique non pauci, quos *Augustinus Barbosa* conglomerat in *tract. de potestat. Episcop. allegat. 62. num. 1.* & deseruiunt, quæ Ipsemet notaui hoc in eodem Opere *Obseruat. 155. à num. 17.* At quòd Beneficium Ecclesiasticum ad congruam sustentationem sufficiés
78 dicatur! Planè, quia hoc à Iure definitum non est, & certa sub regula comprehendi minimè potest, quandoquidem illud, quod vnius respectu magnum dicitur, alterius respectu paruum iudicatur, vera, & recepta sententia est, hoc prudenti Iudicis arbitrio relinqui, paulò plus, vel minus æstimandum, per Regulam *textus in l. 1. D. de iur. delib. & in eap. de causis, §. illis etiam, de offic. Delegat.* consideratis considerandis, qualitate scilicèt personarum, locorum, & temporum, etenim, *In omnibus* inquit *Cicero 2. de Inuent.*
79 *quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, semper considerandum est.* & aduertunt hoc idem cœteris consultò missis *Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 25. num. 39. Prosper de Augustin. in addit. ad Quarant. in Summa Bullar. verb. Beneficiorum resignationes, cauf. 8.* vbi
80 etiam resoluit, in iudicanda Beneficij sufficientia bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij rationem haberi minimè debere.

81 Deuenimus itidèm ad nonam in præcedentiũ ordine, quæ profectò est, quando Beneficiatus ad aliud Beneficium promoueri contingeret, vt in dicta Constitutione patet ibi, *Vel quos ad aliud contingerit promoueri.* & obseruant similitèr *Prosper de Augustino vbi supra, vers. Nona, Flamin. de resignation. dict. quæst. 6. num. 157. cum sequ.* quia talis resignatio non tàm fieri dicitur propria voluntate, quàm ex necessitate, per *textum in cap. de multa, de prabend. & in Extrauag. Execrabilis, vers. Qui verò deinceps, eod. tit. inter communes.*

82 Prætereà causa, quæ decimum occupat locum, ea est nimirùm, cùm Clericus Beneficiatus Religionem ingredi, aùt matrimonium contrahere vellet, dummodò statim re ipsa id exequatur, vt memorata in Constitutione habetur ibi, *Religionem quoq; ingressuri, vel matrimonium contracturi. si statim re ipsa id exequantur,* & inquit similitèr *Fusc. de visitation. libr. 2. cap. 28. num.* 18. iunctis alijs, quos supra sæpè laudauimus, qui tamen discrimen constituunt inter Religionem ingredientes, & matrimonium contrahentes, qui si Ordinarius admisit renunciationem illius, qui matrimonium contrahere vult, illo contracto de præsenti, Beneficium illud conferre potest: si ve-
84 rò admittat renunciationem illius, qui Religionem ingredi vult, eo Religionem ingresso, statim Beneficium illud conferri non potest, sed expectare debet per anni curriculum, intrà quod exire potest, vt præcisè demùm firmat *Flamin.* decisũ referens *de resignation. lib. 3. quæst. 13. à num. 4.*
85 ac demùm illic firmans *S. C. T. sess. 25. de Regularib. cap. 16.* statuentem, quòd dispositio bonorũ temporalium à Nouitijs fieri non possit, cùm primum recipiunt habitum, sed duos intrà menses ante professionem, cùm Episcopi, vel eius Vicarij licentia: locum sibi vindicare in Beneficij resignatione: id quod equidem ea ex ratione admittit, nè quis scilicèt dùm est Nouitius temerè renunciet, & posteà & Monacatu, & Beneficio carere contingat, si fort è ad professionem non admittatur, vel ipse posteà professionem emittere nolit: quam tursùs affirmatiuam sententiam lo-
86 cum obtinere asserit, etiam cùm quis antè ingressum illius intuitu renunciat, cùm in fraudem facta videatur, iuxtà ea, quæ Ipse hoc in eodẽ Opere plenè exposui *Obseruat. 37.* præcipuè cùm aliundè non habet, ex quo viuere possit, vel ad il-
87 lius Beneficij titulum ordinatus est, nàm his casibus resignatio admitti minimè debet, nisi de professione certitudo habeatur: hæcq; veritate niti affirmat *Episcop. Campanil. in Diuersor. Iur. Canon. Rubr. 12. cap. 3. num. 10.* quemadmodùm
88 & Ego illa tamen adhibita declaratione, quòd Beneficij Ecclesiastici renunciatio, cuius titulo quispiam ordinatus est, ante habitus susceptionẽ nulla est, haùd ex dicti *S. C. T.* Constitutione, sed ex alio capite, ex prohibitione scilicèt *S. C. T. sess. 21. de reformat. cap. 2.* vt infrà dicemus; Hinc porrò adnotare libet, nullatenùs recipiendam esse resolutionem *Fr. Emman. QQ. Regular. tom. 1. quæst. 37. art. 2.* asserentis, Beneficium neque duos
89 infrà menses ante professionem à Nouitio renũciari posse, etiã cùm solemnitate in dicta *S. C. T.* dispositione statuta: nec itidèm refragari adnectimus rationes per ipsummet ad suæ sententiæ cõprobationem adductas, quarum prima est, quòd
90 huiusmodi renunciatio simoniæ labe sit maculata, cùm tacitum illi insit pactum, quòd quocũq; in euentu, quo renuncians non profiteatur, aùt Religionem egrediatur, ille in cuius fauorem facta fuit, reddet ei iterùm præfatum Beneficium; Secunda, quòd tametsi huiusmodi renunciatio, vt
91 simoniæ labe maculata sit, possit non firmare, nullitatis tamen notam alio ex capite aufugere non poterit, siquidem qui beneficium recipit, nõ à renunciante, sed à Collatore recipit, & certum
92 est, quòd Beneficij collatio perpetua esse debet, non autem temporalis, neque aliqua expressa addi potest conditio, aùt tacita intelligi, quarè impossibile videtur, quòd valeat Nouitius duos infrà menses à *S. C. T.* dispositione statutos antè professionem renunciare, cùm hoc euentu temporalis sit collatio, & conditionalis videlicèt, si professio subsequatur; Promptuaria siquidem extat responsio, quam præcæteris notat memoratus *Episcop. Campanil. dict. cap. 3. num. 11.* vbi, quòd
93 minimè aduersatur prior obiectio, siue ratio, cùm certum sit, simoniam illic considerari non posse, quandoquidem nulla penitùs emendi, vel vendendi adest voluntas, nullaque demùm conuentio, siue pactio de emendo, vel vendendo, neq; prætereà confidentialis simonia àliquo modo illo in casu considerari potest, ex alia eiusdem confidentiæ definitione per *Flamin.* relata *in tract. de cõfidentijs quæst. 1. num. 19.* maximè quòd tacitum illud pactum cùm recipiente, quod à *Fr. Emman.* in esse præsupponitur, re vera non inest,
94 tùm quia renuncians ipse liberè, atque absolutè renunciauit, tùm quia, etsi dein professionem nõ emittat, haud propterea dici potest, Beneficium regredi, atque iterùm ad ipsummet renunciãtem deuolui, cùm ab ipso abdicatum nunquàm fuerit, ità *S. C. T.* disponente, quòd ipsius renunciationis effectum ad emissæ professionis tempus suspẽdit, ac renunciationis admissionem, Beneficijq; col-

latio-

lationem prohibet; Nec itidèm refragatur secunda ratio, si animaduertas discrimen dari inter re-
95 nunciationem, & collationem; dispositio enim *S.C.T.* prohibet renunciationem fieri, nisi duos infrà menses ante professionem, eiusq; effectum vsquequo emissa sit professio suspendit, ipsius verò Beneficij renuncianti collationem vetat, nisi professio antecedat, ex suprà adductis: ac ità perpetuò tunc durabit, & cessabit *Fr. Emman.* du-
96 bitatio, quomodò duos infrà menses anteà renunciari possit, vtq; collatio tẽporalis sit ad professionem vsque: nàmq; ità renunciatio valida erit, & collatio haùd temporanea, sed perpetua, quia facta tempore, quo beneficium vacabat, cùm
97 actus tempore, quo effectus producit, fieri dicatur, iuxtà decisionem *textus in l. tempus, D. de hared. instit.*

98 Deniquè vndecima causa, quæ relata est in numero, & vltimum tenet locum, ea est profectò, cùm Beneficiatus nequit, aùt non audet propter capitales inimicitias in loco Beneficij securus residere, vt in supra recensita Constitutione legitur in verbis illis, *Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco Beneficij residere securi.* & notant id ipsum *Fusc. dict. cap.* 28. *Flamin. dict. quæst. 6. num.* 169 *Genuens. dict. cap.* 53. *num.* 4. *Prosper de Augustin. vbi supra, vers.*
99 *Vndecima*; Enimuerò inimicitia iustam præbere debet causam Ordinario renunciationem prædictam admittendi, cùm sit ira vlciscendi tempus obseruãs, *Cicer. Tusch.* 4. & proprium sit irati cupere à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere, *Cicer. Offic.* 3. Capitales autem inimicitiæ ex eo præcipuè oriri dicuntur, nimirùm
100 ex verbis iniuriosis, vt obseruant *Farinac. in praxi crimin. quæst.* 49. *à num.* 38. *Mascard. de probationib. concluſ.* 898. *num.* 24. & 41. *Menoch. de præsumptionib. lib.* 5. *præsumpt.* 42. *nu.* 17. *Viui. tom.* 1. *Commun. Opin. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 137. itèm
101 ex criminali accusatione, *l. qui cum maior*, §. *qui accusare, de bon. libert. Gloss. in l. licèt, verb. Capitales, de Arbitr.* noster *Author decis.* 133. *num.* 20. *Plot. de in litem iurand.* §. 50. *num.* 50. *Mascard. vbi supr. Concluſ.* 899. *Farinac. dict. quæst.* 49. *à num.* 24. itèmq; si quæstio status mo-
102 ueatur, *Farinac. d. l. nu.* 23. *Menoch. dict. præsumpt.* 42. *num.* 2. deniquè ex lite super omnibus
103 bonis, vel maiori illorum parte, *Grammat. decis.* 86. *num.* 11. *Farinac. vbi supr. Mascard. dict. concluſ.* 898. *num.* 7. *Viu. dict. num.* 137. *Menoch. dict. quæst.* 42. *num.* 5. lites enim omnium crimi-
104 num, omniumq; malorum causæ sunt, vt ex plurium non modicæ farinæ Auctorum attestatione Ipsemet notaui in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 12. illud præsertim recensens, quòd ex controuersijs causarum corporales
105 oriuntur inimicitiæ, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidiè fatigatur, multa, & inhonesta crimina proficiscuntur, bona, itèmq; vtillima opera prætermittuntur, & qui sæpè credunt obtinere, frequentiùs succumbunt, & si quandoque obtinent, prælaboribus, & erogatis expensis, nihil eis lucri supereſt, vndè meritò Theodoricus Rex Floriano rescribens apùd *Cas-*
106 *siodor. Variar. lib.* 1. *Epist.* 5. *In immẽsum*, inebat, *trahi non decet finita litigia: Qua enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententijs acquiescitur? Vnus enim inter procellas humanas pertus instructus est, quem si homines feruida voluntate pretereunt, in vndosis iurgijs semper errabunt.* & meritò demùm *Iulius Cæsar Scalig. lib.* 1. *epidrap. pag.* 98. canebat, *Lites fuge quantũ potes.* Cæterùm de litium miserijs vltrà adductos per Me in memorato *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 12. vide *Tholos. Syntagm. iur. lib.* 47. *cap.* 1. *Nath. Iust. Vulner. part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. *Harrprecht. l. de pœn. temer. litig. Herman. de cens. lib.* 2. *cap.* 5. nõnulla nupèr innuit *Dom. Dominicus de Rubeis Certam.* 11. *num.* 28. & nouissimè alia perbellè exponit ingenio, ac doctrina præstantissimus, & eruditissimus Dominus Regens *D. Ioan. Hieronymus de Philippo in suis doctissimis Rerum Fiscalium Dissertationibus, dissertat.* 3. *in princip.* cuius viri virtus, & prudentia modò etiam conspicitur in personam meritissimi eius filij *D. Ianuarij de Philippo*, Terræ Miani, Castriq; Mianellæ Marchionis, dùm Iudicis M.C.V. in Criminalibus munere fungitur, ad quod, etsi ætate adhùc florensi, inspectis tamèn eius virtutibus Regia liberalitate meritò electus est.

107 His ità q; in causis Beneficiorum resignationes posse Ordinarios recipere, compertum quidem est, eas autem pretèr si factæ fuerint renunciationes, nullitati obnoxias esse, ex his etiam consequitur: haùd enim Ecclesiastica munera sponte, &
108 absque Superioris licentia, nec vrgente necessitate, aùt graui imminente periculo, deserere conuenit, *cap. quidam cedendi licentiam, extrà de renuciat. cap.* 2. *extrà de transl. Episcop. can. suggestum*, 7. *q.* 1. quibus in Canonici Iuris Constitutionibus, neque Sacerdotes Beneficia sine consensu Episcopi, neque Episcopi sine licentia Summi
109 Pontificis Diœceses suas eiurare, & dignitati suæ renunciare possunt: quod antiquitùs quoque non ficta religione, sed vera sincera pietate fuit seruatum, vt plura exempla, si quis ab Auctoribus historiæ Ecclesiasticę requirat, facilè reperiet;
110 Hinc *Nicolaus* Papa quodam ab Episcopo cõsultus, an Ecclesiam suam aduersis persecutionum periculis agitatam relinqueret? *Si pernicioſum est* inquit, *proretam in tranquillitate nauem deserere, quantò magis in fluctibus*, vt notatur in *can. sciscitaris itaque* 7. *quæst.* 1. & in *cap.* 1. *extr. de renunciat.* habemus, quòd indecens est priùs soluere militiæ cingulum, quàm cedat victori aduersitas præliorum: quarè *Diuus Ambrosius* cùm ex
111 *Iustina* Imperatricis mandato de Ecclesia iuberetur exire, *Hoc Ego*, inquiebat, *sponte non faciã, nè lupis septa ouium tradere, & prodere videar. Hic, si placet, occide, hoc loco mortem prona suscipiam voluntate.* refert *Niceph. lib.* 12. *cap.* 19. nec nõ *Hist. trip. lib.* 9. *cap.* 20. & *Diuus Bernar-*
112 *dus* rescribens ad eum, qui Ecclesiam suam, cui præerat, relinquere ideò volebat, vt Hierosolymâ pergeret, *Qua ratione*, inquit, *curam tibi creditã animarum exponere debeas omninò non video. Quid enim? blanditur depositæ sarcinæ libertas, sed charitas non quærit, quæ sua sunt: Fortè quietis prouocat, & ocij gustus suauior, sed euacuatur dispendio pacis.* vt Idem *Diuus Bernardus Epist.* 52. Ex quibus planè demùm Beneficia haùd relatis ex causis dimittere, cedere, & cui voluerit resignare fas, & licitum non esse existimabimus, et-
113 si autem Ordinarij resignationes hasce prẽter eas causas factas admittentes nullam pœnam in-

Digitized by Google

currant, vti exponunt *Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 26. Flamin. de resignation. lib. 5. quæst. 6. num. 225.*

114 Quòd tamen Ordinarij maximè obseruare debeant, vt coràm eis renunciantes, si in Sacris constituti sint, habeant aliundè, vnde viuere, vitamq; commodè substentare possint, quis in contentionem, aùt in controuersiam vertere audet? Statutum enim hoc legimus in eadem supra memorata *Pij V.* Constitutione illis in verbis, *Sed nec horum vllus, &c.* ac itidèm in S. C. T. *sess. 21. de reformat. cap. 2.* vbi cautum expres-

115 sè extat, nè Beneficium, ad cuius titulum quisquam promotus fuerit, ipse valeat resignare, nisi facta mentione, quòd ad illius titulum fuit pro-

116 motus: quo quidem casu nec admittenda erit resignatio ist hæc, nisi constito, quòd renuncians ipse aliunde viuere commodè possit, & si resignatio alitèr facta fuerit, irritam prorsùs esse, illic pa-

117 ritèr decernitur, & decisum fuisse testantur *Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 5. §. 10. num. 35. Flamin. dict. quæst. 6. num. 39. Garzia de Benefic. dict. cap. 5. num. 217.* qui anteà *num. 214.* dixerat, resignationem illam nullam esse etiam po-

118 li foro attento, *Episcop. Campanil. in Diuersor. Iur. Canonic. Rubr. 8. cap. 6. num. 2. Armendar. in addit. ad Recop. LL. Nauarr. lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrim. num. 21.* adijcens *num. 22.* cùm *Garz. vbi supr. num. 193.* in Sacra Concilij Con-

119 gregatione decisum fuisse, requiri pro forma, vt resignans mentionem facere teneatur, se ad titulum Beneficij resignati fuisse promotum, adeò quod per æquipollens adimpleri nequeat, cùm

120 præcisè obseruanda sit, iuxtà *Vlpiani I.C.* Responsum in *l. Fulcinius existimat 7. §. cùm hoc edictum, D. quibus ex caus. in possess. eatur.* quo-

121 ties enim lex certam formam præscribit, illa non seruata, totum actum corruere notum est ex *textu in l. cùm hi, §. si Prætor, D. de transact. in l. si quis ità stipulatus fuerit, D. de V. O. in dict. l. Fulcinius, §. cùm hoc edictum,* cùm forma sit, quæ dat esse rei, *cap. cùm dilecta, §. final. de rescript. cap. quia propter, de elect. l. Iulianus, §. si quis rem, D. ad exhibendum. Neque enim vllum balineum,* inquit *Caius I.C. lib. III. de legat. ad edictum Prætor. vrban. aùt theatrum, aùt stadium fecisse intelligitur, quiei propriam formam (quæ ex consummatione contingit) non dederit,* vt notatur *in l. si is qui quadringenta 79. §. quædam legata D. ad L. Falcid. & Perfecisse ædificium is videtur,* scribit *Vlpianus I.C. lib. VII. ad L. Iul. & Pap. qui ità consummauit, vt iàm in vsu esse possit,* vt habetur in *l. ædificia 139. D. de V. R. S.*

122 Ex quo porrò illud firmandum consequimur nimirùm, huiusmodi Beneficij renunciationem, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, nullam, irritamuè esse, non facta mentione, quòd ad illius titulum fuit promotus, etsi cùm sufficienti pensione ad congruam sustentationem facta sit, prout decisum fuisse testatur *Garzia dict. part. 2. cap. 5. num. 215.* refert etiam *Additio ad Nauarr. consil. 4. de renunciat.* & sequitur *Vgolin. de potest. Episcop. cap. 26. §. 8. num. 4.* à qua autem sententia licèt discedant *Nauarr. consil. 4. Flamin. vbi supr. quæst. 6. num. 41. Fr. Emman. in Summa, tom. 2. cap. 15. num. 12. & Episcop. Campanil. dict. cap. 6. num. 6.* ex eo, quia tali casu cessat finalis illa ratio, videlicèt dedecoris Clericalis (nã

123 cùm Ordinis dedecore mendicare non debeat infelix in plateis Clericus, & seruili operi mancipatus publicè à quolibet poscere æleemosynam, vt scriptũ extat in *can. Diaconi sunt, 93. distinct.*) quam propter eo in *textu* talium Beneficiorum resignationes Concilium vetuisse videtur, vndè

124 cessante finali causa effectus cessare debet, iuxtà *textum in cap. cùm cessante, de appellat. in l. generalitèr, C. de Sacrosanct. Eccles. in l. 1. in fin. D. de donationib. & in l. adigere, §. quamuis, D. de iure patronat.* Haùd tamen refragantur ex supra recensitis, nec demùm eorum ratio aduersa-

125 tur, propterea quod *S. C. T. vbi supra*, vt pinguiùs prouideret, nè Clerici vllo tempore in mẽdicitatem inciderent, non solùm disposuit, quòd resignationes nõ admitterentur, nisi cõstito, quòd resignans aliundè haberet, vnde commodè vitam ducere poterit, sed vlteriùs etiam decreuit, quòd in resignationibus mentio fieret, quòd resignans ad titulũ Beneficij promotus fuerit, unde dici minimè potest, quòd mediante illa pensione dicti S. C. T. intentioni satisfactum fuerit, nàm ex duobus

126 requisitis alterum adimpleuisse nõ sufficit, iuxtà *Vlpiani I.C.* decisionem *in l. cùm ij quibus 8. §. si Prator, in fin.* & ibi *Gloss. verb. Irritam, D. de transactionib.*

127 Id quod in permutatione locum paritèr obtinere comperimus, nàm illa itidèm vt nulla sit non facta mentione, quòd ad titulum beneficij permutati fuit Sacris ordinatus, præcœteris docent, ac decisum referunt *Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 5. §. 10. à num. 43. Stephanus Gratianus* Author noster *tom. 1. Discept. forens. cap. 159. num. 3.* vbi quòd ità Sacra Congregatio eiusdem Concilij declarauit die Iouis 18. Iulij, 1602. per

128 quam etiam dictum fuisse ait, quòd permutans tacendo ordinationem ad titulum tutus est poli in foro, si illud, quod ex permutationis causa habuit æquiualens erat, secùs autem in foro fori, de quo etiam testatur *Armendar. vbi supr. num. 31.*

129 & nostram conclusionem, quòd nempè dicta S. C. T. dispositio locum habeat in permutatione, docèt etiam noster *Author hic in additione*, pariterque *Rota Romana apùd Farinac. decis. 614. in nouiss.* & *Garzia de Beneficijs, dict. cap. 5. num. 218.* ac deducitur ex verbis eiusdem *S. C. T. dict. cap. 2.* ibi, *Id verò beneficium resignare non possit.* resignationis enim nomen simpliciter prolatum illam quoque permutationis ex causa

130 factam amplectitur, cùm permutatio vera resignatio sit, *Gomes. de public. resignat. quæst. 3. col. 2. in princip. vers. Primò, quia regula ista,* ex multis similibus comprobat *Gonzalez ad Regul. 8. de alternat. Gloss. 14. nu. 40. vsq; ad nu. 50.* quos sequitur noster *Author dict. cap. 159. num. 4.* & probat etiam *Rebuff. super Regul. de infirmis re-*

131 *signant. Gloss. 4. num. 1. & 5.* vbi, quòd regula de infirmis resignantibus, & decedentibus infra XX. dies à præstito consensu numerandos, vt actus sit nullitati obnoxius, suum obtinet locum si permutationis ex causa fecerit, nàm qui permutat resignat, & in permutatione duo actus considerantur, renunciatio videlicèt, & permutatio, vt proprijs in terminis considerat optimè *Præs. Nicolaus Boerius in decis. Senat. Burdegal. 2. nu.*

132 *16.* quòdue demùm permutatio aliud non sit, nisi reciproca quædam resignatio ad inuicem inter permutantes facta, docuere *Caffad. decis. 1. num.*

2. de

2. *de rerum permutat. Flamin. de resignation. lib.* 11. *quæst.* 5. *nu.* 19. ità vt ex ea vera Beneficij vaca-
133 tio cùm titulo, & possessione inducatur, *Flamin. ibid. à num.* 20. *Frede. de permutat. quæst.* 1. *Nicol. Boer. vbi supr. num.* 2. qui etiam tradit, quòd de hoc est bona *Gloss. in Clement.* 1. *de rerum permutat. & in cap. si propter tua debita, de rescript. in* 6. *& Abb. in cap. inter cætera, in prim. notab. de præbend.* tametsi non nisi permutantibus
134 Beneficia illa ex causa resignata conferri debeant, nàm aliàs collatio de Beneficijs resignatis permutationis causa alijs facta, quã ipsis permutare volentibus, non tenet, vt expressè probat *dict. Clement. de rerum permutat.* & tradit *Episcop. Couarruu. Var. Resolut. lib.* 1. *cap.* 5. adnotans, quòd ante illius *textus* decisionem veteri Iure compertum erat, Prælatum, coràm quo est facta renunciatio permutationis causa ex summo Iuris rigore, æquitate penitùs secluſa, ita potuisse liberè conferre Beneficium Ecclesiasticum, cui renunciatum fuerat, sicuti si ex simplici renunciatione vacaret:
135 propterea Beneficiũ cùm permutationis ex causa vacat, renuncians sine noua collatione ad illud regressum habere haùd poterit, etiam si permutatio non sequatur, seù non teneat, nec effectum habeat, vt tradit *Cauall. quæst.* 561. *num.* 11. quem sequitur hoc exponens noster *Author dict. cap.* 159. *num.* 21. 22. *&* 23. & post alios etiam notat *Garzia de Beneficijs, dict. cap.* 4. *num.* 5. adijcens *num.* 10. quòd si duo sua Beneficia permutationis
136 ex causa resignant, & facta collatione vni, alter ante factam sibi collationem decedat, superstes ad Beneficium à se dimissum redire non potest, quia quò ad eum permutatio suum habuit effectum: tametsi autem superstes, cui collatum fuit Beneficiũ
137 à compermutante resignatum, ante quàm suum ipse resignaret, ambo, si incompatibilia non sint, illo decedente retinere possit, cùm per eum non stet, quin permutatio adimpleatur: at si compermutans, qui resignauit, antefactam collationem superstiti, qui nondùm suum resignauerat, decederet, cùm permutatio suum effectum habere nõ possit, Beneficium illud superstiti minimè debebitur, sed tanquàm vacans per dictam resignationem liberè prouidebitur.

138 Mentione deniquè minime facta, quòd ad Beneficij titulum fuit promotus, & nisi aliunde aliquid habeat, ex quo vitam commodè ducere possit, vt nulla quoque iudicetur illius beneficij renunciatio, quamuis in Summi Pontificis manus facta sit, inquit *Paris. de resignation. quæst. vltim. num.* 174. *lib.* 5. vbi quòd tàm in renunciatione extrà Curiam, quàm in Curia nulla est renũciatio eius, ad cuius titulum quis fuit promotus, nisi aliquid habeat aliundè, ex quo se alat, ne Clerici in Ordinis opprobium mendicare cogantur: tradit hoc idem noster *Author dict. cap.* 159. *num.* 13. vbi etiam, quòd adest decisio Rotæ per R. P. D. Oranum Lucana beneficij 5. Decembris, 1586. & comprobat *Garzia de Beneficijs, dict. loc. num.* 193. quia aliàs nimis esset restringere dicti *S. C. T.* dispositionem, quæ cùm generalitèr de omnibus resignationibus loquatur, generalitèr intelligi debet, maximè cùm eadem militet in omnibus ratio, nec subsit dictę restrictionis cau-
139 sa, nisi tamen coràm Ordinario constet, quòd resignans vitam commodè ducere potest, prout censuit Sacra Congregatio Concilij, vt testatur *Cauall. quæst.* 561. *num.* 14. & notat itidèm noster *Author vbi supra, num.* 13. *&* 14. vbi, quòd si
140 Clericus aliunde haberet congruam sustentationem, permitteretur renunciatio, quasi cesset Concilij ratio, quemadmodum quoque latè extricat idem *Cauall. quæst.* 527. *num.* 8. *vers. Quæ*
141 *tamèn opinio*, ita vt prudenti Ordinarij arbitrio remittatur, quæ congrua dicatur sustentatio pro non inualidanda resignatione, *Menoch. de Arbitr. cas.* 216. *num.* 12. *&* 13.

142 Quia verò in habentibus minores ordines dũtaxàt, quamuis nihil habeant aliunde, ex quo commodè vitam ducere possint, cessat ratio dedecoris Ordinis, exposita comprimi posse opinamur, & docent paritèr *Azor. Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *quæst.* 7. *Flamin. de resignation. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 178. *Garz. de Beneficijs, dict. cap.* 5. *nu.* 203. *Cauall.* qui de communi testatur *quæst.* 561. *num.* 26. *Gratianus* Author noster *dict. cap.* 159. *num.* 9. vbi, quòd proindè valet etiam talis
143 Clericus tacitè renunciare, contrahendo scilicèt matrimonium licitè, & absque peccati nota, per quod Beneficia, quæ obtinet, ipso iure vacabunt, *Episcop. Couarruu. de sponsalib.* 2. *p. cap.* 6. §. 3. *n.* 4. *vers. Sed & is, qui in minoribus*, & quidem
144 regulare est, quòd Constitutiones de Sacris Ordinibus loquentes minores Ordines non comprehendant, vt *Mandos.* testatur *Regul.* 24. *de malè promotis, quæst.* 5. *num.* 8. *in fin.* & sequitur noster *Author ibid. num.* 11. ambo paritèr inquientes, quòd huiusmodi Clerici minorum Ordinũ sunt
145 diuersi à promotis ad Sacros Ordines, quorum appellatione quatuor Ordines minores non veniunt, *can. Erubescant,* 52. *distinct. cap. à multis de atat. & qualit.* cùm non sint Sacri, sed ministerium ad Sacros dumtaxàt, vt de veriori opinione, quidquid senserint Canonistæ, testatur *Diaz in praxi criminal. cap.* 18. *num.* 5. *vers. Minores quidem Ordines*, post *Nauarr. in Manual. cap.* 12. *num.* 17. *Maiol. de irregularitat. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 7.

146 Cæterùm alia relatæ *Constitutionis Pij V.* verba vt notemus quoque necesse est, ea nempè *Cæterùm præcipimus, &c.* quibus planè ex verbis colligitur, Ordinarios Beneficiorũ resignationes expositis ex causis admittentes, Beneficia illa non debere conferre suis, aùt resignantium consanguineis, & affinibus, vel familiaribus, etiam per circuitum, quia si hoc facerent, tacitè, & indirectè resignatio ist hæc ad fauorem facta præsumeretur, quæ coràm eius fieri non potest: ita *Flamin. dict. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 180. *Sanchez in Opusc. Moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 36. *n.* 24. *Villalob. in Summa tom.* 1. *tract.* 37. *diffic.* 32. *num.* 2. *&* *Nouar. dict. loc. num.* 22. subdens *num. sequ.* prohibitionem hanc ad alias vacationes extendendam haùd esse, & *num.* 24. restrictionem recipere tradit in Bene-
147 ficijs Iurispatronatus: & Constitutionem hanc in parte non videri in Hispania seruari, sed ab ea supplicatũ esse, asserit *Garzia de Beneficijs, part.* 11. *cap.* 3. *num.* 270. Itàque si tales Ordinarij Beneficia coràm ipsis resignata resignantium consan-
148 guineis, aùt suis, vel familiaribus conferant, à Beneficiorum collatione, electione, & institutione suspenduntur, donec à Summo Pontifice absolutionem obtinuerint, vt expressè memorata in Constitutione cautum legimus ibi, *Qui verò contrafecerint, vt in eo, quo deliquerint puniantur à*

Be-

Digitized by Google

Beneficiorum, & Officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tamdiù suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere. Et si hac suspensione nõ obstante istorum aliquid fecerint, excõmunica-
149 tionis pœna subijciuntur, vt ibidem habetur illis in verbis, *Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quò ad personas, quò verò ad capitula, & cõuentus à Diuinis suspensionis sententias ipso facto promulga-*
150 *mus*, quæ suspensio à Diuinis ipso iure species est interdicti, quemadmodum *Maiol.* scribit in *tract. de irregularit. lib. 3. cap. 20. col. 3.* Suspensi autem sunt Ordinarij à suspensione dumtaxàt,
151 quæ circà collationem, eiusq; speciem pertinet, vt resoluit *Flamin. dict. quæst. 6. num. 216.* tametsi pœnam hanc per dictam Constitutionem sibi im-
152 positam esse ignorauerint, quod in praxi receptum esse aduertũt idem *Flamin. ibid. num. 221. Garz. dict. part. 11. cap. 3. num. 271.* dummodò
153 tamen non adsit sola resignationis admissio, sed si sequuta fuerit collatio, *Triuisan. decis. 7. part. 2. Nouar. dict. tit. de Benefic. resignat. num. 21.*

Quid plura? Hucusque sanè differta ad memoratam *Pij V.* Constitutionem vndique illustrandã satis esse videntur! Sed vt coronidẽ rei huic adijciamus, prætereundum minimè est, illam suum
154 locum non obtinere, cùm Beneficium resignatur ad effectum illud vniendi fabricæ Ecclesiæ, siquidem vt ex eiusdem Constitutionis lectura clarè patet, de hac resignatione non loquitur, sed de Beneficijs resignatis dumtaxàt ad effectum transferendi illorum titulos in alienam personam per viam prouisionis per ipsum Ordinarium faciendæ, sicq; de illis Beneficijs resignatis, quibus dantur successores: at cùm vnitur Beneficium nõ
155 solùm titulus transfertur, sed penitùs extinguitur, ità vt Beneficij nomen amittat, vt post alios inquit *Mand. Regul. 19. quæst. 10. num. 2. & Regul. 22. quæst. 13. num. 19. & 20.* nec non *Sarnen. de trien. quæst. 8. in princ. vers. Tota difficultas.* vndè cùm cessionarij persona deficiat, memoratæ Constitutionis dispositio non intrat, prout in specie fuit decisum per Rotam coràm R. P. D. Cantuccio 24. Octobris 1580. Segobien. patrimonij, & per Cardin. Lancellott. in eadem causa 28. Iunij 1581. vt noster *Author* refert *vbi supra, nu. 6.*
156 hanc aleam quoque edocens, ac illud parìtèr annotãs, nimirùm, quòd cùm memorata Constitutio Ordinarijs concedat, vt permutationes à Sacris Sanctionibus, Apostolicisq; Cõstitutionibus permissas admittere valeant, optima ratione consequitur, vt ad istas Beneficiorum vniones, quæ pro fabrica Ecclesiæ admittuntur, extendatur, *Imol. in cap. accessissent 8. num. 14. ad med. vers. Et intellige quod dixi de iuramento, de Cõstitut.*
157 ità vt etiam causa subsistente Episcopus vnire cogatur, *Archidiac. in cap. Et temporis 16. quæst. 1. Mandos. Regul. 12. quæst. 6. num. 3. & 4.* qui etiã de alijs causis vniones hasce admittendi loquitur in *Regul. 23. quæst. 4. num. 4.* Et hac dote contenta sit præsens nostri Authoris decisio, Ego siquidem non valeo in tàm vasto huius materiæ gurgite vnico effatu omnia distinctè tradere.

PROLOGOMEN.

Fratres paternam hæreditatem indiuisam possidentes proprio nomine quæsitum in commune redigendum haùd esse, vti tutum dogma amplectitur, nisi tamen quærens alia bona præter communia, & hæreditaria, aùt similia minimè possideret, nec actu, vel habitu industrioſus esset; Fratrem prędium ementem pro altero fratre illud ad pręcisè tradendum teneri, nec interesse præstando liberari, eruditur indè; Postremò fructus socialitèr per vnũ ex fratribus consumptos de suo patrimonio repeti non posse declaratur, & isthæc sententia in expensis à fratre pro eo, eiusq; familia alenda erogatis, eadem quoque suadente ratione extenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Prædium emptum proprio nomine per vnum ex fratribus hæreditatem paternam indiuisam possidentibus alteri fratri communicandum non est.*
Limitatur, quãdo emens alia bona præter communia, & hæreditaria, aùt similia non possidet, nec actu, vel habitu industrioſus est, vt nu. 11.
2 *Socius emens de propria, haùdq; de communi pecunia emisse præsumitur.*
Ampliatur, quamuis emptio communi nomine facta fuisset, vt num. 3.
Extenditur paritèr, tàm si coniuncta persona, quàm si extraneo res acquirenda sit, vt num. 9.
4 *Fundum emptum à fratre pro se, & fratre suo, de propria, & non fratris pecunia emptum censetur, quamuis venditor in instrumento asserat, habuisse, & recepisse pretium nomine suo, & fratris sui.*
5 Retentio indiuisa paternæ hæreditatis minimè operatur, vt emptum ab vno ex fratribus cùm alio sit communicandum.
6 *Societas quot modis contrahatur.*
7 *Societas verbis, & factis exprimi potest.*
8 *Societas ex sola retentione indiuidua paterna hæreditatis non inducitur.*
10 Textus in l. final. C. de pignoribus, *elucidatur.*
12 *Acquisitum per mulierem ex viri haùdque sua pecunia præsumitur. si pauper esset.*
13 *Honestas mulieris non patitur, eam alicui negotiationi præesse.*
14 *Præsumptio Iuris est, vt homo, qui natus est ad laborãdum, sua industria, & laboribus diues, ac locuples in dies efficiatur.*
15 *Frater prædium pro altero fratre emens illud præcisè tradere tenetur, nec interesse præstãdo liberatur.*
16 *Emens pro alio mandatò actione præcisè tradere tenetur.*
17 *Procurator susceptum mandatum exequutioni mandare debet, aliàs ad damna omnia, & interesse tenetur, & num. 19.*
18 *Facultas cùm adest tradendi rem ipsam, frustra agitur ad id, quod rei loco debetur.*
20 *Fructus socialitèr consumpti per vnum ex fratri-*

Digitized by Google

tribus de suo patrimonio repeti non possunt. Declaratur vt num. 21.

22 *Frater extra societatis causam ab altero fratre repetere non potest illud, quod pro eo, eiusq; familia alenda expendidit. Comprimitur vt num. 23.*

OBSERVATIO CXC.

1 AMplior obuiam nunc fit locus quæstiones cõtinens pulchriores, quarum potior ea est nimirùm, An prædium emptum proprio nomine per vnum ex fratribus hæreditatem paternam indiuisam possidentibus sit alteri fratri communicandum? quã circà, vt noster *Author* testatur *hic*, verius visum fuit, illud in commune redigendum non esse, nè quod vni filio suis laboribus, vel prospera fortuna accessit, in alium ex communione proueniens, luctuosum ei procedat, iuxtà Synodale *Papiniani I.C.* Responsum in *l. si fratres* 53. *D. pro socio*,
2 quod demùm ex ratione illa suadetur, quia emptum à socio de propria, haùdque de communi pecunia præsumitur, ad *text. in l. 1. & fin. C. si quis alter, vel sibi, l. si vnus*, §. 1. *D. pro socio*, *Bart. Bald.* & alij in *l. si patruus*, *C. commun. vtriusq; iudic.* & in *l. Titium*, & *Mauium*, §. *altero*, *D. de administr. tutor. Card. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. tom. 1. libr. 6. tit. 11. num. 28. Ant. Faber in Cod. libr. 3. tit. 34. definit. 14. Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 15. num. 4.* & loquens in terminis propositę quæstionis comprobat in *lib. 1. Controuers. forens. cap. 49. num.* 10. tametsi emptio communi nomine
3 facta fuisset, vt in fortioribus originaliter dixit *Bartol. in l. cùm proponas, num. 3. C. pro socio*, vbi,
4 quòd si vnus ex fratribus fundum pro se, fratreq; suo emat, & in emptionis tabulis asseratur, quòd venditor confessus fuit habuisse, & recepisse pretium nomine suo, & fratris, nec exprimatur de qua pecunia, propria, vel communi, tunc emptio de propria pecunia facta intelligatur, adeò vt si frater fundi partem velit, alter pretij partẽ actione pro socio petere poterit, subnectens, hoc memoriæ perpetuò tenendum esse, quia aureos mille valebit: quamq; opinionem vti veriorem sectantur præsertim *Alexand. consil. 134. num. 1. vers. Nàm si prædium, lib. 5. Corn. cons. 26. num.* 10. & *consil. 327. num. 8. & seq. lib. 1. Dec. cõsil. 21. num.* 10. *vers. Sed hoc posito, & consil. 348. num. 4. Roland. consil. 4. num. 2. & 6. lib. 2. Roman. consil. 3. & singul. 440.* quos omnes insequitur *Card. Mãtica dict. lib. 6. tit. 18. num. 4. & 5.* priusq; dixerat paritèr *tit. 16. num.* 18. & de ICtorum communi opinione attestatur *Caldas de empt. & vendit. cap. 20. num. 13.* quemadmodum & quoq; *Dom. Consiliar. Hodierna vbi supra, num. 6.* & decisũ fuit in huius loci hypothesi, vt noster *Author* testatur *hic, num.* 4.

5 Optima igitùr fuit determinatio, haùd refragante indiuisa paternæ hæreditatis retentione, nã nec illa, vt talis emptio communicanda sit, operatur iuxtà Imperialem *Dioclet. & Maximian.* Constitutionem, de qua in *l. si patruus* 4. *C. commun. vtriusq; iudic.* iuncto *Papiniani l. C.* Responso *in dict. l. si fratres* 53. *D. pro socio*, quandoquidem vt optimè, & notabiliter *Glossa in dict. l. si patruus, vers. Socius*, elucidat, ex ea societas non inducitur: quod etiam post *Bart. & Ancharan.* obseruat *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. cap. 49. num.* 12. adijcens, quòd societas etsi dupliciter contrahatur expressa scilicèt, & tacita, cùm
6 verbis, & factis exprimi possit, *l. de quibus, D. de LL. l. Paulus respondit, D. rem rat. haber.* expressa tamen proposito in casu quærẽda minimè est, cùm aliquid inter fratres conuentum fuisse non
7 appareat: nec tacita, cùm ad illam inducendam sola indiuiduæ hęreditatis retentio non sufficiat, sed
8 plura requirantur, de quibus per *Bartol. in dict. l. si patruus, num. 4. Bald. consil. 120. num. 3. lib. 1. & consil. 49. lib. 5. Aym. consil. 159. num. 1. Ancharan. consil. 149. & 302. Caphal. consil. 340. num. 12. lib. 3. Roland. consil. 91. num. 29. & 30. lib. 1. Menoch. consil. 375. num. 6. lib. 4.* cùm alijs latè adductis per *Card. Mantic. dict. lib. 6. tit. 10. num. 1. & 2.* ac demùm per nostrum *Authorem tom. 5. Disceptat. forens. cap. 993. nu. 1. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 26. pro socio, definit. 3.*

9 Et recta quidem, etenim adducta nostra ratio locum obtinet indistinctè, siue enim res comũctæ personæ, siue extraneo acquirẽda esset, vtroq; in casu de ementis pecunia empta præsumitur, prout contrà *Roman. consil. 3.* qui nixus decisione *text. in l. final. C. de pignor.* discrimen constituit inter cõiunctum ab extraneo: firmat *Aymon Crauetta in consil. 129. num. 4.* aduertens quoq; dicti *textus* dispositionem diuersum casum ter-
10 minare, in quo clarè supponebatur, quòd acquirẽs de propriis pecunijs non soluisset, prout eum sequendo dicit etiam noster *Author hic, num. 6.* & latè comprobat *Alex. Trentacinq.* recensitæ legis casum specialem esse quoque dicens *lib. 3. Variar. Resolut. tit. de emption. & vendit. Resol. 2. num. 2.* & sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Hodierna in dict. decis. 15. num.* 10.

11 Benetamèn verum est, Nos minimè ignorare, prædicta comprimi, cùm emens alia bona præter communia, & hæreditaria, aùt similia non possidet, nec actu, vel habitu industrioſus est, iuxtà *Pomponij I.C.* Responsum *in l. Quintus Mutius 52. D. de donat. inter vir. & vxor.* vbi sermo ha-
12 betur de muliere, quæ si pauper esset, ex viri, haùdq; propria pecunia emisse, & acquisiuisse cẽsetur, quia ex negotiatione lucrari nõ præsumi-
13 tur, cùm mulieris honestas hoc non patiatur, cã alicui negotiationi præesse; Id quod autem probationibus elucidare debet, vt post *Bald. in dict. l. si patruus*, probat *Aymon Crauetta in consil. 131. num. 12. vers. Circà secundum dubium*, quos extollens sequitur noster *Author hic, num. 2.* latè quoque *Caualcan. de Tutor. & Curator. num. 243. Guttier. de tutel. cap. 46. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præsump. 28.* cùm hoc rationi, æquitatiq; consentaneum sit, vt homo, qui natus est
14 ad laborandum (quod extorsit primi parentis nostri peccatum, cui dictum illud funestissimum, *In sudore vesceris pane tuo, & spinas, & tribulos germinabit tibi terra*) sua industria, & laboribus diues, ac locuples in dies efficiatur, quemadmodum hanc Iuris præsumptionem esse post *Archid. Bartol. Luc. de Penn. Salycet. Rip.* alioſque, affirmat idem *Menochius dict. præsumpt. 28. num. 1.* ex decisione *textus in l. si defunctus, & in l. tura*, §. *deficientium, D. de muner. honor.*

15 Vi-

15 Videamus modò, siue notemus quoque necesse est, optimam fuisse alteram determinationem in causa præsentis loci emanatam, ex qua habetur, fratrem prædium ementem pro altero fratre illud ad præcisè tradendum teneri, nec interesse
16 præstando liberari, etenim emens pro alio mandati, vel negotiorum gestorum actione rem emptam tradere, & in illum dominium transferre tenetur, sicut venditor, *L. res ex mandato 59. D. de acquir. rer. domin. Castr. in l. si ità quis promiserit 134. §. Seia cauit, num. 2. D. de V. O.* quem sequitur noster *Author tom. 1. Disceptat. forens. cap. 160. num. 1. & 2.* vbi ità in casu sibi proposito dixisse refert, & ità pariter concludit *Surdus in decis. 304.* & sequitur illic in *addit. Dom. Consiliar. Hodierna*, etsi enim liberum sit procuratori
17 mandatum suscipere, vel recusare, posteà tamen quàm susceptum est, illud executioni mandare debet, alias ad damna omnia, & interesse tenetur, *l. idemque 10. §. si Procurator, l. si tibi mãdauero, §. sicut, D. mandat. l. ad comparandas, l. in re mandata, C. mandat.* & dicitur *in §. mandatum, Elem. Iur. eodem tit.* vnde cùm emens rem emptam habeat, eam pro interesse tradere debet: im-
18 mò frustra ageretur ad id, quod rei loco deberetur, cùm facultas adest tradendi rem ipsam, prout in terminis concludit idem *Surdus in dict. decis. 304. per tot.* & eum sequitur noster *Author in dict. cap. 160. num. 3.* siquidem si interesse debetur, eo quòd rem non tradat, quantò magis res ipsa debebitur! propter enim quòd vnumquodque
19 tale est, & illud magis: quare sicuti procurator ad emendum mandatum suscipiens, interesse soluere debet eo, quòd rem non emerit, & tradiderit, ità & multò magis rem ipsam, si potest, tradere cogitur: *Dolo autem facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit. Proindè si tibi mandaui, vt hominem emeres, eumque emisti, tenebaris mihi, vt restituas*, docet *Vlpianus I. C. lib. XXXI. ad Edict.* relat. nobis in *l. si Procuratorem dedero 8. §. final. D. mandat.*

20 Denique nonnulla etiam conuenit vt notemus circà alteram præsentis decisionis quæstionem, nimirùm, an fructus socialiter consumpti per vnũ ex fratibus de suo patrimonio repeti possint? quæ vt noster *Author* testatur *hic num. 20.* negatiuam in partem determinata fuit, ex eo, quia societatis iure consumpti intelliguntur, ex *Angel. in consil. 85.* hancque sententiam docent pariter *Bald. l. final. C. de collat. Natt. consil. 264. nu. 4. Anchar. consil. 302. col. final. Roman. consil. 172. col. vlt. ad fin. Menoch. de Arbitr. cas. 127. num. 9.* & veriorẽ esse testatur *Surdus de alimen. tit. 6. quæst. 14. num. 2.* contrà opinionem *Bald. in l. si paterno 15. C. de negot. gest. & Roland. consil. 91. nu. 6. lib. 1.* qui contrarium pensitauere, quos pariter aduersùs se opponit noster *Author* veriorem hanc profitens in *dict. cap. 160. num. 15.* dum-
21 modò tamèn probetur habitatio eadem in domo, & claui, & quòd simùl viuant ad vnum panem, & vinum, vt notat, & dilucidat noster *Author hic in addit.* ex *textu* præsertim in *l. quid sit fugitiuus 17. §. apud celsum, D. de adilit. edict.* quem ibi *Angel.* dicit singulatem, & notandum, pariterq; *Barbat. ad Bald. in l. final. verb. si duo fratres, C. de collation.* & extollit *Surdus in dict. quæst. 14. num. 18.* vbi Aduocatum potissimùm in hoc admonet, cùm non sequatur, quòd eadem sint in domo, & quòd communis sit victus.

22 Quo stante dicendum euenit, vt neque extrà societatis causam frater ab altero fratre, quod pro eo, eiusquè familia alenda expendit, repetere possit, nàm illud donationis titulo, pietatisq; intuitu, & naturalis obsequij ratione dedisse videtur:
23 dummodò tamen frater alterius fratris debitor, aùt administrator non esset, seù protestatus non fuisset, aùt alia coniectura donationis largitatem excludens militaret, neque magna in impensa essemus, vel in ea, quæ rem communem, aùt communes lites respiceret, quia istis in casibus esse repetitioni locum haùd ambigimus, cùm illa circà impensam factam quò ad personam, eiusque familiam dumtaxàt præsumatur, vt latè sermocinatur *Surdus de alimentis, tit. 6. quæst. 13. per tot.*

PROLOGOMEN.

Venditio facta ad mensuram, vel pondus, quando ante mensurationem, vel ponderationem perfecta, vel imperfecta dicatur, & rei venditæ periculum, siue augmentum, & ipsius pretij diminutio ad emptorem, vel venditorem spectet? haùd illepidè enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Mensura vbi ponitur causa taxationis, seù restrictionis, vltrà mensuram illam nec actui, nec contractui, aùt dispositioni locus est.*
Vbi verò ponitur demonstrationis causa secus est vt num. 2.
3 *Mensura modus quando seruandus sit in dispositione concepta ad mensuram.*
4 *Venditio facta ad mensuram, vel ad pondus, ante mensurationem, vel ponderationem nùm perfecta dicatur? & num. 9.*
Negatiuè traditur, vbi mensura, vel pondus ad actus substantiam qualificandam adiectum est, vt num. 5.
Contrarium verò, quando pretij tantùm declarationem, seù certificationem extrinsecam respicit, vt num. 6.
7 *Vinum si totum venditum sit, quod est in dolijs in cellario existentibus, ad rationem ducatorum tot pro qualibet amphora, vel cado, tunc mensura venditionem non suspendit.*
8 *Mensura actus substantiam respicit, si vendita sint centum amphoræ vini, vel centum modia tritici.*
10 *Contractus perfectus dicitur, si venditum fuerit vinum græcum tali in cellario existens ad rationem tot pro qualibet salma.*
11 *Conditio de præterito, vel de præsenti actum minimè suspendit, etsi à contrahentibus nesciatur.*
12 *Ignorantia contrahentium contractum conditionalem non facit.*
13 *Venditio rerum in pondere, numero, & mensura consistentium, perfecta dicitur etiam quò ad periculum, quando totum corpus venditum fuit.*
14 *Datio insolutum certarum functionum fiscaliũ certi loci, pretio tamen constituto ad rationem*

tot

tot pro centenario, perfecta dicitur ante factam quantitatis redditum, ac pretij liquidationem.

15 *Venditio ad mensuram dicitur, quando pretiũ certum pro iugerum numero constituitur.*

16 *Constitutum nihil operatur in venditione conditionali illa non purificata.*

17 *Constitutum contractus naturam sequitur.*

18 *Constitutum purum per verba præsentis temporis illicò effectum ad dominij, possessionisque translationem operatur.*

19 *Possessio, eiusque traditio, quamuis per actum fictum, quid facti est.*

20 *Traditio pura esse potest, quamuis contractus conditionalis sit.*

OBSERVATIO CXCI.

PLurimũ pro quæstionis huiusce decisionis dilucidatione cõuenit adnotare, discrimẽ constitui, an ex certo corpore, vel certa ex mensura sit actus discernendus? quodque
1 hoc ità sit haùd ambigimus, vbi nàmque mensura ponitur, vel eius mentio fit causa, & gratia taxationis, seù restrictionis, vltrà mensuram illam nec actui, nec contractui, aùt dispositioni locus est: at si mensuræ mentio demonstrationis causa
2 fiat, vt corpus quod legatur, donatur, vel trànsmittitur notum sit, & certum, tunc mensura minor, aùt maior nihil circà legati, vel dispositionis ius
3 operatur. Sic deniquè fit, vt si ad mensuram concepta fuerit dispositio, quia eadem ab mensura cœptum est, mensuræ modus appositus seruandus sit: si verò ad corpus ipsum actus referatur, quia contractus, aùt legatum suum à corpore sumit initium, tunc parum referat, an modus mensuræ dictus maior sit, vel minor.

4 Quamobrem, an venditio facta ad mensuram, vel pondus, ante mensurationem, vel ponderationem perfecta dicatur, vel nè? discerni vt possit, dicendum est, pro vt *Doctorum* communis est conclusio post *Bald. in l. sicùt, num. 1. vers. Sed quid si dixi, C. de act. empt.* quòd aùt mensura, vel pondus ad qualificandam actus substantiam
5 adijcitur, putà ad declarandum, quid venditum sit, tuncq; mensurationem, vel ponderationem, antè imperfecta remanet venditio, ità vt illius rei periculum venditoris damno cedat: aùt verò mẽsura, vel pondus haùd actus substantiam, sed pre-
6 tij declarationem, seù certificationem extrinsecã dumtaxàt respicit, ist hac in specie omni ex parte perfecta iudicatur venditio, adeò vt illius rei periculum ad emptoris damnum vadat: id quod, eodẽ *Baldo* auctore, clarior fiet exemplo, vt puta si to-
7 tum vinum, quod est in dolijs in cellario existentibus, venditum sit, ad rationem tamèn tot ducatorum pro qualibet amphora, vel cado: hoc in casu, quia mensura illa ponitur dumtaxàt, vt sciatur, quid venditum sit, nàm totũ vinum tanquam species quædam, siue plures, siue pauciores sint amphoræ, venditum est, vt minimè ex ea suspendatur venditio meritò firmatur, illa enim prætij dumtaxàt certitudinem operatur, non quidem in se ipso, nam cum semper certus in se sit amphorarum numerus, certum quoque est in se pretium secundùm rerum naturam, *Magis enim ignoratur, quanti emptus sit, quàm in rei veritate incertum est.* scribit *Vlpianus I. C. lib. XXVIII. ad Sabinum*, notatus in *l. hac venditio 7. §. 1. D. de contrah. empt.* sed benè quòd ad nos, qui amphorarum numerum mensurationem antè nescimus & proindè pretij quantitatem ignoramus; Men-
8 sura autem, vel pondus tunc actus substantiam respicere dicitur, cum ex ea dependet, quid venditum sit, putà, vt idem *Bald.* inquit ibidem, cùm venditæ sunt centum amphoræ vini, vel centum modia tritici, nàm tunc ipsam rem venditam mensura determinat.

9 Quæquè diximus incomperto equidem sunt, & vt Patrum nostrorũ testimonia adijciamus, aduertimus, exposita pretèr *Castrens. in dict. l. sicùt, nu. 4. Cephal. consil. 36. num. 22. lib. 1. Franc. Marc. decis. 58. num. 5. & 6. tom. 2.* alioque complures, comprobare *Dom. Matth. de Afflict.* & quidem concinnè in *decis. 399. per tot.* præsertim *num. 5. & seqq.* vbi sermonem habens in casu, quo ven-
10 ditum fuerat vinum græcum tali in cellario existens ad rationem solidorum decem pro qualibet salma, latè probat, ac per S. C. decisum refert, mensuram non ad substantiam, sed ad soliùs pretij declarationem venire, sicq; contractum veritate in-
11 spacta perfectũ esse, sicuti quando contrahitur sub conditione de præterito, vel de præsenti, quę actũ minimè suspendit, etsi à contrahentibus nesciatur vt *Papinianus I. C.* decidit *lib. 1. Defin.* notatus *in l. cùm ad præsens 37. D. de rebus credit.* vbi
12 *Gloss.* docet, quòd contrahentium ignorantia contractum conditionalem non facit: hancque *Matth. de Afflict.* decisionem sequitur illic in additione *D. Cæsar Vrsillus* resumens, venditionẽ
13 rerum in pondere, numero, & mensura consistẽtium perfectam fore etiam quò ad periculum, quando venditum totum fuit corpus, vt si facta esset venditio de toto vino, quòd est in cellario ad rationem tanti pro salma: secùs verò cùm venditæ essent tot amphoræ ex tali dolio.

Itidemque prædicta constabiliri memoramus ex determinatione memorandi illius Viri, & S. C. Præsidentis *Dom. Vincentij de Franchis*, qui in
14 *decis. 23.* sermocinans de datione insolutum certarum functionum fiscalium certi loci, pretio tamèn constituto ad rationem tot pro centenario probat, contractum perfectum fuisse antefactam quantitatis redituum, ac pretij liquidationem, ac proindè dominium in accipientem transijsse, & ità decisum fuisse refert per R. C. Summariæ in Collaterali Consilio, cùm interuentu etiam Præsidis S. C. ac duorum Consiliariorum, qua in causa scripsit *Camill. de Medicis, vt in consil. 32.* eamdemque decisionem retulit quoque, *Dom. Reg. Reuerter. in decis. 549.* vbi *Dom. Reg. de Marinis* latè confirmat, & comprobant *Larrea decis. Granatens. 11. num. 13. Dom. Consiliar. de Rosa* supradicta etiam exponens in sua *Consult. 68. num. 5. Dom. de Luca in Obseru. ad dict. decis. 23. Dom. Præs. de Franchis, num. 1.*

15 Ex quibus porrò dignoscitur resolutio ad præsentis loci çontrouersiam, ex qua habetur, quòd cùm pretium certum pro iugerum numero constituitur, venditio est ad mensuram, qua non facta, emptor possessionem ingredi non potest, cùm venditio sit conditionalis. *Neuiz. consil. 38. nu. 24. & 25. Natta consil. 263. in princ.* qui demùm
16 tradit constitutum nihil operari, cùm venditio conditionalis est, nõ purificata conditione, etenim
17 constitutum contractui conditionali adiectum

Digitized by Google

conditionale efficitur, eiusque sequitur naturam, vt post alios probant *Card. Tuschus PP. Conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 789. nu. 9. & 10. Anton. Faber in suo Cod. l. 7. tit. 7. definit. 27. in princ. Fõtanell. de pactis nuptial. clausul. 4. gloss. 3. num. 19. Gargiar. Patrocin. 3. num. 3. Magon. decis. Lucens. 31. num. 34. & 35. Surd. decis. 157. num. 5. & consil. 365. num. 7. consil. 369. num. 34. & consil. 372. num. 7. Alciat. consil. 256. num. 16. Alex. cõsil. 153. num. 3. lib. 6. Menoch. consil. 663. nu. 13. & 14. lib. 7.* Verùm adeunda sunt, que lato elucidat calamo *Antoninus de Amato Forens. Iur. Resolut. part. 2. Resolut. 62. per tot.* vbi conclusionẽ
18 hanc comprimi probat in constituto puro per verba præsentis temporis; quod illicò effectum ad dominij, possessionisque translationem operatur, vt ex *Bald. Tiraqu. Dec. Capyc. Vrsill. & Caualcan.* de magis communi attestatur *Carroc. decis. 3. num. 7. &* 10. nàm cùm possessio,
19 eiusque traditio, quamuis per actum fictum, quid facti sit, vt legimus in *textu in l. denique 19. D. ex quib. caus. maiores, in l. 1. §. si vir vxori, D. de acquir. possess. & in l. 1. §. Scaeola, D. si is, qui testam. lib. &c.* sufficiens videtur, quòd per con-
20 stitutum tradatur, quia contractus conditionalis esse potest, & traditio pura, cùm quid facti est, *Innocent. in cap. cùm nostris, de concession. prabend. Abb. in cap. olim, num. 8. de restit. spoliator. Carroc. dict. decis. 3. num. 12. in fin.*

PROLOGOMEN.

Vnius testis depositionem probationem plenã minimè inducere, pro regula traditur, at cùm in parui momenti causis restringatur, fit controuersia, Nùm testis vnicus in possessorio sufficiat? quam circà adductis aliorum sententijs, ac distinctionis etiam adhibito fœdere inter summarium nempè, & plenariũ possessorium, perbellè resoluitur, ac paritèr, Nùm possessorij causa leuis, ac modici dicatur præiudicij? haùd insulsè declaratur.

RERVM SVMMA.

1 *Vir vnus nullus vir dicitur.*
2 *Responsio vnius testis non auditur.*
3 *Causa, qua vnius attestatione definitur, nulla est.*
4 *Testis vnicus plenam probationem non facit.*
Limitatur in causis parui momenti, vt num. 5.
Intelligitur, si idoneus ille sit, & omni exceptione maior, vt num. 6.
7 *Causa possessorij leuis, ac modici præiudicij dicitur.*
Contrarium eruditur num. 9. & 12.
Declaratur vt num. 15. & 16.
8 *Testis vnicus sufficit in possessorio.*
Contrarium traditur num. 14.
Intelligitur in possessorio plenario, vt num. 17.
10 *Beatus dicitur, qui possidet.*
11 *Dominium difficilitèr probatur.*
13 *Appellatio à sententia lata in possessorio non admittitur.*
18 *Probatio semiplena sufficit in summarijs præparatorijs.*
Intelligitur, si contradictam semiplenam probationem aliqua non adsit exceptio, seu præsumptio, vt num. 19.

OBSERVATIO CXCII.

PErnotũ quippè est illud ex Adagio, *Vnus*
1 *vir nullus vir*, siue quod *Herclides* aiebat.
Inualida pugna est vnica tantũ manus, quodque ex *l. ius iurandum 9. C. de testib.* Interpretes excerpsere, *Et nunc manifestè sancimus,*
2 *vt vnius omninò testis responsio non audiatur: etiam si præclara curiæ honore præfulgeat.* adeò vt vnico neque Angelo quasi credendum indicat *S. Pater Landulphus de vita Christi, part. 1. cap. 9. pag. 42.* vbi loquens de nato Christo, *Nè vnius* inquit, *Angeli, & testis authoritas parua videretur, pro signo, & concordia testimonij subitò facta est cùm Angelo multitudo.*
3 Meritò igitùr in praxi receptum, scitoq; Supremorum Tribunalium roboratũ est dogma, quòd regulariter causa, quæ vnius attestatione definitur, nullitati subiacet, cùm vnius testis attestatio
4 plenam probationem non faciat, nec fidem inducat, *can. admonere, 33. quæst. 1. cap. in nomine Domini, de testib. Ias. in l. si quando, num. 11. C. vnde vi,* & alij communiter; Verùm enimuerò haùd
5 etiam ignotum est, in parui momenti causis limitationem hoc recipere, sicque vt in eis testis vnicus plenè probet, vt eruditur ex *text. & Gloss. in l. Theopompus, D. de dote prælegat.* dummodò
6 idoneus ille sit, & omni exceptione maior, de quo constare debet, ptout sermocinatur *Marsil. in singul. 287. Cepoll. in consil. 57. 206. & 450.* & Ipse paritèr dicam in *Obseruat. 240.*
7 Hinc, cùm possessorij causa leuis, ac modici dicatur præiudicij, eo quia illud in iudicio petitorij reparate potest, non sine maxima controuersia in causa præsentis loci altercatum fuisse legi-
8 mus, Nùm testis vnicus sufficiat in possessorio? Planè nostræ sunt partes vt hac in re memoramus aientem sententiam admisisse Præceptorem *Bartol. in l. 1. num. 6. C. quorum bonor. & in l. 2. §. si verò, sub num. 1. C. vbi in rem detur act.* eum recensita ex ratione cæteros inter sectatus est *Iason in Repetit. l. admonendi, nu. 187. de iure iurand.* præconizant ferè infiniti, quos *Mascard.* manuducit *in tract. de probationibus, conclus. 1198. nu. 30. & seqq.* unde ipsemet hanc sententiam magis communem esse profitetur, conformem uorum profert *Bero in consil. 43. num. 44.* & iterùm in *consil. 61. num. 24. in fin. lib. 3.* ità & quoque attestatur *Bertaz. in consil. 123. num. 29.* quare eam ualdè tuetur *Achill. Personal. de adipiscenda possessione vigore l. final. C. de edicto Dini Adrian. toll. num. 487.* ubi inquam annuit, traditionem prædictam communem esse, & adnotatione dignam censuit *Matthæs. notab. 2.* ex quorum itaque uoto etsi dictam sententiam abdubio sectandam esse uideatur.
9 Contrà tamen, ac etiam aduersùs relatam rationem, quòd scilicèt possessorij causa leuis, ac modici sit præiudicij, optimis fundamentis insurgit *Curtius Iunior in cir. l. admonendi, sub num. 67. de iure iurand.* traditq; possessorij causam magni esse præiudicij, & magnum esse commodum

pos-

Digitized by Google

possidere (vnde elegans illud ortum habet vulgatum hoc in eodem opere non semel à nobis repetitum, quòd *Beatus dicitur, qui possidet.*) & ratione illa fulcitur, quia magna est difficultas probare dominium, vt per *DD.* omnes *in l. cùm res, C. de probationib.* cùm concordantibus: quin immò impossibile videtur quodāmodo, vt *Glossa* tradit *ibidem, vers. Emptionem*, ideòque qui in possessorio succumberet, se in hanc difficultatem subiugaret, & propterea his rationibus possessorij causa grauis dicitur præiudicij, immò etiam magni, quia post primam in possessorio, aliam nō expectat sententiam, nec ab ea appellationis auxilium interponitur, vt sparsim hisce in nostris *Theorico-Practicis Obseruationibus* ex nō modicæ farinæ Auctoribus adnotauimus: itàque hoc idem firmat *Salycet. in l. 1. sub num. 9. C. quorum bonor.* alijsq; omissis comprobat *Surd. in cōsil. 73. num. 38. vol. 1.* qui ex multorum paritèr attestatione sententiam hanc magis communiter receptam esse dicit, & dictum vnius testis haùd sufficere affirmāt *Ioseph Ludouic. decis. 59. num. 2. Benintend. decis. 62. num. 12.* sic quoque alijs adductis tradit *Roland. in consil. 50. num. 16. vol. 2. Menoch.* similitèr *de adipiscend. possession. Remed. 1. num. 96. & de recuper. amit. possess. Remed. 15. num. 408. cum seqq.* & approbat *Afflict. in decis. 364. num. 5.* atq; demùm *Sarmient. in Regul. de infirm. resign. quæst. 36. Viu. cōmun. opin. 901. num. 6. Io: Baptist. Pont. de spolio, cap. 14. nu. 110. lib. 2.* vbi ità passim in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio seruari attestatur *Achill. de Grassis decis. vltim. de testib.* & cæteri, quos *Mascard.* de cōmuni paritèr attestans recenset in *tract. de probationibus, conclus. 1198. num. 10.*

Vndè, cùm hoc in articulo maxima hinc indè Iurisperitorum adsit auctoritas, nonnulli distinctionis adhibito moderamine hasce duas opiniones ad concordiam reducere arbitrati sunt, sed meo quidem iudicio propter varias eorum distinctiones dissentionem potiùs, quàm conciliationem afferre videntur, vt ex *Contard. de manutenan. possess. in dict. l. vnic.* in prima decidendi ratione, *num. 10. & sequ.* qui quatuor *DD.* conciliationes ex longa serie adducit, & per *Mascard. vbi proximè*, qui per quatuor columnas *DD.* varias recenset concordias, quas recensere si velim, nimis longum, prolixumq; foret, idcircò hanc magis receptam, in qua *DD.* ferè omnes concordant, summo verborum compendio in medium profero, quamque veriorem, magisque communē esse nō dubito; Possessorium itàq; aliud est summarium, præparatorium scilicèt ad possessorij plenarij iudicium, veluti in possessione Carboniana, cuius cognitio post pubertatem differtur: vel cùm possessorio in iudicio Iusdicens prouidere vult, nè partes ad arma deueniant, si vtraque pars possidere prætendat, vtq; sciatur quis Actor, quisque Reus sit? vt plenius de eo cognoscatur: vel cùm Iusdicens per modum prouisionis, sine præiudicio iurium ambarum partium, aliquem possidere mandat: vel cùm plures de bonorū defuncti possessione adipiscenda contenderent, & Iudex se informare vellet, quis scriptus hæres, vel tertius contradicere vellet, & docere vult de suo interesse ad effectum, vt in iudicium, & contradicendum admittatur, dummodò tamen tertius cōtradicere vellet: vel si quis agat possessorio, & interim bona, nè occultentur, vel surripiantur, vel quia recognoscātur, exhiberi petat: & in hoc plenè iudicio, quia de momentanea possessione, ac de modico præiudicio tractatur, locum obtinet prior sententia. Aliud verò possessorium plenarium nuncupatur, in quo de pleno tractatur possessorio, quia iàm certum est, quis sit Actor, quisque Reus esse debeat? & iàm constet de interesse illius, qui ad contradicendum admitti petit, vel de bonorum identitate, quæ exhiberi instabatur, & ordinatur iudicium ad effectum perueniendi ad sententiam diffinitiuā in possessorio plenario, seù antiquiori, vt victor in possessione permaneat, donec de principali causa, seù petitorio cognoscatur, tuncq; plenæ probationes requirūtur, & posterior recensita sententia suum obtinet locum: ità *Maranta in speculo aureo, part. 4. distinct. 9. num 43. vers. In ista varietate.* biq; *Petrus Follerius in addit. Vantius de nullitat. proces. num. 51. & 52. Menoch. dict. Remed. 15. nu. 413. Achill. Personal. de acquirend. possess. num. 487. & sequ. Benintend. decis. 62. num. 13.* qui expositam distinctionem magis perfectam esse attestatur.

Ex quibus porrò inducitur, optimo asseciāte voto in causa præsentis loci concluſum fuisse, vnius testis depositionem non sufficere, cùm de plenario agebatur possessorio, vt noster *Author* testatur *hic;* Illud tamen pro coronide vti notatione dignum prēterire haùd valeo, quòd tametsi dictum fuerit, in summarijs præparatorijs semiplenam sufficere probationem: procedit attamen, dummodò contra dictam semiplenam probationem aliqua non adsit exceptio, seù præsumptio, ideòq; si fieri intendat per vnicum testem, intelligendum est, cùm testis ille idoneus est, ac omni exceptione maior, vt superius dictum est.

PROLOGOMEN.

De clausularum *Sola facti veritate inspecta: Ius, et Iustitiam:* & *Omni meliori modo:* vi, & effectibus haùd breui calamo enucleantur complura, ac plures circà earum quamlibet excitātur, resoluunturq; indagationes forensi in praxi non parum proficuæ.

RERVM SVMMA.

1 *Clausula* Sola facti ueritate inspecta, *equiualet alteris* Summariè, *& Sine strepitu.*

2 *Iudex deputatus cùm clausula* Sola facti ueritate inspecta, *plenius procedere potest, sicque absque libello, & litis contestatione.*
Et iudicare potest super causa probata, quamuis in libello minimè deducta, vt num. 3.

4 *Libelli ineptitudo aufertur ex vi clausulæ* Sola facti ueritate inspecta, *etiam parte minimè opponente.*

5 *Causa proprietatis insimul cum ea possessionis definiri potest stante clausula* Sola facti ueritate inspecta.

6 *Testes aliʒ produci, & examinari possunt publicatis attestationibus ex vi clausulæ* Sola facti ueritate inspecta.

7 *Iudex ex vi clausulæ prædictæ facultatem habet tàm ex se, quàm ex officio testes interrogandi,*

di, illosque repetendi eodem modo, quo fit parte instante, etiam si in causa conclusum sit.

8 *Herba bettonica pro medela cuiuslibet morbi desenuit.*

9 *Clausula* Ius, & Iustitiã, *omnem generalitatis, ineptitudinisque defectum removet, & efficit, vt sententia super id omne, quod ex libelli tenore elicitur, ferri possit, quamuis super actione inepta conceptus sit.*

10 *Iudex ex clausula* Ius, & Iustitiam, *supplere* poteſt.
Et officium suum etiam non petenti impartiri valet, vt num. 11.

12 *Actor ex vi clausulæ* Ius, & Iustitiam, *omne ius suum qualitercumq; competens deduxisse* censetur.

13 *Agens, & concludens in possessorio, quando in petitorio obtinere possit.*

14 *Possessorium an nedum, & petitorium propositũ intelligatur ex clausula* Ius, & Iustitiam.

15 *Iudex ex clausula* Ius, & Iustitiam *Actore non petente, Reum conuentum in fructibus, interesse, & vsuris, ac victum in expensis condemnare* poteſt.

16 *Clausula* Omni mõdo meliori, *æquiparatur clausulæ* Si non ualet, quod ago, ut ago, ualeat eo modo, quo ualere poteſt.
Ac etiã iuramento ad actũ sustinendũ, vt n. 17.

18 *Effectus clausulæ* Omni modo meliori, *ad plures modos vltra specificata extenditur.*
Præsertim quando adiuncta est cum copula Et, *vel cum alia dictione copulatiua, vt num.* 20.

19 *Actum validum, qui facere poteſt, si illum nullum faciat, ex vi clausulæ* Omni modo meliori, *æquè videtur, ac si illum validum fecisset.*

21 *Clausula* Omni modo meliori, *posita in libello quid operetur.*

22 *Libellans ex vi clausulæ prædictæ ad conclusionem, si non competit, restrinxisse minimè* censetur.

23 *Actio omnis, omneq; Iudicis officium, absque aliqua actionis, vel Iudicis officij expressione, & intentata, & imploratum* censetur *ex vi clausulæ* Omni modo meliori.
Idque tàm si in principio, quàm si in fine posita fuerit, vt num. 24.

25 *Libelli ineptitudo tollitur, & pœna plus petĩtis euitatur ex vi prænominatæ clausulæ.*

26 *Possessorium nedum, sed etiam petitorium intentatum intelligitur ex vigore clausulæ prædictæ.*

27 *Assistentia iudicium intentatum nõ dicitur ex vi clausulæ* Omni modo meliori.

28 *Clausula* Omni modo meliori, *in testamento posita modum omnem, & facultatem testatori competentem comprehendit.*

29 *Verbum* Relinquo *institutionem importat, quãdo in testamento adest clausula* Omni meliori modo.

30 *Dispositio testatoris, si secundùm verba expressa valere non poteſt, secundùm verba, quæ exprimi congruentiùs potuissent, sustinetur vigore prænominatæ clausulæ.*

31 *Institutionis titulus, qui in filijs exprimi debuit, subintelligitur in testamento, cùm illic adest clausula prædicta.*

32 *Clausula* Omni meliori modo *facit substitutionem iure directo valere.*
Et in substitutionis contextu adiecta facit directam, & pupillarem substitutionem inducere, vt num. 33.

34 *Testamentum inscriptis, si non valet vt inscriptis, valet vt nuncupatiuum vigore prænominatæ clausulæ.*
Ampliatur, quamuis testator hæredum nomina coràm testibus hàud explicitè nuncupauerit, vt num. 35.
Et quid, si clausula isthæc à Notario fuit scripta, sed vt fuerit à testatore expressa non constat? traditur num. 36. *&* 37.

38 *Vocatio liberorum in conditione positorum inducitur vigore clausulæ* Omni modo meliori.
Ampliatur vt num. 39.

40 *Clausula* Omni modo meliori *posita in codicillis vim habet clausulæ derogatoriæ in priori testamento contentorum.*
Et posita in testamẽto, in quo pater legauit omni meliori modo operetur, quòd institutionis iure legatum censeatur, vt num. 41.

OBSERVATIO CXCIII.

QVæ in duobus hiſce præcedentibus decisionibus adnotauimus ſufficere arbitramur pro obſeruatione ad præſentem quoque deciſionem, dùm de eadem loquitur materia. Hic verumtamen nè ſicco calamo pertranſire videamur, peculiaria nonnulla circà clauſulas *Sola facti veritate inſpecta: Ius, & Iuſtitiam: Et omni meliori modo:* quantum memiſit noſter *Author hic*, quantum noſtri ingenij virium ius eſt, obſeruare ducitur animus. Vnde.

Ad priorem clauſulam deflectentes memoramus, dilatatis habenis Noſmetipſos loquutos eſſe in *Obſeruat.* 68. modò aduertimus, eam illud
1 idem inſinuare, immò plus operari, quòd altera clauſula, *Summariè, &c.* ac altera, *Sine ſtrepitu, &c.* teſte *Marta de clauſulis, part.* 1. *clauſ.* 368. *num.* 4. vbi hinc infert, Iudicem deputatum hac
2 clauſula pleniùs procedere poſſe, ſicque operari, quòd in cauſa abſq; libello, litiſq; conteſtatione procedi poſſit, ſcripſit *Epiſcop. Riccius in collect.* 699. *effect.* 4. præmittens *effect.* 3. operari demùm,
3 quòd Iusdicens iudicare poſſit ſuper cauſa probata, etſi in libello minime deducta, quod pariter adnotauit *Guttierez. PP. QQ. lib.* 1. *quæſt.* 100. *num.* 2. nec non *Marta vbi ſupra num.* 5. ſubdẽs
4 *num.* 6. quòd virtute huiuſce clauſulæ libelli ineptitudo, etiam parte minime opponente, auferturſ;ac etiam, vt proprietatis cauſa inſimul cum
5 ea poſſeſſionis definiri poſſit, ex ea induci, tradidit *Cacher. in deciſ.* 1. *num.* 28. ità demùm *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ.* 17. *num.* 22. & amplexatur *Marta in ſode indicata, num.* 7. Hinc ex vi huiuſce clauſulæ publicatis atteſtationibus alios teſtes
6 produci, & examinari poſſe, idem *Cacher. an.* ſcripſit *ibidem, num.* 26. etenim ex ea Iudici datur facultas tàm ex ſe, quàm ex officio teſtes interro-
7 gandi, illoſq; repetendi eodem modo, quo fit parte inſtante, etiam ſi in cauſa concluſum ſit, *Marcheſ. de commiſſ. part.* 2. *pag.* 419. *num.* 81. Hæcq; quòad prænominatæ clauſulæ expoſitionem ſufficientia ſint, dùm.

Ad aliam vt pergamus conuenit, ad illam nẽpè ſecundo loco poſitam, quam *Eminentiſs.*

Card.

Digitized by Google

Card. Tuschus latè illustratam reliquit in *tom. 1. PP. Concluſ. lit. C. concluſ. 359.* nec non *Auguſtinus Barboſa in tract. de clauſulis vſufrequentibus, clauſ. Ius, & Iuſtitiam, 76.* quos nè quæſo in contingentia perlegere omittas, multæ enim
8 efficaciæ eſſe oſtendunt, tanquàm herba betonica, quæ pro medela cuiuslibet morbi deſeruire poteſt, propterea quod omnem generalitatis, ineptitudiniſq; defectum remouet, & efficit, vt ſententia ſuper id omne, quod ex libelli tenore, ſiue generalitèr, ſiue ſpecialitèr elicitur, ferri poſſit, tametſi ſuper actione inepta conceptus ſit, nàm ſi quoquo modo ad aliquam actionem aptam referri poſſit, Iudex ſupplere, atque ſuper ea pronunciare optimè poteſt, vt tenet *Abb. in cap. cùm dilectus, de ordin. cogn. & in cap. final. in fin. de iure iurand.* adijcens, quòd ex vi clauſulæ prædictæ
11 Iusdicens officium ſuum etiam non petenti impartiri poteſt, quemadmodum quoque ſentire videtur *Capycius in deciſ. 10. num. 21. & ſeq.* cui ſe ſubſcribit *Dom. Regens Merlin. in cent. 1. Cõtrouerſ. forenſ. cap. 34. num. 12.* & complures alios concordantes adducit *Auguſt. Barboſ. loc. cit. num. 9.* eo quod Actor omne ius ſuum qualiter-
12 cunque competens deduxiſſe cenſetur, ſecũdùm communem *ICtorum* documentum, de quo profitetur *Dom. Regens de Marinis in tom. 1. Quotidian. Reſolut. cap. 198. num. 15.*

13 Propterea poſteritati ſcriptũ inuenimus, iſthac ſtante clauſula vt agens, & concludens in poſſeſſorio, obtinere queat in petitorio, dummodò ex narratis actio ad petitorium elici poſſit; alioquin ſecus, quemadmodum citatus *Card. Tuſchus* admonuit *in dicta concluſ. 359. num. 5.* & conſtabilitur ex auctoritate, & atteſtatione *Dom. Reg. Rouit. ſuper Prag. 1. de ordine iudiç. num. 24. Dom. Reg. Merlin. vbi ſupra num. 13. & Dom. Reg. de Marinis ad Reg. Reuerter. deciſ. 175. num. 1.* nec iſthac à ſententia alieni ſunt, quos recenſitus *Auguſt. Barboſa* conglomerat *vbi ſupra, num. 10.* & inſectatur noviſſimè *Dom. Blaſius Altimar. in addit. ad Dom. Reg. Rouitum in conſil. 56. num. 10. tom. 2.* quinimmò & per Sacrum Conſilium ità deciſum fuiſſe refert *Conſiliar. Grammat. in*
14 *deciſ. 19. num. 16.* igitùr importat, vt poſſeſſoriũ, & petitorium, quemadmodum Actori erit vtilius, propoſitum intelligatur, vt per *Honded. in conſil. 24. num. 28. tom. 2.* niſi tamen narratiua, & concluſio merum petitorium reſpiceret, vt idem *Honded.* declarat *ibidem num. 29.*

15 Vndè expoſitam clauſulã operari paritèr haùd ambigitur, vt Iudex Actore non petente Reum conuentum in fructibus, intereſſe, & vſuris, ac victum in expenſis condemnare poſſit, vt *Vinius* docet *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. num. 95.* & fundat latiſſimè *Præſ. Boer. in deciſ. Burdegal. 74.* quem laudat, & ſuam ſententiam pro abſoluta amplectitur *Dom. Conſiliar. Hodierna ad Surdum deciſ. 65. num. 15.* nec non comprobat *Gizzarba in deciſ. 65. num. 15.* atque *Barboſa vbi ſupra, num. 8.* & hac dote contenta ſit præſens iſthæc clauſula *Ius, & Iuſtitiam.*

Supereſt enim aliam illuſtrare, illam ſcilicèt, *Omni modo meliori.* Enimuerò de vi, & effectibus huiuſce clauſulæ complura complures adnotarunt, plenè autem ſcripſerunt *Card. Tuſchus Pract. Concluſ. tom. 1. lit. C. concluſ. 358. Barboſa de clauſulis vſufrequentib. clauſ. Omni meliorè modo, & Marta de clauſulis, clauſ. 88.* parique
16 voto inſinuarunt, illam æquiparans clauſulæ *Si non valet quod ago, vt ago, valeat eo modo, quo*
17 *valere poteſt*, nec non etiam iuramento ad actũ ſuſtinendum: Propterea *Dom. Conſiliar. Roccus in Reſponſ. 44. num. 7. tom. 2. & Dom. Motillus in ſuo Archetypo poſt praxim S. R. C. impreſſo, comparit. 5. num. 24.* poſt alios, quos recenſent, non inſulsè inquiunt, hanc clauſulam operari, vt actus
18 valeat eo modo, quo valere poteſt, quodue non reſtringatur ad ſpecificata tantùm, ſed ad omnem alium extendatur modum magis proficuum, &
19 vtilem, vt proindè qui actum validum facere poteſt, & facit illum nullitati obnoxium, ex vi prænominatæ clauſulæ æquè videtur, ac ſi illum validum feciſſet, quod quidem alijs relatis conualidat *Auguſtin. Barboſa loc. cit. num. 10. & ſeq.* & comprobare videtur *Dom. Regens Capycius Latro in deciſ. 120. num. 26. tom. 1.* vbi, quòd comprehendit etiam vltra expreſſa, quando dicta
20 clauſula adiuncta eſt cùm copula *Et*, vel cùm alia dictione copulatiua, quod quoq; inquit, ac plures Rotæ Romanæ deciſiones refert *Marta in citata clauſul. 88. num. 3.* & latè illuſtrat noſter *Author in tom. 4. diſceptat. forenſ. cap. 764. num. 14. & ſeqq.* vbi ità demùm in Rota paſſim ſeruari atteſtatur.

21 Quæ planè, ſi in libello ponatur, quantæ ſit efficaciæ, nemo eſt qui neſciat, per eam ſiquidem libellus eo modo interpretatur, quo Actori libellanti eſt fauorabilis, & actio eo modo intentata intelligitur, quo intentari poteſt, ac deducta omnia intelliguntur, quæ omni meliori modo ex facto prænarrato competere poſſunt, vt perbellè *Staibanus Senior* notat in *conſil. 15. num. 17.* Propterea per eam libellans omnia narrata dedu-
22 xiſſe, & ſe ad concluſionem, ſi nõ competit, haùd reſtrinxiſſe cenſetur, ità docente *Card. Tuſcho in dict. concluſ. 358. num. 11.* vtque omnis actio, omneque Iudicis officium, abſque aliqua actionis,
23 vel Iudicis officij expreſſione, & intentata, & imploratum cenſeatur, & quod omnia prudenti Iusdicentis arbitrio remiſſa intelligantur, ità vt incertitudo, vel contrarietas ceſſet, *Lapus allegat. 51. num. 9.* cõferuntq; adducta per *Coſt. de remed. ſubſid. in pralud. 8. nu. 1. & 2.* & confirmat *Card. Tuſchus vbi ſupra, num. 1. & 2.* adnectens, idem
24 operari, ſiue in principio, ſiue in fine illa poſita fuerit, & *num. 6.* annuit, ex illius vi libelli inepti-
25 tudinem tolli, ac pœnam plus petentis euitari, ſiquidem etſi plus debito petens ſit in pœna, illam tamen ex huiuſce clauſulæ appoſitione euitabit, *Dom. Regens Rouitus ſuper Pragmat. 7. de falſis, num. 5.* quem refert, & ſequitur *Gallupp. in praxi S. R. C. part. 2. cap. 1. num. 31. verſ. Vltima*
26 *clauſula*, adnotans demùm, quòd ex illius vigore petens aliquid, poſſeſſorium nedùm, ſed & petitorium intentaſſe intelligitur, ex *Vrſillo ad Aſſlictum in deciſ. 327. num. 5.* ſecùs verò aſſiſten-
27 tiæ reſpectu, quod iudicium, niſi expreſsè ea in libello petatur, intentatum non dicitur, *Dom. Regens Rouitus ſuper Pragmat. 1. de aſſiſtent. præſtand.*

28 Demũ ſi ſupremis in tabulis illa poſita fuerit, eius virtus quòd magna ſit, omniũ per ora circumfertur, propterea quod ex ea teſtator, ad ſuam intentionem conualidandam, ad vnum ſpeciale in teſtamento expreſſum non ſe reſtringit, cùm omnẽ

mo-

modum, facultatemque testatori competentem, comprehendat, *Rota decis. 311. num. 7. part. 2. in posthum. Farinac.* aliàs *part. 4. recent.* Hinc,
29 quòd verbum *relinquo* institutionem importet, post alios, quos, ad comprobationem recensent, inquiunt *Vitius commun. opin. tom. 2. lib. 6. tit. 13. num. 256. Cels. Vgon. de clausul. pag. 583. col. 1. Barbos. cit. clausul. 95. num. 33. Ricc. Collect. 879. effect. 4.* huiusmodi enim dispositio si secun-
30 dùm verba expressa valere non potest, secundùm verba, quæ exprimi congruentiùs potuissent, sustinetur, *Bald. in l. quoties, num. 3. C. de hared. instit.* vbi concludit, ex vi huiusce clausulæ insti-
31 tutionis titulum, qui in filijs exprimi debuit, subintelligi, iuxtà *§. aliud quoq; capitulum, Auth. vt cum de appellat. cognosc.* quam opinionem sectantur *Corn. in consil. 62. num. 4. vol. 2.* & cæteri non pauci, quos coadunat *Card. Mantica de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 3. tit. 14. num. 11.* nec non *Reg. Capycius Latro decis. 108. num. 34.* & latissimè *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 293. num. 3.* ac eam operari, vt substi-
32 tutio iure directo valeat, aliorum fultus auctoritatibus scribit *Amatus Resolut. Forens. 39. num. 184.* & antea in *Resolut. 15. num. 24.* dixerat, quòd
33 isthæc clausula in substitutionis contextu adiecta, facit directam, & pupillarem substitutionem inducere secundùm crebriorem sententiam.
34 Quarè hanc clausulam operari, quòd testamentum in scriptis factum, si non valet vt in scriptis, valeat vt nuncupatiuum, nemo equidem ex nostris iure ambegit vnquam, cùm ex ea enixa testatoris voluntas eliciatur, quæ iuber, illud omni meliori modo valere, ità *Card. Tuschus in cit. concluſ. 358. num. 27.* quem alios manuducens sequitur *Barbosa vbi supra, num. 34.* & comprobat *Card. Mantica vbi proxime lib. 1. tit. 7. num. 4.* qui hoc extentionem recipere aduertit, etiam si te-
35 stator haùd explicitè heredum nomina coràm testibus nuncupauerit, vt putà si dixisset, illud esse suum testamentum, vt *Alexand.* expressit *in consil. 176. num. 4. lib. 5.* Hic beneuerum inter No-
36 strates haùd iniugens est quæstio cùm clausula isthæc, vt testamentum valeat omni meliori modo, à Notario fuit scripta, sed vt fuerit à testatore expressa non constat, nùm eo casu testamentum si vt in scriptis valere non potest, illud tanquàm nuncupatiuum valere faciat? Alios inter equidem difficultatem hanc mouet *Paris. in consil. 19. vol. 3.* & conclusionem porrigit negatiuam, tradens, testamentum illud vt nuncupatiuum sustineri haùd
37 posse, siquidem clausula huiusmodi à Notario ex proprio marte, & ex quadam consuetudine conscripta intelligitur: verùm loquitur, cùm testes deponunt, se non audiuisse, quòd illa à testatore fuerit pronunciata: hancque pariter aleam inquit *Grammat. in decis. 62. num. 72.* sed postea subiũgit, quòd personarum charitas, licitique amoris ardor magnam inducit præsumptionem, vt illud omni meliori modo valere voluerit.
38 Liberorum insuper vocationem in conditione positorum illam inducere, tradit *Honded. in consil. 54. num. 49. tom. 2.* quem insectatur *Barbosa vbi supra. num. 41.* & alios hoc docentes adducit *Dom. Regens Capycius Latro in decis. 1. num. 28.* tradens clausulam prædictam suum sortiri effe-
39 ctum, quamuis in verbis fideicommissariæ substitutionis apposita non sit, dummdò tamen in testamenti principio ad totius dispositionis conseruationem apposita fuerit: & in terminis etiam, cum illa in principio apposita est, docet *Simon de Petris in consil. 110. sub num. 6.* ac cum illa extat in fine, sermocinatur *Socin. in consil. 12.* & admittit pariter *Sforz. Odd. in consil. 66. num. 18.* tametsi ipse ad hãc liberorum vocationem excludendam scripserit: nec ambigere potest, quòd alias coniecturas coadiuuet.
40 Cæterùm isthæc clausula in codicillis posita vim habet clausulæ derogatoriæ priori in elogio contentorum, etiam si in eo testator dixisset, posse posse mutare testamentum, etsi contingerit mutatio, ex intentionis defectu non valeret, quia mutatio sola facta cum verbis, quòd valeat omni meliori modo, quo potest, enixam, præcisamque voluntatem, ac contrariorum derogationem operatur, ità *Bald. consil. 226 lib. 1.* quod duplicatur in *consil. 389. lib. 5.* & sequitur *Card. Tuschus vbi supra num. 46.* subnectens *num. 47.* quod clausula
41 prædicta in testamento posita, in quo pater reliquit, vel legauit omni meliori modo, operatur, quod institutionis iure censeatur legatum.

PROLOGOMEN.

Dotis nedùm, & antefati, sed parafernalium etiam bonorum assecurationem petere posse mulierem, cùm vir ad inopiam vergit, exponitur, quam, si vir dissipans cautiones, fideiussoresque offerat, haùd euitari inuitus ad intellectum *textus in cap. per vestras, extra de donation. inter vir. & vxor.*

RERVM SVMMA.

1 *Maritus ad inopiam vergens ob deprauatos mores, & ob luxum quomodo appelletur apud* Ciceronem.
2 *Actio recuperandæ dotis mulieri matrimonio constante non competit, sed eo damtaxat soluto.*
Limitatur, vbi vir ad inopiam vergere, ac substantia sua abuti cœpisset, vt num. 3.
4 *Matrimonium dissolutum esse, vel maritum cõstante matrimonio ad inopiam vergere, à pari procedunt, quò ad actionis exercitium, siue dotis exactionem.*
5 *Actio pro donatione propter nuptias matrimonio constante competit muliori, si maritus ad inopiam vergat.*
6 *Assecuratio bonorum parafernalium peti potest à muliere constante matrimonio in casu inopiæ mariti.*
7 *Cautio fideiussoria nùm dotis assecurationem impediat in casu inopiæ.*
8 *Cautio fragilis dicitur.*
9 Textus in cap. per vestras, extr. de donat. inter virum, & vxorem, *quomodo intelligatur.*

OBSERVATIO CXCIV.

1 PAtrimonij gurgitem, voraginemq; appellare solebat Tuba Romani eloquij *Cicero* maritum ad inopiam vergentem ob deprauatos mores, & ob luxum, quoniam viri

Digitized by Google

viri huiusmodi plus cõsumunt, quàm est in facultatibus, redditibusque; Non immeritò igitur, quãuis recuperandę dotis actio nulla constante matrimonio competat mulieri, sed eo dumtaxàt soluto ad *textum in l. sed si alias, §. sed si mater familias, D. de bon. damnat. in l. in rebus*, §. *omnis, C. de iure dot. & in l. cum notissimi, §. illud autem, infin. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* restringitur ista hæc traditio, vbi vir matrimonio durante ad inopiam vergere, ac substantia sua abuti cœpisset, ex æquitate, & humanitate Iuris *dict. §. omnis, vers. cum constante*, & docuere, quos dilatatis habenis hoc in eodem Opere Ipsemet coadunaui, & proptiè in *Obseruat. 71.* etenim quo ad actionis exercitium, siue dotis exactionem, à pari procedunt, matrimonium esse dissolutum, vel maritum constante matrimonio ad inopiam vergere, *l. vbi adhùc, C. de iure dot. Iaſ. in l. si constante, n. 17. & 19. D. solut. matrim. Andr. Gaill. PP. Obseruat. libr. 2. obseruat. 83. sub num. 2.* Sed. Quæstionis est modò, nùm huiusmodi actio prædicto in casu mulieri quoque competat pro donatione propter nuptias? hisce hercle præcognitis pro conclusiua sententia in causa hic controuersa determinatum fuit, vt noster *Author* testatur *hic*, conformem sententiam ad expositæ restrictionis ampliationem edocet citatus *Andr. Gaill. ibidem num. 2. vers. Ampliatur, & num. 3.* vbi quoque annuit, mulierem habentem virum ad inopiam vergentem dotium nedùm, & antefati, sed etiam parafernalium bonorum assecurationẽ petere posse: docet id demùm *Roland. à Valle in consil. 9. lib. 1.* & se subscribit *Gomes. ad L. 50. Tauri, sub num. 33. vers. Item quæro*, ex dispositione *l. si constante, D. solut. matrim.* vbi latè *DD.* ità vt nec talis euitetur assecuratio, etiam si vir dissipans cautiones, fideiussoresque pro dotium, & reliquorum securitate offerat, ex traditis per *Gloss. in l. vbi adhùc, vers. Ad inopiam, C. de iure dot.* vbi dicit, quòd hoc in casu, dos, quæ pro alenda vxore, & familia deseruit, ac quæ in turo poni debet, sub cautione relaxanda minimè est, cùm longè melius sit rei incumbere, quàm fideiussoribus, quia cautio fragilis est, *l. qui ità, §. 1. D. ad S. C. Trebell.* cui vxor dotem committere non tenetur, *l. cogi, §. idem quærit, D. eod. tit. Gloss. ibidem in verb. cautionis*, & notant *Bartol. in citata l. si constante, num. 46. & Iason ibidem num. 5.* quos sequitur *Andr. Gaill. vbi supra num. 7.* vbi hoc tamen sub prudenti Lectoris speculationi remittit, cùm obstare videatur *cap. per vestras, extr. de donat. inter vir & vxor.* vbi cautio admittitur in casu inopiæ mariti: quod nõ nulli procedere opinati sunt, si vxor oblatos semel fideiussores acceptauerit, quo casu ad assecurationem redire optimè nequit attenta dispositione dicti *cap. per vestras*, vbi simpliciter haùd dicitur, cautionem admitti in casu inopiæ mariti, sed mulieri electio datur, dotem nè, an fideiussores velit? ità vt vir non, nisi ad alterum illorum tantùm teneatur, vt inter cœteros *Gomes.* aduertit *vbi supra.*

PROLOGOMEN.

Palynodiam canere, atque se disdicere, ignominiosum, & honorem suum cõseruare, ingenui hominis esse demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Palynodiam canere, ac se disdicere ignominiosum reputatur.*
2 *Iniuriatus petere non potest, vt Iudex iniuriantem ad se disdicendum condemnet.*
Quod præsertim in nobili persona locum habet, vt num. 3.
4 *Persona nobilis ignominiosis pœnis puniri non debet, & num. 10.*
5 *Honor maximum est externorum bonorum.*
6 *Honoris dignitas, atque excellentia cæteris omnibus huius sæculi rebus antefertur.*
7 *Mori melius est, quàm perdere honorem.*
8 *Honorem, & famam negligens, erudelis in se ipsum prædicatur.*
9 *Honor viris probis, & benè natis summè æstimãdus est.*

OBSERVATIO CXCV.

1 PAlynodiam canere, atque se disdicere ignominiosũ esse, omnium est consensus, proindeque in facti contingentia, iniuriatus vt petere non possit, iniurianten
2 condemnandum fore ad se disdicendum, inclinabatur Senatus, etsi propter partium concordiã nihil fuerit conclusum, ut noster *Author* testatur
3 *hic*, quod quidem dubio procùl in nobili persona locum obtinet, qui regulariter huiusmodi pœ-
4 nis ignominiosis puniri minimè debet, vt rectè obseruat *Fulgos. in consil. 167.* nec nõ *Tiraquell. de nobilitat. cap. 20. & de pœn. tempor. causa vigesima prima*, maximũ enim externorum bonorũ
5 est honor, vt *Aristoteles* dixit *in 4. ethicor. cap. 3.* ità vt nihil sit apùd nos mortales, quod tanti de-
6 beat fieri, quanti honoris dignitas, atque excellẽtia, quę cœteris omnibus huius sæculi rebus antefertur, aiente *ICto in l. Iulianus, D. si quis omiss.*
7 *caus. testament.* vnde fit, vt mori meliùs sit, quàm perdere honorem, in viris præsertim nobilibus, vt ex *Eccles. ast. cap. 20.* dixerunt complures Doctores, quos memorant *Menchac. Controuers. Illustr. cap. 18. num. 13. & cap. 42. num. 7. Bouadill. libr. 2. Politic. cap. 14. num. 43.* & alludit *Cicero Philippica 3.* aiens *Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cùm dignitate moriamur.* hinc iure meritò *Diuus Augustinus in sermone de communi vita Clericorum*, relatus *in can. Nolo 12. quæst. 1.* inquit, *Crudelem in se*
8 *ipsum prædicari, qui suam famam, & honorem negligit.* & pulchrè in materia multa congerunt notabilia *Reg. Valenz. consil. 102. num. 52. & seqq. Menoch. consil. 94. ex num. 2. vol. 1. Marc. Anton. Eugen. consil. 90. num. 52. vol. 1. Honded. consil. 107. num. 41. & sequ. Farinac. consil. 141. n. 30. & 31. & in praxi crimin. tom. 1. tit. 2. quæst. 15. num. 6. Pelaez. de maiorat. part. 1. quæst. 51. num. 182. Tiraquell. de nobilitat. cap. 23. num. 1. pag. 196.* & secundùm aliam impressionem *pag. 141. Io: Neuiz. lib. 1. Sylu. Nuptial. nu. 56. Berart. in specul. visitation. cap. 25. ex num. 1.* ex quibus, alijsque planè *Dom. Consiliar. Franciſc. Maria Pratus in suo Nicandro num. 53.* ad rem inquit, verum, immò verissimum esse, quòd
9 honor viris probis, & benè natis, summè æstimã-

dus

dus est, itàque cùm Nobilibus dissidio adeò grauem offensam inducat, vt mori potiùs, quàm re-
10 cipere huiusmodi offensam reputari soleat, huiusmodi pœnis ignominiosis haùd equidem puniri debent.

PROLOGOMEN.

Priuilegiatis pluribus concurrentibus cõquassentur nè priuilegia? quoduè eorum attendi debeat, potentius nè, an fauorabile? distinctionis fœdere declaratur, ad ornatum Regulæ dictantis, nullum priuilegiatum aduersùs paritèr priuilegiatum suo vti posse priuilegio.

RERVM SVMMA.

1 *Natura cuiusque insitum est, id maximè facere, quo cæteris præeminere videatur.*
2 *Priuilegiatus contra paritèr priuilegiatum suo non vtitur priuilegio.*
Intelligitur, cùm vterque est priuilegiatus in specie in casu, de quo agitur, vt num. 5.
Sicque comprimitur, cum eorum alterum priuilegium fortius est, vt num. 6.
Sic demùm, cùm priuilegiatus dupliciter concurrit, vt num. 7.
Ità paritèr, quando alter de damno euitando, alter verò de lucro captando agit, vt num. 8.
Denique limitatur, quando alter in specie, alter verò in genere est priuilegiatus, vt num. 11.
3 *Priuilegiatus aduersùs æquè priuilegiatum non restituitur.*
Declaratur vt num. 4.
9 *Priuilegia duo contraria cum simul concurrunt illud attenditur, in quo de damno euitando agitur.*
Intelligitur in eadem priuilegij specie, vt num. 10.
12 *Priuilegia conquassantur, quando priuilegiatus cùm paritèr priuilegiato concurrit.*
13 *Priuilegiatus vti non potest priuilegio electionis fori contra personam paritèr eadem lege præueniente priuilegiatam.*
Intelligitur vt num. 15.
14 *Actor Rei forum sequitur.*

OBSERTATIO CXCVI.

INsitum est cuiusque naturæ, id maximi facere, quo cæteris præeminere videatur,
1 supra naturæ conditionem se esse fatetur aliquis, si priuilegio aliquo præfulgeat, quo à communi hominum grege segregetur, quod vt possideat, nec sumptibus parcit, nec labori, & nè ab illo deturbetur, diligentissimè curat, peculiarique studio aduertit; Hinc apùd nostræ iurisprudentiæ maximùm Peritos optimo associante voto factum esse arbitratur, vt nullus priuilegiatus
2 contra paritèr priuilegiatum suo vtatur priuilegio, etenim vtriusque honos, & dignitas diminueretur, & cùm vterque ad Iudicem sisteretur, dignitate, Principumuè fauore abdicandum vtrũque existimaretur.

Propterea ad speciem decisionis ab *Authore* nostro propositæ animaduertendum est, priuile-
3 giatum aduersùs æquè priuilegiatum non restitui, vt edocent DD. communiter in *Auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. Dec. in cap. in præsentia, num. 51. vers. Non obstant iura, de probationib. Bald. in l. pupillorum, in fin. C. de repud. hæredit. Crot. consil. 198. num. 17. vers. Verumtamen, lib. 2. Augustin. Barbosa axiom. 190. & sforz. Odde* qui hanc sententiam vti veriorem communi DD. voto receptam esse testatur in suo *tract. de restitutione in integrum, part. 1. quæst. 18. art. 5. num. 33. vers. Si verò vterque*, aliquali
4 tamen cùm distinctione, nàm si indiscriminatim regula istæc accipiatur, veritate non nititur, prout *Dom. Consiliarius D. Carolus Petra* particulariter animaduertit in *Comment. super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 231. num. 5.*
5 Itàque dicimus, præpositam regulam suum locum obtinere, quando vterq; est priuilegiatus in specie in casu, de quo agitur, & in actu, & exercitio, & respectu eiusdem causæ, quæ controuertitur: secùs verò cùm eorum alterum priuilegiũ
6 fortius est, prout in terminis *Modestinus I. C.* edocet *lib. III. excus.* notatus *in l. Sed & milites* 10. *D. de excusat. tutor.* & inter cæteros obseruãt *Sforz. Odd. vbi supra, art. 4. num. 32. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, quæst. 21. num. 20.* cũq;
7 demùm priuilegiatus duplicitèr concurrit, tunc enim benè suo vtitur priuilegio contrà priuilegiatum, vt *Caphal.* inquit *in consil. 748. num. 18.* quem refert *Card. Tuschus in tom. 6. PP. Conclus. lit. P. conclus. 761. num. 12.*
8 Nec paritèr priuilegiatus aduersùs priuilegiatum suo haùd vtitur priuilegio, quando alter de damno euitando, de lucro captando tractat & alter, eo siquidem casu tractans de damno suo optimè vtitur priuilegio, *l. vltim. D. ex quib. caus. maior. l. verùm, §. vltim. vers. Proindè, D. de minor. Card. Tuschus in cit. conclus. 761. num. 14. cùm seqq. Episcop. Couarruu. in Regul. Possessor. part. 2. §. 2. num. 4. Alexand. consil. 55. in fin. lib. 5. Castrens. consil. 37. in fin. lib. 2. Sforz. Odd. cit. quæst. 18. art. 5. Mari. Antonin. Variar. Resolut. lib. 2. Resol. 8. num. 59. Fontanella de pactis nuptialib. claus. 4. gloss. 12. nu. 104. in fin. Dom. Reg. Galeota in loco infra citando num. 8.* & etiam *Polydor. Ripa Obseruat. 7. num. 4. & 5.* edocens, quòd paritèr priuilegiatus etsi aduersùs priuilegiatum de lucro certantem suo gaudeat priuilegio, comprimitur, vbi vterq; de damno euitando ageret, & latè *Leo Valent. in decis. 90. num. 3. cùm*
9 *seqq.* vbi probat, quòd duo contraria priuilegia cum simul concurrunt, attendendum illud est, in quo de damno euitãdo agitur, haùdq; illud, quod in lucro captando versatur, & *num. 23. & 24.* hoc
10 intelligit eadem in priuilegij specie, secùs cum vnius priuilegium alterius priuilegio potentius est, adijcens *num. 26.* priuilegium illud potentius dici, in quo maior versatur vtilitas.
11 Deniquè priuilegiatus aduersùs paritèr priuilegiatum suo vtitur priuilegio, quando alter in specie, in genere verò & alter est priuilegiatus, vt memoratus *Episcop. Couarr.* animaduertit *vbi supra num. 4. vers. Quod verò diximus*, vbi maximè cum eadem in re est specialitèr priuilegiatus, *Menoch. consil. 52. num. 43. Cardin. Tuschus loc. cit. num. 13. Sforz. Odd. dict. quæst. 18. art. 4. num. 34.*

Man-

Digitized by Google

Mangil. de imputat. quæst. 18. num. 25. & quæst. 120. num. 12. & luculenter *Dom. Regens Fabius Capycius Galeota Controuers. Illustr. tom. 2. controu. 71. num. 6.*

12 Ratio autem, qua memorata Regula foueri potest, illa planè videtur, quòd eo casu, cùm nempè priuilegiatus cùm pariter priuilegiato concurrit, eorum priuilegia conquassantur, vt *Modestinus I.C.* tradit *in cit. l. Sed & milites* 10. *D. de excusat. tutor.* haberurq; similiter in §. *Sed hoc præsenti, Auth. de Sanctiss. Episcop. in cap. cum causam, de probat.* & notant *Bartol. in cit. l. sed & milites, Bald. in l. 2. C. de priuileg. Fisc. Decian. consil. 126. in princip. vol. 3. Tap. in l. fin. de Constit. Princip. part. 2. num. 18. Couarruu. PP. QQ. cap. 7. à num. 4. Burd. de laudem. part. 3. inspect. 4. num. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 10. num. 24. & præsumpt. 121. num. 6. Castag. de deduct. neg. quæst. 1. ampliat. 2. Nouar. de elect. & variat. fori, lib. 1. sect. 3. cap. 62. Salgad. in labyrint. credit. part. 1. cap. 7. num. 46. Muscatell. in praxi S. R. C. lib. 1. part. 2. Gloss. Competens, num. 86. Palma in diuers. Iur. Commun. & Regn. Gloss. 16. num. 7. Ricc. collect. 1. & decis. Curia Archiepisc. 69. num. 8. part. 3. Milanens. decis. Sicil. 3. num. 132. & decis. 5. num. 1. lib. 2. Mastrill. decis. 164. num. 19. Castill. decis. 215. num. 33.* ac etiam firmat *Dom. Præs. de Franchis in decis. 188. & 553. num. 1. & 4.* probans, priuilegiatum vti non
13 posse priuilegio electionis fori contra personam pariter eadem lege proueniente priuilegiatam, & desumitur ex *Ritu M. C. V. 228. & 231.* vbi præualere quoque statuitur alteram emulgatam Iuris
14 regulam, quòd Rei forum Actor sequatur: at hoc indiscriminatim acceptum veritate minime niti
15 probat laudatus *Dom. Consiliar. Petra vbi supr. ex num. 6.* & præter per eum congestos latè exarat *Dom. Reg. Capycius Latro in decis. 195.* vndè in facti contingentia diutiùs cogitandum, totisque viribus de veritate perquirendum præmoneo.

PROLOGOMEN.

Sententia etsi regulariter sine processu, & actis non probet, in sententia tamen antiqua dogma hoc comprimi demonstratur, itaq; eruditur, contra illam pronunciari non posse, & si pronunciatum sit, nouissimam sententiam nullam prorsùs existimandam esse, nisi prior illa lata fuisset iniusta.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia regulariter sine processu, & actis non probat.*
Comprimitur in sententia antiqua, vt num. 3.
Ratio traditur num. 5.
2 *Processum producere non debet, qui sententiam reuocari petit, sed qui pro illius confirmatione instat.*
4 *Sententia quando antiqua dicatur.*
6 *Præsumptio, qua ex sententia resultat, maxima est.*
Præsertim cùm de antiquo est lata, vt num. 7.
8 *Sententia facit de albo nigrum, & de quadrato rotundum.*
9 *Sententia nouissima aduersùs priorem in iudicatum transactam nullius roboris est.*
Ampliatur, quamuis secunda in diuersa instantia lata fuerit, vt num. 10.
Siue ex Principis rescripto, Imperialique sententia contra primam fuerit prolatum, vt num. 11.
Restringitur quando prior illa sententia lata fuit iniusta, vt num. 15.
12 *Sententia, aduersùs quam appellationis remedium intrà legitima tempora non opponitur, in rem transit iudicatam.*
13 *Sententia Prefecti Pratorio in rem transit iudicatam, si aduersùs eam reclamationis suffragium non proponitur.*
14 *Index pronuncians contra res firmiter iudicatas, nullam nouissimam profert sententiam.*
16 *Sententia iniusta nunquàm in iudicatum transit.*
17 *Sententia notoriè iniusta ob fatalium lapsum, in rem iudicatam non transit.*
18 *Sententia secunda valet contra primam notoriè iniquam, sicuti valeret contra primam nullam.*
19 *Iniustitia notoria nullitati æquiparatur.*
20 *De sententia nulla, & inualida idem iudicatur, quòd de illa, quæ non existit.*
21 *Clausula* Summariè, & de plano, *nùm impediat attentatorum reuocationem in primis, & ante omnia.*

OBSERVATIO CXCVII.

1 SEntentia regulariter, vt sine processu, & actis minime probet, nemo equidem ex nostris iure ambegit vnquam, quandoquidem abdubio dicere poterit appellans, se citatum haùd fuisse, ac proinde sententiam nullitatis labe maculatam esse per doctrinam *Castr. in l. qui ad ciuilia, de appellat.* vbi tradit, quòd
2 ille, qui sententiam reuocari petit, sat est, vt appellationem producat: ille verò, qui sententiæ confirmationem petit, processum producere debet, vt *Caputaquen.* etiam inquit *in decis. 128.* attestans, secundùm hanc sententiam tentum fuisse in vna Barchinon. Beneficij S. Michaelis.

Verùm omni in sententia an procedat? controuersum haùd parum fuisse non ignoramus, prout etiam isthac in controuersia receptum fuisse,
3 expositam conclusionem limitationem recipere in sententia antiqua iuxtà præfatis loci determinationem, cuius conformem *Consiliar. Grammatic.* posteritati commendauit *in decis. 24.* vbi refert, nostrum Sacrum Consilium pro absoluto habuisse, sententiam acta non probare, nisi quà-
4 do est antiqua, & antiquam declarauit à quatraginta annis supra: eamdemq; sententiam tenuit *Stephanus Gratianus Author noster in tom. 2. Disceptat. forens. cap. 310. num. 90.* verba faciens in Iurispatronatus probatione, & ità hisce pariter in terminis censuit Curia Archiepiscopalis Neapolis, vt refert *Episcop. Riccius in decis. eiusdem Curiæ 119. in fine lib. 3.* estq; quippè ratio, quia
5 tunc ob eius antiquitatem pro illa præsumitur, etiam quòd aliquo legitimo processu non iustificetur, *Bald. in l. emancipatione, vers. Vlterius quæro, de fide instrument. Alexand. consil. 30.*

Digitized by Google

*num.7.lib.5.*qui de communi ICtorum opinione atteſtatur,& de magis communi fatentur *Socin. conſil.158.num.16. verſ.Et pro fundamento,lib. 2. Dec.conſil.36. col. 1. verſ. Non obſtat, Gabr. concluſ.4.de ſententia,num.34. verſ.Limita non procedere,* & quippè maxima eſt præſumptio,quę
6 ex ſententia reſultat, *cap.in præſentia, de renunciat.l.ad ciuilia,C.de probation.* Roland. *conſil.*
7 33. *vol.*1. præſertim cùm de antiquo lata eſt, vt *Maſcard.* perbellè annuit in *tract. de probationib.concluſ.*1316. facit enim de albo nigrum, &
8 de rotundo quadratum, vt *DD.*communitèr in *l.in re iudicata, D.de regul.iur.*

Hinc porrò eruditur peroptimè, contra illam pronunciari non poſſe, cùm nouiſſima ſententia
9 aducrsùs priorem in iudicatum tranſactam nulla prorſus exiſtimanda ſit, vt cautum legimus in *l.1.D.quæ ſentent.ſine appellat. reſcind. l.poſt sẽtentiam 9.C.de ſentent.& interlocut.l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſſ.l.1.C.de exequut. rei iudicat.*ibique *Gloſſ.in verb.Nequaquam poteſt,& in l.hac ſententia 4. verſ. Cùm igitur, C.de ſentent.quæ ſine cert.quantit. proferunt,* & annuunt noſter *Author hic num. 4. & in deciſ.* 129. *in princ.* vbi alios complures manuducit, *Roman. conſil.*410.*num.*4. *Franc.Aretin.conſil.73. Anton.de Butrio conſil.27.num.2.Oſaſc. deciſ.1.nu.* 49.*& deciſ.*142. *num.*23. *Franciſc. Marcus deciſ.Delph.*465.*num.*3.*vol.*1. *Magon. deciſ. Florent.*94.*num.*4.*Borgnin.Caualcan. deciſ.Fiuiz.* 10.*num.*16.*part.*1.*Menoch.de Arbitr.Iudic.lib.* 1.*quæſt.*52.*num.*2.licèt poſterior ſententia aduer-
10 sùs priorem diuerſa in inſtantia prolata fuerit, vt in *cap.inter Monaſterium* 20.*de ſentent.& re iudicat.*vbi etiam *DD.Roman.& Anton.de Butrio in ſedibus indicatis,Borrell.in ſumma deciſ.lib. 2.tit.*30.*de ſententia diffinitiua,num.*184.& quãuis aduersùs priorem illam ſententiam, quæ in
11 iudicatum tranſijt, Principis reſcriptum, Imperialiſue ſententia adhibita fuerint, vt in *l.fin. C.de ſentent.reſc. non poſſ.l.cauſas,vel lites* 16. *C.de tranſact.*& aduertit *Oſaſc.in cit.deciſ.*142. *num.* 24.*&* 25. nec non *Borrell.dict.tit.*30. *num.*191.
12 etenim cùm ſententiæ, aduersùs quas appellationis remedium intra legitima tempora non opponitur,in rem tranſeant iudicatam,*l.ab eo 3.C.quomod.& quando Iudex, cap. ſollicitudinem* 54.*& cap.cum ſit 5.de appellationib. cap.cum dilectus* 32.*in fin.de elect. cap. quòad conſultationem* 15. *de ſentent.& re iudicat.cap.Romana* 3.*§.ſi verò, de appellat. in* 6. prout etiam Præfecti Prætorio,
13 ſi aduersùs eas reclamationis ſuffragium non proponatur, *l.ſi quis aduersùs* 5. *& Auth. quæ ſupplicatio,C.de præcib.Imperat.offerẽd. §.illud vnde ſumitur, Auth.vt ſpõſalit.largitas,* mirum ſanè videri non debet, ſi contra res firmitèr iudi-
14 catas Iudex pronuncians, nullam nouiſſimam proferat ſententiam.
15 Beneuerùm, quoties prior illa ſentẽtia lata fuit iniuſta, expoſitum dogma protinùs, ex ſuperius etiam traditis euaneſcit, & in ſpecie, diſpoſitioni præcitatorum iurium in *l.* 1. *D. quæ ſent.ſine appell.reſcind. & in l.1.C.quando prouoc. non eſt neceſſ.cùm concord.* nequaquam locum eſſe vide-
16 tur, ſi talis illa foret, quippè quòd numquàm in iudicatum tranſit, *Felin.in cap.ſuper literis, nu.* 15.*de reſcript.Caruit ſuper Rit.* 260. *nu.*8. *Vrſill.* ex alijs in *addit.ad Afflict. deciſ.*79. *num.*2. *& 3.de Leo deciſ.Valen.*107.*num.*12.*&* 13. *lib.* 1.*Scacc.de appellat.quæſt.*15.*num.*205. *verſ.Declara ſecundo,Dom.Conſiliar.Staiban.Reſolut.* 94. *num.*93. *& ſequ. lib.* 1. quos ſequitur *Dom. Reg.de Philippo Diſſert.Fiſcal.*12. *num.*81. vbi,
17 quòd nec Iuſtitiæ, nec æquitati alitèr conſentaneum eſſet,vt iniqua, notorièq; iniuſta ſententia ob fatalũ lapſum ſuſtineretur: quarè *Surd.in cõſil.*160.*num.*49.*&* 50.*lib.*2.etiam tradit,quòd ſẽcunda ſententia valebit contra primam notoriè
18 iniquam, ſicuti valeret contra primam nullam, quod luculentèr comprobat noſter *Author in tom.2.Diſcept.forenſ. cap.*266.*num.* 13. *& ſeqq.* nec non in *tom.*5. *cap.* 950.*num.*24. & *Vantius* annuit demùm in *tract. de nullitat.tit. quot.&*
19 *intra quod tempus, num.* 2. cum notoria iniuſtitia nullitati æquiparetur, *Innocent. in cap. cum bertoldus, de re iudicat.* & idem iudicetur de
20 ſententia nulla,& inualida,quod de illa,quæ non exiſtit,*Roland.conſil.*14.*num.*25.*lib.*1.*& conſil.* 49.*num.*29.*lib.*4.*Caphal.cõſil.*160.*num.*11. *lib.* 2.*Surd.conſil.*3.*num.*10. *& ſeqq. lib.*1.
21 Quæſtionem præterea *hic* noſter tangit *Author num.*16. vtrùm clauſula *Summariè, & de plano,* impediat attentatorum reuocationem in primis, & ante omnia? Conſule plures à me congeſtos in *Obſeruatione* 70.*num.*7.*&* 8.vt in contingentia à labore ſubleueris, & interea calamũ fiſto.

PROLOGOMEN.

Concluſum in cauſa cum ſententiæ æquiparetur,per illius actum viam producendi quodlibet probationis genus præcludi edocetur, niſi eſſemus in Supremis noſtris Tribunalibus,vbi inconcuſſa inoleuit praxis admittẽdi ſcripturas ab Actore, & Reo præſentatas nedùm poſt concluſum in cauſa, ſed etiam tempore illius expeditionis, & vſque ad ſententiæ prolationem excluſiuè; At præſentatio iſthæc de quibus ſcripturis intelligatur? ſuper eis terminus ad concomitandum, ac etiam ad impugnandum quando impartiatur? & quid in ſcripturis forenſibus, & iudicialibus? declaratur: quibus omnibus latè etiam ornatis, concluſum in cauſa quando dicatur?perpolitè exponitur, & concluſionis actus nùm ſit de forma ſubſtantiali iudicij, ità vt ſi omitteretur,ſententia, ſiue decretum diffinitiuum indè ſequutum nullitatis labe maculatum dicatur? haùd breui diſquiritur methodo.

RERVM SVMMA.

1 *Concluſum eſſe, & ſententiam latam fuiſſe,paria ſunt in Iure.*
2 Textus in l. ſi rem 39. D. de euictionib. *in germana euictionis materia expenditur.*
3 *Concluſio in cauſa ſententia æquiparatur.*
4 *Legati conditio quando poſt litem cõteſtatam, & ante ſententiam ſuperuenit, nùm ius illud in iudicium deductum videatur.*

5 *Sen-*

Digitized by Google

5 *Sententia lata contra eum, qui post conclusum in causa decessit, valida iudicatur.*
6 *Conclusio in causa regulariter viam cæteris probationibus præcludit.*
7 *Statuti qualitas post conclusum in causa probari non potest.*
8 *Scripturæ in Regno nedùm post conclusum sed etiam tempore expeditionis causæ, & vsque ad sententiæ prolationem exclusiuè recipiuntur, tàm si ab Actore, quàm si à Reo præsententur.*
Ampliatur in omne scripturarum genere, sicq; in illis, quæ nullo adminiculo iuuari possunt, vt num. 10.
Sed contrarium verius est, vt num. 11.
9 *In Regno Neapolis quomodo procedatur.*
12 *Fraudi non est præstanda occasio.*
13 *Scriptura publica illa etiã dicitur, quæ aliqua probatione indiget, & decisio R.C. adducitur.*
14 *Terminus ad concomitandum super scripturis aliqualem fidem facientibus impartitur.*
Limitatur in scripturis, quæ de per se non probant, vt num. 15.
16 *Testes post didicita testificata admitti non possunt.*
17 *Terminus ad concomitandum cùm conceditur, communis ille etiam erit diuersæ parti ad impugnandum scripturas.*
18 *Terminus ad impugnandum contenta in scripturis non datur, quando contentũ in eis enunciatum fuit in libello, & Reus se defendere potuit.*
Contrarium verius, vt num. 19.
20 *Terminus ad concomitandum non conceditur super scripturis, quando contenta in eis in libello sunt enunciata.*
21 *Terminus ad impugnandũ an concedatur aduersùs scripturas forenses, siue iudiciales? inquiritur, & contrariæ determinationes recensentur.*
22 *Conclusio expressa dicitur, si pars processum Iudici mittat, & sententiam proferri petat.*
Ampliatur, etiam si missio huiusmodi ab vna tantùm parte fiat, vt num. 25.
23 *Clausula* Cum potestate addendi, & probandi etiam per testes, si quæ desunt, *conclusionem in causa impedit.*
Sic quoque & altera Aliàs secus, &c. *vt n. 24.*
26 *Iudex ex officio in causa concludere potest ad litium immortalitatem euitandam.*
27 *Conclusio in causa facta dicitur, quando lapsus est terminus parti datus ad probandum, & probatum habendum.*
28 *Conclusi vim habet postremus actus, qui fit tàm in spolio summariissimo, quàm etiam in omnibus causis, in quibus expressim, & formaliter conclusio minimè fit.*
29 *Conclusio, nec publicatio fit in spolij iudicio.*
30 *Conclusio non præexigitur in causis miserabilium personarum.*
31 *Conclusionis actus nùm sit de forma substantiali iudicij, ità vt si omitteretur sententia diffinitiua indè sequuta sit nullitati obnoxia.*
Negatiuè annuitur num. 32.
Contrarium verò traditur num. 33. & 35.
34 *Conclusio per Iudicis interlocutoriam, & præuia citatione ad concludendum fit in S. R. C. in cæteris verò Tribunalibus fit absque actu ad concludendum.*
36 *Conclusio, vbi de stylo fieri solet, ibi necessaria, ac substantialis dicitur.*
37 *Dispositio* Clementin. Sæpè, §. & quia, de verb. signif. *quibus in casibus locum habeat.*
38 *Conclusio non fit in causis criminalibus.*
39 *Reus non solùm ante testium publicationem, sed etiam publicatis iam attestationibus, ac post conclusionem quandocumque defensiones proponere potest.*
40 *Reus defensionum termino renunciare non potest.*

OBSERVATIO CXCVIII.

EXpeditum in Iure est, vt cum conclusum est in causa habeatur, ac si sententia iam
1 lata esset, cùm paria sint aliquid fieri post conclusum, ac si post sententiam gestum fuisset, idque ex *textu* præsertim expresso in valde germana specie, quam *Pomponius I.C.* tractat
2 in *l. si rem* 39. *D. de euiction.* vbi dicitur, venditori quolibet tempore renunciari posse, vt de re agenda adsit, quia ea in stipulatione certum tempus minimè præfinitur, *dum tamen,* inquit Pomponius, *ne propè ipsam condemnationem id fiat,* quod *Accursius ibidem verb. Condemnationem* ità exponit, *dum non sit renunciatum allegationibus, vel testes aperti,* & planè, quia conclusio
3 in causa sententiæ æquiparatur, vt *Baldus* elegãtèr inquit in *l. error, C. de iuris, & facti ignorant. num. 8. circà finem,* scribens ità, *Licèt lex nostra faciat mentionem de sententia, idem dicas si est conclusum in causa, nàm conclusio in causa est terminus disceptationis.* anteaq; dixerat *Bartol. in l. si mater, §. eandem, D. de excep. rei iudicat.* ea in quæstione nimirùm, si legati conditio superuenit post litem contestatam ante sentẽtiam, nùm
4 illud ius in iudicium deductum videatur? quandoquidem respondit, conditio huiusmodi si conclusionem ante superuenit, deductum videri, sin autem post conclusionem secùs, quia perinde est, ac si post sententiam obuenisset: vndè cæteros inter *Mastrill. in decis. 137. num. 19.* testatur, Conciliorum Sacræ Conscientiæ Regni Siciliæ va-
5 lidam declarasse sententiam contra mortuum, eo quòd post conclusum in causa decesserat, quia conclusio, & sententia æquiparãtur, testibus enim reprobatis, probationibus, ac defensionibus explicatis, ad exitum perducitur causa, & suprema tandem manus liti imponitur, itàque incausa fit cõ-
6 clusio, per quam regulariter cæteris probationibus via præcluditur, *cap. cùm dilectus, verb. Cõclusum, de fid. instrum.* Paulus de Castro *in l. admonendi, num. 28. D. de iure iurand.* Nata *consil. 251. num. 4.* Giurba *decis. 26. num. 11.* Marant. *in Specul. aur. part. 6. act. 15. num. 1.* Io: Baptist. Asin. *in prax. ciuil. §. 23. cap. 1.* Damhoudes. *in prax. rer. ciuil. cap. 191. num. 1. & 2.* Io: Paul. Xammar. *Rer. Iudicat. part. 2. definit. 136.* Petr. Gregor. *Syntagmat. Iur. vniuers. lib. 4. cap. 17. num. 1.* quorum plures sequitur Dom. Consiliar. Petra *super Rit. M.C.V. 75. num. 1. & seqq.* vbi alios quoque recenset ad expositorum comprobationem, & notat nouissimè Dom. Motillus *in praxi S.R.C. tit. de gradu conclusionis, num. 1.*
7 Quamobrẽ optimo, & conquisito voti labore in præsentis loci hypothesi responsum fuisse, sta-

Digitized by Google

tuti qualitatem post conclusum in causa probari non posse, ex his planè comperimus; Verùm Regijs hisce in nostris, & Supremis Tribunalibus de communi omnium obseruantia, conclusionem
8 fieri in forma, introductum est, testibus *Vrsill. ad Afflict. decis.* 283. *num.* 14. *Dom. Consiliar. Petra super Ritib. M. C. V.* 238. *num.* 2. *& Dom. Motill. vbi supr.* salua scilicèt scripturarum productione, pro quarum productione antiquitùs, per Regiam *Pragmat.* 11. *de ordin. iudicior.* quatuor dierum terminus erat statutus, dein per alteram Regiam *Pragmaticam* 57. *de Offic. S. R. C.* indultum fuit, eas infra dies duos post affixam causarum listam præsentari potuisse, ficque eorum præsentatio ad
9 sententiam vsque admittitur exclusiuè, eo quòd summariè, simplicitèr, & de plano, sola facti veritate inspecta, sublatis subtilitatibus Iuris Ciuilis proceditur, vt testatur *Carauit. super Rit. M. C. V.* 23. *num.* 2. nec non *Consiliar. Gizzarell.* luculentèr *in decis.* 42. quem sectatus est *Dom. Regens Rouitus super Pragm.* 13. *de ordin. iudic. n.* 6. & annuunt paritèr *Dom. Consiliar. Pratus ad Muscatell. in praxi S. R. C. part.* 6. *Gloss. scripturæ, & lib.* 2. *Disceptat. forens. cap.* 35. *num.* 39. ac iterùm *lib.* 1. *PP. Obseruat. cap.* 42. *num.* 8. *vers. Id quod habet, Dom. Consiliar. Petra cit. Rit.* 238. *num.* 6. *Galluppus in praxi S. R. C. part.* 2. *cap.* 29. *à num.* 7. & ibidem *Dom. Verde in addition.* Sed.

10 Præsentatio istæc procedat nè quò ad omnes scripturas? Herclè haùd exilis est difficultas! ex lectura enim verborum memoratæ Regiæ *Pragmat.* 11. concludiuè respondendum videtur, quòd nempè omne scripturarum genus præsentari possit, etiamillæ, quę vllo adminiculo iuuari possunt, nàm dum Legislator in genere loquutus fuit in verbis illis, *Postquã publicationem partes producere debent omnia instrumenta, cautelas, siue scripturas.* dicendum similitèr videtur, simplices quoque scripturas includerè voluisse, ex argumẽto *textus in l. Lucius Titius* 45. *D. de vulgar.*

11 At his minimè refragantibus contrarium hac in re veriorem esse affirmant *Afflict. in decis.* 272. *Gallupp. vbi supra nu.* 8. *& sequ. Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M. C. V. tom.* 2. *Rit.* 238. *sub num.* 2. *circa med. & Dom. Motill. ibidem num.* 8. nàm memorata Regia *Pragmatica* illis in verbis de publicis dumtaxàt scripturis, fidemque
12 facientibus loqui intelligitur, nè fraudi occasio præstetur, quod summè curandum est per iura vulgata: etenim si de scripturis etiam simplicibus vllam fidem facientibus intelligeretur, super eis non comprobatio, sed rei probatio sequeretur, cui priùs per cartulam fides nulla præstari poterat, & maximùm foret absurdum secundùm *Afflict. loc. cit. num.* 2. quia iudicij ordo peruerteretur; Ve-
13 rùm isthac in materia publicę scripturæ illæ quoque dicuntur, quæ aliqua comprobatione indigent, vt probat *Dom. Reg. Rouitus in consil.* 4. *num.* 3. *tom.* 3. adnotans, quòd de his propriè sermocinatur *Afflict. vbi supr.* & patet euidentèr, propterea quod si de omninò publicis, & publicam in formã reassumptis intelligeretur, ad quid pro illarum comprobatione testibus opus esset? certè ad nihilum. de his igitùr scripturis regulariter intelligendum est, quæ de per se aliqualem fidem faciunt, sed publicam in formam redactæ minimè sunt, ità vt formæ defectus ex probatione per testes facienda suppleatur, vt *Dec.* extricat *in l. certi condictio, §. quoniam. num.* 8. *vers. Et locum habet, D. si cert. pet.* cuius post *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 631. *num.* 1. meminit *Dom. Reg. Sanfelic. in decis.* 146. *num.* 9. *part.* 1. atque ideò Ciuitas Aquilæ fuit in Regia Camera admissa ad concomitandum scripturam continentem priuilegium Federici Imperatoris, sumptam ex alia copia, seù registro non authentico, sub die 12. Iunij 1596. facta relatione per Præsidentem Valcarzel, in Banca Gallucij, testis est *Dom. Regens Rouitus in cit. consil.* 4. & meminit *Dom. Consiliar. Petra vbi supra sub num.* 10.

14 Vnde simili vocabulo hic dicimus, Regia *Pragm.* 14. *eod. titul.* quia mandat, testes post cõclusum recipi non posse, etiam pro ueritate indaganda, traditum meritò esse, vt priuatæ scripturæ terminum ad concomitandum non mereantur, nisi illæ sint, quæ aliqualem fidem faciunt, aùt aliquo probabili adminiculo, vel nuda comparatione iuuari possunt, nàm super illis præfatum terminum impartiri posse non altercatur, nec ex nostris aliquis iustè ambegit vnquam: *Afflict. decis.* 271. *& 272.* vbi dicit, Sacrum Consilium terminum
15 huiusmodi denegasse super scriptura, quæ de per se non probabat, & firmat *Dom. Præs. de Franchis in decis.* 631. quam inibi comprobat *Dom. de Luca in Obseruat. num.* 2. nec non *Dom. Regens Tapia super dict. Pragmat.* 14. *de ordin. iudicior. Dom. Regens de Marinis ad Reg. Reuerter. decis.* 210. *num.* 2. *Muscatell. in praxi S. R. C. part.* 7. *Gloss. Præsentatas*, & illic *Dom. Cõsiliar. Pratus in addit.* ac demùm in *lib.* 1. *PP. Obseruat. cap.* 42. *num.* 12. *Thor. in compend. decis. Neapol. part.* 1. *verb. Terminus ad concomitandum scripturas*, & rursùs *verb. ad concomitandum apodixas*, & facit viua ratio, quia si huiusmodi terminus ad concomitãdum dictas scripturas priuatas nullam fidem facientes daretur, tota fides in testibus consisteret, sicque testium sub-
16 ornationis daretur occasio, admittẽdo testes post didicita testificata, contra *text. in cap. fraternitatis, & in cap. series, de testib.*

17 Quoties verò post conclusum in causa scripturæ aliqualem fidem facientes præsentantur, & terminus ad illas concomitandum, siue com. probandum petitur, tunc aduersa pars terminum ad impugnandum petere poterit, & si terminus ad concomitandum detur, communis alteri etiam erit ad impugnandum, prout practicari testatur *Dom. Motillus loc. cit. sub num.* 9. & notat *Mel. ad Gizzarell. decis.* 41. sicque duo haùd erunt termini secundùm *Muscatell. in cit. Gloss. Præsentatas, num.* 21. prout paritèr huiusmodi ter-
18 minus ad impugnandum contenta in scripturis nec datur, cùm contentum in scriptura enunciatum fuit in libello, & Reus se potuit defendere, ex doctrina *Ann. in Singul.* 502. *&* 503. vbi eius *Filius* complures sectatores conglomerat, in praxi hoc seruari testatur *Dom. Regens Rouitus super Pragmat.* 11. *de ordin. iudic. sub num.* 43. extollit etiam *Muscatell. in allegata Gloss. Præsentatas, num.* 20. *in fin.* amplectunturque *Dom. Petra Senior ad Capye. decis.* 68. *num.* 3. *Viscont. in Conclus. Iur. verb. Terminus ad concomitandum*, & decisum refert *Dom. Regens Sanfelicius in addit. ad decis.* 146. *num.* 5. quod tamen omninò tutum non videtur ex eo, quia licèt in libello

19 quid

Digitized by Google

19 quid esset enunciatum, cum scriptura non sit præsentata, ideò pars non se defendit, sciens, enũciationem simplicem scripturarum præsentatione minimè munitam non officere, ac etiam malens ipsam non sequi, vt sic Actore non probante absoluatur: igitur, cum posteà scriptura illa præsentatur, ex qua pars lacessitur, terminus denegari nõ debet, vt optimo associante voto *Dom. Consiliarius Petra* obseruat *in cit. Rit.* 238. *sub num.* 17. dicens, hoc aliquando obseruatum fuisse contra
20 *Anna* dictum, quod procedere opinor dumtaxàt respectu termini ad concomitandum, qui dari minimè debet, quando contenta in scriptura in libello sunt enunciata.

21 Prænominati etiam termini ad impugnandum impartitionem, cùm scripturæ præsentatæ essent forenses, siue iudiciales, fieri nec debere inquit *Dom. Regens Rouitus super cit. Pragmat.* 11. *in dict. num.* 43. & ex *Afflict. decis.* 115. *Capye. decis.* 98. alijsque ità frequentissimam praxim obseruare adijcit, & decisum refert *Thorus in supplement. compend. decis. verb. Terminus ad impugnandum*, qui tamen in *part.* 3. *Compend. decis. eodem verb.* contrarium decisum retulerat in causa Virgiliæ Longhæ cùm hæredibus Caroli Longhi, referente *Dom. Consiliar. Andrea Prouenzali*, de mense Iulij 1631. in Banca de Cantone, fuisse nempè impartitum talem terminum etiam aduersùs scripturas forenses: Vnde meritò idem *Thorus ibidem, & Muscatell. vbi supra num.* 25. notant, hoc propterea prudenti Iudicentis arbitrio relictum esse, si sibi videbitur litigatores malitiosè minimè procedere. Vtque modò è semita ad viam redeamus.

22 Conuenit vt notemus, scripturarum, siue processus missionem Iudici factam concluſiuim habere, quoniam tunc Iudici per partem sententia proferri petitur, quæ petitio expressa dicitur conclusio, vt noster *Author* alijs adductis tradit *hic num.* 10. notat expressè *Capycius in decis.* 180. *num.* 10. paritèrque *Carauita super Rit. M.C.V.* 239. *num.* 4. *Castill.* item *in decis.* 196. *num.* 2. & 7. *lib.* 2. nec non *Afflict. in Constit. Vniuersos, & singulos, lib.* 2. *Rubr.* 44. *num.* 6 & per M.R.C. decisum testatur *Giurba in decis.* 74. *num.* 1. idque
23 tametsi huiusmodi missio sit ad effectum, & contrarium effectum, nisi pars, quæ ad effectum miserit protestata fuerit adhibendo clausulam, *cùm potestate addendi, & probandi etiam per testes, si quæ desunt*, etenim ex vi huiusce reseruationis quandoque concluſum impeditur; quemadmodum etiam foret quò ad partem, quæ ad contra-
24 rium effectũ miserit eadẽ adhibita protestatione, & clausula *aliàs secus*, vt dilatatis fimbrijs discurrit *Amatus in Resolut.* 69. & vt missio huiusmodi concluſi vim habeat, sufficere non ambigi-
25 mus, si ab vna tantùm parte fiat, nàm si aliàs ab vtraque parte concluſionem fieri oporteret, si aduersarius concludere nollet, vel concluſioni consentire, scripturarum missio ad Iudicem nunquã fieret, uel alitèr concluderetur, nec causa expediretur: idcircò altera parte inuita Iusdicenti quo-
26 que ex officio permittitur in causa concludere ad litium immortalitatem euitandam, *Hippolit. de Marsil. tract. de Bannitis, verb. Iudice, num.* 232. concinuntque ultima uerba *Ritus M.C.V.* 75. quæ statuunt, quòd facta concluſione, breuiùs quàm potuerint, Iudices ad causæ expeditionem procedant. & consimilis in Marchiæ Prouincia extat Constitutio, vt noster *Author* testatur *hic sub num.* 12.

27 Concluſum inquàm in causa dici memoramus, cùm lapsus est terminus parti datus ad probandum, & probatum habendum, vt *Hippolit. de Marsil.* notauit *vbi proximè num.* 231. dicens, modum hunc singularem esse, & perpetuò menti tenendum ad concludendum in causa, & hoc idẽ paritèr inquiunt *Card. Tuschus Practic. Concluſ. lit. C. concluſ.* 559. *Dom. Regens Rouitus super Pragmat.* 1. *de ordin. iudic. nu.* 1. *& Io: Baptist. Asin. in praxi*, §. 23. *cap.* 2. *num.* 2. qui de Statuto Florentino idem disponente testatur.

28 Denique postremus actus, qui fit, tàm in spolio summariissimo, quàm etiam in omnibus causis, in quibus expressim, & formalitèr concluſio minimè fit, concluſi vim habet, vt in summarijs inquiunt *DD. in cap. insinuante, de exceptionib. Card. Tuschus Practic. Concluſ. lit. C. concluſ.* 559. *num.* 5. *Consiliar. Capycius decis.* 1. *num.* 33. *Maranta in speculo aureo, part.* 4. *dist.* 9 *num.* 29 23. *&* 24. & in spolij iudicio nec concluſionem, nec publicationem fieri, scribit *Muta super Rit.* 135. *num.* 100. ac in causis miserabilium personarum, vtpotè summarijs, illam non præexigi, concludit *Nouar. de priuileg. miserabil. person. priuil.* 128. Quamobrem hic videndum succedit.

31 Concluſionis actus sit nè de forma substantiali iudicij, ità vt si omitteretur, sententia, siue decretum diffinitiuum indè sequutũ nullitatis labe maculatum dicatur? communi equidem controuersia apùd *Doctores* disceptatur, & ex eorum opinionis varietate, quænàm verior sit opinio, vix dignosci potest, adeò vt memorandus ille vir *Dom. Regens Scipio Rouitus* hanc quæstionem tangens *super cit. Pragmat.* 13. *num.* 6. eandem indecisam reliquit, ac se ad *Mattiens.* remisit in *Dialog. Relator. & Aduocat. part.* 3. *cap.* 52. Ipse verò sicco pede pertransire haùd valeo, sed summatim hanc rem circà quantum mei iuuenescentis ingenij virium ius est, proponere libet, quod
32 secundùm quorumdam effatum dici posset, actũ huiusmodi de forma substantiali iudicij minimè esse, ità vt si omitteretur, non propterea vitiaretur sententia, aùt nulla diceretur, vt habetur in *Clementin. Sæpè, §. & quia, verb. Concluſione non facta, de verbor. significat.* & ità tenent *Card. Zabarella ibid. num.* 20. *Abb. Panorm. in cap. cùm. I. & A. num.* 12. *de re iudic. & in cap. pastoralis, col.* 3. *de caus. possess. & propr. Felin. in cap. cùm dilectus, num.* 33. *vers. Quartò scias, de fid. instrum. Bald. in l. nec causas C. de appellat. Roman. consil.* 176. *num.* 11. *Mynsinger. Singul. Obseruat. centur.* 3. *obseruat.* 17. *num.* 1. vbi ita in Camera Imperiali concluſum fuisse memorat, & approbat in *num. seqq.* sic paritèr sequendo *Clement.* prædictam affirmant *Maranta in speculo aureo part.* 4. *dist.* 9. *num.* 23. *& part.* 6. *de concluſione in causa, nu.* 9. *Nicol. Grauat. ad Vestr. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 30. *Iodoc. in praxi ciuil. cap.* 191. *nu.* 8. *Gallupp. in praxi S.R.C. part.* 2. *cap.* 30. *de concluſione in causa, num.* 13. *Nouar. de grauam. in vasall. lib.* 3. *grauam.* 100. *num.* 55. *vers. Nec ille, Ripol. Variar. Resolut. cap.* 16. *num.* 2. quorum non nullos recensens insequitur *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 75. *num.* 4. *&* 15. & sectantur paritèr *Dom. Reg.*

San.

Digitized by Google

Sanfelic.in praxi,sect.58. num.27. vers. At conclusio,Dom.Reg.de Marinis alios recensens *tom. 1. Quotid.Resolut.cap.45. num.2. & in observat. ad Reg.* Reuerter. *decis.263. num. 2. Dom. Verde in sua Pantonomodid. lib.4. tit. de officio Iudicis, sub num.1865.* qui omnes dicunt, conclusionem in causis etiam ordinarijs magis de consuetudine,quàm iudicij substantia esse, & tutatur *Oliua super Rit.32.Curia Archiepisc.Neapol.num.5.* tametsi illam de consuetudine,& Curiarum stylo semper fieri certum sit.

33 At *Baldus* quæstionem hanc disputans in sua *Margarita, verb.Renunciatio, & conclusio,* annuit,conclusionem esse de ordine substantiali iudicij,eiusque omissionem sententiam vlneratè, per *text.in Auth.iubemus,C.de iudic.* cuius memor est *Mynsinger.in cit.obseru.17.num.4.* attestans *num.5.* quòd in Camera Imperiali nulla solet publicari sententia,nè interlocutoria quidem, nisi in causa legitimè conclusum sit,quod paritèr testatur *Andr.Gaill. PP.Obseruat. lib.1.obseru. 107.num.2.* & noster vsus obtinuit , nàm communitèr illa fit per Iudicis interlocutoriam , &

34 præuia citatione ad concludendum in S.R.C.in cæteris verò Tribunalibus absque actu ad concludendum fit conclusio,vt ex plurimorum processuum reuolutione obseruasse fatur *Episcop. Campanil. ad Oliu.in cit.Rit.32.num.11.* cuius meminit *Ventrigl. in praxi rer.notabil. de conclusione,annotat.33. §. vnic.num.4.lib.1.* & attestatur *Muscatell. in praxi S.R.C.part. 6. Gloss. Scriptura,num.11.* ac etiam *Dom.Consiliar. Petra l.c. sub num.6.* Itàque magnus nostri æui practicus *Dom.Gregorius Motillus in sua praxi S. R.C.tit.de gradu conclusionis num. 6.* ex per ipsummet circà dispositionem citatæ *Clement.* ob-

35 seruatis annuit,veritatem esse, quòd conclusio, tùm ex styli consuetudine,tùm de Iure Regni, vt ex verbis duarum Regiarum Sanctionum, quarũ altera est XIII.incipiens *Conclusione facta,* altera verò est XIV.incipiens *Post conclusionem, de ordin. iudicior.* est de forma substantiali iudicij, secundùm ea,quæ citatus *Mattiens.* tradit in *dict. Dialog.Relat.& Aduoc.* nec non *Auendan. in Respons.2.num.9.* & complures ità similitèr scribentes recensens,extollit tandèm *Scacc.in tract. de iudicijs,cap.12. num.5. & sequ.* qui sub *num.* 13. suum proferens iudicium concludit, vbi de

36 stylo fieri solet conclusio,ibi necessariam , ac substantialem esse: quam sententiam post alios etiam placet *Dom. Consiliar. Francisc. Maria Prato in addit. ad Muscatell. part.7.Gloss.de Iure,vers.*

37 *Quid igitur,* & meritò quidem , propterea quod illius *Clementina* dispositio hijs in casibus locum habet,vbi sine strepitu,& iudicij figura,aùt in hijs, in quibus summariè , & per viam delegationis proceditur , vbi conclusio regulariter non exigitur,vt tenent *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit.de renunc.& conclus.in princip. Afflict.decis. 272.num.4.Marc.decis.Delphin.796.num.6.vol. 2.Giurb.decis.sicil.74. in princ. Ricc. collectan. decis.85.Mynsinger.cit.Obseruat.17.num.3. Menoch.de Arbitr.Iudic.lib.1. quæst.35. num. 11. Marcell.Calà de modo articul.§.1.Gloss.3.num. 38.* vndè à contrario sensu dicendum consequitur, ordinarijs nempè in causis , vbi tela iudiciaria seruatur,conclusionis actum omitti non posse, & hoc Ecclesiastico in foro dubio procùl locum obtinere testantur *Card.Zabarell. & Abb. Panorm.super cit. Clement. sæpè , de verbor. signific.*

38 Capitalibus verumtamen in causis huiusmodi conclusionis actus locum minimè obtinet , vt *Dom.Consiliar. D. Antonius Capycius* testatur *in decis.S.C.81.num.5.* & prèter alios , quos inibi in additione recenset *Dom.Petra senior,* affirmant *And.Gaill.in cit. obseruat. 107.num. 11. Magon. decis.Lucens.42.nu.32.Gregor. Syntag. Iur. vniuers.lib. 48. cap.17.sub num.5. Camill. Borrell.* qui alios etiam adducit in *summa decis. lib.2.tit.26.de conclusione in causa, num. 13. &* 48. Horum communem traditionem esse dicit *Marsil.in prax.crimin. §. sequens, nu.1.* & concinunt *Dom. Regens Rouitus super cit. Pragmat. 13.nu.5.P.Fragosius de regimine Reipubl. Christian.tom. 1.part.1.lib.5. disputat. 13. de conclusione in causa.sub num. 241.* quos sequitur *Dom. Consiliar.Petra vbi supra num.7.* idque defensionis fauore,cuius tanta est virtus, vt Reus non so-

39 lùm ante testium publicationem , sed etiam publicatis iam attestationibus , ac post conclusionem quandocumque eas proponere possit , per *textum* singularem *in l.vnius facinoris 18.§. cogniturum,D.de quæstionib.* ibi, *Quamuis defensionem quocunque tempore postulante Reo negari non oporter.* & illic notat *Bartol.num.3.* & sequuntur *Bald.in l.si accusatoribus,num.19.C.de accusation.& in Auth.iubemus,num.7.in fin. C. de iudic. Iaf. in l. admonendi , num.61. D. de iure iurand.Hippol.* latè *in l.1.§.final.num.63. D.de quæstion.Port.lib.1.commun. opin. concl. 39.Sall.33.Farinac.de testibus, quæst.39. nu.82.* vbi tuetur,etiam post publicationem , & conclusionem licere Reo se defendere , & propriam innocentiam ostendere: quid enim suauius est libertate? quid vita ipsa carius æstimatur? vt neque

40 propterea licere Reo defensionum termino renunciare,testatur *Clar.quæst.49. num. 16.* quem sequitur *Dom.Consiliar.Petra loc.cit.sub num.7.* & cæteros casus,in quibus iste conclusionis actus minimè fit,videre qui conspicit, adeat *Andr.Gaill.in cit.Obseruat.107.*

PROLOGOMEN.

Appellatio copulatiua ad plures Iudices quando valeat? & quid si simpliciter ad Iudicem competentem appellatio interposita fuerit? tàm Canonico,quàm Ciuili Iure attento, adducta etiam nostri Regni praxi, declarantur, & peculiaria nonnulla ad ornatum adducuntur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio copulatiua ad plures Iudices valida est, quando interponitur ab eo, qui nullum Superiorem, prater summum Pontificem recognoscit.*
Ratio traditur num.2.
Intelligitur attento Iure Canonico,vt num.5.
Secus verò Iure Ciuili inspecto,vt num.7.
3 *Appellatio vitiatur ratione incertitudinis.*
4 *Expressio Iudicis in appellatione requiritur.*

6 *Ap-*

Digitized by Google

6 *Appellatio de Iure Canonico ad Superiore m interponi potest omisso medio.*
Restringitur attento Iure Ciuili, vt num. 8.
9 *Appellatio gradatim interponitur in iudicio criminali.*
10 *Appellatio in Regno immediato Superiore pretermisso ad Magnam Curiam interponi potest.*
Limitatur in causis Baronum, qui priuilegium cognitionis secundarum causarum retinent, vt num. 11.
12 *Barones pœnalia banna adicere possunt, nè vasalli, omissa eorum Curia, Regia adeant Tribunalia.*
13 *Vasalli nullo modo quibunt inuito Barone ad Regias Curias confugere.*
14 *Barones ad eorum libitum in subditi praiudicium, causas à suo officiali auocare non valēt, alteri delegando.*
Ampliatur etiam in ipsius dumtaxàt officialis praiudicium, vt num. 15.
16 *Intellectus* textus in l. Iudicium soluitur, D. de iudicijs, *remissiuè traditur.*

OBSERVATIO CXCIX.

RArus præsenti in loco disceptatur casus, Nùm si quis appellauerit copulatiuè ad plures Iudices, videlicèt, ad
1 Archiepiscopum, & quemlibet Iudicem competentem, valida iudicetur appellatio, si infrà terminum datum ad appellandum non declarer; coràm quonam ex nominatis Iusdicentibus interpositam appellationem prosequi velit & affirmatiuè concluditur, quando appellatio ab eo interponitur, qui nullum Superiorem, præter Summum Pontificem recognoscit, quemadmodum & quoque conclusum hic fuisse testatur noster Author, conformem sententiam *Abb. Panorm.* edocuit in *cap. inter cœtera, num.* 10. *de appellat.* eamque amplexatus est *Augustin. Bero in consil.* 80. *num.* 12. *& seq. lib.* 3. quo laudato sequitur *Ruginell. de appellation.* §. 2. *cap.* 4. *nu.*
2 36. & ratio potissima fouet, quia tunc incertitudo euitatur, cùm eo omisso ad aliquem appellari non potest, etsi aliàs secus sit incertitudinis ratione, qua stante appellatio vitiatur secundùm *DD.*
3 quos allegat, & sequitur *Marsil. in Rubric. Cod. de probation. num.* 424. & post alios tradit *Lancell. de Officio Prætor. tit. de appellat. num.* 33. *& seqq.* vbi tres ponit casus, quorum alter est, cùm dictum sit appello, & id simpliciter: Secundus cùm dixerit, appello ad Iudicem competentem: Vltimus cùm dicatur alternatiuè, appello ad Archiepiscopum, vel Legatum, vel Patriarcam, vel Summum Pontificem, vel ad quemlibet alium Iudicem competentem: quos latè prosequitur, & quartum casum adijcit *Præpos. in cap. dilecti, de appellation.* videlicèt, appello ad omnes Iudices superiores: Hinc meritò, vt expressio etiam requi-
4 ratur, erùditur, tùm ad hoc vt Senatus certus sit, cui appellationem ipsam tradat committendam, tùm, quia æquum paritèr est, vt appellans, qui electionem habet, cùm plures sunt Iudices, aliquem nominet, & eligat, nè in incerto cùm alterius discrimine vagari dicatur: potissimùm si aliqua iuris, vel facti dubitatio appellanti minimè occurrat, ex his, quæ idem *Lancell.* tradit *vbi supra sub num.* 36. & notat *Ruginell. ibidem num.* 34.
5 Verùm hoc attento Iure Canonico suum locū obtinere haùd ambigimus, quo Iure quis omisso
6 medio ad Summū Pontificem appellationis auxilium interponere potest, vt annuit *Abb. Panorm. in cit. cap. inter cœtera, num.* 9. quem sequitur *Robert. Marant. in speculo aureo, part.* 6. *act.* 2. *& quandoq; appell. num.* 132. secus verò Ciuili
7 Iure inspecto, vt *Franc. Marcus* testatur *in decis. Delfin.* 346. *à num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 419. *nu.* 3. quem laudat, & sequitur *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus* M. C. V. *tom.* 1. *Rit.* 62. *sub. num.* 2. etenim genus, quod verificari non potest, nisi in vna tantùm specie, incertitudinem aliquam minimè inducit, ac cùm de Iure Ciuili omisso
8 medio appellari non possit, vt cautum legimus in vulgata *l. Imperatores Verus, & Antoninus* 21. *D. de appellationib.* & notant *Speculat. in tit. de appellation.* §. *nunc tractemus, in princip. Anan. consil.* 51. *num.* 1. *Robert. Marant. in cit. tit. & quandoque appellatur, nu.* 368. *Dom. Reg. Rouitus super Reg. Pragmat.* 3. *de officio S. R. C. num.* 5. *Dom. Consiliar. Petra loc. cit. num.* 1. *Dom. Ver. de in* 4. *Pantonomodid. tit. de exceptionibus, nu.* 1515. *Dom. Motillus in praxi S. R. C. tit. de appellatione, cap.* 3. *num.* 11. idcircò generalitas illa Iudicis respectu incertitudinem non inducit, quia de Iudice Superiore immediatè intelligi debet, & perconsequens non vitiat: id quod præsertim criminali in iudicio locum habere opina-
9 mur, vbi gradatim appellatio procedit, vt *Dom. Regens Rouitus* testatur *vbi supra*, & sequitur *Dom. Motillus loc. cit. sub. num.* 12. quamuis
10 aliàs in Regno Iuris Canonici dispositio practicetur, vbi prætermisso immediato superiore cuiquam prouocare licet ad Magnam Curiam, vt apertè constat ex Ritibus eiusdem M. C. V. 52. & 62. & ex Constitutionibus Regni *Cum noua*, & *Appellationum tempora*, & notant *Afflict. in cit. Constit, cum noua, num.* 6. *Marant. dict. part.* 6. *act.* 2. *nu.* 244. *Borrell. in summa decis. tom.* 1. *tit.* 33. *de appellat. num.* 55. *Muscatell. in praxi S. R. C. part.* 1. *lib.* 2. *Gloss. Tenebitur, nu.* 4. *Scacc. de appellation. quæst.* 7. *limit.* 9. *num.* 99. quos sequitur laudatus *Dom. Consiliar. Petra super cit. Rit.* 52. *num.* 3. restringens hoc ex *Carauit. in*
11 causis Curiarū Baronum, qui priuilegium cognitionis secundarum causarum retinent, vt etiam in terminis citati *Ritus* perpendit *Gallupp. in praxi S. R. C. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 16. & propterea valeant ipsi pœnalia ædicere banna, nè ipsorum
12 declinent iurisdictionem, & Regia adeant Tribunalia omisso eorum Iudice primarum, secūdarum, ac tertiarum causarum, *Consiliar. Capyc. decis.* 9. *n.* 15. *Marin. Frecc. de subfeud. in author. Baron.* 9. *&* 10. *Ann. singul.* 631. *Dom. Reg. Rouit. de iurisdict. inuic. non turband. num.* 1. *Dom. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 3. *de election. official.* §. 1. *num.* 11. *Dom. Reg. Tap. tom.* 1. *Iur. Regn. lib.* 2. *tit. de offic. Magistr. Iustitiar. num.* 33. *vers. Recursum habuerunt, Capiblanc. de Baronib. pragm.* 3. *num.* 127. *Nouar. de grauam. vasall. tom.* 3. *grauam.* 21. & cæteri quos sectantur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis.* 147. *num.* 1. *Dom. Consiliar. Pratus lib.* 1. *PP. Obseruat. cap.* 3. *per tot. Dom. Consiliar. Petra*

vbi

Digitized by Google

vbi supra num. 4. & quemadmodum Barone in-
13 uito ad illa confugere non possunt, testantibus *Dom. Pras. de Franchis decis.* 417. *num.* 2. & *decis.* 541. *num.* 3. *Dom. Reg. Sanfelic. decis.* 20. *num.* 4. *lib.* 1. *Horat. Montan. de regalib. pag.* 144. *num.* 27. ità pariter ipsi Baroni ad sui libitum in-
14 subditi præiudicium causas à suo officiali avoca-
re, alteri delegando, licebit, vt inquit laudatus *Dom. Pras. de Franchis in decis.* 511. & sectantur *Dom. Reg. Rovitus* distinctione tamen utens *super Pragm.* 5. *de suspicion. official. nu.* 22. *Dom. Reg. Sanfelic. in decis.* 29. *sub num.* 5. *lib.* 1. & *in decis.* 244. *num.* 3. *lib.* 2. *Auend. de exequend. mandat. Reg. cap.* 5. *num.* 12. *Schrader. consil.* 16. *inter consil. Borcholt. part.* 2. *Dom. Petra Senior ad Grammat. decis.* 30. *num.* 56. *Helis. Danza ad Grammat. decis.* 104. *num.* 11. quos manuducit *Dom. Consiliar. Petra vbi supra num.* 6. ex eorum etiam voto inquiens hoc procedere respe-
16 ctu præiudicij ipsius officialis; haùd refragante *textus* regula in *l. iudicium soluit, D. de iudicijs, & in cap. vt nostrum, de appellat.* quam perbellè
16 elucidat in *num.* 7. ex complurium nostræ lu-
risprudentiæ Peritorum auctoritate, quibus me subscribere ducitur animus.

PROLOGOMEN.

Salarium Officiali discedenti debitum esse enucleatur, si licentiam habuerit ab habente potestatem, & statuto tempore redierit, alioqui secus Epidemiali morbo etiam grassante, vndè horrida, atque luctifica contagionis, quę Anno M.DC.LVI. grassata, Neapolitanos est depasta Ciues, memoria recensetur, & de discessu absque licentia nonnulla adducuntur.

RERVM SVMMA.

1 *Absens possit nè dici adesse.*
2 *Salarium debetur Officiali discedenti cùm licentia Superioris.*
Intelligitur, dummodò statuto tempore redierit, vt num. 4.
Limitatur, si casu, & iustè fuerit impeditus, vt num. 5.
3 *Licentia operatur, vt absens pro præsente habeatur.*
6 *Infirmitas dicitur potens impedimenti causa.*
7 *Distributiones quotidianæ debentur Ecclesiæ Ministris, qui morbo impediti personaliter ministrare non valent.*
Ampliatur, tametsi propria ex culpa in morbũ inciderint, vt num. 8.
Declaratur, quando agritudo fuit absentiæ vera causa, vt num. 9.
10 *Magistratus an pestis tempore absque licentia ex Vrbe discedere valeat? & num.* 18.
11 *Salarium debetur Officiali absenti ex causa pestis.*
12 *Ciuitas Neapolitana anno* 1656. *luctifica contagione fuit grassata, & illius contagionis lacrymabiles recensentur effectus.*
13 *Magistratus, qui se in fugam hinc contulerunt anno* 1656. *extra Vrbem retenti fuere ordine Excellentiss. Comitis de Castillo.*
14 *Magistratus perpauci fuere, qui anno* 1656. *tempore, quo funestissima lues in Ciuitate Neapolis grassabatur, mortis metu aliò fugerint, cæteri publicæ vtilitati operam nauarunt, è quibus* Dom. Consiliarium Franciscum Mariã Pratum *præcipuum fuisse fertur, & eius dignæ gestæ memorantur.*
15 *Initium vitæ bonæ est facere Iustitiam, quæ accepta est apud Deum magis, quàm immolare hostias.*
16 *Deus remunerat merita hominum, & num.* 17.
19 *Respublica naui assimilatur.*
20 *Magistratus in Vrbibus noctu vigilantes hostibus terrori sunt.*
21 *Populus Hebreorum quo tempore constans, & adorans vitulum aureum in Idololatriam lapsus fuit.*
22 *Continuus sua Excellentia discedendo à Ciuitate petita, & non obtenta licentia priuatur officio.*
23 *Licentia legitimè petita, tametsi fuerit denegata, pro obtenta habetur.*
Intelligitur, quando lex non exprimit, vt obtineatur, vt num. 25.
24 *Regularis petens licentiam transeundi in strictiorem religionem, ea sine iusta causa denegata pro concessa habetur.*
26 *Licentia obtenta esse debet, quando Clericus à Beneficio residentiam requirente se absentare vult, ità vt non sufficiat licentiæ petitio ex iusta causa.*
27 *Prælatus Superior compellere potest Inferiorem ad dandam licentiam Clerico iuxta exigentiam causa.*
28 *Agnatus si alicui matrimonio contrahendo cõsentire nolit, compelli potest à Iudice ad consensum præbendum cognita, & inspecta viri qualitate, & circumstantijs.*

OBSERVATIO CC.

1 ABsens possit nè dici adesse? nobile est
2 problema, & resoluitur ex dicendis; Quæsitum hic fuit, Nùm debeatur salarium Officiali discedenti? & per Marchiæ Senatum affirmatiuè resolutum fuisse testatur noster *Author hic*, si licentiam habuerit
3 ab habente potestatem, etenim licentia absentem pro præsente haberi, ac seruire facit: ità que demùm multis freta auctoritatibus determinauit eadem Rota Marchiæ, teste *Ant. de Amato decis.* 52. præsertim sub *nu.* 7. concludit etiam *Dom. Regens de Ponte de potestate Proregis titul.* 7. §. 5. *sub num.* 16. & ex *Carauit. super Rit. M. C. V.* 7. *num.* 2. & Dom. *Reg. Tapia super Cap. Regni* 35. *titul. de offic. constit.* tradit *Capiblanc. de Baronibus tom.* 1. *Pragmat.* 5. *num.* 91. & annuunt similiter *Episcop. Riccius collect.* 2466. *Anna consil.* 42 *num.* 25. *Nouar. de election. for. quæst.* 35. *num.* 13. quos insectatur *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 7 *num.* 9 vbi haùd immemor est de præsenti decisione, quemadmodum & quoque meminit super *Rit.* 232. *num.* 8. *in fine.*
4 Credimus tamèn locum id obtinere, dummodò statuto tempore redierit, aliàs integro salario

tùm

tùm Magistratus, tùm quilibet alius priuabitur, *l. hac lege, C. de proxim. sacr. scrin. lib.* 12. etsi
5 aliàs isthac à mulcta excusandus eueniat, si casu, & iustè fuerit impeditus, *Reg. Valenzuel. consil.* 4. & causa potens infirmitas sanè erit, vt *Thomas Actius* edocet in *tract. legal. de infirmit. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 9. tradit paritèr *Mascard. de probationib. conclus.* 7. *num.* 11. & comprobat *Episcop. Couarruu. libr.* 3. *Variar. Resolut. cap.*
13. *num.* 8. probans, Ecclesię Ministris, qui morbo impediti personalitèr ministrare non valent,
7 quotidianas distributiones deberi, haùd refragãte absentia, & extensionem id pati non tantùm in simpliciter ægrotantibus, sed in his paritèr, qui propria ex culpa in morbum inciderunt, quia
8 cùm mulieribus se commiscentes morbum gallicum susceperunt, etenim hi tametsi propria culpa impediti sint, hoc tamen impedimentum nec à Iure, nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum fuit: nec credendum est, eos quid illicitum, vel saluti pernicioſum committere voluisse primariò, vt infirmarentur: quamq; sententiam cœteris omissis sectatur *Dom. Regens de Marinis Quotid. Resolut. tom.* 1. *cap.* 40. *num.* 12. & ibidem in additione *num.* 13. comprobat nouissimè *Dom. Rodoer.* extricans id *num.* 33. ex eiusdem *Couarruu.* aliorumque auctoritate, vt procedat, quando ægritudo fuit absentiæ vera causa, cùm his, qui
9 modò ægrotat, solitus sit tempore rectæ valetudinis officijs diuinis interesse, & quando Capitulũ solitum est dare distributiones infirmis, vel alijs legitimè impeditis. At modò methodi ratio suppeditat, vt.

10 Videamus, Nùm Magistratus pestis tempore absque huiusmodi licentia ex Vrbe discedere valeat? enimuerò excusationis iustam illam præbere causam, indicant *Ripa in tract. de peste, tit. de priuileg. contract. n.* 143. *Philibert. Marchin. de bello diuino, part.* 1. *cap.* 5. *Medices de casibus fortuitis, part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 49. *Moncta de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 76. *Menoch. de arbitr. centur.* 2. *lib.* 2. *cas.* 153. *nu.* 11. quos adducit *Dom. Consiliar. Petra vbi supra num.* 8. vt proinde illi, etli absenti, salarium deberi, re-
11 soluerit Cathalauniæ Senatus die 24. Nouembris 1654. apùd *Ioan. Paul. Xammar. part.* 1. *Rer. Iudicat. definit.* 51. & probat *Syluan. cõs.* 128. *per totum*, precipuè *num.* 13. *cum seqq.* quem sequitur *Dom. Rodoerius in cit. cap.* 40. *num.* 28. At Excellentissimus Princeps sapientissimus Comes de Castillo huius Regni clauum regens Anno M. DC. LVI. quo tempore funestissima lues isthac
12 in celeberrima Italicarum Vrbium Regina, & toto ferè Regno grassabatur (infanda quidem, & luctifica memoria, quam mens renouare exhorresci, etenim eo tempore non erat amplius Ciuitas, non Neapolis illa nitidissima, sed vel Ciuitatis cadauer, vel Ciuium suorum magnum, & cõmune sepulcrum videri poterat, amenaque ipsa viridaria in tumulos versa cernebantur, nec iam monumẽtis cadauera, sed cadaueribus deerãt monumenta, iuxtà illud *Ouid. Metamorph. lib.* 7.

Ante Sacros vidi proiecta cadauera postes.

& idem inferiùs.

Corpora missa neci, nullis de more feruntur
Funeribus, neque enim capiebant funera portæ
aptiusque illic.
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.
& Seneca paritèr in *Oedip. Act.* 1.

Non ossa tumuli sancta discreti tegunt:
Arsisse satis est: pars quota in cineres abit?
Deest terra tumulis, iam rogos syluæ negant.)

13 Magistratus, qui se in fugam hinc contulerunt sine pœna esse noluit, itàque, cùm infestissimæ illa contagionis labes ex toto iam desiuisset, diù extra Vrbem detinuit, tametsi (quæ tanti Principis erat Clemẽtia) plurimas eo tempore illis Prouincias, magnaque obeunda in Regno munera demandauit, teste eodem *Dom. Consiliar. Petra*
14 *ibidem*, adnectente demùm, quòd perpauci fuere è Magistratibus, qui illius contagionis metu, mortisque aliò fugerunt, cœteri enim magno pietatis sensu, summoque in Patriam amore publicę vtilitati magna omnium admiratione operam nauarunt, è quibus fuit præcipuus Dominus Regius Consiliarius *Franciscus Maria Pratus* nũquam pro meritis ad exuberantiam laudatus, qui dùm eo tempore Iudicis M. C. V. munere fungebatur, ianuis minimè clausis, diu, noctuque, etsi adhùc Epidemiali illo morbo infirmus, pro Iustitia administranda, pauperibus præsertim eam expetentibus paratum se exhibuit, haùd immemor verborum *Sapientiæ Prouerb. cap.* 16. ibi,
15 *Initium via bona, facere Iustitiam, accepta autẽ est apùd Deum magis, quàm immolare hostias*; immò è sua penu, vt Excellentissimi Domini Proregis votis, ac iussibus compotem se faceret, proprijs expensis duos currus erexit, ac impensè addictus cadauerum humationibus toto studio assistens vacauit, munerique ipsi demandato suppetias tulit, & suo in quarterio onus habuit, nulla habita æleemosyna, de proprio expensas necessarias erogare, quod in pauperum subsidium attenta temporis calamitate alacritèr peregit, retributionem à Deo expectaturus, qui hominum me-
16 rita remunerat, & in meritorum retributione magis amplificat illos, qui magis meruerunt, *cap. vnic.* vbi passim Canonum Professores, *de religion. & venerat. Sanctor.* & malos citrà condi-
17 gnum punit, bonos verò plus merito remunerat vt habetur ex *Diuo Thoma* 1. *part. quæst.* 21. *art.* 4. *ad* 1. *& in* 4. *dist.* 46. *quæst.* 2. *art.* 7. *& Nauarr. in Canon.* 1. *Nemo desperandus est.* quæ omnia & publicè omnibus innotescunt, & ex authẽticis attestationibus habẽtur in ipsiusmet *Dom. Frãcisci Mariæ Prati Nicandro ex num.* 67. *& seqq.*

18 Et planè Magistratum ex Vrbe eo præsertim casu absq; licentia discedere haùd posse dicendum videtur, etenim si periculosũ sit, proretam in trãquillitate deserere nauem, quanto magis in flu-
19 ctibus? Naui similis est Respublica, cui si clauigubernator desit, statim in syrtes, in scopulos incidet. Vndè *Plato lib.* 3. *de L L.* scriptum reliquit,
20 Magistratus in Vrbibus noctu vigilantes hostibus terrori esse: & cùm Philippus Rex Macedo in Castris existens obdormiuisset in vtramque aurem, è somno experrectus, *Tutò dormiui*, inquit, *vigilauit enim Antipater.* & addit *Plutarch.* hoc referens, *subindicans non esse Regum indulgere somno præsertim in bello, nisi habeant fidũ, & vigilem Præfectum.* Exẽmplo inquàm sint Hębreorum populi, quos quadraginta annorum in-
21 terstitio Moyses illorum ductor nunquam deseruit, at cùm per quadraginta dies accepturus à Deo legem in Monte Sinai, in signi vice sui Gubernatore relicto Aaron, à populo se absentasset,

Digitized by Google

statim ille conflans, & adorans vitulum aureum in Idololatriam lapsus est: scripsi paritèr in priori meo *Menexeno de Reipublicæ regimine*, §. 5. & alia pro clariori prædictorum comprobatione enucleaui *ibidem* §. 6.

22 Rectè proinde in continuis huius Regni Protegis *Dom. Præs. de Franchis decis.* 455. determinatum tradit, vnum ex illis ab officio amotum fuisse ob eius discessum extrà Ciuitatem absque venia, & procedere etiam si petita, & obtenta minimè sit licentia, quamque decisionem referunt, & sequuntur *Dom. Regens Tapia in l. final. part. 2. cap. 9. num. 91. D. de Constit. Princip. Mastrill. decis.* 173. *num.* 17. *Castill. decis.* 105. *num.* 17. quos *Dom. de Luca* adducit in *Observat. ad cit. Dom Præs. de Franchis decis.* 455. *num.* 1. cùm tunc Prorex contemptus, eiusque persona offensa præsumatur, ex dictis per *Bald. in l. 3. vers. Quaro, C. de sponsalib.* Nec ea, quæ ab
23 alijs hanc determinationem circà obijciuntur, vim habent, nimirùm, quòd licentia legitimè petita, tametsi fuerit denegata, pro obtenta habetur, ad *textum in cap. licèt, de Regular.* vbi dicitur, quòd Regularis petens licentiam transeundi in-
24 strictiorem Religionem, ea sine iusta causa denegata, pro concessa habetur; Respõdetur etenim suum id locum obtinere, cùm lex non exprimit,
25 vt licentia obtineatur, vt perbelle obseruat *Megal. de pœnit. lib. 1. cap. 15. num 6. in fine*, & scriptum reliquit *Abbas Panorm. in cap. relatum, de Cleric. non resid. num. 5. & 6.* vbi, quòd licentiam petere ex causa honesta minimè sufficit, quando
26 Clericus se absentare vult à Beneficio residentiã requirente, sed obtenta esse debet: subditq; dicere haud valere, ergò Prælatus Clericũ impedire semper poterit, vt non promoueat causam suam honestam: etenim ad Prælati sui Superiorem recur-
27 sus haberi poterit, & exigente causa Superior eũ compellere poterit ad dandam licentiam Clerico, quòd comprobat *Oldrad. in consil.* 254. & concinit *textus in cap. nullus, de iure patronat.* vbi idem *Abb. ibidem*, ac se subscribit *Ripoll. var. cap. 8. num. 196. & seqq.* exponens, quòd si agnati
28 alicui matrimonio contrahendo consentire nolint, tunc puella Iudicem adire debet, qui cognita, inspectaque viri qualitate, & circumstantijs præcipiat agnatis, quòd suum præbeant consensum.

PROLOGOMEN.

Monetarum finis, propter quem inuenta fuit, indicatur, quidue in ea attendatur aut i scilicèt, vel argenti materia, ex qua constat, an verò quantitas, seù valor, pro quo expenditur? quotue sint monetarum species? & quibus modis consideretur? latè, ac peculiari methodo exponuntur? Hinc complures resoluuntur controuersiæ, & præsertim, cùm aperte non constat, certam monetę speciem actualitèr numeratam fuisse, an sufficiat, si debitor quocunque in monetæ genere debitum restituat? si certa monetæ species deducta est in pactum an hoc in casu pactum præcisè seruandum sit? quid in annuis reditibus? an idem, si partes in moneta specifica contraxerunt, æstimata tamen per monetam generalem? & nùm Priuilegiatæ Personæ, ac etiam Illustrissimæ isthac in materia concurrentes quid eorum fauore obtineant, veluti si ipsis ærosa moneta solui possit, eorum fauore argentea solui debeat? pro virium iure demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Moneta inuenta fuit, vt per eam cæteras rẽ omnes compararemus.*
2 *In moneta non materia aurum scilicèt, & argentum attenditur, sed quãtitas, seù valor, pro quo expenditur.*
3 *Pecunia non secundùm corpus, vel materiam, sed secundùm æstimationem alijs rebus æquialet.*
4 *Pretium vnicuique nummo à publica Principis authoritate assignatum priuati & obseruare, & attendere debent.*
5 *Moneta coricea publica authoritate confirmata pro probata habetur.*
6 *Bonitas in pecunia respectu pecuniæ, est solùm respectu vsus, & æstimationis.*
7 *Moneta generalis omnes monetarum species complectitur.*
8 *Pretia rerum commodissimè per monetas generales stabilita sunt.*
9 *Moneta quot modis consideretur? & num. 10. 11. & num. 12.*
Quod perpenditur num. 15. & 16.
13 *Moneta in genere considerata semper secundũ formam, seù æstimationem consideratur.*
14 *Forma generica considerationem tantùm admittit.*
17 *Moneta specialis ex contrahentium vsu generalis esse potest.*
18 *Debitum in quocunque monetæ genere restitui potest, quotiescumque aperte non constat, certã monetæ speciem actualitèr numeratam fuisse, & num. 19. & 21.*
20 Textus in l. Paulus creditorem, D. de solutionib. *declaratur.*
22 *Solutio facienda est in eadem monetæ specie, qua in pactum deducta est.*
Quidue hoc circà de consuetudine seruetur? notatur num. 23.
24 *Creditor oneroſus non auditur.*
25 *Pactum in annuis reditibus, vt in casu extinctionis, seù reemptionis sortis principalis fiat restitutio capitalis in ijsdem, & similibus speciebus, & sub eadem bonitate intrinseca, & extrinseca, pondere, titulo, & liga currente tempore initi contractus, validum est.*
Hocque pactum est de naturalibus contractus, vt num. 26.
27 Decisio Dolana 110. apùd Criuellum *confutatur.*
28 *Solutum non dicitur, quod solutum non durat, vel statim restituitur.*
29 *Circuitus à Iure non admittuntur.*
30 *Moneta qualibet species restitui potest, quando partes in moneta specifica contraxerunt, æstimata tamen per monetam generalem, & num. 31.*

Digitized by Google

32 *Solutiones subsecuta declarant, qualis fuerit conuentio precedens.*
33 *Obligatio soluendi monetam antiquam quanto tempore tollatur tàm contra Ecclesiam, quàm contra alios.*
34 *Moneta arosa si personis priuilegiatis solui possit, an eorum fauore argentea solui debeat, & num. 37.*
Quid in personis Illustrissimis, traditur num. 42.
35 Textus in cap. ex parte, de cēsibus, *expeditur, & num. 38.*
36 *Dos, & Pia Causa aquiparantur.*
39 *Calix argenteus debetur in legato Calicis Ecclesiæ relicto.*
40 *Perceptores Prouinciarum quod genus pecuniarum recipere debeant.*
41 *Adoha in quanam moneta speciē soluenda sit.*
43 *Verosimilitudo ex rei dignitate colligitur.*

OBSERVATIO CCI.

LOngiori calamo indiget præsens locus in materia solutionis, dùm altercatum habet casum scilicèt, in qua moneta sit faciēda solutio, quoties plurium monetarum vsus incidit, & dubitatur de qua moneta actum sit? Proprijs itàque sectandæ methodi consilijs, quibus vires omnes eloquentiæ testatiores fiunt, rem animaduertendam exordiar, proponamus necesse est, quòd.

1 Equidem inficiari haùd possumus, monetam ad illum præcipuè finem inuentam fuisse, vt per eam cæteras res omnes compararemus, adeòque vt rerum omnium humano in cōmercio existentium foret pretium, nàm in ea, id quod magis attenditur, planè haùd est materia, ex qua constat,
2 aurum scilicèt, vel argentum, sed quantitas, seù valor, pro quo expenditur, propterea quòd si in ea, haùd æstimatio, seù valor, sed materia, vel corpus consideraretur, impossibile foret, vt per eam harum rerum pretia constituerentur: oportuisset enim ad singulas monetæ species varia pretia cōstituere, immò ad nihilum hoc deseruiret, quoniam minimè fuisset pretia rebus dare, sed antiquo permutationis more vti: pecunia enim non
3 secundùm corpus, vel materiam, sed secundùm æstimationem alijs rebus æquiualet, vt *Paulus I.C.* diserte docet *in l. 1. D. de contrah. empt.* ibi *Electa materia est, cuius publica, ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret.* quòdue formalis pecuniæ, siue monetæ ratio non in materia, sed in ualore, seù quantitate consistat, idem *ICtus* probat expresè ibidem in verbis illis, *Eaque materia forma publica percussa vsum, dominiumque non tàm ex substantia præbet, quàm ex quantitate.* similitèr hoc idem expresè probat *Papinianus I.C. in l. si is, cui nummos* 94. *D. de solution. & liberat.* ib. *siue in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem.* paritèrque *Vlpianus I.C. in l. nummis depositis* 3. *D. de in litem iurand.* ibi, *Cum certa sit nummorum æstimatio.* concinunt que idem *Paulus I.C. in l. Titia Seio* 89. *in princ. D. de legat. & fideicomm. secund.* & *Macianus I.C. in l quisquis* 93. *D. de legat. & fideicomm. tert.* & quòd nummi non ex materia, sed ex publica lege æstimentur, inquit *Aristoteles lib. 5. Ethic. cap. 5.* solus enim valor, qui à Principe dictus est,
4 nec aliud quidquam spectari debet, itàque pretia vnicuique nummo à publica Principis authoritate assignata priuati & obseruare, & attendere debent: vndè & nummos ex corio, si publica autho-
5 ritate confirmentur, reijcere haùd licere, inquit *Seneca de benefic. lib. 5. cap. 14.* ibi, *Æs alienū habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percussū. Quale apùd Lacedæmonios fuit, quòd vsum numerata pecunia præstat; Quo genere obligatus es hoc fidē exolue.* & monetam huiusmodi coriceam, ac etiam ligneam, Principis impositio signo, in probatam pecuniam expensam fuisse, referunt latius *Plin. Histor. lib. 10. cap. 3. Ioan. Iuuen. in histor. Tharentin. lib. 3. cap. 5. Alexand. ab Alexandr. dier. genial. lib. 4. cap. 15. Lanz. de Republic. Roman. lib. 3. cap. 3. Garzon. in plat. vniuers. discurs. 142.* hinc Imperator *Fridericus II.* post exhaustam diuturnitate Italici belli pecuniam omnem coriceam monetam cudi iussit, eique aurei Augustalis valorē assignauit, simulque per præconem edici voluit, se bello finito pro singulis coriceis nummis aurum Augustalem restituturū: quod cùm bona fide præstitisset, coriceæ monetæ vsus, qui interèà in commercio fuerat, satis docuit, in pecunia non ipsam materiam, sed valorem, & pretium à Principe assignatum spectari, & nummos, non materia, sed publica lege æstimari; Quarè *Butr.* optimè dicebat in *cap. Quanto, num. 12. de iure iurand.* quòd bonitas in pecunia respectu pecuniæ,
6 est solùm respectu vsus, & æstimationis; materia enim pro nihilo est, considerando pecuniam, vt pecuniam, cuius dictum approbant communitèr Scribentes, quos *Peregrinus* reassumit in *consil. 13. num. 4. lib. 3.* iunctis etiam *Francisc. Hottoman. QQ. Illust. lib. 1. cap. 15. Christoph. Besold. in tract. de mutuo,* qui est in *part. 3. suorum Opusculorum cap. 9. num. 2. Hunn. in PP. siue in Commentar. ad Threutler. tom. 1. part. 2. disputat. 18. thes. 12. Salgad. in Labyrinth. creditor. part. 2. cap. 8. sub num. 40. 41. & 47. Molina de contractibus, tom. 2. disputat. 312.* & omnium denique latissimè comprobat *Larrea decis. 12. per totam.*
7 Quoniam verò multę aderant monetarum species inter se discrimen habentes, oportuit illis æstimationem accōmodare, in qua conuenirent; Id quod equidem per monetas generales factum esse noscimus, nàmque cùm in illis sola æstimatio consideretur, per eam omnes monetarum species complectuntur, & in ea omnes monetæ conueniunt, vnumque genus quodammodò fiunt, ac æqualitate quantitatis, vt *Paulus I.C.* ait in citata *l. 1. D. de contrah. empt.* rebus ipsis æquiualent: sicq; per hasce monetas generales commodissimè
8 rerum pretia stabilita sunt, & omnes monetarum species æstimatæ, per reductionem scilicèt, siue relationem ad has monetas generales, vt hoc modo singulæ monetarum species ad rerum pretia exoluenda deseruire possent.
9 Idquè clarior planè fit, si memorię succurratur monetam dupliciter̄ considerari in genere nempè, & in specie, siue generalem esse, & specialem: Generalis illa dicitur, per quam aliæ monetarum species æstimantur, siue ad eam reducuntur, vt per illam vna monetarum spēcies alterius vice fungi queat: & hæc quidem in binas diuiditur par-

Digitized by Google

ſores, quatum altera eſt imaginaria, quæ licèt actualiter haùd reperiatur, tamẽ ad cœteras dumtaxàt monetas æſtimandas, & calculandas deſeruit, vt eſt *Libra*, cùm nullibi extet moneta, quæ libra ſit, & ità vociferetur, ſed eſt potiùs numerus, ſeù nudum monetæ nomen, per quam cœteræ æſtimationem recipiunt, quo etiam modo ſe habet *Solidus*, vt *Larrea* ait in *deciſ. Granaten.* 13. *num.* 30. *& in deciſ.* 23. *nu.* 5. nec non paritèr *Scutus Marcarum*, *Carolenus*, *Scutus aureus*, & aliæ ſimiles, quas *Scaccia* enumerat in *tract. de commerc. & camb. §.* 2. *Gloſſ.* 3. *num.* 67. *&* 68.

11 Realis verò nũcupatur altera, quia ſcilicèt actualiter reperitur, ſed illius vſus in contractibus potius eſt, tanquàm moneta generalis ad cœteras nimirùm æſtimandas, quàm vt tanquàm certa monetæ ſpecies in contractum deducatur: cuius ſanè exemplum eſſe poterit *Ducatus*, tametſi *Larrea*, *& Scaccia in ſedibus indicatis*, apùd eos Ducatum imaginariam monetam eſſe, haùdque reperiri dicant: apùd nos enim repetitur, & eſt argentea moneta, cuius vſus, qui in contractibus crebrò receptus eſt, ad monetam generalem potiùs, ſiue æſtimationem refertur, quàm ad certam monetæ ſpeciem: ſiquidem qui centum ducatos recepiſſe confitetur, illos ſemper recepiſſe dicetur ſiue in moneta aurea, ſiue in argentea, ſiue in ænea, ſiue in carolenis, ſiue in tarenis, ſiue in duplis, ſiue in ſcutis illos receperit: quemadmodùm & paritèr, qui centum ducatos ſoluturũ promiſit, qualibet in monetæ ſpecie illos præſtando promiſſis ſatisfaciet; quarè eodem inquã modo apùd nos *Carolenus* moneta generalis dici poteſt, quia cùm in eo contrahimus, ex vſu omnem complectimur monetæ ſpeciem, etſi particulari adſit moneta, quæ Carolenus vulgò vociferatur.

12 Ad alteram modò monetæ conſiderationem accedendo dicimus, quòd in ſpecie, ſiue ſpecialiter illa conſideratur, cùm certa, ac determinata monetæ ſpecies deſignatur, adeò vt cùm in contractum deducitur, illam ſolam monetæ ſpeciem, haùdque aliam deductam eſſe intelligi poſſit, vt putà, cùm quis centum duplas Hiſpanicas ſe præſtaturum promiſit: quemadmodũ communi calculo ſcriptum reliquerunt Doctores, vt videre fas eſt apùd *Alberium Brun. de monet. part.* 6. *nu.* 1. *Theſaur. de augment. & diminut. monet. part.* 1. *num.* 23. *&* 45. *Scacc. de commerc. & camb. §.* 2. *Gloſſ.* 3. *n.* 68. *&* §. 5. *Gloſ.* 2. *n.* 1. *Larr. deciſ.* 21. *n.* 51. qui omnes ità rẽ hanc diſtinctione iſthac adhibita dilucidant, & nos incompertum eſſe erudimur, etenim cum moneta materiam habeat, quæ 13 per corpus deſignatur, & formam, hoc eſt æſtimationem, ſiue valorem, qui per quantitatem explicatur: cùm valorem, ſeù æſtimationem reſpicimus, tunc monetam in genere, & formæ reſpectu conſideramus: ſcitur nàmq; Philoſophos canere, ſolam formam genericam conſiderationem admittere poſſe, quia abſtracta à materia pluribus communis eſſe poteſt, pro vt æſtimatio, ſeù valor monetis omnibus communis eſt, & ſecundùm iſthãc 14 acceptionem monetæ omnes inuicem conueniũt, vnaquæ alterius vice fungitur: cum verò non ad valorem, ſeù æſtimationem, ſed ad certum pecuniæ corpus reſpicimus, tunc materiam conſideramus, cuius proprium eſt, res particulares afficere, cùm individuatio ex parte materiæ ſemper ſe teneat.

15 Verùm enimuerò, tametſi omnis monetæ ſpecies ex hactenùs dilucida oratione propoſitis vtroque modo conſiderari queat, in genere nempè, & in ſpecie, ſiue reſpectu corporis, vel quantitatis, ſeù æſtimationis: quædã monetarum ſpecies ab vſu, & conſuetudine, ac commerciorum neceſſitate ſuadente, id recepere, vt cùm in contractum deducuntur, in eis ſola ſemper æſtimatio, ſiue forma conſideretur, ſecùs autem corpus, ſiue materia, ſicque ſemper in genere accipiantur, haùd autem in ſpecie, quia contrahentes, dùm ſub eorum nomine contrahunt, ſolam æſtimationem reſpiciunt, quamlibetque monetæ ſpeciem, quæ illam æſtimationem conſtituit, comprehendunt, hocque profectò ex proximè laùdatorum, laudatorumque Doctorum omnium ſententia conſtat, idcircò haſce inter actuales, & imaginarias mo- 16 netas hoc intereſt, quòd illæ, cùm non reperiantur, ex ſui natura habent, vt generales ſint, ad hoc enim inuentæ videntur, vt omnes monetæ actuales per eas æſtimentur, cùm in ipſis nil aliud, niſi æſtimatio conſiderari poſſit: iſtæ verò, hoc eſt reales, hoc habent ex contrahentium vſu, & communi interpetratione, vt ſcilicèt generales dicantur, omnemque monetæ ſpeciem complectantur, etſi diſtinctam monetæ ſpeciem actualiter conſtituant; Idquod equidem ex frequenti, aſſiduoque contrahẽdi in ipſis vſu proceſſiſſe arbitramur, etenim cùm omnes ferè contractus illa in monetarum ſpecie celebrarentur, & impoſſibile, vel ſaltèm valdè difficile foret, eius ſpeciei monetas reperire, quæ ſolutionibus in ea ſpecie faciendis ſufficere poſſent, ex ipſa contrahentium interpetratione paulatim receptum eſt, vt etſi ea in ſpecie contractus celebraretur, ſolutio tamen in alia monetæ ſpecie reciperetur, quia in illa ob contractuum frequentiam, præſtari minimè poterat: 17 quamobrem concludendum euenit, quòd omnis moneta ſpecialis ex contrahentium vſu naturam hanc acquirere poſſit nimirùm, vt generalis ſit, præſertim vbi crebò in ea contractus celebrantur, adeo vt difficile ſit, tot eius ſpeciei monetas inuenire; Quibus ſic poſitis, & pro veris, abſolutiſque habitis.

18 Conſequimur modò, vt quotieſcunque apertè haùd conſtat, certam monetæ ſpeciem actualiter numeratam fuiſſe, tunc cùm non appareat, quam monetæ ſpeciem debitor re verà receperit, ſufficiet, ſi quocunque in monetæ genere debitum reſtituat, vt poſt alios inquiunt *Menochius conſil.* 49. *ſub num.* 14. *Brun. de augment. & diminut. monet. in vltim. concluſ. in* 2. *præmiſſ. ſub num.* 11. *Scaccia de commerc. & camb. §.* 2. *Gloſſ.* 5. *num.* 120. *Ciryac. Controuerſ.* 620. *lib.* 4. *num.* 2. *&* 3. *Montanus de Regalib. verb. moneta, num.* 10. & nouiſſime *de Luca ad Præſ. de Franch. deciſ.* 508. *ſub num.* 2. ſicque ſi quis mutuo decem ducatos recepit, reſtituere dumtaxàt tenetur ducatos decem æſtimationis eſtrinſecæ, ſcilicèt quamcumque monetam, quæ expenditur: quemadmodùm etiam alijs in contractibus vt ſi rei venditæ pretium ſtatueretur, aùt ſolùm de pecunia præſtanda conuentum eſſet nulla expreſſione facta de pecuniæ qualitate, quia ad eius præſtationem obligatio dumtaxàt reſpicit, quacumque currenti moneta etiam æroſa obligationi ſatisfieri poteſt, vt tradit *Larrea vbi ſupra, num.* 24. *& ſequ.* vbi ità pluries Senatum decreuiſſe

te-

Digitized by Google

testatur, & comprobant complures, quos recenset *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 196. num. 14.* qui receptum esse dicũt,
19 vt quotiescumque non adest pactum expressum, vt certa pecuniæ species præstetur, possit sẽper debitor quacunq; in monetę specie debitũ exoluere, & pro aurea argenteam restituere, & pro grossa minutam, & è contra, vt Doctorum vocabulis vtar, dummodò eandem æstimationem præster, quod defendunt etiam *Petrus Gilken in l. incendium, nu. 35. & sequ. C. si certum petatur*, *Vulteius lib. 1. Iurisprudentia Romana, cap. 35. num. 83. Hieronymus Treuthlerus Disp. 20. thes. 2. lit. A. vol. 1. Besold. de mutuo, cap. 9. num. 2. & 3. Morla in Empor. Iur. part. 1. tit. 8. quæst. 13. nu. 2. Buttigell. in l. cum quid, nu. 26. & 32. D. si certũ petatur. Pinell. in Rubr. de rescindenda venditione, part. 1. cap. 3. num. 16. & seq. Zas. lib. 1. Respons. cap. 10. Hunn. in PP. siue in Resolut. seu Commentar. ad Treuthler. tom. 1. part. 2. disp. 18. thes. 12.* & iterùm in *lib. 3. Variar. Resolut. Iur. Ciuil. tract. 3. part. 1. quæst. 8. Guttierez PP. QQ. lib. 2. quæst. 179. Caranz. de monetarum collat. part. 4. punct. 4. Molina de contractibus, tom. 2. disputat. 312. Parlador. Rer. Quotidian. part. 5. cap. final. §. 17. num. 18. & sequ.* perbelle laboriosissimus *Pater Diana Resol. moral part. 8. tract. 7. Resol. 19.* & alij quos *Dom. Consiliar. de Rosa* sequitur in *Consult. 54. num. 5.* adiungens *num. 6.* haùd refragari *text. in l. si Paulus creditorem*
20 *D. de solut.* nàm tunc demùm *textus* ille id non admittit, cùm creditor esset in damno, ideòque à contrario sensu, dùm creditor non est in damno, id ipsum probare videtur, vt inibi aduertit *Bartol. num. 3. vers. Quæro*, & planè in damno videri non potest, cùm eamdem æstimationem recipit; & quando istha̅c opinio difficultatem pa-
21 teretur, certè de generali omnium gentium consuetudine id admissum concedunt omnes ob cõmerciorũ necessitatem, & testatur quotidiana experientia, quæ rerum omnium mater est, & magistra, videmus nàmque continuò id obseruari in cuiuslibet debiti solutione, vt de quacumque pecunia fiat, nec attendatur quænam pecuniæ species recepta sit, aurea scilicèt, vel argentea, sed vna pro alia passim, & absque contradictione restituatur.
22 *Si* uerò certa monetæ species deducta est in pactum, hoc in casu pactum præcisè seruandum esse probat *Caroc. in decis. 53.* sequitur post ipsũ & alios ab eo relatos latissimè *Castill. tom. 4. Cõtrou. Iur. cap. 10. num. 45.* vbi ità Senatum iudicasse quoque tradit, latè demùm alios manuducens *Pirrhus Maurus Arretinus de solutionibus cap. 26.* nec non *Larrea decis. 22. num. 6.* vbi cõtradicentes loqui ait, quando conuentio ad certã pecuniæ speciem minimè est limitata, tametsi
23 adhùc hoc in casu de consuetudine in alia monetæ specie solutionem fieri posse, si creditor damnum non patiatur, latissimè post *Albertum Brunum*, & *Antonium Solam*, probet *Scaccia de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. num. 135. & seqq. & num. 142.* & approbet *Gaspar Rodericus de annuis reditibus, lib. 2. quæst. 15. num. 93.* adijcẽs audiendum haùd esse creditorem dicentem se damnum pati eo ipso, quòd aufertur, quod sibi placet, quia non est audiendus onerosus creditor,
24 quemadmodùm *Vlpianus IC.* tradit in *l. si seruos pignoratos 25. in fine, D. de pignorat. act.* ibi, *Vt neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.*
25 Verùm valeat nè hoc pactum in annuis reditibus, nimirùm, nùm teneat annuorum introituum venditio pro capitali ducatorum mille in Sezenis receptorũ, cùm pacto, quòd in casu extinctionis, seù reemptionis sortis principalis, fiat restitutio ducatorum mille in ijsdem, & similibus speciebus, & sub eadem bonitate intrinseca, & extrinseca, pondere, titulo, & liga currente initi contractus tempore? & pactum validum esse interrogatus respondit doctissimus *Dom. Consiliar. D. Carolus Petra in allegato Rit. 196. nu. 13.* quamplurium Doctorum, quos inibi adducit, auctori-
26 tate fretus, quin nedùm validum, sed etiã, quod plus est, esse de naturalibus contractus, dicit ex ore *Sola cas. 42. num. 4. Mozz. de contract. mut. tit. de natural. n. 10. Io: Bologn. consil. 11. num. 37.* & propterea̅ non multum curandum de decisione Dolana penès *Criuellum decis. 110.* addit idem laudatus *Dom. Consiliarius Petra* dans ra-
27 tionem, quia prævaluit in illo Senatu impij *Molinæi* sententia, quem *Molinæum* referre, refellere est, & dùm damnata est eius memoria, condemnenda est eius opinio, quæ ab omnibus reprobata videtur, teste *Rebell. de obligat. Iustit. lib. 11. quæst. 15. num. 12.* ridiculum nàmque est prædicti impij authoris, eiusq; assectarum dictum, inquit enim, licitum quidem esse pactum prædictum, & iuxtà illud solutionem faciendam esse in ijsdem speciebus, & eodem numero, sed propter superuentũ augmentum illud plus per creditorem debitori in alia proba moneta restituẽdum esse, vt videre est apùd memoratum *Criuell. ibidem num. 2. & 5.* Sed si dicta conuentio licita sit, vt ipse damnatus author fatetur, cur non seruanda? cur solutio iuxtà illam facta non tenet? nec
28 enim solutum dicitur, quod solutum non durat, vel statim restituitur, vt expressè *Vlpianus l. C.* docet in *l. qui sic soluit 55. D. de solut. & liberat.* Vel si solutum augmentum debitori restituendũ sit, vt ipse dicit, cur soluendũ esse existimat? cùm
29 lura huiusmodi circuitus non admittant, attestãte eodem *Vlpiano I. C. in l. singularia quedam 15. D. de reb. credit.* iuncto *Proculo I. C. in l. Dominus testamento 53. D. de condict. indebit.* & ibi *Bartol. in summa.*
30 At quid, si partes in moneta specifica contraxerunt, æstimata tamen per monetam generalem? Enimuerò, quia tali in casu ad æstimationem potiùs, quàm ad ipsam monetam specificam respexisse videntur, quamlibet monetæ speciem restitui posse, edocemur ex attestatione præsertim Canonistarum omnium sententiæ in *cap. Quanto*, & præcisè *Abbat. num. 15. de iure iurand.* & *Bartoli*, aliorumque *ICtorum in l. Paulus, De solut. & in l. cum quid, D. si cert. pet.* nec non etiã *Alexand. Raudens. Variar. resolut. lib. 1. cap. 64. num. 15. Scacc. vbi supra, §. 2. Gloss. 3. nu. 115. & Gloss. 5. num. 118. & seq. Larr.* qui sic per Senatum decisum fuisse testatur *decis. 21. n. 24. Brun. de monet. lib. 1. num. 6. limit. 8. num. 4. Molin. de contractibus, tom. 2. disputat. 312. & Dom. Consiliar. de Rosa* qui alios conglomerat in *loco supra indicato, num. 17. in fine*: Idque esse affirmamus vbi contractus à partibus celebratur sub nomine
31 pecuniæ, seù monetæ generalis, siue illa imagi-

na-

naria sit, siue realis, & solutio incerta monetæ specie sequatur, quoniam id accidentaliter se habet, nec quidem attenditur, etenim partes in moneta generica contraxerunt, propterea æstimatio quolibet in monetæ genere solui potest; Et præscripta in materia, an solutio in alia monetæ specie fieri queat, vel nè? plurimum valet subsequuta
32 obseruantia, vti post complures à se congestos probat *Surdus in consil.335.num.26.* atque demũ *Hieronym. Buccafer. in consil.87.num.4.* nec non *Iacob. Cancerius in part.2. Variar. Resolut. cap. 6. de solutionibus, num.147.* Et cùm de certæ mo-
33 netæ promissione constet, triginta annorum curriculum requiri ad soluendum in alia moneta, ex aliorum auctoritatibus tradit *ibidem* idem *Iacob. Cancerius num.146. in fine*, quod inquit patiter *Thesaur. de augment. monet. conclus.14. nu.77.* reprobans complurium sententiam determinantem, haùd triginta, sed quatraginta annorum præsciptionem opus esse: & meritò, siquidem eorum opinio procedit, si contrà Ecclesiam ageretur, contrà quam huiusmodi curriculum quadraginta annorum requiri non negatur, vt notant *Iacobus Cancer. ibidem, Noguerol. Allegat. 2. num.78.*

34 Disquirẽdum modò supereſt, nùm Priuilegiati in hac materia concurrentes quid eorum fauore obtineant, veluti si ipsis æroſa moneta solui possit, eorum fauore argentea solui debeat? Vtrãque equidem in partem adsunt dubitandi rationes, etenim si de Causa Pia sermocinatur, eam cõ-
35 trà stat *textus in cap. ex parte, de censibus*, vbi deciditur, in voto facto Omnipotenti DEO haùd quod maximum, sed quod minimum intelligi, & suffragatur *textus in l. Titia, §. final. D. de aur. & argent. legat.* vbi, etsi de ligno alicui Templo relicto agatur, signum argenteum, haùdque aureum debetur, ideòque non quod est maius. Si verò de Dote, eam contrà se opponit *Curtij Iunioris* decisio in *tract. de monetis, quæst.* 10. vbi in vxore dotem repetente dicit, consultum fuisse, & etiam Mediolani consuetudine obtentum, quòd dispositio de florenis loquens, de minimis, non de aureis intelligatur, & suffragantur iura superius recensita, quia Dos, & Pia Causa æquiparã-
36 tur, vt *DD.* vulgaritèr. Si autem de Fisco loquatur, eũ cõtrà adest Imperialis Cõstitutio in *l.1. C. de vet. numism. pot. lib.11.* atq; atiã *Cap. Regni 34. sub tit. quòd recip. quacũq; pecun.* vbi disponitur, quòd quæcumque pecunia recipiatur pro Curia secundùm quod communitèr expenditur in Regno, & nihil vltra ponderis, vel cambij ratione exigatur, & ita firmat *Dom. Regens Ioan. Franciscus de Ponte in suo tract. de potestate Proregis, tit. de Regal. impositi. §.2. num. 6.* vbi quòd Prouinciarum Perceptores omne pecuniarum genus recipere debent.

37 Crebriùs autem in eam itum est sententiam passim à Tribunalibus approbatam, prędictorũ fauore promissum censeri, quod melius est, idque semper venire, quod maius est, non autem quod minus; vt de Causa Pia inquit noster *Author in tom.4. discept. forens. cap.611. num.15. & sequ.* & alijs relatis docet, ac probat *Surdus* perbellè in *decis.298. num.13.* vbi demùm tradit, opinionem hanc communi Doctorum calculo receptam esse, ab eaque tàm in iudicando, quàm in consulendo minimè recedendum, & respondet ad *textum in*
38 *cit. cap. ex parte*, quòd scilicèt loquatur de voto, quod immediatè Clericis, non Deo applicatur etenim nè Clerici ad inhiandum sæcularium facultatibus incitentur, quod minimum est, præstari debere dicitur, secùs autem esset, si *illud* immediatè Deo applicandum foret, cum quo conuenit *Episcop. Riccius in addit. ad Tiraquell. de priuilegijs pia causæ, Priuileg.25.* vbi, quòd in lega-
39 to Calicis Ecclesiæ relicto Calix argenteus debetur. De dote probat, & decisum refert idem *Surdus in citata decis.298.* quem alios recensens comprobat doctissimus additionator *Dom. Consiliar. Hodierna*, & se subscribunt vterque *de Luca*, alter in *citata decis. Præs. de Frãchis 508. num.7.* & alter in *tract. de Dote, discurs.163. nu.19.* atque demùm *Bald. Nouell. de Dote, part. 6. priuileg.73.* qui dicit ad hoc esse *textum in l. nuptura, D. de iure dotium*, vbi cùm dubium esset quid veniret? dicit *ICtus* id quod erat plus, quemadmodum illic declarat *Gloss.* Atque de Fisco seruatur, nàm pR.C.S. prius prouisiones expedie-
40 bãtur, quòd Regij Perceptores tertiam partem in ære recipiant, & reliquum in aurea, vel argentea pecunia, idque in gratiam Regiæ Curiæ propter excessiuam quantitatem, quam exigunt, & ità etiam per Collaterale Consilium ordinatum testatur *Dom. Regens Tapia in comment. ad tit. de annon. & tribut. lib.10.* postmodum verò ordinatum fuit, vt Regij Perceptores quartam in ære recipiant: quod etiam practicari ad beneficium
41 Regij Fisci in adohis, scribit citatus *de Luca in dicta decis.508. nu.6. in fine*, memorans Illustr. Dominum Ducem Diani D. *Carolum Calà* ad præsens meritissimum Regiam Cancellariam Regentem (cuius laudes alibi à nobis hoc in eodem opere potiùs superficietenùs delibatę, quàm pro merito celebratæ sunt) cùm adoham Illi. Principi Roccæ in ære soluere prætendisset, succubuisse in Collaterali Consilio.

42 Ex quibus porrò expositorum suprà restrictionem etiã consequimur in personis Illustrissimis, nàm ex eorum dignitate, & qualitate verosimilitèr credendum est, solutionem in aurea, vel argẽtea moneta fieri voluisse, sicque quoties plurium monetarum vsus incidit, & dubitatur de qua actum sit, ante omnia verosimilitudinem inspicere debemus, quæ ex rei dignitate colligitur, quæ-
43 madmodùm post *Albert. Brun. de augment. monet. part.1. num.6. in fine*, luculentèr concluditur in consilio Collegij Louanienſis, quod est inter communes opiniones *Viuij, in verb. Moneta, Opinion.516.* quod factum fuit ad fauorem Seren. Margaritæ Austriæ in causa cùm Magno Duce Florentiæ, iuxtà quam opinionem, attestãte *Authore* nostro, fuit hic peroptimè concluſum in beneficium Illustrissimi Episcopi Moroni, cõtra Communitatem Ciuitatis Tolentini.

PROLOGOMEN.

Cautio de reficiendo expensas in casu succumbentiæ si petita fuerit, & omissa, actorum nullitatem inducere declaratur, eamque persistere non obstante insufflatione spiritus vitæ obtenta, si illis minimè refectis procederetur.

Digitized by Google

RERVM SVMMA

1 *Cautio de reficiendo expensas in casu succumbentiæ si non præstetur, actorum nullitas inducitur.*
Intelligitur, si cautio isthæc petita fuerit, aliàs secus, vt num. 2.
3 *Processus nullus dicitur, si ad vlteriora procederetur expensis minimè refectis.*
Declaratur vt procedat, cùm instantia ad Actoris preces restauretur, vt num. 4.
Secùs verò si ad instantiam Rei, vt num. 5.
Discriminis ratio traditur num. 6.

OBSERVATIO CCII.

1 ENimuerò contingibilis in foro examinatus hic fuit casus, vtrũ cautio de reficiendo expensas in casu succumbentiæ præstari debeat, ità vt si non præstetur, actorum nullitas inducetur? & propter Anconiæ Statutum affirmatiuè conclusum fuisse testatur noster *Author hic*, quam tamèn conclusionem extricat in *additione*, vt intelligatur, & procedat,
2 quando de huiusmodi cautionis petitione constat, alioqui si petita non esset, processus nullitatis labe maculatus dici minimè posset, quòd punctualitèr comprobat *Muscatellus in praxi S. R. C. Gloss. Expensis part. 3. num. 7.* eoque laudato affirmat nouissimè *Dom. Motillus in sua praxi S. R. C. tit. de gradu citationis, num. 122.*
3 Hinc dicitur, illius processus nullitatem tantã vim habere, vt ille nullus inquam dicatur, non obstante insufflatione spiritus vitæ obtenta, si illis minimè refectis procederetur, *Afflictus decis. 70. Chartarius decis. Gen. 24. Mastrillus* multis auctoritatibus suffultus *decis. 70. n. 12.* quod tamen
4 procedere arbitramur, cũ instãtia ad Actoris preces restauratur, qui non alitèr auditur, nisi priùs refectis expensis in illa causa per conuentum
5 erogatis: secùs verò altero in casu, quando nempè ad Rei instantiam spiritus vitę insufflatur, nàm ad huiusmodi expensas non tenetur, cùm in eo aliqua mora considerari minimè possit, vt affirmat *Grammatic. in decis. 91. num. 5.* & obseruãt *Muscatell. in citata praxi, lib. 1. part. 7. Gloss. Sẽtentiam, in addit. sub num. 53. lit. E. Reg.* Rouitus *super Pragmat. 2. nu. 15. de instan. caus. Riccius collect. 89. num. 116. & 2049. Tepat. lib. 1. Variar. Sentent. titul. de instantia, verb. Omnia. Sola in commentar. super Decret. ad caus. tit. de iudic. Gloss. 3.* quos refert, & insectatur *Dom. Cõsiliar. Petra super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 248. num. 54.* quibus adiungimus *Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis part. 1. cap. 8.*
6 *num. 214. & sequ.* rationem subnectentem, quia perempta instãtia, Iudicis officium in eo tantùm supereſt, vt Reum à iudicij obseruatione absoluat, & Actorem in expensis condemnet, iuxtà notata per *Gloss. in l. properandum, §. illo procul dubio, C. de Iudic.* & per *Alex. in consil. 136. sub num. 1. vol. 2.* nec non per *Ioan. de Amic. in consil. 32. num. 4.* At quid si postea reficiantur expensæ antea petitæ, nùm iudicium reconualidetur? resoluitur ex traditis per *Guid. Pap. in decis. 50.*

PROLOGOMEN.

Mercatorum libros, cum pro publicis instrumentis habentur, paratamuè obtinent exequutionem, publicis instrumentis præferri innuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Libri Mercatorum si pro publicis instrumentis habeantur, & paratam obtineant exequutionẽ creditori posteriori se in instrumento fundãti præferuntur.*
2 *Statutum hypothecam, & exequutionem Mercatorum libris tribuere potest.*

OBSERVATIO CCIII.

1 PVlcra haùd minus quàm vtilis, & obseruatu digna est disputatio præsentis loci, vbi difficultatum fuit, vtrùm Mercatorũ libri, si vigore statuti, velcõsuetudinis pro publicis instrumentis habeantur, & paratam exequutionem obtineant, creditori posteriori se in instrumento fundanti præferantur, ità vt agens ex illorum vigore tali creditori prælationem cõsequatur? Super qua difficultate, etsi per partium concordiam arrestum sequi non potuerit, in affirmatiuam tamèn sententiam inclinabatur Rota pro vt attestatur hanc aleam approbans noster *Author hic*, cui se subscribit laudans præsentem locum *Nicolaus Genua de scriptura priuata, libr. 4. titul. de Libris Mercatorum, num. 111.* quemadmodũ, & quoque *Dom. Consiliar. Ioan. Baptista Hodierna in addit. ad Surdum decis. 312. nu. 3.* & complures manuducens hanc quoque sententiam sectatur *Ancharan. QQ. Famil. libr. 1. quæst. 10.* statutum enim hypothecam, &
2 exequutionem huiusmodi Mercatorum libris tribuere potest, attestantibus *Socin. consil. 240. in princ. lib. 2. Surd. decis. 312. num. 3. Amat. Variar. Resolut. part. 2. Resolut. 57. num. 12.* vbi haùd immemor est de Authore nostro, & concinunt, quæ laro calamo scripsimus in *Obseruatione* 137. vbi beneuolum Lectorem remittimus, idcirco hac dote ornata isthæc persistat Obseruatio.

PROLOGOMEN.

Exequutio cùm non differatur, vbi appellatio prohibetur, absoluta dicitur conclusio, attentatorum vitio non subiacere exequutionem, quamuis pendente tempore ad appellandum facta fuerit.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia exequutio facta pendente tempore ad appellandum quando valida dicatur.*
2 *Ægidiana appellationem excludit.*
Ampliatur, quamuis reuerentiales dati sint, vt num. 4.

3 Iu-

Digitized by Google

3 *Iudex concedendo reuerentiales, appellationi deferre dicitur.*
5 *Iudex appellationem differendo abdicat à se omnem iurisdictionem.*
6 *Clausula in Commissione posita*, Quatenùs esset locus Ægidianæ, *quid operetur.*
7 *Reuerentiales à Iudice dati intelliguntur, quatenus sententia appellationem admittat, & quatenus quò ad illam partem, quæ est admittenda.*

OBSERVATIO CCIV.

SEntentiæ exequutionem reuocandã haùd esse, neque attentatorum vitio subiacere,
1 quamuis pendente tempore ad appellandum facta sit, concluſum fuit in iurgio præsentis loci, teste *Authore* nostro, qui illam fuisse rationem dicit, quia cùm in mero possessorio pronunciatum fuerit, intrat Ægidiana appel-
2 lationem excludens, quę quacunque in instantia suum obtinet locum, ex quà demùm ratione sic ipsummet declarasse in vna causa sibi delegata tradit in *tom. 1. Disceptat. forens. cap. 103. num. 5.* paritèrque in *tom. 2. cap. 266.* conuallant *Pont. de spolio, cap. 3. num. 35. Contard. de momentan. possession. quæst. 13. num. 6. & 8.* vbi ità in Rota coràm Vestano resolutum fuisse attestatur, ità & quoque *Statilius Pacificus de saluiano interdicto, inspect. 4. cap. 2. num. 46. Puteus decis. 480. lib. 2.* quod inquit paritèr idem noster *Author in decis. 74. num. 6.* & sentire videtur *Ioseph Ferceolus in sua Consult. 36. num. 5.*
3 Ex quorum æquidem voto absoluta videtur recensita concluſio, quam ideò ampliamus, vt suum obtineat locum, etiam si Iudex appellationem detulisset dando reuerentiales, quoniam talis dilatio quò ad effectũ suspensiuum minimè operatur,
4 sed quò ad effectum deuolutiuum dumtaxàt, vt tradit *Benintend. in decis. 17. nu. 5.* & sequitur noster *Author hic in addit.* & licèt Iudex à quo per appellationis admissionem, & dilationem ei
5 factam à se abdicauerit iurisdictionem, non tamẽ efficit, quin Iudex ad quẽ ad sententię exequutionem procedere posset, eoq; magis, quando clau-
6 sula adesset in commissione, quatenùs esset locus Ægidianæ, vt declarauit Rota coràm R. P. D. Penia in vna Romana damnorum, & interesse de Gabriellibus 10. Iunij 1591. impressa post *Pacificum de Saluiano interdicto, quæ est 232. in ordine*, vbi etiam in fine animaduertitur, quòd in
7 Rota reuerentiales à Iudice dati intelliguntur, quatenùs sententia appellationem admittat, & quatenùs quò ad illam partem, quæ est admittenda. Cæterùm, alia huic decisioni conferentia, quia sparsim in nonnullis ex hisce nostris *Theorico-Practicis Obseruationibus* adnotauimus, silentio inuoluimus, nè eandem rem adnotatam repetamus.

PROLOGOMEN.

Procuratoris personam, nè actorum nullitas inducatur, ante omnia legitimandam esse eruditur, vel per instrumentum, vel per constitutionem penes acta, ità vt citati responsio in calce intimationis, si Procuratoris constitutionem contineat, minimè sufficiat.

RERVM SVMMA.

1 *Procuratoris persona ante omnia legitimanda est.*
Intelligitur, si conuenti nomine venerit, vt n. 2.
3 *Acta facta cum Procuratore mandatum non habente nulla sunt.*
4 *Responsio citati in calce intimationis si Procuratoris constitutionem contineat, cùm illo, tãquam cùm legitimo Procuratore procedi non potest.*
5 *Procuratoris constitutio quemodo facienda sit.*
6 *Procurator falsus censetur, vbi de Procuratoris constitutione legitimè non constat.*
7 *Responsio citati in calce intimationis contumaciam non impedit, & super replicatis procedi potest.*

OBSERVATIO CCV.

EXornant valdè decisionem hanc notata à nobis in *Obseruatione* 105. concinuntque adducta in *Obseruatione* 106. quæ transcribere non fert animus, propterea inibi
1 Lectorem remittimus; Ad illud potissimum modò pergimus, Procuratoris nempè personam ante omnia legitimandam esse, alioqui si mandatum non exibuerit, à iudicio repellendam, vt inter cæteros inquit *Grauat. ad Vestr. in praxi, lib. 4. cap. 5. num. 23. & sequ.* id tamen veritate niti existimamus, si cõuenti nomine venerit, nàm si Actoris secus, nisi pars opposuerit, tametsi aliqui ex Iusdicentis officio tunc repellendum esse crediderint, cõmuniori Doctorum sententia id reprobante, teste *Felino in cap. causam, num. 5. de iudic.*
2 Acta demùm facta cùm Procuratore mandatũ non habente nullitatis labe maculata esse haùd ambigitur, etiam si citati responsio in calce intimationis Procuratoris constitutionem contineat,
4 veluti si principalis in illius calce replicasset, intimari N. suum Procuratorem, quia simplex tantùm illa responsio ad Procuratorem constituendum sufficiens non iudicatur, non solùm stante vniuersali Curiarum vsu Procuratoris constitutionem requirente altero ex prędictis modis, nẽpè, per instrumentum, vel per constitutionem penes acta, & improbante iam relatam simplicem
5 replicationem, quem quidem vsum etiam Franciæ vigere testatur *Guid Papa decis. 40.* sed etiam ex multis quoque illic per eumdem *Guidonem* relatis, nec non ex resolutione illa, quòd de Pro-
6 curatoris deputatione legitimè constare debet, alioqui falsus Procurator censeatur, quam statuit *Anan. in consil. 96. sub nu. 1.* & suffragantur verba *Io. Petri Surdi in decis. 240. num. 13.* & apertiora verba *Iasonis in l. quod te, num. 35.* ibi, *Sed oportet ostendere instrumentum publicum, D. si certum petatur*, quos refert, & luculenter sententiam hanc probat *Dom. Consiliar. Petra in comment. super Ritibus M. C. V. tom. 1. Rit. 28. num. 8.* & sectatur nouissimè *Dom. Motillus in praxi S. R. C.*

Digitized by Google

S.R.C. titul. de gradu citationis, num. 160.

7 Quemadmodùm nec demùm citati responsio in calce libelli, seù alterius primæ petitionis, aùt mandati sibi intimati, tantę virtutis iudicatur, vt faciat non dici contumacem: illius siquidem replicatione haùd refragante in contumaciam procedi debet, præsertim quòd in iudicio legitimè comparere tenebatur, vt firmat, atque per Magnã Curiam Vicariæ decisum, & appellationis in instantia Sacri Consilij Arresto approbatum memorat *Berard. Muscatell. in sua praxi Ciuil. part. 2. Gloss. Veniens, à num. 7.* quem insequitur *Hieronymus Nicolini in sua praxi iudic. ciuil. num. 34.* & comprobat laudatus *Dom. Consil. Petra vbi supra, num. 7.* aduertens, quæstionem hanc non semel nostris in Supremis Tribunalibus eueniſſe, & ità semper responsum fuisse.

PROLOGOMEN.

Solemnitates in supremis morientium arbitrijs requisitas, in testamentis, quę à parentibus inter liberos conficiuntur, remissas esse notatur ex *textus* dispositione *in l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, & in Auth. quod sine, C. de testament.* quam ampliatur etiam, vbi statutũ adesset, certam aliquam exigens solemnitatem.

RERVM SVMMA.

1 *Dispositiones suprema morientium in controuersiam deducenda minimè sunt, & num. 2.*
3 *Testamentum inter liberos valet sine solemnitatibus à Iure requisitis, & num. 6.*
Ampliatur, etiam stante statuto certam aliquã solemnitatem intestamentis requirente, vt num. 8.
4 *Hereditas parentum de iure naturæ liberis debetur.*
5 *Filij ab intestato paternam habent hereditatem.*
7 *Lex inter patrem, & filios rigorosam testamẽtorum solemnitatem minimè exigit.*
9 *Statutum prohibens aliquem testari sine certa solemnitate, an comprehendat testamentum ad pias causas.*
10 *Testamentum solemnitatis ratione imperfectũ vt valeat inter liberos, quando procedat.*
11 *Relictum extraneo in testamento inter liberos, eisdem filijs accrescit.*
Comprimitur. si in eo quinque testes interuenissent, vt num. 12.
13 *Testes quinque sufficiunt ad probandum legatum extraneis relictum.*
14 *Extraneus quisnam dicatur.*

OBSERVATIO CCVI.

1 INficiari quis audet, quin periculosa res sit, suprema morientium arbitria in controuersiam deducere? Ideò Consulti Ethnici morali ratione imbuti id agnoscentes, plura exarunt responsa ad metam stabilicndam, solemnitatesq; præfigendas ad hoc, vt falsitates, quæ facilè circà huiusmodi morientium dispositiones fieri possent, euitarentur: & Cæsares postmodùm edictales plures Leges ad illud idem sanciendum promulgarunt; Vndè Imperator ille *Constantinus* notatus in *l. 1. C. de Sacros. Eccles.* rescripsit, 2 quòd nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis, postquàm aliud iàm velle non possunt, liber sit stylus, & licitum quod iterùm non reddit arbitrium.

3 Hasce autem Iuris Ciuilis solemnitates in alterutro testamentorum genere inscriptis nempè, & nuncupatiuo requisitas, in testamentis, quæ à parentibus inter liberos conficiuntur, remissas esse, cautum noscimus in *l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto*, & in *Auth. quod sine, C. de testamentis*, vbi communis noster Præceptor *Bartolus* dicit, huiusmodi in dispositionibus Ius gentium dumtaxàt attendi, & affirmat hoc idem *Iason in Auth. nouissima, nu. 16. C. de testament.* quòd liberorum fauore introductum fuisse fatentur cõ- 4 plures nostræ Iurisprudentiæ maximùm Periti, quibus etiam iure naturæ inspecto parentum hęreditas debetur, & consequentèr omnis prorsùs falsitatis suspicio in ipsis cessat, cùm etiam ab in- 5 testato paternam hæreditatem essent habituri, vt refert *Iulius Clarus in §. testamentum, quæst. 8. vers. Primò, in fine*, & plenè *Ioan. Baptista Laderch. in consil. 22.* Vel potiùs dicendum est, hoc 6 introductum fuisse propter reuerentiam à filijs parentibus debitam, propter quam noluit Legislator, quòd liberis rescindere liceret paternum iudiciũ circà id, quod ad eos pertineret, sed qualecumque sit, illud amplecti teneantur, vt plenè probat *Nat. in repetitione dicti §. ex imperfecto, nu. 31.* noluit enim lex inter tàm coniunctas per- 7 sonas cùm illa rigorosa testamentorum solemnitate se mediam facere, sed rectè habere visum est, si eos inter ex mera Iurisgentium æquitate ageretur, vt inquam colligitur ex *textu in Authent. de testament. imperfect. circà princip.* vbi dicitur, quòd lex voluit morientium voluntates quando sunt parentes modis omnibus inter filios tenere, & deindè subditur, quòd erubuit lex parentes &c. & *Gloss. ibi in verb. Existentes*, dicit, quòd erubescit lex supponere parentes Iuris Communis solemnitati filiorum respectu.

8 At curiosa hanc rem circà vertitur indagatiò, nùm si ex alicuius specialis statuti forma in testamentis certa aliqua solemnitas requiratur, talis statuti dispositio huiusmodi etiam testamentum inter liberos compræhendat? Ista quidem est in huius loci causa hypothesis, quæ ob partium cõcordiam indecisa remansit, vt refert noster *Author hic, num. 5.* qui affirmatiuam alcam amplecti videtur nonnullos id tradentes recensens, quibus adiungimus *Socinũ Iuniorem consil. 71. lib. 4. Mandell. consil. 271.* qui loquitur in testamẽ- 9 to fauore piæ causæ facto absque solemnitatibus à Mediolanensi Statuto requisitis, & punctualitèr nostri Authoris memoré *Antonin. de Amato forens. Iur. Resolut. part. 2. Resolut. 90. num. 4.* qui illic tradit, solemnitatem à statuto requisitam huiusmodi in testamento interuenire quoque debere, dicti *§. ex imperfecto*, dispositione haùd ob- 10 stante; huiusmodi enim priuilegium, vt testamẽtum solemnitatis ratione imperfectum inter liberos valeat, procedit solùm circà ea, in quibus ipsorum liberorum fauor cẽsetur, haùd autem quò

Digitized by Google

ad alia, quæ extranei fauorem concernunt: immò quidquid extraneis eadem in dispositione haùd
11 solemni relictum foret, eisdem filijs accrescit, vt expressè cauetur in eodem §. *eximperfecto*, & docent *Castr. consil. 325. in fine, lib. 2. Corn. consil. 307. num. 17. lib. 3. Alexand. consil. 140. num. 2. lib. 1. Bursat. consil. 123. num. 8. Tiraquell. in l. si vnquam, in præfat. nu. 25. de reuocand. donation. & de priuileg. pia causa, priuil. 80. in princ. Paschal. de viribus patriæ potestatis part. 2. cap. 8. nu. 28. & sequ. Molin. de Iustitia, & Iure, disput. 128. vers. Illud etiam, Guttierez. de tutelis, part. 1. cap. 3. num. 8. Montan. eodem tract. cap. 8. nu. 7. & 8.* & alijs omissis comprobat noster *Author Discept. forens. tom. 2. cap. 219. num. 24. & 25.* vbi
12 aduertit id procedere, nisi in eo quinque testes interuenissent, qui ad legatum extraneis relictum
13 probandum sufficerent, sicque tunc admitteretur extraneus, quasi tanta solemnitas adhibita fuerit, quanta in legatis sufficit, pro quo tamen videndi sunt etiam *Castr. consil. 93. num. 2. vers. Quinimmò, vol. 1. Caphal. consil. 72. num. 17. lib. 1. Surd. consil. 258. num. 4. & 23.* quos recenset memoratus *Antoninus de Amato vbi supra, ante nu. 18.*
14 vbi in proposito aliorum fultus auctoritatibus aduertit, quòd extraneus dicitur quicumque non est de liberis, vel descendentibus.

PROLOGOMEN.

Patris dispositionem inter filios validam dici, ac testamenti vim habere annuitur, tametsi testium subscriptione suffulta minimè sit; cùm sufficiat, si per duos testes probetur, dispositionem illam testatoris manu scriptam esse per scripturarũ comparationem: & quomodo literarum isthæc comparatio facienda sit, vt legitimè procedat, remissiuè indicatur.

RERVM SVMMA.

1 *Dispositio per patrem inter filios scripta valida dicitur, quamuis testium subscriptione munita minimè sit.*
2 *Cedula testatoris manu scripta vim habet testamenti inter liberos per literarum comparationem, quamvis nullus testis eam scribere viderit.*
3 *Testes duo sufficiunt ad probandum, cedulam, in qua dispositio inter liberos continetur, testatoris manu scriptam esse, per scripturarũ comparationem.*
4 *Literarum comparatio qualiter facienda sit, vt legitimè procedat, & num. 7.*
5 *Scriptura secundùm temporis, ætatis, calami, & similium variationem in characteribus variatur.*
6 *Literarum comparatio ad iudicandum difficilis est.*
8 *Testes dicentes, se notam scribentis manum habere, non probant.*
9 *Testamenti cedula vt testatoris manu scripta sit non probatur, nisi duo testes deponant, eam ipsis præsentibus scriptam fuisse.*
Limitatur liberorum fauore, vt num. 10.

OBSERVATIO CCVII.

COntinuari videtur præcedens decisio in præsenti controuersiã proponenti, vtrũ
1 dispositio per patrem inter filios scripta si non sit testium subscriptione suffulta, valida dici queat? & affirmatiuè concluditur, quemadmodùm, & quoque vltrà illic adductos inquit *Peregrinus in consil. 61. num. 2. lib. 1.* nec non *Alexander in consil. 76. num. 2. & 12. lib. 3.* quorum haùd immemor est *Amatus* sententiam hanc comprobans *Variar. Resolut. part. 2. Resolut. 90. num. 7. in fine.* & sequitur *Consiliar. Paschal. de viribus patriæ potestatis, part. 2. cap. 8. n. 21.* inquiens, quòd etiam si reperiatur cedula ma-
2 nu testatoris scripta, in qua eius dispositio inter liberos contineatur, illa attendi debet, & testamẽti vim obtinet, haùd refragãte, quòd nullus testis eam scribere viderit, nec ei se subscripserit, vt expressè cauetur in *Auth. quod sine, C. de testamẽt.* per cuius *textus* dispositionem aliqui sufficere
3 dicunt, si per duos testes probetur, scripturam illam testatoris manu scriptam esse, per scripturarum comparationem, vt plenè tradunt coadunati per *Michaelem Graff. in § institutio, quæst. 16. num. 5. & sequ.* & pleniſſimè *Hieronymus Pantschman. QQ. Iur. Controuers. lib. 2. quæst. 2.*
4 At qualiter ilthæc literarum comparatio faciẽda sit, ad hoc vt legitimè procedat? plures id habet ambages, nec non & perplexas, atque difficiles controuersias: Scitur nàmque huiusmodi materiam subtilem, intricatam, & difficilem esse, quinimmò fallacem, & periculosam, tùm propter falsitates, quæ vt plurimũ ab hominibus prauæ conscientiæ committi solent, tùm quia secundùm temporis, ætatis, calami, & similium variationem scriptura etiam ipsa in characteribus va-
5 riatur, vnde benè dicebat *Bartolus in Auth. Ac si contractus, C. de fide instrument.* quòd circa comparationem de facili erratur: neque mirum, quia quemadmodum *Cicero* latinæ eloquentiæ
6 lumen scripsit in *lib. 10. Epist. 5.* Comparatio est ad iudicandum difficilis: difficilior autem tractatio ista reddita est ex tot *Iustinianæi* Constitutionibus, qui vt eam probationem, quæ per literarum comparationem facienda erat, tutam litigantibus redderet, plures promulgauit Constitutiones, quarum posteriores, quæ in Authenticis, siue nouellis Constitutionibus collocatæ fuerũt *tit. 49. de his, qui ingred. ad appellan. § illud. & tit. 73. de instrument. cautel. & fid.* adeò obscurè, ex ipsa fortè versione græca, conspiciuntur, vt ineptas illas *Castrenſis* appellare haùd erubuit;
7 Quia modò præsentis Obseruationis occasio non patitur, vt latiori methodo vtar, & licèt materiã istam extra propriæ suæ sedis loca Interpetres, ac Repetẽtes fusissimè tractauerint in *l. admonendi, de iure iurando*, velim adeas magnum *Farinaceum in 1. part. fragment. verb. Comparatio manus, per tot. Monochium de arbitr. lib. 2. cas. 114. Gasparum Thesaurum QQ. Forens. lib. 1. quæst. 24. Nicolaum Genoua de scriptura priuata, lib. 2. cap. 1. num. 56. & sequ. Surdum consil. 187. nu. 27.* vbi, quòd omninò requiritur iuramentum, nec non etiam vide *Dom. Reg. Sanfelicium de-*
cis. 156. tom. 2. & Dom. Consiliar. Paulum Staiba-

Digitized by Google

banum Resolut. forens. Resolut. 3. num. 25. & sequ.

8 Verùm probent nè testes dicentes, se notam scribentis manum habere? excluſiuam partē docent *Afflict. decis. 181. Grammatic. decis. 84. Vincent. de Anna Allegat. 125. num. 2. Anell. de Amato consil. 53. num. 9. Menoch. dict. cas. 114. num. 22. & in addit. num. 2.* Vnde alij inquiunt,
9 ad probandum testamenti cedulam fuisse testatoris manu scriptam, opus esse, quòd duo testes deponant, eam ipsis præsentibus scriptam fuisse, vt plenè probat *Alexand. in consil. 123. num. 3. lib. 1. & in consil. 76. num. 3. & sequ. lib. 3.* atque demùm *Ruin. in consil. 11. num. 6. vol. 3.* & alij relati per *Peregrin. in consil. 61. num. 2. lib. 1.* quod
10 tamen restringitur liberorum fauore ex laudatorum Doctorum voto supra indicato.

PROLOGOMEN.

Solutionis oblatio vt saluianum impediat interdictum, etsi dogma sit à Nostratibus vnico ore receptum, compluribus hic tamen limitatur in casibus, qui sigillatim, & latè etiã illustrantur.

RERVM SVMMA.

1 *Solutionis oblatio saluianum impedit interdictum.*
Limitatur in oblatione verbali, vt num. 4.
Sic demùm in oblatione conditionali, cum conditione extrinseca adiecta, vt num. 10.
Paritèrque, cùm prior possidet, & creditum posteriori non possidenti offert, vt num. 12.
2 *Possessor extraneus offerendi ius habet.*
3 *Quilibet pro alio soluere potest.*
5 *Oblatio realis esse debet cum eius consignatione.*
Sufficit tamen si pecunia in creditoris manibus oblata sit, vt num. 6.
Sed declaratur dummodò coràm testibus numeretur, vt num. 7.
8 *Oblatio verbalis sufficit, quando creditor recipere recusaret.*
Comprimitur, si creditor iustam habuerit recusandi causam, vt num. 9.
11 *Oblatio conditionalis sufficit, vbi conditio ex actus natura veniret.*
13 *Creditor prior inuitus offerre minimè cogitur.*
14 *Creditor prior eo ipso, quòd possidet, plus iuris habet, quàm ille, qui non possidet.*
15 *Creditor posterior si debitum obtulerit priori, qui possidet, prior creditor offerendi ius posteriori non amittit.*
16 *Possessor extraneus, etiam si iustum titulum non habeat, debitum creditori offerre potest.*
17 *Oblatio, depositio, & obsignatio vim habet solutionis.*
Restringitur vt num. 18.
19 *Possessionis commodum maius est, quàm temporis prærogatiua.*
20 *Oblatio verbalis per quem fieri possit, & quando præscribatur.*
21 *Oblatio, quemadmodum solutio, ante, & post sententiam fieri potest.*
22 *Debitor post lapsum tempus termini ad soluendum suscepti, audiri non potest ad impediendam exequutionem.*
23 *Creditor, qui vigore saluiani in possessionem immitti petit, cautionem præstare tenetur de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus.*
24 *Cautela eruditur pro facienda oblatione.*
25 *Depositum quando vim habeat expressa solutionis.*

OBSERVATIO CCVIII.

1 ASsertum primum huiusce decisionis in specie quæstionis, an solutionis oblatio saluianum interdictum impediat? canonizatur à *Statilio Pacifico de saluiano interdicto, inspect. 5. cap. 1. num. 11.* & complures comprobantes quoque recensens, ità pluries per Rotam Romanam decisum refert ibidē, nempè, quòd si conuentus petitam summam creditori offerat, hoc interdictum impediat, nàm &
2 hoc casu quilibet etiam extrancus possessor offerendi ius habet, & ità se à molestijs liberare potest, creditori enim non interest, si à vero debitore,
3 vel ab alio satisfiat, cùm quilibet pro alio soluere possit, vt *Pomponius*, & *Marcellus II. CC.* docent in *l. solutionem 23. & in l. qui decem debet 72. §. 1. D. de solution ib.* cum quibus concordant *ICti* omnes in dictorum locorum expositione.

4 Verùm enimuerò assertum huiusmodi, etsi verum sit, simplicitèr tamen, & absolutè à censuris illæsus haùd pertransit; verbali enim in oblatione illud minimè procedere certum est, propterea quod in libello in possessionem immitti petitur, donèc integrè satisfactus fuerit, & ità in sẽtentia pronunciatur, sicque cùm pro debiti satisfactione est facienda, necesse est, quòd realitèr
5 cùm cõsignatione fiat, iuxtà optimam *Baldi* doctrinam in *l. Prætor, §. si quis paratus, D. de noui oper. nunciat.* quã illic sectantur *Doctores*, & aliorum fultus auctoritatibus approbat noster *Author hic, & in addit. ad decis. 125. num. 11. & sequ.* demùmque latè alios adducens *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 19. num. 5. & 6.* & notat paritèr memoratus *Statilius Pacificus vbi supra, num. 23. & sequ.* subnectens, saltèm hoc in casu necesse esse, quòd debitor pecunias in mani-
6 bus, vel in marsupio habeat, & creditori offerat, iuxtà *Bartoli* effatum in *l. acceptam, sub num. 6. in fine, C. de vsur.* quod tamen intelligendum fore adijcit, si dicta pecunia coràm testibus numeretur, alioqui si secus, nihil operaretur, cùm esse pos-
7 set, quòd integra summa haùd foret, vel aliud esset, quàm pecũnia in marsupio clausa, vt *Alexander* extricat in *l. si mora, num. 2. D. solut. matrim.* post *Bartolum in l. cum seruus, num. 3. D. de condition. & demonstrat.* Tametsi autem, quã-
8 do creditor recipere recusaret, solam verbalem oblationem sufficere arbitrati sint *Bartol. in l. vxorem, §. agri plagam, D. de legat. 3. Mathes. singul. 28.* nihilò tamen minùs ad hoc, vt so ista hæc verbalis oblatio suffragetur, expressa creditoris recusatio requiritur, vt aduertunt *Alexander in l. si seruus, ad fin. D. de vulgar. Cassiben. cõ-*

Digitized by Google

fil.91.col.1.Roland.consil.53.num.37. lib.1.Tiraquell.de retract.conuent.Gloss.6.§.4.num. 21. vers.Et idem in effectu, quos sequitur noster *Author in citata addit.ad decis.125.num.1.* & alijs relatis comprobat *Pacific.vbi supra, nu.29.* quod etiam limitationem obtinet in casu, quo creditor
9 iustam habuerit recusandi causam, quoniam tunc nec talis oblatio aliquid operatur, vt per *Claud. de Saisel.in l.si mora, nu.10.D.solut.matrim.& Pacific.d.l.num.41.* vbi alios recenset.

10 Vnde dicimus, memoratum assertum nec demùm locum obtinere in oblatione conditionali, cùm conditione extrinseca adiecta, quia tunc redditur nulla hoc in casu, *Alexand.consil.78. num. 29.& 30.lib.5.Neuiz.consil.38.num. 14. Grat. consil.93.num.75.lib.1.Negusant.de pignorib.& hypoth.part.3.membr.5.part.princip.nu. 2.& 11.* nisi tamen conditio ex actus natura veniret, pro-
11 pterea quod tunc actum conditionalem non reddit, vt per *Negusant.d.l.* quod exemplificari poterit in oblatione residui factis computis, necesse nàmque est hoc in casu ad hoc, vt pecunias recipere posset, quòd solidata sint computa, vel aliter creditum certum sit, & liquidum, alioqui immissionem obtinere minimè potuisset.

12 Illud inquam assertum suum sortiri effectum, haùd posse consequimur, cùm prior possidet, & creditum posteriori non possidenti offert, etenim tunc prior prælationem obtinet, etiam si secundus priori offeret, vt tradit *Negusant.vbi supra in 3.membr.quinta partis, num.17.* & ex alijs inquit *Card.Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom.1.lib.11.tit.28.num.18.* sicque
13 immissionem impediret: etsi enim inuitus offerre minimè cogatur, tamen si velit, vtique offerre potest, & rem sibi pignori obligatam retinere: ip-
14 se enim prior est tempore, & eo ipso quòd possidet, plus iuris habet, quàm ille, qui non possidet, vt expressè decidit *Paulus I.C. in l. iusta 2.D.vti possidetis*, & restrictionem hanc procedere, etiam
15 si secundus creditor obtulerit, deposuerit, & debitum priori, qui pignus possidet, obsignauerit, probat *Card.Mantica vbi supra, num. 22.* quia cùm possideat, quòd ad offerendi ius extraneo pos-
16 sessori æquiparatur, qui etiam si iusto careat titulo, offerendi ius habet per *textum in l.Paulus, §. qui pignoris, D.quib.modis pign.solu.* idque haùd
17 refragante, quòd per oblationem, de positionem, & obsignationem prioris creditoris obligatio ex-
18 tincta videatur: siquidem apùd eum adhùc remanet possessio, quæ pro offerendi iure sufficiens est, vt *Negusant.* tradit in dicto *membr.3.nu. 22.* & hoc notatu dignum esse præconizat idē *Card.*
19 *Mantica ibidem*, etenim maius est possessionis commodum, quàm temporis prærogatiua.

Cætera verò, quæ ad hanc oblationis materiã spectant, nempè, quando verbalis oblatio suffi-
20 ciat, & per quem fieri possit, & quando præscribatur? videre qui conspicit, adeat *Gabrielem de solutionibus, concluf. 8. Viuium* latiùs elucidantē *Commun.Opinion.557.& Card.Mãtic.* latissimè *dicto lib.11.tit.28.* quia præsentis Obseruationis occasio non patitur, vt latiori methodo vtar.

21 Illud autem hic præterire haùd valeo, quòd huiusmodi oblatio cùm fit ad effectum, vt solutionis loco habeatur, quemadmodùm solutio ità antè, sicùt post sententiam fieri poterit, docente *Bartolo in l. iusiurandum, §. cùm res, sub num.1. D.de iure iurand.* ità etiam oblatio antè, vel post sententiam fieri potest, iuxtà *textum in l.si plures* vbi *Bartol.in princip.D.de pignorib.* & terminũ ad soluendum iuxtà Tribunalium stylum concedendum est, pro vt attestatur *Tiber.Salu. in sua praxi, lib.1.cap. 18. num. 5.& 7.* quo termino
22 durante impediri potest immissio, eoque elapso, si de solutione docere vellet, minimè audiendus est, quia iuxtà Cameralis obligationis naturã soluere tenetur, & postea repetere, si indebitum soluisse prætenderetur, pro vt per Rotam Romanam
23 decisum refert *Pacific.dict.cap.1.num.49.* adnectens, quòd possit debitor petere, vt creditor, qui vigore saluiani in possessionē immitti petit, cautionem præstet de restituendo prioribus, & anterioribus, & ità demùm per eandem Rotam decisum memorat.

24 Denique ad euitandum circuitum, & difficultates, quæ hoc casu occurrere possunt, optimum esse reor, quòd pars coràm Iusdicente citetur ad recipiendum totum integrum creditum, & faciendam legitimam quittantiam, aliàs videndum per Dominũ mandari deponi penès aliquē montē vel penès aliquē idoneũ camporē (quãdo essemus in loco, in quo deposita vbiq; fieri possent) suis risico, & periculo, & mandari fieri quittantiã ex officio, & decreto obtento, depositoq; facto cedula in actis deponatur, petendo absolui, & silentium
25 imponi, quia depositum ità factum vim expressę solutionis habet vt per *Card. Puteum decis. 163. lib.1.* & præsertim do stylo Auditoris Cameræ, qui stylus à Rota est approbatus, vt *Mohedanus* refert in *decis. 285. aliàs decis. 6. sub titul. de exceptionibus*, & istæc quidem cautela ex traditis per *Ancharanum* colligitur, dùm in *consil.86.num.3.* dicit, quòd debitor pecuniam offerre debet, seù debitum realitèr, haùd verbotenus, & si recipere recusaret, tunc coràm testibus obtestari, & demùm Iudicem adire, & pecuniam deponere, & consignare.

PROLOGOMEN.

Litis pendentiæ mentionem in rescripti impetratione, nè illud subreptionis vitio maculatum dicatur, faciendam esse, ex receptiori ICtorum sententia eruditur.

RERVM SVMMA.

1 *Mentio litis pendentiæ, & appellationis fieri debet per impetrantem Principis rescriptum, nè illud nullum dicatur.*
2 *Rescriptum Principis subreptitiè obtentum nullum dicitur.*
3 *Falsum qui exprimit, impetratis carere debet.*
4 *Preces tacitam habent conditionem, si veritati nitantur.*
5 *Concessio iuxtà partium preces præsumitur. Ampliatur, quamuis de precibus in concessione nulla mentio facta fuerit, vt num.6.*
7 *Rescriptum subreptitium censetur, si litis pendentia subticiatur.*
8 *Rescriptum in quo mentio de lite facta minimè est, ob talem subreptionem per Proregem, & Collaterale Consilium exequutioni demãdari non debet.*

9 Res-

Digitized by Google

9 *Rescriptum impetrare lite pendente est innouare.*

10 *Officialis, qui pro honore Regio, ac ipsius seruitio mandatum, ac illius iussionem minimè exequitur, redargui nequit, quòd benè non faciat.*

11 *Refutatio facta ab hærede conuento ad instantiam creditoris in actione personali ad vendendum feudum, tanquàm facta in fraudem litis. valida minimè dicitur.*

12 *Assensus lite pendente impetratus absque litis expressione validùs dicitur.*

Declaratur vt num. 13.

14 *Rescriptum vitiatur si ea in precibus non exprimantur, quæ, vel Principem à concedendo reuocarent, vel ad difficiliùs concedendum inducerent.*

OBSERVATIO CCIX.

SOlemne esse huiusce loci arrestum pronũciamus, etenim sancitum fuit, nullitatis vitio laborare rescriptum impetratum per D. Achillem Stellam, contrà Dominum Statium de Macerata, vbi per Summum Pontificem datur Iudex in causa appellationis per ipsum interpositæ à sententia D. Gubernatoris, ex quo in eo mentionem non fecit litis pendentiæ, & appellationis introductæ coràm alio Iudice electo per ipsummet appellantem, vt noster *Author* testatur *hic*, quis enim ambigere valet, rescriptum
2 hoc subreptitium fuisse, & proindè nullitatis labe maculatum? vt per *DD. in cap. ad audientiã, il secondo, de rescriptis, Socin. consil. 13. col. 3. vol. 1.* cùm alijs per *Menochium* cumulatis in suo *tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 201. num. 2.* qui dicunt, rescriptum gratiæ per subreptionis
3 vitiũ ipso iure vitiari, quia quisalsum exponit, impetratis carere debet, & præces tacitam semper
4 habent conditionem, si veritati nitantur, *l. 1. & fin. C. de diuers. rescript.* & iuxtà partium præces
5 concessio præsumitur, *Grammat. decis. 103. nu. 134. Cacheran. decis. 5. num. 9. Menoch. consil. 180. lib. 2. Dom. Reg. Tapia decis. 2. Supremi Cõsilij, num. 59. & 60.* quos sequitur *Dom. Consiliar. Roccus Respons. 100. sub num. 4. tom. 2.* adnectens, id procedere, etiam si de præcibus in con-
6 cessione nulla mentio facta fuerit, ex *Dom. Reg. Rouito decis. 32. & Dom. Reg. Capycio Latro decis. 134. num. 15. lib. 2.*

7 Quodue litis pendentię mentio facienda erat in rescripti impetratione, nec demùm altercari potest, ità præsertim docente memorando nostro *Matthæo de Afflictis in decis. 220. à n. 13.* quod ante probauit *Gloss. in cap. prudentiam*, in *vers. Causam*, vbi *Abbas* eam valdè commendat, *de offic. delegat.* nec non etiam *Bald. in l. 2. in fine, C. vt lite pendent. & in l. 1. in fin. C. de relat.* & sequuntur *Dom. Regens Capycius Latro decis. 170. n. 19. tom. 2. Dom. Cõsiliarius Roccus Respõs. 100. num. 10. tom. 2.* ambo adducentes *Gramm. consil. ciuil. 162.* qui in terminis rescripti obtenti per Cæsaream Maiestatem Caroli V. huius Re-
8 gni Regis, quòd tale rescriptum pet Excellentissimum Proregem, & Collaterale Consilium exequi non debeat ex dicto subreptionis vitio fundat pro Vniuersitate Neritoni contrà Illustr. Ducem dictæ Ciuitatis, qui bina rescripta obtinuerat, alterum Bononiæ, & Mantuæ alterum pro reintegratione in possessionem Ciuitatis prædictæ, & datur ratio, quia lite pendente impetrare
9 est innouare, *Gloss. 3. in Clement. Vt lite pendente, Anchar. consil. 13.* & propterea *num. 24.* concludit, Principem consulendum fore, cùm dici minimè posset, Officialem rectè non facere, si
10 pro honore Regio, ac ipsius seruitio mandatum, siue illius iussionem non exequatur, *Bald. in l. final. C. de negot. gest. Alexand. consil. 106. vol. 2. & Regens Lanar. in cap. 1. de vasall. decrep. at. num. 30.* vbi verba facit eo in casu, in quo moto iudicio contra hæredem ad vendendum
11 feudum à creditore in actione personali, post litẽ motam conuentus illud Domino refutauit, & resoluit refutationem minimè valere tanquàm in fraudem litis factam, quod exponit etiam aliorũ fultus auctoritatibus *Dom. Regens Tapia in Cõstit. Regni, Eorum fraudibus, de alienat. iud. mut. caus. fact. nu. 3.* & sequitur *Consiliar. Theodorus Allegat. 3. num. 10.*

12 Cui equidem conclusioni haùd refragarur, si in contrarium exponatur, quod *Capycius* scribit in sua *inuestit. feudal. in verb. Feudorum exequutiones, vers. Et quid si actum sit in iudicio*, vbi notat, Sacrum Consilium pro valido habuisse assensum lite pendente impetratum in causa Antoniæ Palmisanæ, cùm Duce Ariani, & Comite Potentiæ, quæ egit hypothecaria dùm assensu carebat, & illum lite pendente obtinuit, & sequitur *Reg. Lanar. consil. 17. per tot.* nec non etiam *Io. de Amicis consil. 141.* & fulcitur decisione *rextus in cap. dudum, il primo, de elect.* vbi *Io. Andr.* cum alijs, quos *Paris.* congerit in *consil. 30. nu. 41. vol. 4.* atque demùm *Reg. de Ponte consil. 32. num. 16. vol. 2.*

13 Respondetur enim conclusionem hanc procedere, quando instrumentum litem ante confectum foret, assensus verò lite pendente, secùs in casu, quo tàm venditionis instrumentum, quàm assensus fuerunt post litem, vt idem *Reg. de Ponte* enucleauit *in consil. 136. num. 163. & seqn. vol. 2.* vbi etiam, quòd assensus subreptionis vitio laborat, quia si de lite narratum fuisset, vel non consensisset, vel difficiliùs, vt quoque declarat, & conciliat *Illustr. Dom. Regens Capycius Galeota Respons. Fiscal. 12. num. 382.* nec non eo laudato *Reg Capycius Latro vbi supra, num. 18.* & com-
14 pertum est, rescriptum vitiari non expressis his, quæ Principem à concedendo reuocarent, vel ad difficiliùs concedẽdum inducerent, vt colligitur ex *text.* & ibi notatis per *DD. in cap. super literis, de rescript. Palac. Ruu. in cap. per vestras, notab 4. num. 27. de donat. inter vir. Gozadin. cons. 85. num. 4. Surd. consil. 49. num. 27. Barbos. in collect. in dict. cap. super literis. num. 12. Lapus Allegat. 89. num. 6. vers. Item est sciendum, Valasc. Consult. 130. nu. 90. Menoch de arbitr. cas. 201. num. 24. & consil. 1. num. 401. consil. 191. nu. 45. & consil. 316. num. 2. & 4.* & latè fundat *Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. forens. centur. 1. cap. 54.* & comprobat *centur. 2. cap. 87. num. 1.* quemadmodum etiam *Ill. Dom. Regens Capycius Galeota dict. Respons. Fiscal. 12. num. 382. & Dom. Consiliar. Roccus d. Respons. 100. sub num. 10. vers. Propterea.*

PRO-

PROLOGOMEN.

Vxori, cui in testamento bonorum omnium vsusfructus relictus est, filijs extantibus illũ haùd competere, sed ad alimenta restringi ex Bulgari consuetudine probatur, nisi tamèn expressa testatoris verba repugnarent, quod etiã pluribus ex politioris literaturæ Interpretibus deductis illustratur, ornaturque.

RERVM SVMMA.

1 *Vsufructu vxori relicto indistinctè ei integer debebatur de Iure Ciuili.*
Contrarium postmodum ex Bulgari consuetudine introductum fuit vt num. 2.
3 *Vxor plenum, & formalem habet vsumfructum extraneis hæredibus institutis, & num. 16.*
4 *Verbum* Domina *quid importet.*
5 *Vxor in Iure Domina appellatur.*
6 *Dominium penès duos insolidum esse non potest.*
7 *Successio parentum liberis debetur.*
8 *Affectus nullus paternum superat.*
9 *Pater, & Filius eadem persona reputantur.*
10 *Pater liberis potiùs, quàm vxori consulere voluisse præsumitur.*
11 *Vxor, integrum, & formalem habet vsum fructum ex verosimili testatoris mente.*
12 *Coniecturis non fit locus in claris.*
13 *Coniectura vna, siue præsumptio per aliam in contrarium excluditur.*
14 *Testator rei suæ dicitur moderator.*
15 *Vxor vt filijs hæredibus institutis ad integrum, & formalem vsumfructum admittatur, ex quibus verbis, vel coniecturis concipiatur.*
17 *Testator vxorem propriam magis, quàm extraneos etiam parentes dilexisse præsumitur.*
18 *Vxor diuini, & humani iuris maritj dicitur Socia.*
19 *Vir, & Vxor sunt duo in carne vna.*

OBSERVATIO CCX.

SPeciali indiget expositione præsens locus propter indecisam quæstionem, An vsus fructus vxori legatus stantibus liberis ad alimenta restringatur? Equidem etsi Iure Ciuili ita sancitum esset, vt vxori vsufructu omnium bonorum legato, integer vsusfructus ei indistinctè deberetur: vetusta tamèn inoleuit primùm Bononiæ, deindè in cæteris Italię, aliarumque Prouinciarum partibus, Consuetudo Balgari, dicta ex *Bulgaro* eiusdem Authore (qui Imperatoris Vicarius fuit, vt *Card. Mantica* refert in suo *tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. n. 1.*) quę magis verosimilè testatorũ ergà filios prędilectionem attendendo, iuxtà *Iustiniani Cæsaris Sanctionem in l. cùm acutissimi 30. C. de fideicommiss.* ità legatum huiusmodi interpetrari voluit, vt siue vsufructuaria simplicitèr sit vxor relicta, siue vsufructuaria omnium bonorum, domina, & massaria, vt dici solet, nil filijs existentibus, vltrà alimenta consequi nequeat, cùm eatamen prærogatiua, siue præeminentia, quam domi viro viuente habere consueuit, & hæc verba honoris, regiminisque respectu dumtaxàt prolata
3 intelliguntur, tametsi extraneis hæredibus institutis, vxor plenum, & formalem habere debeat vsumfructum: & hanc quidem interpetrationem à consuetudine receptam per omnes Italiæ partes obseruari testatur in specie *Bartol. in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 3. in fin. D. de legat. 2. eund.* quem sexcentis ferè relatis sequitur *Eminentiss. Mantica d. l.* adnotans inter alia, fatuum esse dubitare, aùt calcitrare contra indubitabiles legum Coryphæos, qui & legendo, & consulendo attestantur hanc esse communem sententiã à consuetudine receptam, vt dicit etiam *Paulus à Monte Pico in d. §. Titia, num. 19. in fine*, & omnes cõmunitèr sectari dicit *Ioan. de Anan. in consil. 37. circà finem, vers. Circà verò aliud*, & scribentium omnium sententiam communem esse ait *Ludouic. Gozadin. in consil. 47. num. 1. & in consil. 99. num. 8.* pro vt quoque *Socinus iunior in consil. 97. num. 21. & in consil. 99. num. 8. 11. & 12. vol. 1.* & cõsuetudinem hanc vbiq; communitèr obseruari tradit *Boerius in decis. Burdegal. 194. num. 4.* atque etiam, quos ad nauseam vsque recensèt *Anton. Gabriel. commun. opinion. lib. 5. titul. de vsufructu, concl. 2. num. 1.* dicens quoque, hanc communem esse, & receptam opinionem, eamque & æquitati, & legibus consentaneam diserte explicãdo fatetur *Menochius* post alios *de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 139. nu. 4.* & latiùs *Surdus de alimentis. titul. 2. quæst. 15.* nec non *Gaillus Practicar. Obseruat. lib. 2. Obseruat. 144. Paul. Æmil. Gall. de except. tàm ab inteſt. quàm ex testam. part. 2. tit. 4. except. 16. num. 12. & sequ. Gaspar Thesaurus QQ. Forens. lib. 1. quæst. 54. num. 1. Mynsingerius Obseruat. 37. num. 1. centur. 5. Caballinus Milleloqu. 623. Pater Molfesius in commentar. ad nostras Consuetud. Neapol. tom. 2. part. 6. quæst. 11. in princ.* & denique post multos alios, quos congerunt, probant *Dom. Regens Capycius Latro decis. 5. n. 19. & 22. decis. 94. num. 4.* vbi *Gizzius num. 10. & decis. 176. num. 1.* vbi de Authore nostro hic haùd immemor est, *Dom. Regens de Marinis Quotidian. Resolut. tom. 1. cap. 347. num. 1. Dom. Regens, & S. C. Præses Merlinus Controuers. forens. centur. 2. cap. 3. num. 4. cap. 40. sub num. 47. & cap. 92. sub num. 1. Dom. Regens Marcianus Disputat. 49. nu. 15.* & nouissimè *Dom. Altimarus ad Reg. Rouitum consil. 46. num. 15. tom. 1.*

Cuius equidem consuetudinis, & Doctorum determinationem omni iure validam dici oportere consequimur ex eo præsertim, quia secundùm
4 vulgare Italicum, verbum *Domina* dominium non importat, sed illud dumtaxàt, scilicèt, eam domus caput esse, & regimen penès se habere,
5 nàm vulgò, vxores nostras Dominas appellamus, vt *Bartolus* quoque dicit per *l. Titia, §. qui Marco, D. de ann. legat.* quem laudans obseruat etiam *Card. Mantica vbi supra, num. 1. post medium, vers. Huiusmodi autem interpretatio*, ac paritèr *Andr. Gaill. in cit. Obseruat. 144. sub num. 2.* quod clarior fit si animaduertas, quòd dominium
6 penès duos insolidum esse minimè potest, vt expressè *Vlpianus I.C.* decidit *in l. si vt certo loco 5. §. si duobus, D. commodat.* ibi, *Duorum quidem insolidum dominium, vel possessionem esse non*

pos-

Digitized by Google

posse, nec quenquam partis corporis dominium esse, sed totius corporis pro in diuiso pro parte dominium habere. & notant *Speculat. de feudis, §. 2. vers. Et è contra, & vers. 12. Bartol. in l. non solùm, D. solut. matrim.* quos sequitur citatus *Dom. Reg. Capycius Latro dict. decis. 5. num. 22.* ideò hæres erit Dominus, & mulier alimenta, & præeminentiam in domo habebit, vt per allegatos Doctores; Præterea, quia ex naturali ratione, & communi parentum voto liberis successio debetur, vt hoc in proposito fatur *Angel. in consil. 338. num. 2.* per *text. in l. scripto, in fine, D. vnde liber.* & nullus affectus vincit paternum, nàm tàm ardenter filius diligitur, vt anima patris censeatur: nec mirum, cùm pater, & filius eadem persona reputentur, *l. final. C. de impuber. & alijs substit.* & Nos plura ex politioris literaturæ Interpretibus deducta diximus in *Obseruat. 19. ex num. 15.* idcircò pater liberis potiùs, quàm vxori consulere voluisse præsumitur, neque enim credendum est, patrem plenum, & integrum vsumfructum vxorem habere, & nudum, inane, ac inutile hæredis nomẽ filijs relinquere voluisse, ita quod dùm vxor viuit, famæ quodammodò perire, vel mendicare cogantur.

Huiusce autem consuetudinis interpretatio deducta ex voluntatis coniectura longiùs producitur per *Eminentiss. Card. Mantic. vbi supra, nu. 2. & seqq.* quem Lector consulat, nè illius præsertim scripta transcribere, eiusque labores possidere videamur; Verũ illud modò notãdũ euenit, inanem, siue nullum esse recursum ad memoratam consuetudinem, vbi testatoris expressa verba repugnant, quia in claris non fit locus coniecturis, iuxtà *text. in l. continuus 137. D. de verbor. obligat.* vel coniecturata eius mens in contrariũ, ex trita, vulgataque illa regula, quòd vna coniectura, & præsumptio per aliam in contrarium excluditur, *l. Diuus*, vbi *Gloss. D. de in integr. restit. l. non solùm, D. de rit. nupt. cap. transmissa, qui filij sint legit. Gloss. in cap. ex literis, verb. ad plenum, de in integr. restit.* cum alijs per me adductis in *Obseruat. 53. num. 17.* quia verò consuetudo illa, quæ ideò filijs in hoc fauet, quòd minimè credendum sit integrum vsumfructum vxori relinquere voluisse in eorum præiudicium, cessat quoties ex verbis, testatorisque mente id omninò voluisse colligitur, qui rei suæ moderator est, proindè ab ea recedendum inter cæteros scripsere *Dec. consil. 454. in princ. Viuius decis. 29. lib. 1. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 9. tit. 7. num. 20. Menoch. dict. præsumpt. 139. ante num. 2.* & laudatus *Dom. Reg. Merlinus vbi supra, cap. 3. num. 8. & sequ.* vbi hoc sustinet, nec non etiam *Castill. lib. 1. Controuers. 45. num. 10. Andreol. Controuers. 71. Marescott. Variar. Resolut. lib. 1. cap. 29. num. 20.* & alios complures ad hoc adducens probat *Andr. Gaill. in cit. Obseruat. 144. num. 5.*

At quibus ex verbis, vel coniecturis testatoris isthæc voluntas concipi possit, vt vxor, filijs hæredibus institutis, ad integrum, & formalem vsumfructũ admittatur? *Menochius lib. 4. præsumpt. 140.* hac de materia diffusè triginta vnum casum examinauit, in singulo quorum satis latè, & magistraliter diseruit, an vxor esset plenè vsufructuaria, an verò alimentaria tantùm? illum igitur consule Lector, nec nõ pariter *Card. Mantic. Thesaur. in sedibus memoratis*, & cæteros, quos refert *Dom. Altimarus vbi supra, num. 16 & seqq.* atque demùm adeundus est *Surdus de alimentis, dict. quæst. 15. num. 228 & pluribus seqq.* vbi copiosè singulas examinat coniecturas.

Illam verumtamèn præcipuam esse, & magis præclaram præconizat noster *Author hic num 8.* (quam ad expressam potiùs testatoris voluntatem, quàm ad coniecturatam mentem referendam esse diudico, nisi oculi mei cęcutiant) cùm testator extraneum hæredem instituit, vsumfructum verò vxori legauit, tunc enim cessat illius consuetudinis ratio liberorum fauore, vt quoque aliorum fulti auctoritatibus inquiunt *Card. Mantica dict. lib. 9. tit. 7. sub num. 34. Surd. dict. quæst. 15. num. 85. Marescott. dict. cap. 29. num. 47. & sequ. Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num. 58. de Pratis de interpretat. vltim. volunt pag. 411. à ter. & Dom. Altimarus* memor de Authore nostro *dict. consil. 46. num. 19.* quid enim velcla ius, vel expressiùs dicere potuit disponens ad suæ mẽtis declarationem, omnemque coniecturam in contrarium repellendam, quàm ità prouidere? quippè quod si consideres interpretationem ex memorata Bulgari consuetudine desumptam sustineri contra expressam verborum proprietatem ex cõiecturata defuncti ergà proprios filios charitate, quæ facit, vt præsumendum sit eos magis, quàm vxorem dilexisse: hæc eadem consideratio nedùm cessat cessante pietatis illa ratione, sed cõtrarium prorsùs operatur, vt magis vxorem propriam, quàm extraneos etiam parentes dilexisse censeatur, cùm vxor diuini, humaniquè iuris sit socia *l. aduersus, C. de crimin. expil. hared. Tacit. lib. 3. annal. Annæus Robertus rerum iudicatarum lib. 4. cap. 1.* vndè illud *Propertij.*

Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior.

multisq; veteris, ac noui testamenti oraculis comprobat *Tiraquell. in l. si vnquam, in præfat. num. 12. C. de reuocand. donat.* & potissimum est preceptum, de quo *Genes. 2. & Matth. 19. Et sint duo in carne vna.* quin vxorius amor cæteros omnes superat, vt dicitur *Fsdr. 3. cap. 4. Homo patrem suum relinquit, qui enutrijt illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit, & cùm muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem*, & paulo post *dict. cap. 4. Diligit homo vxorem suam magis quàm patrem, aut matrem*: Hinc *Apostol. ad Ephes. 5.* inquit, *Maritus diligere debet vxorem vt se ipsum, quia dicitur eadem caro cùm illa*, & *Diuus Ambrosius super Psalm. 118. vers. Iniquos odio habuit*, tradit, *Amare parentes, filios, lex naturæ est: maritus coniuges lex diuina est, quæ coniugij caritatem in naturam vertit, vt fiat vna caro, & vnus spiritus.*

PROLOGOMEN.

Ex contractu nullo, & sic titulo inualido quando transferatur possessio? cùm alijs nonnullis ad materiam haùd obscurè demonstratur.

RE-

RERVM SVMMA.

1 *Possessio transfertur ex contractu nullo, & sic titulo inualido.*
Intelligitur, quando actus nullus est solemnitatis defectu, vt num. 6.
Et declaratur, cùm ad realem possessionis traditionem deuentum fuit, vt num. 8.
2 *Possessio Ciuili Iure infirmari non potest.*
3 *Ius id tantùm infirmat, quod Iuris est.*
4 *Tenuta feudi transfertur ante assensus impetrationem in contractu feudali.*
5 *Detinens dicitur esse in feudo, sed non in feudi possessione.*
7 *Remedium* can. reintegranda 3. q. 1. *quando cesset.*
9 *Dominium, & possessio transferuntur, quando vera adfuit traditio, etsi titulus fictus sit.*
10 *Possessio ex contractu simulato quando transferatur, & num. 13. & 14.*
11 *Contractus simulatus quando præcessit, tunc deest animus transferendi possessionem.*
12 *Subsequentia ex præcedenti titulo declarantur.*
15 *Causa vera inspicienda est circa possessionis, & dominij translationem.*

OBSERVATIO CCXI.

1 NOtissimum quippè in Iure est, ex contractu nullo, & sic titulo inualido possessionem transferri, ad *text. in l. 1. §. si vir vxori*, vbi *DD. de acquirend. possess.* etenim vt *Andr.* inquit in *cap. Imperialem, num. 70. de prohib. feud. alien. per Feder.* possessio
2 quæ facti est, Ciuili Iure infirmari non potest, Ius nàmque infirmat id quod Iuris est, dominium
3 scilicèt, & ciuilem possessionem: at detentationē illam, quæ naturalis possessio, ac nuda rei tenuta dicitur, impedire non potest, *Bartol. in dict. §. si vir vxori, in princip.* hæc enim est, quæ feudali
4 in contractu assensus antè impetrationem transfertur, quemadmodum *Andr.* docet *ibidem, nu.*
5 69. quòd detinens est in feudo, sed non in possessione feudi, *Regens de Ponte decis. 40. num. 1.*

Verùm enim verò etsi regularitèr vera sit conclusio isthæc memorato ex *textu* desumpta, quòd scilicèt ex actu nullo possessio transferatur, eam tamen intelligi oportere eo tantùm casu, quo
6 actus nullus sit solemnitatis defectu, non autem voluntatis, & consensus, sine quo stare non potest, exponit peroptimè noster *Author hic nu.* 5. quē laudans insequitur *Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. forens. centur. 2. cap. 27. n.* 41. & tradit *Dom. Regens de Ponte in consil.* 96. *num.* 9. *vers. Hic adest, lib. 1.* & hoc casu remedium *can. reintegranda 3. q. 1.* minimè concedē-
7 dum esse, per Rotam Romanam decisum testatur *Achilles de Grassis decis.* 15. *sub titul. de restitut. spoliat.* & cōcinit *text. in l. si ex stipulatione 5. de acquirend. possess.*
8 Quamobrem expositionem huiusmodi procedere adiungimus, quando ad facti actum deuentum fuit, videlicèt, ad realē possessionis traditionem, vt *Salycetus* tradit *in l. traditionibus, num.* 14. *quæst. 3. C. de pactis*, vbi, quòd dominium, &
possessio transferuntur, tametsi titulus fictus sit,
9 si vera adfuit traditio: secùs verò cùm in contractibus nullis, & inutilibus facti actus non interuenit, sed Iuris tantùm, vt constitutum, aùt præcarium, vel vsusfructus retentio, aùt quid simile, tunc enim verum est, ex contractu nullo possessionem minimè trasferri, & ità herclè intelligendi sunt *Doctores*, de quibus per *Alexand. consil. 69. num. 14. lib. 5. Bursat. consil. 140. nu. 18. lib. 2. Menoch. consil. 1073. num. 12. lib. 11.* & alij insequantes, quemadmodùm & quoque dicimus in
10 contractu simulato, ex quo transit possessio, si traditio interueniat, quando veritas ad possessionis translationem tendebat, nàm aliàs possessio translata minime foret, *Bald. in cap. Imperialem, §. callidis, num. 3. de prohib. feud. alien. per Feder.* per *textum in l. empt. D de aqua pluu. arcēd.* vbi etiam hoc notat *Bartol. num. 1.* subnectens, quòd etsi in dubio traditio simulationis labe maculata, quemadmodum contractus, præsumatur, nihilominùs possessio transfertur, si hoc agatur, quia ad possessionis translationem causa non requiritur, vt in dicto *§. si vir vxori.*
11 Verùm, licèt secundùm alios hoc non admittatur, quando contractus simulatus præcessit, cùm tunc animus desit, præsumendumque sit in dubio, traditionem post contractum simulatum
12 factam eodem vitio laborare, quasi ex præcedenti titulo subsequentia quoque declarentur, ità vt hoc verum sit, quamuis ex interuallo sequuta fuerit traditio: nihilò tamen minùs hoc in contractu
13 omninò simulato locum obtinet, nàm aliud foret in eo, qui omninò haùd est simulationis nota maculatus, vt quia fingam me agere ex vna causa cùm tamen velim rem efficere ex alia, tunc enim possessio transfertur, dummodò causa translationi sufficiat, *Salycet. in l. emptione, in fine, vers. Hac placent mihi, C. plus valet, quod agit.* vbi intellegit, quando contractus est simulatus, nec non etiam causa: secùs vbi cau-
14 sa dumtaxàt simulata est, haùdque contractus, quod est, quando partes vnam causam fingunt pro alia, quam verè intendunt, quia tunc ex causa vera possessio transfertur, atq; etiam dominium,
15 si causa vera dominij translationem requirit, quia illa est inspicienda, pro vt *Cæsares* rescripserunt in *l. si ex pretio 6. C. si certum petatur.*

PROLOGOMEN.

Notarijs licitum esse alterius manu instrumenta scribere, & extendere, ipsis tantùm illa subscribentibus, innuitur, & quid hoc circà in Regno Neapolis per Regiā *Pragmat. 2. de Notarijs*, dispositum sit? indicatur.

RERVM SVMMA.

1 *Notarius alterius manu scribere, & extendere potest instrumentum, dummodò se subscribat.*
2 *Subscribens omnia in præcedenti scriptura cō-tenta virtualitèr scripsisse dicitur.*
3 *Notarius eligitur, vt det fidem gestis.*
4 *Notarius in Regno protocollum conficere obstringitur.*
5 *Notarius non nisi propria manu instrumenta scri-*

Digitized by Google

scribere, & reassumere valet, duobus tamen casibus exceptis.

OBSERVATIO CCXII.

PRæsentis loci determinatio admittit, licere Notarijs alterius manu instrumenta scribere, & extendere, ipsis tantùm illa subscribentibus, & quidem non sine ratione amplecti videtur, cùm subscribens omnia in præcedẽti scriptura contenta virtualitèr scripsisse dicatur, vt post *Angel.* dicit *Alexand. in l. si ità stipulatus, §. Chrisogonus, D. de verbor. signific.* nec non etiam illic *Iason num.* 5. multas adducens rationes, & complures id ipsum tradentes commemorant *Surdus consil.* 61. *num.* 31. *& dec. 265. num.* 26. *Dom. Prosper Petra ad Gramat. decis.* 50. *num.* 4. & Notarij industria non inscribendo, sed vt fidem det gestis, eligatur, quã per subscriptionem satis præstat, vt dicunt *Abb. in cap. inter dilectos, col.* 6. *vers. Oppono tertiò, de fide instrument. Bald. in Auth. sed nouo iure, col.* 2. *vers.* 3. *quod Notarius, C. si certum petatur, Alexand. consil.* 14. *num.* 14. *lib.* 6. *Paris. consil.* 2. *num.* 20. *& consil.* 28. *num.* 28. *lib.* 2. *Roland. consil.* 44. *num.* 77. *in princ. Osasch. decis. Pedemont.* 36.

In Regno autem nostro peculiaris extat sanctio, qua Notarij librum conficere obstringuntur, iuxtà normam in *Pragm.* 2. *de Notarijs* adiectam, quem vulgò Protocollum appellitant, ibique contractus, & rogationes non nisi propria manu redigere, & inquam neque reasumere queunt, nisi priuilegio fruerentur, scribendi etiã aliena manu, vel vrgenti ex impedimento, de quo præterea attestati sint in subscriptione, ex latè deductis per *Afflictum in Constit. Regn. Baiulos, num.* 37. *& 38. Vrsillus ad eumdem Afflictum decis.* 6. quos sequitur doctissimus *Dom. Consiliar. Petra in commentar. super Ritibus M. C. V. tom.* 1. *Rit.* 36. *num.* 3. & vtraque manu amplectitur nouissimè *Calima* ità pluries obseruatum vidisse attestans in suo *opusculo de liquidatione instrumentorum, Recollect.* 1. *num.* 15. *& seqq.*

PROLOGOMEN.

Dotis augmentum cùm fit ab ipsa muliere, seù ab alio pro ea, propriè dotem dici, & omnia priuilegia doti cõcessa habere eruditur: quãdo verò fit à marito, secus esse notatur, cùm donatio propter nuptias dicatur, tametsi dotis, seù augmenti nomine datum sit: Hinc statutum de dotis lucro loquens nùm in eius augmento procedat? explanatur.

RERVM SVMMA.

1 *Dotis priuilegium datur etiam augmento. Intelligitur, quando illud fit ab ipsa muliere, seù ab alio pro ea, vt num.* 3.
2 *Dotis augmentum dos dicitur.*
4 *Dotis augmentum à marito factum matrimonij, seù sponsaliorum tempore donatio propter nuptias dicitur.*
Ampliatur, quamuis maritus aliquid extraneò donauerit, vt illud posteà vxori suæ dotis nomine daret, vt num. 7.
5 *Vxor secundo nubens dotis augmentum sibi à primo viro factum dare minimè censetur.*
6 *Titulus dotis dominium in maritum transfert.*
8 *Dotis augmentum, à marito factum, tanquàm donatio propter nuptias filijs primi matrimonij conseruari debet.*
9 *Dotis augmentum à marito vxori factum sequuta confiscatione propter ipsius mariti delictũ non confiscatur, & num.* 11.
10 *Vxori donata propter viri delictum non confiscantur.*
12 *Statutum loquens de lucro dotis in eius augmento non procedit.*
Contrarium verius, vt num. 14.
13 *Statutum contra Commune Ius intelligi debet, vt illud minus ladatur, quàm fieri possit.*
15 *Statutum de lucro dotis fauorabile est.*

OBSERVATIO CCXIII.

PLena manu noster *Author* in præsenti decisione, eiusque additione pertractat, priuilegium doti competens quando detur eius augmento, an reiterationem recipiat etiam constante matrimonio? & quę requirantur, vt fieri possit? idcircò absque obseruationibus pertransire decreueram; verùm enimuerò effugere cupiens notam reprehensione dignam, quòd illotis (vti aiunt) manibus pertranseam, ad notare non grauabor, nostro in Iure receptum esse, quòd dotis augmentum vim dotis habet, & omnia priuilegia doti concessa, ità vt ipsummet dos dicatur, quemadmodum post alios inquit *Rolandus de lucro dotis, quæst.* 100. nisi tamen diuersa ratio reddi possit, pro vt considerat *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 26. *num.* 7. & 8. & admittit idem noster *Author Disceptat. forens. tom.* 2. *cap.* 254. *num.* 65. & quando dotis augmentum fit ab ipsamet muliere, seù ab alio pro ea, quoniam tunc illud augmentum propriè dos appellatur, & de eo, pro vt de dote iudicatur: secùs autem quando fit à marito, tunc enim datum ab eodem viro matrimonij, seù sponsaliorum tempore donatio propter nuptias dicitur, tametsi dotis, seù augmenti nomine dederit, nàm quòd ad maritum idem est, quòd donetur propter nuptias, vel vxoris dotem augeat, quasi mulier non det, sed suscipiat, vt perbellè concludit *Natt. in consil.* 253 *num.* 7. *& in consil.* 571. *num.* 9. vbi ex hoc infert, quòd mulier tametsi secundo viro dotem primo datam, illiusque augmentum dare præsumatur, non tamèn augmentum sibi à primo viro factum dare cẽsetur, quia illud speciale donationis propter nuptias nomen habet: sequitur pugnantes opiniones conciliando *Card. Mantica vbi supra, num.* 10. nec non paritèr noster *Author ibidem, num.* 65. *& sequ.* vbi intèr cæteros extollit *Surdum consil.* 196. *num.* 19. *& vsque ad* 24. *lib.* 2. animaduertentem, id menti commendandum esse, quia fuit super hoc sibi oppositum, quòd iuris terminos ignorabat, cùm potius contrarium tenentes illos ignorent: & quippè ratio viua est, & promptuaria, siquidem dotis titulus dominium

Digitized by Google

6 in maritum transfert, vnde quæ iàm mariti erat, ampliùs sua effici minimè dici potest; & hoc equidem etiam locum obtinet, tametsi maritus
7 aliquid extraneo donauerit, vt illud postea vxori suæ dotis nomine daret, vt *Surdus* docet *ibidem, num.* 24 adijcens *num.* 33. & 54. quòd istud mariti augmentum tanquàm donatio propter nuptias
8 filijs primi matrimonij conseruari debet, etiam sine transitu ad secunda vota, & quamuis filij hæredes sint eius, qui dotem auxit, idem erit dicendum, quasi hæres approbare non censeatur facta à testatore contra legis prohibitionem.

9 Ex his planè notescit, effatum illud, quòd dotis augmentum propter mariti delictum, quamuis crimen læsæ Maiestatis foret, non confiscatur, vt extricant *Bossius de bonorum publicat. num.* 49. *Farinaceus quæst.* 25. *num.* 129. etsi verum sit, haùd tutum esse ex eo, quia illud propriè dos
10 dicitur: potiùs nàmq; dicendũ est, quòd quemadmodum vxori donata propter viri delictum non confiscantur, *l. res quæ legata, & l. res vxoris, C. de donation. inter vir. & vxor. Duen. Regul.* 226. *in fin. limit.* 9. ità dotis augmẽtum à marito vxori factum sequuta confiscatione propter ipsius
11 delictum haùd confiscabitur, non quòd istud augmentum dos sit, sed quia est donatio propter nuptias, tametsi augmenti dotis nomine datum fuerit, *Nat. cons.* 253. *num.* 7. Hinc modò dubitandum venit.

12 Nùm statutum de dotis lucro loquens in eius augmento procedat? Equidem potissima dubitandi ratio illa est, quòd statutum huiusmodi est contra commune Ius, *cap. vltim.* vbi *Abb. num.* 5. *de donation. inter virum, & vxorem, l.* 2. *in princip. D. solut. matrim.* quatè sic intelligi de-
13 bet, vt illud minus lædatur, quàm fieri possit, iuxtà ea, quæ Ipse latè probaui in meo *Synopsi Iuris Regni Neapolis in proœm. sub titul. Quid sit hoc Regni Ius, & in sect.* 1. *enarrat.* 1. §. 4. quod luci tradere spero, Deus tamen nostris si annuat votis; At oppositam sententiam frequen-
14 tiori Doctorum consensu probatam esse docet, & probat *Card. Mantica in allegato titul.* 26. *num.* 11. *& seqq.* adnectens, haùd militare indicatam rationem, quòd nempè huiusmodi statutum sit contra Commune Ius, etenim minime sequitur, quòd irrationabile sit, propterea quod ra-
15 tionabile est, & rationem habet, quia venit in consequentiam tituli oneroſi, conceditur enim lucrum hoc propter expensas, quas maritus facit in ducenda vxore, & propter matrimonij onera, vt est magis communis Doctorum sententia, & specificè firmant *Aretin. in l. si ante, num.* 6. *D. solut. matrim. Iason in l. Nesennius, in princ. num.* 5. *D. de re iudicat. Alexand. consil.* 129. *num.* 4. *lib.* 7. *Dec. consil.* 353. *num.* 4. *& consil.* 402. *num.* 7. quam etiam communem profitetur *Ruin. consil.* 11. *num.* 5. *lib.* 5. & sequitur *Socin. iun consil.* 8. *num.* 7. *lib.* 7. ac defendit *Tiraquell. in l. si vnquã, in verb. Donatione largitus, num.* 188. *de reuocand. donation.* qui de accessione, & augmento dotis idem, quod de dote constitutum est, intelligendum esse putat.

PROLOGOMEN.

Appellationis auxilium tàm quò ad deuolutiuum, quàm suspensiuum effectum, in saluiano interdicto locum habere notatur, si in sententia adsint verba in genitiuo prolata.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio locum habet in saluiano interdicto, quando in sententia adsunt verba in genitiuo prolata.*

2 *Verba in genitiuo prolatâ dominium important.*
Declaratur, cùm in diuersis significationibus ponuntur, vt num. 3.

4 *Genitiuus originem, & causam efficientem, quæ ab aliquo prouenit, multoties significat, & num.* 5.

OBSERVATIO CCXIV.

PLuribus in locis sermocinatum fuit de appellatione, nùm, & quando, in quibusq; casibus detur in saluiano interdicto? nunc consequenti quasi ordine disquiritur, an
1 appellatio locum habeat in eodem interdicto, si in sententia adsint verba in genitiuo prolata? & pro affirmatiua, tàm quò ad deuolutiuum, quàm suspensiuum, concluſum fuisse testatur noster *Author hic*, nàmq; huiusmodi verba in genitiuo
2 prolata dominium important, vt quoq; *Rebuff.* concludit *in l. littus, §. prædia, in princ. D. de verbor. signific.* post *Fulgos. in l.* 2. §. 1. *D. de Religios. & sumpt. funer. Surd. consil.* 313. *num.* 82. *et consil.* 450. *num.* 43. *lib.* 3. quamuis neq; per illa
3 dominium semper denotetur, cùm in diuersis significationibus ponantur, & denotent etiam possessionem, detentionem, administrationem, adhęrentiam, culturam, curam, cùm similibus, de quibus latè sermocinantur *Doctores in Rubr. D. de noui oper. nunciat.* vbi prælertim *Iason à num.* 4. *vsque ad num.* 6. & verba quoq; facit *Bertazol. in clausul.* 19. *Gloss.* 2. *num.* 1. *ad med.* cùm etiam
4 genitiuus originem, & causam efficientem, quæ ab aliquo prouenit, aliquando significet, vt idem *Surdus* fatur *in consil.* 429. *num.* 12. *& 13. lib.* 3.
5 vbi de hæreditate, & bonis, quæ Titij esse dicuntur, etsi ab alio posteà possideantur, tanquàm ab illo originem, & causam habuerint, *Bald. in l. final. §. sin autem as, C. de bon. qua liber. l.* 1. §. *nunc videamus, D. de coniungend. cùm emanc. liber. Ruin. consil.* 149. *num.* 7. *& consil.* 153. *num.* 60. *libr.* 2.

PROLOGOMEN.

Extraneum pro debitore priori creditori soluentem, illum ad sibi iura cedendum cogere haùd posse comminiscitur, itàq; annuitur, huiusmodi extraneum sic soluentem in creditoris locum, aùt hypothecam minime succedere, sed contra debitorem personalem negotiorum gestorum actionem acquirere: quod tamen quibus in casibus comprimatur? compluribus demùm ad ornatum adductis demonstratur.

RE-

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Extraneus priori creditori pro debitore soluẽs, illum ad sibi iura cedendum cogere non potest, & num 3.*
2 *Creditor ab alio solutionem accipere tenetur, si id in eius damnum minimè cedat.*
4 *Extraneus quisnam dicatur in materia solutionis.*
5 *Extraneus offerens pretium pro debitore reditus. & petens sibi cedi actiones à creditore, non auditur.*
Ampliatur vt num. 6.
7 *Creditor ex ipso contractu redimere non est obligatus, nisi debitori, & suis.*
8 *Creditor chirographarius si nihil possideat de bonis debitoris reditus, an offerre, & cessionem petere possit.*
9 *Extraneus soluẽs pro debitore, cum rem vtilem pro eo gessisse dicatur, contrà eumdem negotiorum gestorum actionem acquirit.*
10 *Debitor propter solutionem ab extraneo factam creditori, à debito liberatur.*
11 *Extraneus, qui tanquàm emptor creditori soluit, in omne ius succedit absque aliqua iurium cessione, vel pacto de succedendo.*
12 *Extraneus ad hoc, vt in locum creditoris dimissi succedat, qua requirantur.*
13 *Actionum translatio, quæ fit legis ministerio, potentior est homine.*
14 *Extraneus, qui debitori pecuniam mutuauit, vt creditorem dimitteret, cùm pacto ingrediendi eius locum, an vt subingressio locum habeat, requiratur creditoris expressus, vel saltem tacitus consensus? & num. 15. & 16.*
Ampliatur vt num. 17.
18 *Subingressio legalis à creditoris voluntate non dependet.*

OBSERVATIO CCXV.

VEntilatæ assertiones nonnullæ hoc in loco indicantur in materia cessionis iurium, quam perdifficilem existimari opinor propter varios in se continentem Iuris casus, quos nostræ Iurisprudentiæ eximios Professores perpendisse, ac in Iudicijs controuerti memoramus; Ad illam itàque nos
1 deflectentes, de qua hic *num.* 5. nùm scilicèt extraneus priori creditori pro debitore soluens, illum ad sibi iura cedendum cogere possit? comminiscimur, etsi quilibet extraneus pro debitore
2 soluere possit, & creditor solutionem recipere cogatur, si sibi haùd noceret, vt ex *Caballin.* tenet *Tepat. Variar. Sentent. cap. 6. vers. Soluere quis, tit. 141. de solutionib.* quem sequitur *Alphonsus de Olea in suo tract. de cessione iurium, tit. 4. quæst. 3. num. 20.* & concinunt *Scaccia de commerc. §. 2. Gloss. 5 quæst. 3. à num 77. Cencius de censibus. quæst. 105. Auendan. de metu, lib. 2. cap. 24 num. 12.* ipse tamen creditorem, cui soluit, ad
3 cedendum compellere minime potest, quamuis creditor si velit isti extraneo sic soluenti actiones suas cedere possit (vocamus autem extraneum,
4 qui neque sit debitoris fideiussor, neque correus, neque alicuius hypothecæ creditori obligatæ possessor) quemadmodum decidunt Iura *in l. nulla, C. de solutionib. & in l. 1. C. de contra. iud. tutel.* quarum authoritate post alios hic concludunt *Rodericus de annuis reditibus, lib. 2. quæst. 16. num. 7. Negusantius de pignoribus, & hypothecis, 3. membr. 5. part. num. 42. Merlinus de pignoribus, lib. 4. quæst. 76. à num. 12. Auendan dict. cap. 24. num. 13. Olea vbi supra, titul. 5. quæst. 1. nu. 4.* vbi aleam hanc firmat reiectis contrariæ sententiæ sectatoribus, *Scaccia dict. Gloss. 5 à num. 72. Cancerius Variar. Resolut part. 2. cap 6. nu. 214. Amendola ad Franch. decis. 427. num. 7. Capycius Caroceus,* & alij, quos sequitur *Borrellus in Summa decis. tom. 3. titul. 14. de solution. nu. 14.* & denique comprobat *Antonius Faber de coniectur. lib. 11. cap. 9. vers. Soluere quidam,* vbi sẽtentiam hanc indubitabilem profitetur in extra-
5 neo, qui censum eo pacto redimere intendit, vt census sibi cedatur, quod etiam latissimè firmat *Rodericus in allegata quæst. 16.* nec non *Felicianus de censibus lib. 4. cap. vltim. sub num. 9. Fontanell. de pactis nuptialibus, clausul. 4. Glos. 18. part. 5. num. 12. Duard de censibus, §. 5. quæst. 23. à num 25. Consiliar. Carleual de iudicijs, lib. 1. titul. 3. disputat. 35. à num. 25. Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib. 1. cap. 22. num. 19. & Antonin. de Amato Forens. Iur. Resolut part. 1. Resolut. 7. num. 13.* qui sententiam hanc veriorem esse putant, & vtroque in casu, tàm nempè in
6 casu extinctionis census, quàm in casu translationis, & subingressionis in creditoris annui locum, admittendus minime est extraneus redimere volens creditore ipso inuito, cùm ex ipso con-
7 tractu creditor redimere non sit obligatus, nisi debitori, & suis, sicque ius, & causam ab eo, haùdque extraneo habentibus: quam opinionem absq; tergiuersatione procedere firmat *Mastrill. de censib. quæst. 5. num. 300. & sequ.* secùs autem
8 in creditore etiam chirographario, quem pro suo interesse admitti posse, & forte cũ reliquis oblata reditum supprimere, & extinguere, fundat latè *Rodericus vbi supra num. 45.* & in contingentia adeũdus est *Alphonsus de Olea*, qui perbellè discurrit *in citato titul. 5. quæst. 1. à num. 6. & seqq.*
9 Indè fit, huiusmodi extraneum sic soluentem creditori in eius locum, aùt hypothecam minime succedere, solùm autem debitorem aduersùs personalem negotiorum gestorum actionem cõsequetur, qua illum ad recuperandam pecuniam pro ipso creditori suo solutam conuenire poterit, vt *Gloss.* obseruat *in l. soluendo, D. de negot. gest.* deciduntq; Iura *in l. 1. D. quibus modis pign. vel hypoth. in l. 1. & 2. C. de his, qui in prior. credit. & in l. aristo D. quæ res pignori.* & sequuntur *Larrea decis. 20. num. 12. Merlin. de pignoribus, lib. 4. quæst. 76. Acosta de priuileg. creditor. ampliat. 2. num. 4. regul. 3. Tonnut. QQ. Ciuil. quæst. 29 num 3. & 4. Amat. vbi supr. Consiliar. Carleual. citat. disputat. 35. num. 4. 7. & 8. Consiliarius Arias de Mesa Resolut. 14. à num. 2.* quos sequitur nouissimè *Dom. Blasius Altimarus ad Reg. Rouitum tom. 2. consil. 47. sub num. 1.* nec non ra-
10 tione illa etiam fulcitur, quia debitor per hanc solutionem à debito liberatur, sicq; omnis obligatio, & actio contra ipsum, quam creditor habebat, extinguitur, *l. Modestinus, D. de solutionib.* ac per consequens sic soluens nullam actionem contra debitorem liberatum consequi potest, sed

Digitized by Google

actionem dumtaxàt negotiorũ gestorum ex quasi contractu ortam, iuxtà Imperialem Sanctionem in *l. siue pro fratre, & in l. si filius, in 2. respons. C. de negot. gest.* etsi autem secùs foret, si pro debito-
11 re non solueret, sed à creditore vendere volente debitoris nomen emeret, tunc enim absque aliqua iurium cessione, vel pacto de succedendo, in omne creditoris ius succedit, vt ex iuribus per ipsos adductis rectè sermocinantur noster *Author Disceptat. forens. tom. 1. cap. 117. num. 17. Consiliar. Arias de Mesa vbi supra, cap. 14. num. 1. Montan. Controuers. 64. num. 9. in fin. Andreol. Controuers. 348. num. 8.*

12 Et planè idem quoque affirmandum contendimus, casu quo extraneus pecuniam mutuo debitori dat, vt creditorem dimittat, tribus tamen interuenientibus: quorum primum est, pactum cum debitore, vt bona, quæ creditori sunt obligata, isti extraneo pecuniam debitori dãti ad soluendum hypothecata remaneant; Secundum, pactum similiter cum debitore, vt extraneus iste in primi creditoris locum, cui soluendum est, succedat; Tertium, vt extraneus iste mutuam debitori pecuniam det ad priori creditori soluendum, & pignus liberandum: quæ quidem commemorat *Gloss. in l. Aristo 3. D. qua res pignor.* & licèt quartum addat, nempè, vt ipsa pecunia sic mutuata ad primum creditorem perueniat, reor tamen illas inter nullum esse discrimen, quia in tribus omnia quatuor continentur; illis itaque interuenientibus, altercandum minime est, extraneum hunc, cuius pecunia primus creditor dimissus est, in primi creditoris locum, in omniaque illius iura, & actiones, in omnibus, & per omnia succe-
13 dere, ac si actionum cessionem ab ipso creditore haberet, etenim legis ministerio transferuntur, quæ potentior est homine, qui illas per cessionem transferre potuisset, & ità alijs relatis inquiunt *Card. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, tom. 1. lib. 11. tit. 29. num. 10. Anton. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 9. diffinit. 2. & 3. Consiliar. Carleual de iudicijs, dict. disputat. 35. num. 12. Amatus dict. Resolut. 7. num. 18. Andreol. vbi supra, num. 24. Montanus dict. Controuers. 64. num. 9. in fine, Larrea decis. 20. num. 12. in fine, Merlinus de pignoribus, lib. 4. quæst. 77. à nu. 11. Consiliar. Arias de Mesa Variar. Resolut. lib. 1. cap. 11. 12. & 13.* traditque etiam *Ill. Dom. Regens Capycius Galeota Cõtrouers. forens. tom. 1. Controu. 56. num. 31.* & notat nouissimè laudatus *Dom. Altimarus vbi supra, num. 4.*

14 Verùm requiratur nè expressus creditoris cõsensus, vel tacitus ex pacti scientia inter debitorem, & mutuantem? Profectò propositam eiusmodi disputationem magnum habere dubium propter contrarias ICtorum opiniones, & rationes, quæ hinc indè à multis legum verticibus allegantur, affirmare non vereor; Crebriùs autem in eam itum est sententiam, scientiam nempè cre-
15 ditoris necessariam haùd esse, immò eo ignorante, si prædicta concurrant, legalem subingressionem induci, inter cæteros tuentur *Larrea decis. 20.* qui doctissimè articulum discutit, *Card. Mãtica dict. libr. 11. tit. 28. num. 16. Consiliar. Arias de Mesa d. cap. 11.* cui sententiæ se adscribere videntur, qui de creditoris scientia haùd meminere, quasi visum sit eis, necesariam minime esse, prout aliorum fultus auctoritatibus notat *Alphonsus de Olea in citato tract. de cessione iurium titul. 4. quæst. 1. n. 21.* vbi demùm, quòd pro isthac sententia non semel in Regia Vallisoleti Cancel-
16 laria iudicatum vidisse scribit, & ratio euidens est, etenim si creditoris consensus tacitus, vel expressus necesarius foret, non tàm subingressionis legalis virtute, quàm expressæ, vel tacitæ cessionis potestate mutuantem succedere diceretur, quam ex *Larrea* expendit peroptimè idem *Alphonsus de Olea ibidem*, subiungẽs, id adeò procedere, vt etsi creditor, ad cuius notitiam perue-
17 nit pactum de subintrantia inter debitorem, & mutuantem initum, subingressioni contradiceret, pecuniamque sub eo pacto accipere recusaret, adhùc oblata sibi pecunia, & postmodum deposita, mutuans eius locum, pignora, & anterioritatem occuparet, quia legalis subingressio à creditoris voluntate minime dependet, vndè exisi-
18 mat eo casu creditorem posse etiam ad cedendũ compelli, ex rationibus, de quibus inibi.

Cæterùm complura herclè alia adnotaturus essem ad materiam prędictam, sed quoniam instituti ratio non patitur, vt vlterius isthac in Obseruatione progrediatur, sustine Lector, vt tibi indicem, quamplura aureo sanè calamo exarasse memoratum *Alphonsum de Olea vbi supra*, nec non *Consiliarium Arias de Mesa, d. l.* atque *Consiliar. Theod. Allegat. 68.* & adeundi quoq; sunt cæteri in sedibus indicatis.

PROLOGOMEN.

Fraternitas inter extraneos etsi ex conuentione contrahatur, ex hoc tamen, vt fratres isti iurati inuicem succedant, minime sequi probatur, & nonnulla exempla ad materiam adducuntur.

RERVM SVMMA.

1 *Fraternitas inter extraneos ex conuentione contrahi potest.*
2 *Fratres iurati inuicem non succedunt.*
3 *Fraternitas probata non dicitur, cùm quis vti frater tractatur.*
4 *Fraternitatis probatio difficilis est.*
5 *Testes quando absolutè deponunt, aliquos esse fratres, non probant.*
6 *Fratres non sunt, qui se tractant vti fratres. Limitatur in filio, vt num. 7.*
8 *Compatris, aùt Commatris nominatio compaternitatem, aùt commaternitatem non probat.*
9 *Vxor quòd sit non probatur, si aliqua talis nominetur.*
10 *Vxoris denominatio nec præsumptionem facit, quæ probandi onus in aduersarium transferat.*
11 *Nomina Fratris, Vxoris, Compatris, Commatris, & similium ætatis, aùt scientiæ, siue honoris, & obseruantiæ causa multoties imponuntur, & num. 12.*

OBSERVATIO CCXVI.

1 SOpita quæstio est, vt licèt fraternitas inter extraneos ex conuentione contrahatur, cùm partes conuenire possint de se tractã-

do

do vti fratres, *Alexand. in l. si pater tuus, num. 5. C. de heredib. instituend. Imola in l. ille autem, col. 2. D. eod. titul.* haùd tamen altero ex istis fictis fratribus decedente sine filijs, alter frater
2 eo modo frater factus, & quasi adoptatus ab intestato succedit, quemadmodum rectè resolutum fuit in causa præsentis loci, vt noster *Author* testatur *hic*, & dilatis fimbrijs dilucidat in *tom. 1. sceptat. forens. cap. 135.* nec non *Thesaurus in*
3 *decis. 113.* & cùm quis vti frater tractatur, ex hoc fraternitas, aùt fraternitatis possessio probata non
4 dicitur, nàmque difficilis est probatio, ità vt testes, aliquos esse fratres, absolutè deponentes non
5 probent, quasi potiùs disponant super eo, quod in iure consistat, cũ nõ sequatur, tractant se vti fratres, ergò sunt tales, *Anchar. consil. 52. num. 7.*
6 quidquid alitèr nonnulli sentijsse videantur, cùm verior sit opinio, quòd huiusmodi genus probationis tractatus locum non habet in fratre, sed in
7 filio dumtaxàt, vt post alios inquiunt *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 16. in princip. Muta super Consuetudin. Panormit. cap. 56. num. 33.*
8 quemadmodum etiam compatris, aùt commatris nominatio compaternitatem, aùt commaternitatem non probat, cùm sæpè hoc fiat propter sinistræ opinionis suspicionem; idemque in vxore,
9 quę si talis nominetur, non tamen, quòd sit vxor, probatur, quasi ità vocetur plerumque ad tegendum peccatum, vt post *Abbat. in cap. ex parte, de restitut. spoliat.* notat *Muta vbi supra, cap. 76.*
10 *num. 15.* adnectens, quòd neque ità denominatio præsumptionem facit, quæ probandi onus in aduersarium transferat.

11 Ampliùs memoriæ succurri debet, quòd huiusmodi nomina etiam imponimus, siue ætatis, aùt scientiæ, siue honoris, & obseruantiæ causa, secundùm *Gloss. in l. ex Diui, in verb. Parentem, C. locat.* dùm ibi Imperator Alexander parentem suum vocat Vlpianum, & explicat *Rodulph. Forner. lib. 5. rerum quotidianarum, cap. 27.* & *Horatius in Epistol.*

Frater, pater, adde, vt cuique est ætas,
Ità quemque facetus, adopta.

Hinc *Ouidius* 10. *Metamorph.* cecinit.

Forsitan ætatis quoque nomina filia dixit;
Dixit & illa pater, sceleri ne nomina desint.

12 Et incognitarum aguationum pudenda nomina, & ridicula commenta recentium, ac præpotentium affinitatum ista nomina vocat *Saluian. lib. 3. ad Eccles. Cathol. & Quintil. declam. 321. Certè*, inquit, *quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere vltrà hoc nomen potest, quàm vt fratres vocemus, adeò inane etiam nomen, & vmbra quadam naturæ videtur simile amicitiæ nomen imponere.* Multa equidem alia exempla de his, qui fratres vocantur ob affectionis rationem inueniet Lector apùd *Simanc. lib. 2. Epist. 20. & 45. cum seqq.* sistimus idcircò calamum.

PROLOGOMEN.

Vniuersitas si est debitrix, & nihil possideat, an omnes ad contributionem teneantur, & cogatur imponere collectam? breuitèr annititur.

RERVM SVMMA

1 *Vniuersitas debitrix si nihil possideat, omnes ad contribuendum tenentur.*
2 *Vniuersitas debitrix si nihil possideat, collectas imponere potest, vt aliquid habeat Commune. Intelligitur vt num. 3.*
4 *Vniuersitas quando adeò indigens est, vt collecta non sufficiat, illi de Vniuersitate ad locandas operas suas cogi nequeunt.*
5 *Debitor cogi nequit ad locandas operas suas creditori.*

OBSERVATIO CCXVII.

1 RAtioni consentanea videtur præsens decisio determinans, quòd Vniuersitas si est debitrix, nec est in ea quod possideatur, omnes ad contributionẽ tenentur, etenim indignum sanè, iniquum, ac humanæ societatis legibus alienum foret, si dùm miseri creditores maximis rei familiaris angustijs præmuntur, eorum credita recuperandi es-
2 sent destituti; posset enim collectas imponere, vt aliquid commune habeat, & tali impositioni, omnes etiam, qui non interuenerunt, acquiescere debent, iuxtà notata per *Doctores in l. 4. §. actor, de*
3 *re iudicat.* quod tamen intellige secundùm tradita per *Antoninum Thesaurum in decis. Senatus Pedemontani 257.* & per nostrum *Authorem hic*, & quomodo dicto casu imponenda sit collecta, per æs nempè, & libram, vel per capita? consule *Bart. & Alexand. in l. 4. de re iudicat.* nec non etiam *Anan. in cap. dilectus, num. 2. de simon.*

4 Verùm, si adeò indigens sit Vniuersitas, quòd collecta non sufficit, illi de Vniuersitate ad locandas operas suas cogi nequeunt, quemadmodum neque priuata persona cogeretur, secundùm
5 *Baldum* post *Gulielmum de Cun. in l. 1. §. quòd si nemo, quod cuiusq; Vniuersit. nomin. Mainer. in l. aliud, §. refertur, num. 80. col. 7. de regulis iuris.* & Ipse latè dixi in *Obseruat. 141. ex num. 7. & seqq.*

PROLOGOMEN.

Pactum quotæ litis quando censeatur prohibitum in casu victoriæ? lõgiori extricatur methodo, & casibus quamplurimis ad rem non insulsè examinatis, nùm pactum hoc de quota litis locum habeat in Sollicitatore? perscrutatur postremò.

RERVM SVMMA.

1 *Pactum, per quod certares, siue quantitas Aduocato, aùt Procuratori promittitur, non habito respectu ad id, quod in litem deducitur, validum est.*
Declaratur vt num. 2. & 3.
4 *Promissum simplicitèr debetur Aduocato, siue Procuratori, licèt lis partium concordia sit sopita.*

In-

Intelligitur vt num. 5. & 6.

7 *Aduocato, siue Procuratori vltra suum salariũ aliquid moderatum in casu victoriæ promittere licet.*

8 *Pactum de quota litis danda Aduocato, siue Procuratori, cùr à Iure est improbatum? & nu.* 10.

9 *Contractus inter Medicum, & infirmum celebratus nullius est roboris.*

11 *Aduocatus, siue Procurator cùm litis Domino conuenire potest, vt in fine causæ, tàm in casu victoriæ, quàm secus, aliqua certa, & determinata quantitas pro patrocinio soluatur.*

12 *Iurisconsultus consilium vendere potest.*

13 *Cessio de tota causa, & re in litem deducta Aduocato, siue Procuratori facta nulla est, & num.* 15.

Ampliatur, quamuis huiusmodi cessio in tertij beneficium facta sit, vt num. 16.

14 *Pactum si non valet de quota, nec valere debet de tota.*

17 *Pactum de quota litis in sollicitatore locum minimè habet.*

OBSERVATIO CCXVIII.

PRæsentis decisionis quæstionẽ in terminis excitauit *Bartol. in l. sumptus, in fine, D. de pactis*, & scripsit, quemadmodũ dictũ fuit hic, quòd vbi simpliciter certa quantitas, vel res promitteretur, nõ respectu eius, quod in litem deducitur, quòd pactum valet: quam cõclusionem esse communi ICtorum voto comprobatam, attestatur *Roland. in consil. 36. num. 21. vol. 3.* At eam expendens doctissimus Hispanus I. C. *Iacobus Cancerius Variar. Resolut. part. 2. cap. 14. de Procuratoribus, num. 181. & sequ.* scribit, propositam communem conclusionem iuxtà prædicta intelligendam esse, vt si promittatur certa res, vel quantitas respectu eius, quod in litem deducitur, ideſt, eo casu, quo res in iudicium deducta obtenta sit, sicque solo victoriæ casu, quòd pactum nullitatis vitio laboret, cùm militet legis prohibitio, quia Aduocatis, & Procuratoribus datur calumniandi occasio, nè suis laboribus frustentur; Si autem aliquid simpliciter promittatur, habd respectu eius, quod in litem deducitur, ideſt, non habita ratione, an Dominus rem in litem deductam consequatur? tunc tale pactum valet, cùm cesset dictæ legis prohibitionis ratio: & ità *Authorem* nostrum hic sẽsisse adnectit, nec non *Plot. in tract. de in litem iurando, §. 16. num. 10. Farinac. in prax. tom. 3. quæst. 106. num. 37. & Guidon Pap. decis. 102.* qui dicit, tali casu Aduocatum, & Procuratorem promissum consequi, etsi partium concordia lis sopiatur, cùm per eum non stet, quominus causam agat, per *text. in l. final. D. mãdat.* vbi *Gloss.* hanc quæstionem format, & pro Aduocato decidit; Verùm hanc rem circà videndus est *Dom. Præs. de Franchis decis. 265.* vbi testatur, Sactũ Consilium in facti contingentia sequutum fuisse opinionem *Specul.* qui in *titul. de Salar. Aduocat. col. 3. vers. Sed pone, quòd hoc casu*, propria in materia sic distinguit, quòd aùt cliens transigit in fraudem, & ad totum tenetur: aùt bono cõsilio, quia res erat dubia, & tenetur pro rata seruitij considerata Aduocati facundia, nisi factum aliter se habeat: quam distinctionem inquit etiã *Bald. in l. vnic. C. de suffra.* quem refert, & sequitur *Caccialup. in tract. de transaction. quæst. 30.* & concinunt *Silues. in Summa, verb. Aduocatus, nu. 27. Trullench. de precept. Decalog. tom. 2. lib. 8. cap. 5. dub. 5. num. 8. Ludou. Lop. S. Antonin. Emanuel. Rodriqu.* & alij, quos refert, & sequitur *Sayr. lib. 12. quæst. 23. num. 32.* ex quorum traditis habetur, quòd, si transactio bona fide, vt quia lis erat dubia, facta sit Aduocato minimè interueniente, tunc Aduocatus, quantum pro rata temporis patrocinatus est, dumtaxàt recipere poterit, sed si compositio facta fuerit Aduocato intercedente in consulendo, & auxiliando, quòd tunc Aduocatus totum stipendium recipere poterit.

Quamobrem expositam conclusionem extentionem admitti opinor, vbi Aduocato, vel Procuratori certum salarium promissum esset in omni casu succumbentiæ, vel victoriæ, prout fermè fit, & prẽter id certa res, vel quantitas in casu victoriæ, dummodò promissum quid moderatum foret pro personarum, & rei, de qua litigatur, qualitate, etenim tali casu cessaret quoque prædicta delinquendi occasio, cùm talis Aduocatus, vel Procurator omni in casu laborum suorum præmium ferret, vt firmat noster *Author hic num. 7. & seqq.* vbi ait, Iudicem dictum modum arbitrari posse, & latè *Farinac. dict. quæst. 106. nu. 42.* ideò enim pactum de quota litis danda Aduocato, siue Procuratori à Iure est impobata, tùm quia Aduocati, vel Procuratores, qui similes pactiones cùm clientulis, & litis Dominis iniunt, eas terrore, & litis timore non amittendę magis extorquent, quàm ex gratia, & voluntate, vt rectè *Cuiacius lib. 16. obseruat. cap. 16.* notauit his verbis, *Hæc enim pactio reprobata est quasi detrimentosa nimis ei, ad quem res pertinet, & certa redemptio litis aliena societas scilicèt futura victoria conuenta inter Dominum, & Procuratorẽ contra bonos mores*, & elegantius *Gregorius Lopez. in l. 14. Gloss. 7.* ibi, *Quia omnia daret litigãs propter timorem litis, sicut infirmus Medico propter timorem infirmitatis, l. medicus, D. de varijs, & extraordin. cognition.* ex quo *textu*, & alijs *Polydorus Ripa de act. in mortis articulo, cap. 56. num. 4. & cap. 71. à num. 5.* probat, transactionem, alioſque contractus medicum inter, & infirmum nullius roboris esse; tùm etiam, quia Aduocatus ità paciscendo per fas, & nefas causæ victoriam procurabit, & indebitis sumtibus, & molestijs aduersarium vexabit, sciens nihil, nisi vincat, ex illa lite habiturum: quæ quidem cessarent in casu prædicto ex adducta ratione, qua etiam considerata *Galluppus in praxi S. R. C. in prælud. 3. part. sub num. 17.* firmat, paciſci posse cum litis Domino, vt in fine causæ tàm in casu victoriæ, quàm non, aliqua certa, & determinata quantitas pro patrocinio soluatur, quia ei permissum erit, quemadmodum permittitur ICto vendere consilium, *cap. 2. 11. quæst. 3. Francisc. Marc. decis. Delphin. 638. num. 20. Sotus de Iustit. lib. 5. quæst. 8. Borrell. in summa decis. tom. 1. tit. de Aduocat. num. 60.*

Prohibitionis autem rationem locum obtine-

re.

Digitized by Google

re in cessione de tota causa,& re in litem deducta
14 haùd ambigimus,etenim si pactum non valet de quota,ità nec debet valere de tota,vt rectè *Franciscus Marcus decis.19.part.1.num.7.* vbi ità iudicatum refert,quando Aduocato facta erat cessio rei,de qua lis pendebat, ex eo quia eadem militabat ratio,nè per fas,& nefas victoriam ipse procuraret:ad hæc nàmque experientia docet, dona-
14 tiones hasce,& cessiones factas esse, & simulatas in fraudem legis prohibentis pactum de quota litis, vt enim pœnas illas euitent,per modum donationis,& cessionis voluntariæ, & liberalis, suos contractus,suaque pacta concipiunt clientes, & Aduocati, simulque inter se alias secretas faciunt scripturas,in quibus recognoscunt alitèr,atque alitèr inter eos pactitatũ extat, quod equidem finaliter in pactum de quota litis resoluitur, cùm sint personæ,vt plurimum, sine aliqua necessitudine coniunctæ,nec inuicem sibi debeant:ex quo
15 porrò consequimur,id locum etiam habere, si cessio in tertij beneficium facta sit, qui sit persona ab Aduocato supposita,vt quia tertius ille sit persona Aduocato coniuncta,cui ipse Aduocatus confidat,vt citatus *Farinaceus* inquit *vbi supra num.16.*& concinit aliorum fultus auctoritatibus *Iacobus Cancerius Variar.Resolut.part.2.cap.14.de Procuratoribus, num.*189. Quibus modò adstipulatur.
17 Nùm pactum istud de quota litis locum habeat in Sollicitatore? examinat equidem memoratus *Iacobus Cancerius vbi supra,num.*185. & reiectis dubitantibus inquit,negatiuam sententiã receptam esse, quia pactum de quota litis in eo dumtaxàt locum habet, qui in Iudicio vt Aduocatus,seù Procurator litem exercet, vt ex multis resoluit *Additio ad Farinac.consil.70. lit.C.* & ipse etiam *Iacobus Cancerius ante num.*187.partem hanc veriorem esse,& magis receptam dicit, propter duas elegantes rationes,quas tradit *Stephan.Bertran. consil.*160.*ante fin.vol.*4. & ipse illic transcribit, quare ad eum Lectorem remittere ducitur animus.

PROLOGOMEN.

Mulier an,prout Minor, Respublica, & Ecclesia,in integrum restituatur ad producendum testes post publicationẽ,& didicita testificata? distinctionis fœdere adhibito resoluitur, & ad perfectam explanationem, qui articuli impertinentes dicantur, & quando aliquis didicisse testificata dicatur ad finem, vt amplius probare non valeat?explanatur. Hinc testes non ritè,& rectè examinati priori instantia, an post didicita testificata super eisdem, vel directo contrarijs in causa appellationis examinari possint?& an testes ad reuelationem excommunicationis in Curia Episcopali recepti per extẽsum laicali in Curia examinandi sint,vel satis sit approbare, & acceptare relationem?cum alijs nonnullis indicantur.

RERVM SVMMA.

1 *Ecclesia, Minor,& Respublica habent restitutionem in integrum ad producendum testes etiam post publicationem, & didicita testificata.*
2 *Mulieres indistinctè gaudent beneficijs.*
*Sed an aliorum ad instar super articulis impertinentibus,testes producere queant?traditur num.*3.4.*&* 5.
6 *Restitutio in integrum non competit mulieri de Iure communi,& num.*10.
7 *Mulier beneficijs fruitur de Iure Regni.*
*Et an etiam, vt contraria deducat? annuitur num.*8.*&* 9.
11 *Beneficia, quibus vtuntur priuilegiatæ personæ,ex Regni Constitutionibus originem traxere.*
12 *Articuli impertinentes qui dicantur.*
13 *Testificata didicisse quando quis dicatur, vt propterea ab vlteriori probatione reijcia-tur.*
14 *Testes non ritè,& rectè examinati priori instantia,an post didicita testificata super eisdem,vel directo contrarijs in causa appellationis examinari possint.*
15 *Testes postquam publicati sunt, vlterius examinare non licet.*
*Comprimitur,vbi primum examen nullum esset,vt num.*17.
16 *Monitoria Ecclesiastica impediri possunt,si super eademmet materia coram Seculari Iudicente processus publicatus sit.*
18 *Testes alij cum repetendis examinari possunt super eisdem capitulis,concessa testium repetitione.*
19 *Examinator testibus permittere non debet, vt se referant ad priorem depositionem,in alia, vel in eadem causa factam sed eos interroget, illorumque dicta extendet,& non per viam simplicis repetitionis.*
20 *Testis repetitio per simplicem relationem ad reuelationes, vel primum examen nulla est.*
21 *Testes ad reuelationem excommunicationis in Curia Episcopali recepti, num per extensum laicali in Curia examinandi sint,vel satis sit approbare,& acceptare relationem? & num.*22.23.*&* 24.
25 *Aduocati, & Procuratores non per fugam, sed sedulò acta cognoscere,perlegere, & meditare debent.*
26 *Pax summa,& Concordia inter Ciues in Republica esse debet, quemadmodum oculus in corpore,& in anima ratio.*

OBSERVATIO CCXIX.

1 DIfficilis admodùm existimatur quæstio in præsenti loco controuersa,an mulier, pro vt Minor, Respublica, & Ecclesia, in integrum restituatur ad producendum testes post publicationem,& didicita testificata? etenim etsi beneficijs gaudere,vna

sit

2 sit omnium Regnicolarum præsertim voluntas, dissimilis tamen extat in eo, si aliorum ad instar
3 super articulis ipsis impertinentibus, alijsque recensitis, testes producere queat, quippè noster *Matthæus de Afflictis* tametsi annuat in *Constit. Obscuritatem*, & communem esse sententiam dicat *Oroscius in l. vbi, num. 2. D. de edend.* Oppositum autem decisum testatur, & sustinet noster
4 *Author hic*, cuius opinionis sunt etiam *Amatus decis. Marchia 78. Osasch. decis. Pedemontan. 87.* & concurrunt cõplures alios recensendo *Surdus decis. 104. num. 25. Mascardus de probationibus, conclus. 5080. num. 24. Guttierez QQ. PP. lib. 1. quæst. 70. num. 7.*

5 Quapropter Ipse ad huiusce quæstionis cardinem euellendum triplici distinctione vtendum fore opinor, itaque videndum primò dico, nùm communi Romanorum Iure attento mulieri cõpetat restitutio, ac de nostro municipali Regni Iure beneficium? Secundò, si competat, an etiam vt contraria deducat, aùt eadem? Tertiò tandèm, quid hanc rem circà vsus admittat.

6 Priori equidem in capite, perpensa Doctorum opinione, communio videtur sententia negans mulieri restitutionem de communi Romanorum Iure, quo in casu sermocinantur supra recensiti *ICti*, vt ex eorum verbis clarè constat: Beneficiũ verò, attento nostro municipali Regni Iure, dati,
7 nemo Regnicolarum impugnat, apertè enim deducitur ex *Constitutione Obscuritatem*, & *Reg. Pragmat. 11. de ordin. iudic.* & ità inter cæteros tradunt *Isernia in dict. Constit. Regni, Obscuritatem*, *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 1. sub nu. 22. de minoribus*, *Dom. Regens Capycius Latro decis. 91. num. 1. tom. 1.* iterùmque *decis. 136. num. 1. tom. 2.* nec non *Consultat. 119. num. 41. Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. forens. tom. 2. Resolut. 155. num. 4.* vterque *Petra Auus scilicèt*, & *Nepos*, ille *in addit. ad Capycium decis. 109. sub num. 2.* hic *super Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 233. num. 8. Galluppus in praxi S. R. C. part. 2. cap. 31. num. 4. & 6.* vbi demùm *Dom. D. Francis. Verde in addit. num. 21.* & obseruat nouissimè *Dom. Motillus in sua praxi S. R. C. tital. de gradu publicationis, num. 40.*

8 Secundo verò in casu, aliqui ex supra recensitis terminos miscentes negatiuam aleam amplectuntur: alij eam non applaudunt, eorumque tamen opinamentum nec proferunt; nostri autem Regni ICti passim admittunt, adeò quod in alio, & tertio capite sermocinans noster *Matthæus de Afflictis* nulla addita dubietate concludit, praxi
9 obtentum esse, id mulieri licere, vt propterea ab alienigenis minùs considerantibus illius verba, fuerit nequitèr reprehensus ab eodem scilicèt *Osascho propè num. 10. & Anton. de Amato sub num. 7.* neque memoratus *Matthæus de Afflictis* posteà subijcit, *Bartolum*, alioſque plures idem probare, sed praxim illam ex illorum theorica desumptam esse inquit, scilicèt ex illorum conclusione in alijs, nẽpè Minore, Ecclesia, aùt Vniuersitate, vsum eiusmodi hoc in Regno prodijsse, vt mulieri quoque restitutio concedatur, & in illius termino, quemadmodùm alij, probet: quod. ueista fuerit *D. Matthæi de Afflictis* intentio
10 constat ex illius verbis in eadem Regni *Constitut. Obscuritatem, sub num. 3.* & illius vigore datur mulieri restitutio, non Iure communi, quo quippè Iure mulieribus concessam non reperit, affirmat; quemadmodum nec primi, & secundi beneficij nomen agnitum fuit, vt aduertit *Iulius Cæsar Imbrian. de primo, & secundo beneficio, consider. 1. num. 25.* sed ex nostrorum Regni Pru-
11 dentum interpretatione ità appellatum fuit, originemque habuit ex Regni nostri Constitutionibus, vt apparet ex *Constit. incip. Beneficium restitutionis*, & in alia *Constit. incip. Patarenorum, in fine*, & ità passim hæ restitutiones primum, & secundum beneficium vocantur etiam in Regijs Sanctionibus, vt in *Pragmat. Cursu dilationum, in fine*, quæ est *Pragm. 11. de ordin. iudic.* & in *Pragm. vnic. de instant. caus. non restit.* sic etiã in pluribus S. R. C. decretis per uiam legis condendæ similitèr registratis in libro Pragmaticarũ Regni, ut *Pragm. 52. 56. & 62. de officio S. R. C.* & habetur etiam in *Pragm. 1. & 4. cap. 26. de dilat.* At hic modò me locus admonet, ut ad huiusce rei perfectam explanationem duo inquiramus.

12 Alterum nempè, qui articuli impertinentes dicantur? Alterum verò, quando aliquis didicisse testificata dicatur ad finem, vt ampliùs probare non valeat? Quod equidem ad primum attinet, referre haùd piget, quòd dilucidè explicant *Dom. Præs. de Franchis decis. 220.* & illic *Addentes*, *Dom. Regens Valenzuol. consil. 129. nu. 61. vol. 2. Dom. Regens Rouitus* dilucidiùs complures manuducens *super Pragmat. 12. de ordin. iudic. Episcop. Riccius part. 4. collectan. 1312. part. 5. collectan. 1801. & part. 9. collectan. 2091. Episcop. Campanil. super Ritibus Curiæ Archiepiscopal. rit. 39. post num. 17. Cauens. Rit. 282. Imbrian. de repulsi. part. 1. consider. 2. à num. 120. Dom. Prosper Petra ad Capycium decis. 15. nu. 1.* & nuper innuit *Dom. Motillus in praxi S. R. C. tit. de graduc itationis, sub num. 32.* illudquè autem statuunt, quòd illi articuli impertinentes dicuntur, quando ex eis nullus sequi posset effectus, pro quibus interponi solet generale decretum, & si facta conclusione in causa reperiuntur aliqui articuli impertinentes, seù de iure non admittendi, reijciantur, pro vt præsenti decreto reijciuntur.

13 Demùm, quò ad secundum spectat, adeundi sunt *Mascard. de probationibus, conclus. 1236. num. 29. & 30. Muscatell. in praxi S. R. C. Gloss. Causa, num. 6. Marcell. Calà de modo articulandi, num. 1294. Surd. decision. 53. num. 1. 2. & 3. Vrsill. ad Afflictum decis. 216. num. 6. Viscont. ad Dom. Præs. de Franchis decis. 668. vers. Item possunt*, quos pro arbitratu quinis perlegere quibit, dùm ad quæstionem illam properamus.

14 Vtrùm testes non ritè, & rectè examinati priori in instantia, post didicita testificata super eisdẽ, vel directo contrarijs in causa appellationis examinari possint? Enimuerò probatissimum quidẽ
15 est, quòd post publicatos testes vlterius examinarenõ licet propter subornationis timorem, ità decidente *textu in cap. fraternitatis, de testibus*, pro vt quoque disponitur per nostram Regiam *Pragmat. 2. de testibus refren.* ob quod nonnulli tra-
16 didere, quòd si lite pendente monitoria ab Ecclesiastico publicari contingat, tempore quo coràm

ràm sæculari Iudice super eademmet materia iã processus publicatus sit, & didicita sint testificata, monitorij cursus subornationis timore impediri potest, ità *Sola ad decret. Sabaud. tit. vt nemo inuit. Gloss. 1. num. 9. Costa de facti scientia, & ignorantia, centur. 2. dist. 55. num. 9.* quos insequitur *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis. 59. num. 2.*

Isthæc verumtamèn probata dispositio complures patitur fallentias, de quibus per Doctores omnes in dicto *cap. fraternitatis*, nec non per *Socin. Regul. 503. & 409.* & per *Gabriel. comm. opinion. lib. 1. tit. de testibus, concluf. 21.* quarum illam potissimam esse dicunt, quando scilicèt primum examen nullum foret, vtpotè quia non ritè
17 factum, sicq; vt tunc testes super eisdem attestationibus examinari possint, & se referre ad depositionem priori in examine factam, cùm enim incerti dici minimè possunt, cùm certam habeant relationem ad id, quod prius, etsi nullitèr, factum fuerat: quam equidem fallentiam confirmat laudatus noster *Matthæus de Afflictis in Constit. Regni, Iurisperitorum*, per *Guidon. Pap. decis. 72.* ac ità Senatum Pedemõtanum iudicasse testatur *Antoninus Thesaurus in decis. 28.* vbi apparet,
18 Senatum iudicasse, nedùm testes illos examinari posse, qui nullitèr examinati fuere, sed etiam alios vltrà examinatos, quod dicit idem *Thesaurus* ibi, esse notabile, quia est magna cautela ad euadendam dicti *cap. fraternitatis* decisionem, licèt ipse erat in contrario voto, & pro hac opinione multos concordantes allegat, & sentit *Dom. Præs. de Franchis in decis. 668.* nec non *Berardinus Muscatellus in praxi appellat. part. 3. Gloss. Parti*, quidquid in contrarium remissiuè notauerit *Dom. Regens Rouitus super dict. Pragm. 2. num. 45.* sequutus cõtrariam illam opinionem decisionis dicti Senatus, quam etiam sequutus est *Fontanell. de pactis nuptialibus, clauf. 4. Gloss. 18. part. 4. num. 115.*

19 Verùm enimuerò te monitum volo, vt si quãdo testes repetere oporteat, tunc sit tibi cura, vt exhibitæ illorum depositiones per extensum legantur, & super eis testes ab examinatore reperãtur, & nè permittas, vt testes ipsi ad priores suas depositiones simplicitèr se remittant, quia tali modo repetitio nullitatis vitio laboraret, nàmq; sufficiens minimè est, si testes ad depositionem in alia, vel eadem causa factam se referant, sed eorum dicta extendi debent, & non per viam simplicis repetitionis, vt decisum tradit *Dom. Regẽs Rouitus super Pragmat. 9. de ordin. Iudic. nu. 23.* & inquiunt *Viuius opinion. 911. Dom. Petra senior ad Grammat. decis. 103. num. 53. Dom. de Angelis ad Gizzarellum decis. 53. num. 5.* redarguens *Carauit.* contrarium in facto sustinẽtem, asseuerans itidem illum vti non versatum in nostris Tribunalibus haùd esse integrum testem illorum praxis, teste *Cõsiliario Gizzarello decis. 27. num. 6.* at re vera cognosci minimè potest, in quo peccauerit *Carauit.* dùm rectè docet, mini-
20 mè valere testis repetitionem per simplicem relationem ad reuelationes, vel primum examen, sed quando per extensum explicitè deponeret seciùs.

21 Quamobrèm *Dom. Regens Sanfelicius decis. 97. lib. 1.* in proposito format quæstionem, An testes ad reuelationem excommunicationis in Curia Episcopali recepti per extensum laicali in Curia examinandi sint, vel satis sit approbare, & acceptare relationem? quam rem circà deindè primò asserit, hoc prudenti Iusdicentis arbitrio relinquendum ex cumulatis per *Farinaceum in tract. de testibus, quæst. 66. num. 49.* deinceps no-
22 tat, quòd Iusdicens depositionem illam, se ad primum examen referentem recipere non tenetur, sed benè eum interrogare, illiusq; dicta per extensum redigere, & per extensum ad examen procedendum esse, & ità decisum refert *num. 5.* tandèm conclusionem facit, quòd si Iusdicens re-
23 sponsionem admittat, audita, & lecta depositione, quam iàm emologat, & acceptat testis, tunc ostendit se satis confidere, vel de propria, vel de alterius Iusdicentis adhibita diligentia, & cessat ratio, quarè facta non fuit diligentèr examinatio in relationibus, nàm dùm Iusdicens in repetitione hoc responso contentus fuit, aliam diligentiam
24 non requiri arbitratus est: quapropter reor, Iudicem interrogaturum testem, qui si sibi legi petat, quod aliàs deposuit, vel reuelauit, tunc depositio, vel reuelatio ostendenda erit, quo casu si testis repetat, & approbat primam attestationem, repetitio nullitatis labe maculata minimè iudicatur.

25 Igitùr Aduocati, & Procuratores aduertant in tàm graui negotio, vt sedulò, nec per fugam acta cognoscant, sed perlegant, mediteutur, testium depositiones ad integritatis trutinam, non semel, aùt bis, rem totam perpendant, intentissimè recognoscant, vt vtriusq; partis rationibus, & probationibus præponderatis, causæ veritas eluceseat, & quæ elicti fauere, quæ aduersari iudicauerint, firmitèr pronuncient; postremò cedendum nè sit illi, an pro victoria standum? sine mora decernãt, quæ cùm ità ferúauerint, & dissentionibus occluderetur aditus, & litigantium sumptibus parceretur, pax summa, concordiaq; inter Ciues ha-
26 bebitur, quæ sanè in Republica esse oportet, quemadmodum oculus in corpore, & in anima ratio, videmus nàmq; eo in tempore omnia florere, cultu arua nitescere, Vrbes amplissimè habitari, noua ædificia consurgere, collapsa instaurare, extructa ornare, & augere, liberales disciplinas, artesq; omnes clarere, Reipublicæ disciplinam florere, leges vigere, Religionem feruere, æquitatem valere, honestissimarum disciplinarum studia efflorescere, annonæ abundantia horrea rumpi, omnes denique in Vrbe, in agro, maxima alacritate suis officijs defungi, vt Ipse latè paritèr (Deo consentiente) ditam in meis *Historico-Politico-Iuridicis Elucidationibus in secundum Menexenum, siue Epitaphium memorabilium ad bonum Reipublicæ regimen attinentium*, §. 1.

PROLOGOMEN.

Exequutionem factam vigore sententiæ nullæ declaratæ retractandam esse annuitur, nè Actor, & Reus in vno, eodemque iudicio ad imparia iudicentur, qua ex ratione hoc etiã firmatur in sententijs negatiuis in assistentię iudicio prolatis, ad ornatum Regiæ *Pragmat. 2. sub tit. de assistent.* & addubitationes complures eadem in materia congeruntur.

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Exequutio facta vigore ſententiæ nullaretractanda eſt.*
2 *Actor, & Reus ad imparia iudicari non debent, & num. 4.*
3 Regia Pragmat. 2. ſub tit. de aſſiſtent. *paratam exequutionem præbens ſententijs prolatis in aſſiſtentia iudicio, eandem vim tribuit ſententijs negatiuis aſſiſtentiam reuocantibus.*
Sed hoc reuocatur in dubium num. 5.
Et prior opinio approbatur num. 6. 9. & 11.
7 *Lex loquens in ſententia dante procedit in ſententia reuocante datum.*
8 *Dicta circà contractum locum etiam obtinent circà diſtractum.*
10 *Statutum ex rationis identitate ad ſimilia extenditur.*
12 *Sententia aſſiſtentiæ in eiuſdem reuiſione reuocata, condemnatus ad rem reſtituendam, fructus etiam perceptos reddere tenetur.*
13 Auth. Quæ ſupplicatio, C. de præcib. Imperat. offer. *de quibus fructibus loquatur.*
14 *Creditor poſterior nùm teneatur ad intereſſe pecunia ipſi liberata in creditorum concurſu cùm cautione in caſu reſtitutionis.*
15 *Creditor poſterior, qui prædium emit cùm eius crediti retentione, nùm reuocata venditione inſtantibus creditoribus anterioribus, ad fructus, vel intereſſe pro retenta quantitate teneatur.*

OBSERVATIO CCXX.

SPinoſa hoc in loco diſputata fuit quæſtio, Vtrùm ſententia declarata nulla ſit retractanda exequutio illius vigore facta? & 1
deciſa fuit affirmatiue ratione æqualitatis ſeruandæ, nè Actor, & Reus in vno, eò-
demque iudicio ad imparia iudicentur: cuius 2
planè quæſtionis determinationem conſtabilit *Dom. Præſ. de Franchis in deciſ. 136.* diſputans, nùm Regia Regni *Pragmatica 2. ſub titul. de* 3
aſſiſtentia, exequutionem paratam præbens ſententijs prolatis in aſſiſtentię iudicio, eandem vim tribuat ſententijs negatiuis aſſiſtentiam reuocantibus, vt eodem modo exequutio Actori præſtita, ſit Reo poſtmodùm vincenti quoq; attribuenda? & ità iudicatum fuiſſe reſtatur. illa nimirùm 4
ratione ſuadente, quia Actor, & Reus ad imparia iudicari non debent *l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* quod comprobat *Reg. Salernitanus*, qui pariter ità determinatum extitiſſe teſtatur in *deciſ. 25.* & illum laudat *Thorus in compend. deciſ. part. 3. ſect. 1. in verb. Exequutio prima ſententia*, ſubſcribuntq, *Dom. Regens Tapia de Iure Regni, Pragmat. 5. ſub num. 6. de officio S. R. C. & Pragm. 37. num. 13. de officio Procurat. Cæſar. Abbas Barbatus ſuper Pragmat. de aſſiſtentia præſtanda, Gloſſ. 1. num. 50. Muſcatell. in praxi S. R. C. lib. 1. part. 7. Gloſſ. condemnando, num. 114. Gaitus de credito, cap. 4. queſit. 7. ex nu. 895. Io. de Amicis conſil. 92. num. 5. Viuius deciſ. 286.* vterq; *Dom. Petra* Auus ſcilicèt, & Nepos, ille ad *Capycium deciſ. 34. & ad Grammaticum deciſ. 9. num. 7.* hic *ſuper Ritibus M. C. V. tom. 2. Rit. 259. num. 30.* vbi alios recenſet, & *num. 31. circà med.* inquit, recedendum haùd eſſe à deciſione apùd *Dom. Præſ. de Franchis*, quia illam pluries obſeruatam fuiſſe vidit, & audiuit, & deniq; alijs omiſſis collaudat illam *Dom. Conſiliar. Pratus* noſtri Authoris memor in *annotat. ad Conſiliar. Paſchal. de viribus patriæ poteſtatis part. 1. cap. 8. verſ. Ad num. 145.* & plenè, & abundantèr probat in ſua *Centur. PP. Obſeruat. cap. 59.* in quo lepidè iuxtà morem, nedùm occurrit *Dom. Regenti Scipioni Rouito*, qui *ſuper Pragmat. 1. de appellat. num. 8.* adducto *Dom. Præſ. de Franchis* placito, ab illo recedit, ſubdens, dùm caſus acciderit, eſſe vlteriùs cogitandum, qui *Reg. Rouit.* iterùm tangit *ſuper Pragmat. 1. de aſſiſtent. num. 34.* ſed etiã obiectis omnibus à *Hieronymo Caualloſ* excitatis in *tract. commun. contra cõmun. tom. 4. quæſt. 897. num. 862. verſ. Ex qua reſolutione*, & iterùm in *tract. de cognition. per viam violentiæ, quæſt. 24. num. 75. part. 2.* vbi explosa *Dom. Præſ. de Franchis deciſione* ex pluribus ſuadere *Caualloſ* nititur, quòd ſi prior ſententia exequutioni demandata fuerit, & deindè reuocata, non per hoc exequutio reuocabitur, ſi ab ea appellatum fuerit, ſed expectandus ſit appellationis exitus à ſecunda ſententia interpoſitæ, & determinationem à Regali Cancellaria Pinciana emanatam extollit, ſubdens, ità in Hiſpaniæ Tribunalibus practicari.

Quarè alter Hiſpanus ICtus *Dominus Conſiliarius D. Thomas Carleualius* hanc eandem *Dom. Præſ. de Franchis* deciſionem in dubium reuocat in ſuo *tract. de indicijs, tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſput. 8. ex num. 18. cum ſequ.* notãs, quòd memorata *Regia Pragmat. 2.* viam exequutiuam ſolùm tribuit decreto affirmatiuo in iudicio aſſiſtentiæ lato, & noſter *M. C. V. Ritus 259.* de illo dumtaxàt loquitur, vt proindè fateri oporteat, aùt verba Ritus corrupta eſſe, & imminuta, deficiente verbo illo *affirmatiuo*, aùt Regiam Pragmaticam declaraſſe, & accepiſſe illa ſolùm pro decreto affirmatiuo; Sed hoc non ſubſiſtere multos per numeros nimium ſe dilatando tradit memoratus *Gaitus vbi ſupra ex num. 890. cùm ſeq.* tùm ex rationibus per eundem *Dom. Præſ. de Franchis* adductis: tùm etiam, quia leges *in ſententia* dante loquentes, in ſententia etiam reuocãte datum procedere debent, quando rationis paritas concurrit, prout de contractu, & diſtractu affirmamus, cùm dicta circà contractum locum obtineant etiam circà diſtractum eadem ratione concurrente, vt centenis iuribus probat *Euerardus in Thopic. Iur. in loco à contractu ad diſtractum*, nec non *Auguſtinus Barboſa eodemque loco 26. num. 12. Pichard. in Diſputat. de Mora num. 141. Caldas Pereyra de poteſtate eligendi, cap. 7. num. 15.* Præterea, quòad memoratam Regiam Pragmaticam in decreto aſſiſtẽtiæ affirmatiuo ſermocinantem, dicit, eam extenſiue loqui etiam in decreto aſſiſtentiæ reuocatorio, cùm eadem concurrat ratio, & maior, etenim ſtatuta ex rationis identitate ad ſimilia extenduntur, ad *textum in l. illud, D. ad l. Aquil.* cùm concordantibus, quo in caſu nõ dicitur lex, vel ſtatutum extendi, ſed enucleari, vt communitèr teneri teſtatur *Menochius de recuperanda poſſeſſione, remed. 14. à num. 18.* & latiſſimè *Farinaceus in frag-*

Digitized by Google

fragment. part. 1. lit. E. verb. Extensio, num. 50. cùm sequ. quos refert *Gaitus ibidem*, latè demùm probans, quòd eadem concurrat ratio.

11 Sed rem hãc circà rectiùs dubitationem euellere arbitror memoratum *Abb. Barbatum vbi supra* scribens, rationem quarè in indicata Regia Regni Pragmatica de decretis assistentiæ affirmatiuis tantummodò fit mentio, eam quippè esse, quia cùm in decretis assistentiæ negatiuis non sit quid quærere de exequutione, eo quòd nihil continent, quod exequutioni demandari possit, nulla in illis præstari potest exequutio: quod sanè secùs est in decretis assistentiæ affirmatiuis: de illis idcircò sola fit mentio, statuitque in ea, appellationem reijciendam antè sententiæ exequutionem, admittendam verò fore post eam, etiam ad ipsius assistentiæ reuocandæ effectum; Ex quibus porrò facilè suadetur, oppositis minime refragantibus, ab indicata *Dom. Præs. de Franchis decisione* recedendum haùd esse; Sed

12 An reuocata tali assistentiæ sentẽtia in eiusdem reuisione, condemnatus ad rem restituendam, fructus etiam perceptos reddere teneatur? disputat quæstionem hanc *Nouarius QQ. Forens. part. 2. quæst. 40.* & post plura hinc indè adducta inquit, affirmatiuam sententiam de iure veriorem esse, hanc etiam docet *Dom. Regens de Ponte in suo tract. de potestate Proregis, titul. de regal. imposit. §. 4. num. 17.* & in terminis *Auth. Quæ supplicatio, C. de pracib. Imper. offer.* decisum refert in Regia Camera, deberi interesse pecuniæ solutæ reuocata sentẽtia, de quo tamen dubitat *Dom. Præs. de Franchis decis. 120. in fin.* & de quibus

13 fructibus loquatur memorata *Auth.* explanat *Dom. Regens Sanfelicius decis. 124. lib. 1.* in qua

14 inquirit, an, & quando creditor posterior teneatur ad interesse pecuniæ ipsi liberatæ in creditorum cõcursu cùm cautione in casu restitutionis? quod quoq; examinat *Thorus in compend. decis. part. 2. verb. Pecunia liberata, & part. 3. sect. 1. verb. Interesse pecunia liberata*, & adeundus est *Dom. Regens Capycius Latro decis. 130. tom. 2.* qui inquirit, an, & quando posterior creditor, qui

15 prædium emit cùm eius crediti retentione, reuocata venditione instantibus creditoribus anterioribus, ad fructus, vel interesse pro retenta quãtitate teneatur.

PROLOGOMEN.

Impia Zenonis Isaurici tyrannide detestata, illius Constitutio, de qua in *l. conductores 33. C. locat. & in l. non ab re 10. C. vnde vi*, breuitèr enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 Zeno Isauricus *tempore sui imperij centum viginti millia librorum volumina comburere fecit.*

2 *Possessor antiquus aduersùs prædij conductorẽ, qui finito conductionis tempore, nulla causa suffultus possessionem restituere negat, ante omnia restituendus est, & num. 4.*

3 *Conductor negando restituere rem conductam locatori, illum spoliare dicitur.*

OBSERVATIO CCXXI.

1 DE Zenonis Isaurici Constitutione in *l. conductores 33. C. locat. & in l. non abre 10. C. vndè vi*, (quam Compilatores, vel ob facliorem cognitionem, vel memoria lapsi duobus relatis in locis scripsere) nunc fit sermo, qui non modo ex impia tyranide ab omnibus detestãdus est, verùm & ob immodicam illius negligentiam summoperè accusandus: cùm eo imperante amplissima, & nobilissima centum viginti millia librorum volumina fuerint combusta, vti *Menochius* scribit in suo *tract. de recuperanda possessione, Remed. 11. num. 2.* quod planè dolẽdum est his nostris præsertim temporibus, quibus multa sub obscura, perplexa, haùdq; satis cognita videmus, quæ omnibus nota, & clara forent, si illa extarent.

2 Hac autem constitutum est, antiquum possessorem aduersùs prædij conductorem, qui finito conductionis tempore, nulla causa, nullaue ratione suffultus possessionem restituere negat, antè

3 omnia restituendum: eo enim ipso, quòd restituere negat, locatorem spoliare dicitur, *l. colonus, de vi, & vi armat.* noster *Author hic, num. 1.* vbi quamplures recenset; cùm verò recensita Constitutio eos conductores excuset, qui non restituẽdi rem Domino iustam aliquam causam, & rationẽ

4 habent, quæ causa iusta, quæ ratio hæc esse possit? plures hercle adducũtur, easque peculiari conatu coadunat citatus *Menochius vbi supra*, quas pro arbitratu quiuis perlegere quibit, & illum adeũdum scribimus, vt in contingentia à labore subleuetur, dilatis etenim habenis per pluras quæstiones recensitam Constitutionem ad trutinam reuocat, & Auctores super hijs recenset.

PROLOGOMEN.

Conductoribus quibus in casibus facienda sit mercedis remissio? nùm requiratur denunciatio? quid in vectigalium conductore? & quid facta casibus fortuitis renunciatione? peculiari calamo sigillatim illustrantur.

RERVM SVMMA.

1 *Fidei in plerisq; hominum infirmitas, atque in rebus constanter promissis summa leuitas, atque in constantia, conuictum dissoluit.*

2 *Pensio locationis remittenda est colonis propter sterilitatem absq; ipsorum colonorum culpa contingentem.*

3 *Conductoribus quibus in casibus facienda sit mercedis remissio.*

4 *Sterilitas qualis esse debeat in fructibus, vt competat mercedis remissio.*

5 *Conductor sterilitatem Domino denunciare tenetur ad finem obtinendi mercedis remissionem.*

6 *Mercedis remissio competit vectigalium conductoribus.*

At quid facta casibus fortuitis renunciatione? traditur num. 8. & 9.

Digitized by Google

7 *Bellum vicina in Prouincia iustam præbet remittendæ pensionis causam.*

10 *Gabellarij quomodo à vectigalis solutione ob impedimenta, quæ Principis causa accidere solent, excusentur.*

OBSERVATIO CCXXII.

ETsi nihil esse opinemur, quod humanæ societati adeò incommodet, conuictumque dissoluat, quàm fidei in plerisq; hominum infirmitas, atque in rebus constantèr promissis summa leuitas, atque inconstantia; nihilò tamen minùs iusta aliqua concurrête causa promissa posse non implere, sanciunt Iura; Hinc tàm Pontificio, quàm Cæsareo Iure constitutum esse
2 noscimus, locationis pensionem colonis remittêdam esse propter sterilitatem absque ipsorum colonorum culpa contingentem, nè vltrà damnũ amassi seminis mercedes præstare cogantur, vt in iuribus per nosmetipsos adductis in *Obseruat.* 85. *num.* 13. quo equidem in loco complura ad præsentem decisionem facientia quoque adnotauimus.

9 Modò inspiciendum adnectimus, quibus in casibus conductoribus facienda sit mercedis remissio? Pleno equidem calamo disputat *Imola in cap. propter sterilitatem, de locat.* ità & quoque illum laudans *Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus, in* 11. *part. princip. num.* 115. nec non *Surdus in consil.* 34. *lib.* 1. & videnda quoq; sunt, quæ peculiariter scripsere noster *Author hic, Ægidius Bossius in titul. de remissione mercedis, Burs. in consil.* 11. *lib.* 1. & peritus ICtus *D. Franciscus de Amaya Obseru. Iur. lib.* 3. *cap.* 3. qualis autem esse debeat sterilitas in fructibus,
4 vt competat mercedis remissio, & pro qua parte? vide plenè cumulata per *Fabium de Anna in consil.* 64. *lib.* 1. demùmq; per *Caroceum de locato, & conducto, par.* 4. *sub titul. de remissione mercedis*, atque per *Menochium de Arbitr. Iudic. lib.* 2. *cas.* 76. *& seq.*

5 Verùm, teneatur nè conductor sterilitatem Domino denunciare ad finem obtinendi mercedis remissionem? Disputatum fuit in Senatu Pedemontano, vti *Antoninus Thesaurus* attestatur in *decis.* 168. referens, affirmatiuè decisum fuisse per *textum in l. item quaritur, §. exercitu, D. locat.* quem ad hoc citat, & latè discutit *Bossius in citato titul. de remissione mercedis, num.* 51. & tenuit *Gloss. in dict. §. exercitu, verb. Denunciauit*, itàque practicari dicunt omnes quæstionem hanc pertractantes, & aliorum fultus auctoritatibus testatur noster *Author hic, num.* 8. *& sequ.* atque ità multoties per eumdem Pedemontanum Senatum iudicari vidisse adiicit idem memoratus *Antoninus Thesaurus ibidem num.* 1. *in fine.*

6 At quid dicendum in vectigalium conductore, nùm ei competat mercedis isthæc remissio? concluſiuè rem hanc circà docet alios allegans *Burs. at. in consil.* 81. *num.* 8. vbi, quòd bellum vici-
7 na in Prouincia iustam præbet remittendę pensionis causam: hancq; sententiam applaudit *Surdus in decis.* 326. *num.* 18. & latè probat *Boerius in decis.* 249. atque adeundi sunt idem *Burs. att. in consil.* 309. *lib.* 3. *Mandos. in consil.* 89. *Cranetta in consil.* 95. *& Bossius in tit. de remissione merced. publican.*

8 Quidue facta casibus fortuitis renunciatione? dilucidat citatus *Cranetta in dicto consil.* 95. & doctè nimis, ac elegantèr insignis ICtus *D. Io. Baptista Larrea Allegat. Fiscal. lib.* 1. *Allegat.* 27. *& seq.* in terminis *l.* 2. *& 7. tit.* 9. *lib.* 9. *Recopil.* stante statuto, ac Regia ordinatione, quòd Gabellarij, seù vectigalium conductores renunciasse censeantur casibus omnibus fortuitis, & incogitatis, an exequi debeant, scientia casuum prædictorum minimè habita, seù renunciatione cùm prædictorum casuum certioratione? quam etiam thesim circà *Castillus Sotomayor* negati-
9 uam aleam sustinet in *tom.* 3. *Controuers. Iur. cap.* 3. *num.* 23. inquiens *dict. l.* 2. contrariam esse Iuris regulis, quamq; paritèr tuetur *Vasquez de succes. creat. lib.* 1. *§.* 20. *p.* 2. *num.* 67. inquiens, quòd ipso in Regalis Patrimonij Senatu existente maximè curauit, quòd prædictarum legum tenor specificè gabellarijs insinuaretur: & pro iustitia prędictarum legum, & generalis renũciationis à gabellarijs factę inualiditate, plura tradit idem *Larrea in Allegat.* 23. *& in Allegat.* 28. in terminis prædictarum Regiarum legum 2. & 3. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recopil.* Quomodo gabellarij à vectigalis solu-
10 tione ob impedimenta, quæ Principis causa accidere solent, excusentur? quæquè impedimenta iuuent, vt pensionis, siue mercedis remissio fiat? doctè admodum explicat, & per veros terminos tradit.

PROLOGOMEN.

Causa deserta ad sententiæ exequutionem procedendum esse, si non adest citatio de appellante ad contradicendum, determinatur, & quid hoc circà S.R.C. censuit, annuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Causa deserta, quando ad sententiæ exequutionem procedendum sit.*

2 *Appellans infra quinquaginta dies processum præsentare, & appellationem prosequi tenetur.*

3 *Appellatio nõ dicitur deserta propter omissam citationem, quando citatio infra quinquaginta dies fuit expedita.*

OBSERVATIO CCXXIII.

1 CAusa deserta ad sententiæ exequutionem minimè procedendum esse, si non adest citatio de appellante ad contradicendũ, cur sententia exequutioni demandanda non sit, determinatum fuisse in huiusce loci iurgio testatur noster *Author hic*, appellans enim
2 nedùm infrà quinquaginta dies processum præsentare, sed & appellationem prosequi tenetur, hoc est, appellatam partem citare ad ipsius processus aperturam videndum, & ad alios actus, vti *Aloysius de Leo* aduertit *in l.* 1. *num.* 22. *C. de appellationibus*, & notat *Dom. Regens Tapia in lib.* 3. *Iuris Regni, super Constitut. Appellationũ tempora, num.* 2. ac non dissentit *Parlador. Rerũ Quotidian. lib.* 2. *cap. final. p.* 1. *§.* 1. *num.* 8. ex *Baldo in l. final. §. illud, num.* 1. *C. de temporib.*

ap-

Digitized by Google

appellând. & Felino in cap. illud, num. 11. de præscript. taliter quòd vno ex his deficiente appellatio deserta declarabitur, inquiente laudato *Domino Regente Tapia ibidem.*

3 Beneuerùm in hoc Sacrum Consilium cõtrarium censuit penès *Matthæum de Afflictis in eadem Constitutione, Appellationum tempora, num.* 30. annuens, propter omissam citationem appellationem desertã haùd esse, citatione tamen intrà quinquaginta dies expedita, tuetur *Giurba in decis.* 34. & videnda sunt exarata per magnum practicum *Berardinum Muscatellum in praxi S.R.C. part.* 1. *appellat. Gloss. Prosequendum, ex num.* 55. *& 56. & Gloss. Præsentare, num.* 6. *& 7.*

PROLOGOMEN.

Census constitutionem sine pecunia numerata nullitatis vitio laborare deciditur ad ornatum Bullæ fœlicis memoriæ *Pij V.* quæque determinatio compluribus extenditur in casibus, obiectionibus etiam solutis, cùm pecunia numerata pro contractus forma requiratur; Verùm in Regno Neapolis an Bulla prædicta quòad hoc caput vsu recepta sit? innuitur breuitèr.

RERVM SVMMA.

1 *Census in pecunia numerata constitui debet, & num.* 4. 10. *& 21.*
2 *Pretium, quo emitur, & venditur annuus census, vt in pecunia numerata consistat, de rei natura est.*
3 Bulla Pij V. *in census creatione veram pecuniæ numerationem requirit.*
5 *Censualis contractus ex pretio bonorum mobilium constitui non potest.*
Ampliatur, quamuis cùm huiusmodi pretio aliqua pecuniæ quantitas commixta fuisset, vt num. 6.
7 *Census non contrahitur, si à principio de reditu certo pretio in pecunia constituendo agatur, & posteà pecunia loco species aliqua taxata quãtitate detur.*
Contrarium exponitur num. 14.
Verùm prior sententia approbatur num. 16.
8 *Census solo emptionis, & venditionis titulo constituitur.*
9 *Datio insolutum emptio minimè est.*
11 *Fides de pretio in censu haberi non potest.*
12 *Annua pensio pro pretio præstatur.*
13 *Contractus annui reditus vera est emptio.*
15 *Conuẽtio sine scriptis habitam emptionem perficit.*
17 *Pecunia numerata in contractu censuali pro forma requiritur.*
18 *Actus ipso iure nullus est forma non seruata.*
19 *Formæ per partes renunciari non potest.*
20 *Census ex sola debitoris confessione capitale pretium sibi prius fuisse à creditore mutuatũ, vel alia iusta causa debitum, constitui non potest.*
22 *Census validè constituitur, si pecunia numerata loco cedulæ bancharia tradita fuerit.*
Intelligitur vt num. 23.
24 *Census ex antecedenti debito constitui non potest.*
Comprimitur vt num. 26.
27 Bulla Pij V. *quòd pecunia numerata in contractu censuali requiratur, non est vsu recepta in* Regno.

OBSERVATIO CCXXIV.

OMni exclusa altercatione sectandum est Arrestum in causa præsentis loci
1 prolatum, ex quo sancitur, census constitutionem sine pecunia numerata nullitatis vitio laborare, etenim de natura rei est, vt pretium, quo emitur, & venditur annuus cen-
2 sus, in pecunia numerata consistat, iuxtà *Pauli I.C.* Responsa *in l.* 1. *D. de contrah. empt. & in l.* 1. *D. de rerum permutat.* prout etiam obseruauit *Constantinus Harmenopolus in Epitome Iuris Ciuilis, lib.* 3. *tit.* 3. nec non *Vacon. à Vacun. lib.* 5. *Declarat. Iuris Ciuilis, declarat.* 68 *num.* 6. *& Antonius Padilla in l. naturalis, §. siquidem, nu.* 1. *D. de præscript. verb.* quos insectatur *Dom. Regens Capycius Latro in sua Consultat.* 70. *nu.* 34. *tom.* 1. & hoc expressè cauetur per Bullam fœ-
3 licis memoriæ *Pij V.* circà census creationes, vbi sancitum extat, in actu creationis census veram pecuniæ numerationem requiri, nè vsuris pateat aditus.
4 Atque exindè huius rei claritatem agnoscentes ità quoq; inter cœteros firmarunt *Felician. de Solis in tract. de censibus, tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. *Dom. Regens Capycius Latro in sua Consultat.* 150. *num.* 5. *tom.* 2. & in terminis laudatæ Bullæ loquentes concinunt, quos dilatis fimbrijs recensent, & sectantur, idem noster *Author in tom.* 5. *disceptat. forens. cap.* 853. *num.* 36. *& seq.* ità bis decisum attestans, *Leotardus de vsuris, quæst.* 59. *à num.* 32. idem *Dom. Regens Capycius Latro in sede indicata, Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. forens. tom.* 1. *Resolut.* 64. *à num.* 6. *Dom. Cõsiliar. Petra super Ritibus M.C.V. tom.* 1. *Rit.* 20. *num.* 14. *Dom. Regens Rouitus super Pragmat.* 1. *de censibus, num.* 14. *& 15. Dom. Verde in sua Panonomodidaschalia, lib.* 3. *tit. de censibus, nu.* 2254. *Mastrill. ad Gregor. de censibus, quæst.* 5. *num.* 224. *Vgolin. de vsuris, cap.* 51. *num.* 1. *Nauar. cõdẽ tract. num.* 88. *Molin. de Iustit. & Iur. disput.* 390. *num.* 1. *Lopez de contractibus, lib.* 1. *cap.* 59. qui expositam supra sententiam pro absoluta amplectuntur, & demùm cœteris omissis probat fusè supracitatus *Felician. de Solis lib.* 1. *cap.* 4 *num.* 11. dicens etiam, quòd si auri, vel ar-
5 genti massa, triticum, oleum, merces, aùt reliqua huius generis certa pecunia æstimata pro reditu loco pretij dentur, nihil agitur, nec census contrahitur, sed reditus in sortem imputantur, quod sanxit Regia *Pragm.* 1. *de contract.* vbi habetur, quòd censualis cõtractus cõstitui nequit ex pretio bonorum mobilium, & propterea illum nullitati subiacere firmant *Mastril. ad Gregor. dict. quæst.* 5. *num.* 224. *Viuius decis.* 365. et si cum hu-
6 iusmodi pretio aliqua pecuniæ quantitas commixta fuisset, exendit citatus *Dom. Regens Capycius Latro consult.* 70. *à num.* 45. *tom.* 1. de fru-
mento in herba, loquitur *Angelus in Summa, verb. Vsura, num.* 45. de animalibus datis ad lucrum,

Digitized by Google

crum, sermocinatur *Laurent. Rodulph. in tract. de Vsuris, part. 2. quæst. 23.* de cambijs, & de dotis ad pedaticum, meminit *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 1. de vsuris, num. 38.*

7 Ex quorum equidem voto apertum fit, id verum esse, etiam si à principio de reditu certo pretio in pecunia constituendo agatur, & postea pecuniæ loco species aliqua taxata quantitate detur, vt præcisè audacter sustinet memoratus *Felician. de Solis vbi supra, lib. 2. cap. 5. num. 17.* vbi habet, quòd si quis alteri pecuniam mutuauerit, & debitor ipsius indigens pro eadem vendat, & fundet super suis bonis annuum censum creditori, contractus nullitatis vitio est suppositus, & reditus in sortem sunt imputandi: quòd etiam ipsemet firmauit *in lib. 1. cap. 8. num. 13. 14. & 16.*

8 quo in loco mouetur Primò, quia census solo emptionis, venditionisque titulo constituitur: at

9 datio insolitum emptio minimè est, ad *text. in l. final. ex quib. caus. in posses. eatur.* igitur census indicato modo constitui non potest; Secundò, quia census creari nequit, nisi in contractus for-

10 matione pecunia numerata interueniat, quæ verè creditori traditur, iuxtà motum proprium Summorũ Pontificũ *Pij V. Martini V. & Calisti III. extrà de emption. & vendit.* sed hoc in

11 casu pecunia non interuenit, nec contractus tempore numeratur, vndè talis contractus nullius momenti est; Tertiò, quia si in censu contractus tempore pretij numeratio necessaria non esset, sequeretur, in censu fidem de pretio haberi posse, sed consequens est falsum ex communi omnium sententia, quę in eo contractu necessariò integrũ pretium venditori tradi desiderat: ergò & ante-

12 cedens quoque falsum est; Quartò, quia annua pensio pretio respondet, illique proportionatur, & pro eo præstatur, igitur vbi nullum est pretiũ nullus reditus esse poterit; Quintò tandem, & vltimò eo mouetur, quia cùm contractus annui

13 reditus sit vera emptio, necessariò pretium in pecunia numerata interuenire debet, iuxtà *textum in §. pretium, & in §. item pretium, Element. Iur. de empt. & vendit.* nec non in *l. 1. D. de contrah. empt.*

14 Etsi autem prædicta quoque colligens *Gaspar Rodericus in suo tract. de annuis reditibus, lib. 1. quæst. 13.* putet, illa locum minimè obtinere, si reditus ematur pro certo pretio in pecunia constituto, & loco pretij detur auri, aùt argenti massa, aùt alia species iustè, & nulla fraude æstimata: nàm licèt verum sit, quòd in venditione pretium in pecunia numerata interuenire debet, intelligendum tamèn est respectu conuentionis, haùd verò numerationis, quia vt dixit *Vlpianus I. C. in l. 2. D. de contrah. empt.* non pretij nu-

15 meratio, sed conuentio perficit sine scriptis habitam emptionem: atque ità conuentione habita de pretio in pecunia, licèt postea pretij loco species æstimata detur, vera emptio contrahitur, *l. pretij causa, C. de rescindend. vendition.* & ibi *Gloss.* sequitur *Fanian. in tract. de empt. & vendit. 5. part. princip. num. 2.* nec non *Pin.* communem dicens *in Rubr. de rescindend. vendit. part. 2. cap. 1. num. 16. vers. Nec obstat,* & iterùm in *cap. 3. num. 1*

16 Nihilò tamen minùs ab exposita supra, & probata sententia recedendum minimè est, prædicta *Gasparis Roderici* consideratione minimè refragante, certum nàmque est, quòd Summus Pontifex *Pius V.* suo motu proprio obuiare volens fraudibus, quæ pretio non numerato in actu celebrationis ipsius contractus interuenire poterant, & nè debitor obæratus, & indigens se à creditore recepisse fateretur plusquam receptũ esset, censum, seù annum reditũ creari prohibuit, nisi pretio integro in pecunia numerata præsentibus testibus, & Notario, non autem priùs re-

17 cepto: qua propter, quia pecunia numerata pro contractus forma requiritur, ea minimè seruata,

18 actus ipso iure est nullus, *textus* est in *l. cum hi, §. si Prator, D. de transact. in l. si quis ità stipulatus fuerit, D. de V. O. & in l. Fulcinius existimat, §. cum hoc edictum, D quibus ex caus. in posses. eatur.* postque alios inquiunt *D. Cæsar Cala D. R. de Ponte, D. R. Valenzuol. D. R. de Philipp. Dom. Consiliar. Hodiern. Dom. Consiliar. Prat.* & cœteri, quos Ipse adduxi in *Obseruat. 94. num. 12.* notaui etiam in *Obseruat. 189. num. 121.* & firmat paritèr noster *Author Discept. forens. tom. 4. cap. 786. num. 15.* vbi etiam,

19 quòd nec formæ perpartes renunciari potest, vt latè quoque probat *Seraphin. de priuileg. iuramentl. priuileg. 130. à num. 1.* & sequitur *Dom. Verde vbi supra.* Vndè laudari supra Doctores

20 firmauere, censum constitui haùd posse ex sola debitoris confessione capitale pretium sibi priùs fuisse à creditore mutuatum, vel alia iusta causa debitum, non quidem ex eo, quòd confessio de recepto suspecta sit, & census sit contractus, in quo venditor necessitate pressus facilè ad iniquas confessiones, & pactiones adstringatur, nàm id ad contractum improbandum non sufficere deducitur ex *l. contractus C. de non numerat. pecun. l. pecunia C. de solut. l. final. D. de instit. act.*

21 sed quia decretum est, nè censualis contractus perfici possit, nisi præsenti, & numerata pecunia, vt inter cœteros aduertunt *Auend. de censibus, cap. 45. num. 12. Duard. in Extrau. Pij V. §. 2. quæst. 16. num. 14. Cencius de censibus, quæst. 51. num. 17. de Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. part. 2. cap. 15. num. 17. Gomez de censibus, cap. 3. num. 12. Mastrill. decis. 94. num. 8. & in citata quæst. 5. num. 218.*

22 Denique etsi hanc rem circà sat esse, si pecuniæ numeratę loco tradita fuerit cedula bancharia, astruant *Bellon. consil. 92. num. 13. Mart. consil. 177. num. 32. Farinac. decis. 10. n. 17. Cencius vbi supra, part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 7. n. 13.* sic decisũ attestans *decis. 103. post. dict. tract. Scaccia de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 233. & §. 2. Gloss. 5. num. 63. & 64. Mangil. de euictione, quæst. 84. n. 14. Reg Capycius Latro dict. consult. 70. num. 36.* nec non *consult. 150 num. 7. Episcop. Maranta Respons. 94. Thorus voto 99. à num. 30.* hoc tamè

23 simpliciter intelligendum minimè est, quandoquidem hoc in casu sat haùd est sola camploris acceptatio, & vt in depositum sonet, sed necessè est, vt illius apocæ virtute vera, & actualis pretij numeratio sequatur, vti ex aliorum sententijs extricat idem *Regens Capycius Latro in citata Consult. 150. num. 9. & seq.* & dixerat post alios *Leotardus citat. tract. quæst. 59. num. 40.*

24 Cœterùm præterire haùd valeo, etsi ex antecedenti debito censum constitui haùd posse, potissimùm *Pij V.* Bulla attenta, affirment *Card. de Lugo de Iustit. & Iur. tom. 2. tit. de censibus. disput.*

Digitized by Google

put. 27. sect. 5. nu. 8. Carena Variar. Resolut. 201. à num. 1. Leotardus vbi supra quæst. 60. à num. 4. Andreol. Controu. forens. tom. 3. cap. 226. per tot. & Dom. Consiliar. Staibanus in citata Resolut. 64. num. 11. vlum nihilominùs huic concluſioni non aſſentiri, tradit Dom. Conſiliar. Petra in citato Rit. 20. num. 14. in fine, nàm conſtito verè, & realitèr de antecedenti debito, omni prorsùs ſemota fraude, validè annui cenſus contractus cõſtituitur, vt in pũcto inquiunt Guttier. in libr. 1. P P. QQ. cap. 172. num. 8. Dom. Reg. Galeota Controu. Ill. lib. 1. controu. 61. num. 53. concinuntq; tradita per Dom. Reg. Ronit. ſuper Pragmat. 1. de cenſibus nu. 8. & etiam habetur ex notatis per Caſtill. in deciſ. 140. lib. 2. & Gaſpar. Rodriq. dict. quæſt. 13. num. 4. lib. 3. quæſt. 5. nu. 40. quibus alios manuducens ſe ſubſcribit Dom. Verde vbi ſupra num. 2256. adnectens in fine num. 2258. haùd militare Bullam Pij V. tùm quia 26 innititur præſũptioni fraudis, & vſurę: tùm quia quò ad hoc caput, vt requiratur pecunia numerata, in Regno Neapolis vſu receptam haùd eſſe teſtantur Ill. Dom. Regens Capycius Galeota Controuerſ. forenſ. tom. 1. Controuerſ. 61. num 53. & Dom. Regens Conſtant. in l. 1. C. de fiſcal. vſur. num. 43. & 44.

PROLOGOMEN.

Fundi, vel alterius rei retentio concedenda nè ſit pro melioratiõnibus ipſamet in re factis? anuè huiuſmodi retẽtionis exceptio ex cauſa melioramẽtorũ in ſententiæ exequutione oppoſita eam impediat? & nùm præfigendus ſit terminus ad eorum liquidationem, & termino durante immiſſio retardetur? ex receptiori ICtorum placito demonſtratur.

RERVM SVMMA.

1 *Retentio rei meliorata datur pro melioramentis illìc factis.*
Declaratur vt num. 6.
2 *Exceptio retentionis ex cauſa melioramentorum ſententiæ exequutionem impedit.*
Sed quid hoc circà in Sacro Conſilio ſeruetur? traditur num. 3.
4 *Retentio conceditur pro melioratiõnibus ex aſpectu euidenter apparentibus.*
Intelligitur duo concurrentibus, vt num. 5.
7 *Terminus ad melioramentorum liquidationẽ quando præfigendus ſit, & num. 9.*
8 *Cautio de reficiendis melioratiõnibus ſufficit, quando illa ſunt illiquida.*

OBSERVATIO CCXXV.

1 MAnuducimur nunc ad materiam melioramentorum, & quæritur, an pro melioramentis dari debeat fundi, vel alterius rei meliorate retentio? & refertur deciſum quod ſic per noſtrum *Authorem hic*, qui comprobat in *tom. 3. Diſceptat. forenſ. cap. 494. num. 12.* hanc quoque ſententiam docet *Card. Tuſchus Practic. Concluſ. lit. C. concluſ. 608. num. 25. & lit. R. concluſ. 36. num. 7.* pariterque *Antonius Faber in ſuo Cod lib. 4. titul. 43. diffinit. 24.* nec non *Dom. Regens de Ponte in deciſ. 4. num 33.* & inſectantur alios complures allegando *Roſental. de feudis. cap. 10. concluſ. 43. num. 118. & ſequ. Velaſc. de iure emphyteut. quæſt. 25. num. 22. Peregrinus de fideicommiſſ. artic. 50. num. 55. Petra eodem tract. quæſt. 15. n. 38. & 308. cum ſeqq. Marta de iuriſdict. cap. 33. num. 127. Caroc. de locato, tit. de merced. negot. num. 31. & tit. de aſſenſ. num. 3. 4. & ſequ. Molin. de contractibus, diſput. 463. num. 12. Caldas de Pereyra de emption. & vendit. cap. 27. n. 1. Amic. de iure emphyt. quæſt. 76. Surdus de alimentis, tit. 1. quæſt. 70. num. 9. tit. 8. priuileg. 62. num. 4. 7. & ſequ. Sola ad decret. Sabaud. tit. de excuſ. Gloſſ. 9. num. 1. Ruginell QQ. Forenſ. quæſt. 22. nu. 13. Antonin. de Amato Forenſium Iuris Reſolut. part. 1. Reſolut. 14. num. 41.* vbi inter cæteros, quos allegat, extollit noſtrum *Authorem*, quemadmodum etiam *Ioſeph Vrceolus in ſua Conſultat. 20. num. 36. & ſequ.* omnes demùm inquientes, ad hoc iura eſſe aperta, potiſſimùm in *l. ſi in area, D. de condit. indeb. l. in fundo, D. de rei vindicat. l. in rebus, §. poſſunt, D. commod. l. Paulus, D. de doli except. l. idemque. §. illud, D. de action. empt. l. qua ratione. §. 1. D. de acquir. rer. domin. & in l. colonus, D. locat.*

2 Quin concinit communis illa noſtrorũ ICtorũ concluſio, quæ ſtatuit, retentionis exceptionem ex cauſa melioramentorum etiam in ſententiæ exequutione oppoſitam eam impedire, vt communitèr admittunt *Bartol. in l. non ſolum, num. 16. D. de rei vendicat. Alberic. in l. in fundo, col. fin.* vbi idem tenet elegantèr P. *Coſtali in princip. D. eod. tit. Angel. in §. certè illud col. 2. Element. Iur. de rerum diuiſ. Specul. in tit. de exequut. ſentent. §. final. verſ. Quid ſi bona fide, in fine, Gozadin. conſil. 86. num. 25. Surd. conſil. 248. num. 15. & deciſ. 277. nu. 14. Caphal. conſil. 390. num. 39. & conſil. 573. num. 22. & 24. Intrigl. ſingul. 73. num. 17. lib. 3. Barboſ. in l. diuortio, § final. part. 2. num. 53. & ſequ. D. ſolut. matrim.* aliiſque compluribus adductis pro communi ſectantur noſter *Author hic, num. 16. Antonin. de Amato vbi ſupra, nu. 42. Roſental. dict. concluſ. 43. num. 141. Scrader. de feudis part. 2. quæſt. 9. princip. ſect. 2. num. 33. Anton. Faber lib. 7. Cod. tit. 20. de exequutione rei iudicatæ, diffinit. 12. Pacific. de ſaluiano interdicto, inſpect. 2. cap. 2. n. 186. Caroc. de exceptionẽ. aduersùs ſentent. excep. 26. & 33. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit 9. membr. 4. num. 64. & 65. Aluar. Velaſcus dict. quæſt 25. nu. 22. Cald. de Pereyra dict. cap. 27. ſub num. 1. & 6. Tiraquell. de retract. conuentional. §. 7. Gloſſ. 1. num. 14. Amic. vbi ſupra, quæſt. 76. num. 13. Molin. dict. diſputat. 463. num. 12.* & ex aliorum auctoritate laìè probat *Herculeſ Mareſcotta Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 112. num. 18.* Bene verùm *Dom. Præſ. de Franchis in deciſ. 112. num. 16. & ſequ.* teſtatur, quòd hodiè 3 in Sacro Conſilio ad finem impediendi, vel non impediendi ſententiæ exequutionem, quando sũt factæ meliorationes in re, ad cuius relaxationem quis eſt condemnatus, ſeruatur, quòd ſi meliorationes ſententiam antè deductæ ſunt, indiſtinctè ipſius exequutio impeditur, donèc, & quouſque

cùm

cùm effectu illarum pretium possessori exburse-
tur: sin autē de melioratiōnibus post sententiam
opponatur, tunc debitæ exequutioni demandatur
sententia, præstita tamen cautione per victorem
de soluendo facta liquidatione: quamque distin-
ctionem vbiq; seruari probant *Ill. Dom. Regens
Capycius Galeota Controuers. Forens. tom. 2. cō-
trouers. 46. num. 2. & Dom. Regens de Marinis
ad Reg. Reuerter. decis. 559. nu. 1.* ac fusiùs *Ma-
strill. in decis. 98. Barbos. in l. diuortio, §. final.
part. 2. num. 34. D. solut. matrim. Carroc. de lo-
cat. tit. de expensis, conclus. 2.* Verùm quòd cau-
4 tio isthęc offerri nequeat, si melioratiōnum ad sit
euidentia, & Iudici per rei aspectum constare
posset, sicque quòd tunc concedenda sit retentio
vsque ad effectualem solutionem, docent *Bursat.
consil. 85. num. 31. Buratt. decis. 169. Merlin. de-
cis. 363. Duran. decis. 385. nu. 4. & decis. 48. part.
7. recens. Gallens. de obligation. Cameral. quæst.
18. & Marescotta vbi supra, num. 18.* Contrariū
verò affirmat *Dom. Marotta Disceptat. forens.
cap. 7. à num. 27.* & quidem non abre, cùm rei
5 euidentia non sufficiat, duo enim hoc circà pro-
bationibus elucidāda sunt, primum quòd sit im-
pensum: alterum verò, quòd tanti res sit me-
liorata, prætiosiorque effecta, vt DD. communitèr
docent in *l. in fundo 39. D. de rei vendicat.* quæ
copulatiuè requiri, vt vnum sine altero non suffi-
ciat, inquiunt *Negusant. de pignorib. & hypo-
thec. membr. 4. quintæ part. num. 11. in 4 conclus.
Garz. de melioratiōnib. cap. 24.* quos refert, & se-
quitur laudatus *Dom. Regens Galeota vbi supra,
num. 8.*

6 Suprafirmata autem præsentis loci determina-
tio, etsi in praxi communitèr recepta sit, commu-
nique ICtorum placito comprobata, præmissa
tamèn distinctione accipiēda est, nimirùm, quòd
aùt nullo modo de melioramentis constat, neque
in genere, neque in specie, tunc illorum allegatio
immissionem minimè retardat: aùt verò de eis
constat saltèm in genere, & hoc casu præfigen-
7 dus est terminus ad eorum liquidationē, & ter-
mino durante immissio retardatur, vt de hoc sty-
lo Curiæ testatur *Rota in recent. decis. 659. num.
1. & 2. part. 1. & coràm Cavaler. decis. 86. num.
5.* iterùmque post *Merlin. de pignorib. decis. 87.
num. 6. & 7. & decis. 90. num. 15. 16.* cùm alijs
per *Argel. de leg. contrad. quæst. 13. art. 8. nu. 92.*
(vbi si in termino assignato non liquidētur, cau-
tio admittitur) & demùm inquiunt *Buratt. in
decis. 169. num. 11. Puteus decis. 471. num. 5. lib.
2.* noster *Author*, qui paritèr dicit, quòd quando
8 non sunt liquida, tunc cautionem de illis reficiē-
dis præstare sufficit, *Disceptat. forens. tom. 5. cap.
957. num. 41. Menoch. de recuperand. possess. Re-
med. 15. num. 569. Postius de manutentione, Ob-
seruat. 12. num. 49. & sequ.* quemadmodùm sen-
tentiæ exequutio impediretur, *Rota apùd Pacis-
fic. de saluiano interdict. decis. 77. num. 3.* vbi
scriptum legitur, quòd pro maiori parte Domi-
norum resolutum fuit, quòd ex quadam æquita-
te aliquis honestus terminus daretur, infrà quem
victus melioramenta liquidet, priùs quam exe-
quutio fiat.

PROLOGOMEN.

In iurisdictione Iudicis concedenda haùd pe-
titionis veritatem, seù libelli formam, sed
sententiæ tenorem attendendum esse, quan-
do sumus in causa appellationis, innuitur.

RERVM SVMMA.

1 *Sententiæ tenor, haùdq; libelli forma attendi-
tur quò ad iurisdictionem Iudicis, quando su-
mus in causa appellationis.*
Comprimitur in priori instantia, vt num. 2.
3 *Petitio inspicienda est.*

OBSERVATIO CCXXVI.

MAxima cùm discussione in contro-
1 uersia præsentis loci solemni arresto
sancitum est, in iurisdictione Iudi-
cis concedenda petitionis veritatē,
seù libelli formam attendendam minimè esse,
sed benè sententiæ tenorem, quando sumus in
causa appellationis: quam equidem determi-
nationem nominatim extollens sectatur nouissimè
*Dom. de Luca ad Dom. Præs. de Franchis Ob-
seruat. 308. sub num. 6. vers. Alia quæstio est*, &
comprobat *Fontanella in decis. 260.* etsi aliud
2 sit in priori instātia, quo casu quò ad iurisdictio-
nem Iudicis concedendam attendenda est libelli
forma, & quid, quantumquè petitur, ex *l. penult.
§. quoties*, vbi *Baldus num. 1. de iurisdict. omn.
Judic. Alexand. consil. 57. lib. 2. Roland. consil.
87. num. 5. lib. 2. Afflict. decisis. 293. num. 30. Pa-
piens. in forma responsionis rei conuenti, vers.
Non tamen animo, Vantius de nullitat. tit. qui-
bus modis sentent. null. reparent. num. 70. Vil-
ladieg. lib. 7. for. iudic. tit. 6. nu. 68. Dom. de Lu-
ca vbi supra*, illa nimirùm ratione suadente, quia
3 semper inspicitur illud, quod petitur, iuxtà *Pauli
I.C.* Responsum *in l. in commodato 17. §. penult.
D. commodat.*

PROLOGOMEN.

Conuictum de mendacio quò ad vnam posi-
tionum partem, quò ad reliquas, quæ veræ
præsumentur, & pro confessis habendę erunt,
sibi præiudicare firmatur, & positionibus
respondens per verba *non credo, vt ponitur*, an
mendacium committat? iunctis alijs ad ma-
teriam demonstratur.

RERVM SVMMA.

1 *Conuictus de mendacio quò ad vnam positio-
nem, quò ad reliquas sibi præiudicat.*
Intelligitur, & declaratur vt num. 5.
2 *Mendacium in vno dicens, idem quò ad alia
dixisse præsumitur.*
*Extenditur, vt contra eum suspicio oriatur,
etiam quò ad alia malorum genera, vt num. 3.*

4 *Men-*

Digitized by Google

4 *Mendax in vno casu, ità in futurum præsumitur.*
6 *Mendacium non committit respondens positionibus per verba* non credo, vt ponitur, *& num.* 7.
8 *Positionibus respondens per verba* non credit, vt ponitur, *beneficium petendi iuramentum in litem non amittit.*
9 *Causa quælibet à pœna excusat.*
10 *Negans vt à pœna excusetur, aliquam ex demonstrationibus veram non esse sufficit.*
11 *Positio tota ratione partis falsa negari potest.*
12 *Pœna mendacij contra negantem narrata cum clausula* prout narrantur, *locum non habet.*
13 *Negatio absoluta esse debet, vt negans beneficium amittat, quod ab illa qualitate negata descendit.*
14 *Positionibus respondens per verbum* credo, & non credo, *respondere debet.*

OBSERVATIO CCXXVII.

FAcili equidem vocabulo peritus noster *Author* rescribit *hic*, quando contra cõuictum de mendacio super vna positione negata præsumatur super alijs negatis, ità vt mendacij ratione pars, contra quam aliud est commissum, ab onere probandi releuetur? nostræ igitur partes erunt, vt peculiaria quædam adnotemus, nè è pollitico, & hactenùs obseruato instituto recedamus.

1 Itàque, vt ordinatè rem aggrediamur, ex eo initium facere censemus, de quo potissimùm noster *Author hic*, nimirùm, quòd conuictus de mendacio quò ad vnam positionum partem quò ad reliquas sibi præiudicat, quę veræ præsumentur, & pro confessis habendæ erunt, vt in terminis concludit *Aymon Cravetta in consil.* 282. *n.* 9. *vers. Quartò dico, quòd vbi essemus*, nec non etiã *Natta in consil.* 59. *n.* 16. *vsque ad num.* 20. quasi mendacium in vno dicens, idem quò ad
2 alia dixisse præsumatur, argumento *l. vltim. C. de rei vendicat. Paris. consil.* 90. *num.* 26. *&* 29. *lib.* 1. *Mascard. de probationibus, conclus.* 1039. *nu.* 7. *& n.* 11. vbi extensionẽ id admitti arbitratur, vt
3 contra eum suspicio oriatur, etiam quò ad alia malorum genera, & *num. sequ.* adnectit, vt men-
4 dax etiam in futurum, & in præteritum præsumatur, vt paritèr enucleat *Alciatus Regul.* 3. *præsumpt.* 7. Benè tamen verum est, hoc intelligendum fore, quò ad præsumptionem dumtaxàt, hauùdque quò ad probationem, vt ibi per eos, &
5 quando aliquis est in alicuius malitiæ possessione, tunc probandi onus in eum, qui contradicit, transfertur, vt post *Bartol. in l. si prius, oppos.* 5. *de noui oper. nunciat.* obseruat *Natta in consil.* 59. *num.* 18.

6 Mendacium verò committere nõ videtur positionibus respondens per illa verba *non credo, vt ponitur*, quia huiusmodi verba non sunt simpliciter negatiua, ità vt respondens de mendacio argui possit, cùm ex illis, quæ ponuntur, aliquid credere videatur, vt peroptimè obseruãt *Papiens. in forma excipien. controu. position. in verb. primò, quòd publica vox, num.* 6. *Alexand. ad Bartol. in l. si dubitetur, §. it à demùm, in verb. Amit-*
7 *tit, de fideiuss.* & in terminis de respondente cũ dicta clausula *non credit, vt ponitur*, quòd mendacij pœnam non incurrat, concludit *Butticel. in l.* 1. *§. si stipulanti, num.* 15. *vers. Vnum tamèn aduerte, de verborum obligationibus.* dicens, neminem ad hoc respexille, cùm tamèn maxima sit differentia inter negationem, & prędictam responsionem, eoq; laudato insequitur *Ioan. Petrus Surdus in decis.* 58. *num.* 5. *in fine*, se subscribit inibi *Dom. Consiliar. Hodierna in additione*, & cõprobat noster *Author Disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 109. *num.* 15. *&* 17. vbi memorat, quòd idem etiam sequitur Rota per R. P. D. Giptium Romana tutelæ de masso 20. Iunij 1588. vbi, quòd respondens cùm dicta clausula aliquam mendacij, aùt periurij pœnam non incurrit: ideò
8 ex hoc neque amittit beneficium petendi iuramentum in litem, tametsi depositionibus negatis conuincatur, cùm dicti iuramenti priuatio pœna sit, *Iason in l. qui iurasse, de iure iurand.* & quę-
9 libet causa à pœna excusat, vt *Doctores* annuunt in *repetitione l. si quis maior, C. de transactionibus*, ità vt sufficiens sit, vt aliqua ex adiectis demonstrationibus vera non reperiatur, ad hoc, vt
10 ille, à quo pœna petitur, dicere possit, se non putasse illam esse rem, de qua agebatur, eo quia aliqua ex adiectis demonstrationibus non conueniebat, iuxtà *Alpheni* Responsum in *l. in testamento quidam scripserat* 27. *D. de condit. & demonstrat. Alexand. in consil.* 35. *nu.* 2. *&* 3. *vers. Secundò præsuppono, lib.* 5. quem sequitur noster *Author vbi supra, num.* 19. & concinit *Dom. Regens Rouitus super Pragmat.* 8. *de ordine Iudiciorum, sub num.* 8. nec non *Mascardus de probationibus, conclus.* 1177. *num.* 44. *post Speculat. in tit. de depositi. §.* 7. *num.* 23. *vers. Responsio refertur*, & passim admitti huiusmodi practicam non credendi pro vt ponitur, dicit *Mandos. de Monitor. quæst.* 29. *nu.* 2. *vers. In Curia verò*, vbi
11 per hoc cõ. ludit, totam positionem ratione partis falsæ negari posse, cum hæc hodiè sit magis communis, & in praxi seruata, quemadmodum etiam testatur *Grauat. ad Vestr. in praxi, cap.* 14. *num.* 24. *lib.* 5. ambo quoque firmantes, positio-
12 nibus responderi posse negando narrata, pro vt narrantur, vnde in facti contingentia, neque hoc casu locum habere mendacij pœnam, tametsi postea illud negatum probetur, respondisse tradit noster *Author in citato cap.* 109 *num.* 9. quia negatio absoluta esse debet, vt negans perdat be-
13 neficium, & priuilegium, quod ab illa qualitate negata descẽdit, *Surdus de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 78. *num.* 29. & multa ad propositum ponit *Hercul. in l. sicùt autem, §.* 1. *de re iudicat.* nec non *Anna singul.* 319.

13 Verùm in nostro Regno ex peculiari eiusdem Regni Sanctione super positionibus deponere debet per verbum *credo, & non credo*, vt statuitur in *Regia Pragm.* 8. *de ordine Iudic.* vbi doctissimus Enucleator *Dom. Scipio Rouitus*, nec non etiam *Anibal Troysius nu.* 36. vbi complures manuducit, & nouissimè aduertunt *Dom. Ageta in Epitome fori feudalis, Assert.* 11. *§.* 11. *in fin. & Dom. Motillus in praxi S. R. C. tit. de gradu citationis testium sub nu.* 27. iunctis, quos Ipse hoc in eodem opere allegat in *Obseruat.* 147. hocque meritò factum esse opinor, vt præiudicium, & falsitatis nota euitetur.

Digitized by Google

PROLOGOMEN.

Quis si pecuniam actualitèr habuisse confessus fuerit, nùm de vera numeratione constare dicatur, quando de census constitutione tractatur? summatim perpenditur in terminis *Bullæ Pij V.*

RERVM SVMMA.

1 *Numeratio vera an probetur, si quis pecuniam actualitèr habuisse confiteatur.*
2 *Pecuniæ numeratio pro substantia contractus constitutionis census requiritur, & num. 3.*
4 *Pecunia numerata pro contractus forma requiritur in constitutione census.*
5 *Forma non seruata actus ipso iure est nullus.*
6 *Partes formæ renunciare non possunt.*

OBSERVATIO CCXXVIII.

1 ENimuerò enucleata à nobis in *Obseruatione* 224. controuersa efficiunt notata in præsenti loco, cuius in hypothesi altercatum fuit, nùm constare dicatur de vera numeratione, si quis confessus fuerit habuisse actualitèr pecuniam, quando tractatur de census
2 constitutione? nam si verum est, pecuniæ numerationem requiri pro substantia contractus constitutionis census, eamquè minimè probari ex simplici confessione de recepto, cùm pecuniam numeratã exquirat Bulla fœlicis memorię *Pij V.* circà census creationes, vbi expressè sancitum
3 extat, in actu creationis census veram pecuniæ numerationem requiri, nè vsuris pateat aditus, & punctualitèr hoc voluerunt *Nauar. de Vsuris, num. 88. Vgolin. eod. tract. cap. 51. num. 1. Molin. de Iustitia, & Iure, disputat. 390. num. 1. Leotardus de vsuris quæst. 59. à num. 32.* vbi alios complures recenset, & ex alijs firmant etiã *Mastrill. ad Gregor. de censibus, quæst. 5. num. 224. Lopes de contractibus, lib. 1. cap. 59. Dom. Regens Rouitus super Pragm. 1. de censibus, num. 14. & 15. Dom. Regens Capycius Latro tom. 1. Consult. 70. à nu. 34. & tom. 2. Consult. 150. in princip. Dom. Consiliar. Staibanus Resolut. Forens. tom. 1. Resol. 64. à num. 6.* quos sequitur *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C.V. tom. 1. Rit. 20. sub num. 14.* consequens fit, vt nisi verificata sit ista qualitas, cõtractus vsurarię prauitatis nota maculatus censendus sit: ex eo præsertim, quia pecunia
4 numerata pro contractus forma requiritur, vndè ea minimè seruata actus ipso iure est nullus, vt
5 habetur ex *textu in l. Fulcinius existimat, §. cum hoc edictum, D. quib. ex caus. in possess. eatur. l. cum hi. §. si Prætor, D. de transact. in l. si quis ità stipulatus fuerit, D. de verbor. obligat.* & inter cæteros obseruat noster *Author Disceptat. forens. tom. 4. cap. 786. num. 15.* vbi etiam quòd nec
6 formæ per partes renunciari potest, cum alijs, de quibus in citata nostra *Obseruatione 224. nu.* 19. Hęcque summatim dixisse sufficiat sub maturiori prudentis Lectoris censura, sed in Regno Neapolis sopita videtur quæstio ex traditis per *Dom. Reg. Constant. in l. 1. C. de fiscal. vsur. nu. 43. & 44. & per Dom. Reg. Capycium Galeota in tom. 1. Controuers. Illustr. controuers. 61. num. 53.* quos paritèr Ipse ad prædictorum elucidationem laudaui in *citat. Obseruat. 224. num. 27.*

PROLOGOMEN.

Clausula *Appellatione remota* quando in Subdelegato à Delegato Principis locum habeat? distinctionis adhibito fœdere resoluitur, & peculiaria de huiusce clausulæ effectibus adnotantur.

RERVM SVMMA.

1 *Clausula* appellatione remota *locum habet in Subdelegato à Delegato Principis, quãdo causa eidem Subdelegato commissa fuit cùm eisdem facultatibus, ac priuilegijs, prout Delegato commissa fuit.*
Comprimitur in Subdelegato simplicitèr à Delegato Principis, vt num. 2.
3 *Clausula* appellatione remota *inter ipsos litigãtes Reum scilicèt, & Actorem procedit, nõ autem quòad tertium, qui se liti, vel exequutioni opponit.*
4 *Principis rescriptum vim, & effectum non porrigit, nisi in hos, quorum in eo mentio fit.*
5 *Clausula* appellatione remota *nullus à Principe inferior vti potest.*
Ampliatur vt num. 6.
7 *Legatus de Latere cùm clausula* appellatione remota *rescribere non potest.*
8 *Causa alicui Iudici à Principe delegata cùm clausula prædicta illius recusatio sublata non intelligitur.*
9 *Clausula* Omni, & quacumque appellatione remota, *nùm appellationes omnes auferat.*

OBSERVATIO CCXXIX.

1 SVmmo verborum compendio præsenti in loco disquiritur, nùm clausula *appellatione remota*, quæ plerumque in Delegationibus, ac Commissionibus adscribi solet, locum habeat in Subdelegato à Delegato Principis? & aiens sententia amplectitur, quando apparet, causam eidem Subdelegato commissam fuisse cùm eisdem facultatibus, ac priuilegijs, prout Delegato commissa fuit: secùs enim erit, quãdo simplicitèr essemus in Subdelegato à Delegato Principis, nàm posita in persona Delegati ad Subdelegatum non transit, *Marta de clausulis, part. 1. clausul. 12. num. 12. Marchesf. de commissionibus, part. 1. pag. 303. num. 94. Barbosa de clausulis vsufrequentibus, clausul. appellatione remota 9. num. 26. in fine,* quæ quidem clausula inter ipsos litigantes Reum scilicèt, & Actorem
3 vim dumtaxàt obtinet, minimè autem quòad tertium, qui se liti, vel exequutioni opponit, sicuti adnotarunt *Abbas*, cæteriq; Scribentes in *cap. super eo, de offic. Deleg. Francus in cap. Pastoralis 7. quæst. appell. col. penult. Bart. in l. 1. §. interdum, num. 4. D. à quibus appell. non liceat, Balà.*

per

Digitized by Google

per illum *textum in l. cum filius, D. de militar. testament. Iason in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, col. vlt. D. de re iudic. Curtius iunior in consil. 179. nu. 6. Corsetus in Singularibus, verb. Clausula, & verb. Appellatio in 1. Rendin. in promptuar. receptarum sententiarum, tom. 1. titul. 16. num. 4. Card. Tuschus Practic. Conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 400. num. 16.* alij; non pauci, quos laudat *Barbosa in citato num. 26* atque etiam *Marta vbi supra num. 6. & Rebuffus super leges Regias, par. 1. tract. de literis obligat. art. 1. Gloss. 10. num. 11.* & si rationibus agendum est, idem probatur, quia Principis rescriptum vim, & effe-
4 ctum non porrigit, nisi in hos cùm quibus datum est, & quorum in eo mentio fit, quemadmodum *Vlpianus I. C.* statuit *in l. 1. D. de constitut. Princip.*

5 Isthac verumtamen clausula nullus à Principe inferior vti potest, prout colligitur ex notatis per *Robertum Maranta in speculo aureo, part. 6. tit. & quando quis appellatur, num. 337.* P. *Fragosium de regimine Christiana Reipublica part. 1. lib. 8. disput. 24. num. 213. & 220.* qui ampliant procedere in inferioribus Principibus Superiorem mi-
6 nimè recognoscentibus: etiam si Legatus de-
7 Latere foret, qui cum illa rescribere non potest, vt tenet *Scaccia de appellationibus, quæst. 16. limit. 1. num. 106. & 109.* nisi id specialitèr in facultatibus clarè habeat, vt declarat *Marchesf. par. 1. cap. 8. num. 77 pag. 302.* & sequitur *Barbosa in sede indicata.*

8 At delegata alicui Iudici causa à Principe cùm prænominata clausula illius recusatio sublata nó intelligitur, iuxtà *textum* synodalem *in cap. postremò, in fine, de appellation.* vbi *Francus num. 2.* dicit, *textum* illum notabilem esse, clarum, & apertum, & notant cæteri Scribentes, nec non *Scaccia dicto loco, nu. 89. & sequ. Marchesf. dict. part. 1. fol. 301. num. 89. Lancellott. de attentatis, part. 2. cap. 6. num. 3. Farinac. Fragment. Criminal. part. 2. verb. Iudex, num. 956.* vbi *num. sequ.* aliorum fultus auctoritatibus ampliat hoc procedere non solùm de Iure Canonico, sed etiam de Iure Ciuili.

Cæterùm alia attinentia ad vim, & effectum huiusce clausulæ videre, qui conspicit? adeat recensitos Doctores, qui alios inquam illam exornantes cõglomerant. Circà verò clausulam illam,
9 *Omni, & quacumque appellatione remota*, vide *Scacc. dict. quæst. 16. limit. 1. num. 96. Marchesf. dict. part. 1. fol. 301. cum sequ. à num. 56.* vbi ait, ex hisce verbis appellationes omnes sublatas esse, quoduè isthac stante clausula prohibita appellatione in principali causa, censetur etiam prohibita in causa accessoria, & è contrà.

PROLOGOMEN.

Statutum disponens de dote lucranda, an, & quando locum habeat in dote promissa? & an illa propriè sit dos, cum matrimonij oneribus deseruire non possit? indicatur.

RERVM SVMMA

1 *Statutum disponens de dote lucranda num locum habeat in dote promissa, & num. 5.*

2 *Dos promissa non est propriè dos.*

3 *Dos promissa nisi tradita sit matrimonij oneribus deseruire non potest.*

4 *Dos nulla est, quæ matrimonij oneribus non deseruit.*

OBSERVATIO CCXXX.

1 ELegantèr equidem suo more noster *Author hic* pertractat de statuto disponente de dote lucranda, an, & quando locum habeat in dote promissa? mihi tamen otium non est isthac super materia expatiari, eò primor etenim instituto meo obseruandi, minimè autem animo sedet latè per ipsum notata repetere: idcircò dùm casus discutiendus contingerit, præter alios Classicos adeundus est *Eminentiss. Card. Franciscus Mantica*, qui de more vltra per nostrum *Authorem* hic adducta, lato calamo complura alia quoque edocet in *tom. 1. de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. 12. tit. 5. per tot.* aduertẽs potissimùm statutum hoc pluribus in Ciuitatibus extare, & ideò, quia frequentissima est huiusmodi disputatio, vt apertiùs, & perfectiùs intelligi possit, sex casus distinguit, quos quiuis pro arbitratu perlegere quibit.

2 Verùm, quia ex dotis definitione, quem Præceptor *Bartolus* tradit in *Rubr. D. solut. matrim. num. 16.* colligitur, dotem promissam propriè dotem haùd esse, præsertim quia dos promissa, nisi
3 tradita sit, matrimonij oneribus deseruire non potest, vt habetur ex *l. cum pater, D. de pact. dot.* & hoc quidẽ natura manifestum est, igitùr pro-
4 priè dos dici non potest, quia nulla dos est, quæ matrimonij oneribus non deseruiat, *l. pater mulieris, in fine, D. de iure dot.* cum alijs rationibus, de quibus idem *Cardinal Mantica dict. lib. 12. titul. 4.* idcircò si hoc in controuersiam deducatur, quòd nempè statutum huiusmodi de dote promissa intelligi nequeat, quia non est propriè
5 dos, resolue ex probatis per laudatum *Card. Mãtic. in citato titul. 5.* nè è promissis egrediar.

PROLOGOMEN.

Testium examen vt validè fiat, partis citationem ad videndum illorum iuramenta præcedere debere deciditur, tametsi causa esset summaria, & nè nullitati subiaceat, diem, horam, & locum examinandorum testium complecti debere eruditur: verùm Principalis sit nè citandus, an Procurator, cùm quo lis fuit contestata? enucleatur.

RERVM SVMMA.

1 *Testes sine partis citatione examinati non probant, & num. 2.*

Ampliatur in causis summarijs, vt num. 3.

Itidem si testes coràm Principe examinandi essent, vt num. 4.

Et pariter tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt num. 5.

Sed restringitur in causis Sanctæ Fidei, læsæ Maiestatis, & assassinij, vt num. 6.

Sic demùm in informatione de equo, vel mulo

Digitized by Google

mortuo, & de naufragio, vt num. 7.

Prout quoque in casu, quo stylus in contrarium adesset, vt num. 8.

Et cùm in vltima die termini testes ipsi examinantur, vt num. 9.

10 *Depositio testium vt valida sit, diem, horam, & locum examinandorum testium complecti debet.*

Intelligitur partis accedente protestatione, vt num. 11.

12 *Principalis sit nè citandus, an Procurator, cùm quo lis fuit contestata, ad videndum iuramẽta testium.*

13 *Substitutus à Procuratore ad videndum iuramenta testium, an omninò citari debeat, & si secùs validum sit examen.*

Et quid nulla facta substitutione? traditur num. 14.

OBSERVATIO CCXXXI.

INcontrouertibilem esse abdubio concedimus huiusce loci arrestum, quo reuocata fuit sententia Dom. Iudicis à quo in eius causa lata, quia ex processu apparebat, testes sine partis citatione examinatos fuisse: quis enim vestrum in memoriæ paginis oblitauerit, quòd
1 testium examen vt validè fiat, præcedere debet partis citatio ad videndum illorum iuramenta, dùm nedùm hoc dispositum extat in *cap. 2. de testibus*, & in *l. si quãdo, C. eod. tit.* sed cautum etiam reperitur, tùm in *Ritu M.C.V. 143.* tùm etiam in alio eiusdem *M.C.V. Ritu 145.* & inter cæteros notant *Matthæus de Afflictis in Constitut. nostri Regni, Probationũ incursibus, Dom. Regens Tapia de Iure Regni, lib. 3. de testib. Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C.V. dict. Rit. 145. tom. 1. nu. 1. Galluppus in praxi S.R.C. part. 2. cap. 25. num. 4.* & ibi *Dom. Verde in addit. lit. C.* scribens, citationem hanc omninò necessariam
2 esse, alioqui depositio est nullitati obnoxia, prout etiam inquiunt *Episcop. Riccius in Collect. decis. 374. & 692. Borrellus in summa decis. tit. 44. de citatione, num. 161. par t. 1. Thorus in compẽd. decis. part. 3. sect. 1. verb. Depositum pro examinãdis testibus*, Petrus *Termineus in process. iuris scripti, cap. 35. vers. Ac benè notandum, Barth. Brunatius in Agone, tit. de positionibus, & articulis, num. 11.* & latè probat *Mascardus de probationibus, tom. 3. conclus. 1366.* atque etiam *Gabriel commun. conclus. tit. de citatione, conclus. 1. Maranta in speculo aureo, part. 6. Rub. de citat. à num. 25. Gaillus Obseruat. 102. num. 1. lib. 1. Blanchett. decis. Roman. 311. num. 1. lib. 1. vol. 1. Burattus decis. 169.* & iterùm dixerat *in decis. 156. num. 11.* nec non etiam *in decis. 324. num. 8.* tradens, in hoc Iusdicẽtis arbitrium cessare, quod quoque notat illum allegans laudatus *Dom. Verde vbi supra.*

3 Quare recensendi nostrę Iurisprudentiæ Periti conclusione isthac pro indubitata habita, illam procedere exponunt, etsi causa esset summaria, *Bursat. consil. 20. num. 65. Viu. opinion. 966. num. 5.* in eaq; sola facti veritate inspecta procederetur, *Honded. consil. 101. num. 10. Osasch. decis. Pedemont. 79. num. 18. & 19.* & iuris solemnitate minime seruata, *Mascardus de probationibus, tom. 2. conclus. 682. num. 9.* in causis quoq; mercatorum, idem *Mascardus tom. 3. conclus. 1366.*
4 *num. 4.* etiamsi testes coràm Principe examinandi forent, *Grammat. decis. 103. num. 233. Grauat. ad Vestr. lib. 6. cap. 2. sub num. 28.* tùm in ciuili-
5 bus, tùm in criminalibus, *Farinac. de testibus, quæst. 72. num. 31. Dom. Consiliar. Petra* recensita omnia quoq; memorans *vbi supra, num. 2. &* 3. aduertens *num. 4.* secùs esse in causis Sanctę Fi-
6 dei, Læsæ Maiestatis, & assassinij, ex testimonio *Genuens. in praxi Cur. Archiepisc. cap. 84. num. 3. Capyc. decis. 127. Gram. consil. 40. Grauat. d. l. num. 30.* nec non etiam *Fontanell. decis. Cathal. 533. num. 5. 13. & 14. tom. 2.* qui limitationem quoque recipere obseruat, in informatione de-
7 equo, vel mulo mortuo, & de naufragio, ex *Alex. Rauden. de analog. cap. 30. num. 133. Mascard. de probationibus, tom. 2. conclus. 633. Ambros. decis. 17. num. 7. Valenz. consil. 108. num. 1. Narbona ad LL. Reg. lib. 6. tit. 10. l. 9 Gloss. 2. nu. 25. Straca decis. Gen. 3. num. 17. & decis. 77. num. 5.* & quibusdam alijs in casibus per *Roman.* memoratis *singul. 769.* & alijs per *Hippol. singul. 24. & 30.* nec non in *repetit. l. fin. C. de probat.* atque per *Andr. Gaill. in cit. Obseru. 102. ex num. 4. Corset. singul. 371.* & *Dom. Consiliar. Petr. vbi supra,*
8 *num. 6. & 7.* vbi fatur in casu, quo stylus adesset, non vocandi partem ad videndum iurare testes:
9 & demùm cùm in vltima die termini testes ipsi examinantur, iuxtà *decis. Afflict. 47. num. 6. & singul. Anne 518.* de quo idemmet *Dom. Consiliar. Petra* aliorũ fultus auctoritatibus latè quoque sermonem habet in *Ritu 143.*

10 Quæ inquàm citatio, nè testium depositio nullitati subiaceat, diem, horam, & locum examinãdorũ testium complecti debet, quemadmodùm probatur ex Rotalibus decisionibus *Caputaquens.* scilicèt, & *Cæsaris de Grassis*, quarum meminit *Farinac. decis. 23. Grauat. ad Vestr. d. lib. 6 cap. 2. num. 52. & 53. Seraphin. decis. 857. & decis. 2489. num. 1. Card. Puteus decis. 262. lib. 2. Episcop. Riccius collect. 1408. part. 4. Galluppi. in citato cap. 25. sub num. 4.* & comprobat laudatus *Dom. Consiliar. Petra in dicto Ritu 145. nu. 11.*

11 partis tamen accedente protestatione, & petentis, vt interesse possit, ex eodem *Farinac. decis. 74.* Verùm

12 Principalis sit nè citandus, an Procurator, cùm quo lis fuit contestata remissiuè tangit *Dom. Regens Rouitus super Pragmat. 9. de ordine indic. num. 17.* & sufficere, quòd citatio isthæc dicto Procuratori fiat, affirmant *Muscatellus in praxi S.R.C. lib. 1. Gloss. Suspectorum, num. 21. Galluppus dict. cap. 25. num. 5. Thorus in Cod. rerum iudicatar. Ciuil. casu 10. num. 15. Io. Baptist. Ventrigl. in praxi rer. notab. lib. 1. de citatione ad videndum iuramenta testium, annotat. 31. §. 1. à num. 1.* quos insectatur laudatus *Dom. Consiliar. Petra ibidem, num. 12.* scribens *num. sequ.* quòd
13 si Procurator alium substituit ad videndum iuramenta testium in partibus examinandorum, si, eodem substituto minimè citato, examinator receperit testes, perperàm, an validè receperit? perpendunt *Laurent. decis. Auenionẽs. 69. Mascard. de probationibus lib. 1. conclus. 681. num. 11. Rot. apud Seraphin. decis. 100. num. 3.* verùm vt examen nullitati subiaceat, nostrorũ Tribunalium vetusta praxis edocet, & si nulla sub-

Digitized by Google

14 substitutio adsit, aliam citationem territorium extrà necessariò haùd esse, animaduertit *Cauens. ad Rit.* 158 quem insequitur citatus *Ventrigl. vbi supra, num.* 7. ex *Paris. ad Bartol. in l. Iudices, lit. A. de fide instrument. Muscatell. dict. Gloss. Suspectorum, num.* 27. & alia rem hanc circà attinẽtia elucidat allegatus *Galluppus vbi supra*, nec non imbi *Dom. Verde in addit.*

PROLOGOMEN.

præcedentiæ in causa appellationem non admitti, & laicorum Confraternitates ad processiones accedere per Episcopum non compelli firmatur.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio in causa præcedentiæ prohibetur, & num.* 2.
3 *Confraternitates laicorum non compelluntur accedere ad processiones per Episcopum.*
4 *Confraternitates laicorum Regiæ sunt subiectæ iurisdictioni, etiam si alicui Ecclesiæ adhæreant.*
5 *Confraternitates laicorum an sint ab aliqua Ecclesiastica dignitate separabiles.*

OBSERVATIO CCXXXII.

1 POtissimam præsentis loci determinationem, quæ statuit, in causa præcedentiæ appellationem non admitti, nominatim laudans, comprobat nuper doctissimus Præceptor meus Reu. *Dominus D. Franciscus Verde in addit. ad Galluppum in praxi S.R.C. part.* 3. *cap.* 3. *tit. quando non datur appellatio, vers.* 2. *datur*, quia ea in causa appellari, & reclamari prohibetur, & omnis protestatio, & subterfugium prorsùs tollitur, ex *Constitutione Fœlic. record. Gregorij XIII. super præcedentia in processionibus.*
2
3 Quatenùs verò hic *num.* 6. firmatur, quòd laicorum Confraternitates per Episcopum compelli non possunt accedere ad processiones, id esse opinor, quia Confraternitates istæ, secundùm opinionem *Episcopi Didaci Couarruuias* PP. *QQ. cap.* 36. *num.* 8. sunt subiectæ Regiæ iurisdictioni, etiam si alicui Ecclesiæ adhæreant, à quibus nomen trahunt, vel alicui pio operi incumbant: & hoc ea nimirùm ratione suadente, quia
4
5 personæ omnes, ex quibus tales Confraternitates constant, laicæ sunt, earumq; vocibus, & suffragijs creari solet Rector pariter laicus, sicq; prorsus independentes, & separabiles sunt ab aliqua Ecclesiastica dignitate, quam demùm sententiam prosequitur *Guttier. Commun. QQ. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 19.

PROLOGOMEN.

Notarius nùm dicatur de familia Episcopi, ità vt fori priuilegio gaudeat? peculiariter pugnantibus decisionibus adductis exponitur.

RERVM SVMMA.

1 *Notarius de Episcopi familia dicitur, & fori priuilegio gaudet.*
Ampliatur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, vt num. 2.
3 Auctor *cur in quæstione, an familia Episcopi fori gaudeat priuilegio remissiuo calamo pertranseat.*

OBSERVATIO CCXXXIII.

1 LOcus arduus nunc fit obuius: altercatus casus est, vtrùm Notarius dicatur de familia Episcopi, ità vt fori priuilegio gaudeat? & noster *Author hic* affirmatiuam opinionem veriorem esse probat, licèt nihil conclusum fuisse testetur in fine: quam equidem sententiam præsentem locum nominatim laudans comprobat *Augustinus Barbosa de potestate Episcopi, Allegat.* 107. *num.* 11. demùmq; *Bellet. Disquisit. Clerical. part.* 1. *tit. de fauore cleric. real.* §. 1. *num.* 16. atque etiam extollens Authorẽ nostrum hic *Dom. Consiliar. Hodierna ad Surdum decis.* 19 *sub num.* 4. & procedere tàm in ci-
2 uilibus, quam in criminalibus, astruunt *Macerates. Variar. Resolut. lib.* 1. *Resolut.* 75. *Squillan. de priuileg. Clericor. cap.* 7. *num.* 54. *Episcop. Campanil. in suo Diuersor. Canonic. quæst. Rub.* 9. *cap.* 9. *num.* 12. *Episcop Riccius decis.* 292. *part.* 4. quos sequitur *Dom. Regens de Marinis Quotidian. Resolut. tom.* 1. *cap.* 117. *num.* 2. qui profitetur sententiam hãc tutiorem, & meliorem esse, tametsi in vna facti contingentia de anno 1621. per Sacrum Consilium contrarium decisum fuit, prout etiam per eumdem Sacrum Consilium decisum refert *Galluppus in praxi S.R.C. part.* 2 *cap.* 6. *num.* 50. Hæcque dixisse sufficiat, &c.
3 Miraberis fortasse Lector, me stylo remisso, & breuiter materiam tàm magnam, & prolixam exarasse; coactus feci, nè opiniones me docuisse alterutri Pontificiæ, ac Regiæ iurisdictioni aduersas, aliqui crederent; Haùd enim me fugit, quàm difficilè sit, vt inter hos limites tàm rectè quis progrediatur, quin pede in alterutram offendat; quamque periculosum hoc in æstuanti Iurisdictionum freto, vt incidat in Scyllam cupiens vitare Charybdim: idcircò mei haud fuit consilij in has mensis falcem meam inferre, Principibus viris, summisque Doctoribus reseruatas, sed decisioni tantummodò Obseruationem aliquatenus non denegare.

PROLOGOMEN.

Mulier, quæ mediante iurisiurandi religione asseruit, alios consanguineos, præter eos, qui adhibiti fuerunt, non habere, an dein de cõtractus nullitate dicere possit probando, quòd proximiores tunc temporis aderant? exaratur.

RE-

Digitized by Google

RERVM SVMMA.

1 *Assertio iurata mulieris de non existentia aliorum propinquorum præiudicat, vt contrarium probare, & de actus nullitate agere non possit.*
Contrarium exponitur num. 3.
Sed in dubium reuocatur num. 4.
2 *Statutum contrahentis calliditati opitulari nō debet.*
5 *Contrahens vt ignoret, quinàm verè proximiores sint, in dubio præsumitur.*
6 *Fraus contra mulierem quando considerari nō possit in adhibendo proximiorum consensum.*
7 *Dolus ei, qui illum fecit, patrocinari non debet.*
8 *Statutum vbi adest disponens, quòd adhiberi debeat proximiorum consensus, & præsentia, quæ requirantur pro annullando actu.*

OBSERVATIO CCXXXIV.

SVbtilis profectò fuit controuersia in causa præsentis loci, an nempè mulier, quæ mediante iuris iurādi religione asseruit: alios consanguineos non habere, qui contractui celebrato interuenire possint, præter eos, qui adhibiti fuerunt, posteà agere possit de illius nullitate probando, quòd proximiores tunc temporis aderant quasi minimè sit satisfactum statuto proximiorum consensum requirenti? quam controuersiam circà etsi *Fulgos. in cons. 119. col. 3. ad med.* alijq; sectantes concludant in specie, quòd contractus valeat, & de dicta nullitate opponi nō possit, cùm isthac ex falsa assertione contrahens ignorans decipi non debeat, neque mulieris dolo
2 succurrēdum sit, quia statutum infirmitati, secùs autem ipsius calliditati opitulari debet, *l. si sine, C. ad S. C. Velleian. l. 3. §. verba, D. eod. tit.*
3 His nihilominùs, & similibus minimè refragantibus contrarium visum fuit verius hic, teste *Authore* nostro, ex rationibus de quibus ibi, verùm ante *num.* 19. adnectit, de prædicta sententia
4 dubitandum esse, ex quo contrahens ignorabat, quinàm verè proximiores essent, prout in dubio
5 præsumitur, quarè iusta ratione credidit illius iuratæ assertioni, *l. 1.* vbi *Bald. & Salycet. C. ad Macedon.* cùm secus esset, si id falsum sciuisset, *Tiraquell. de legibus connub. Gloss. 8. num. 143. & num. 159.* præmittens *num. 141.* quòd quando
6 mulier illorum consensum adhibuit, qui seruata statuti forma in defectum magis proximiorum adhiberi debebant, vnà cùm Iusdicentis decreto, & alijs solemnitatibus requisitis, fraus aliqua contra mulierem considerari non potest, sed potiùs aduersùs contrahentem, cui dolosè assertum fuit, quarè contractus in mulieris præiudicium valere debet, prout etiam eum ante firmauit *Alexand. in consil. 122. num. 2. vers. Tamèn contrà dictos filios, lib. 6.* illa potissimùm ratione suadēte, quia dolus ei, qui illum fecit, patrocinari non
7 debet, quemadmodum *Vlpianus I. C.* statuit in *l. Verùm, 64. §. tempus autē, D. pro socio*, ibi, *Nec enim equum est, dolum suum quenquam releuare.*
8 Quantum verò ad proximiorum consensum, & præsentiam, stante statuto hoc requirente, & nùm pro actu annullando alios adfuisse propinquiores probare sufficiat, vel etiam requiratur, quòd probetur, vt contractus tempore dicti propinquiores habiles essent ad consensum præstandum, & quòd de facili talis consensus adhiberi potuisset? vide quæ dilucida oratione exaraui in *Obseruatione* 38. vbi alia complura ad huiusce loci ornatum enucleata quoque extant.

PROLOGOMEN.

Dotem à patre profectam liberis extantibus ad eū, etiam si filius modicum per tempus matri superuixerit, redire non debere, ex receptis Auctoribus, concludentissimisq; rationibus concluditur, ad ornatum *Martini de Gossio* antiqui Glossatoris sententiam; vnde inanem esse eruditur patris dotantis stipulationem de dote restituenda, & postquàm illa filijs mulieris restituta est, de illius restitutione post filiorum mortē non esse amplius tractandum, sed bene de illorum successione, etiam in terminis vsus Sedilium Capuanæ, & Nidi, quibus peculiaritèr illustratis traditur indè, matrimonio contracto iuxtà memoratum vsum, si mulier cùm filio decedat, qui posteà pupillari in ętate, vel quandocūq; sine filijs decederet, in bonis eidem à matre obuentis, haùd ipsi matri, sed filio succedi, impugnata *Decisione XCII. Dom. Præs. de Franchis*, & quæ personæ dictis in bonis succedant? exponitur. Deniq; in fideicommissis testatoris nè, an grauati proximitas attendatur? & an matris dos in successione aui in nepotis legitimam imputanda sit? demonstrantur.

RERVM SVMMA.

1 *Dos à patre profecta stantibus liberis ad eum non redit secundùm* Martini *Consuetudinem omnibus in Curijs approbatam, & num. 9. & 12.*
Ampliatur etiam si filius modicum per tempus matri superuixerit, vt num. 2. & num. 7.
3 *Conditio vt semel extiterit, sat est, & num. 6.*
4 *Conditionis natura veritatem actus perman ētis non requirit.*
5 *In conditionibus de successū non curatur, sed de initio prioris instantiæ.*
8 *Conditio vno, primoquè actu qualibet in dispositione impletur.*
10 *Consuetudo Martini vbique abomnibus est vsu recepta, vt contrariū asserenti probandi onus incumbat.*
11 *Consuetudo Martini dicitur Ius Commune non scriptum.*
13 *Stipulatio patris dotantis de dote restituenda stantibus liberis nihil operatur.*
14 *Dos postquam ad filiū peruenit dos amplius nō est, nec de eius restitutione vlterius tractari potest.*
15 *Dos postquam filijs mulieris restituta est, de illius restitutione post filiorum mortem amplius tractandum non est, sed illorum successione.*

Am-

Digitized by Google

Ampliatur, etiam in terminis noui vsus Sedilium Capuanæ, & Nidi, vt num. 17.

16 *Dos mortua muliere non est amplius dos, sed proprium filiorum patrimonium efficitur.*

18 *Verbum* Restituatur, *quo vtitur vsus Capuanæ, & Nidi, quomodo accipiatur.*

19 *Verbum* Restitutio *in fideicommissis pro successione vtitur.*

20 *Vir si dotium restitutionem secundùm vsum Capuanæ, & Nidi promittat, non complectitur casum, quo filij post dotes acquisitas in pupillari, vel quandocumque ab intestato, & sine filijs moriuntur.*

21 *Vsus Capuanæ, & Nidi circà dotium restitutionem nihil disponit, sed tantùm circà successionem.*

22 *Dotis restitutio si more Magnatum promissa fuerit, & nihil de successione dictum sit, contrahentes secundùm vsum Capuanæ, & Nidi circà successionem contraxisse censentur.*

Intelligitur, quando contrahentes horum Sedilium honoribus fruuntur, vt num. 23.

Sed limitatur, si ab initio se more Magnatum viuere dixerint, vt num. 24.

25 *Matrimonio contracto iuxtà vsum Capuanæ, & Nidi, si mulier decedat cum filio qui postea pupillari in ætate, vel quandocumque sine filijs decederet, in bonis eidem à matre obuentis, non ipsi matri, sed filio succeditur.*

Contrarium notatur num. 33.

Sed prima opinio probatur num. 34.

26 *Vsus Capuanæ, & Nidi adinuentus fuit, vt parentes à successione excluderet.*

27 Consuetudo si quis, vel si qua, de succession. ab intestat. *quid disponat.*

Anuè procedat patre, vel matre existente in medio? traditur num. 28.

Et an locum habeat, quando matrimonium est contractum secundùm vsum Capuanæ, & Nidi? eruditur num. 29.

30 *Exclusio patris, & matris à successione filiorum ex vsu Capuanæ, & Nidi omninò extinctiua dicitur.*

31 *Vsus Capuanæ, & Nidi quid sit.*

32 *Stipulatio secundùm vsum Capuanæ, & Nidi si fiat per vnum ex successoribus per Consuetudinem vocatis locum facit omnibus æqualibus in gradu, & ab ea Consuetudine vocatis.*

35 *Æquiparatio casus adita, & non aditæ hereditatis, quam facit Consuetudo Nobilium Capuanæ, & Nidi, quomodo intelligatur, & num. 36.*

37 *Consuetudo intelligenda est, vt Commune Ius minus, quàm fieri potest, ledat.*

38 *Hæres semel non potest definire hæres esse.*

39 *Substitutio compendiosa filijs facta censetur per Consuetudinem Capuanæ, & Nidi,*

40 *In fideicommissis quanam proximitas testatoris nè, vel grauati attendatur? & num. 41. & 42.*

43 *Proximiores ex parte matris succedunt in dotibus, aliisque bonis maternis secundùm nouum vsum Capuanæ, & Nidi, & num. 44.*

45 *Dos à patre profecta filiabus quo iure illis debeatur.*

46 *Dos matris in successione aui in legitimam nepotum imputatur.*

OBSERVATIO CCXXXV.

1 OPtimis ICtorum votis, ac Iurium plaudente iustitia conclusum hic extat, laudandam *Martini de Gossio* antiqui glossatoris sententiam, seù consuetudinem, qua sancitur, dotem à patre profectam liberis extantibus ad eum redire non debere, locũ
2 obtinere, etiam si filius modicum per tempus matri superuixerit, quia sufficit conditionem semel
3 extitisse, etsi minimè durauerit, vt *Cæsares* sanciunt *in l. cùm vxori, C. quando dies legat. ced. l. si quis hæredem 7. C. de instit. & substitut.* nàmque ea quippè est conditionis natura, vt non re-
4 quirat veritatem actus permanentis, sed transeuntis, vt tradit *Baldus in Auth. si quis, C. de secundis nuptijs*, quem laudat, & sequitur *Eminentiss. Card. Mantica de tacitis, & ambiguis, conuentionibus, tom. 2. lib. 14. titul. 44. num. 2.* & in conditionibus non curatur de successu, sed de initio prioris instantiæ, *Baldus in l. præcibus, num. 6. C. de impuber. Iason. in dicta l. si quis hæredem, num. 2. Tiraquellus in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, num. 151. de reuocand. donat.* quos sequitur idem *Card. Mantica ibidem, sub dict. num. 2.*

6 Propterea, quia sufficit, quòd conditio semel extiterit, iuxtà laudatum præsentis loci arrestum quoque concludunt *Baldus in l. quod scitis, ante num. 5. C. de bonis, quæ liber. Alexander in cõsil. 115. in fine, lib. 1. & Bertrãdus in consil. 309. nu. 4. vol. 3.* vbi vult, procedere etiam si filij per
7 vnicam horam, immò, & per momentum superuiuant, quidquid in contrarium dixerit *Neuizan. consil. 45. num. 9.* cùm contra illum verior sit opinio, vt attestatur *Ioseph Vrceolus Consult. 7. num. 28.* nominatim laudans præsentis loci determinationem, quam etiam inter alios sectantur *Merlinus de legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 13. sub n. 35. vers. sub dens præterea, Episcop. Riccius collect. 249. vers. Si filij, Rota decis. 642. nu. 5. part. 4. recent.* maximè, quia indistinctè conditionem vno, primoque actu, qualibet in dispositione, etsi
8 nõ duret, impleri, & perfici habetur ex *Põponio in l. boues 89. D. de verb. & rerũ signific. Modestino in l. matrimonij 21. D. qui, & à quibus manum.* & clarè ex *Scæuola in l. hæredibus institutis 77. in princip. D. ad S. C. Trebell.* atque notant *Iason in l. si sic stipulatus, num. 3. D. de verbor. obligat. & in l. si quis hærede, Cod. de instit. & substit.* & iterùm in *consil. 51. num. 14. lib. 3. Tiraquell. in repetit. l. si vnquam verb. susceperit liberos, num. 187. & sequ. C. de reuocand. donation. & in tract. ad dict. l. boues. §. hoc sermone, limit. 16. num. 1. & sequ. Roland. à Valle consil. 68. num. 24. libr. 4. Dec. consil. 87. in primo dubio Surdus consil. 157. num. 20. Rota decis. 582. nu. 17. part. 4. tom. 3. recent. Gabriel. Commun. conclus. tit. de leg. & const. conclus. 2. nu. 41. Vrceol. d. l. num. 29.*

9 Quodùè autẽ liberis extant bus laudata *Martini* consuetudo hodiè commu itèr obseruetur, testantur *Gloss. in l. dos à patre C. solut. matrim. & in l. post dotem*, vbi *Bartolus*, aliique ICti, *D. eodem titul. Barbosa in l. post dotem, num. 47. D. solut. matrim.* scribens, quòd ista consuetudo nõ

est

est probanda,cum generalis sit,& notoria, *Laderch.consil.*131.*vers.Quarè cum stantibus liberis,Giouagnon.consil.*92.*num.*4.*lib.*1. *Guid. Pap.consil.*12.*sub num.*8.*Rota coràm Seraphino decis*815.*num.*11.*& decis.*126.*sub num.*2.*part.* 3.*recent.*vbi,quod est generalis consuetudo, &
10 vbique ab omnibus vsu recepta, & dicenti contrarium seruari particulari in loco, probandi onus incumbit, quod etiam inquit memoratus *Vrceolus vbi supra, sub num.* 25. dicens etiam,
11 quod dicitur Ius Commune non scriptum, ex testimonio *Rota decis.* 459.*num.*9.*& 11.part.* 4.*tom.* 2. & quòd communitèr sit recepta docent etiam noster *Author hic, in princip. & in tom.* 3.*disceptat.forens.cap.* 556.*num.* 35. *Borgnin. Caualcan.decis.*44.*num.*131.*part.* 1. *Antonin. Thesaurus decis.*190.*num.* 3.*&* 4. *Vrsillus ad Afflictum decis.*236.*num.*7.*Hercules Marescotta Variar.Resolut.lib.*1.*cap.*42.vbi,quòd lauda-
12 ta Martini opinio seruatur de consuetudine, nō solùm Italiæ,sed totius Mundi,ex cuius ore hoc etiam dicit *Dom.Regens Capycius Latro in decis.*34.*tom.*1.*sub num.*5.*& sub num.* 7. vbi,quòd hodiè hæc opinio de generali consuetudine seruatur,quod etiam comprobat in *decis.* 175. *sub num.*26.*tom.*2. & dixerant paritèr *Vinius Commun.Opin.*302.*nu.*16.*Capycius decis.* 176. *Costa de remedijs subsidiar. remed.* 66. *num.* 10. *Maxilla in Constit.Barens.incip.Dos à patre*, vbi plenè de hac materia, & demùm post alios, ac nostro Authore laudato exponit *Dom. Reg. Capycius Latro in decis.*117. *num.*13.*tom.*1.
13 Hinc itàque dicimus, quòd si pater dotem dans sibi,suisque hæredibus in omnem casum restitui stipulatur, & matrimonium postèa per mortem filiæ liberis relictis dissoluatur, quia secundùm expositam Martini Consuetudinem dos liberis est restituenda, stipulatio huiusmodi de dote restituenda cessat, & nihil amplius operatur,vt ex *Imola, Baldiquè* sententia edocet *Dom. Consiliar.Capycius in decis.S.C.* 176.*sub num.* 17.quo laudato comprobat *Dom.Consiliar. de Rosa in sua Consultat.*6.*num.*60.ex eo,quia stā-
14 te consuetudine prædicta, dotis restituendæ casum contigisse, firmari non potest, cùm illa postquàm ad filios matre mortua peruenit, dos ampliùs dici non possit,nec de illius restitutione vlteriùs tractari valeat, quemadmodum quoque *Afflict.super Constit.Regn.Fratribus,num.* 7.in specie,qua frater dotem sibi restitui, vti dotanti in omnem casum,stipulatus fuerat: scripsit, rebus ab humanis exempta sorore liberis relictis pacto prædicto locum minimè esse, quia dos ad liberos peruenit,quod etiam sequitur *Barbosa in l.*1.*part.*2.*num.*36.*in fin.D.solut.matrimon.*
15 Vndè optima methodo dirigente traditur,dotes postquam mulieris filijs restitutæ sunt, haùd ampliùs de illarum restitutione post filiorum mortem, sed de illorum successione tractandum esse,quia dos muliere defuncta non est ampliùs
16 dos,sed proprium filiorum patrimonium efficitur,ad *textum in l.*1.*§.veteres,D.de acquir. possess.*Idque etiam in terminis noui vsus Platearum
17 Capuanę,& Nidi,ex traditis per *Dom.Reg.Rouitum in consil.*99.*nu.*9.*tom.*1. *Dom. Reg.Merlin.Controuers.Forens.tom.*2. *cap.*49. *num.*21. *Dom.Consiliar.Carleual.in Apolog. impressa post tom.*2.*de iudicis sub num.* 27. *vers. Multo melius, Dom.Consiliar. de Rosa vbi supr. num.*
18 58.nil refragante,quòd nouus ille vsus *restitutionis* verbo vtatur,dùm dicitur,quòd morientibus filijs in pupillari ætate,vel quandocumque ab intestato,dos restituatur,vt in verbis per D. *Mattheum de Afflictis* relatis *in decis.S.C.*237. ac per *Dom.Præs.de Franchis decis.*92.*num.*1. etenim illa non est dotis restitutio, quæ à viro fieri debet,sed benè maternorum bonorum restitutio filijs facienda:quapropter haùd restitutio, sed
19 successio nuncupanda est, ad similitudinem fideicommissi,in quo restitutionis verbo pro successione vtimur,vt omnibus innotescit,&ad rem obseruat memoratus *Dom. Consil. de Rosa loc. c.num.*61.adijcens Iuris intellectui repugnare, vt maritus, vel eius hæredes, postquam dotem mulieris filijs iam restituerint, ad iterùm dotes restituendum teneantur,quæ ampliùs non sunt dotes,sed proprium filiorum patrimonium.
20 Quamobrem si vir dotium restitutionem in tabulis nuptialibus in omnem casum soluti matrimonij,scilicèt secundùm vsum Capuanæ, & Nidi promittat,nihilque de filiorum successione adijciat,illa promissio præfatum casum, quo filij post dotes acquisitas matre mortua in pupillari, vel quandocumque ab intestato,& sine filijs moriuntur,minimè comprehendit, cùm tunc casus restitutionis dotium iam restitutarum non fiat, sed benè successionis,qui diuersus est: nec adiectio illa secundùm vsum Capuanæ, & Nidi aliquid importat, etenim consuetudo prædicta nil
21 circà veram dotium restitutionem,sed tantùm circà successionem dispositi, vt *Dom.Reg.Rouit. Dom.Reg.Merlin.& Dom.Consiliar. de Rosa* annuunt in *sedibus indicatis*:quemadmodū è cō-
22 uerso,vbi partes,etsi dotium restitutionem Magnatum more promiserint (qui diuersus est ab vsu Capuanæ, & Nidi)si nihil de successione dixerint,ad vsum Capuanę, & Nidi circà successionem contraxisse censentur,si horum Sedilium
23 honoribus,& prærogatiuis potiantur, vt palàm fit ex decisis per Sacrum Consilium in causa D. Marię de Aualos,vbi cōtracto matrimonio more Magnatum, ex quo de successione nihil erat dictum de tali more, & quia contrahentes erant de Sedilis Nidi,quò ad eam intelligi debuit contractum secundùm Morem Capuanæ, & Nidi, vt refert *Fabius de Anna in consil.*118.*num.* 5. defenditque hoc idem *in consil* 2.92. 119. & sequuntur *Dom.Præs.de Amato in consil.*26.*Dom. Consiliar.Theodor. allegat.*1.*num.*62.*& allegat.*79.*num.*89.*& sequ.* approbatque *Dom. Reg. Merlin. vbi supra num.* 20. sicuti etiam *Dom. RegCapycius Latro in decis* 35.*num*22.& cōferunt *Dom. Reg. Tapia in decis. S. C.*56.*& Dom. Consil. Petra super Ritibus MC.V.tom.* 1.*Rit.*1.*sub num.*59. nàm tacitum,quod ab expresso deducitur,pro expresso habetur, *Sese decis.Aragon.*37.*num.*9.*Tiraquell.de LL.connubial.glos.*5.*num.*172. etsi aliud sit in casu, vbi
24 partes ab initio se viuere Magnatum more dixerint,ex quo tota dispositio regulanda est, vt inquit *Dom.Præs.de Amat.in cit.consil.*26. *in fin.* & firmat *Dom.Reg.Capycius Latro l.c.num.*23.
25 Ex quibus modò iure merito dicendum accenit, matrimonio contracto iuxtà memoratum nouum vsum Capuanæ,& Nidi, si mulier cùm filio decedat,qui postèa pupillari in ætate, vel

quan-

Digitized by Google

quandocumque sine filijs decederet, in bonis eidem à matre obuentis haùd ipsi matri, sed filio, sicque vltimo decedenti succedi, cùm succedendi ordo per huiusmodi morem non sit mutatus, qui adinuentus fuit dumtaxàt, vt parentes à succes-
26 cessione excluderet, & etiam ijs existentibus *Consuetudini si quis, vel si qua*, ac bonorum distinctioni locum faceret, nàm cùm consuetudo prædicta agnationi fauens statuisset, vt defuncto
27 proximiores ex parte patris in bonis omnibus succederent, exceptis tamèn ex parte matris obuenientibus, in quibus materneę lineæ coniunctos vocauit, equitate id suadente, vt bona eò, vndè egressa erant, redirent: cumque demùm dispo-
28 sitio ist hæc patre, vel matre in medio existente ex Prudentum interpetratione locum non habebat, vt *Napodanus* probat in *cit. Consuetud. si quis, vel si qua, num.* 180. *&* 183. *& seq.* quem vnico plaudente consortio insectantur, ac decisũ referunt *Dom. Præs. de Franchis decis.* 91. *Dom. Reg. Capycius Latro decis.* 61. *Marta de succession. legal. part.* 2. *quæst.* 3. *art.* 10. & post alios copiosè prosequuntur *Ann. Alleg.* 117. *Dom. Consiliar. Prouenz. al. super cit. Consuetud. obseruat.* 22. *Dom. Consiliar. Marcian. consil.* 1. *num.* 20. *lib.* 2. *Dom. Consiliar. Pratus libr.* 1. *disceptat. forens. cap.* 41. *num.* 4. *& libr.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. *Dom. Gizzius ad Reg. Capyc. Latro l. c. nu.* 1. *& Dom. de Luca ad Præs. de Franchis vbi supr. num.* 1.
29 ideò Nobiles Sedilium Capuanæ, & Nidi volentes, vt prædictæ Consuetudinis dispositioni locus esset patre, vel matre in medio etiam existente, vti cæperunt pactione parentum exclusiua stabilientes, vt nuptialibus in tabulis parẽtes ipsi à successione filiorum intestato morientium mutua renunciatione inuicem se excluderent, ad hoc vt ipsis è medio sublatis, & vita quasi functis, prænominatæ Consuetudinis dispositioni locus fieret, quemadmodum diserte elucidant *Dom. Reg. de Ponte consil.* 61. *sub num.* 23. *&* 75. *Dom. Reg. de Marinis Quotidian. Resolut. libr.* 2. *cap.* 192. *num.* 7. *&* 8. *Dom. Consiliar. de Anna consil.* 119. *à num.* 2. *Dom. Consiliar. de Georgio Allegat.* 23. *nu.* 17. *Dom. Consiliar. Prouenz. al. vbi supr. obseru.* 25. *num.* 4. *& sequ. Dom. Consiliar. de Rosa l. c. num.* 70. vbi, quod nouus hic vsus nihil aliud introduxit, nisi parentum renunciationẽ
30 omninò abdicatiuam, & extinctiuam, reliquens successionem in beneficium eorum, quos *Consuetudo* prædicta *Si quis, vel si qua*, vocat, adeò
31 vt huiusmodi nouus Capuanæ, & Nidi vsus nihil aliud sit, quàm successio iuxtà *Consuetudinem Si quis, vel si qua*, addita parentum exclusione: vndè *Camillus de la Ratha in consil.* 115. *num.* 20. *& sequ.* notanter scripsit, quòd etsi sti-
32 pulatio secundùm vsum Capuanæ, & Nidi fiat per vnum ex successoribus per Consuetudinem vocatis, nihilominus locum facit omnibus equalibus in gradu, & ab ea consuetudine vocatis.

33 Nec expositæ nostrę conclusioni obicem facit *Dom. Præs. de Franchis* dum in *decis.* 92. *in* 2. *dubio*, per Sacrum Consilium decisum refert, matrimonio contracto iuxtà vsum Capuanæ, & Nidi, mortua primùm matre, & post decedente filia hæreditate matris adita succedi matri, & nõ filiæ; Propterea quòd omisso, quòd de isthac cõclusione valdè dubitent *Dom. Reg. de Ponte consil.* 61. *Dom. Reg. Capycius Latro consultat.* 20. *tom.* 1. *Dom. Consiliar. Theodor. allegat.* 1. *num.* 9. *Dom. Consiliar. de Giorgio allegat.* 23. *nu.* 24. & acriter impugnet *Dom. Consiliar. Carleual in apologia impressa post* 2. *tom. de iudicijs, ex nu.* 26. *& seqq.*

34 Respondetur, Consuetudinem Nobilium Capuanæ, & Nidi relatam per *Afflict. in decis.* 237. cui innititur dicta decisio, haùd decidere, cui succedatur, neque de successione verbum aliquod continere, sed de dotium dumtaxàt restitutione agere: & nullatenùs, quis dotem restituere debeat, sed quibus restituenda sit, definire, vt ex ipsius Consuetudinis lectura clarè constat; vnde dùm laudatus *Dom. Præs. de Franchis sub num.* 5. pro contraria sententia dicit, à verbis prædictę consuetudinis, cum clara sint, recedendum haùd esse, ex *textu in l. non aliter*, D. *de legat.* 3. & dicta verba, cui succedatur, non decidunt: nostram sententiam ipsemet confirmare videtur; Nec illius decisionis argumentum, quòd nempè prę-
35 nominata Nobilium Consuetudo æquiparat casum, quòd adita sit, vel non sit adita matris hæreditas, expositæ sententię aduersatur: etenim illa casum dumtaxàt aditæ, vel non aditæ hæreditatis matris æquiparat, quò ad obligationem restituendi dotes, vt videlicèt vtroque in casu dotes dotantibus restitui debeant: scilicèt hæreditas cùm à filio, vel filia non fuerit adita, restitutio à marito, vel ipsius hæredibus fiat, quod sub Iuris Communis dispositione relinquitur; cùm verò hæreditas adita fuerit, à filiæ, vel filij hæredibus restitutio fiat; quod ex traditis ab *Afflict. in cit. decis.* 237. *num.* 1. euidenter colligitur. Et quam-
36 uis dicatur, mortuis filijs pupillari in ætate, ac si in Mundo haùd fuissent considerari: hoc tamẽ intelligitur quò ad dotantium exclusionem, aùt impediendam restitutionem, quæ ipsis fieri debet, secùs verò quò ad alia, vt optimè enucleat memoratus *Dom. Consiliar. Carleual. l. c. sub n.* 28. manifestè id probans ex eo, quòd si filius ille pupillus extra matris dotes alia bona, aùt donatione, aùt legato, aùt hæreditate, extranei quæsita habuisset, certè, ac si in Mundo fuisset, iudicaretur; tunc enim illis in bonis extra dotem pater tanquàm proximus agnatus succederet.

37 Quæ quidem conclusio ex eiusdem *Dom. Præs. de Franchis* sententia conualidatur, dicit enim in *decis.* 640. *num.* 9. consuetudines ità intelligendas esse, vt Commune Romanorum Ius minus, quàm fieri potest, lædant; igitùr si filia se-
38 mel hæres non possit desinere hæres esse, vt *Caius, & Pomponius II. CC.* expressè decidunt in *l. ei, qui soluendo* 88. D. *de hæredib. instit. & in l. Etsi sine dolo* 8. *§. sed quod Papinianus*, D. *de minorib.* 25. *ann.* multo melius intelligitur succedi filię, quæ matris hęreditatem adierat, tanquã grauatę restituere dotantibus bona ex matris hęreditate acquisita, in casu obitus ab intestato sine liberis: nè nulla noua prædefunctæ matris dispositione existente nouum hæredem habere inciperet.

39 Denique constabilitur ex doctrina *Dom. Reg. Io: Francisc. de Ponte in consil.* 61. *num.* 54. quam sequitur *Dom. Reg. Capycius Latro in citat. consultat.* 20. *num.* 7. vbi, quòd per Consuetudinem Sedilium Capuanæ, & Nidi facta est filijs compendiosa substitutio, in qua pupillaris continetur nedùm comprehensiuè, sed expressiuè; Igitùr fa-

Digitized by Google

&o subſtitutionis caſu alteri ſuccedi, quàm pupillo defendi non poteſt, & perconſequens ſecũdùm prædictam Conſuetudinem vltimo morienti ſucceditur: etſi enim diſputatio, nùm in fideicommiſſis teſtatoris nè, an grauati proximi-
40 tas attẽdatur? ſit vna ex ijs, quam DD. ſciſſis hinc indè ſententijs acritèr diſputant, nàm & teſtatoris proximitatem attendi debere, plerique contendunt: & pro grauati proximitate rurſùs alij non minori numero pugnant, vt hoc DD. diſſidium videri poterit præſertim apùd *Fuſar. de ſubſtitution. quæſt. 484. Peregrin. de fideicommiſ. art. 20. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 12. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 24. in fin. Amat. variar. reſolut. lib. 1. cap. 10. Molfeſ. ſuper Conſuetud. Neapol. part. 4. quæſt. 56. in addit. tom. 2. Caſtill. controuerſ. Iur. libr. 5. cap. 93. §. 13.* Negari tamen non poteſt, hoc in articu-
41 lo veriorem, & magis æquam ſententiam eſſe, vt ſucceſſio non à grauantis, ſed grauati perſona reguletur, vt poſt *Bartholomeum Socinum*, qui huiuſce opinionis primus fuit aſſertor, & acerrimus propugnator in *l ſi cognatis, D. de rebus dubijs, & in conſil. 249. lib. 2. ſub nu. 11.* latè alijs pariter adductis defendunt *Clarus in §. teſtamẽtum, quæſt. 76. num. 14. Reg. de Ponte conſil. 154.* vbi alegat famoſum *Rolandi conſilium 100. lib. 1. Rota Roman. deciſ. 72. diuerſ. part. 1. & apùd Farinac. deciſ. 631. part. 2. Magon. deciſ. Florent. 38. & Lucenſ. 83. Viuius deciſ. 295. Peregrin. dict. art. 20. num. 9. Molin. vbi ſupr. Marta de ſucceſſion. legal. part. 4. quæſt. 10. art. 1. nu. 15. Cauall. commun. contra commun. lib. 1. cap. 398. Florez Diez de Mena libr. 1. var. cap. 19. nu. 28. Fuſar. loc. cit. ſub num. 15.* quamque opinionem communem appellat, & ab ea in iudicando, & conſulendo recedendum minimè eſſe, inquit *Dom. Reg. Capycius Latro in cit. Conſult. 20. nu. 5. tom. 1.* pro vt etiam cæteri, quos refert *Barbat. de fideicommiſſ. & maiorat. part. 2. cap. 1. num. 5.*
42 Bene tamen verum eſt, quòd multoties contraria opinio admittenda eſt in caſu, quo nulla diſponentis aperta fuiſſet mens, ſed interpetratio à Iuris præſumptione penderet, vt in caſibus lato calamo ediſſertis per *Antonin. de Amato in cit. reſolut. 10. per totam*, nec non per *Dom. Reg. Capycium Galeot. Controuerſ. 11. tom. 1. & Dom. Conſiliar. de Roſa conſultat. 2.*
43 Dein igitùr cùm quærimus, mortuis filijs ab inteſtato abſque liberis, quinàm in dotibus, alijſque bonis maternis ſuccedere debeant ſecundùm nouum vſum Platearum Capuanæ, & Nidi? iam hoc exarauit noſter Athleta *Napodanus in cit. Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, num. 198. & 204.* vbi, ait, eſſe proximiores hęredes mulieris: & clarius *num. 222.* dicens, *mortuis communibus filijs inteſtatis ſine prole legitima ſoluto matrimonio per mortem matris, eorum proximiores eis ex parte matris ſuccedent in dotibus, tanquam in bonis maternis, & proindè agent contra patrem condictione ex hac lege noua, ſi quis, vel ſi qua, etſi pater opponeret paternitatem, replicabunt, quòd non cenſeatur eſſe in medio, ex quo ſe ex-*
44 *cluſit.* ità que dubio procùl ſucceſſores in dotibus, alijſque bonis maternis erunt proximiores mulieris, parentibus inuicem excluſis, vt in terminis dicti noui vſus inquiunt *Afflict. in deciſ. 202. in princ. in deciſ. 237. in princ. & in Conſtit. In aliquibus, num. 36. Praſ. de Franch. deciſ. 92. & deciſ. 537. num. 7. Conſiliar. de Anna conſil. 2. num. 3. 16. & 17. & conſil. 92. ſub num. 1. & conſil. 118. num. 6. & 7. & conſil. 119. num. 3. & ſeqq. Reg. Rouit. deciſ. 100. num. 12. Reg. Capycius Latro conſult. 20. num. 17. tom. 1. Conſiliar. Theodor. allegat. 1. & allegat. 79. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 202. verſ. quòd conſuetudo iſta,* & cæteris omiſſis exponunt Additionatores ad eamdẽ Conſuetudinem, nempè *Marin. Frecc. in addit. incipient. Ad Conſuetudinem, pag. 130. & in alia incip. Nota ex dictis, pag. 133. Anton. de Alexandr. in addit. incip. Nota, quòd renunciatio, pag. 134. Io: Angel. Piſanell. in addit. incip. verſ. & ſic nota cõcluſionem, pag. 128. & Camill. Salernus pag. 137.*
45 Cœterùm, cùm in huius obſeruationis exordio firmauimus: dotem à patre profectam liberis extantibus ad eum redire non debere, optimo aſſociante voto dicendum conſequitur, quod hoc caſu filijs debetur non vti matris hæredibus, nec ex propria eorum perſona, ſed ex iure prouenięte ab Auo dotante, à quo finguntur quodammodò dotalia bona auocari, & in nepotes transferri, qui proindè eadem bona inlegitimam imputare
46 tenentur, vt *Bartol.* tradit in *l. in quartam 90. num. 12. verſ. Praterea*, & ibi Ripa *num. 190. & 191. Pic. num. 212.* & cæteri ICti ſcribentes, *D. ad l. Falcid.* aliorumque complurium auctoritate ſuffultus communi Doctorum voto receptũ dicit noſter *Author in citato cap. 556. num. 36.* pro vt quoque *Honded. conſil. 32. & conſil. 35. lib. 2.* & dilatis fimbrijs tuetur *Theſaurus deciſ. 237. per tot.* cui ſe remittit *Conſiliar. Paſchalis de viribus patria poteſtatis, part. 2. cap. 4. num. 153.* multis probat *Surdus conſil. 206. Alexand. Trẽtacinqu. conſil. 48.* diſertè poſt alios edocet *Capycius in deciſ. 176. num. 24. & 25.* nec non *Anton. Faber in Cod. lib. 2. tit. 3. de pactis, diffinit. 14. & 15.* & inter alios inquiunt *Cutellus de donationibus contemplat. matrim. tom. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 25. ſub n. 12. verſ. Secundò arguo, in fine. Michalor de duobus fratribus part. 1. cap. 40. n. 9. Mangil. de imputation. quæſt. 8. Cacer. variar. reſolut. part. 1. cap. 3. de legitima, ſub num. 62. verſ. At verò.*

PROLOGOMEN.

Compromiſſum cùm fit in duos, & vtrique facultas datur eligendi tertium in caſu diſcordiæ, quibus in caſibus ſubſiſtat: & laudum ſi ab vno ex Arbitris, & tertio electo feratur, altero abſente, nùm validum dici poſſit? peculiari calamo oſtenditur.

RERVM SVMMA.

1 *Compromiſſum cùm fit in duos, & vtrique datur facultas eligendi tertium in caſu diſcordiæ, nullum dicitur, & num. 4.*
Ampliatur, tametſi poſt diſcordiam in tertia perſona eligenda concordauerint, vt num. 5.
Sed reſtringitur, quando compromiſſum fit in duos, & facultas eligendi tertium in caſu diſcordiæ vni conceditur, vt num. 3.

Prout

Digitized by Google

Prout quoque, cùm illud non in Arbitris, sed in Arbitratoribus factum fuerit, vt num. 7.

2 *Compromitti non potest in duos, vt tertium eligant incertum*

6 *Compromissum valet data potestate vni Arbitro duos mediatores eligendi.*

8 *Iudicium dicitur, quod fit coràm Arbitris. Contrarium in eo, quod fit coràm Arbitratoribus, vt num. 10.*

9 *Instantia iudicialis, quòd euanescere possit, incõueniens est.*

11 *Laudum nullum est, si ab vno ex Arbitris, & tertio electo feratur altero absente, & decisum refertur num. 13.*

Ampliatur, quamuis tertius ille legitima citatione interpellatus fuisset, vt num. 12.

OBSERVATIO CCXXXVI.

EX priori huiusce loci conclusione firmatur optimè, cùm fit compromissum in duos, & vtrique facultas datur eligendi tertium in casu discordiæ, tunc compromissum, & successiuè laudum nullitati obnoxiũ esse, quia compromitti non potest in duos, vt eligant tertium incertum, cùm in assumendo dissentire possint, *l. item si vnus 19. §. si in duos, D. de arbitris, cap. innotuit, extrà eodem tit.* ex quibus iuribus sic decisum refert *Card. Caualer. decis. 327. num. 5.* quem refert, & sequitur nouissimè *Dom. Rodoerius ad Dom. Reg. de Marinis Quotid. Resolut. tom. 1. cap. 236. num. 1.* de cuius equidem conclusionis veritate, quia iurium, rerũque iudicatarum authoritate nititur; haùd ambigimus.

1 2

3 Limitationem autem eo in casu habere opinamur, quando compromissum fit in duos, & facultas eligendi tertium in casu discordiæ vni ex Arbitris conceditur: idquè recensitis iuribus minimè refragantibus, propterea quod illorum dispositio procedit dumtaxàt, quoties facultas eligendi

4 tertium duobus data fuit, vt apertè relatis in iuribus habetur: secùs verò si vni talis potestas data sit, quandoquidem vnum inter, alterumque casum potissimum adest discrimen, siquidem, quãdo duobus eligendi facultas data est, dissentire possunt, vt dicitur in citato *§. si in duos*, vndè traditur, quòd etsi posteà cõcordes fuerint in eli-

5 genda tertia persona, non tamen arbitrium tenet, cùm sufficiat, vt discordare potuerint; quæ ratio cessat equidem in casu, quo vni talis potestas data est, nàmque nemo sibi ipsi dissentit, pro qua etiam sententia adest *textus in cap. penult. de ar-*

6 *bitris*, vbi compromissum valet data potestate Arbitro, siue Arbitratori electo, sicque vni duos mediatores eligendi, pro vt *textum* illum intelligit ibi *Gloss. final. in fin.* & opinionem hanc tenet *Imola in dicto cap. penult. sub nu. 7. vers. Et ideò, & vers. Tertius intellectus*, quam demùm post *Goffred. ibidem, & Bald. in dict. §. si in duos*, ab omnibus impugnationibus, quæ fortitàn afferri possent, defendit, & comprobat *Dom. Regens de Marinis Quotid. Resolut. tom. 1. cap. 236. num. 3.*

7 Rursùs aliam limitationem habere desumitur ex dicto *cap. penult.* secundùm primam lecturã *Gloss.* in casu scilicèt, quo haùd in Arbitris, sed in Arbitratoribus factum fuerit compromissum: discriminis rationem eam esse tradit *Abbas in*

8 *eodem cap. penult. sub num. 2.* quia coràm Arbitris est iudicium, seù quasi, *l. 1. D. de arbitr. cap.*

9 *cùm dilectus, extrà eod.* vndè inconueniens est, quòd iudicialis instantia euanescere possit: co-

10 ràm verò Arbitratore non est iudicium, vt illic *Gloss.* tradit, sed amicabilis quædam compositio, iuxtà ea, quæ latè Ipse elucidaui in *Obseruat. 82.* & ideò cessat ratio, nè iudicialis instantia euanescat: quare ità dicendum esse tenuerunt *Fulgos. in citato §. si in duos, sub nu. 2. & 3. Roman. singular. 163. incip. Tu habes cap. innotuit, Abb. in dict. cap. penult. sub num. 1. & 2.* etsi de iuris subtilitate dubitet, post *Hostiens. in summa dict. titul. in §. qualitèr constituatur, num. 8. vers. Potest & illud dici, Monach. in Rubr. de Arbitr. in sexto, sub num. 45.* ad idemque allegatur *Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœn. nomin. in lectur. antiqu.* quos omnes memorat laudatus *Dom. Reg. de Marin. d. l. num. 8.* Hactenùs circà propositam priorem conclusionem.

11 Modò ad aliam paritèr hic firmatam (quæ statuit, laudum nullitate scatere, si ab vno ex Arbitris, & tertio electo feratur altero absente) conuolando, dicimus, sententiam hanc expresè sectari à *Specul. in tit. de Arbitr. §. sequitur, vers. Sed pone, Abb. consil. 77. lib. 3. Blanc. de compromiss. quæst. 9. num. 35. Marant. in Speculo aureo, part. 4. quæst. 5. tit. an sit iudic. ciuil. vel crimin. num. 32. Bald. consil. 9. vol. 6. & consil. 32. vol. 4.* qui illic sermocinat de laudo trium, quarto absente, *Card. Tusch. Practic. Conclus. lit. A.*

12 *conclus. 464.* qui autumat, satis non esse, tertium legitima citatione interpellatum fuisse, cùm de Iure Ciuili illius interuentus omninò exquiratur, *Anton. Gabr.* qui decisum attestatur in eius Senatu *libr. 2. Cod. tit. 38. de Arbitr. diffinit. 3.* & aduertit, interpellationem minimè sufficere, sed dùm compromissum receperat cogendum, non interpellandum fore, *Viu. decis. 380. Borrell. in summa decis. tit. 63. num. 347. Ioan. Baptist. Ciarlin. Controuers. forens. cap. 27. num. 1. Cyriac. cõtrouers. 559. tom. 1.* quos omnes insequitur *Dom. Consiliar. Petra super Ritibus M.C.V. tom. 1. Rit. 53. sub num. 5.* vbi sententiam hanc tuetur in famigerata causa, siue disceptatione illa successionis Ioseph Preite nullis confectis tabulis supremis, nec susceptis liberis defuncti, orta inter Iacobum Figliola Actorum Magistrum Sacri Cõsilij, & Elienoram Preite coniuges, & mortui sororem, quæ in fratris gratiam amplam emiserat renunciationem, omnibus clausulis vallatam, & Antoniam Preite vxorem Hieronymi Petrone Ioseph prædefuncti quoque sororem, quæ minimè renunciauerat: quæ causa cum fuisset compromissa in personas V.I.D.D. Iulij Cœsaris Casalę, D. Ioseph Carauitę, D. Fuluij Caraccioli, (quorum postremus, post alia munera præclarè, & solertissimè gesta, Anno M.DC. LXXVI. ab Hispaniarum Inuictissimo, Summo, atq; Catholico Rege D.N. huius viri meritorum magnitudine adducto, ad dignissimum Diuæ Claræ Consiliarij munus electus fuit) per duos ex tribus, absque Doctoris Iulij Cœsaris interuentu prolatum fuit laudum in beneficium Elienoræ: vndè laudatus *Dom. Consiliar. Petra*, laudum illud nullitate scatere, aperto marte contendit, & tan-

Digitized by Google

13 dèm refert, sub die 10. mensis Octobris 1657. facta relatione in S. C. per Dominum Consiliariũ *Aloysium Gamboa*, fuisse eiusmodi latum decretum, *S.C. declarat, laudum esse nullũ, & proindè procedatur in S.C.* penès Actorum Magistrũ Anellum de Fusco.

PROLOGOMEN.

Auxiliarẽ *Authẽ Res quę, C. commun. de legat.* dispositionem in dote confessata locum minimè habere innuitur, cùm de bonorum perpetua custodia peragatur. Decreta, quæ in mulierum, minorumuè contractibus interponuntur, etsi excussis, probatisque causis, nec non separata in scriptura adhiberi debeant: de consuetudine tamen, quòd huiusmodi in contractibus consanguineorum præsentia interuenerit, sat esse edocetur.

RERVM SVMMA.

1 *Maritus confessus dotem se ab extraneo recepisse an non numerata dotis exceptionem opponere possit.*
2 *Confessio mariti ergà socerum de dote recepta nùm simulata præsumatur.*
3 Textus in Auth. Res quæ, C. commun. de legat. *nùm locum habeat in dote confessata. Negatiuè traditur num. 6. & 8.*
4 *Decretum Iudicis nùm in mulierum, minorumuè contractibus probatis, & excussis causis, & in scriptura separata interponendum sit. Affirmatiuè notatur num. 10. Sed fallit de Consuetudine vt num. 11. & 12.*
5 *Proximiores vocati à statuto nùm intelligantur proximiores in successione.*
7 *Fideicommissum subuerti non potest per confessionem de dote recepta.*
9 *Bona fideicommisso supposita tàm pro constitutione dotium descendentium, quàm pro earum restitutione obligari, & alienari possunt.*
13 *Consuetudo quodcumque positiuum ius tollere potest.*
14 *Consuetudo, vt decretum interponatur sine scriptura causæ cognitionis valet. Sed procedit vt num. 15.*
16 *Clausula* Omni meliori modo, *in decretis eumdem effectum habet, ac si dicatur, cum causæ cognitione.*

OBSERVATIO CCXXXVII.

QVinque articuli principalitèr in controuersiam deducti fuerunt in causa præsentis loci, quemadmodùm ex eius lectura desumitur, quorum prior talis est, an maritus, quando post contractum matri-
1 monium se dotem ab alio, quàm ab ipsamet muliere recepisse confessus est, dos verè numerata præsumatur, ità vt numeratæ dotis exceptio non
2 competat? Secundus, an mariti confessio ergà socerum de dote recepta, simulata præsumatur? Tertius, nùm dispositio *Auth. res quæ, C. commun. de legat.* locum habeat in dote confessata, ità vt per
4 eam fideicommissum subuertatur? Quartus, an Iusdicentis decretum in scriptura separata interponendum sit, causis probatis, & excussis? Quintus denique, & vltimus, nùm proximiores vocati
5 à statuto circà consensum in contractu adhibendum, intelligantur proximiores in successione? Quos omnes percurrere, eosque nostris adaugere scholijs animo esset, sed quia eos circà nonnulla sparsim his in nostris *Theorico-Practicis Obseruationibus* lato calamo cõgessimus, & præcipuè in *Obseruatione* 103. vbi sermocinauimus de attinentibus ad primum, & secundum articulum, & de spectantibus ad quintum verba fecimus in *Obseruatione* 38. Sedet igitùr magis, vt de concernentibus ad tertium, & quartum nonnulla notemus, itàque
6 Circà præpositum tertium articulum breuitèr dicimus, memoratam *Authentica* dispositionem in dote confessata locum minimè habere, iuxtà votum præcipuè *Bal. de dote, part. 6. priuileg. 13. num. 3.* qui ità in specie tenere dicit, & ità sæpissimè consuluisse testatur, nàm per talem confes-
7 sionem subuerti minimè dicitur fideicommissũ ex dispositione dictæ *Auth. Res quæ*, cuius dispositio haùd in dote confessata, sed in dote vera
8 procedit dumtaxàt, ex eo præsertim, quia de bonorum perpetua custodia peragitur, siquidem triste maximum deplorandum est, auitas, paternasq; domos, & prædia in alienas manus peruenire, ad *textum in l. in fundo 38. D. de rei vindicat. l. si in empt. 35. D. de minoribus, l. lex quæ 22. C. de administr. tut.* & concinunt, quæ latè, peritèque enucleat *Philippus Knipschilt de fideicommiss. famil. nobil. cap. 7. ex num. 1. cum seqq.*
9 Vndènostros inter Iurisprudentię Peritos maxima cum discussione controuersum fuit, nùm bona fideicommisso supposita obligari, & alienari possint tàm pro constitutione dotium descendentium, quàm pro earum restitutione? etsi deindè bonis liberis minimè extantibus, cõclusiuam sententiam veriorem esse arbitrati sint, quam præsertim sectantur *Bartol. in dicta Auth. Res quæ, num. 4.* & ibi *Curtius iunior num. 15. Padill. nu. 59. & sequ. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater, num. 14. D. de liber. agnosc. Intrigl. decis. 4. Seraphin. decis. 666. Mastrill. decis. 256. nu. 11. Merlin. decis. Lucens. 97. Menoch. de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 189. num. 28. cum sequ.* vbi ità ferè Doctores omnes tenere inquit, & quòd ità est communis interpretum Schola dicit *Peregrinus de fideicommiss. art. 42. nu. 45.* quemadmodùm etiam *Costa de remedijs subsidiarijs, Remed. 6. num. 3. Petra de fideicommiss. quæst. 8. num. 394.* vbi communem quoque asserit, & hãc magis sibi probari, eamque semper in praxi obseruatam post *Angel. Paul. de Castr. Socin.* alios-que, dicit *Fusar. de substitutionib. quæst. 531. num. 7. Marta*, qui alios complures manuduxit in *tract. de successione legal. part. 4. quæst. 21. art. 10. num. 4. cum sequ.* & denique cæteris breuitatis causa omissis sectatur latè noster *Author in tom. 2. disceptat. forens. cap. 331.* attestans *num. 4.* sententiam hanc tanquàm magis æquam sectatam fuisse Rotam coràm Cardin. Lancellotto Romana fideicommissi 18. Maij 1607. vbi etiam dicitur, ità tenuisse Rotam Florentinam.
10 Circà autem indicatum quartum articulũ summo verborum compendio quoque rescribimus,

quòd

Digitized by Google

quòd tametsi decreta, quæ in mulierum, minorumuè contractibus interponuntur, excussis, & probatis causis, nec nō in scriptura separata adhiberi debeant, vt *Cæsares* rescripserunt in *l. minorum possessionis 6. C. de prædijs, & alijs rebus minorum*, & affirmant *Iason in l. nec quidquam, §. vbi decretum, num. 71. D. de offic. Procurat. Carneus cons. 71. num. 4. lib. 3.* cùm alijs à *Roland.* relatis in *consil. 33. num. 10.* quos sequitur *Iacobus Menochius de recuperanda possessione*, *Remed. 15. num. 148.* nihilò tamen minus de consuetudi-
11 ne sufficiens est, quòd huiusmodi in cōtractibus cōsanguineorum præsentia interuenerit, de quorum consilio alienationes fiunt, à quibus Iusdicens informationem habuisse præsumitur, prequia eorum iurisiurandi religione circà contractus vtilitatem, & necessitatem, ex qua relatione omnia decreta saluantur, ità vt non sit alitèr facienda scriptura separata de huiusmodi causæ cognitione, *Imola consil. 99. num. 6. Ruin. consil. 41. in fine, lib. 5. Alexand. cons. 80. num. 10. & 11. lib. 5. Gabriel de sententia, concluſ. 5. num. 34.* quos sequitur cōprobantia complura latè adnotans *Gratianus* noster Author in *tom. 1. discept. forēſ. cap. 153. ex num. 4. cum ſeqq.* iterùmque in *tom. 3. cap. 555. ſub num. 12.* & ità de consuetudine seruari dicit *Card. Puteus in decis. 34. lib. 1.* quod in negotio quantumuis graui locum obtinere haùd
12 ambigitur, cùm semper præsumatur habita informatione de causæ veritate, quamuis in scriptis minime redacta, à consanguineis stante dicta cōsuetudine, per quam positiuum ius contrarium disponens tolli potest, vt latissimè concludit *Surdus in decis. 334. ex nu. 3. cùm pluribus ſeqq.* quem laudat, & sequitur noster *Author in citato cap. 153. ſub num. 15.* præmittens *num. 14.* quòd nul-
13 lum est ius positiuum, quod consuetudine tolli non possit, ex *l. de quibus, §. final. de LL. Bald. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 3. de prohib. feud. alienat. per Feder. Socin. Iun. consil. 65. num. 29. lib. 3. Hippol. Rim. consil. 51.*
14 *num. 3. lib. 1.* & de validitate prænominatæ consuetudinis sermocinatur idem noster *Author ibidem, num. 13.* aduertēs tamen *num. 16.* verum esse, quòd in decreto aliqua mentio causæ cogni-
15 tionis requireretur, quia Iusdicēs ipso in instrumenti actu se informare debet, contractum in minorum vtilitatem cedere; & sufficiet si in de-
16 creto adsit clausula *omni meliori modo*, aùt similis, nàm per eam eumdem effectum habemus, ac si dictum fuisset cùm causæ cognitione, *Alexan. consil. 80. num. 6. lib. 5.* cùm alia, quæ pro elucidatione enucleat idem noster *Author dict. loc.* cui me subscribere ducitur animus.

PROLOGOMEN.

Notariatus quasiposſessionem, si de titulo haùd constet, minime sufficere, adductis requisitis in Regno seruandis, exponitur. Constitutum ad possessionem tradendam, stante statuto veram, & corporalem traditionem requirēte, haùd sufficere notatur, nisi essemus in terminis Consuetudinis Neapolis, ad quod plura S.C. arresta adducuntur.

ERVM SVMMA.

1 *Notariatus quasi possessio non sufficit, si de titulo non constet.*
2 *Habilitas generalis non suffragatur, sed specialis requiritur, vbi statutum certam qualitatem in Notario exigit.*
3 *Notarij in Regno examini subijciuntur.*
4 *Notarij matricula hodiè non est in vsu, sed priuilegium sigillatum, & registratum in forma Regiæ Cancellariæ expeditur.*
5 *Notarij officium si quis absque priuilegio exerceat, & communitèr ità reputatus, tanquàm Notarius instrumentum conficiat, illud validum erit.*
Sed an procedat in eo, qui verè erat Notarius, & priuilegium in forma valida, sigilloue Regiæ Cancellariæ munitum non habebat? notatur num. 6.
7 *Constitutum non sufficit, vbi corporalis traditio requiritur.*
8 *Instrumenta donationum, oblationum, & permutationum, nihil valent in hac Ciuitate Neapolis, nisi vera rei traditio interueniat.*
Comprimitur vt num. 11.
9 *Possessio quid sit.*
10 *Verbū* Peruenire, *idem est, quod perfectè venire.*

OBSERVATIO CCXXXVIII.

DVo notabilia arresta emanata fuere in causa præsentis loci, vt refert noster
1 *Author hic*, quorum primum determinat, Notariatus quasiposſessionē minime sufficere, si de titulo haùd constet, cùm non sufficiat, quem communi opinione habilem
2 reputari habilitate generali, sed requiritur, quòd habilis reputetur habilitate speciali, de qua agitur, stante præsertim Recanatense statuto in actis huius causæ probato, quod non requirit, vt quis sit generalitèr Notarius, sed quòd habeat illam qualitatem, vt sit de certa Cōfraternitate, & Collegio: prout in Imperio Germanico statutum est, nè vllus Notarius admittatur, nisi à Iudicio Cameræ examinetur, & Anno 1500. Augustæ eisdē comitijs omnes reformari, & examinari iubētur, teste *P. Adam. Contzen. Societ. Iesu lib. 7. Politic.* nostroq; in Regno examini subijciuntur rigoroso à Viceprothonotario, apùd quem constare etiam debet de optima eorum vita, & fama, *Visconti in Concluſ. Iur. verb. Notarius in Regno*, & de his in Regno particularis extat sanctio
3 in Regia *Pragmat. 1. de Notarijs*, qua cautum legimus, eos matriculari debere, aliàs non exercerent, quam tamen, ex quo expediri faciunt priuilegium sigillo Regalis Cancellariæ, & registro
4 munitum, vsu receptam haùd esse censuit ibidem doctissimus Enucleator *Dominus Regens Scipio Rouitus*, cuius gētilitium cognomen retrogrado characterum ordine, quod Lycophron, siue Anagramma appellant, purè sonat, O VIRTVS.
5 At si quis absque priuilegio Notarij officium exerceat, & communitèr talis reputatus tanquàm Notarius instrumentum conficiat, priuilegij defectu haùd obstante illud validum erit, vt decidit *textus in l. Barbarius, D. de offic. Prætor.* vbi DD.

om-

Digitized by Google

omnes,notatq; *Paulus de Castro in l. ad testium, §. conditionem,num. 3. D. de testament.* nec non *Salycet. in l. 1. num. 10. & 11. C. de testam.* & probant *Fulu. Pacian. de probationib. lib. 2. cap. 21. Thor. vot. 78. num. 21. Dom. Verde in Pantomodid. lib. 3. tit. de literar. obligation. lemm. 9. num. 1245.* ac demùm tradit *Dom. Regens Rouitus vbi supra num. 2.* vbi *Io: Laganar. in addit.*

6 idem putat in eo,qui verè erat Notarius,& priuilegium in forma valida,sigillouè Regiæ Cancellariæ munitum,iuxtà *Pragmat. 5. & 6. de Notarijs*, non habebat: sed intelligitur secundùm latè per eumdemmet tradita ibidem.

7 Secundum verò sancit,stante statuto veram,& corporalem traditionem requirente,constitutum ad possessionem tradendam non sufficere, cuius opinionis vltrà per nostrum *Authorem* hic adductos videntur esse *Tiraquell.* qui ità iudicatũ refert *de iure constit. limit. 11. nu. 2. part. 3. Dom. Consiliar. Marcian. consil. 29. num. 11.* & con-

8 formis esse suadetur quædam huius nostræ Fidelissimæ Ciuitatis Consuetudo in scriptis redacta, quæ disponit, donationum, oblationum, & permutationum instrumenta nullam firmitatem obtinere debere,nisi rei donatæ,oblatæ,& permutatæ possessio ad donatarium peruenerit,nec præsumendum fore traditionem per hoc, quòd in ipsis instrumẽtis traditio facta dicatur:quo in loco notat *Napodanus* exponit, possessionem, & traditionem inibi desideratam de corporali intelligẽdam esse, nedùm ex vocabuli ætymologia, eo quòd possessio dicitur, quasi pedum positio, ex

9 scito inter scholares *text. in l. 1. in princ. D. de acquir. possess.* Itèm ex eiusdem definitione,iuxtà veram *Azonis* traditionem in eadem *l. 1.* cùm possessio sit rei corporalis retentio, corporis, & animi,iuris adminiculo concurrente. Rursùs ex regula *textus in l. stipulatio ista, §. hac quoque stipulatio, D. de verbor. obligat.* vbi si stipulor mihi possidere licere, de naturali possessione intelligitur ; Verùm etiam ex vi verbi illius *perue-*

10 *nerit*, quo compilatores vsi sunt : nàm peruenire idem est,ac perfectè venire,*l. 2. § peruenisse, & §. illud, de hæred. vel act. vendit.* quod verbũ cùm effectu intelligi oportet, *l. nomen filiarum, §. final. de verbor. signific.* vndè septies repetit *Author* ipse, consuetudinem illam de corporali traditione, sicq; de vera,haùd de ficta accipiendam esse.

11 Verùm tamen est, quòd in huiusce Consuetudinis terminis Sacrum Consilium semper determinauit, vt Consuetudini prædictæ sit omninò satisfactum, quoties traditio per clausulam constituti fit,quemadmodum refert *D. Cæsar de Vrsillis in addit. ad Afflictum decis. 275. num. 9. in fine*,recensitis inibi particularibus decisionibus, à quibus tanquàm semper sine discrimine à patribus nostris receptis,recedendum haùd esse dicebatur ; & ità etiam sub die 31. Ianuarij 1639. eumdem Sacrum Cõsilium re solemnitèr discussa iudicasse restatur *Ill. Dom. Regens, & S. C. Præses D. Franciscus Merlinus Controuers. forens. centur. 2. cap. 19. sub num. 32. vers. Censuit quoque*,quam sententiam Ipsemet dilatis fimbrijs ex Iurium, Doctorumuè complurium auctoritate tuetur in *cap. 18. eiusdem centuria, ex num. 6.* ad finem vsque, ad quem missum Lectorem facimus,nàm verè per veros iuris tramites eruditè sermocinans,rem dilucidè aperit, quoduè ità dicendum sit digito demonstrat, quasi Mercurius in triuio.

PROLOGOMEN.

Hæredem pleno iure institutum cum omnium bonorum vsufructuario in vsufructu concurrere deciditur.

RERVM SVMMA.

1 *Hæres institutus pleno iure cum vsufructuario omnium bonorum concurrit.*
2 *Verbum* pleno iure, *quid importet.*
3 *Plenum id dicitur, quòd additionem non recipit.*
4 *Rem pleno iure habere dicitur is, qui eam habet cùm vsufructu.*
5 *Verbum* in omnibus bonis, iuribus, & actionibus, *idem importat, quòd* pleno iure. *Contrarium verius, vt num. 6.*
7 *Substitutus filio pupillariter cùm matre in omnium bonorum vsufructu non concurrit.*
8 Textus in l. si alij 19. D. de vsufruct. legat. *subtilis est, & notabilis.*

OBSERVATIO CCXXXIX.

1 CVM hæres pleno iure instituitur, an in vsufructu cum vsufructuario bonorum omnium concurrat? controuersum fuit in Iurgio præsentis loci, & re solemnitèr discussa affirmatiuè conclusum fuit,teste nostro *Authore hic*, consimilem arrestum refert *Marta in summ. succession. part. 4. quæst. 11. art. 4. num. 20.* & vltrà adductos per nostrum *Authorem hic*, aliorum quoque auctoritatibus suffulti sententiam hanc sectantur *Becc. consil. 98. num. 11. Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt lib. 4. dub. 10. num. 64. Muta in Consuetud. Panorm. cap. 47. num. 92. cùm seqq.* & nominatim præsentem decisionem laudat *Ill. Dom. Reg. & Præs. Merlinus Controuers. forens. centur. 2. cap. 6. sub num. 7.* & comprobat hanc sententiam in *cap. 7. sub num. 21. vers. Ad quartum.*

2 Ad quam equidem thesim comprobandam illa mihi præcipua arridet ratio,quia huiusce clausulæ *pleno iure* proprium est, plenam, & omnimodam acquisitionem importare sine vlla dimi-

3 nutione,quia plenum id dicitur, quod non recipit additionem, neq; diminutionem, *can. benè quidem, in princip. dist. 96. Bald. consil. 293. ad fin. lib. 4.* vndè elegantèr idem *Baldus* docet in *l. mater, num. 2. C. ad Tertull.* quod pleno iure

4 rem habere videtur is, qui eam habet cùm vsufructu,& sequitur *Tiraquell. in l. si vnquam, in fin. num. 11. C. de reuocand. donation.* nec non *Ruin. consil. 170. num. 1. vol. 3.* atq; etiam laudatus *Ill. Dom. Reg. Merlinus in centur. 1. Controuers. forens. cap. 29. sub num. 27.* extollens quoq; præsentis loci determinationem,ac eius verba recensens,alios sectantes adducit,nè igitùr verbum illud *pleno iure* superfluum diudicari queat, con-

cur-

Digitized by Google

cursum cùm vsufructuario operabitur.

5 An nùm idem tribuendum sit verbis illis *in omnibus bonis, iuribus, & actionibus*, concluſiuè respondent, atq; tuentur *Ruinus in consil. 40. & Riminaldus iun. consil. 633. num. 82. & seqq.* Sed
6 contrariam sententiam post alios, quos recenset lato calamo defendit laudatus *Dom. Reg. Merlinus in citato cap. 6.* sustinens, pupillariter filio substitutum cùm matre in omnium bonorum
7 vsufructu nullatenùs concurrere, qua occasione exponit verum intellectum *Modestini* Responsi
8 in *l. si alij 19. D. de vsufruct. legat.* quod quidem subtile, & notabile propter varios à nostræ iurisprudentiæ Choryphæis ei tributos intellectus meritò appellarunt *Cagnol. in l. in toto iure, num. 15. de regul. iur.* Riminald. iun. *dict. consil. 633. num. 1. lib. 6. & Anton. Gomez Var. Resolut. tom. 2. cap. 15. de seruit. num. 5.*

PROLOGOMEN.

Testis vnicus quibus in causis plenè probet? nùm requiratur, vt sit omni exceptione maior? & id legitimis probationibus elucidandum sit? eruditur.

RERVM SVMMA.

1 *Testis vnicus de facto proprio deponens, quando in tertij præiudicium plenè probet.*
2 *Testis vnicus in causis parui momenti plenè probat.*
Intelligitur, dummodò idoneus ille sit, vt nu. 3.
Et demùm omni exceptione maior, vt num. 5.
4 *Idoneitas requiritur in teste, vt probet.*
6 *Causa, quæ vnius attestatione definitur, nullitati regulariter subiacet.*

OBSERVATIO CCXL.

EN, lector cãdide, harum nostrarum Theorico-Practicarum Obseruationum Nauicula, tot (tribus annis integris) vexata fluctibus, optatùm portum, velis iàm cõtractis, ingreditur; Tãdèm arridet postremo hoc in loco, in quo noster *Author* latè enucleat, quãdo testis vnicus de facto proprio deponens, in
1 tertij præiudicium plenè probet: summo verborum compendio aduertere, quòd in parui mo-
2 menti causis testis vnicus plenè probat, quemadmodùm resoluitur ex *text. & Gloss. in l. Theopompus, D. de dote prælegat.* dummodò idoneus
3 ille sit, vt inter alios admonet *Mattheſ. singul. 1.* de qua idoneitate constare debet, *Capoll. consil. Crimin. 58.* & aduertit *Gabriel Saray ad Mattheſ. in allegat. Singul. 1.* atque Ipse etiam scripsi in *Obseruat. 192. num. 6.*

5 Quin, vt id suum sortiatur effectum, omni exceptione maior esse debet, vt communi calculo rescribunt *ICti* omnes, quos inter docet præcipuè *Hippol. Grassetti in Anatometicis proditoria*, §. 29. *sub num. 182. & §. 84. nu. 11.* & de huiusmodi teste omni exceptione maiore sermocinatur *Capoll. consil. 57. 206. & 450. Bertaz. consil. crimin. 53. num. 7. vol. 1. Marsil. Singul. 287.* de teste bonæ opinionis loquuntur *Riminald. consil. 17. num. 16. Vulpel. cõsil. 61.* optimæ opinionis *Barb. cons. 32. vol. 1.* bonæ conditionis, & famæ *Ioan. de Arno. in Epitom. suo 14.* de fide dignis *Grãm. consil. 35 num. 37.* & de legitimis, & idoneis *Card. Paris. consil. 152. num. 4. vol. 4.* Siquidem regula-
6 ritèr causa, quę vnius attestatione definitur, nullitati subiacet, qua de re *Duena Regul. 84.* limitationes subnectẽs, *Tiraquell. in tract. de Iud. in reb. exig. in princip. vers. 2. ratio. Amaya in l. instar, num. 17. C. de iure Fisc. libr. 10. Giurb. consil. 90. Dom. Cõsiliar. Pratus Respons. crimin. 29. num. 28.*

Atq; hic tandèm huic mearum *Theorico-Practicarum Obseruationum* volumini (quo Stephani Gratiani Decisiones quadraginta supra ducẽtum, sub auspicijs Clientelæ Tuæ Sereniſſimæ Cœlorum Augusta Maria Virgo Deipara sub Sanctiſſimi Rosarij titulo venerata, ope simul vestra Diui Tutelares mei Nicolae Barensis, & Aquinas Thoma Doctor Angelice, expensæ, explanataeq; prodeunt hodie die Sabati eidẽ Deiparæ Sacra XVII. Februarij, Anni reparatæ salutis M.DC.LXXIV. & ætatis meæ XXII. finis esto) Illud te vnum, candide Lector, maximoperè oro, atq; obtestor, vt hoc in opere, si quæ dicta sint vtilia Deo Optimo Maximo essẽtia vni, personis trino, gratiæ habeantur; cuius ope ad huius operis finem post multorum annorum spatium tandèm peruentum est; Sicubi verò erratum, vt re vera sæpiùs fortaſsis erratum esse suspicor, iuuenilis ingenij mei imbecillitati tribuatur; Id humanum ingenium suapte natura fert errores, & ignorãtias, nisi Diuinæ Gratiæ radijs, & splendore illustretur, cùm certum sit, multa scribere, & nihil errare, ità nulli; præterquàm Diuinorum librorum Scriptoribus Dei Numine afflatis, datum est, vt nihil ille scribat oporteat, qui errare vult nihil; Omnia autem dicta Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ censuræ, & correctioni subiecta sunto, in cuius fide, & sub cuius obedientia viuere me, & moriturum protestor.

FINIS.

A. V-

Digitized by Google

AVCTORIS
DE MENDIS
ADMONITIO.

SIste pauliſper, quo vadis, Candide Lector, huius enim operis in calce monitum te volo, haſce noſtras Theorico-Practicas Obſeruationes adoleſcente elucubratione recognitas, Typographorum iſthac in Regione nimiùm deprehendente incuria omni ope deſtituta, varijs mendis labefactatas fuiſſe, illorum enim calamitas ad id propemodum experta eſt, vt non ſolùm in mẽdas plurimas incidere opus faciant, ſed eorum propria in latinis typis componendis litteris tanta ſit ignauia, vt quouis excellentior in librorum impreſſione correctio ſit, eo magis continuos in errores opus trahatur. Illud tamen ingenuè fateor, quòd cùm corrigendi pars meas eſſe ſiuerim, experimento edoctus ſum, de quo alijs fidem non habebam, quàm parum ſit idoneus ſui quiſque ſcripti corrector: videntur nàmque ſatis impreſſa chartis, quę dudum impreſſa ſunt animo; Vnde fit, vt multa præterueharis, quæ alterius emendatricem manum non effugerent. Mihi itaque, vt ignoſcas, rogo, poſthac non amplius commiſſuro, quin alijs mandem, ſi quid eiuſmodi rectè curatum velim. Sphalmata verò obſeruaui non poſſe tuam humanitatem euadere, quin ea ex te ipſo corrigere nõ valeas, & velis; igitùr æqui, bonique conſule, & ſi lapſus ſuſtines grauiores, non erit tibi oneroſum minores paritèr, bonâ, & ſincera mente pertranſire. Vale.



RE-

Digitized by Google

RERVM,
AC VERBORVM OMNIVM
MEMORABILIVM,

Quæ in hoc Theorico-Practicarum Obseruationum Libro continentur.

ALPHABETICA METHODO

LOCVPLETISSIMVS

INDEX

Opera, & Studio

PETRI PAVLI SCOPPA

Auctoris Germani Fratris.

Prior notula Obseruationem, posterior Obseruationis numerum indicat.

ABSENS

Possit nè dici adesse? obseru. 200. num. 1.

Nùm queat damnari. 165. 39.

Metu morbi sit nè pro præsente habendus. 16. 49.

Si ad aliquam tutelam datus fuerit, an interim administrare cogatur. 30. 10. *& seqq.*

Cùm ad Beneficium præsentatus, seù electus fuerit, nùm instituì possit. 97. 23.

Et quid, cùm Episcopo notum est, illum idoneum esse? ibidem n. 24. *& seqq.*

ABSOLVTIO

Iuramenti ad effectum dumtaxàt agendi, an partis citationem requirat. 165. 1.

Quidnè cùm illa petitur ad finem rescindendi iurati contractus obligationem, ibidem n. 3.

Iuramenti præstita ad effectum agendi, si plenario iudicio pronuncietur contractum esse validum, nùm qui priùs iurauerat, ad illius contractus obseruationem iuramenti vinculo adstringatur. 165. 6.

Iuramenti sit nè iterùm petenda, quando iudicio summario illius præstita fuit absolutio ad effectum agendi, & plenario iudicio contractus iudicatur vsurarius. 165. 7.

Iuramenti quando coràm Ecclesiastico Iudice peti debet, nùm iudicium coràm eodem agitandum sit. 165. 28.

Iuramenti nùm iurantem ad finem agendi tantùm habilitet. 165. 33.

Iuramenti à Iudice laico superiore contrahentium petenda sit, an verò à Superiore Ecclesiastico. 165. 19.

Iuramenti præstiti in vltima transactione sufficiens nè sit ad effectum illam impugnandi, si diuersæ iuratæ transactiones factæ sint. 165. 17.

Iuramenti ad effectum agendi in obligationibus conceptis in formam Cameræ Apostolicæ, nùm ex stylo signaturæ concedatur. 165. 8.

Iuramenti sit nè necessaria, vbi dolus ex proposito contractui accessisset. 165. 12.

An tot requirantur, quot sunt iuramenta in contractu interposita. 165. 13.

Vnica sit nè sufficiens, quando supplicatio generalis est, & omnia iuramenta, quæ agenti obstant, complectitur. 165. 15.

Quidnè cùm contractus plura continet iuramenta ad eiusdem actus obseruationem tendentia? ibidem n. 16.

Excommunicationis nùm excommunicatum Ecclesiæ communioni restituat. 165. 34.

ABSVRDVM

An omnibus in dispositionibus euitandum sit. 37. 8.

Nùm sit, reuideri ab inferiore, quæ à supremo gesta sunt. 64. 19.

ACCEPTILATIO

Nùm pro solutione habeatur. 117. 3.

ACCESSORIVM

Sine suo principali nùm stare possit. 4. 66. *& seq.*

Vniuersali in iudicio an veniat. 129. 20. *per tot.*

Digitized by Google

Quando sui principalis naturam non sequatur. 6.9.
Principali delegato nùm omnia accessoria delegata censeantur. 6. 3.
Præscriptio nùm ad accessoria extendatur. 6. 4.

ACCIPIENS

Aliquid à Reo, vt eum tectum teneat, an licito iure acceptum retineat. 109. §. *& seq.*

ACETVM

Nùm vini appellatione contineatur. 184. 37. *& seq.*

ACQVISITVM

Per mulierem de qua pecunia acquisitum præsumatur. 190. 12.
Acquisita amittere, & non acquirere an idem sit. 187. 6.

ACTA

Gesta cùm Procuratore ad lites nùm valeant, quando talis Procurator pro Curatore ad lites instetit. 75. 7.
Gesta cùm falso Procuratore an nulla sint. 105. 5.
Et an per Domini principalis litis ratificationem conualidentur? ibidem num 11. *& seq.*
Facta cùm Procuratore mandatum non habente an valida sint. 205. 3.
An valida dicantur, si Curator à Iudice datus minorem non defendat. 75. 17.
Quid si in iudicio comparuisset, licèt nihil allegasset? ibidem n. 18.
Et quid, quando Curator defensiones habuit, haùdque adhibuit? ibidem n. 20.
Actorum transmissio nùm integra fieri debeat. 114. 6.
Actorum nullitas inducatur nè, si cautio de reficiendo expensas in casu succumbentiæ non præstetur. 202. 1.

ACTIO

An detur ex pacto nudo. 151. 2.
Ante conditionis euentum an oriatur. 15. 22.
Inter hæredes an ipso iure diuidatur. 146. 2.
Personalis, cùm hæreditas non est adita, sit nè concedenda. 4. 64.
Contra singularem successorem an transeat. 99. 9.
Triginta annorum spatio nùm præscribatur. 4. 9.
Hypothecaria sit nè personalis actionis accessoria. 4. 65.
Numuc pro re legata consequenda competat. 4. 68.
Et quid quando res corporalis relicta est? ibidem n. 71.
Contra extraneos pignorum possessores queat nè intentari, non facta priùs debitorum, fideiussorumque facultatum excussione. 71. 3.
Aduersùs fundi possessorem nùm agi possit hypothecaria actione, quando Dominus, censusque creditor in exigendo annuos reditus de negligentia argui possit. 13. 39.
Personalis an detur, vbi aliquid præstandum ex tali fundo relinquitur. 129. 17.
Et quid alimentorum fauore? ibidem n. 18.
Vtilis ex empto nùm detur aduersùs debitorem, quando res insolutum data auicta fuit. 13. 64.
Priuilegiati spolij ex capite interuersæ possessionis competat nè aduersus possessorem, si ejectionem ante colonus ingredientem in locatorem, & dominum agnouerit. 10. 12.
Pro socio an competat colono partitario. 99. 14.
Iniuriarum nùm ad hæredem transmittatur. 58. 3.
Quæ aduersùs iniuriantem conceditur, quotuplex sit? ibidem n. 4.
Quanto tempore duret? ibidem. n. 5.
Et quæ iniuriam passo quæsita fuerat, nùm per reuocationem extincta dicatur? ibidem n. 1.
Tutelæ an sit bonæ fidei. 90. 16.
Pro computorum redditione nùm ab initio ad factum dicatur. 179. 5.
Recuperandæ dotis matrimonio constante an mulieri competat. 194. 2.
Quidùè vbi vir ad inopiam vergere, ac substantia sua abuti cœpisset? ibidem n. 3.
Ad repetendam dotem quanto tempore præscribatur. 4. 8.
Pro donatione propter nuptias matrimonio constante an competat mulieri, si maritus ad inopiam vergat. 194. 5.
Omnis an ex vi clausulæ Omnimodo meliori, *absque aliqua actionis expressione intentata censeatur.* 193. 23.
Actionis nomen nùm in libello exprimi debeat. 104. 8.
Actionum translatio, quæ fit legis ministerio, an potentior sit homine. 215. 13.

ACTOR

An Rei forum sequatur. 196. 14.
Cum Reo nùm ad imparia iudicari debeat. 220. 2.
Habeat nè electionem conueniendi priùs Magistratum, vel Scribam, vel Æstimatorem. 69. 4.
Intentionem suam an fundare debeat, si super negatiua fundaretur. 14. 2. *& iterùm* 122. 5.
Ex vi clausulæ Ius, & Iustitiam, *an omne ius suum qualitercumque competens deduxisse censeatur.* 193. 12.

ACTVARIVS

Nùm contrahentes cognoscere teneatur. 116. 13.

ACTVS

Validitas an ex rescissione supponatur. 134. 11. *& 15.*
Vt valeat, nùm in dubio iudicandum sit. 104. 3.
Conditione pendente an perfectionem habeat. 3. 21.
Cùm non valet vt fit, an valeat vt fieri potest. 6. 18.
Validus, cùm effectum non habuit, an nullum dicatur. 13. 57.
Ex exiguo formæ defectu an vitietur. 94. 5.
Nùm corruat in totum foma non seruata. 189. 121. *iterùm* 224. 18.
Forma legis præcisè, & ad vnguem non seruata an nullus iudicetur. 94. 4. *& 12.*
Validus sit nè iudicandus, si solemnitates pro forma requisitæ seruatæ haùd fuere 37. 42.
In dubio an fœneratitius iudicetur. 126. 20.
Post inhibitionem gestus sit nè tanquàm attentatus reuo-

Digitized by Google

reuocandus. 132. 4.
Quilibet indicialem strepitum requirens, num festiuo in die fieri prohibeatur. 144. 4.
Explendus, si in festiuum diem incidat, num in sequentem protelari possit. 5. 4. *& seqq.*
Ex parte venditoris sit nè voluntarius, & quid ex parte emptoris. 4. 20.
Sine substantia an subsistere possit. 135. 4. *& 7.*
Num unus iudicetur, quando duo concurrunt, quorum vnus sit propter alterum, aut alterius contemplatione. 60. 5.
Ex omissione, quæ ipsius solemnitatem, & substantiam respicit, an vitietur. 161. 6.
Cum sit ex causa pudoris, & verecundiæ, an necessarius iudicetur. 118. 39.
Vnicus sit nè sufficiens censendus ad consuetudinem introducendam. 148. 10.
An tempore, quo effectum producit, fieri dicatur. 189. 97.
Vtilis an præsumatur solemnitate deficiente. 45. 14.
A muliere, vel minore gestus an valeat, si ei vtilis sit, & statutariæ solemnitates adhibitæ minimè fuerint. 45. 8. *& seq.*
Et quid, si de eorum vtilitate euidenter constaret? ibidem n. 13. *& seqq.*
Conclusionis an sit de forma substantiali iudicij. 198. 31.
Humani an vltra contrahentium intentionem euagari debeant. 127. 40.
Facti lite pendente sint nè attentati, qui ante omnia reuocari debent. 110. 5.
Supremæ voluntatis an reuocabiles sint. 37. 29.
In testamento gesti num irritentur testamento irrito. 37. 36.
Si non præstentur ab eo, qui legem seruare tenentur, an legi, vel statuto contrarij dicantur. 14. 23.
Actum validum qui facere potest, si illum nullum faciat, num ex vi clausulæ Omni modo meliori, *æquè videatur, ac si illum validum fecisset.* 193. 19.

ADHESIO

Ad appellationem interpositam sit nè faciendа intra tempus decem dierum ad appellandum concessum. 23. 49.

ADOHA

In quavam monetæ specie soluenda sit. 201. 41.

ADMINISTRATIO.

Administrationis ratione an quis forum sortiatur, vbi administrauit. 180. 3.
Rationum redditio num administrationis in loco faciendа sit. 180. 1.

ADMINISTRATOR

Quilibet an rationem reddere teneatur. 46. 16.
Et quid de hæredibus? ibidem n. 17.
Condemnari nè possit tato introitus, exitusque calculo minimè discusso. 179. 4.
Ante redditam rationem num conueniri possit, quando se obligauit, quòd finita administratione rationem reddet, & reliqua soluet. 179. 19.

ADVOCATVS

Num acta sedulo cognoscere, & meditare debeat. 219. 25.
Contra inimicum an patrocinari debeat. 133. 11.
Si consulet debitoribus, vt repudient, an grauiter peccet. 17. 23.
An pro paupere teneatur, si petitus pro eo non appellauit. 34. 11.
Cum litis domino valeat nè conuenire, vt in fine causæ, tàm in casu victoriæ, quàm secus, aliqua certa, & determinata quantitas pro patrocinio soluatur. 218. 11.

ÆDES.

Ædium locationes in Ciuitate Neapolis quo tempore fiant. 119. 5.
Annè pro Republica gubernanda conueniat, vt ædium locationes fiant, prout locationis casus contingit, & partes inter se conuenire melius possunt? ibidem n. 6. *& seqq.*

ÆDIFICIVM

Solo cedere, quomodo intelligendum sit. 90. 58. *& 61.*
Non destrui num publicè intersit. 90. 59.

ÆGIDIANA

Num appellationem admittat. 204. 2.
Et quid quando reuerentiales dati sunt? ibid. n. 4.

ÆQVALITAS

An sit seruanda. 85. 4.
Quid inter proprias res commutantes. 90. 28.
Et in iudicijs num attendatur. 23. 21. *& iterùm* 32. 9.

ÆQVIPARATIO

Casus aditæ, & non aditæ hæreditatis, quam facit consuetudo Nobilium Capuanæ, & Nidi, quomodo intelligatur. 235. 35.

ÆQVITAS

Moralis in ordine ad conuictum, & necessitatem hominum, an sat sit, vt in contractibus seruetur. 77. 9.

ÆSTIMATIO

Faciat nè emptionem cum ad iustum rei valorem sciendum facta fuit. 12. 18.
Quidue si ex interuallo facta sit? ibidem n. 19.
Et quid, cùm maritus tempore, quo dotem æstimatam recepit, egenus erat, & non soluendo? ibidem. n. 25.
Dotis fauore an emptionem faciat. 12. 14.
Et quid, quando conuentum fuit, vt matrimonio soluto sit in viri electione, vel res ipsas in dotem datas, vel illarum æstimationem restituendi? ibidem n. 27.
Num aliquid doti inducat. 12. 11.
Facta per legem num ad traditionis tempus retrotrahatur. 12. 9.
Per legis declarationem an certa semper sit de his, quæ per rerum naturam sciri possunt. 12. 8.
Alicuius rei num valeat in minori summa, si Æstimatores discordauerint. 32. 5. *& seqq.*
Annè æstimationes coaceruari debeant? ibidem n. 1.

Digitized by Google

n. 1. & seq.
Et quid in Regno Neapolis seruetur circa æstimationes faciendas? ibidem n. 16.

ÆTAS

Legitima nùm per statutum minui possit. 177. 18.
Infantis an quidquid videt ignoret. 73. 9.
Minor in matre quomodo consideranda sit. 177. 14.
Præditis viris ad quid conferat. 189. 25.
An spectetur in eo, qui virtutibus fulget? ibidem n. 28.

AFFECTVS

An aliquis sit, qui paternum superat. 210. 8.

AGENS

Ex fideicommisso, nùm se vocatum probare debeat. 122. 3.
Ad excludendam matrem à filij successione propter tutorem non petitum, quid probare teneatur. 177. 6.
Et concludens in possessorio, quando in petitorio obtinere possit. 193. 13.

AGNATVS

Petens agnati bona tanquàm eius agnatum, an se talem esse probare sufficiat. 89. 1.
Quid in filio? ibidem n. 9.
Si alicui matrimonio contrahendo consentire nolit, nùm à Iudice cognita, & inspecta viri qualitate, & circumstantijs ad consensum præstandum compelli possit. 200. 28.

ALIENATIO

Sit nè iuris quærendi repudiatio. 17. 2.
Necessaria nùm in fideicommisso includatur. 19. 2.
Pro dotis augmento an dicatur necessaria. 19. 27.
Rerum Ecclesiasticarum an sit inhibita. 56. 1.
Bonorum fideicommisso suppositorum nùm prohibita sit. 54. 1.
Quid si iusta adsit alienandi causa? ibidem n. 2.
Rerum minoris ex defectu subhastationum sit nè nullitati obnoxia. 134. 4. & seq.
Alienatione prohibita an omnia prohibita censeantur, per quæ ad illam deueniri potest. 45. 5.

ALIMENTA

Ante sententiam decursa nùm futura dicantur. 53. 9.
Sint nè ad dotem accessoria. 129. 20. circà fin.
Debita per maritum vxori, an quòad hypothecam dotis priuilegio gaudeant. 129. 19.
Et an super mariti bonis iure actionis petantur? ibidem n. 20.
Debeantur nè à quocumque successore, in quem bona, ex quibus alimenta debentur, peruenerint. 129. 2.
Actio hypothecaria an detur super bonis, ex quibus alimenta præstanda sunt. 129. 18.
Casus alimentorum an inter casus à iure expressos, vt tacita hypotheca competat, inueniatur. ibid. n. 6.
Causa alimentorum nùm compensationem admittat. 53. 10.
Anuè compromissum? ibidem n. 11.
Onus alimentorum nùm sit merè personale. 129. 10.

AMEN

Positum post Diuini Nominis inuocationem an sit de instrumenti substantia. 1. 15.

AMPHORA

An veniat legato, seù vendito vino. 184. 23.

AMOR

An nullus vincat paternum. 19. 15.
Amoris paterni vis, & effectus an mirus sit. 42. 12.

ANIMA

Sit nè rebus omnibus præferenda. 146. 11.
Nùm tandiù crucietur, donèc, quod ablatum est, restituatur. 146. 16.
Defunctè an remaneat in captiuitate, si debitum non soluatur? ibidem n. 13.

ANIMVS

Nùm ex actuum qualitate præsumatur, 104. 10.
Compensandi an præsumatur in præstante aliud, quàm id, quod debebat. 47. 15.

ANNEXA

Spiritualibus quando vendi possint. 26. 5.
Annexorum an sit idem iudicium. 22. 9.

ANNVS.

Annorum numerus nùm in optima indole exigatur. 189. 27.
Anni in iuuene an respici debeant? ibidem n. 34.

ANTEFATVM

Sit nè debitum voluntarium. 47. 24.
Non constitutum, nec constituti promissum, nùm debeatur? ibidem n. 25.
Eius interesse definitum per Consuetudinem Ciuitatis Neapolis an debiti voluntarij naturam mutet? ibidem n. 26.
Capitale antefati in pecunia constituti nùm sit in vxoris electione exigere, vel ipsius interesse. 126. 53.

ANVLVS

Sponsalitius, qui sponsæ digito benedictionis tempore accommodatur, an donatus censeatur. 118. 56. & seq.

APOCHA

A debitore, creditore, & tribus testibus subscripta, & à duobus ex illis recognita, an recognitionem exigat alterius testis mortui ad effectum l. scripturas, C. qui potior. in pignor. habean. 94. 1. & seqq.
Recognita in debitoris contumaciam præuio decreto, quòd habeatur pro recognita, an paratam executionem habeat. 171. 8.
Cætera, vide verb. Scriptura.

APOSTOLI

Si non petantur, nùm appellatio valida sit, quando Iudex appellationi detulit. 114. 2.
An idem sint cùm litteræ dimissoriales? ibidem n. 3.
Et an omni cùm diligentia, & instantissimè petendi sint? ibidem n. 4.

APOTHECA

A domo separata sit nè domus. 67. 10.
An domus appellatione veniat, quando ex coniecturis apparet, quòd partes illam de domus pertinentijs esse voluerunt? ibidem n. 1.

Domui

Domus vnita, & sub eodem tecto, & solo existens, quæ vno pretio cùm domo empta fuerat, an domus appellatione veniat? ibidem n. 9.

Et quid in statuto imponente pœnam offendenti, seù insultanti ad domum, an veniat apotheca? ibid. n. 13.

APPELLANS

A sententia dationis tutelæ audiendus nè sit ante sententiæ exequutionem. 30. 9.

Inuito appellato an suæ appellationi renunciare possit. 23. 1. & 6. & iterùm 142. 10.

Et quid, cùm non à tota sententia, sed à parte dumtaxàt appellauit. 23. 22.

Si in suæ appellationis prosequutione defecerit, nùm vti possit appellatione per partem alteram interposita. 23. 44.

An infra quinquaginta dies nedùm processum præsentare, sed & appellationem prosequi teneatur. 223. 2.

In primo, vel secundo die ex decem diebus ad appellandum concessis, non expectato lapsu totius dilationis decem dierum, an intra quinquaginta dies à die appellationis, illam prosequi obstringatur. 114. 14.

Vna voce saluo iure appellandi in scriptis, an facultatem prædictam retineat. 123. 9.

APPELLATIO

Nùm integritatis dicatur propugnaculum, & oppressorum leuamen. 114. 1.

Annè ad naturalem defensionem pertineat. 5. 9. & 15.

Sit nè quædam defensio, & iuris auxilium contra grauamen. 8. 8. iterùmq; 72. 2.

Nùm miserorum leuamini detur. 111. 1.

An competat cuicunque se grauatum sentienti. 111. 2.

Quomodo introducatur. 114. 5.

An sit de minore Iudice ad maiorem prouocatio. 24. 2.

Ad æqualem, vel inferiorem an fieri possit. 24. 4. iterumq; 64. 17.

Ad Iudicem non superiorem nùm valeat interponi. 78. 32.

An coràm superiore prioris Iudicis interponenda sit. 64. 16.

Sit nè interponenda intrà tempus decem dierum. 5. 1. iterùmque 111. 3.

Hocq; tempus currat nè de momento ad momentum? ibidem n. 2.

Vt currere incipiat, an requiratur scientia specifica ex intimatione prouenies. 111. 4.

Quid in intimatione domi facta? ibidem n. 6.

Et quid in sententijs à S. R. C. prolatis? ibidem n. 11.

Sit nè pars processus. 5. 14. & 17.

An Iudicis authoritatem suspendat. 5. 16.

Quando ea pendente Iudicis manus ligatæ non censeantur. 2. 2.

Per appellationis interpositionem an iudicium absolutè euadatur. 5. 18.

Nùm causam suspendat. 8. 6.

Die in Dei honorem feriato nùm possit interponi. 5. 3.

Et an fieri valeat eius præsentatio? ibidem n. 19.

In die festiuo an prosequi possit. 5. 11.

An eo ipso, quòd interponitur, ius parti quæratur. 23. 3.

Nùm à quolibet grauamine interponi possit. 72. 1. & 3.

Limitata nùm effectum limitatũ producat. 23. 24.

An quemadmodum propter lapsum termini iuris, ita propter lapsum termini hominis deferatur. 2. 3.

Sit nè remedium commune vtrique parti. 23. 2.

Vnius quando alteri prosit. 142. 2.

Liceat nè interponi à facto priuati hominis. 30. 5.

Et quid à legis generalis dispositione, eiusque grauamine? ibidem n. 4.

An locum obtineat in casu appellari prohibito. 8. 7.

Ab appellationis reiectione nùm valeat interponi. 8. 1.

An detur à sententia mixturam continente. 9. 1. iterùmque 92. 3. ac iterùm 60. 1.

Nùm possit interponi à tota sententia ratione mixturæ, & complicationis petitorij. 136. 1.

A sententia proprietatis causam continente an concedatur. 92. 2.

Detur nè in meris possessorijs. 52. 2. iterùm 72. 6. ac demùm 192. 13.

In remedijs possessorijs an denegetur quò ad effectum suspensiuum. 72. 6.

Nùm valeat interponi in possessorio, cùm sententia lata est sine causæ cognitione. 55. 10.

Vt admitti possit, sint nè sententiæ verba attendenda. 136. 2.

Cùm ab vno sententiæ capite interponitur, nùm illud dumtaxàt pro reformatione, aùt confirmatione deuoluatur. 23. 23.

Aduersùs duas sententias conformes sit nè concedenda. 18. 32.

Nùm denegetur aduersùs Præfectorum Prætorio sententias. 51. 8.

Annè concedatur à sententijs S. R. C. ibidem n. 7.

Permissa nùm sit à Iudice reductionis causam desiniente. 86. 1. & seqq.

Nùm permittatur ab arbitramento? ibid. n. 8.

Et quid à Iudicum sententijs? ibidem. n. 6.

Vt admitti possit, attendi nè debeat quantitas in sententia contenta. 136. 4.

Interponi nùm possit à laudo Arbitrorum. 82. 5. & 11. ac iterùm 86. 31.

In parte, & partibus interposita an sententiam suspendat, & causam ad Iudicem appellationis deferat. 83. 8.

Quidnè in sententia plura continente distincta, & separata capitula? ibidem. n. 11.

Ab instrumenti liquidatione sit nè admittenda. 136. 5.

An idem à sententia declarante, confines ponendos esse in locis in ea descriptis. 92. 1.

Nùm detur à sententia lata pro dote mulieris viduæ,

Digitized by Google

dua, aut pauperis. 72. 4.
An impediat exequutionem sententiæ assecurationis dotis ob vrgentiã mariti ad inopiam. 72. 15.
Et an fructuum dotis solutionem retardet? ibidem n. 16.
Ad finem suspensiuum à decretis affirmatiuis assistentiæ an sit concedenda. 55. 6. & iterùm 72. 7.
Tributorum in causis nùm admittatur. 100. 2.
Et quid in causis decimarum? ibidem n. 3.
Quidnè cùm duæ Ecclesiæ inter se litigant, & vtraque se potiorem esse asserit? ibidem n. 18.
Et an pariter cùm decimarum collector modum excederet? ibidem n. 19.
Suspensiua nùm admittatur à sententia seruitij personalis comdemnatoria. 53. 2.
Annè suspendat exequutionem sententiæ alimentorum præstationem condemnantis. 53. 5. & 7. iterùmque 72. 10.
Præcedentiæ in causis nùm prohibeatur. 232. 1.
Quid in Saluiano interdicto. 52. 1.
Annè ita pariter cùm in sententia adsunt verba in genitiuo prolata. 214. 1.
Valida nùm iudicetur, si in ea apostoli non petantur, quando Iudex appellationi detulit. 114. 2.
Ab Episcopo quando ad Pontificem Maximum interponatur. 24. 10.
A sententijs Conseruatorum coràm quo interponenda sit. 170. 1.
Coràm Iudice ad quem sit nè nullitati obnoxia, si coràm Iudice à quo appellatum non fuerit. 128. 1.
Coràm honestis personis, vel coràm Iudice ad quem nùm valeat interponi, quando copia Iudicis à quo haberi non potest. 128. 4.
Interposita à iuramenti absolutione nùm periurij reatum redire faciat. 165. 47.
Ab excommunicationis absolutione an operetur, vt redeat sententiæ excommunicationis vis. 165. 46.
An vitietur ratione incertitudinis. 199. 3.
Deserta nùm dicatur propter omissam citationem, quando citatio infra quinquaginta dies fuit expedita. 223. 3.
Ab interlocutoria nùm reuideri, atque ex nouis probationibus, & actis iustificari possit. 33. 1. & seqq.
Copulatiua ad plures Iudices nùm valida sit, quando interponitur ab eo, qui nullum superiorem, præter summum Pontificem recognoscit. 199. 1.
Criminali in iudicio an gradatim interponatur. 199. 9.
In Regno an immediato Superiore prætermisso ad Magnam Curiam interponi possit. 199. 10.
Quidue in causis Baronum, qui priuilegium cognitionis secundarum causarum habent? ibidem n. 11.
Cùm à prima sententia non admittitur, nùm à secunda exequutiua primæ admittatur. 74. 1.
Interposita ad Sanctissimum nùm ad Auditores Rotæ Marchiæ deuoluta censeatur. 24. 7.
A sententijs latis per Delegatos Apostolicos nùm ad Auditores Rotæ Marchiæ interponi possit? ibidem n. 1.
Cùm in visitatione ab Episcopo suffraganeo conceditur, nùm ad Metropolitanum interponenda sit. 188. 7.
Suspensiua an detur à mandato de residendo in visitatione? ibidem n. 9.
In causis visitationem, & morum correctionem an concedatur? ibidem n. 3.
Appellatione pendente à iuramenti habilitatione, nùm ille, qui habilitationem obtinuit, laicali in iudicio pro contractus rescissione agere debeat. 165. 32.
Appellatione remota, vel prohibita, an remota censeatur facultas allegandi nullitates. 55. 4.
Appellatione an vti possit ille, qui ex statuto pro confesso habetur, quia positionibus non respondet. 171. 1. & 5.
Appellationi nùm renunciatum censeatur, quando quis dilationem petit ad soluendum id, ad quod per sententiam fuit condemnatus. 142. 12.
Et quid, si dicta dilatio à Procuratore petatur? ibidem n. 13.
Appellationis mentio nùm in rescripti impetratione fieri debeat. 209. 1.
Appellationis præsidio Reum priuare nùm iniquum, & iniustum sit. 8. 9.
Appellationem Procurator quando prosequi possit. 2. 16.
Appellationis tempus nùm per compromissum suspendi possit. 2. 30.
Tempus à iure ad appellandum statutum an breuiari, & prorogari possit. 2. 33. & iterùm. 5. 2.
Et quid in tempore prosequendæ appellationis? ibid. ex num. 18.
Nùm maius partium præiudicium in causa appellationis, quàm in causa principali vertatur. 2. 32.
Appellationis interpositio an sub vniuersali actuum iudicialium prohibitione comprehendatur. 5. 12.
Appellationis caput appellabile an trahat non appellabile. 9. 3.

APPELLATVS

Sit nè audiendus intuitu appellationis ab aduersario in parte, & partibus interpositæ. 142. 9.
An eo ipso quòd appellat, vt alterius appellatione non sit contentus præsumatur. 23. 46.
Quando appellatio in parte, & partibus interposita fuit, nùm adhærere valeat, nisi in illo tantùm capite, à quo appellatum fuit? ibidem n. 27.

APPROBANS,

Et persuadens alicui, vt alteri credat, an mandati actione teneatur. 69. 16.

ARBITER

Iuris quis sit. 82. 2.
An verè Iudex sit? ibidem n. 4. & 17.
Nùm ab eo appellatio interponatur? ibidem n. 5.
Et coràm eo an locum habeat reconuentio? ibidem n. 6.

Digitized by Google

Eius iurisdictio cuius sit speciei? ibidem n.7.
Compromissarius an verè Iudex dicatur. 82. 8.
Nùm sententiam proferat? ibidem n. 15.
Ab eius sententia nùm detur appellatio? ibid. n.11.
Coràm eo nùm in Authorem laudari possit? ibidem n. 12.
Et an reconuentio instituatur? ibidem n.14.
Arbitri super fructibus in compromisso minimè expressis num pronunciare possint. 6. 6.
Eorum potestas nùm à facultate eis à partibus in compromisso tributa dumtaxàt reguletur. 6.12. & iterùm 62. 34.
Eamque potestatem excedentes an nullitèr agant. 6. 13.
Ex generali potestate queant nè partibus iniungere, vt generalem faciant quietationem. 56. 19.
Potestate prorogandi instantiam compromissi quando vti possint. 62. 40.
Quando per consanguineos ex statuti dispositione eligi debent, an partes certam personam accipere cogantur. 75. 16.

ARBITRATOR

Quis verè dicatur, & an Iuris ordine prætermisso procedere possit. 6. 30.

ARCHIEPISCOPVS

Præsente Legato de Latere in Ciuitate an Cruce, & Mozzetta vti possit. 29. 3.

ARCHIVIVM

An det robur scripturæ aliàs imperfectæ. 28. 4.

ARGVMENTVM

A communiter accidentibus nùm validum sit. 103. 10. iterùmq; 104. 4. & demùm 126. 46.
Et quid à tributis ad decimas. 100. 4.

ARISTIPPVS.

Notabile Aristippi effatum recensetur. 15. 18.

ARMA

Post duas noctis horas pulsatas an per Ciuitatem Neapolis deferre possint. 124. 13.
Anuè hoc idem vbique seruetur? ibidem n. 15.

ARTICVLANS

Nè articulata confiteri videatur, cautela traditur. 147. 12.

ARTICVLVS

Quis impertinens dicatur. 219. 12.

ASSECVRATIO

Dotis peti nè possit à muliere contra virum ad inopiam vergentem, quando super alterius bonis cauta est. 25. 15.
Bonorum parafernalium peti nùm possit à muliere constante matrimonio in casu inopiæ mariti. 194. 6.

ASSENSVS

An valeat, quando in eo sigillum appositum fuit, & deperditum. 143. 16.
Lite pendente impetratus absque litis expressione nùm validus sit. 209. 12. & seq.

ASSERTIO

Iurata mulieris de non existentia aliorum propinquorum an præiudicet, vt contrarium probare, & de actus nullitate agere non possit. 234. 1. & seq.

ASSISTENTIA.

Assistentiæ iudicium dicatur nè intentatum ex vi clausulæ Omni modo meliori. *193. 27.*

ATHENIENSES

Cùr passi haùd fuere, eorum sententias à Macedonibus recognosci. 24. 5.

ATTENTATA

Sint nè omnia facta post inhibitionem. 132. 5. & seqq.
Nùm reuocentur, si termini non seruentur, qui aliàs in causis ordinarijs seruari solent. 70. 1.
Quando in primis, & ante omnia reuocentur? ibidem n. 5.
Quidnè stantibus clausulis Summariæ, *sola facti veritate inspecta, & Manu Regia? ibidem n.7.*
Eorum causa sit nè summaria, & priuilegiata quantum ad iudiciarium ordinem. 70. 2.
Eorum reuocatio an sit magis priuilegiata, quàm interdictum vnde vi. 91. 6.
Anuè dictam reuocationem obtinere possit etiam ille, qui coloratum titulum nec habet? ibidem n. 1. & 5.
Eorum iudicium an sit magis priuilegiatum, quàm illud nullitatis. 70. 3.

AVCTOR

Quo tempore Iurisperiti laurea insignitus fuit. 16. 37.
An maximi faciat receptas opiniones, & quando eas contradictionem habere agnoscit, nùm in medium proferre audeat. 39. 2.
Cùr in quæstione, an Episcopi familia fori gaudeat Priuilegio? remissiuo calamo pertranseat. 233. 3.

AVDITOR

Rotæ Marchiæ nùm appellationis respectu maior sit Delegatis Apostolicis. 24. 8.

AVGMENTVM

Dotis an sit dos. 213. 2.
An gaudeat dotis priuilegio? ibidem n. 1.
Factum à marito matrimonij, seù spõsaliorum tempore, an donatio propter nuptias dicatur? ibidem n. 4.
Et an filijs primi matrimonij conseruari debeat? ibidem n. 8.
Sequuta confiscatione propter ipsius mariti delictum, nùm confiscari possit. 213. 9.

AVTHOR.

Coràm Arbitris compromissarijs possit nè aliquem in authorem laudari. 82. 12.

AVTHORITAS

Sacri Consilij an pro lege seruanda sit. 50. 9.
Prætoris nùm elusoria esse possit. 25. 13.
Iudicis in pignore iudiciali distrahendo num eadem sit, quæ est creditoris in pignore conuentionali vendendo. 66. 35.
Quæ alicuius officij ratione competit, an vltra ipsius officij naturam operari possit. 137. 29.

AVVS

Succedat nè fratribus vtroque ex parente coniunctis minimè extantibus. 61. 1. & seq.
Paternus, qui vnà cum auo materno succedit ad hære-

Digitized by Google

hæreditatem nepotis præmortui facta bonorum paternorum, maternorumq; distinctione, an totius hæreditatis vsumfructum habere debeat. 76.21.

AXIOMA.

Verbum hoc continet quòd

Actio semel extincta non reuiuiscit. 3.7.
Actiones suas remittentibus ad eas amplius non datur regressus. 3.7.
Aliquid non esse, vel esse, sed nullitèr, paria sunt. 75.1.21. *iterùmque* 105.9.
Cauisse non videtur, qui vitiosè cauit. 3.25.
Caret nomine, quidquid caret effectu. 13.60.
Causa limitata effectum limitatum producit. 23.30.
Consequens sine suo principali stare non potest. 74.3.
Contrariorum eadem est ratio, & disciplina. 85.27.
Correlatiuorum eadem est dispositio. 18.41.
Dolus nemini patrocinari debet. 16.63.
Dominus in re sua est moderator, & arbiter. 77.19.
Duplex vinculum magis operatur, & fortius, quàm vnus ligat. 16.20.
Ea, quæ nobis debentur, non solùm expressa, verùm etiam tacita voluntate remitti possunt. 4.15.
Facto, aùt verbis quid exprimere paria sunt. 104.9.
Factum non præsumitur, nisi probatur. 14.9.
Factum non esse, vel non habuisse effectum, paria sunt. 13.59.
Factum Iudicis representare dicitur factum partis. 11.11. *iterùmq;* 66.29. *& iterùm* 165.25.
Fauori suo quis renunciare potest. 48.12. *& iterùm* 62.48.
Fictio potentiam præsupponit. 12.26.
Firma quæ sunt, alia non egent confirmatione. 93.1.
Incompatibilia non operantur. 32.12.
In pari iure vnus alteri præiudicare nequit. 23.4.
Iustè possidet, qui authore Prætore possidet. 11.15. *& iterùm.* 54.24.
Locupletari cùm alterius iactura nemo debet. 85.32. *iterùm* 90.30. *& iterùm* 99.11.
Nemo in alium, quod ipse non habet, transferre potest. 13.43.
Nemo inuitus vendere cogitur, quod suum est, etiam iusto pretio. 77.18.
Non entis nullæ sunt partes, neque qualitates. 13.44. *& iterùm* 62.41.
Non esse, & non probari paria sunt. 126.9.
Nullum quod est, nullum producit effectum. 13.24.
Obligatio semel extincta non reuiuiscit. 27.33.
Omnia nostra facimus, qualitercumque nostram interponimus authoritatem. 188.38.
Præcedentia ex sequentibus declarantur. 103.25.
Pretium fuisse solutum, vel habitam esse fidem de pretio, paria sunt. 13.20.
Quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum est. 25.10.
Ratio vbi eadem est, ibi est eadem iuris dispositio. 18.44.
Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. 66.4.
Scire, & scire debere paria sunt. 135.32. *& iterùm* 147.23.
Sententia nulla dici sententia non potest. 6.24.
Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. 117.24.
Solutum non dicitur, quod solutum non durat, vel statim restituitur. 201.28.
Subrogatum naturam eius, in cuius locum subrogatur, assumit. 86.9.
Via media semper est eligenda. 66.39.
Via vna electa ad aliam recurri non potest. 23.48. *& iterùm* 121.3.
Via vna electa alteri renunciatum censetur. 49.42.
Viam, quam sibi quisque elegit, sequi debet. 23.47. *& iterùm* 121.2.
Vnicuique ea contemnere, quæ pro se introducta fuere, permissum est. 23.10.
Volitum nil, quin præcognitum. 102.27.
Vtile in iis, quæ diuidua sunt, per inutile non vitiatur. 12.22.

BANNITVS

Nùm ante omnia, vt spoliatus, restituatur. 87.22.

BARO

Suis in terris nùm absque speciali Regis assensu nundinas francas exercere facere possit. 21.3.
Quid in mercatis, qui in vna, vel duabus vicibus sit? ibidem n. 5.
Et quid de Regio Cancellariæ stylo seruetur? ibidem n. 4.
Pœnalia banna queat nè edicere, nè vasalli eius Curia omissa, Regia adeant Tribunalia. 199.12.
Nùm ad eius libitum in subditi præiudicium, causas à suo Officiali auocare valeat, alteri delegando. 199.14.
Annè idem in ipsius Officialis præiudicium? ibidem n. 15.
Barones Regni Neapolis habeant nè iurisdictionem in feudali inuestitura priuatiuè, & cùm clausula decreti irritantis. 145.5.
Eorumuè priuilegia nùm in tàm ampla forma, quàm illius verba sonant, obseruentur? ibidem n. 7. *&* 8.

BELLVM

Vicina in Prouincia an instam præbeat remittendæ pensionis causam. 222.7.

BENEFICIATVS

Quibus in casibus ob crimen commissum veniat Beneficio priuandus. 189.70.
Ad effectum lucrandi quotidianas distributiones, nùm per substitutum deseruire possit. 157.16.
Et quid si Catedrali in Ecclesia adesset consuetudo seruiendi per substitutum? ibidem n. 17.
Quando nequeat, vel non debeat Ecclesiæ, vel Beneficio inseruire. 189.75.

BENEFICIVM

Ecclesiasticum nùm ad congruam sustentationem sufficiens dicatur. 189.78.
Annè hoc in casu bonorum patrimonialium ipsius Beneficiarij ratio haberi debeat? ibidem n. 80.
Adipisci nùm queat suspensus à iure tàm ab officio, quàm

Digitized by Google

quam Beneficio. 98. 23.
Intrà duos menses ante professionem num à Nouitio renunciare possit cum solemnitate S.C.T. sess. 25. de Regularib. cap. 16. 189. 89.
Ad cuius titulum quis promotus est, num resignari valeat, non facta mentione, quòd ad illius titulum fuit promotus. 189. 115.
Quidue si constiterit, quòd renuncians ipse aliundè vitam commodè traducere possit? ibidem n. 116.
Intrà nouitiatus annum num vacare dicatur. 35. 23.
Quando fabricæ Ecclesiæ vnitur, an titulus penitùs extinguatur. 189. 155.
Cum onere celebrandi Missam an personalem residentiam requirat. 155. 2.
Et an simùl cùm Canonicatu in Ecclesia Collegiata, absque dispensatione obtineri possint? ibid. n. 16. & 24.
Plura obtineri an possint, 155. 17. *& iterum* 189. 77.
Et an procedat in litteratis viris? ibidem n. 28. & 30.
Permutans tacendo ordinationem ad titulum num tutus sit in foro poli. 189. 128.
Beneficij Ecclesiastici restitutio fiat nè propter notorium tituli defectum. 91. 4.
Beneficij Ecclesiastici resignatio ab Ordinario recepta sine aliqua causa ex expressis in Constit. 58. Pij V. *quando valida sit.* 189. *per tot.*
An statim conferri possit, quando Ordinarius admittit renunciationem illius, qui matrimonium contrahere vult, illo contracto de præsenti. 189. 83.
Et quid in renunciatione illius, qui Religionem ingredi vult? ibidem n. 84.
Semel minoritati indultum an per superuenientem ætatem extinguatur. 177. 13.
Beneficio cessionis bonorum queat nè renũciari. 141. 22.

BONA

Aliena an vendi possint. 125. 9.
Inuecta, & illata in domum conductam per minorem num tacitè obligata sint pro pensione, si decretum non interceserit. 45. 30.
Minoris immobilia an sinè Iudicis decreto alienentur, & obligentur. 131. 2.
Anuè hoc semper procedat? ibidem n. 7.
Debitoris num tacitè obligata sint pro alimentorum præstatione. 129. 1. *& seqq.*
Nouitij si alienari contingerit, an decimæ regali subiaceant. 35. 20.
Filij aduentitia num pro delicto publicari possint. 76. 7.
Aduentitia num alienare possit filiusfamilias absque patris consensu, & voluntate. 76. 1. *& 11.*
Quid in casu, quo patri vsusfructus non quæritur? ibidem n. 8. *& seq.*
In dotem marito data prænia æstimatione, an ipsimet marito vendita censeantur. 12. 1.
Fidcicommisso supposita num pro dote constituenda alienari valeant. 19. 1.
Quidnè pro illa restituenda. 237. 9.
An idem pro augmento? 19. *ex n.* 19.
Et quid pro antefato? ibidem n. 10.
Ac quid pro legitimæ, trebellianicæque detractione. 54. 3.
In dubio num allodialia præsumantur. 47. 20.
Et an per coniecturas probari possit? ibidem.
Bonorum quotuplex genus sit. 127. 29.
Et quænam species necessariò communicanda sit, vt societas vniuersalis inter fratres contrahatur? ibidem n. 28.
Bonorum amissio num ex ludo semper elijciatur. 71. 14.

BONA FIDES

An locationis in contractu desideretur. 85. 21.

BONITAS

In pecunia respectu pecuniæ, an sit solùm respectu vsus, & æstimationis. 201. 6.

BONVS

Esse num possit, qui omninò deformis est. 189. 55.
Et idoneus an vnusquisque præsumatur. 94. 30.
Et num optimæ opinionis? ibidem. n. 31.

BREVIARIVM.

Breuiario qui caret, si commodatum ab amico renueret, num contra Officium recitandi peccet. 17. 9.

BVLLA

Pij V. *num in census creatione veram pecuniæ numerationem requirat.* 224. 3.
In Regno Neapolis num quòad hoc caput vsu receptæ sit? ibidem n. 27.

CALIX

Argenteus num debeatur in legato Calicis Ecclesiæ relicto. 201. 39.

CALVMNIA.

Calumnijs num sit indulgendum. 18. 13.

CAMPANA,

Ad cuius signum arma deferre prohibetur, si fracta sit, num aliquam mereatur pœnam, qui post statutum tempus arma deferre inuentus erit. 124. 16.

CANON.

Canonem recipere, & ad caducitatem agere num sit absurdum. 49. 43.

CANONICATVS

In Ecclesia collegiata, & Beneficium cùm onere celebrandi Missam, num simul absque dispensatione obtineri possint. 155. 16.

CANONICVS

Prouisus de Canonicatu Præsbyterali in Ecclesia, vbi præbendæ sunt distinctæ, an locum obtinere debeat inter alios Præsbyteros supra Diaconos omnes, & Subdiaconos, licèt prius in Ecclesia receptos. 16. 7.
Quidue in hoc operetur consuetudo? ibidem n. 9.
Creatus Episcopus an præcedat alios Canonicos, quamuis ipso antiquiores. 16. 35.
Qui prævenit in apprehendenda possessione an præcedat alios, si priores sint in prouisione? ibidem n. 46. & 62.

Digitized by Google

Qui Canonicatum dimisit, & alium eadem in Ecclesia impetrauit, an vltimi Canonicatus locum obtinere debeat. 16. 67.

Annuè idem in eo, qui Canonicatum permutauit? ibidem n. 68.

Post adeptam possessionem si omni Collegij iure priuetur, & deindè ex gratia per viam nouæ prouisionis restituatur, num locum, stallumuè antiquum habere debeat. 16. 66.

CAPELLA

An transeat cùm bonorum vniuersitate. 26. 18.

Pro creditorum solutione distrahi nè queat? ibidem n. 7.

Capellæ vsus nùm absque simoniæ labe vendi possit. 26. 1.

CAPELLANIA

Fundata cùm testatoris dispositione, quòd quotiescumq; vacari contingeret, prouideretur Capellanus, qui celebret, vel tot Missas dicat, qualibet hebdomada, nùm sufficiat præstare Capellanum, quòd seruiat, atque Missas per substitutum dicat. 155. 11.

Residentialis an efficiatur propter onus, vt Beneficiatus ipsius Capellæ omni die, vel saltèm quinquies in hebdomada celebrare teneatur, etsi negligens fuerit, ipse Beneficiatus duorum solidorum pœnam incurrat. 155. 12.

CAPELLANVS

In dubio nùm Sacerdos esse teneatur. 155. 8.

Quibus in casibus per se ipsum, & personaliter Missas celebrare teneatur. 155. 15.

Per alium an celebrare possit, si expressè dictum fuerit, quòd per se ipsum celebrare teneatur? ibidem n. 7.

CAPITALE

Antefati in pecunia constituti nùm sit in vxoris electione exigere, vel ipsius interesse. 126. 53.

CAPITVLVM

Sede vacante nùm literas dimissorias concedat. 98. 13.

Et illas concedens intrà anni curriculum in casibus sibi non permissis an Ecclesiastico subiaceat interdicto? ibidem n. 16.

Capituli consensus quomodò præstari debeat. 139. 15.

Capitula Regis Roberti, *quæ* Conseruatiua *appellari consueuere, qua ratione fuerint emanata.* 133. 4.

Et procedant nè, vt Regale præstetur præsidium nè vis inferatur, vel expectandum sit, quòd realis, & actualis violentia intercedat? ibidem n. 5.

CAPVT

Appellabile nùm trahat non appellabile. 9. 3.

CARDINALIS

Præsbyterus an præferatur Cardinali Diacono, qui prior est in creatione. 16. 8.

Episcopus an præcedat Cardinalem non Episcopum. 16. 25.

CARTVLA

Notarij in Regno, qua caret requisitis Regiæ Pragmat. 2. de Notarijs, *an valida sit.* 167. 4.

CASTRVM

Ciuitatis appellatione nùm veniat in materia fauorabili. 96. 10.

CASVS

Singularis ad alium nùm trahi possit. 134. 14.

Superueniens annullet nè, quæ ab initio legitimè constant. 27. 25.

Inopinatus nùm à contrahentibus præiisus censeatur. 141. 26.

Insolitus nùm à qualibet generali renũciatione excluſus censeatur. 141. 28.

Alimentorum an inter casus à iure expressos, vt tacita hypotheca competat, inueniatur. 129. 6.

CAVSA

Finalis quænam dicatur. 42. 7. *& seq. & iterùm* 159. 10.

Illaque cessante an cesset effectus. 189. 124.

Impulsiua quando finalis efficiatur. 42. 9.

Accidentalis an speciem mutet, & diuersitatem in natura adducat. 78. 16. *& seq.*

Finalis nùm dicatur ingressus Monasterium in materia donationis. 42. 11.

Quæ ad agendum impellit, nùm impulsiua dicatur. 42. 14.

Vera nùm inspicienda sit circà possessionis, & dominij translationem. 211. 15.

Una si cesset, an effectus cesset altera manente. 42. 10.

Quæ parua, & quæ magna dicatur, an Iudicis arbitrio resideat. 36. 28.

Qualibet nùm à pœna excuset. 227. 9.

Principalis an sit eadem cùm illa appellationis. 2. 15.

Per appellationem an suspendatur. 8. 6.

Appellationis an differat a causa reductionis ad boni viri arbitrium. 86. 32.

Possessorij an lenis, & modici præiudicij dicatur. 192. 7.

Proprietatis an simul cùm ea possessionis definiri possint stante clausula sola facti veritate inspecta. 193. 5.

Exequutionis publici instrumenti nùm in Regno exceptiones omnes excludat. 43. 6.

Attentatorum nùm summaria sit, & priuilegiata quantùm ad iudiciarium ordinem. 70. 2.

Iuramenti an sit mixti fori. 165. 21.

Filiorum an prima dicatur in successionibus ab intestato. 168. 2.

Alimentorum nùm admittat compensationem. 53. 10.

Numuè compromissum? ibidem n. 11.

Vasallorum nùm ad ipsorum Barones remitti debeant. 145. 10.

Quid in delictis grauis? ibidem n. 12.

Et quid in delictis in Ciuitate Neapolis commissis? ibidem n. 14.

Alicui Iudici à Principe delegata cum clausula appellatione remota, *an illius recusatio sublata intelligatur.* 229. 8.

Cum

Digitized by Google

Cum per Principem alicui Iudici Ordinario committitur, quando iurisdictio excitata dicatur. 44. 1. *& seqq.*
Principali delegata, nùm etiam omnia accessoria ad illam delegata censeantur. 6. 3.
Nùm subijciatur legibus iudicij, coràm quo agitatur. 28. 33.
An coràm ordinario litis Iudice tractanda sit. 86. 25.
Et an suo ordine tractari dicatur, si coràm causæ Ordinario Iudice non tractetur? ibidem n. 26.
Deserta, quando ad sententiæ exequutionem procedendum sit. 223. 1.
Pristinum statum an recuperet, petita reductione ad boni viri arbitrium. 86. 20.
Quæ vnius attestatione definitur sit nè nullitati obnoxia 192. 3. *& iterùm* 240. 6.
Causæ cognitio an tollat haùd reparabile grauamen. 8. 5.
Nùmue præcessisse præsumatur, quando sententia lata est contra præsentem, haùdque appellantem. 55. 11.
Causarum definitio, & processuum examen nùm ad Iudicis officium pertineat. 101. 13.
In causis Mercatorum nùm ex bono, & æquo procedatur. 78. 15.

CAVSA PIA

Nùm doti æquiparetur. 301. 36.
A sententia, quæ fauet piæ causæ, nùm in dubio recedendum sit. 22. 18.
Eius fauore an Notarius Apostolicus testamenta in Regno conficere valeat. 28. 18.

CAVTELA

Pro facienda oblatione. 208. 24.
Pro petenda iuramenti absolutione, quando in contractu plura interposita sunt iuramenta. 165. 14.
Nè articulans articulata confiteri videatur. 147. 12.
Vt in gemmarum traditione per Sponsum Sponsæ facienda, donatio inducta nunquàm censeatur. 118. 19.

CAVTIO

An fragilis sit. 194. 8.
In contractibus nùm locum habeat. 3. 26.
Quid in donatione mortis causa? ibidem n. 29. *& iterùm* 61. 32.
Mutiana an implementi loco præstetur. 3. 22.
Anuè danda sit mediante fideiussionis vinculo. 3. 24.
Fideiussoria nùm dotis assecurationem impediat in casu inopiæ. 194. 7.
De reficiendo expensas in casu succumbentiæ si non præstetur, nùm actorum nullitas inducatur. 202. 1.
De reficiendis meliorationibus offerri an possit, si illarum adsit euidentia, & Iudici per rei aspectum constare posset. 225. 4.
Nùmue sufficiat, cùm illæ sunt illiquidæ? ibidem n. 8.
De non offendendo nùm pro consanguineis inimicis præstanda sit. 133. 6.

CEDENS

Ad aliquid nùm teneatur, quando post cessionem nomen non soluendo efficitur. 13. 32. *& seq.*

CEDVLA

Bancharia si pecuniæ numeratæ loco tradita fuerit, nùm census validè constituatur. 224. 22. *& seq.*
Testatoris manuscripta an vim habeat testamenti inter liberos per literarum comparationem, si nullus testis eam scribere viderit. 207. 2.

CENSVARIVS

Nùm prorata census onera realia soluere teneatur. 20. 9.

CENSVS

Nùm solo emptionis, & venditionis titulo constituatur. 224. 8.
An ex sui natura perpetuus sit. 46. 13.
Nùm formaliter, & materialiter consideretur. 15. 25.
Vbi venditur, an de formali intelligatur. 15. 28.
Super re non libera an imponi possit. 13. 2.
Cùm super re non libera impositus fuit, an emptor venditionem rescindere, & cõtractus nullitatem allegare valeat. 13. 3.
Si super re non libera impositus sit, an fideiussores ex causa inualiditatis, & rescissionis cõtractus obligati compelli possint. 13. 6. *& seq.*
Imponi nùm queat super re empta cùm pacto, quòd pretij pendente solutione dominium non intelligatur translatum. 13. 9. *& seqq.*
Creatus contra formam à Summo Pontifice Pio V. *præscriptam nùm sit illicitus.* 20. 13.
Nùm in pecunia numerata constitui debeat. 224. 4.
An contrahatur, si a principio de reditu certo pretio in pecunia constituendo agatur, & postea pecuniæ loco species aliqua taxata quantitatę detur. 224. 7. *& seqq.*
Validè nùm constituatur, si pecuniæ numeratæ loco cedula bancharia tradita fuerit. 224. 22. *& seq.*
Ex sola debitoris confessione capitale pretium sibi prius fuisse à creditore mutuatum, vel alia iusta causa debitum, nùm constitui possit. 224. 20.
Ex antecedenti debito nùm constitui valeat. 224. 24.
Petita contractus rescissione an statim desinat, & interesse currat ad eamdem rationem. 13. 5.
Pecunia pro censu debita singulis annis nùm ad censum materialiter se habeat. 15. 24.
Res, quæ censui supponitur, nùm per census constitutionem vendatur. 20. 2.
Censum imponens an rei censuatę dominus, & possessor remaneat. 20. 3.
Venditor census nùm teneatur ad solutionem collectarum per Communitatem super censibus impositarum. 20. 1. *& seqq.*

CESSIO

Facta de re nulla nùm effectum aliquem producat. 13. 23. *& seq.*

Digitized by Google

De tota causa, & re in litem deducta si Aduocato, aut Procuratori facta sit, num valeat. 218. 13.
Quidue si in tertij beneficium facta sit? ibidem n. 16.
Tacitam an contineat conditionem, quatenus cessionarius à debitore cesso solutionem consequi poterit. 13.26. *& seq.*
Cessionis bonorum beneficio an renunciari possit. 141. 22. *& seq.*

CESSIONARIVS

Queat nè agere contra cedentem cùm in cessione adest clausula tale, quale. 13.41. *& seq.*
Et an contra cedentem regressum habere possit, si cessio de re nulla facta fuerit? ibidem n. 25.

CHARITAS

Vbi non est, an ibi possit esse Iustitia. 141. 30.

CIBVS.

Cibum oblatum respuens, quo proximum in graui necessitate existentem sublenare posset, an contra Charitatem peccet. 17.12.

CIRCVITVS

Num à Iure admittantur. 201. 29.

CIRCVMSTANTIA

An diuersitatem specificam in genere moris inducat. 78. 19.

CITATIO

Sit nè partium fauore inducta. 62. 47.
Num cuiuscumque iudicij sit fundamentum. 4.39.
Eaque omissa an totus processus diruat? ibidem n. 40.
Generalis, & obscura num litis pendentiam inducat. 4.37.
Domi quomodo facienda sit. 62. 1.
Numue subsistat non constito de diligentia pro reperiendo citandum de persona? ibidem n. 5.
Viri si facta sit in vxoris domo an valeat. 62.19.
Et facta vxori in viri domicilio an subsistens dicatur? ibidem n. 15. *& seqq.*
Facienda num sit in ea domo, in qua citatus ipse citationis tempore degit. 62. 9.
Facta hospitio, si à Porterio relicta sit cartella, num valeat. 62. 12.
An idem si facta fuerit in apotheca? ibidem n. 14.
Cum nulla est, an omnia, quæ deindè sequuntur, eodem vitio ipso iure laborent. 62. 8.
Legitimè minimè facta an præiudicet, vt post decem dies appellari non possit. 62. 2.
Prima notificari nè debeat principali necessariò, vel incipere possit à procuratore. 62.25.
Quid in subsidium. 154. 4.
Ad forindicandum facta ad domum, quam inquisitus cum familia olim conductam habebat, si de præsenti aliò eius familia habitet, an nullitatis vitio laboret. 62.10.
Noua num sit necessaria incusatis contumacijs, quando Iudicis mors, vel alia eius mutatio accidit. 108. 2.
Extra territorium num admittatur etiam ad effectum condemnandi, quando plures Prouinciæ sub eodem sunt Præside. 113.14.
Generalis, si in causæ exodio decreta fuerit, num ad omnes actus, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, contra contumacem absque alia noua citatione ad sententiam procedi possit. 108.5.
Infantis, vt legitimè compareat, num valida sit. 73. 7.
Quid, cum actus, qui geritur, infanti est vtilis? ibidem n. 8.
Minoris, vt legitimè compareat, num subsistens dicatur. 73. 2.
Venditoris an requiratur, cùm nominatio facienda est. 135.27.
Per Delegatum an requiratur stante citatione facta per Delegantem. 108. 1.
An idem tàm si ordinariè, quàm si summariè, & extraiudicialiter, solaque facti veritate inspecta procedatur? ibidem n. 3.
Vbicumque de leui, vel de nullo agitur præiudicio, necessaria nè sit. 165. 2.
Num requiratur in concedenda inhibitione. 132. 2.
Partis an requiratur in sententia declarante aliquem incidisse in excommunicationem ipso iure incursam per Sacros Canones pro aliquo facto. 165. 4.
Num auferatur ex clausula sola facti veritate inspecta. 68.13.

CIVIS

Ergà Patriam num dulcissima animi propẽsione obstringatur. 77. 29.
Subijciatur nè legibus, & statutis illius loci, in quo nascitur. 28. 32.
Num exteris præferatur in emptione frumenti ex agris ipsius Vrbis collecti. 77.20. *& seqq.*
Comitatensis an Ciuium appellatione veniat. 96. 4. *& seqq.*
Et quando in condemnatione Ciuitatis comprehendatur? ibidem n. 15. *& 16.*
Neapolitanus num trahat, & non trahatur. 180. 6.
Quid in reddenda administrationis ratione? ibidem n. 7.
Anue Tutorem trahi possit per administrationis rationẽ extra locum, vbi administratum fuit? ibidem n. 5.
Et num tàm si Actor, quàm si Reus sit, & tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, in foro Neapolitano conueniri debeat? ibidem n. 9.

CIVITAS

Sine Domini consensu num alteri Domino se subijcere possit. 85. 12.
Neapolis num Regni Metropolis dicatur. 144. 18.
Quo tempore luctifica contagione fuit grassata. 200. 12.
Ciuitatis appellatione num id solùm veniat, quod muris est cinctum. 96. 7. *& seqq.*
Quidue in materia indifferenti? ibidem n. 9.
Ciuitate interdicta num suburbia quoque interdicta censeantur. 96. 18.

CLAMYS

An Militem demonstret. 29. 8.

Digitized by Google

CLAVSVLA

Decreti irritantis an operetur, vt ſtatutum illam continens per conſuetudinem legitimè præſcriptã derogari non poſſit. 14. 25.

Abdicatiua quid importet. 145.2.

*In inueſtituris in Regno Neapolis nùm regulariter inferatur? ibidem n.*9.

Conſtituti, & precarij an de generali conſuetudine, & ſtylo apponi cenſeatur. 161.12.

Si in inſtrumento deficiat, nùm Iudicis mandato per alium Notarium extendi poſſit. 167.17. *& ſeqq.*

Nùm excludat præſcriptionem 10. *vel* 20. *annorum.* 15.8.

An operetur, vt creditor ad bona generaliter obligata agere poſſit, omiſſis bonis ſpecialiter obligatis. 25.30.

Nùm idem nulla facta excuſsione? ibidem 31.

Per conſtituentis mortem an extinguatur. 25.36. *ſeq.*

Precarij nùm in cenſus conſtitutione inepta iudicetur. 20. 5.

Ad habendum, poſſidendum, vendendum, alienandum, *nùm dominij translationem auferant.* 42.15.

*An de Notariorum ſtylo in inſtrumentis appoſita cenſeatur? ibidem n.*16.

Et nùm in exequutiuis, vel diſpoſitiuis poſita cenſeatur? ibidem n. 17. *&* 18.

Appellatione remota, *inferior à Principe nùm vti poſsit.* 229. 5.

*An locum habeat in Subdelegato à Delegato Principis, quando cauſa eidem Subdelegato commiſſa fuit cum eiſdẽ facultatibus, ac priuilegijs, prout Delegato commiſſa fuit? ibidem n.*1.

*Anue inter ipſos litigantes dum taxàt procedat? ibidem n.*3.

Caſſans, irritans, *an ſubintelligatur in ſecundo teſtamento, ſi de prioris reuocatione nihil dictum fuerit.* 103.54.

Committo, *nùm delegationem inducat* 44.9.

Conſcientiam tuam oneramus *nùm operetur, quòd perſonæ induſtria electa ſit.* 157.4.

*An notitij naturam mutet? ibidem n.*5.

*Et an boni viri arbitrium denotet? ibidem n.*10.

Cum libera, *an operetur, vt quis omnia facere poſſit, quæ principalis poteſt.* 79.4.

*Quid in caſibus ſpeciale mandatum requirentibus? ibidem n.*5.

Cùm poteſtate addendi, & probandi etiam per teſtes, ſi quæ deſunt, *an concluſionem in cauſa impediat.* 198.23.

Dedit, vendidit, & tradidit, *nùm dominij tranſlationem importet.* 12.5.

Donèc fuerit ſatisfactus, *ſi in ſententia poſita fuerit, an mixturam inducat.* 9.12.

Et cœtera, *an obligationem exorbitantem contractus ſubſtantiam augentem comprehendat.* 161. 22.

*Nùmne huiuſce clauſulæ virtute quarantigia in inſtrumento appoſita cenſeatur? ibidem n.*11.

Indefectum, *an conditionem importet.* 25.28.

In omnibus bonis, iuribus, & actionibus, *nùm plenam, & omnimodam acquiſitionem importet.* 239.5.

Ius, & Iuſtitiam, *nùm omnem generalitatis, ineptitudiniſque defectum remoueat, & efficiat, vt ſententia ſuper id omne, quod ex libelli tenore elicitur, ferri poſsit, quamuis ſuper actione inepta cõceptus ſit.* 193.9.

Iuſtitiam faciat, *nùm delegationem inducat.* 44.9.

Liberè dimittendam poſſeſſionem, *ſi in ſententia poſita fuerit, nùm mixtura inducta dicatur.* 9. 14.

Liberè, purè, & ſimpliciter, cùm promiſſione non reuocandi, *nùm donationem ſimplicem faciat.* 42.19.

Mandamus, *an delegationem inducat.* 44.9.

Manu Regia, *quid operetur.* 68.15.

Omni modo meliori, *nùm ad plures vltrà ſpecificata extendatur.* 193.18.

Poſita in libello quid operetur? ibidem n. 21. *& ſeqq.*

Quid cùm in teſtamento adiecta eſt? ibidem n. 28. *& ſeqq.*

Et quid poſita in Codicillis? ibidem n. 40.

Et nùm per eam eumdem effectum habeamus, ac ſi dictum fuiſſet, cùm cauſæ cognitione. 237.16.

Pleno iure, *quid importet.* 239. 2.

Præcipimus, *nùm delegationem inducat.* 44.9.

Pro omnibus, & quibuſcumque hæredibus, *nùm faciat Eccleſiaſticam emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam.* 56.15.

Quatenus locus eſſet Ægidianæ, *ſi in commiſsione poſita ſit, quid operetur.* 204.6.

Quòd procedi poſſit ad laudum partibus præſentibus, vel abſentibus, *cùm in compromiſſo adeſt, nùm omitti poſsit citatio.* 62.45.

Relinquo, *nùm inſtitutionem importet, quando in teſtamento adeſt clauſula* Omni modo meliori. 193.29.

Sola facti veritate inſpecta *nùm operetur, vt Iudex vti Princeps, & ſicut Deus procedere poſsit.* 70.8.

Ac demùm, vt demptis ſubſtãtialibus tàm pro Reo, quàm pro Actore procedere queat. 68. 3.

Quas ſolemnitates remittat. 68.5.

An legitimas defenſiones tollat. 68.4.

*Et quid de excuſsionis beneficio, citatione, & alijs de quibus ibidem ex n.*11.

Nùm auferat libelli ineptitudinem. 193.4.

An operetur, vt teſtes alij produci, & examinari poſsint publicatis atteſtationibus. 193.6.

Et nùm ea ſtante proprietatis cauſa inſimul cùm ea poſſeſsionis definiri poſsit? ibidem n. 5.

Summariè, & de plano, *nùm attentatorum reuocationem in primis, & ante omnia impediat.* 197.21.

Tale, quale, *poſita in ceſsione, quid operetur.* 13. 41.

Vt generi per ſpeciem non derogetur, & è contra,

Digitized by Google

tra, an operetur, vt creditor omissis bonis specialiter obligatis, ad bona generaliter obligata actionem dirigere possit. 25. 19. & seqq.
An omnibus in instrumentis apponi soleat? ibidem n. 26.
Et cùm ea adest in instrumento, nùm excussio specialis hypothecæ requiratur? ibidem n. 25.

CLERICVS

Fieri an possit, qui corpore vitiatus est, aùt diminutus. 189. 41.
Nùm fiat abscidens semetipsum? ibidem n. 63.
Quid, si abscisio sit illius membri, quo ad Ordinis ministerium minimè egeat? ibidem n. 64.
Fieri nùm possit ille, qui non sponte, sed casu sectus, vel castratus fuerit. 189. 67.
Ab Episcopo queat nè visitari. 188. 28. & seq.
Interdictus, suspensus, vel excommunicatus nùm fori priuilegium retineat. 98. 25.
Cùm ordinis dedecore nùm in plateis mendicare possit. 189. 123.
In minoribus nùm matrimonium sine peccato contrahere possit. 189. 143.

COHABITATIO

Communis ad effectum, vt bonorum omnium societas inter fratres contracta dicatur, quomodo intelligenda sit. 127. 27.

COLLATIO

Beneficij resignati ex permutationis causa alijs facta, quam ipsis permutare volentibus, nùm valida dicatur. 189. 134.
Noua an requiratur, quando resignatio nulla est, & effectum non habuit? ibidem n. 135. & seqq.

COLLECTA.

Collectarum solutio ad quem spectet. 20. 4. & seqq.
Huic solutioni nùm teneatur venditor census? ibidem ex n. 1.
Forenses in Italia an collectentur pro bonis, quæ in collectantium loco possident. 20. 15.

COLLEGIVM,

Quod sub Regis immediata protectione minimè est, nùm ab Episcopo visitari possit. 188. 14. & seqq.

COLONVS

In Domini præiudicium an fundum tradere valeat. 10. 11.
A singulari successore nùm expelli possit, si specialem habeat rei locatæ hypothecam, cùm pacto de re ipsa non alienando. 99. 1.
Quidnè, si singularis successor interesse soluere velit? ibidem n. 2.
Partitarius queat nè à singulari successore expelli. 99. 7.
Nùmue tacitam habeat hypothecam in fructibus pro impensis in fundo factis? ibidem n. 12.
Et an socij loco habeatur? ibidem n. 14.
Coloni expulsio à fundo an Dominus possessione privet. 10. 1. & seqq.
Numnè requiratur cum tota familia, quando quis possessionem accipit authore Prætore. 11. 1. & seq.
Immissio facta authore Prætore an idem operetur, quod operaretur colonorum expulsio? ibidem n. 10.
Si in fundo remaneat non ejectus, Dominus cuius nomine possidetur, an possessionem amittat. 10. 4.
Si antequàm de fundo ejiciatur, illum ab ejiciente conduxerit, nùm ab eo possessio acquisita dicatur. 10. 7. & seq.
Casibus fortuitis renuncians, de quibus casibus intelligatur. 85. 24.
Colono an minuenda, siue etiam remittenda sit pensio magna superueniente prædij sterilitate absque propria culpa. 85. 11. & seqq.
Coloni intentio verbis generalibus expressa, nùm ad casus inauditos extendatur. 85. 25.

COMMVNICATIO

Reciproca lucrorum an citrà ius, societatisque nomen fieri possit. 127. 36.
Si alicuius mercimonij facta sit, nùm animus vltra mercem illam extendi præsumatur? ibidem n. 39.

COMMVNITAS

Quando transegit cùm tertio tanquam immuni, & immunem esse asseuerante, constito postea de falsa causa, nùm transactio valida dicatur. 102. 32.

COMPARATIO

Literarum qualiter facienda sit, vt legitimè procedat. 207. 4.
Nùmue ad iudicandum difficilis reputetur? ibidem n. 6.

COMPARENS

Coràm Iudice nùm in eum consentiatur, cùm de non consentiendo protestatur. 123. 8.

COMPATER,

Compatris, aùt Commatris nominatio an compaternitatem, aùt commaternitatem probet. 216. 8.

COMPENSATIO

Sit nè vera solutio. 117. 21.
Nùm fiat de quantitate ad speciem. 47. 13. ac iterùm 179. 12.
Nùmue de specie ad speciem. 47. 14.
Et quid in vltimis voluntatibus. 47. 16.
Anuè in dote concedatur. 179. 22.
Quid in futuris decimis. 100. 20.
Numuè locum habeat in debito necessario. 47. 7.
Compensandi animum nùm habere videatur præstans aliud, quàm id, quod debebat. 47. 15.

COMPETENS

Quod patri visum fuit, nùm alteri incompetens videri possit. 19. 13.

COMPVTVM.

Redditio computorum nùm acceptum contineat, & expensum, ac incertum habeat exitum. 179. 1.
Computa quousque ad plenum non discutiantur, sciri an possit, quisnam creditor sit Tutor, an Pupillus? ibidem n. 2.

COMPROMISSVM

An quædam transactio dicatur. 86. 17.
Nùm iuramentum exquirat. 173. 13.

Admit-

Digitized by Google

Admittat nè prorogationem. 82.13.
Annè appellationis tempus suspendat. 2. 30.
Per mulieres factum absque propinquorum authoritate à statuto requisita, nùm validum dicatur. 45. 29.
Cùm sit in duos, & vtrique datur facultas eligendi tertium in casu discordiæ, an validum dicatur. 236.1.
Quidnè se post discordiam in tertia persona eligenda concordauerint? ibidem n. 5.
Et quid cùm illud non in Arbitris, sed in Arbitratoribus factum fuerit? ibidem n. 7.
An valeat data potestate vni Arbitro duos mediatores eligendi. 236. 6.
In Arbitratorem nùm fatalium cursus impediat. 173. 14.
Et quid, si illud acceptatum minimè fuerit? ibidem n. 15.

CONCESSIO

Nùm iuxtà partium preces præsumatur. 209.5.
Quidnè si de precibus in concessione nulla mentio facta fuerit? ibidem n. 6.

CONCLVSIO

In causa nùm sententiæ æquiparetur. 198.3.
An cæteris probationibus viam regularitèr præcludat? ibidem n. 6.
Facta nùm dicatur, quando lapsus est terminus parti datus ad probandum, & probatum habendum. 198.27.
Vbi de stylo fieri solet, an ibi necessaria, ac substantialis dicatur. 198.36.
Fiat nè in spolij iudicio. 198.29.
Nùmne præexigatur in causis miserabilium personarum? ibidem n. 30.
Sit nè de substantiali iudicij forma, ità vt si omitteretur, sententia diffinitiua indè sequuta sit nullitati obnoxia. 198.31.
Quomodo fiat in S. R. C. 198.34.
Expressa an dicatur, si pars processum Iudici mittat, & sententiam proferri petat. 198.22.
Et quid si missio huiusmodi ab vna tantùm parte fiat? ibidem n. 25.
Concluſi vim habeat nè postremus actus, qui fit tàm in spolio summarijssimo, quam etiam in omnibus causis, in quibus expressim, & formalitèr conclusio minimè fit. 198.28.

CONDEMNATIO.

Condemnasse an dicatur, qui ritè non condemnauit. 3. 25.

CONDITIO

An in dubio iudicetur potiùs, quàm modus. 153.5.
Vt semel extiterit, sit nè sufficiens. 235.3.
Nùm vno, primoquè actu qualibet in dispositione impleatur. 235.8.
An transmissionem impediat. 153.6.
Conditione pendente nùm actus perfectionem habeat. 3.21.
In conditionibus nùm curetur de successu. 235.5.
Potestatiua an pro impleta habeatur, si per honoratum non steterit. 153.8.
Resolutiua habeat nè eamdem naturam, ac modus. 3.5.
Nùmue propriam eius naturam amittat, sicq; an fiat suspensiua, quoties dispositio, cui adijcitur, id requirit? ibidem n. 10.
Suspensiua an concipiatur ex dictione si. 187.11.
De præterito, vel de præsenti nùm actum suspendat, si à contrahentibus nesciatur. 191. 11.
Si deficiat nùm pro impleta hebeatur, si per honoratum non steterit. 35.33.
Viduitatem inducens, nùm illicita, & contrà bonos mores dicatur. 187. 3. *& seq.*
Legati, quando post litem contestatam, & ante sententiam superuenit, nùm ius illud in iudicium deductum videatur. 198.4.
Si actus firmus, validusquè sit, *in ratificatione an semper intelligatur.* 102.25.
Si æquè iudicatum fuerit, *an in compromissis intelligatur.* 27.6.
Si ingrediatur Monasterium, *per Religionis ingressum ante factam professionem nùm impleta dicatur.* 35. 1.
Quidnè cùm Nouitius ante professionem intrà probationis annum obijt? ibidem n. 30.
Si legatarius viuat, *nùm annuo in legato subintelligatur.* 15.41.
Si patris morte filius sui iuris fiat, *nùm ad casus omnes trahatur, quibus patria potestas soluitur.* 7. 10.
Si viduabit, *an perpetuam viduitatem exigat.* 187. 10.

CONDVCTOR

Negando restituere rem conductam locatori, an illum spoliare dicatur. 221.3.
Pro impensis meliorationibus in re conducta factis nùm habeat retentionem, quando conductio post litem motam facta est. 99.23. *& seqq.*
Qui prædia in perpetuum conduxit, an de monetæ augmento teneatur, si pensio in immensum creuerit. 85. 10.
Sterilitatem Domino nùm teneatur denunciare ad finem obtinendi mercedis remissionem. 222.5.
Conductori sit nè augendum pretium proportionabilitèr iuxtà ratam mutationis monetæ. 85.1.
Conductoribus quibus in casibus faciendæ sit mercedis remissio. 222.3.

CONFESSIO

Quænam voluntaria dicatur. 139.17.
Dubia sit nè in confitentis fauorem interpetranda. 43.7.
Vt damnum afferat confitenti, nùm clara, & liquida esse debeat. 43.8.
Partis an sufficiat, vt per illam factum aliquod notorium dicatur. 170. 16.
Partium nùm creditoribus noceat. 103.33.
Creditoris de pecunia recepta an præiudicet, quando vltrà eam quietatio adest. 164.13.
Rectoris nùm Ecclesiæ præiudicet. 139.14.
Mariti de dote recepta constante matrimonio facta an numerationem probet in creditorum præiudicium.

Digitized by Google

cium. 103. 30. & seqq.
An simulata præsumatur. 237. 2.
Nùmue fraudulenta dicatur, quando confessionis tempore magnum æs alienum habebat. 103. 39.
An veram numerationem probet, quando maritus confessus fuit, dotem ab extraneo recepisse. 103. 28.
Dotis pro certa quantitate nùm vera præsumatur, si pro alijs partibus promissis quietationes non habent. 103. 24.
Mariti de dote recepta constante matrimonio facta probet nè numerationem, quando lapsum est tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. 103. 21.
Dotis receptæ facta à marito tempore, quo creditores pro eorum creditis insteterunt, nùm in ipsorum fraudem facta dicatur. 103. 42.
Inter personas prohibitas an probet concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus. 103. 6.
Facta de tempore contractus matrimonij nùm veram dotis numerationem probet. 103. 9.
Dotis receptæ facta in testamento, etiam præcedente promissione, nùm veram numerationem probet. 103. 47.
Dotis receptæ in testamento facta nùm reuocata dicatur illo reuocato. 103. 53.
Debiti iurata, & acceptata nùm obligatoria dicatur, vt nedùm tacitè, sed neque expresè reuocari possit. 103. 65.
In testamento facta, ex qua ius parti quæsitum fuit, nùm irreuocabilis dicatur, quando pars, cui ius quæritur, vel alius pro ea interuenit. 103. 67.
In iudicio vt noceat, nùm opus sit, vt haùd in articulis, sed in positionibus fiat. 147. 13.
Facta parte absente an præiudicium afferat, si in positionibus facta fuerit. 147. 14.
Per verbum credo in positionibus nùm plenam fidem faciat. 147. 1.

CONFESSVS

Nùm de errore dicere, & docere valeat de negatiua coarctata loco, & tempore in criminalibus. 171. 20.

CONFIRMANS

Sit nè idem, ac confirmatum. 18. 39.

CONFRATERNITAS

Laicorum per Episcopum nùm compelli possit accedere ad processiones. 232. 3.
An Regiæ iurisdictioni subiecta dicatur, si alicui Ecclesiæ adhereat. 232. 4.
Laicorum nùm ab aliqua Ecclesiastica dignitate separabilis sit. 232. 5.
Quæ sub Regis immediata protectione minimè est, nùm ab Episcopo visitari possit. 188. 14. & seqq.

CONIECTVRA

Per aliam in contrarium nùm excludatur. 210. 13.
An cesset in claris. 152. 8. iterùmq; 210. 12.
Nùm probatio apertissima dicatur. 3. 18. & demùm 47. 19.
Coniecturæ an probent Notarij errorem. 163. 4.
Fideicommissum inducentes nùm grauæ, vrgentes, probabiles, necessariæ, & concludentes esse debeant. 3. 16.

CONIVNCTVS

Sanguine, aùt alia necessitudine, sit nè prius subueniendus. 77. 23.

CONNEXA

Sint nè indiuidua. 23. 36.
Connexorum an idem sit iudicium 22. 13. demùmq; 23. 35.

CONSANGVINEVS

Qui redimere volens, si sententiam contra emptorem obtinuit, an ea haùd vti possit. 23. 11.
Se proximiorem esse, an satis probet eo ipso, quòd se consanguineum esse asseuerat. 89. 13.

CONSCIENTIA

Bona nùm oculos fugat. 171. 15.
Numuè prodere velit, & conspici? ibidem n. 16.

CONSENSVS

Paternus in contractibus filiorumfamilias requisitus nùm aptus sit validare obligationem, quæ ad ipsiusmet patris beneficium tendit. 76. 32.
Capituli quomodo præstari debeat. 139. 15.
Vsufructuarij an requiratur, vt proprietarius proprietatem vendere possit. 76. 2.
Partium nùm legis authoritati, & formæ derogare possit. 2. 35.
Consensum præstare renuens in casibus, in quibus cogi potest, quomodo compellendus sit. 38. 17.

CONSEQVENS

Sine suo principali stare nùm possit. 74. 3.
Nùmue admittat, quod principale excludit? ibidem n. 2.

CONSERVATOR

Quis esse possit. 170. 28.
Sit nè Iudex Delegatus. 170. 2.
Nùmue differat ab alijs Iudicibus Delegatis? ibidem n. 5.
Sui Conseruatoris nùm esse valeat. 170. 33.
Speciali commissione semota nùm procedere possit dumtaxàt contra manifestas iniurias, seù violentias, quæ iudicialem examinationem non requirunt. 170. 8.
Quidnè in causis criminalibus, seù mixtis? ibidem n. 9.
Procedere an possit, si iniuriam, seù violentiam manifestam, & notoriam fuisse non appareat. 170. 11.
Cùm de notorij qualitate dubitat, vel de ea clarè minimè apparet, quid fieri debeat. 170. 13.
Interim dùm iniurias, seù violentias manifestas esse non constiterit, nùm Ordinarijs Iudicibus, ne in illis procedant, inhibere valeat. 170. 21.
Iudiciali indagine vti nùm possit in violentijs, seù iniurijs notorijs, in quibus aliàs iurisdictionem habent, si tales inueniantur. 170. 14.
Notorij examinationem præmittere nè teneatur, cùm Reus factum, & ipsius qualitatem notoriam fuisse fatetur. 170. 15.

Quid

Quid cùm Reus neque fatetur, neque etiam negat, sed tacet: ibidem n.17.
Et quid, quando Reus negat? ibidem n.19. & 20.

CONSIGNATIO

In reali oblatione nùm requiratur.208.5.

CONSILIVM

Melius profilia an nemo capere valeat, quàm pater ipse. 19. 14.
Vendere nùm possit Iurisconsultus.218.12.
Consilia fortissima nùm asperis in rebus tutissima sint. 155.23.

CONSTITVTIO

Pij V. *dans formam resignandi nùm locum habeat, cùm Beneficium resignatur pro vnione fabricæ Ecclesiæ. 189. 154. & seqq.*
Alexandrina quid disponat. 84. 1.
Nùm favorabilis dicatur? ibidem n.4.
Et an liget extra Romanam Curiam? ibidem n.2. & 3.
Ægidiana habeat nè locum omnibus in locis Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectis.55.1.
Nùm prohibeat appellare in possessorio? ibidem n.3.
Anuè intelligatur quò ad effectum devolutivum? ibidem n.5.
Et quid cùm de iniustitia, seù nullitate sententiæ notoriè constaret? ibidem n.8. & 9.
Loquens de Sacris Ordinibus an minores Ordines comprehendat.189.144.
Procuratoris quomodo facienda sit.205.5.

CONSTITVTVM

Dicatur nè sufficiens, vbi traditio corporalis requiritur. 238.7.
An contractus naturam sequatur. 191.17.
Nùm aliquid operetur in venditione conditionali illa non purificata. 191. 16.
Purum per verba præsentis temporis nùm illicò effectum ad dominij, possessionisquè translationem operetur.191.18.

CONSVETVDO

Sit nè altera lex. 148.2.
An sicuti lex loco circumturbitet. 61.39.
Quomodo introducatur.148.4.
Per actus extorsiuos an possit introduci. 148.12.
Ex vnius actus difformitate nùm euanescat. 148. 14.
Titulata, siue iudicata vt introducta dicatur, quid requiratur.148.15.
Nùmue per binas sententias inducatur.49.34.
Vt validè reputetur præscripta, quale tempus exposcat.148.7.
Nùm induci queat à maiori Communitatis parte. 14.18.
An vim habeat ex intentione eorum, qui illam inducunt. 14.21.
Nùm intelligẽda sit, vt Commune Ius minus, quàm fieri potest, lædat. 236.37.
Positiuum Ius an tollere possit.237.13.
Legitimè præscripta an deroget statutum decreti irritantis clausulam continentem. 14.25. & seq.
An ea, quæ de Iure humano sunt, tollere, & modc-
rare possit. 21.13.
Contra honestatem sit nè valida censenda.16.10.
Iudicandi in aliquo Tribunali nùm sit attendenda. 49.35.
Loci nùm attendenda sit in quibuslibet contractibus conficiendis.1.6.
In ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, nùm legis vim obtineat. 4.59.
Donandi post concubitum nùm valida dicatur.118. 29.
Vt decretum interponatur sine scriptura causæ cognitionis an valeat. 237.14. & seq.
Cùm haùd bona, sed personam respicit, nùm ad bona etiam territorium extra extendatur. 61. 42.
Retractus, qua consanguinei à consanguineo vendita recuperare possunt, nùm favorabilis sit. 84.8.
Ciuitatis Neapolis *an comprehendat forenses pro bonis sitis in districtu.102.14. & seq.*
Anuè bona in paterna, & materna diuidat, & ad paterna vocet proximiores ex parte patris, ad materna verò proximiores ex parte matris. 61. 17.
Capuanæ, & Nidi, *vide verb. Vsus.*
Martini *nùm dicatur Ius Commune non scriptum. 235.11.*
Nùmue vbique ab omnibus vsu recepta sit, vt contrarium asserenti probandi onus incumbat? ibidem n.10.
Dos, & quarta, de iure quartæ, *an locum habeat in probatione, & assecuratione dotis.71.17.*
Si quis, vel si qua, de succession. ab intestat. *quid disponat. 235.27.*
Anuè procedat patre, vel matre existente in medio? ibidem n.28.
Et an locum habeat, quando matrimonium secundùm Capuanæ, & Nidi vsum contractum est? ibidem n.29.

CONTEMPLATIO.

Quod mei contemplatione datur, an mihi acquiratur. 118.43.

CONTINVVS

Suæ Excellentiæ discedendo à Ciuitate, petita, & non obtenta licentia, an officio priuetur.200.22.

CONTRACTVS

An sit duorum, pluriumuè in idem consensus. 3. 28.
Ab initio nùm sit voluntatis, ex post facto autem necessitatis. 13.14. & iterùm 87.8.
An legem ex conuentione accipiat. 12.33.
Nùm actus naturam assumat, cùm quo interponitur. 37.37. ac demùm ibidem n.44.
In dubio an simulatus præsumendus sit.90.11.
Sub falsa causa factus nùm sit nullitati obnoxius. 102.30.
Perfectus an dicatur, si venditum fuerit vinum græcum tali in cellario existens ad rationem tot pro qualibet salma. 191.10.
Cùm aliquo tanquam cùm hærede celebratus an validus dicatur, si ille talis non sit hæres.102.34.

Digitized by Google

Inter Medicum, & infirmum celebratus an valeat. 218.9.
Locationis nùm sit bonæ fidei, & vltròcitròque obligatorius. 85.20.
In testamento nùm validè confici, & celebrari possit. 37.34. *& iterùm* 103.66.
In testamento contentus nùm testamento reuocato reuocetur. 103.64.
Fideiussionis vt necessarius societati humanæ, an ità sit periculis obnoxius. 69.1.
Vltrò citròque obligatorius approbari nùm possit contrahentis inhabilis vtilitate inspecta. 45.22.
In quo pretium intra dimidiam iusti pretij limites excedit, nùm ab humana lege impediatur. 77.7.
Simulatus quando præcesserit, an tunc desit animus possessionem transferendi. 211.11.
Annui reditus an sit vera emptio. 224.13.
Censualis nùm ex pretio bonorum mobilium constitui possit. 224.5. *& quid si cùm huiusmodi pretio aliqua pecuniæ quantitas commixta fuisset? ibidem n.* 6.
Cessante tertiarum solutione an rescindi possit, si in instrumento pactum rescissorium omissum fuerit. 161.25.
Reassumtio à prothocollo Notarij mortui facta ab alio reassumendi priuilegium habente, nùm legitima iudicetur. 167.15. *& seq.*
Nominatus ob defectum implementi an reseluatur. 159.1.
Et quid, cùm id, in quo facta est conuentio, fuit causa finalis contractus? ibidem n. 5.
Nominatus cùm ob implementi defectum non reseluitur, nùm ad interesse agi possit. 159.2.
Medium rei à Iustitia Commutatiua in contractibus requisitum nùm in indiuisibili consistat. 77.8.
Nùm principalis nedùm, sed tacitus etiam paratam habeat exequutionem. 119.27. *& seq.*
In contractibus nùm ab Arbitratoris persona recedi possit. 12.17.
Dicta circà contractum an locum obtineant circà distractum. 220.8.
Tempus contractus sit nè attendendum, vt læsio considerari possit. 27.22.

CONTRAHENS

Actum nullum facere nùm voluisse præsumatur. 117.12.
Vt pactum nugatorium apponere voluerit, præsumi an valeat. 175.18.
In dubio nùm se conformare videatur cùm dispositione statuti, & loci consuetudine. 141.41.
Quando ad contractus obseruantiam constringatur. 159.6.
Vt ignoret, quinam verè proximiores sint, nùm in dubio præsumatur. 234.5.
Ex officij necessitate, an euictionis vinculo ligari debeat. 182.6.
Obligationem ex iuramento ortam an iuranti remittere, & condonare possit. 165.23.

CONTVMACIA

An proprium delictum sit. 171.11.
Annè odiosa, prout & ipsum crimen dicatur? ibidem n. 12.
Ex citatione domi facta nùm quis in vera contumacia constituatur. 111.8.

CONTVMAX

Verus quando quis dicatur. 171.18.
Verus an pro præsente habeatur. 30.11.
Nùm præmio affici debeat. 171.10.
Annè audiri debeat. 171.2.
Quidnè per viam appellationis? ibidem.
Et an tàm in criminali, quam ciuili causa procedat? ibidem n. 3.

CONVENTIO

Præcedens declaretur nè per solutiones subsequutas. 201.32.
Sine scriptis nùm habitam emptionem perficiat. 224.15.
An, vt aliquid operetur, in contractibus apponatur. 119.18.
Vt nominis periculum penès eum remaneat, qui illud insolutum dedit, nùm sit nullitati obnoxia. 13.66.
Quòd prædium alienans, & non emptor, ad decimam teneatur, an valeat in Ecclesia præiudicium. 100.24.
Conuentioni nùm standum semper sit. 12.7.
Conuentiones, quæ libertatem, testandique facultatem directò impediunt, sint nè improbatæ. 39.20.
Contractum nùm ex conuentione legem accipiant. 12.33.
Sola pretij conuentio nùm emptionem perficiat. 12.10.

CONVENTVS

Habeat nè electionem vel restituendi rem, vel supplendi pretium, cùm agitur remedio l. 2. C. de rescid. vendit. 130.9.
Conuenti an hodiè de ordinario S.C. stylo ab expensis absoluantur. 50.6.

CONVICTVS

De mendacio quò ad vnam positionem, nùm quò ad reliquas sibi præiudicet. 227.1.

CORPVS.

Corpore vitiatus quis dicatur ad effectum, vt Ordinibus insigniri non possit. 189.42.
Corpore impeditus nùm ordinibus insigniri debeat. 189.40.

CREDITOR

Onerosus sit nè audiendus. 201.24.
Agere nùm possit contra vnum rei sibi obligatæ possessorem. 146.19.
Nùm fraudetur, cùm quid à debitore non acquiritur. 17.3.
Sufficiens pignus habens, an fideiussorem conuenire possit. 25.14.
Queat nè regressum habere ad primæua, antiquauè iura, si res insolutum habita euicta fuerit. 13.51.

Sati-

Digitized by Google

Satisfieri an possit super iure sepulcrorum. 26.12.
Aliquid recipiens pro residuo an sibi præiudicet, si protestetur, sibi licere dictam solutionem taliter recipere sine præiudicio consequendi, quod verè non recepit. 164.16.
Facta licitatione non comparens, an hypothecæ ius amittat. 66.43.
Quidquid facit circà pignoris venditionem, nùm faciat tanquàm debitoris procurator. 66.30.
Anterior tàm feudalia, quàm allodialia bona obligata habens, nùm in feudalibus sibi satisfacere teneatur. 25.16.
Pignora sibi obligata vendi petens, quod propria authoritate sine Iudice facere posset, an suam conditionem deteriorem faciat. 66.33.
Primus non vendens iure creditoris, sed vigore suæ acceptionis insolutum, an dominium affectum transferat. 66. 5.
Primus quando prævio appretio sibi debitoris bona adiudicat, posteriori creditori nùm denegetur offerendi ius contra illum pro re sibi adiudicata. 66.46.
Prior num inuitus offerre cogatur. 208.13.
Posterior an debitum priori offerre possit, vt in eius locum succedat. 208.12.
Etsi debitum obtulerit priori, qui possidet, an prior creditor offerendi ius posteriori amittat? ibidem n. 15.
Posterior nùm teneatur ad interesse pecuniæ ipsi liberatæ in creditorum concursu cùm cautione in casu restitutionis. 220.14.
Posterior, qui prædium emit cùm eius crediti retentione nùm reuocata venditione instantibus creditoribus anterioribus ad fructus, vel interesse pro retenta quantitate teneatur. 220,15.
Secundus exercere an valeat offerendi ius, quando primus creditor rem pignoratam debitoris heredi vendidit. 66.8. *& seqq.*
Secundus sit nè succurrendus aduersùs pignorum venditionem à primo creditore factam iure creditoris viliori pretio cùm lesione vltra dimidiam. 66.21.
Secundus si rem pignori nexam à primo creditore emerit, an per alium creditorem ei offerre poterit. 66.16.
Prior an eo ipso, quod possidet, plus iuris habeat, quàm ille, qui non possidet. 208.14.
Vendens iure creditoris, & promittens de euictione, an vti principalis teneatur. 175.1. *& seqq.*
Pignus simpliciter vendens, an vt Dominus vendidisse intelligatur. 175.9.
Et quando simpliciter vendere intelligatur? ibidem n. 10.
An super re specialiter obligata prius agere debeat. 25.8. *& seqq.*
Omissis bonis specialiter obligatis nùm agere possit super generaliter obligatis, si in instrumento adsit clausula, vt generi per speciem non derogetur, & è contra.25.19.
Anuè idem sit, si adsit clausula Constituti? *ibidem n.* 30.
Omissis rebus, super quibus sententiam habuit, nùm ad alia bona declinare possit. 25.12.
Ex clausula Constituti *nùm ad bona obligata agere possit, nulla prius facta excussione.* 25.31.
Quid, vbi res inter duos creditores ageretur? ibidem n. 32.
Quidue si possessionis retentionem huius clausulæ vigore non petierit? ibidem n. 33.
Et quid debitore viuente? ibidem n. 35.
Nùm solutionem ab alio accipere teneatur, si id in eius damnum minimè cedat. 215.2.
Ex ipso contractu nùm debitori, & suis dumtaxàt redimere obligatus sit. 215.7.
Chirographarius si nihil possideat de bonis debitoris reditus, an offerre, & cessionem petere possit. 215.8.
Vti an possit beneficio textus in l. scripturas, C. qui potior in pignor. habean. *quando testium interuentus fuit à Notario scriptus.* 186.2.
Cui per graduationis sententiam facta fuit cõsignatio in bonis cõcursus pro sui crediti satisfactione, an fideiussores, aùt correos amplius molestare valeat. 117.26. *& seq.*
Creditorum audacia sit nè compescenda. 25.11.
Si dotis receptæ confessionem veram non esse probare voluerint, nùm admittantur. 103.34.
Qui plures actiones habent, an vnius loco habeantur. 183.18.
Consanguinei debitoris an cæteris creditoribus præualeant in remittenda debiti parte, & in danda dilatione. 183.17.
Creditorum pars minor, quibus maior summa debetur, an præualeat alteri maiori personarum parti, quibus minor summa debita est. 183.13. *& seqq.*

CREDITVM

Præstandum nè sit depositioni factæ in tortura, quãdo testis varius reperitur. 36.15.
Quidnè si testis periurus sit? ibidem n. 16.

CRIMEN

Committens nùm ad Beneficia resignanda admittatur. 189.69.

CVCVLLA

An Monacum demonstret. 29.8.

CVLPA

Vbi non est, an ibi pœna esse debeat. 4.47.

CVPIDITAS

Dilationis an naturalis sit improbis hominibus. 171.14.

CVRATOR

Nùm à decreto dationis curæ æppellare possit. 30.1.
Eius officium an finiatur ante redditas rationes? ibidem n. 15.
Et an eius potestas cura finita finiatur, quò ad causas cœptas? ibidem n. 16.
Vsque ad quod tempus administrationis rationem reddere teneatur. 46.15.
An Tutori in omnibus, quæ administrationem concernunt, æquiparetur. 30.7.
Promittendo dotem vltrà patrimonij vires an de

Digitized by Google

proprio teneatur. 182.3. *& seq.*
Ex gestis in rerum pupillarium administratione, an ea finita de euictione teneatur. 182.5.
Bonis vacantibus detur nè ante possessoris inuestigationem. 135.30.
Ad litem an detur minori Curatorem non habenti. 75.2.
Nùmue minori inuito dari possit? ibidem n. 8.
Ad lites nùm inuentarium facere teneatur. 75.26.
Quidue de libro expensarum in lite factarum? ibidem n. 27.
Ad lites nùm satisdare teneatur, rem minoris saluam fore. 75.22.
In iudicio comparens, & nihil allegans, nùm defensiones pro minore haùd habuisse præsumatur. 75.19.
Qui non exhibet solemnia, an pro non Curatore habeatur. 75.3.
Generalis pendente inuentarij confectione conueniri an possit. 75.14.

CVRIA

Magni Admirati super quibus iurisdictionem habeat. 180.15.
Nobilis Artis serici an iurisdictionem habeat ciuilem, & criminalem in eos, qui sub matricula contenti eam exercent. 180.16.
Quid de cæteris Curijs? ibidem n. 17. *& seqq.*

CVSTODIA

Sigillorum an maximę authoritatis viris commendetur. 143.18.

DAMNVM

Quod quis sua culpa patitur, nùm sibi imputandum sit. 13.29.
An consistat in spe, & valore rei futuræ. 57.2.
In frumento datum æstimari nè debeat habito respectu ad herbam, an verò cùm erit maturum. 57.1.
Agens de damno euitando an potiùs succurrendũ sit, quàm agens de lucro captando. 13.31.

DATIO IN SOLVTVM

An sit emptio. 224.9.
Nùm solutionis loco habeatur. 13.49.
An priorem obligationem in totum extinguat. 13.48.
Certarum functionum fiscalium certi loci, pretio tamèn constituto ad rationem tot pro centenario, an perfecta dicatur ante factam quantitatis redituum, ac pretij liquidationem. 191.14.
Dans nomen in solutum, nùm illud exigibile in futurum præstare teneatur. 13.68.
Si res in solutum hàbita euicta fuerit, creditor nùm regressum habere possit ad primæua, antiquaue, iura. 13.51. *& seq.*

DEBITOR

Quis sit. 47.3.
An cogi possit ad locandas operas suas creditori. 141.7. *& iterùm* 217.5.
Carcerari an possit, quando bona non habet, ex quibus æs alienum solui possit. 141.10.
Nùm compelli possit, vt soluat probanti mandatum per testes. 105.27.
De euictione an teneatur in venditione pignoris à Iudice facta. 66.36.
Qui in pecunia soluere mediante iurę iurando se obligauit, nùm audiatur dare volens tot bona insolutum creditori. 141.32.
Cogere an possit creditores in pecunia ad accipiendum tot bona insolutum, si iustus emptor non inueniatur, & huic beneficio mediante iurę iurando renunciauit. 141.19.
Nùm valeat legatum, vel hæreditatem in creditorum præiudicium repudiare. 17.1. *& seq.*
Ex causa onerosa non acquirens bona, nec illa procurans, vt creditoribus satisfaciat, an poli in foro lethale perpatret peccatum. 17.6.
Assumere an debeat media omnia consueta, & facilia, quibus soluere possit. 17.7.
Si calleat artem, seù lucrosum officium, an in conscientia exercere teneatur. 17.10.
Decimarum an possit prætextu eius, quod debetur, decimas denegare. 100.20.
Frumenti an farinam creditori præstare possit. 184.6.
Tradens insolutum nomen sui debitoris creditori volenti an liberetur, si expressum non sit. 117.1.
Vbi pœna adest, nùm liberetur soluendo partem, quin pœna committatur pro toto. 49.54.
Post lapsum tempus termini ad soluendum suscepti, audiri nùm possit ad impediendam exequutionem. 208.22.
Propter solutionem ab extraneo factam creditori, nùm à debito liberetur. 215.10.
Necessarius an compensandi animo legasse videatur. 47.9.
Eo defuncto nùm contra tertium possessorem deueniri possit, non facta priùs bonorum hæredis principalis debitoris excussione. 25.38.
Pecunia non numerata implorare an possit Iusdicentis officium, vt Actori indebiti petitio prohibeatur. 164.18.

DEBITVM

Vnum an vnica solutione tollatur. 101.3.
Voluntarium quale dicatur. 47.5.
Quodue necessarium? ibidem n. 4.
Voluntarium sit nè dotis restitutio. 47.6.
Si non soluatur, an defuncti anima in captiuitate remaneat. 146.13.
An sit compensandum, vel nè, vt cognoscatur, nùm hæredis aditio in consideratione habenda sit. 47.22.
Nùm quocumque in moneta genere restitui possit, quotiescumque apertè non constat, certam monetæ speciem actualitèr numeratam fuisse. 201.18.
Verum, si ex confessione in testamento facta non probetur, nùm in vim legati sustineatur. 103.51.
Debita amittere, & lucra non capere, an differat inter se. 187.5.
Debiti solutio, siue remissio, quando præsumatur. 46. *per totum.*

DE-

Digitized by Google

DECIMA

Sit nè onus reale transiens in quemlibet possessorem. 100. 23.

Decimæ num agentium animarum tributa dicantur. 100. 1.

Clericis num de iure debeantur. 100. 10.

Prædium, ex quo illæ debentur, num Ecclesiæ obligatum tacitè sit. 100. 5.

Decimarum debitor an possit prætextu eius, quod debetur, decimas denegare. 100. 20.

Decimarum in causis an summariè, simpliciter, & de plano procedatur. 100. 9.

DECISIO.

Diuersæ, vel contrariæ vbi adsunt decisiones, an nouissimis standum sit. 47. 27.

DECLARATIO

Num aliquid noui inducat. 135. 5. *& seq.*

Personalis transeat nè ad successorem. 33. 31.

Animi humani, quæ facto demonstratur, an certior sit, quàm quæ verbis inducitur. 127. 6.

Domini an sufficiat, vt emphyteuta in commissum cadat ob canonis non solutionem. 49. 4.

Quid si talis declaratio tacita sit? ibidem n. 9. *&* 19.

Et quid cùm pactum adest in instrumento, vt non soluente, vel alienante, &c. à suo cadat iure? ibidem n. 12.

An simul cùm petitione requiratur ad præscriptionis effectum. 4. 27.

DECRETVM

Secundum an idem sit, ac primum. 18. 38.

Primum exequi num possit, quando contra secundum nullitates admittuntur. 18. 47.

Interlocutorium S.R.C. num intimari debeat. 111. 12.

Principis an idem operetur, quòd lex, vel consuetudo quò ad Mercatorum libros. 137. 13.

Principis indistinctè alicuius Mercatoris libris fidem adhiberi mandans, num generaliter tam contra debitorem, quàm contra tertium intelligi debeat. 137. 16.

Iudicis num in mulierum, minorumuè contractibus probatis, & excussis causis, & in scriptura separata interponendum sit. 237. 10.

Quod apocha in debitoris contumaciam pro recognita habeatur, an vim veræ, ac realis recognitionis habeat. 171. 9.

DEDVCTIO

Legitimæ quando de vno tantùm legato fieri possit. 181. 12.

DEFECTVS

Iurisdictionis sit nè insanabilis. 144. 12.

DEFENSIO.

Defensiones legitimæ an per clausulam Sola facti veritate inspecta *tollantur.* 68. 4.

DEFENSOR

Necessarius dicatur nè quò ad comparitionis necessitatem. 80. 2.

Necessarius an omnis sit, qui iudicium declinare non potest. 80. 3.

An Domini priuilegio vtatur. 80. 4.

Mandato carens num alicuius defensioni se offerre possit? ibidem n. 8.

DELEGATVS

A Principe an possit subdelegare, quando persona industria electa est. 157. 11.

Cùm clausula conscientiam tuam oneramus *an valeat subdelegare? ibidem n.* 1. *& seqq.*

DELICTVM.

Cùm dubitatur, an iurisdictionis in loco patratum sit, num Syndicus à denunciatione excusetur. 109. 9.

Filij an præiudicet patri in aduentitiorum bonorum vsufructu. 76. 7.

Notorium num dicatur, quando est confessum in iudicio. 150. 6.

Delicti emendatio an pœnam tollat. 58. 6.

Delicti granitas num ex pœna granitate cognoscatur. 36. 20.

Delicti denunciatio quando ad successorem spectet. 109. 12.

DELINQVENS

Num revelandus sit. 109. 3.

DENOMINATIO

In indiuiduis à qua parte facienda sit. 64. 13.

DENVNCIATIO

Delicti patrati quando ad successorem spectet. 109. 12.

DEPOSITIO

Testium in tempore discordantium num valida sit. 160. 2.

Testium sine partis citatione an valeat. 231. 2.

Num eue diem, horam, & locum examinandorum testium complecti debeat? ibidem n. 10.

Facta per verbum credo, vel non credo, *num aduersarium ab onore probandi releuet.* 147. 3.

Si facta sit in tortura an ei creditum præstetur, quãdo testis varius reperitur. 36. 15.

Et quid si testis periurus sit? ibidem n. 16.

DEPOSITVM

Quando vim habeat expressæ solutionis. 208. 25.

Verum, num dicatur, quando debitum mutui, vel ex alia causa, in causam depositi conuertitur, & transfunditur. 117. 16.

Pluribus hæredibus deponentibus quomodo reddi debeat. 183. 15.

Pro pœna nullitatum aduersùs sententias, & pro pœna suspicionum Iudicum, num facere obstringatur pauper, si impartito termino summario probata fuerit paupertas. 34. 19.

DESTINATIO.

Destinatum ad aliquem finem, an pro eo habeatur, ad quem destinatur. 95. 11.

DETINENS

An in feudi possessione esse dicatur. 211. 5.

DETRACTIO

Legitimæ quando à legatis fieri possit. 162. 6.

Quando de vno tantùm legato fieri valeat. 181. 12.

Ante legata num fieri possit, quando illa relicta sunt pro vsuris, & malè ablatis. 162. 8.

An præualeat fideicommissis vniuersalibus ad pias causas. 162. 9.

Digitized by Google

DIACONVS

Nùm ante Præsbyterum sedere valeat, si aliquo Ecclesiastico beneficio præfulgeat. 16.13.

DICTIO

A *vel* Ab *nùm pro* Post *desumatur.* 124.9.

*Et an in termino, cui adiungitur, exclusiuè ponatur? ibidem n.*8.

Antea *quid importet.* 37.18.

Donec *an conditionem resolutiuam inducat.* 3.3. *& iterùm* 187.17.

Anuè temporis limitationem importet. 9.13.

Nùmue acquisitionis effectum pro tempore, quo conditioni obtemperatur, impediat. 3.4.

Testator si hac dictione vsus esset, quid voluisse præsumatur. 3.6.

Dummodò *an conditionem finalem importet.* 187.13.

Etiam *an vnum casum exprimat, & alium includat.* 188.8.

Infrà *an idem importet, ac* Intra. 109.16.

In perpetuum *an dominium inducat.* 9.16.

Liberè *quid operetur.* 9.15.

Propterea *an expressam, & finalem dispositionis causam denotet.* 60.6.

Posita post copulatiuam Et, *nùm dispositionem coniungat? ibidem n.*7.

Quoque *quid importet.* 37.18.

Si *an conditionem suspensiuam inducat.* 187.11.

Anuè distet à dictione Donec? *ibidem n.*16.

DIES

Primus ad DEI honorem feriatus an post interpositam appellationem currat. 124.1.

In computationis exordio an vtilis esse debeat. 124.2.

Termini an computetur in termino. 124.6.

Quid de vltimo die. 109.18.

Tota an includatur, quoties intrà, vel infrà talem diem aliquid fieri mandatur. 109.17.

Festiuus nùm etiam antiquitùs in commendatione fuerit habitus. 5.5.

Festiuis diebus procedi an possit in rebus tempore perituris. 5.8.

Numuè currat tempus dierum sex dicendi de nullitate à decretis interlocutorijs. 5.20.

Et huiusmodi diebus nùm licitè emantur, & vendantur res ad victum spectantes. 21.19.

DIGNIOR

An semper alteri siue iuniori, siue seniori præferatur. 16.16.

In Beneficiorum concursu an ille iudicetur, qui est magis vtilis, & aptus ad Beneficium. 97.5.

DIGNITAS,

Et honor nùm in sessione, & prioritate consistat. 16.4.

Quando in consideratione habenda sit. 16.38.

Dignitatis excellentia nùm ex Rocchetto, Mantello, & Mozzetta arguatur. 29.5.

Constitutus in duplici dignitate an præferatur ei, qui vnicam tantùm habet. 16.19.

Maior in dignitate an præcedat minorem in illa, si minor ille præcedat in tempore. 16.28.

DIGNVS

De Ciuitate eligi an possit ab Beneficium posthabito digniore extraneo. 97.8.

Minus dignus, cuius mores noti sunt, & approbati, nùm in concursu doctiori præferatur, cuius vitæ ignoratur. 97.7.

DILATIO

Legalis vbicumque aliquibus aliquam ob causam conceditur, si causa illa ante finitam dilationem finitur, nùm etiam dilatio finiatur. 144.18.

Minori concessa an prosit maiori cùm illo litigante. 23.29.

Dilationi in aduersarij præiudicium nùm renunciari possit. 23.19.

Dilationis cupiditas sit nè naturalis improbis hominibus. 171.14.

DILIGENTIA

In perquirendo nùm valeat excludi. 135.29.

DISPONENS

De bonis suis nùm intelligere censeatur de his, per quæ si includerentur, graue inferretur præiudicium. 56.18.

Actum illicitum, & prohibitum nùm in dubio fieri voluisse præsumatur. 56.20.

DISPOSITIO

De sui natura nùm conditionalis sit. 153.4.

An cesset eius causa cessante. 27.14. *& iterùm* 42.1.

Vigere an debeat, vbi eadem militat ratio. 37.22.

Nùm rebus sic stantibus facta intelligatur. 42.4.

Generalis an casus priuilegiatos includat. 95.2.

Nùmue ad prohibita, & illicita extendatur. 56.17.

De rebus suis vt omnibus permissa sit, an conforme sit rectæ rationi. 39.7.

*Anuè legibus etiam permissum? ibidem n.*8.

Testatoris si secundùm verba expressa valere non potest, an secundùm verba, quæ exprimi congruètius potuissent, sustineatur vigore clausulę Omnimodo meliori. 193.30.

De emphyteusi hæreditaria nùm absque Dominì consensu permittatur. 56.20.

Quòd de nullitate dici non possit, an differat à dispositione, quòd dici non possit de nullitate, nisi intrà determinatum tempus. 151.14.

Qualibet an potiùs sub conditione resolutiua, quàm sub conditione suspensiua, in dubio facta præsumatur. 3.8.

Per patrem inter liberos scripta nùm valida dicatur, si testium subscriptione munita non sit. 207.1.

Qualibet in dispositione nùm attendatur tempus, in quo actus perficitur. 37.5.

Dispositiones supremæ morientium sint nè in controuersiam deducendæ. 206.1.

S. C. T. sess. 25. cap. 16. de Regular. *an comprehendat illum, qui ingressus Monasterium habitu haùd sucepto donauit illius solemnitatibus minimè adhibitis.* 37.2. *& seq.*

Nùm

Digitized by Google

Nùm inducta sit in donantis, siue renunciantis fauorem? ibidem n. 10.
Nùmue ad fraudes euitandas? ibidem n. 21.
An locum habeat in maiore 25. annis renunciante. 37.16.
Quid in testamentis? ibidem n. 26. & 27.
An idem in donatione, siue renunciatione confecta in testamento? ibidem n. 33.
Et an solemnitates inibi enunciatas pro forma requirat? ibidem n. 24. & 41.

DISPOSITVM

An reguletur ab eo, quod præsuppositum est. 151. 13.

DISTRIBVTIO.

Distributiones quotidianæ nùm Ecclesiæ Ministris debeantur, qui morbo impediti personaliter ministrare non valent. 200.7.

DIVISIO

Æqualis nùm fieri debeat, quando plurium negotiorum communicatio facta proponitur. 127. 41.
Bonorum inter agnatos facta vigore laudi prolati nùm valida dicatur, si aliquis non agnatus detegatur. 102.33.

DOCTOR

Quibus vestibus indui debeat. 29. 10.
In vtroque Iure an præferatur Doctori in vna tantùm facultate. 16.21.
Et Miles insimul an Doctori, aùt Militi tantùm præferatur? ibidem n. 23.
Nùm in terminis Iurium, quæ ipse allegat, intelligi debeat. 129.16.
Scribens pro repudiandi libertate an grauiter peccet. 17.24.
Ad legendum deputatus an per substitutum legere valeat, si consuetudo ferat. 157.15.
In aliqua Vniuersitate studij generalis graduatus nùm examine indigeat. 97.25.
Quid cùm agitur de electione ad Parochialem? ibidem n. 28.

DOLIVM

An veniat legato, vel vendito vino. 184.22.

DOLOR.

Dolorem animi iustum compescere, nùm difficile sit. 58. 22.

DOLVS

An cognoscatur ex futuro euentu. 27.24.
Nùm præsumatur, vbi enormissima læsio concurrit. 27. 7.
An nemini patrocinare debeat. 16. 63. demùmq; 234.7.
In volente, & consentiente an consideretur. 40.1.
Nùm contractum annullet. 159.9.
Tutoris, vel Curatoris nùm pupillo, vel minori obesse debeat. 182.11.
Dolo carere an possit, qui Magistratus imperio non paruit. 73.5.

DOMINIVM

An difficilitèr probetur. 192.11.
Penes duos insolidum nùm esse possit. 210.6.
Ex Iudicis sententia nùm transferatur. 82.19.
Probatum nùm dicatur per locationis instrumentum. 125.11.
Probatum annùe dicatur, quando instrumentum emptionis illius rei ostenditur. 125.8.
De præsenti nùm ex dominio de præterito probetur. 125. 10.
In emptorem an transferatur in venditione cùm dominij reseruatione. 13.17.
An etiam & possessio transferantur, quando vera adfuit traditio, & titulus fuit fictus. 211.9.
Dominij reseruatio nùm illius retentionem operetur. 13.10.
Dominij translationem an importent verba illa, Il Signor N. manda à V.S. in dono. *118.9.*
Dominia rerum in bonorum omnium societate an communicentur. 127.11.
Et an hoc ad bona etiam futura porrigatur? ibidem n. 13.

DOMINVS

Propter caducitatem rei emphyteuticæ nùm possessionem propria authoritate capere possit. 49.13.
Quot modis canonem recipere possit. 49.39.
Recipiens canonem post caducitatem incursam, an caducitatem remittere intelligatur. 49.40.
Quid si ad integralem solutionem vnus nummus deficeret? ibidem n. 52. & seqq.
An idem, si receperit cùm protestatione saluum sibi ius esse caducitatem declarandi? *ibidem n. 56.*
An paritèr, si rem esse deuolutam ob canonem non solutum ignorauerit? ibidem n. 44.
Et an præsumatur, quòd ignorauerit? ibidem n. 45.
Domini declaratio an sufficiat, vt emphyteuta in commissum cadat ob canonis non solutionem. 49. 4.
Quidue si in instrumento pactum adsit, vt non soluente, vel alienante, &c. à suo cadat iure? *ibidem n. 12.*
Directus nùm suæ indemnitatis æstimationem inuitus accipere teneatur. 65.14.
Directus, cùm meliorationes sunt emphyteutæ restituendæ, nùm electionem habeat, vel earum æstimationem soluere, vel ea ab emphyteuta tolli permittere. 90.68.
Directus an integrum annuum canonem ab vno ex possessoribus petere possit, si res emphyteutica inter plures emphyteutæ hæredes diuisa sit. 146. 20.
An possit in fine anni domum conductori auferre, & alteri locare. 119.16.
Pro vsu proprio ob superuenientem necessitatem habitandi in ædibus locatis, nùm inquilinum expellere valeat. 119.30.
Quidue si ea domo locata indigeat pro vsu filij vxorem ducentis? ibidem n. 31.
Prædij an prælationem habeat in emendis fructibus è re locata perceptis. 77. 1. & seqq.
Expensas famulo infirmo nùm facere teneatur. 53. 26.
Inuitis, & reluctantibus vasallis an feudum in alterum

Digitized by Google

terum transferre liceat. 87.10.
Nùm actionem habeat ad vendicandum subditum, si alteri se subijciat, & Domino obedientiam recuset. 87.13.
Quando ex institoris, & socij facto teneatur. 178.1. *& seq.*

DOMVS

Quæ contineat. 67.2.
Eius appellatione an veniat apotheca? ibidem n. 1. *& 3.*
Domus appellatione in statuto imponente pœnam offendenti, seù insultanti ad domum, an veniat apotheca, statium, scù taberna offensi. 67.13.
Res domui coniuncta quando in domus concessione veniat. 67.4.

DONANS

Nùm donare intelligatur firmo manente Religionis proposito. 42.3.
Extra territorium an comprehendatur in statuto sui territorij requirentis solemnitates, quando in statuti fraudem sine illis solemnitatibus donationem celebrat. 102.2.

DONATARIVS

Nùm teneatur ad onus, si illud annexum ignorasset. 147.20.

DONATIO

Quid sit. 118.2.
Quæ propriè dicatur. 118.3.
An sit actus voluntarius, & gratuitus. 40.2.
Propter nuptias nùm sit de Iure Codicis. 185.14.
Remuneratoria nùm sit propriè donatio. 40.15.
Pura nùm ad omnes, & quoscumque hæredes transmittatur. 41.2.
Nùmue eius natura sit, vt ad donatarij hęredes vadat? ibidem n. 3.
Inter viuos nùm in testamento fieri possit. 103.66.
Mortis causa an cùm contractibus similitudinem habeat. 61.30.
Numuè tres imbibat conditiones? ibidem n. 31.
Mortis causa nùm effectus omnes sortiatur, quos habent vltimæ liberalitates. 3.30.
In eauè nùm locum habeat cautio mutiana? ibidem n. 29.
Simplex dicatur nè, quando causa præcessit. 42.20.
Et quid stantibus clausulis liberè, purè, & simplicitèr, cùm promissione non reuocandi. *ibidem n.* 19. *& 21.*
Bonorum omnium præsentium, & futurorum nùm valida sit. 39.1. *& seqq.*
Quidue facta ex causa matrimonij? ibidem n. 22.
An idem si facta sit Ecclesiæ, vel alteri loco pio? ibidem n. 23.
Et quid quoties illorum bonorum vsusfructus reseruatus fuerit? ibidem n. 24.
Intuitu ingressus nùm donationi mortis causa assimiletur. 42.5.
Ob ingressum Monasterij an reuocetur, si donans è Religione egrediatur. 42.2. *& seqq.*
Reuocari an possit si pactum adsit de non reuocando ex ingratitudinis causa, si illa per dolum sequatur. 42.22.
Quidue stante iuramento? ibidem n. 24.
Per filiam patri facta nùm ad patris hæredes transmittatur. 41.1.
Annua nùm ad hæredes donatarij præmorientis transmittatur, quando stipulatio pro se, & hæredibus interuenit. 41.11.
Nùmue pro priori anno pura, & pro sequentibus conditionalis dicatur? ibidem n. 12.
Vestium, & ornamentorum facta vxori nuptiarum die, an morte mariti confirmetur. 118.31.
Donata per auum nepoti nùm aduentitia censeantur. 118.49.
Donare nos posse res nostras, sit nè naturale. 39.6.
Donandi ius vt ad præsentia tantùm bona restrictum sit, nùm in toto Iuris Corpore legatur. 39.10.
Donationis præsumptio an tollatur per consuetudinem mittendi aliquid sponsæ. 118.37.
Donationis in materia nùm adsit discrimen inter bona præsentia, & futura. 39.4.
Substantiæ diminutio nùm sit de natura donationis. 40.5.
Læsio nùm cadat in donatione. 40.4.
Et in ea an locum habeat l. 2. C. dè rescindend. vendit. *ibidem n.* 13.

DONATIVA

Sponsæ à Sponsi consanguineis tradita, nùm ipsi sponsæ irreuocabiliter acquirantur. 118.41. *& seqq.*
Vxori facta an propter viri delictum confiscari possint. 213.10.

DOS

Quomodo constitui debeat. 19.22.
Num legitima loco succedat. 40.11.
Absque dotali instrumento an peti possit. 71.16.
Ipsius respectu nùm pia causa dicatur. 15.14.
Et an ei æquiparetur. 201.36.
Quælibet à patre constituta nùm competens dicatur. 19.12.
Congrua vt dici possit, nùm de tempore ad tempus arguere valeat. 19.32.
Congrua an dicatur inspecto dotationis tempore. 27.23.
Congrua vt dici possit, an minus legitima esse valeat. 27.26. *& seq.*
Minima nùm congrua dicatur, si moribus recepta sit. 95.38.
Quæ datur Moniali secundùm consuetudinem Patriæ, & Monasterij, an congrua dicatur. 40.8.
Voluntariè à matre filiæ data an conferatur. 95.24.
A patre profecta stantibus liberis nùm ad eum redeat. 235.1.
Quouè iure illis debeatur? ibidem n. 45.
Postquam ad filium peruenit nùm ampliùs dos dicatur. 235.14.
Postquam filijs mulieris restituta est, post filiorum mortem tractandum nè sit de illius restitutione, an verò de illorum successione. 235.15.
Mortua muliere nùm ampliùs dos dicatur. 235.16.

Digitized by Google

In generali dispositione num comprehendatur. 95. 3.
Patris respectu num æs alienum censeatur. 19.21.
An gaudeat priuilegio tacitæ hypothecæ. 129.21.
An sit, quæ matrimonij oneribus non deseruiat. 230.4.
Promissa num sit propriè dos. 230.2.
Annuè matrimonij oneribus deseruire possit? ibidem n. 3.
Matris in successione aui num inlegitimam nepotum imputetur. 235.46.
Dotis fructus an eadem actione petantur, qua ipsa dos petitur. 72.17.
Dotis restitutio num dicatur debitum voluntarium. 47.6.
Et si more Magnatum promissa fuerit, & nihil de successione dictum sit, num contrahentes secundum vsum Capuanæ, & Nidi circa successionem contraxisse censeantur. 235.22.
Dotis confessio de dote recepta an veram numerationem probet, etiam in creditorum præiudicium? vide verb. Confessio.
Dotis periculum ad quem spectet, si antequam maritus eam petere posset, debitor soluendo esse desierit. 13.34.
Dotis promissio an qualiscunque fuerit adimpleri debeat. 95. 21.
Dotis constitutio per vnius testis depositionem probata, vltra mariti confessionem, an sufficiat, vt huic doti competant priuilegia veris dotibus concessa. 103.27.
Dotis assecurationem petere an possit mulier contra virum ad inopiam vergentem, dum super alterius bonis cauta est. 25.15.
Dotis interesse matrimonio constante num debeatur ad eius onera ferenda. 126. 3.
Si post annum luctus viduæ solutum fuerit, num in sortem imputetur? ibidem n. 23.
Interesse dotis non soluta an vxori debeatur ex causa lucri cessantis, quando pignus bonorum mariti penès se habuit. 126.27.
Dotis augmentum num dos dicatur. 19.28. *iterumq;* 213.2.
Dotis emolumentum num recipere possit vxor, vbi dotali in instrumento maritus promisisset, dotem penès se tenere, saluare, & custodire tàm constante, quàm soluto matrimonio. 126.22.
Dotis priuilegia an dentur augmento. 213.1.
Num ue ad alimenta extendantur. 129.21.
Dotis augmentum à marito factum matrimonij, seù sponsaliorum tempore an donatio propter nuptias dicatur. 213.4.
An tanquam donatio propter nuptias filijs primi matrimonij conseruari debeat? ibidem n. 8.
Et an sequuta confiscatione propter ipsius mariti delictum confiscari possit? ibidem n. 9.
Dotis iudicium num sit vniuersale. 129.20.

DOTATIO

Vnica sit nè sufficiens ad hoc, vt filia ab omnium successione excludatur. 95. 35.

DVBITANS

Num ignoranti potiùs, quam scienti æquiparetur. 4. 36.

ECCLESIA

An damnet secundas nuptias. 187.1.
Annuè viduitatis continentiam pudicæ virginitatis integritati æquiparet? ibidem n. 2.
Num habeat restitutionem in integrum ad producendum testes, etiam post didicita testificata. 219. 1.
An ex priuilegio præscribat. 22.6.
Priuato succedens an potiatur priuilegio quadragenariæ præscriptionis? ibidem n. 14.
Numue quadragenariæ præscriptionis priuilegio gaudeat in rebus mobilibus? ibidem n. 22.
An pro decimis electionem habeat, vel conueniendi nouum, vel antiquum prædij possessorem. 100. 23.
Ex temporis antiquitate num Episcopi authoritate edificata præsumatur. 188.33.
Ecclesiæ plures an vni Presbytero committendæ sint. 155. 18.

EFFECTVS

Num cesset finali causa cessante. 189.124.
Annuè attendatur in statuto prohibente frumenti extractionem. 184.9.

ELECTIO

In alternatiuis num sit debitoris. 12.35.
Alternatiua si marito reseruata sit, periculum deteriorationis rerum dotalium ad quem spectet. 12. 29.
Electionem num habeat maritus, cùm dos æstimata constituta est, nulli electione reseruata. 12. 34.

ELECTVS

Ad aliquid faciendum an substituere possit, si ità solitum sit. 157.14.
Electi Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis an iurisdictionem habeant iudicandi, mulctandi, & puniendi piscarios, macellarios, & vendentes exculenta. 183. 3.

EMENDATIO

Delicti num pœnam tollat. 58.6.

EMENS

Pro alio num mandati actione præcisè tradere teneatur. 190.16.

EMOLVMENTVM

Dotis an recipere possit vxor, vbi dotali in instrumento maritus promisisset, dotem penès se tenere, saluare, & custodire, tàm constante, quàm soluto matrimonio, &c. 126.22.

EMPHYTEVSIS

An detur ad meliorandum. 90.56.
Num veniat in generali institutione, vbi de ea cogitatum non fuerit. 56.10.
Quidnè in vniuersali bonorum omnium institutione? ibidem n. 11.
Num transeat ad extraneos hæredes, si dictum sit, pro omnibus, & quibuscumque hæredibus, *vel etiam si adsit clausula* ad habendum, tenendum, &c. & quidquid placuerit. 56.15.

Digitized by Google

Fructus post Domini declarationem nùm ad ipsum Dominum directum pertineant. 49. 7.
Priuatio propter canonem non solutum an sit in facto esse. 49.21.
*Quidnè si in inuestitura dictum sit, vt si canonis solutio non sit facta in die statuto, ipso facto res cadat in commissum? ibidem n.*22.
Concessio an teneat, si per absentis Procuratorem recipiatur non sequuta ratificatione. 88. 2.
*An eam filij Domino inuito relinquere possunt, quando per matrem ipsis illa stipulata fuit.*88.1.

EMPHYTEVTA

Vt quis sit, & non sit eodem tempore, nùm incompatibile sit. 49.60.
Inuito Domino an emphyteusi renunciare possit. 87. 1.
Ex mora nùm beneficium consequi debeat, 49.68.
*Quando valeat, & petere possit, retractari canonem, quem pro re emphyteutica soluit.*87. 4.
Ad hoc, vt per arborum incisionem, & rei emphyteuticæ deteriorationem expelli possit, quæ requirantur. 174. 1.
Si aliquas arbores incideret, & earum loco alias reponeret, vel ex radice aliæ germinarent, expelli nùm possit. 174. 4.
In pœnam priuationis emphyteusis nùm incidat, si grandes inciderit arbores ad fundi refectionem, vel ædium cuius sunt. 174. 8. *& seq.*
Arbores ceduas, quæ sunt in fructu, an incidere possit absque pœna priuationis emphyteusis. 174. 12.
Ob canonem non solutum an ipso facto perdat ius suum Domino volente. 49.15.
Ob non solutionem canonum, nùm per S. C. de facili condemnetur ad relaxandum res emphyteuticas vti deuolutas. 49.29.
De leuissima culpa nùm teneatur. 174.3.

EMPTIO

Facta pro persona nominanda an transeat in nominatum. 135. 1.
*Nùmue vnicus dicatur contractus? ibidem n.*9.
Emptiones an paratæ sint in Regno Neapolis, & an sint idoneę. 126.38.

EMPTOR

Fructuum nùm sit instàr conductoris. 119.48.
*Et in vineæ posßessione remanens, an contractum emptionis illorum renouare censeatur? ibidem n.*46. *&* 49.
Emens pro persona nominanda, nominatione minimè facta, an sibi stipulatus censeatur. 135. 37.
*Illaque facta an liberetur? ibidem n.*12. *&* 36.
*Annè faciat fructus suos? ibidem n.*18.
Qui in re dhibitoria obtinuit, nùm sententiæ renunciare possit. 23.12.
Interpellatus pacti vigore ad rem retrouendendam, si renitens fuerit, & recusauerit, an fructus rei restituere teneatur à die, quo in mora fuit constitutus. 176. 9.
Cum pacto de retrouendendo an fructus medio tempore perceptos suos faciat. 176. 10.
*Contractum nùm rescindere possit, si venditor dixerit, rem venditam liberam, nulloquè oneri obnoxiam esse, & ipsa oneribus, quæ perpetuò rem afficiant, suppositа inueniatur.*159. 7.
Emptorem non reperiri, vel talem, qui iustum pretium non offerat, an idem sit. 141. 16.

EPISCOPVS

*In tota Diœcesi nùm ordinariam potestatem habeat, & pro Tribunali quolibet in loco non exempto sedere possit, & liberè exequi, quæ ad eius officium spectant.*113.2.
Nùm in qualibet suæ Diœcesis parte Vicarium constituere possit. 113. 3.
Propter vnionem duarum Ecclesiarum existens in vno Episcopatu, an negotia alterius expedire possit. 113.5.
An vnicum tantùm retinere possit Vicarium generalem in vna ex Ciuitatibus vnitis. 113.4.
*Nùm ipse tantùm dimissoriales literas concedere possit.*98.1.
*Quidnè si fuerit excommunicatus? ibidem n.*2.
*Si ordines alieno subdito sine licentia sui Ordinarij conferat, an suspensionem incurrat.*98.27.
An idem si titularis sit? ibidem n. 28.
Si in Beneficiorum concursu posthabitis magis idoneis, minus habilem elegerit, an sic reiecti ab huiusmodi mala electione appellare poterunt. 97. 1.
*Conferendo Beneficium digno, digniori omisso, nùm ad restitutionem teneatur.*97. 10.
*Quidnè cùm conferat indigno? ibidem n.*16.
Conferendo Beneficia dignioribus in Diœcesi existentibus an excusetur? ibidem n. 20.
Absentem an institui valeat, si præsentatus, seù electus fuerit ad Beneficium. 97. 23.
*Nùm Beneficia fabricæ Ecclesiæ vnire cogatur.*189. 157.
*An facere teneatur, vt Nouitio, si ante professionem è Religione exiuerit, omnia quæ sua erant, restituantur.*35. 27.
Compellere an possit Capellaniam obtinentem, vt ipsemet celebret, si in eius fundatione disponatur, quòd Capellani celebrent. 155.4.
Æleemosynas quærendi licentiam concedens, nùm visitandi ius acquirat. 188. 37.
*Visitans nùm tanquam suspectus recusari possit, si in visitando modum excesserit.*188.10.
Visitare an possit Capellas in Regularium Ecclesijs existentes. 188.26.
Quid in Hospitalibus, Collegijs, & Laicorum Confraternitatibus? ibidem n. 14. *& seqq.*
*Et quid in Clericis? ibidem n.*28.
Stante consuetudine an Hospitalium computa recognoscere teneatur. 188.21.
*Annè ab Hospitalium, aliorumquè piorum locorum Administratoribus administrationis rationem exigere possit? ibidem n.*20.
Sua in Diœcesi præsente Legato de Latere an Populum benedicere, Mozzettamuè deferre possit. 29. 1.

Offi-

Digitized by Google

Officium habens Romanæ in Curia an præcedat cæteros Episcopos antiquiores. 16. 26.
Effectus Regius Consiliarius an præferatur alijs Cõsiliarijs in Aula. 16.27.
Existens in studio an precedat Rectorem. 16.39.
Doctor an præcedat Episcopum non Doctorem, si prius promotum sit. 16. 22.
Et an æquo iure cùm alijs Doctoribus procedat in Alieno Doctorum Collegio? ibidem n. 36.

EPONNINA

Vitam durissimam, & acerbissimam in latebris cùm Iulio Sabino charissimo coniuge noxem per annos transegit, ac postea damnato superstes esse noluit. 3. *sub n.* 12.

ERROR

Facti an tolerabilis sit. 48. 9.
Iudicis interuentu nùm corrigi possit. 161. 3.
Corrigi nùm valeat, quando aliquid partium interesse tangens in instrumento omissum fuit. 161. 5.
Notarij cùm Iudicis authoritate probatis probandis nùm corrigi possit. 161. 2. *& iterùm* 163. 1.
In omittendo an facilius corrigatur, quàm in committendo. 163. 5.
Instrumenti an per dictum Notarij, & vnius testis probetur. 163. *n.* 2.
Notarij, qui in instrumento apponere omisit propinquorum, & Curatoris consensum iuxtà statuti formam requisitum, quando corrigi possit. 161. 1.
Per erroris correctionem an illud, quod gestum est, declaratum dicatur. 163. 6.

ERVBESCENTIA

Nùm ad Sacramentalem confessionem pertineat. 166. 13.

EVENTVS

Dubius an sit onus. 112. 1.

EVICTIO

Quid sit. 13. 76.
Eius promissio nùm distet à promissione exigibilitatis. 13. 75.
Nùmue ad exigibilitatem extendatur, si sit in ampla forma? ibidem n. 72. *& seq.*

EXACTIO

Reddituum in Regno nùm facilis sit. 126. 39.

EXAMEN.

Examine nùm indigeat Doctor in aliqua Vniuersitate studij generalis graduatus. 97. 25.
Quidnè cùm agitur de electione ad Parochialem? ibidem n. 28. *& seq.*
In Parochialibus an pro forma requiratur. 97. 31.
Testium vt validè fiat, præcedere nè debeat partis citatio ad videndum illorum iuramenta. 231. 1.

EXAMINATOR

An testibus permittere debeat, vt se referant ad priorem depositionem in alia, vel in eadem causa factam. 219. 19.

EXAMINATVS

Semel, & approbatus ad vnum Beneficium, nùm ad aliud simile iterùm examinandus sit. 97. 32.

EXCEPTIO

Nùm detur ex pacto nudo. 151. 2.
Ab actione oriens an, quantum actio, duret. 151. 6.
Altiorem indaginem requirens nùm saluiani in iudicio opponi possit. 125. 4.
Rei iudicatæ an ex duobus conformibus oriatur. 18. 31.
Illegitimationis personæ cur in litis exordio opponatur. 105. 7.
Procuratoris non matriculati in Regis Audientijs, & Supremis Neapolitanis Tribunalibus, an quandocumque opponi valeat, & opposita causæ cursum impediat. 105. 10.
Nullitatis ex iurisdictionis defectu promanans an contra tres conformes sententias opponi possit. 18. 8.
Realis solutionis nùm aduersùs publicum instrumentum opponi valeat. 179. 38.
Non numeratæ pecuniæ an locum habeat in dote. 164. 1.
An infrà biennium opponenda sit? ibidem n. 2.
Annè competat elapso biennio, quando debitor onus probandi pecuniam nullatenus fuisse solutam, in se susceperit? ibidem n. 4.
Non numeratæ pecuniæ quando intrà biennij tempus opposita fuit, an perpetuetur. 164. 6.
Nùm excludatur, quando Notarius in publico instrumento scripsit, pecuniam coram se, & testibus numeratam fuisse. 164. 11.
An idem, quando debiti confessio post confectum instrumentum facta fuit? ibidem n. 12.
Et quid quotiescumque quis realiter recepit aliquid pro residuo? ibidem n. 14.
Non numeratæ pecuniæ si non competat, nùm doli exceptio remaneat. 164. 17.
Aduersùs literas cambij an opponi possit? ibidem n. 9.
Nùmue excludatur, quando solutio facta est per Bancum? ibidem n. 7.
Non numeratæ dotis infrà quantum tempus opponi possit. 103. 22.
Redditionis computorum tutelæ an obstet Tutori agenti pro credito certo, & liquido ex tutelæ causa non descendente. 179. 24.
Retentionis ex causa meliorationum an sententiæ exequutionem impediat. 225. 2.
Quidnè in S. C. seruetur? ibidem n. 3.
Fraudis in eorum præiudicium commissæ an competat creditoribus aduersùs mariti confessionem de dote recepta. 103. 37.
Attentatorum an omnia indicia quantumuis priuilegiata suspendat. 110. 6.
Excipiendi ius an expiret, quando Actor actionem intentauit, & Reus exceptionem non allegauit. 151. 7.
Temporalia ad agendum nùm perpetua sint ad excipiendum. 18. 20. *iterùmue.* 151. 1.

EXCLVSIO

Patris, & Matris à filiorum successione ex vsu

Digitized by Google

Capuana, & Nidi, an omninò extinctiua dicatur. 235.30.

EXCOMMVNICATVS

Nùm ante omnia vt spoliatus restituatur. 87.22.

EXCVSSIO

An necessarium dicatur antecedens ad remedia subsidiaria. 181.3.

Nùm detur in remedijs possessorijs. 25.34.

An requiratur in saluiano interdicto. 25.1.

Nùm sit exceptio altioris indaginis? ibidem n.4.

Bonorum mariti an requiratur antequam mulier agere possit ad dotẽ contra tertiũ possessorẽ. 71.1.

Principalis debitoris an requiratur precario extincto. 25.39.

Specialis hypothecæ an sit necessaria, quando in instrumento adest clausula, vt generi per speciem non derogetur, & è contra. 25.25.

Bonorum hæredis principalis debitoris an requiratur debitore defuncto, vt contra tertium possessorem deueniri possit. 25.38.

An tollatur ex clausula sola facti veritate inspecta. 68.11.

EXEMPLVM.

Exemplis sit nè iudicandum. 179.40

EXEQVVTIO

Nùm sit inanis reddenda. 63.4.

Ante iudicatum an concedi possit. 110.4.

Trium conformium nùm valeat impediri ex nullitatis exceptione. 18.1.

Facta vigore sententiæ nullæ an retractanda sit. 220.1.

Sententiæ facta pendente tempore ad appellandum quando valida dicatur. 204.1.

Sententiæ arbitramentalis nùm ab Ordinario *Iudice peti soleat.* 86.28.

Sententiæ alimentorum præstationem condemnantis nùm per appellationem suspendatur. 53.5.

Sententiæ assecurationis dotis ob vrgentiam mariti ad inopiam an per appellationem impediatur. 72.15.

Sententiæ an impediri possit ex exceptione retentionis melioramentorum. 225.2. *& seq.*

In causa mercedis famulorum nùm retardari possit. 53.3.

Aduersùs Hospitalium Administratores nùm spectet ad Ordinarium. 188.19.

Contra hæredes an fieri possit non facta liquidatione, an sint tales. 122.1. *iterùmue* 138.3.

Quando in debitoris bonis fieri potest, nùm ad eius carcerationem deueniri debeat. 141.9.

An facienda sit contra nominatum in instrumento. 138.1.

EXIGIBILITAS

An promissa intelligatur ex indemnitatis, & generalis defensionis promissione. 13.70.

Quid ex promissione euictionis? ibidem n. 72.

EXPENSÆ

Ex contractu debitæ nùm conuentionales dicantur. 83.14.

Quæ contumaciæ ratione debentur, quo iure debitæ sint. 83.15.

Iure actionis debitæ à Victore nùm peti possint etiam lata sententia, quæ in rem iudicatam transierit. 83.13.

Per vnum ex fratribus viuentibus incommunian repetantur. 190.21.

In expensarũ taxatione sit nè habenda ratio damnorum omnium, & interesse passorum per Victorem. 50.12.

Victus cùm in expensis condemnandus est, nùm condemnandus sit in omnes expensas, quas Actor designat, & petit? ibidem n. 11.

Expensas an facere teneatur Dominus famulo infirmo. 53.26.

EXPRESSIO

Eius, quod tacitè inest, nùm aliquid operetur. 157.9.

Iudicis an requiratur in appellatione. 199.4.

EXPRESSVM

An dicatur, quod de mente disponentis per coniecturas colligitur. 47.18. *demùmue* 117.6.

Expressa, & producta an multoties noceant, quæ non expressa haùd nocerent. 152.4.

EXTENSIO

Nùm dicatur, vbi eadem militat ratio. 18.43.

Nùmue admittatur in fauorabilibus. 37.11. *iterùmue* 96.1.

An locum habeat in Statutis, vbi eadem militat ratio. 18.37.

EXTERIORA

Nùm indicent interiora. 189.52.

EXTERVS

An defuncto Neapolitano ad successionem admittatur exclusis ciuibus remotioribus. 102.19.

Emens annuos introitus an bonatenentiam soluere teneatur. 20.14.

Cætera vide verb. Forensis.

EXTRACTIO

Vini vbi prohibetur, an metreta extrahi possit gustus causa. 184.41.

EXTRANEVS

Quisnam dicatur. 206.14. *& iterùm* 215.4.

Soluens pro debitore, cùm rem vtilem pro eo gessisse dicatur, nùm contra eumdem negotiorum gestorum actionem acquirat. 215.9.

Priori creditori pro debitore soluens, an illum ad sibi iura cedendum cogere possit. 215.1.

Offerens pretium pro debitore reditus, & petens sibi cedi actiones à creditore, nùm audiatur. 215.5.

Qui tanquàm emptor creditori soluit, nùm in omne ius succedat absque aliqua iurium cessione, vel pacto de succedendo. 215.11.

Qui debitori pecuniam mutuauit, vt creditorem dimitteret, cùm pacto ingrediendi eius locum, an vt subingressio locum habeat, requiratur creditoris expressus, vel saltèm tacitus consensus. 215.14.

Ad hoc, vt in locum creditoris dimissi succedat, quæ requirantur. 215.12.

Extranei nùm ex conuentione fraternitatem contrahere possint. 216.1.

Digitized by Google

FACIES
An sæpè indicet quale est cor. 189.48.
FACTVM
Nùm præsumatur nisi probetur. 14.9.
*Per quem probandum sit? ibidem n.*10.
Pro facto quando habeatur id, quod fieri debebat. 16.65.
An plus valeat quàm dictum, & scriptum. 127.37.
Si non releuat, nùm faciendum sit. 120.4.
Nùm dicatur contrarium, quando ad abundantem cautelam quid fit cùm protestatione. 123.5.
An præualeat verbo, cùm vtrumque saluari non potest. 49.61.
In eo, quod omissum est, an potiùs suppleatur. 50.5.
A maiori parte quando minori præiudicet. 169.3.
Nùmue ab omnibus fieri dicatur. 183.1.
Filij etsi laudabile, nùm ius suum patri auferat. 7.2.
Facti demonstratio an vniuersas bonorum probationes anteeat. 127.5.
Facto, aùt verbis, quid exprimere nùm paria sint. 104.9.
Facta quando licita præsumantur. 98.10.
Nùm efficaciora sint ad facientis animum declarandum, quàm ipsa verba. 104.11.
Et nùm falsitatis habeant notam. 104.12.
FACVLTAS
Probationum an sit amplianda. 116.5.
Cùm adest tradendi rem ipsam, nùm frustrà agatur ad id, quod rei loco debetur. 190.18.
Concessa nùm dicatur pronunciandi super coherentibus, & connexis, cùm illa concessa fuit pronunciandi super principalibus. 6.2.
Faciendi gratuitas renunciationes nùm veniat in mandato, vt quis facere possit, quod constituens ipse posset. 49.48.
Donandi in mandato cum libera *an comprehendatur.* 49.49.
Cogendi aliquem ad cautionem prestandam, quibus Iudicibus, seù Magistratibus concedatur. 133.13.
Dispensandi, vt sublimes, & literatæ personæ retentis minoribus, maioribus valeant Beneficijs honorari, an Summo Pontifici reseruata sit. 155.25.
Remittendi caducitatem an præsumatur concessa in mandato recipiendi solutiones canonis. 49.50.
Dandi dimissorias an sit de solitis pro Vicariorum iurisdictione. 98.9.
Nominandi quanto tempore duret. 135.21.
*Numuè transeat ad hæredes? ibidem n.*34.
Arbitri an facultatem in compromisso eis tributam excedere queant. 6.13.
FALCIDIA
An hæredis fauore inducta sit. 48.11.
Nùm contra testatoris mentem deduci dicatur. 48.10.
De legato dotis nùm detrahatur. 15.15.
*Quidnè de legatis ad pias causas? ibidem n.*16.
Et an idem ex legato vsus fructus bonorum omnium 48.1.
FALSITAS
Nè commissa dicatur, an nimia subtilitas adhibenda sit. 116.10.
*Vtquè excludatur, an omnis interpetratio capienda sit? ibidem n.*9.
Scripturæ nùm Iudicis authoritate corrigi possit. 161.4.
FALSVM
Sine dolo an committatur. 116.8.
Qui exprimit, nùm impetratis carere debeat. 209.3.
FAMA
Quomodo describatur. 58.19.
Nùm cæteris sæculi rebus anteponenda sit. 58.17.
*Nùm ab omnibus æstimari debeat? ibidem n.*20.
Eius respectu an pro nihilo reputentur mille thesauri, & diuitiæ? ibidem n. 18.
Famam negligens nùm crudelis dicatur. 58.16.
Qualitas bonæ famæ in testibus requisita nùm articulari debeat, & probari. 94.28. *& seqq.*
FAMES
Sit nè acutissimus cnsis. 53.6.
FAMILIA
Episcopi an fori gaudeat priuilegio. 233.3.
Familiæ splendorem, vnà cum nomine, an masculis magis conueniat. 61.11.
FAMILIARIS
Nùm facta familiaris scire præsumatur. 34.17.
FAMVLVS
Quando ob paupertatem à fideiussoria cautione excusatur, an iuratoriam præstare teneatur. 53.4.
Famulo, qui longo tempore infirmus extitit, in quo operas Domino præstare non valuit, an debeatur salarium. 53.27.
FARINA
An veniat in legato facto de frumento. 184.5.
FATALIA
An mortis instàr litibus finem imponant, interitumque inferant. 173.6.
Nùm omnibus in appellationum causis locum sibi vendicent. 173.7.
*Quidnè compromisso pendente? ibidem n.*9.
Vt nullum in appellatione seruetur, partes an pacisci valeant. 2.24.
Secundum an currat à die finiti primi, si petitum sit antequam finiretur. 114.15.
Vt non currant, an protestatio requiratur. 120.1.
FATVM
An pro morte accipiatur. 173.2.
FAVOR.
Fauori publico nùm partes renunciare possint, 31.3.
Fauori suo an quis renunciare valeat. 48.12.
FEVDATARIVS
An fructuum perceptionem in perpetuum concedere possit. 99.33.
FEVDVM
Indubio hæreditarium, an vero ex pacto, & prouidentia præsumatur. 65.4.

An in

Digitized by Google

An in vasalli favorem concedatur. 87. 7.
Nùmue, cui collatum est, tantummodò acquiratur. 127. 50.
Asserens nùm id legitimis probationibus manifestare debeat. 122. 4.
Ex pacto, & prouidentia nùm agnatis finitis ad directum Dominum devoluatur. 61. 15.
Pacti, & prouidentiæ nùm à filio retineri possit repudiata patris hæreditate, vel eo patris hærede non existente. 65. 3.
Ab vno ex fratribus emptum an alteri communicetur. 127. 49.
A patre filio donatum matrimonij contemplatione, illo præmortuo, nùm ad patrem redeat. 41. 5.
Per donationem nùm antiquum esse desinat. 41. 7.
In Ecclesiam quoquo titulo an liberè transferri possit. 65. 13.
Nùm amittat Nouitius durante nouitiatus anno. 35. 22.
A Domino inuitis, & reluctantibus vasallis nùm in alterum transferre possit. 87. 10.
Feudi vsusfructus nùm sine Regio assensu concedi possit. 99. 34.
Feudi fructus sine assensu locari an possint, quando locatio pro eo tempore fieret, quo fructus penès locatorem erunt. 99. 45.
Feudi tenuta nùm transferatur ante assensus impetrationem in contractu feudali. 211. 4.
Feudo an renunciare possit vasallus, quando Dominus crudelis est, & tyrannus. 87. 16.
Quidue ob loci sterilitatem Domino reluctante? ibidem n. 23.
Ad feudi successionem nùm quis admittatur legitimitate specificè non probata. 89. 3.

FICTIO

An plusquam veritas operari possit. 102. 41.
Nùmue potentiam præsupponat. 12. 26.

FIDA

Ouium remansarum sit nè soluenda pro ouibus, quæ remanent in proprijs pasculis quatuor Prouinciarum subiectarum Regiæ fidæ ouium remansarum, non obstante quòd sint professatæ in Regia Dohana Menepecudum Apuleæ, quando haùd sunt dispensatæ, neque herbagijs illis assignatis vtuntur. 18. 48.

FIDEICOMMISSARIVS

Ius sibi dicere an possit. 54. 31.
Vniuersalis si possideret, nùm sit legitimus contradictor aduersùs hæredem, ad ei scilicèt impediendam immissionem, quando trebellianicæ, & legitimæ deductio facienda foret. 54. 14.
Bonorum fideicommisso subiectorum possessionem propria authoritate nùm capere possit. 54. 26.
An idem, si hæreditas vacans sit? ibidem n. 27.
Quid quando fideicommissi restitutio sit ipso iure? ibidem n. 33.
Vel si incontinenti de iure suo doceret? ibidem n. 34.
Aùt si cùm Iudicis authoritate possideret? ibidem n. 35.
Nùm pariter procedat, si immissio facta esset cùm clausula Saluo iure omnium personarum. 54. 36.
An idem, si potestatem ingrediendi propria authoritate à testatore haberet? ibidem n. 37.
Et quid, si trebellianicæ, & falcidiæ detractiones factæ essent? ibidem n. 39.

FIDEICOMMISSVM

Reciprocum inter quos inducatur. 112. 11.
Per tacitam defuncti voluntatem nùm induci valeat. 103. 50.
Ex coniecturata voluntate an suppleri possit. 3. 14.
Nùm includat necessariam alienationem. 19. 2.
Subuerti an possit per confessionem de dote recepta. 237. 7.
Vt valeat, nùm à propria verborum significatione recedere possit. 3. 19.
An totum granato restituendum sit pro facienda detractione trebellianicæ, & falcidiæ. 54. 40.
Coniecturæ fideicommissum inducentes nùm graues, vrgentes, probabiles, necessariæ, & concludentes esse debeant. 3. 16.
In fideicommissis nùm sola voluntas spectetur, si ex coniecturis colligatur. 3. 15.
In fideicommissis quænam proximitas testatoris nè, an grauati attendatur. 235. 40.

FIDEIVSSIO

Sine principali obligatione nùm consistere possit. 117. 26.

FIDEIVSSOR

An liberetur principali liberato. 117. 25.
Conueniri an possit, quando creditor sufficiens pignus habet. 25. 14.
Facta nouatione an liberetur. 117. 23.
Quid ex datione insolutum? ibidem n. 33.
Prior an secundi datione liberetur. 117. 41.
Pro obligato ad tempus nùm teneatur, si tempus posteà prorogetur. 119. 23.
Indemnitatis an teneatur, si creditor negligens fuerit in debito à principali debitore eligendo, cùm erat soluendo. 13. 36.
Primæ locationis nùm teneatur pro secunda tacitè renouata. 119. 22.
Facta nouatione voluntaria an liberetur, si creditor protestatus fuerit dicendo, citrà innouationem, & priorum fideiussorum præiudicium. 117. 28.
Ad augmentum ex principalis contumacia, vel dolo proficiscens nùm teneatur. 90. 20.
Tutoris ex natura actionis, & negotij nùm ad damna, & interesse teneatur. 90. 18.
Emens bona debitoris, pro quo fideiusit, an dolum committat. 66. 14.
Fideiussores recipiens nùm obnoxius sit fideiussionis periculo. 69. 2.

FIDES

Testibus suspectis an præstetur. 71. 21.
Nùm maior præstetur duobus testibus in specie, quàm mille in genere deponentibus. 43. 12.
An maior etiam voci viuæ, quàm mortuæ præstetur. 81. 18.

Vt detur

Digitized by Google

Vt detur probationibus minus legitimis, an Princeps fieri valeat. 137. 15.
An detur publico instrumento mortuo Notario, qui illud confecit. 94. 7.
Rei gesta an legitimè cognosci possit assertione minimè iurata. 166.6.
An merentur, vt eis seruetur, qui Superioribus infideles sunt. 87. 22.
De pretio nùm in censu haberi possit. 224.11.
Fidei in plerisque hominum infirmitas, atque in rebus constanter promissis summa leuitas, atque inconstantia, nùm conuictum dissoluat. 222. 1.

FILIA

Pari cùm dote nupta nùm aliquid prætendere possit. 95.37.
Dotata, & exclusa per fratrum existentiam deficientibus fratribus sine filijs masculis, an reintegretur. 81. 3.
Nùm pro dotis supplemento agere possit. 19.26. *demùmque* 27.10.
Quidue si constaret, patrem parentis officio functum non esse. 27. 12.
Quando dotationis tempore, inspectis facultatibus, quas pater eo tempore habebat, congruenter dotata non fuit, nùm auctis postea facultatibus, supplementum petere possit. 27.21.
Ad hoc vt à successione omnium excludatur, nùm vnicam sufficiat habuisse dotationem. 95.35.
Bonis maternis renunciãs, nùm ad ea regressum habere possit. 95. 27.

FILIVS

In dubio nùm legitimus, & naturalis præsumatur. 89.5. *& seq.*
Naturalis quando dicatur. 89. 7.
Nùm patris viscerum pars sit, & vna eademque caro. 19. 16.
Quomodo a parentibus ametur. 19.17.
An multo plus debeat patri, quàm pater filio debeat. 7.4.
Prodigus an legitimam in vita sui patris obtinuit. 27. 30.
Legitimam capere nùm possit stante substitutione restituendi hæreditatem in fideicommisso reciproco. 112. 2.
Ab intestato nùm paternam habeat hæreditatem. 206. 5.
Expedire an possit ea, in quibus patris inductria electa est. 157.19.
Professus in Religione capaci an iura sanguinis, & successionis retineat. 7. 16.
Per professionis emissionem nùm pro mortuo habeatur. 7. 23.
Legatum simpliciter acceptans nùm ad onus legitimæ annexum teneatur. 147.24.
An vnum legatum in totum annihilare, & destruere, & alteri gratificari possit. 181. 13.
Ante ære alieni deductionem nùm petere possit, legitimam sibi in bonis hæreditarijs assignari? & quid oblata fideiussione de restituendo, quod fortè superfluum legitimè datum apparuerit facta ære alieni deductione. 54.22.
Inuentarium non conficiens nùm legitimam amittat. 181.15.
Et nùm integra legata, vel fideicommissa, etiam vltrà hæreditatis vires, soluere teneatur? ibidem n. 23.
Delictum patrans in aduentitiorum bonorum vsufructu nùm patri præiudium inferat. 76. 7.
Filius familias lure Communi inspecto an omni ex contractu obligetur. 45. 17. *iterùmue* 76.22.
Quid in mutuo? ibidem n. 18. *demùmue* 76.29.
Quidnè in Regno Neapolis? ibidem n. 19. *nec non* 76. 31.
Testamentum nùm facere possit. 61.21.
Nùmue codicillos? ibidem n. 22.
Qnid accedente patris consensu? ibidem n. 23.
Quid in bonis aduentitijs, quorum vsusfructus patri non quæritur? ibidem n. 33.
Et quid in Regno Neapolis? ibidem n. 34.
Ex Consuetudine Neapolis nùm testari possit de bonis maternis, & à linea materna peruentis. 61. 35. *& seqq.*
Cùm patris consensu an mortis causa donare possit. 61. 28.
Absque patris consensu, & voluntate nùm aduentitia bona alienare valeat. 76. 1.
Cùm mutuum accipit, si pecunia mutuata in ipsius vtilitatem versa sit, nùm S. C. Macedon. exceptionem sine peccati labe proponere possit. 17.15.
Pro extraneo an fideiubere possit. 76.24.
An idem pro patre? ibidem n. 25.
Fideiubens nùm beneficium restitutionis in integrum implorare possit. 76. 27.
Extra Regnum Neapolis nùm validè se obligare possit absque patris consensu. 102.9.
Filij in conditione positi nùm in dispositione positi etiam censeantur. 81.11.
Et positi in conditione si aliquam ob causam vocati videri possint, an de eis censendum sit, prout si dispositiuè forent vocati. 140.12.
Primi, & secundi matrimonij quomodo ad matris hereditatem vocentur. 168.1.
In emphyteusi stipulata pro se, & filijs, & nepotibus, an succedant, si patris hæredes non sint, vel eius hæreditatem repudiauerint. 65. 2.
Emphyteusim nùm relinquere possit Domino inuito, quando per matrem ipsis illa stipulata fuit. 88. 1.
Filio nùm statim ipso iure acquiratur vsusfructus patri eius contemplatione quæsitus, si pater magnam capitis diminutionem patiatur. 7.12.
Filiorum causa an prima dicatur in successionibus an intestato. 168. 2.

FISCVS

In Regno nùm à sententijs absolutorijs in causis criminalibus appellare possit. 51.11.
Quid in alijs decretis? ibidem n. 12.
Et quid seruetur in Curia Archiepiscopali Neapolis? ibidem n. 14.

In Re-

Digitized by Google

In Regno nùm habeat recursum per viam supplicationis, seù reclamationis. 51.15.
Nùm valeat reclamare a sententia perpetuum silentium imponente. 51.20.
An compellat priuatos emere res confiscatas per eum subhastandas. 77.15.
Vendens rem sui debitoris nùm ad subhastationum solemnitatem teneatur. 134.13.
Ratione partis, quam cùm socijs habet, nùm totum vendere possit illis inuitis. 169.6.

FOEMINA

An suæ familiæ caput, & finis dicatur. 61.10.
Quando propter masculorum existentiam excluditur, an pro bonorum conseruatione in familia fieri dicatur. 102.17.
Ob masculorum existentiam exclusa an reintegretur illis decedentibus viuo patre. 81. 6.
Fœminarum exclusio in Constitutione in Aliquibus, *nùm sit dotatio.* 81.9.

FORENSIS

An mores, & consuetudines Ciuitatis violare possit. 102. 11.
In Italia nùm collectetur pro bonis, quæ in collectantium loco possidet. 20.25.
Donans in Vrbe an comprehendatur illius statuto insinuationem in donationum instrumento requirente. 102.12.
Nùmue comprehendatur à Consuetudine Neapolis pro bonis sitis in districtu. 102.14.

FORMA

Quænam sit. 189. 121.
Nùm sit indiuidua. 6.19.
An eadem vbique esse debeat. 37.25.
Per æquipollens nùm adimpleri possit. 189.120.
Eius defectus exiguus nùm actum ipsum vitiet. 94.5.
Legis præcisè, & ad vnguem non seruata, nùm actus nullus iudicetur. 94.4.
Annè in totum corruat. 189.121. *iterùm* 224. 18. *& demùm* 228.5.
Generica nùm considerationem tantùm admittat. 201.14.
Formæ per partes an renunciari possit. 224.19. *demùmque* 228.6.

FORVS

Baronum an de illorum causis cognoscat. 180.22.
Priuilegiatus Doctorum Neapolitanorum quas causas cognoscat. 180. 20.
Fori priuilegium nùm retineat Clericus interdictus, suspensus, vel excommunicatus. 98.25.
Fori priuilegiati an multi existant in Ciuitate Neapolis. 180.14. *& seqq.*

FRATER

Vtrinque coniunctus an consanguineo præferatur, stante statuto vocante proximiores ad defuncti successionem. 61.6.
Quid, cùm agnationis vinculum est omninò, & penitùs sublatum? ibidem n. 14.
Et quid, quando statutum facit bonorum distinctionem? ibidem n. 16.
Vtrinque coniunctus nùm prælationem retineat, si ex statuto agnati cognatis præferantur. 61.13.
Vtrinque coniunctus attenta consuetudine Neapolis an fratres ex vno latere excludat. 61.17.
Vtrinque coniunctus nùm æqualiter cùm fratre consanguineo succedant in paragio sorori debito, quod ipsa ad heredes transmittit. 61.20.
Prædium pro altero fratre emens an illud præcisè tradere teneatur. 190. 15.
Extrà societatis causam nùm ab altero fratre repetere possit illud, quod pro eo, eiusquè familia alenda expendidit. 190. 22.
Fratres an sint, qui se tractant vti fratres. 216.6.
Iurati an inuicem succedant. 216.2.

FRATERNITAS

Sit nè difficilis probationis. 216.4.
Ex conuentione inter extraneos an contrahi possit. 216. 1.
Probata nùm dicatur, cùm quis vti frater tractatur. 216. 3.

FRAVS

In proprij patrimonij diminutione nùm considerari possit. 17. 18.
Fraudibus sit nè aperienda via. 13.45.
Annè præstanda sit occasio. 198.12.
Fraudis suspicio pro modica summa nùm causetur. 103.45.
Fraudis exceptio in eorum præiudicium commmissa an competat creditoribus aduersùs mariti cõfessionem. 103.37.
Fraudes an plures darentur, si diceremus, Tutorem proprium creditum certum, & liquidum ab administratione separatum ante redditam rationem exigere non posse. 179.31.
Contrà mulierem quando considerari non possit in adhibendo proximiorum consensum. 234.6.

FRVMENTVM

Ex vnius Vrbis agris collectum, vt eidem Vrbi primùm distribuatur, nùm rationi consentaneum sit. 77. 31.
Vbi extrahi prohibetur, an triticum tantùm veniat. 184. 4.
Ducere nùm possit per loca deuia, stante statuto frumenti extractionem prohibente. 18419.
Frumenti appellatione quid contineatur. 184. 2.

FRVCTVS

An dominium sequantur. 135.19.
Nùm sint pars, & viscera fundi. 6. 7.
An debeantur ab eodem die, cùm aliquid fit à lege ipso iure. 135.20.
Cùm appretiantur, an pretium feudi augeant. 176. 3.
Socialiter consumpti per vnum ex fratribus nùm de suo patrimonio repeti possint. 190. 20.
Pendentes reemptionis tempore an inter primum venditorem, & emptorem pro rata temporis diuidi debeant. 176. 1.
Emphyteusis post Domini declarationem nùm ad ipsum Dominum directum pertineant. 49.7.
Dotis an eadem actione petantur, qua ipsa dos petitur. 72.17.

Digitized by Google

Fructuum rata quomodo diuidi debeat. 176.5.
Fructuum venditio an locationi æquiparetur. 119. 48.
Fructuum emptor nùm sit instar conductoris. 119. 48.
Fructuum restitutio an veniat, cùm agitur remedio restitutionis in integrum. 130.5.
Fructuum solutio nùm ex appellatione retardetur. 72. 16.
Fructus futuros emens, an illis minimè natis pretium soluere teneatur. 85.17.

FVNDVS

Si emptus fuerit à fratre pro se, & fratre suo, nùm de propria pecunia emptus censeatur. 190.4.
Emptus proprio nomine per vnum ex fratribus hereditatem paternam indiuisam possidentibus nùm alteri fratri communicandus sit. 190.1.
Fundum præscribens an seruitutem fundo competentem præscribere censeatur. 6. 5.
Fundi possessor pro decimis præteritis nùm conueniri valeat. 100. 22.

FVRNARIVS

Qui panem pro tota familia promisit, an teneatur familia augmentata. 85.6.

FVRTVM

Committens in mari sit nè Magno Admirato remittendus. 78.27.
Transigens quando infamis non dicatur. 158.8.

GABELLA

Vnica an soluatur facta nominatione, vbi de quolibet contractu soluenda esset. 135.10.
Si soluitur de frumento, nùm in farina locum habeat. 184.12.
Si ex oleo soluitur, an pariter in sapone procedat? ibidem n. 15.
Quæ pro serico soluitur, nùm in serico implicato in vulgo trenette, passamani, vernili, *& alijs similibus locum habeat.* 184.16.

GABELLARIVS

Quomodo à vectigalis solutione ob impedimenta, quæ Principis causa accidere solent, excusetur. 222.10.
Illius liber an probet venditionis contractum, si venditor præsens non fuerit. 137.35.

GENVS

Nùm incertitudinem pariat, & obscuritatem. 43. 10.
Sub vno genere subalterno an diuersæ species contineantur. 78.23.

GENITIVVS

An originem, & causam efficientem, quæ ab aliquo prouenit, multoties significet. 214.4.

GESTA

Quæ sunt à Supremo, sit nè infandum ab inferiore reuideri. 24. 6.

GVIDATICVS.

Guidaciti prorogatio nùm incipiat à die finiti primi, si non dicatur. 114. 16.

GRAVAMEN

In legitima an imponi possit. 112.3.

GRAVATVS

Nùm aliquis dicatur, si inter filios in legitima institutos reciproca fiat substitutio. 112.8.

GRAVITAS

Delicti an ex pœnæ grauitate cognoscatur. 36.20.

HABITVS

An faciat Monacum. 35.14.
Nouitij expensis factus an ei restitui debeat, si è Religione intra probationis annum exiuerit. 35. 28.
Quidnè si factus sit de notorum aleemosynis? ibidem n. 29.

HÆREDITAS

Parentum an de iure naturæ liberis debeatur. 206.4.
Cùm non est adita, personalis actio nùm detur. 4.64.

HÆRES

An defuncti personam representet. 66.9. *iterùm* 146. 3.
Semel an possit desinere hæres esse. 235.38.
Pleno iure institutus an cùm vsufructuario bonorum omnium concurrat. 239.1.
Consensum præstans, quando vti hæres illum præstitisse dicatur. 49.76.
Inuentarium conficiens nùm se ab hereditate abstinere videatur. 66. 12.
Fideicommissi conditione pendente an sit Dominus bonorum omnium. 54.10.
Cùm vult, nùm eligere possit rem in trebellianicam imputandam, illamque alienare antequam restitutionis fideicommissi casus aduenerit. 54.7.
Si conficere omiserit inuentarium, nùm ad integra legata teneatur. 48.4.
Anne perdat trebellianicam? ibidem n. 6.
Si integra legata soluat, an falcidiam detrahere possit. 48.7.
Quid si soluat ex errore? ibidem n. 8.
Principalis debitoris an dicatur tertius possessor. 15. 3.
Libellum à defuncto productum an declarare possit. 33. 33.
Incapax testamenti tempore an institui possit, cum capax erit. 37.6.
Testamentũ occultans, & legatarium de legato non monens, an peccatum patret. 4. 34.
Trebellianicæ petitor sit nè constituendus. 54.41.
Quartam nùm detrahere valeat in singulis rebus hereditarijs, quando in vna re detrahere possit. 54. 12.
Portionem ad se spectantem alienare nùm impediatur per fideicommissi conditionis suspensionem. 54. 11.
Legata, & donationes socio vniuersorum bonorum an communicare debeat. 127.45.
Defuncti conscientiam nùm exonerare teneatur. 146. 10.
An peccet defuncti debita non soluendo. 146.14.
Mariti erga eius vxorem ad quid teneatur in Ciuitate Neapolis. 126. 42.

Digitized by Google

Defuncti voluntatem interuertere an possit. 141. 59.
Viri si dotis restitutionem retardet, num ad interesse teneatur. 126. 2.
Cum beneficio legis, & inuentarij an cogere possit creditores ad accipiendum bona insolutum, quando defunctus beneficio Auth. Hoc nisi debitor. C. de solution. *renunciauit.* 141. 42.
Bona insolutum dare num possit, quando in hereditate adest pecunia. 141. 51.
Dando bona insolutum, vel illa creditoribus dimittendo, an defuncti facto contrauenire dicatur. 141. 53.
Cum inuentarij beneficio an cogere possit creditores ad recipiendum bona in solutum emptore non adinuento, qui velit absque speciali ipsius heredis obligatione, ac nomine proprio emere. 141. 52.
Bona fideicommisso subiecta per defunctum distracta num reuocare possit. 141. 55.
Instituta sub conditione suspensiua an interim habeat nudam hereditatis detentationem, & administrationem. 3. 23.
Instituta sub conditione, si vitam viduilem seruauerit, *an mutianam cautionem praestare teneatur.* 3. 1.
Quidue si coheredem non habeat? ibidem n. 2.
Heredes sint ne pro equis portionibus conueniendi. 146. 1.
An pro rata portionum ad hereditarij oneris praestationem teneantur, si vni ex ipsis aliquid prælegatum sit. 146. 6.
An pro virili teneantur ad restitutionem vsurarum à defuncto extortarum. 146. 22.
Plures cum sunt, num vnum procuratorem constituere teneantur. 107. 2.
Heredis institutio an resolutiuæ conditionis capax sit. 3. 11.
Heredis aditio sit ne in consideratione habenda, vt cognoscatur, an debitum compensandum sit, vel ne. 47. 22.
Heredum vnus si soluendo non fiat, num eius periculum alios coheredes oneret. 146. 9.
Sine hercde decedere an lugubrius reputetur. 141. 62.

HÆRETICVS

Num ante omnia, vt spoliatus restituatur. 87. 22.

HYPOTHECA

Quanto tempore præscribatur. 15. 2.
Conditionalis quando dicatur. 25. 27.
Tacita an competat in casibus à Iure minimè expressis. 129. 5.
Quæ pro toto competit, num ad partes quoque, & ad ea, quæ sunt connexa, & ab ipso principali dependentiam habent extendatur. 129. 23.
Per emptorem imposita ante nominationem, ea facta an resoluatur. 135. 17.
In bonis patris pro alimentorum præstatione num filio concedatur. 129. 22.
Dotalis per tertium possessorem num præscribere quaat. 15. 11.
Feudalium, constitutum, precarium, & cæteræ clausulæ si in instrumento deficiant, an Iudicis mandato per alium Notarium extendi possint. 167. 17.
Hypothecæ prioritas an tàm agendo, quàm excipiendo prosit. 125. 2.

HYPOTHECARIA

Agi num queat aduersùs fundi possessorem, quando Dominus, censusque creditor in exigendo annuos reditus de negligentia argui potest. 13. 39.

HOMO

Sit nè dimidia eius pars. 146. 8.
Mortuus an pro viuo habeatur illi, cuius culpa decessit. 185. 9.
A quo tempore ad pueritiam deduci dicatur. 189. 17.

HONESTAS

Mulieris an patiatur, eam alicui negotiationi præesse. 190. 13.

HONOR

An maximum sit externorum bonorum. 195. 5.
Viris probis, & benè natis an summè æstimandus sit. 195. 9.
Iudicibus num deferri debeat. 128. 2.
Num in sessione, & prioritate consistat. 16. 4.

HOSPITALIS

Quando religiosus, & pius dicatur. 188. 31.
Quando ita præsumatur? ibidem n. 32.
Ab Episcopo num visitari possit. 188. 14.
Quidue si nouiter fundatum sit, ipso fundatore superstite? ibidem n. 30.
An priuilegio gaudeat, vt contra eum non, nisi spatio 40. *annorum præscribere possit.* 22. 15.

HVMANITAS

In dubijs an semper in leniorem inclinet. 32. 14.

HVMILITAS.

Humilitatis primus gradus qualis sit. 16. 11.

IDONEITAS

An requiratur in teste, vt probet. 240. 4.
In substituto num exigatur, vbi expressa adesset substituendi potestas. 157. 21.

IDONEVS

Pari in concursu num ille magis dicatur, qui dispensatione non indiget. 97. 9.

IGNORANTIA

Legum an regulariter præsumatur. 111. 14.
Probabilis an iustam præbeat causam restitutionis ijs, qui temporis lapsu læsi fuere. 4. 47.
Crassa, & supina an sit excusabilis. 147. 21.
Contrahentium num contractum conditionalem faciat. 191. 12.
Quadriennium concessum ad petendam restitutionem in integrum an duret etiam centum per annos data ignorantia. 4. 48.
Culposam allegans num audiendus sit. 13. 28.
Defectus contractus an inducat ratihabitionem. 102. 24.
Iuris an quemadmodum prosit in lucris quærendis, ità etiam in damnis euitandis. 147. 19.
Ignorare an dicatur, qui non inuestigauit, quæ inuesti-

Digitized by Google

ueſtigare debebat. 147. 22.

IMMISSIO

In poſſeſſionem an valeat contra poſſidentem de facto, ſi citatus haùd fuerit. 11. 6.

Facta authore Prætore an idem operetur, quod operaretur colonorum expulſio. 11.10.

In ſaluiano nùm impediatur, ſi interpoſita ſit appellatio. 52. 3.

IMPEDIMENTVM

Corporis, vt valeat Beneficij reſignatio, quale eſſe debeat. 189.38.

IMPEDITVS

Implere, an impleuiſſe præſumatur. 35.32.

IMPERIVM

Nùm habeat par in parem. 64.18.

Imperio Magiſtratus qui non paruit, an dolo carere poſſit. 73. 5.

INAVDITVS

Condemnari an valeat. 165.4.

INCERTITVDO

An magis longum, quàm breue tempus indicet. 99.44.

INCOMPATIBILE

Qui vult vnum ex duobus incompatibilibus, an alteri renunciaſſe cenſeatur. 117.13.

INCONTINENS.

Quæ incontinenti fiunt, quando ineſſe dicantur. 62.37.

Incontinenti aliquid probare quomodo intelligatur. 125. 12.

INDEFENSVS

An condemnari poſſit. 165.4.

INDICIVM.

Indicia an probent Notarij errorem. 163.4.

INDVSTRIA

Ex quibus verbis electa præſumatur. 157.12.

Perſonæ quando electa eſt, an excluſa cenſeatur ſubſtituendi facultas. 157. 11.

INFANS

Quò ad propriam vtilitatem an ſtipulari poſſit. 73. 10.

Feudum, vel emphyteuſim nùm acquirere valeat? ibidem n. 11.

Infantis ætas an ignoret, quidquid videt. 73.9.

INFIRMITAS

An ſit habitus contra naturam. 38.3.

In homine an excludatur? ibidem.

In ſenibus nùm requiratur, vt ægrotare dicantur. 189.8.

An dicatur potens impedimenti cauſa. 200.6.

INFIRMVS

Abſens nùm in culpa eſſe dicatur. 16.48.

INGRESSVS

Qui ſit ante profeſſionem, nùm verus dicatur. 35.6.

INHABILITAS

Accidentalis in impedimentis, occupationibuſque conſiſtens, num diu duraturaſit. 38.9.

Adfuiſſe an præſumatur tempore contractus? ibidem n. 8.

INHIBITIO

Prorogationis iuriſdictionis quando fauore Iudicis, quandoue ſubditorum facta dicatur. 78.3.

Attentata nùm dicatur, ſi poſt litis pendentiam concedatur. 132.3.

INIMICITIA

Capitalis quibus ex cauſis oriatur. 189. 100. *& ſeqq.*

An excuſet publicas perſonas, vt non teneantur ad ea, ad quæ alias officij ratione tenerentur. 133. 7.

Nùm dicatur iuſta cauſa, vt Ordinarius Beneficij reſignationem admittere poſſit. 189.90.

INIMICVS.

Inimicum pro Iudice habere an graue ſit. 133.10.

INIVRIA

An iniuriam retorquere poſſit. 58.15.

Iniuriam remittens nùm damna, & intereſſe remiſiſſe cenſeatur. 58.7.

Quidnè cùm remiſſio eſt plena, & in pacis inſtrumento cautum id extat? ibidem n. 9.

Iniuriarum actio nùm ad hæredem tranſmittatur. 58. 3.

Cautela, vt per iniuriæ condonationem damna, & intereſſe remiſſa cenſeantur. 58.10.

INIVRIATVS

An remittere teneatur, quæ ſalutem animæ impedire poſſent. 58. 8.

Petere an poſsit, vt Iudex iniuriantem ad ſe diſdicendum condemnet. 195. 2.

Iniuriato nùm iniuriantem offendere liceat. 58. 11.

INIVSTITIA

Notoria an nullitati æquiparetur. 197.19.

INNOVATIO

Nùm inducatur ex impetratione reſcripti lite pendente. 209. 9.

INOPIA

Mariti ex quibus cauſis probata dicatur. 71. 8. *& ſeqq.*

INQVILINVS

In Ciuitate Neapolis an Domino in Menſe Ianuarij denunciare teneatur, ſe è domo diſceſſurum. 119. 15.

INSTANTIA

Iudicialis quòd euaneſcere poſsit, an ſit inconueniens. 236.9.

Quæ iam ob temporis lapſum expirauit, nùm de communi conſenſu prorogari poſsit. 31.4.

Quidue ſi per ſtatutum abbreuiata ſit? ibidem n. 5. *& 6.*

INSTITOR

An præſumatur, niſi probetur. 122.8.

Societati an tacitè, & expreſsè proponi poſsit. 122. 10.

Finita inſtitoria nùm ex ſuo contractu conueniri valeat. 178. 4.

Cùm enunciatiuè ſcribit ſe debere, nùm animum ſe obligandi habuiſſe præſumatur. 178. 5.

Pro mutuo à ſe ſuſcepto an finita inſtitoria teneatur. 178. 7.

Digitized by Google

INSTITVTIO

Hæredis sit nè capax resolutiuæ conditionis. 3.11.

Institutionis titulus, qui in filijs exprimi debuit, an subintelligatur in testamento, cùm illic adest clausula Omni modo meliori. 193.31.

INTERESSE

Lucri cessantis certum ab initio nùm esse valeat. 90.47.

Dotis matrimonio constante nùm viro debeatur ad eius onera ferenda. 126.3.

Dotis si post annum luctus viduæ solutum fuerit, an in sortem imputetur. 126.23.

*Vt viduæ post annum luctus debeatur ratione damni emergentis, & lucri cessantis, an concludentèr probandum sit? ibidem n.*28.

Dotis, & antefati quomodo taxetur in Ciuitate Neapolis. 126.49.

An probetur ob paratas annuorum introituum emptiones, & frequentes occasiones implicandi pecuniam ad lucrum. 126.29.

Vt debeatur an sufficiat constare tales lucrandi occasiones adfuisse, an etiam, vt illæ idoneæ sint, 126.35.

Vxori an competat, si maritus in testamento aliquid relinquat, donec dos ei soluatur. 126.17.

*Dotis non solutæ ex causa lucri cessantis an debeatur, quando vxor pignus bonorum mariti penès se habuit? ibidem n.*27.

INTERPRETATIO

Sit nè facienda contra eum, qui legem apertiùs dicere potuit. 156.9.

INTERRVPTIO

Momentanea nùm in consideratione habenda sit. 4.44.

INTERVENTVS

Testium à Notario scriptus an pro subscriptione habeatur. 186.4.

INTESTATVS

Vt quis decesserit, nùm in dubio præsumatur. 89.12.

INTIMATIO

Nùm in casibus dumtaxàt expressis requiratur. 135.34.

INSTRVMENTVM

An sit probatio probata, veritas apparens, res certa, & manifesta. 43.1.

*Nùm dicatur noli me tangere? ibidem n.*2.

In dubio nùm fictum, & simulatum præsumatur. 90.10.

*Simulatum an propriè instrumentum dicatur? ibidem n.*9.

Publicum an probet contra absentem. 137.34.

An paratam habeat exequutionem de Iure Communi. 4.53.

*Quidnè attento Municipali nostri Regni Iure? ibidem n.*61.

Testamenti quando paratam exequutionem habeat. 4.54.

In quo locus loci deficit, an falsum præsumatur. 28.7.

Quid si archiuiatum sit? ibidem n. 3.

*Quidnè quando ex coniecturis, & circumstantijs de certitudine, instrumentique perfectione constare potest? ibidem n.*5.

In cartula notatum an mortuo Notario fidem faciat. 167.2.

An eo potiùs, quàm illud contra attestantibus in dubio credendum sit. 43.3.

Quidnè si Notarius dicat, illud nullum esse? ibidem n. 4.

In quo non testium subscriptio, sed signum adest, quando in liquidatione præsentari possit. 186.7.

Donationum, oblationum, & permutationum nùm valeant in Ciuitate Neapolis, si vera rei traditio non interueniat. 238.8.

Publicum ex Notarij mortui imbreuiatura carente signo, & subscriptione, an fieri possit. 167.1.

Declarari nùm possit à Notario, qui eum ambiguum scripsit. 43.5.

Nùmue corrigere, vel addere valeat? ibidem.

Vt ex partium conuentione confectum sit, quomodo dignoscatur. 81.24.

In dubio an confectum præsumatur, vt facilìùs probari possit contractus. 81.25.

Maioratus, quo primogeniti sunt vocati, penes se habens, an contra primogenitum præscribere valeat. 4.12.

An eo in loco confectum præsumatur, in quo Notarius morari, & continue stare consueuit. 28.6.

In Regno inter seculares per Notarium Apostolicum celebratum nùm valeat tanquam scriptura priuata. 28.19.

*Nùmue careat via exequutiua? ibidem n.*20.

Extrà Regnum confectum nùm possit in Regno præsentari, & liquidari secundùm formam Ritus M.C.V. 28.21. *& seqq.*

Extrà Regnum celebratum absque literis testimonialibus an per testes idoneos probari possit, requisita interuenisse. 28.25.

*Si Testes descripti haùd se subscripsere nùm in Regno præsentari valeat via Ritus, vti confectum seruata formâ Iuris Communis? ibidem n.*30.

Publico an fides adhibeatur mortuo Notario, qui illud confecit. 94.7.

Instrumenti error per dictum Notarij, & vnius testis an probetur. 163.2.

Instrumenti traditio sit nè sufficiens, vt quis tanquàm Procurator cùm cautione de rato admittatur. 143.24.

Instrumenti exequutio in Regno nùm sit de decisinis. 28.29.

Eiusque exequutionis causa an exceptiones omnes reijciat. 43.6.

Instrumenti verba enunciatiua quando operentur. 43.9.

Et illius appellatione an veniat vltima voluntas. 4.62.

Nùmuè testes comprehendantur. 81.31.

INVENTARIVM

Ad quid prosit hæredi. 141.44.

Digitized by Google

Nùm hæredis fauore introductum sit? ibidem n.57.
Heredem an præseruet non solùm à damno pecuniario, sed etiam à vexationibus facti. 141.45.
An etiam aduersùs creditores, nè damnum aliquod patiatur? ibidem n.48.
Nùm operetur, vt hæres se ab hæreditate abstinere videatur. 66.12.
Si conficere omiserit hęres, nùm ad integra legata teneatur. 48.4.
Annè perdat trebellianicam? ibidem n.6.
Nùm paratam exequutionem habeat. 179.8.
An faciat Curator ad litem. 75.26.
Quidnè, si ad eius manus aliquid peruenerit? ibidem n.28.

IOCALIA

Quæ sponsæ à sponso ante contractum matrimonium fiunt, nùm ipsi sponsæ donationis titulo data censeantur. 118.1. & seqq.
An idem, quando sponsa est persona nobilissima? ibidem n.21.

IRREGVLARIS

An fiat abscidens sibi membri partem. 189.61.

IRREGVLARITAS

Censuræ appellatione nùm contineatur. 189.73.

IVDEX

Nùm haùd fulminare, sed audire, & examinare debeat. 11.4.
Definitiuè pronunciando an functus sit officio suo. 33.20.
Interlocutoriè pronunciando nùm ea in causa Iudex remaneat? ibidem n.22.
In causis miserabilium personarum an etiam non requisitus suum impartiri debeat officium. 34.5.
Cùm in libello proposita sunt plura separata capitula, an super vno pronunciare valeat. 6.21.
Ex officio, si iustum sibi videbitur, nùm omnibus in casibus sequestrare possit, in quibus ad partis instantiam sequestrum concedi non solet. 63.10.
An suppleat ex officio, vbi iudicium elusorium esset. 106.3.
Officium suum an etiam non requisitus impartiri valeat. 106.5.
Ex officio nùm in causa concludere possit. 198.26.
Ex bono regimine an compellere valeat aliquem ad furem indicandum. 109.4.
Pronuncians contra res firmitèr iudicatas, an validam nouissimam proferat sententiam. 197.14.
Concedendo reuerentiales, nùm appellationi deferre dicatur. 204.3.
Appellationem differendo, nùm à se iurisdictionem omnem abdicet. 204.5.
An valeat plures reponere vicissim appellantes, & in causa procedere, donèc verum grauamen detegatur, & terminetur. 33.18.
Terminum ad appellationem prosequendum nùm restringere, & prorogare valeat iusta existente causa. 2.1. & seqq.
Appellationis sententiam confirmans, in expensisquè condemnans, an intelligatur de expensis prioris iudicij. 50.1.
Appellationis quò ad ordinem iudiciarium, nùm proprij Tribunalis instituta seruare teneatur. 86.11.
Interlocutoriam sententiam an pluries reuocare possit. 33.16.
Quid de exequuta, quando irreuocabile ius parti quæsitum non fuit? ibidem n.25.
Contractum inter partes factum nùm ad æquitatem reducere valeat. 85.5. iterùmue 87.5.
Consensum an supplere possit, quoties illo subditi opus est ad actum aliquem. 165.24.
Cogere an possit partem ad ineundam pacem. 133.3.
De iure an supplere valeat. 106.6.
Non supplens, cùm potest, an faciat litem suam? ibidem n.7.
Reo absente an eius scelera punire possit. 165.41.
Si consulet debitoribus, vt repudient, an granitèr peccet. 17.23.
Constituens viduæ interesse post moram dotis non solutæ ex causa lucri cessantis absque aliqua alia probatione, an malè faciat. 126.31.
Ecclesiasticus nùm sit adeundus in causa Clerico, & Laico commissa, si ab eorum sententia appellari contingat. 64.15.
Laicus pendente causa matrimonij coràm Iudice Ecclesiastico, an prouidere possit super alimentis vxori per virum præstandis. 165.36.
Reductionis causam definiens nùm Arbitratoris loco succedat. 86.10.
Parte præsente an deferri facere possit iuramentum semiplenè probanti. 36.2.
Causæ præuiæ, & præparantis, an sit etiam Iudex ad cognoscendum de causa præparata. 165.29.
Cogere nùm possit Aduocatum, vt pro suo inimico postulet. 133.8.
Annè illum prohibere valeat, nè postulet contra suum inimicum? ibidem n.9.
Compellere nùm valeat partes ad compromissum. 133.14.
Nùm cogere possit partem ad cautionem præstandam. 133.12.
Si vni ex partibus cautionem de non offendendo dari iusit, & alia pars eam non dedit, illius obligatio, qui cautionem præstitit, nùm effectum suum habere queat. 133.20.
Admitti an debeat cautionem de non offendendo cùm protestatione, quòd cautio non valeat, nisi similis cautio per aduersarios præstita fuerit. 133.23.
Vnam tantùm partem cogere an possit ad præstandam cautionem de non offendendo, quando altera pars sibi recaueri petit? ibidem n.19.
Compellere an possit Procuratorem ad exhibendum mandatum, etiam si non opponatur. 106.1.
An æquo animi voto, & charitate Iustitiam omnibus administrare debeat. 157.7.
An secundùm conscientiam iudicare teneatur, cùm ex ea negotij veritatem perfectè scit. 68.9. iterùmue 157.8.

Digitized by Google

Vt cuncta agat iuxtà bonam conscientiam an omnibus commissionibus insit? ibidem n. 6.

Deputatus cùm clausula, Sola facti veritate inspecta, *an sine libelli, & litis contestatione procedere possit.* 193. 2.

Ex vi clausulæ prædictæ an facultatem habeat tàm ex se, quam ex officio testes interrogandi, illosque repetendi eodem modo, quo fit parte instante? ibidem n. 7.

Ex clausula Ius, & Iustitiam, *nùm supplere possit.* 193. 10.

Annùe etiam officium suum non petenti impartiri valeat? ibidem n. 11.

Et Actore non petente, an Reum conuentum in fructibus, interesse, & usuris, ac victum in expensis condemnare possit? ibidem n. 15.

Ex clausula sola facti veritate inspecta *nùm habere dicatur facultatem iudicandi sine legitimis probationibus, & requisitis in alijs iudicijs.* 68. 1.

Annùe leuiores probationes admittere possit? ibidem n. 7.

Potestatem habens cognoscẽdi causas minoris summæ, an cognoscere possit causas, in quibus certa quantitas expressa minimè adest. 115. 5.

Ob iudicanda iurgia, aùt processus videndos, nùm aliquid à litigantibus accipere possit. 101. 12. *& seqq.*

Aliquid faciens vltrà id, quod lex concedit, nùm illud lege prohibente facere videatur. 115. 4.

De cuius iurisdictione, & superioritate non constat, an Iudici, qui ab eo iurisdictionem non habet, inhibere possit. 170. 22.

Successor an citationem denuò expedire debeat, quando Prædecessor Reum citauit ad foriudicandum, & agnatos, & cognatos ad dicendum causam quare. 108. 4.

Ordinarius nùm sua iurisdictione ex alterius facto spoliari valeat. 86. 29.

Apùd quem petitur reductio, an sit Ordinarius. 86. 3.

Causarum definitio, & processuum examen nùm ad Iudicis officium pertineat. 101. 13.

Officio suo an functus dicatur propter verbum absoluo, *vel* condemno. 62. 38.

Iudicum munus an sit publicum. 82. 10.

Iudicis officium an lata sententia expiret. 33. 21.

An semper implorari possit. 18. 6.

An etiam ante factum. 63. 9.

Iudicis an interfit, nè actus, qui coràm eo fiunt, elusorij reddantur. 106. 3.

Iudicis authoritas in pignore iudiciali distrahendo an eadem sit, quæ est creditoris in pignore conuentionali vendendo. 66. 35.

Iudicis vox silere nùm debeat in die festiuo. 144. 3.

Bina Iudicis monitio alicui facta ad proponendum iura infrà certum tempus, aliàs silentium imponatur, quid operetur. 18. 57.

IVDICIVM

Elusorium fieri nùm debeat. 63. 3.

Si elusorium esset, an Iudex ex officio supplere possit. 106. 3.

Super futuro an esse possit. 57. 9.

An dicatur, quod fit coràm Arbitris. 236. 8.

Nùm conualidetur, si expensæ anteà petitæ posteà reficiantur. 202. 6.

Possessorium an efficiatur mixtum, si de dominio incidenter tractatum fuerit. 9. 9.

Quidue si titulus ad colorandam possessionem in eo fuerit productus? ibidem n. 11.

Diuersum nùm dicatur, si cùm prius ordinariè ageretur, post agatur summariè. 78. 22.

In causa graui nùm à Procuratore incipere possit. 154. 1.

Assistentiæ dicatur nè intentatum ex vi clausulæ Omni modo meliori. 193. 27.

Attentatorum an sit magis priuilegiatum, quàm illud nullitatis. 70. 3.

Iudicij anfractus nùm partes compromittendo euitare velint. 86. 2.

Iudicium nùm prudens sit super præsenti statuere ex eo, quod in futurum contingere potest. 57. 8.

IVRAMENTVM

An rebus sic stantibus intelligatur. 141. 25.

Ad incognita nùm extendatur. 86. 48.

An repetitum censeatur. 119. 25.

Nùm detur, vbi non adest dolus. 90. 13.

Quidue in actione tutelæ, & curæ? ibidem n. 15.

An Iuris solemnitates suppleat. 102. 39.

Nùmue contrahentem sagacem, & prudentem faciat? ibidem n. 44.

Futurum dolum an remittat. 42. 25.

Annùe præbeat delinquendi occasionem? ibidem.

Nùm ad factum præcisè obliget. 141. 33.

In contractu adhibito quid operetur. 119. 34.

An secundùm actus naturam reguletur, vt scilicèt fortiùs liget, & non in plus. 141. 36.

Nùm ad reuerentiam, & fidem Deo præstandam pertineat. 165. 27.

An semper tutam, ac certam veritatis probationem contineat. 166. 8.

Prodigi nùm arctandi effectum producat. 76. 5.

Partium consensu an remitti possit. 165. 18.

In compromisso nùm apponatur. 173. 13.

Annùe intelligatur, si æquè iudicatus fuerit Arbitrator. 86. 48.

Nùm conualidet aduentitiorum bonorum alienationem per filium familias factam. 76. 4.

An requiratur in Notario errorem asserente. 166. 1.

Necessarium nùm sit quolibet in casu, ad hoc vt fides præstari possit. 166. 2.

An requiratur, vbi consensu litigantium standum est aduersarij assertioni de alicuius actus veritate? ibidem n. 4.

Stetur nè iuramento damnum passi, quando priùs constat, quòd verè passus est damnum. 57. 11.

An omninò præstare debeat electus à Iudice, vel à liti-

Digitized by Google

litigantibus, vt exponat, quid iuxtà artis peritiam sibi visum fuerit. 166.3.
Sufficiens an sit ad probandum paupertatis impedimentum. 34.14.
Nùm impediat reductionem petere. 27.5.
Fidelitatis an excommunicato obseruetur. 87.21.
In litem an detur contra eum, qui solemnitatibus minimè seruatis administrauit. 90.12.
In litem an pro dolo præsumpto præstetur. 90.14.
In actione tutelæ nùm ex ipsius actionis natura veniat? ibidem n. 16.
Quidnè in actionibus bonæ fidei? ibidem n. 17.
Suppletiuum vt locum habeat, quæ requirantur. 36.6. *& seqq.*
Nùm deferatur in probationis supplementum? ibidem n. 1.
An heredi deferatur. 36.25.
Nùm tàm Reo, quàm Actori deferri possit? ibidem n. 37.
An magnis in causis locum habeat? ibidem n. 29.
Deferri nùm valeat post conclusionem in causa? ibidem n. 34.
Quid vbi multi sunt testes singulares? ibidem n. 41.
An amittat respondens per verba non credit, *vt ponitur.* 227.8.
Iuramenti causa sit nè mixti fori. 165.21.
Iuramenti absolutio, vide in verb. Absolutio.

IVRISCONSVLTVS

Vendere an possit consilium. 218.12.

IVRISDICTIO

Nùm ad eum pertineat, qui eam in probatione fundatam minimè habet. 115.7.
Excitata nùm dicatur, quando causa Iudici Ordinario simpliciter committitur. 44.2.
Vniuersalis plura territoria concernens nùm sit tota, & indiuidua cuiusque territorij respectu. 113.9.
Limitata ad causas certæ summæ nùm extendi possit ad causas maioris summæ. 115.2.
Omnimodo taxata an ex partium consensu prorogari valeat. 78.1.
Spiritualis ad causas temporales, & è contra, an prorogari possit? ibidem n. 11.
Aduersus eum, qui illam habet cùm clausula abdicatiua, & decreti irritantis queat nè prorogari. 78.25.
Appellationis in causa an prorogetur. 78.31.
Ex partium consensu an tribuatur. 82.9.
Arbitrorum cuius sit speciei. 82.7.
Ob delictorum qualitate nùm à Baronibus abdicari possit. 145.13.
Vbicumque alicui certæ qualitatis respectu competit, an eidem de qualitate illa ante omnia constare debeat. 170.12.
Data priuatiuè nùm alijs causarum cognitionem adimat. 145.1.
Ciuitati concessa nùm ad suburbia extendatur. 96.13.
Conseruatoris an constet, quousque iniurias, seù violentias manifestas esse non apparet. 170.23.
Iurisdictionis defectus an sit insanabilis. 144.12.
Iurisdictionem Iudici nùm dare possint partes transactis fatalibus. 31.7.

IVS

Sibimet dicere an quis possit. 54.32.
Sibi propria authoritate dicens, etiam lege permittente, nùm legalem commodum consequatur. 185.16.
Suum per non vsum nùm amittatur. 14.14.
Positiuum an tolli possit à consuetudine. 237.13.
Personale an cùm ipsa persona extinguatur. 7.25.
Nùm quæratur absenti absque acceptatione per Notarij stipulationem. 88.5.
An id tantùm infirmet, quod iuris est. 211.3.
Aptari nùm debeat ad ea, quæ frequentiùs eueniunt. 15.19.
Municipale alio in casu, quàm expresso, nùm Commune Ius corrigere noluisse præsumatur. 18.27.
Commune Romanorum an, quàm minus potest, ledendum sit. 18.59. *iterùmue* 235.37.
Quando ad vnam magis partem, quam ad aliam adaptari non possit. 66.40.
Quod in iudicio proponere non potest agendo, an proponere possit excipiendo. 151.3.
In re nùm ex locatione ad longum tempus transferatur. 99.27.
In re, vt in locatione ad longum tempus non constituatur, nùm pacto caueri possit. 99.38.
Offerendi habeat nè extraneus possessor. 208.2.
Petendi legitimæ supplementum, quanto tempore præscribatur. 4.28.
Querelandi testamentum inofficiosum an quinquennio præscribatur. 4.4.
Sepeliendi in Ecclesia, retinendi arma, & insignia domus, nùm acquirere possint laici. 26.6.
Sepulcri cùm profanum remanet, an quouis titulo distrahi, & vendi possit. 26.11.
Super eo nùm creditores satisfieri possint? ibidem n. 12.
Anuè cedi valeat? ibidem n. 13.
Et nùm ad heredes transmittatur? ibidem n. 16.
Congrui an locum habeat in venditione cùm dominij reseruatione. 13.16.
Retractus nùm competat socio in parte sociali venditæ, vel locatæ. 169.9.
Retractus nùm ad quamlibet portionem alienatam competat alteri inter plures rem pro indiuiso possidentes. 169.12.
Patronatus an transeat cùm bonorum vniuersitate. 26.18.
Offerendi an competat secundo creditori, quando venditio iure creditoris fideiussori principalis debitoris facta fuit. 66.13.
Quidnè quando primus creditor rem pignoratam habuit à Iudice per deliberamentum præsente secundo creditore, qui licitare potuit, & non licitauit? ibidem n. 41.
Offerendi an locum habeat in venditione iure creditoris extranei facta per primum creditorem, quan-

Digitized by Google

quandoritè, & rectè facta non fuit. 66.23.
*Anuè locum obtineat aduersùs priorem creditorem, quando licitationis tempore posterior creditor præsens minimè fuit? ibidem n.*44.
Accrescendi ex coniunctione prouenientis iunctum cùm substitutionis iure, an substitutione peremptæ perat. 140.13.
Excipiendi an expiret, quando Actor actionem intentauit, & Reus exceptionem non allegauit. 151.7.
Iuris quærendi repudiatio an sit alienatio. 17.2.
Iuris status nùm ex locorum differentijs mutetur. 102.4.
De non iure Actoris quomodo constare dicatur. 125.6.
In vna persona cùm iura plurium deueniunt, an ea omnia pristinam naturam retineant. 16.44.

IVVENIS

Quis, & quis senex dici soleat. 189.26.
*An citò mori possit? ibidem n.*13.

IVVENTVS

Peritæ an senectuti præferenda sit. 189.33.

IVSTITIA

Esse an possit, vbi non est Charitas. 141.30.
Commutatiua nùm in æqualitate consistat. 90.27.
Institiam facere an sit initium viæ bonæ. 200.15.

LABOR

Vnus an vnica solùm mercede compensetur. 101.4.

LÆSIO

Enormissima vbi concurrit, an dolus præsumatur. 27.7.
An cogitata præsumatur. 86.48.
In compromissis an ex clausulis generalibus excludatur. 27.4.
Considerari vt possit, an contractus tempus attendendum sit. 27.22.
Nùm in contractibus, & correspectiuis actibus consideretur. 40.3.
In habentibus tractum successiuum nùm ab initio de tempore contractus inspiciatur. 85.9.
Nùm cadat in donatione. 40.4.
*Quidue si correspectiua illa sit? ibidem n.*12. & 16.
An consideretur in ingrediente Monasterium. 40.6.
Vltra sextam nùm admittatur in S. R. C. in venditione, quæ fit subhasta. 66.25.
Qualis, & quanta esse debeat, vt minor factus maior, & tacens per quinquennium restitutionis in integrum remedio succurri possit. 102.45.
Læsionis præsumptio nùm ex solemnitatibus auferatur. 102.37.

LAICVS

Percutiens alterum laicum in Monasterij loquutorio an incurrat excommunicationem. 22.12.
In Ecclesia nùm acquirere possit ius sepeliendi, retinendi arma, & insignia domus. 26.6.
Arbiter an esse possit in causa Clericorum. 64.9.
*Quidue in causis spiritualibus? ibidem n.*10.

LAVDANS

Alterum dicendo, illum locupletem esse, bonum, & securum, nùm ad partis interesse teneatur. 69.13.

LAVDEMIVM

Nùm debeatur ex venditione cùm pacto, quòd pretij solutione pendente dominium non intelligatur translatum. 13.15.

LAVDES

Dom. Agnellus de Sarno V.I.D. *laudatur* 36.9.
Dom. Albertus Alderisius V.I.D. *laudatur* 99.1.
Dom. D. Anibal Moles Regiam Cancellariam Regens *memoratur* 41.9.
Ill. Dom. D. Antonius Perez Nauarrete Marchio Latertiæ, & Regiam Cancellariam Regens *innumeris refertur encomijs* 14.5. *iterùmue* 19.5. *& demùm* 68.9.
Dom. Antonius Miroballus Regius Consiliarius *commendatur* 4.58.
Ill. Dom. D. Benedictus Trelles Marchio Toralbæ, & apùd Catholicam Maiestatem Regens *memoratur* 16.50.
Ill. Dom. D. Bernardus Zusia Marchio Matontī, Regiam Cancellariam Regens, & S. C. Præses *laudatur* 16.47.
Dom. Blasius Altimarus V.I.D. & in supremis Neapolitanis Tribunalibus Aduocatus *laudibus extollitur* 13.45. *iterùmue* 42.37. *& demùm* 89.2.
Ill. Dom. D. Caietanus de Afflicto Ciuitatis Cauæ Episcopus *laudatur* 15.23.
D. Caietanus Ageta V.I.D. & in subsellijs Neapolitanis Causarum Patronus *summis laudibus exornatur.* 5.18. *demùmq.* 6.10. *nec non* 18.47.
Ill. D. D. Carolus Calà Diani Dux, Marchio Ramontis, & Regiam Cancellariam Regens *summis laudibus celebratur.* 94.22. *demùmque* 144.1.
Dom. D. Carolus Petra Regius Consiliarius *nunquā pro meritis laudatur.* 28.22. *iterùm.* 24.10. *prout* 33.14. *nec non* 62.12. *& denique* 166.9.
Dom. D. Carolus Antonius de Luca V.I.D. *extollitur* 25.26.
Dom. D. Cœsar Calà V.I.D. *laudatur* 94.22. *nec non* 144.1.
Dom. Dominicus Petrone Regius Consiliarius, & R.C.S. Præses *laudatur* 19.10.
Ill. Dom. D. Dominicus Emmanuel Cioffi Marchio Oliueti, & Iudex M.C.V. *celebratur* 141.43.
Dom. D. Dominicus Antunez Portugal clarissimus Penamacorensis I.C. *laudatur* 40.13.
Dom. Dominicus de Rubeis V.I.D. *commendatur* 3.25.
Dom. Erasmus de Ponte Regius Consiliarius *laudatur* 16.47. *demùmque* 126.54.
Ill. Dom. Fabius Capycius Galeota Regiam Cancellariam Regens *summè commendatur* 13.31.
Ill. Dom. D. Felix Lazia Vlloa Regiam Cancellariam Regens, & S. C. Præses *summoperè laudatur.* 172.4.

Dom.

Digitized by Google

Dom. D. Ferdinandus Muſcoſo Regius Conſiliarius *laudatur* 4. 58.
Dom. Philippus Mareſca Iudex M.C.V. *extollitur* 78.31.
Ill. Dom. D. Franciſcus Merlinus Regiam Cancellariam Regens, & S. C. Præſes *commendatur* 40.8. *nec non* 129.3.
Dom. Franciſcus Antonius Muſcettula Regens Regiam Cancellariam *laudatur* 16.53.
Dom. D. Franciſcus Moles R. C. S. Præſes *ſummis laudibus exornatur* 41.9.
Dom. Franciſcus Maria Pratus Regius Conſiliarius *laudibus extollitur* 18.16. *demùmue* 53.2. *nec non* 200.14.
Dom. Franciſcus Roccus Regius Conſiliarius *laudatur* 77.2.
Reu. D. D. Franciſcus Verde Auctoris Præceptor *commendatur* 4.51. *iterumuè* 7.1. *& demùm* 22. 22.
Dom. D. Fuluius Caracciolus Regius Conſiliarius *ſummoperè laudatur.* 236.12.
Dom. Gregorius Motillus V.I.D. *extollitur* 62.6. *nec non* 111.13.
Dom. D. Hieronymus Calà M. C. V. Iudex *laudatur* 130.9.
Dom. Honofrius de Roſa V. I. D. & in ſupremis Tribunalibus Neap. cauſarum Patronus *celebratur* 13.51.
Ill. Dom. Iacobus Capycius Galeota Dux S. Angeli, & Regiam Cancellariam Regens Decanus *laudibus compluribus commendatur* 43.6.
Dom. D. Ianuarius de Philippo M. C. V. Iudex *extollitur* 189.106.
Ill. Dom. D. Ioannes Caramuel Campanienſium Epiſcopus *laudatur* 39.6.
Dom. Io: Baptiſta Hodierna Regius Conſiliarius *multis laudibus ornatur.* 4.51. *iterùmue* 49.3. *nec non* 60.5.
Dom. Io: Franciſcus Marcianus Regiam Cancellariam Regens *laudibus refertur* 140.3.
Dom. Io: Franciſcus Marotta V.I.D. *laudatur* 71. 12. *nec non* 81.27.
Dom. Io: Hieronymus de Philippo Regiam Cancellariam Regens *ſummis laudibus extollitur* 189.106.
Dom. Io: Leonardus Rodoerius V. I. D. & in Tribunalibus Neapolitanis Aduocatus *laudatur* 46.4.
Dom. Io: Marcus Scoppa Auctoris dulciſſimus Pater *commendatur, laudibuſq. extollitur* 118.5.
Dom. Ioſeph de Roſa Regius Conſiliarius *commendatur* 12.11.
Ill. Dom. Iulius Cœſar Bonitus Inſulæ Dux, & R. C. S. Præſidens *laudibus celebratur* 18.49.
Dom. Nicolaus Adinolfus V.I.D. *laudatur.* 103. 41.
Ill. Dom. D. Paulus Garbinati Nabucenſis Epiſcopus *plurimis refertur encomijs* 16.35.
Dom. Paulus Iannectaſius Regius Conſiliarius *commendatur* 13.51.
Dom. Paulus Straibanus Sacri Neapolitani Conſilij Senator, & Aulæ Decanus *commendationibus refertur.* 50.7.
Ill. Dom. D. Petrus Aloyſius Carafa Ciuitatis Tricaricenſi Epiſcopus *laudibus cumulatur.* 137. 20.
Dom. Scipio Rouitus Regiam Cancellariam Regens *memoratur* 149.5. *nec non* 138.4.
Ill. Dom. D. Troianus Miroballus Dux Campimellis, & Regius Conſiliarius *commendatur* 103. 41.
Dom. Vincentius de Franchis Præſes S.R.C. *memoratur* 25.22.

LAVDVM

Sit nè validum citatione omiſſa. 62.44.
Quidnè cùm in compromiſſi inſtrumento adiecta eſt clauſula, Quòd procedi poſſit ad laudum partibus præſentibus, vel abſentibus? *ibidem n.* 45.
Vltrà in compromiſſo expreſſa prolatum quando dicatur nullum. 6.10.
Annè validum dicatur pro parte illa, pro qua Arbitri erant Iudices competentes? ibidem n. 15.
Differentias omnes compromiſſas non determinans an nullitati obnoxium dicatur. 6.20.
Extrà tempus compromiſſi prolatum an valeat. 62. 35.
Quidnè, ſi non conſtet de Arbitrorum præſentia, neque de eorum acceptatione? ibidem n. 31.
Et quid ſi Arbitris compromiſſi inſtantiam prorogandi data ſit poteſtas? ibidem n. 39.
An teneat, quãdo facta fuit diuiſio inter agnatos vigore laudi prolati, ſi aliquis non agnatus detegatur. 102.33.
Nùm valeat, ſi ab vno ex Arbitris, & tertio electo feratur, altero abſente. 236.11.
An idem, ſi tertius legitima citatione interpellatus fuerit? ibidem n. 12.

LEGANS

Nùm legatarij merita perſpexiſſe cenſeatur. 15. 40.

LEGATARIVS

Legatum ſimpliciter acceptans nùm ad onus illi iniunctum teneatur. 147.15.
Poſt 30. *annorum lapſum an legatum petere valeat.* 4. 1. *& ſeqq.*
Pro legati conſequutione queat nè exequutiuè agere. 4. 52. *& ſeqq.*
Si ſub conditione ſtipulatus fuerit legatum ab hærede, ſi ante conditionis aduentum deceſſerit, nùm legatum tranſmittat. 37. 38.
Quas actiones habeat ad legatum conſequendum. 4. 55.
Teſtatoris mens nùm voluiſſe videatur, quòd legatarius relictum ſtatim conſequatur. 4. 60.

LEGATVM

Quid ſit. 47.8.
Ante acceptationem nùm recta via quaratur legatario. 4.22.
Per tacitam defuncti voluntatem an induci poſſit. 103.50.

Digitized by Google

Ante testatoris mortem nùm peti valeat. 103.60.
Sit nè soluendum ante legitimæ deductionem. 162.1.
Quid si pium sit? ibidem n.7.
Rei Ecclesiæ nùm valeat quò ad æstimationem. 56.2.
Annuum ad certum tempus nùm vnicum dicatur. 15.42.
Annuum ad certum præfinitum tempus relictum, si ante finitum legati tempus legatarius decesserit, nùm ad hæredes transmittatur. 15.43.
Annuum Ecclesiæ relictum quanto tempore præscribatur. 22.1.
Nepoti ab Auo factum an ipsius contemplatione factum præsumatur. 118.50.
Mobilium vxori relictum an computetur in debito vestium lugubrium, & lecti vidualis. 47.29.
Ciuitati, Ecclesiæ, Monasterio, aùt Collegio relictum an purum, & perpetuum dicatur. 15.36.
Extrancis relictum nùm probetur ex depositione quinque testium. 206.13.
Ciuibus factum an comprehendat Comitatenses. 96.2.
Factum de bonis in Ciuitate existentibus, quando comprehendat bona, quæ sunt in suburbijs. 96.12.
Factum de vino quid contineat. 184.22.
Factum de frumento, & tritico an hordeum comprehendat. 184.1.
In primo testamento ità relictum, vt extrà familiam alienari non possit, si in posteriore relictum sit simpliciter, an onus adiunctum repetitum videatur. 103.59.
In priori testamento relictum nùm in posteriori repetitum censeatur. 103.56.
Conditionale an per legatarium transmitti valeat. 153.2.
Relictum sub conditione si Sacerdos efficeretur, *nùm ad legatarij hæredes transmittatur, si legatarius ante tempus statutum ad Sacerdotalem dignitatem consequendam moriatur.* 153.7.
Modale nùm ad legatarij hæredes transmittatur, illo ante hæredem legantis moriente. 153.3.
An priori Monasterio remaneat, si eMonacus ab eo licitè, & cùm Superioris licentia exiuerit, & aliud intrauerit. 35.5.
Potestas petendi legatum sit nè ius, vel facultas. 4.29.
Legati acceptatio, vel repudiatio, nùm à legatarij voluntate pendeat. 4.14.
Legati dominium nùm reuocabile sit, ea tacita conditione subintellecta, si acceptauerit. 4.23.
Legati conditio quando post litem contestatam, & ante sententiam peruenit, nùm ius illud in iudicium deductum videatur. 198.4.

LEGATVS DE LATERE

An cum quolibet Ordinario concurrat. 113.13.
Rescribere nùm valeat cùm clausula appellatione remota. 229.7.
Plures habens Prouincias an contentiosam iurisdictionem etiam in alia Prouincia exercere possit. 113.10.
Nùm sit Ordinarius in Prouincijs sibi decretis, & pro suæ voluntatis arbitrio vbique ius dicere possit. 113.12.

LEGITIMA

Nùm sit bonorum quota. 54.19.
Sit nè à toto patrimonio deducenda. 162.3.
Filijs nùm iure naturæ debeatur. 181.22.
Anuè purè, & sine onere. 7.6. *nec non* 112.4. *ac demum* 181.17.
Nùm reiciat onus. 112.3.
An etiam vicissitudinarium? ibidem n.5.
Nùm in vita patris debeatur. 27.28.
Sit nè institutionis titulo relinquenda. 7.6.
An de hæreditarijs corporibus ipso iure debeatur. 181.16.
Nùm patri debeatur in bonis filij Religionem ingressi ab emissæ professionis die. 7.1. *& seqq.*
An idem procedat in matre? ibidem n.21.
Quid uè è contra? ibidem n.26.
Nepotibus debita in successione Aui an includat dotem matris. 235.46.
Nùm dicatur certa, & liquida ratione loci, & quotæ ante æris alieni deductionem. 54.20.
Quò ad legatarios, & particulares fideicommissarios nùm æris alieni loco habeatur, & tanquam æs alienum deducatur. 181.8.
An tanquàm æs alienum debeatur. 162.3.
Nùm ab omni legatorum onere remota sit. 162.2.
Nùm ante legatorum, fideicommissorumue solutionem deducatur. 162.1.
A legatis, & fideicommissis particularibus an detrahi possit. 181.1.
Nùm deducatur ante legata, quando relicta sunt pro vsuris, & malè ablatis. 162.8.
Quacunque ex causa nùm à testatore minui possit. 162.4.
Legitimæ deductio de vno tantùm legato an fieri possit, si res meliores sint diuersis legatæ. 181.12.
Legitimæ detractio à legatis an fieri valeat, quando alia bona non supersunt. 162.6.
Anuæ præualeat fideicommissis vniuersalibus ad pias causas? ibidem n.9.
Legitimam præstare nùm hæreditarium sit onus. 181.5.
Pater volens an legitimã filio in vita assignare possit. 27.29.
Congruè dotata nùm excludatur à petitione supplementi legitimæ. 40.9.

LEGITIMITAS

Sit nè in specie probanda, vt quis ad fendi successionem admittatur. 89.3.

LEX

Quomodo inducatur. 148.3.
Quando in vsu esse dicatur? ibidem n.1.
Per non vsum an tollatur. 14.12.
Non fuisse vsu receptam vt dici possit, quæ requirantur? ibidem n.17. & seq.
Nùm cesset eius ratione cessante. 27.13. *iterùmue* 33.7.
Quod non statuit, an pro omisso habeatur. 134.6.

Quod

Digitized by Google

Quod non dicit, an nos dicere debeamus. 127. 19.
Vbi non distinguit, an nobis distinguere licitum sit. 137. 17.
Exorbitans, & pœnalis, quando ad aliym casum extendatur. 37. 9.
Noua nùm intelligenda sit, vt Commune Ius minus, quàm possibile sit, lædat. 37. 12.
Locum habere nùm debeat, vbiquumque locum habet ratio. 37. 23.
Lex, & Legis mens an idem sint. 27. 16.
Quæ sequitur, an secundùm præcedentem intelligatur. 127. 18.
Illa, quæ sunt contra bonos mores, nùm approbare possit. 39. 18.
Posita in foro conscientiæ nùm attendatur. 17. 17.
An vim habeat ex Legislatoris intentione. 14. 21.
Vna nùm aliam abrogare possit, si in priori lex posterior reprobetur. 14. 26.
Iubendo silentij impositionem, an subsidium omne excludat. 18. 53.
Loquens in sententia dante, an procedat in sententia reuocante datum. 220. 7.
Humana nùm impediat contractum, in quo pretium intra dimidiam iusti pretij limites excedit. 77. 7.
Noua circà ætatem an triplici se gerat modo. 177. 17.
Inter patrem, & filios an rigorosam testamentorum solemnitatem exigat. 206. 7.
An humanos actus vltra contrahentium intentionem euagari non debere definiat. 127. 40.
Interesse illiquidum an taxare possit, de quo constat per probationes, vel coniecturas. 126. 45.
Fraudi, & simulationi an resistat. 90. 11.
Leges an æquitatem contineant, eamque semper desiderent. 117. 34.
Legis voluntas, vt pars præcipua, an potiùs spectanda sit, quàm eius verba. 27. 17. *iterùmue* 33. 8.
Leges sint nè fauorabiliores in absoluendo, quàm in condemnando. 165. 38.
Legem extendere an nostrum sit. 134. 7.
Legis mandatum honestatis causa inductum nùm adeò strictè obliget, vt actus in contrarium factus sit nullitatis vitio obnoxius. 1. 3.
Legis auxilio iuuari an mereatur, qui eam offendit. 73. 4.
Contra legem, & in fraudem legis facere an, & quomodo differant. 27. 19.
Nùm in legem committat, qui legis verba amplexus, contra legis nititur voluntatem. 27. 18.
Vis parendi legibus an in more posita sit. 14. 5.
Cum lege an mitius, quàm cùm homine agatur. 76. 16.
Lex Petilia *quo tempore lata fuit.* 141. 4.

LIBELLANS

Nùm ex vi clausulæ Omni modo meliori, *ad conclusionem si non competit, restrinxisse censeatur.* 193. 22.

LIBELLVS

Dydascalicus *qualis sit.* 128. 6.
Sit nè attendendus in iurisdictione Iudicis concedenda. 226. 1.
Sola libelli oblatio nùm litis pendentiam inducat. 4. 38.
Libelli ineptitudo nùm auferatur ex vi clausulæ Sola facti veritate inspecta. 193. 4.
An idem ex clausula Omni modo meliori? *ibidem n.* 25.

LIBER

Habentis officium de publico an plenam fidem faciat. 137. 1.
Negotiationis scriptus proprio nomine vnius ex fratribus, quando societatem non excludat. 127. 33.
Mercatoris an plenam fidem inducat. 137. 3.
Si pro publicò instrumento habeatur, nùm creditorà se in instrumento fundanti præferatur. 203. 1.
Mercatoris vt plenè probet, quæ adminicula requirantur. 137. 18.
A statuto roboratus an vbique plenè probet. 137. 39.
Quando tàm pro, quàm contra Clericos probationem inducat. 137. 43.
Æstimi contra quos probet. 237. 36.
Gabellarij nùm probet venditionis contractum, si venditor præsens non fuerit. 137. 35.

LIBERALIS

In necessitatibus nùm quis existat. 118. 6.

LICENTIA

An operetur, vt absens pro præsente habeatur. 200. 3.
Legitimè petita, si fuerit denegata, an pro obtenta habeatur. 200. 23.
Nùm obtenta esse debeat, quando Clericus à Beneficio residentiam requirente se absentare vult? ibidem n. 26.
Fideicommissario à testatore concessa de possessionem ingrediendo propria authoritate, quomodo intelligenda sit. 54. 38.

LICITANS

Gabellas pro persona nominanda, an facta nominatione liberetur. 135. 2.

LIS.

Lites vt citius finiantur, nùm publicæ vtilitati interfit. 2. 20. *demùmque* 106. 4.
An tàm litigantibus, quàm Reipublicę grandia pariant incommoda. 173. 1. *quæ recensentur* 110. 1. *nec non* 189. 105.
Nùm omnium criminum, omniumque malorum causæ sint. 189. 104.
Vt dirimantur, an Iura desiderent. 18. 60.
Vt fiant immortales, an præstanda sit occasio. 107. 5.
Pendentia nùm inducatur ex libelli oblatione. 4. 38.
An idem ex citatione generali, & obscura? ibidem n. 37.
Lite pendente an quilibet in sua possessione, in qua reperitur, manutenendus sit. 110. 8.

Digitized by Google

Quidnè si sit possessor contra ius? ibidem n. 12.
Lite pendente nùm altera partium possessionem ingredi valeat. 110. 7.

LITERA

Quando probet contra scribentem. 156.1.
Cambij extra Regnum confecta nùm hoc in Regno paratam exequutionem habeat. 28.22.
Literæ testimoniales alicuius instrumenti quid continere debeant. 28.26.
Dimissoriales an concedere possint Prælati inferiores. 98.4.
Quid de Vicario? ibidem n. 7.
An idem de Capitulo Sede vacante? ibidem n. 16.
Literarum comparatio sit nè ad indicandum difficilis. 207.6.
Et qualitèr faciendæ sit, vt legitimè procedat? ibidem n. 4. & 7.

LITIGIVM

Finitum in immensum trahi an deceat, 189. 106.

LOCATIO,

Et venditio nùm æquiparentur. 119. 47.
Quando ad longum tempus dicatur. 99. 37.
Ad vitam nùm tempus indeterminatum contineat. 99. 42.
Rerum Ecclesiasticarum vltra triennium an in totum irritetur. 6. 17.
Facta a Prælato, quomodo facta censeatur. 99. 49.
Locationis pensio an remittenda sit colono propter sterilitatem absque ipsius culpa contingentem. 222. 2.
Locationis renouatio in prædio vrbano pro quanto tempore facta censeatur. 119. 1.
Locationis annus, qui ex certa die vsque ad certam diem, qua migrandum est in Ciuitate Neapolis, an ex inueterata consuetudine practicetur? ibidem n. 8.

LOCATOR

Vigore instrumenti confecti in contractu locationis, an contra ipsum conductorem pro pensione tacitæ reconductionis exequutiuè agere possit. 119. 26.
Promittens non expellere inquilinum durante locatione, an renunciasse intelligatur priuilegio, vt nec pro vsu suo eicere illum possit. 119. 29.
Proprium vsum in locationis contractu sibi reseruans, nùm inquilinum expellere possit, etiam si voluntariè ratione sui proprij vsus eam inhabitare vellet. 119. 39.

LOCVS

Vbi Princeps residet nùm ab omni violentia immunis esse debeat. 145. 16.
In Concilio an secundùm ordinem vnius alteri cedendus sit. 16. 15.
Honorabilior in Ecclesia an pretio æstimari possit. 26. 2.
Vt pius censeatur, nùm sufficiat, quòd ad pia opera exercenda institutus sit. 22. 17.
Pius an Ecclesiæ æquiparetur, & Ecclesiæ priuilegia gaudeat. 22. 16.
Contractus an inspiciatur respectu solemnitatis seruendæ. 102. 10.
In quo celebratur contractus sit nè considerandus quòd ad instrumenti solemnitates. 28. 28.
Vbi scriptura celebrata est, an semper inspiciatur circa illius fidem. 137. 40.
Iudicij nùm attendatur in ordinarijs. 75. 25.
Loci consuetudo nùm attendenda sit in quibuslibet contractibus conficiendis. 1. 6.
Loca prima propter quem finem prætendere conueniat. 16. 5.
Locus loci si in instrumento deficiat, an illud vitiet. 28. 7.

LVCRVM

Omne vltrà debitum, vbi interesse non inuenitur, an sit vsura. 126. 8.
Acceptans nùm omnibus oneribus ab illo descendentibus se obligare fingatur. 147. 18.
Lucra non capere, & debita amittere, an differant inter se. 187. 5.

MAGISTRATVS

Imperio qui non paruit, an dolo carere possit. 73. 5.
An pestis tempore absque licentia ex Vrbe discedere valeat. 200. 10.

M. C. VICARIÆ

Præeminentia nùm ad successorem extendatur. 157. 13.
An habeat præeminentiam cognoscendi priuatiuè ad quemcumque Iudicem de delictis in Ciuitate Neapolis commissis. 145. 15.
Quid in delictis commissis in suburbijs, & casalibus? ibidem n. 17.

MAGNVS ADMIRATVS

Nùm iurisdictionem habeat cùm clausula abdicatiua, etiam ad M. C. 78. 26.

MAIOR

Vti an possit dilationibus concessis minoribus cum eo litigantibus. 23. 29.
Et minor an quis diuersis respectibus indicari possit. 24. 9.

MAIORATVS

Instrumentum, quo primogeniti vocati sunt, penès se habens, an contrà primogenitum præscribere valeat. 4. 12.

MALA FIDES

Nùm oriatur ex rei alienæ scientia, vel ignorantia. 4. 16.
An præscriptionem impediat etiam longissimi temporis. 4. 10. iterùmue 15. 10.
Contrahentis ladentis minorem an foueat. 102. 22.
Mala in fide nùm aliquis dicatur, tametsi se debitorem esse sciat, si de creditoris voluntate non constet. 4. 13.

MALEFACTOR

Sit nè reuelandus. 109. 3.
Malefactorem punire, nùm Reipublicæ interfiti 109. 2.

MANDATVM

Iudicis nùm sit exequutiuum. 4. 73.
Tacitum an ex sigillo conijciatur. 143. 21.
Nùm in forma valida esse debeat. 106. 10.
Quidnè si per epistolam confectum esset? ibidem n. 11.

Digitized by Google

Vltra expreßa an poßit extendi. 156. 12.
Cùm libera *an operetur, vt quis omnia facere poßit, quæ principalis poteßt.* 79.4.
Sußpiciens, ßi illud exequutiuum non fuerit, quemadmodum promiſerat, nùm ad intereße teneatur. 156. 16.
Ad cauſas an ex ſolo Epiſcopi, vel alterius Prælati ſigillo præſumatur. 143.22.
Ad lites an per teſtes probari poßit. 105.23.
Annè quandocumque oßendere ſufficiens ſit? ibidem n. 1. *& ſeqq.*
Ad exigendum, & recipiendum, nùm ſcripturam requirat. 105.25.
De mandato docere, cùm opponitur, an ſufficiat. 105.4.
Mandati procuratorij in aliqua cauſa producti poßit nè in altera copia ex illo exemplata produci. 105.22.

MANVTENTIO

In poßeßorio ſummariißimo an lite pendente dari poßit, ſtante clauſula Sola facti veritate inſpecta. 68. 12.

MARCHIO

Simul & Comes nùm præferatur Marchionibus, & Comitibus ſimpliciter. 16.24.

MARITVS

Alimenta præſtans vxori, nùm illa amore potiùs coniugali, quàm recepta dotis ratione præſtare cenſeatur. 103.15.
Legans vxori ea, quæ ſui cauſa comparata ſunt, an legaſſe intelligatur, quæ ſocer ei comparauit. 118. 44.
Paciſci nùm poßit cùm ſocero de ſoluendo certum quid annuum ob onera matrimonij, & alimenta vxoris. 90.46.
Confeßus dotem ſe ab extraneo recepiße, an non numeratæ dotis exceptionem opponere poßit. 237.1.
Propter æſtimationem an res in dotem datæ emere videatur. 12.2.
Cùm dos æſtimata conſtituta eſt nulla electione reſeruata, nùm electionem habeat? ibidem n. 34.
De fundo æſtimato in dotem dato nùm diſponere poßit, vbi electio eſt vxori reſeruata. 12.32.
An dotis debitor ex cauſa voluntaria dicatur. 47. 12.
Domicilium nùm habere præſumatur in domo, in qua vxor habitat. 62.17.
Vxorem interficiens an lucrum dotis amittat. 185.4.
Si ab vxore ſine cauſa diuertat, an dotem, donationemque propter nuptias perdat. 185.10.
Vxoris adulteræ vindictam proprijs manibus ſumens, an dotem lucretur. 185.15.
Vxorem, & adulterum in crimine deprehenſos propria authoritate interficiens, an læthaliter peccet? ibidem n. 20.
Sit nè citandus in vxoris domo, ſi duas domos habere contingeret, in quibus habitet. 62.20.
Cætera vide verb. Vir.

MASCVLVS

Solus, an etiam fœmina familiam, & agnationem conſeruat. 61.9.
Maſculi an ſint familiarum columnæ. 61.12.

MATER

Pro dotibus an liquida creditrix dicatur. 179.23.
Si pro filia vnà cùm patre dotem promittat, an fideiuſſiße cenſeatur. 95.33.
Tutorem non petens infra annum an filij hæreditate priuetur. 177.2.
Minor non petendo Tutorem pupillo infrà annum, an excuſetur, ſi tranſacto anno maior efficiatur, nec etiam Tutorem peteret? ibidem n. 12.
Nè à filij ſucceſsione excludatur, an in dubio iudicandum ſit. 177.8.
Tutrix ante redditam rationem an eius dotes recipere poßit. 179.20.
Quidnè in dotis intereße? ibidem n. 36.
Tutrix an pro adminiſtrationis ratione in loco, vbi adminiſtratio geſta fuit, conueniri debeat. 180. 2.

MATERIA

Ædificij diruti an valeat multo minus dimidio, quam in ædificio collata. 90.71.

MATRICVLA

Notarij nùm hodiè ſit in vſu. 238.4.

MATRIMONIVM

An præſumatur. 89.4.
An ſit Reipublicæ fundamentum. 19. 5.
Nùm regulariter ſine dote contrahatur. 103.8.
A pœna damni an liberum eſſe debeat. 187.7.
Quando iuxtà vſum Capuanæ, & Nidi contractum fuit, ſi mulier cùm filio decedat, qui poſteà pupillari in ætate, vel quãdocumque ſine filijs decederet, in bonis eidem à matre obuentis cui ſuccedatur. 235.25.
Diſſolutum eſſe, vel maritum conſtante matrimonio ad inopiam vergere, nùm a pari procedant, quò ad actionis exercitium, ſiue dotis exactionem. 194.4.

MEDIVM

An ſemper eligendum ſit. 66.39.

MELIORATIO.

Meliorationes ſint nè reſtituendæ colono, emphyteutæ, & alijs, qui meliorarunt. 90.49.
Non allegatę, ſeù ante ſententiam non deductę, an illius exequutionem impediat. 225.3.
Pro illis an concedatur retentio. 225.1.

MEMBRVM

Corporis pro qua parte ſumatur. 189. 59.

MENDACIVM

In vno dicens, nùm idem quò ad alia dixiße præſumatur. 227. 2.
An committat reſpondens poſitionibus per verba non credo, vt ponitur. 227.6.
Quidnè in negante narrata, prout narrantur? *ibidem n.* 12.
Conuictus de mendacio quò ad vnam poſitionem, an ſibi quò ad reliquas præiudicet. 227.1.

Digitized by Google

MENDAX

In vno casu, an ità in futurum præsumatur. 227.4.

MENS

Legis an idem sit, quàm Lex. 27.16.

Quæ verbis exprimi solet, an factis ipsis multo magis repræsentetur. 127.4.

Statuti vt impleatur, an sufficiens sit, etsi eius verba offendantur. 27.15.

Nùm attendatur in statuto prohibente frumenti extractionem. 184.9.

MENSIS

An plus præstationis contineat, quàm annus. 32.11.

MENSVRA

Nùm actus substantiam respiciat, si venditæ sint centum anphoræ vini, vel centum modia tritici. 191.8.

Quando taxationis, quandonè demonstrationis causa ponatur. 191.1. *& seqq.*

MENTIO

Litis pendentiæ, & appellationis nùm fieri debeat in rescripti impetratione. 209.1.

MERCATOR

Si viua voce pro se deponeret an credatur. 137.8.

Mercatores nùm ad benè, beatèque viuendum Vrbibus necessarij sint. 137.20.

In eorum causis an ex bono, & æquo procedatur. 78.15.

Eorum libri an plenam fidem faciant? vide verb. Liber.

MERCATVRA

Exerceri an perneccessarium sit Reipublicæ. 137.4.

*An summum dicatur bonum, & quintum elementum? ibidem n.*25.

MERCATVS

Quid sit. 21.15.

*Nùm differat à Nundinis? ibidem n.*5.

*In die festiuo an licitè fieri possit? ibidem n.*16.

MERCES.

Mercedis remissio an competat vectigalium conductoribus. 222.6.

Quid facta casibus fortuitis renunciatione? ibidem n. 8.

Cætera vide verb. Pensio.

METALLARIVS

An iusto pretio Principi metalla vendere cogatur. 77.12.

MINIMVM

*Attendatur nè, vbi ex pacto siue tacito, siue expresso aliquid debetur.*49.53.

MINOR

Læsus an dicatur ex obligatione legali, vèl necessaria. 45.31.

*Factus maior tacens per quinquennium, an contractum aliàs nullum confirmet.*102.21.

Et stante læsione an restituatur in integrum? ibidem n. 36.

Tanquàm læsus an restitui debeat ratione dubij euentus. 127.15.

Sit nè restituendus aduersùs additionem hæreditatis factam cùm beneficio legis, & inuentarij, si lites, & vexationes sint in hæreditate. 141.46.

Aduersùs mutuam fideicommissi renunciationem nùm restituatur. 127.14.

Nùm habeat restitutionem in integrum ad producendum testes post publicationem, & dedicita testificata. 219.1.

Sententiæ restitutionis in integrum an renunciare possit, cùm ea, vti nolit. 23.14.

Cùm in integrum restitutionem limitatè ad aliquod caput petijt, an maior illo restitutionis beneficio vti possit, nisi quò ad illud tantùm caput. 23.28.

Læsus in venditione vltra dimidiam nùm agere possit extraordinario remedio restitutionis in integrum, dùm habet remedium ordinarium l. 2. C. de rescind. vendit. 130.1.

Nùm absque periurij reatu Iudicis officium implorare valeat super restitutione ex absolutione, quæ ei conceditur in specie Auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. 165.10.

Vbi vexationis euitandæ causa hæreditatem repudiare vellet, an per viam restitutionis in integrum succurratur. 141.47.

Adultus non habens Curatorem an solus citari possit. 73.1.

*Si solus citatus fuerit, nùm in mora constituatur? ibidem n.*3.

Absque Tutoris, vel Curatoris authoritate an in iudicio stare valeat. 45.6.

Conuentus, nùm, quem velit, in Curatorem accipere possit. 75.15.

Procuratorem ad iudicia an constituere valeat. 45.7.

Aduersùs Tutorem nùm liquidam actionem habeat pro rationibus reddendis. 179.29.

De eo, quod Curator dolo gessit, an de euictione teneatur. 182.8.

Annè emptori actiones cedere teneatur? ibidem n. 12.

Defensor nùm agere possit ea, quæ reus principalis etiam minor agere non potest. 149.10.

Virtute iuramenti an maior à Iure reputetur. 102.42.

*Minoris taciturnitas per quinquennium an suppleat iniustitiam aliundè causatam.*102.23.

*Minoris bona inuecta, & illata in domum conductam an sint tacitè obligata pro pensione.*45.30.

MISSA

An sit Sacrificium, quod per alium Deo offerri possit. 155.13.

Missam qui audire tenetur, si vestibus careret, nùm peccet, si illas ab amico oblatas recusaret. 17.8.

Missarum oneri an per substitutum satisfieri possit. 155.5.

MIXTVRA

Sit nè in sententia dumtaxàt considerandæ. 9.4. *& seqq.*

*An sit, vt cognoscatur, quænam verba inspicienda sint? ibidem n.*6

Indu-

Digitized by Google

Inducta an dicatur, si in sententia dictum sit, donec fuerit satisfactus? *ibidem n.* 12.
Quidue si dictum sit, liberè dimittendam possessionem? *ibidem n.* 14.
Mixtura ratione an vnum alterius naturam assumat. 37. 39.

MODERATIO

Termini, vide verb. Terminus.

MODICVM

Sit nè in consideratione habendum. 174. 2.

MODVS

An potiùs in dubio iudicetur, quàm conditio. 153. 5.
An transmissionem impediat? ibidem n. 6.
Succedendi an tractari possit, si succedendi facultatem subesse priùs non probetur. 168. 4.

MOLENDINARIVS

Qui granum pro tota familia promisit, an teneatur familia augmentata. 85. 6.

MONACVS

Ante professionem nùm dicatur Monacus, & efficiatur de corpore Monasterij. 35. 15.

MONASTERIVM

An filij loco habeatur. 7. 19.

MONETA

Ad quem finem inuenta fuit. 201. 1.
Coricea publica authoritate confirmata an pro probata habeatur? ibidem n. 5.
Generalis an omnes monetarum species complectatur. 201. 7.
In genere considerata an semper secundùm formam, seù æstimationem consideretur? ibidem n. 13.
Æroſa si personis priuilegiatis solui possit, an eorum fauore argentea solui debeat. 201. 34.

MONITIO

Iudicis alicui facta ad proponendum iura sua infra certum tempus, alias silentium imponatur, quid operetur. 18. 57.

MONITORIVM

Ecclesiasticum impediri an possit, si super eademmet materia coram seculari Iudice processus publicatus sit. 219. 16.

MORA.

Purgatio moræ an locum habeat post declarationem Domini volentis, esse caducitati locum. 49. 1. *& seqq.*
Numue admittatur probatis tribus decretis in contumaciam. 171. 7.

MORS

An vastissimum habeat dominatum. 173. 3.
Senibus nùm vicina sit. 189. 12.
Ciuilis an eosdem effectus, quos naturalis mors operetur. 7. 8.
Mortis solatium an sit voluntas vltrò mortem. 28. 13.

MOS

Qui tandiù in procliuia vitiorum incubuit, an difficulter reformetur. 155. 21.

MVLIER

An gaudeat beneficijs. 219. 2.
Super articulis impertinentibus an testes producere queat? ibidem n. 3.
Quæ maius passa est interesse ob retardatam antefati solutionem, an vltra quinque pro centenario exigere possit. 126. 50.
Quæ mediante iuramento asseruit, alios consanguineos, præter eos, qui adhibiti fuerunt, non habere, an dein de contractus nullitate dicere possit aliter probando. 234. 1.
Tutrix, quæ passa fuit procedi per multos actus ad computorum discussionem, nùm sibi circa dotis interesse præiudicasse dicatur. 179. 39.
Pro vsufructu antefati an impedire possit solutiones faciendas creditoribus in actione personali, si cauta remaneat super alijs effectibus, licèt extra Ciuitatem. 126. 54.
Procuratorem ad lites an constituere possit sine solemnitatibus per statutum requisitis. 45. 1.
Contractum sine statuti solemnitatibus, nùm obseruare teneatur. 17. 16.
Assecurationem petens super bonis à tertio possessis, an viri vergentiam ad inopiam cõcludenter probare debeat. 71. 4.
Quidue contrà virum? ibidem n. 7.
Obtenta assecuratione super aliqua re solutò post modum matrimonio an variare possit. 71. 22.
Describi faciens in instrumento, aliquid à se promissum in dotem filiæ suæ, si maritus consentire, vel illud soluere nolit, an compelli possit. 95. 34.
Indotata an spernatur à viro. 95. 21.
Mulieris honestas an patiatur, eam alicui negotiationi præesse. 190. 13.
Ob earum simplicitatem an crebriùs decipiantur. 38. 12.

MVNVS

Ecclesiasticum nùm sponte, & absque superioris licentia deserere conueniat. 189. 108.

MVSTVM

Vini appellatione an veniat in statuto cauente, soluendam esse gabellam de ementibus, & reuendentibus vinum. 184. 40.

MVTILATIO

Partis alicuius membri quando irregularitatem producat. 189. 60.

NATVRA

Mortalium nùm imperij auida sit. 16. 2.

NATVS

In suburbijs nùm in Ciuitate natus dicatur. 96. 11.

MEAPOLITANVS

Cùm decedit, nùm ad successionem exteri admittantur exclusis Ciuibus remotioribus. 102. 19.

NECESSITAS

Nùm Legibus subiaceat. 19. 3. *demùmq.* 45. 27.
An quidquid coegit defendat. 45. 26.
Ex illicito an faciat licitum? ibidem n. 27.
An cuncta in eum statum reducat, in quo ante Leges conditas res fuere. 45. 25.
Publica in nundinis nùm consideretur. 21. 14.

Digitized by Google

Qui actum ex necessitate facit, nùm statuto subiaceat. 45. 28.

NEGANS

Narrata prout narrantur, an mendacij pœnam incurrat. 227. 12.

Vt à pœna excusetur, nùm sufficiat, aliquem ex demonstrationibus veram non esse. 227. 10.

NEGATIO

Nùm absoluta esse debeat, vt negans beneficium amittat, quod ab illa qualitate negata descendit. 227. 13.

NEGLIGENTIA,

Aùt culpa vbi non est, an pœna ibi esse valeat. 4. 47.

Eo ipso, quòd quis agendi potestatem habuit, & non egit, an probata dicatur. 13. 40.

Notarij, qui scripturam stipulatam in prothocollo non descripsit, an partibus nocere debeat. 167. 14.

NEPOS

An nedùm patris, sed aui etiam consanguineus dicatur. 118. 51.

NEQVITIA

An ipsas tenebras timeat. 171. 16.

NOBILIS

Pœnis ignominiosis an puniri possit. 195. 4.

NOBILITAS

An vera dicatur, quæ moribus, & virtutibus acquiritur. 155. 27.

Sola nùm sufficiens sit, vt iocalia sponsæ donata censeantur. 118. 26.

NOMEN

Facere quid significet. 118. 33.

Regis, aùt Principis regnantis in loco, vbi instrumentum conficitur, nùm sit de illius substantia. 1. 9.

Actionis in libello sit nè exprimendum. 104. 8.

Diuini nominis inuocatio an sit de substantia instrumenti. 1. 2.

NOMINATIO

Cùm facienda est, an venditoris citatio requiratur. 135. 27.

Compatris, aùt Commatris an compaternitatem, seù commatcrnitatem probet. 216. 8.

Nominationis retrotractio an sustineatur, quando persona nominata acquisitionis tempore incapax fuit. 135. 8.

NOMINATVS

In officio an Regis putetur exequutor. 135. 16.

An nullatenùs id à nominante, sed à Rege hebere dicatur? ibidem n. 15.

Nùm mediante persona emptoris cõtraxisse intelligatur. 135. 14.

NOTA

Instrumenti an extendi possit iuxtà stylum Notarij mortui, cùm clausulis tamen de iure extendi, & suppleri permissis. 167. 11.

NOTARIVS

Cur eligatur. 161. 14. *nec non* 212. 3.

An fidei publicæ custodis sit. 161. 15.

Pro absente an stipulare possit. 88. 3.

Solitas clausulas addere, & declarare nùm valeat. 161. 10.

Cui commissum fuit, vt extenderet promissionem quandam de rato à defuncto Notario stipulatam, sed in filsa relictam, nùm in ea obligationem de proprio extendere posit. 161. 21.

Si per errorem, vel simplicitatem hypothecam in instrumento omiserit, an eam addere posit? ibidem n. 26.

Propria authoritate quando in instrumento apponere potest diem, quem in instrumento omisit. 161. 23.

An teneatur habere notos contrahentes. 116. 1.

Suppositam personam in instrumento nominans, qua pœna puniatur. 116. 12.

An teneatur de falso, quando debitum ex vna causa in aliam conuertitur, si dixerit habuit, & recepit. 117. 17.

Recipiendo fideiussionem minus idoneam nùm ad partis interesse teneatur. 69. 5.

Ob crassam negligentiam, vt quia malè in officio suo versetur, nùm extrà ordinem puniendus sit. 116. 11.

Qui instrumẽtum ambiguum scripsit, nùm illud declarare valeat. 43. 5.

Qui rogatus fuit, & contractum publicauit, an instrumentum ex dicta scriptura reassumere debeat. 167. 12.

An etiam non requisitus contractum stipulatum in prothocollo describere teneatur? ibidem n. 13.

Nùm alterius manu instrumentum scribere, & extendere posit. 212. 1.

In Regno an prothocollum conficere obstringatur. 212. 4.

Nùmue examini subijciatur. 238. 3.

Scripturam inter partes conficiens, an vti Notarius illam scripsisse dicatur. 104. 2.

Adhibens solemnia ad publicum instrumentum requisita an tanquàm Notarius se subscribere censeatur. 104. 6.

Vnius loci an alio in loco contrahere posit. 1. 13. *demùmque* 28. 10.

Apostolicus in Regno an instrumenta conficere possit. 1. 14. *nec non* 28. 8.

Quidue in Imperiali. 28. 14.

An idem circà testamenta? ibidem n. 11. *&* 18.

Nùm dicatur de familia Episcopi, & gaudeat fori priuilegio. 233. 1.

Notarius antiquitus an Nobiles eligebantur. 161. 18.

Eorum officium an dignum sit, & honorabile? ibidem n. 19.

Notarij potestas an eatenus extendatur, quatenus ordinantis comprehenditur iurisdictio. 28. 15.

Eiusque stipulatio an operetur, vt ius absenti quæratur absque acceptatione. 88. 5.

Notario an credatur citationem exequenti, sine testibus. 62. 28.

Digitized by Google

NOTARIATVS

Quasi possessio an sufficiat, si de titulo non constet. 238. 1.

NOTITIA

Quæ insurgit ex citatione domi facta an præsumpta dicatur. 111.8.

NOTORIVM

Quid dicatur. 150.2. *nec non* 170.26.

An dici possit, quod ex actis indicij constat? ibidem n. 5.

Notorij fides ante conclusionem in causa nùm vacillet. 150. 8.

Notorij qualitas, vbi ad Iudicis iurisdictionem fundandam exigitur, an super ea ante omnia processus fieri debeat. 170. 18.

NOVATIO

Quid sit. 117.18.

*Nùm vim habeat solutionis? ibidem n.*2.

*An ex compensatione inducatur? ibidem n.*20.

*Hodie an fiat si expresè dictum non sit? ibidem n.*4.

An pendeat à contrahentium voluntate? ibidem n. 36.

NOVITIVS

Nùm præceptis, & Religionis statutis adstringatur. 35.16.

*Annè vt professus Diuinum Officium persoluere teneatur? ibidem n.*17.

*Casibus Religionis reseruatis nùm obnoxius censeatur? ibidem n.*18.

*Durante nouitiatus anno an Religiosus propriè dicatur.*35.11.

Annè feudum amittat? ibidem n. 22.

Et an Beneficium vacare faciat? ibidem n. 23.

*Si ante professionem è Religione exiuerit, an eidem omnia, quæ sua erant, restitui debeant.*35. 24.

Quando ante professionem obijt, nùm eadem in voluntate, quam ab initio habuit, perseuerasse videatur. 35.31.

NVLLITAS

Ex iurisdictionis defectu insurgens si opponatur aduersùs tres sententias conformes, nùm earum exequutionem impediat. 18.7.

Nùmne hoc in casu allegari permittatur. 144.11.

Et an ex partis voluntate suppleri valeat. 144.8.

Aduersùs rem iudicatam per viam actionis infrà quantum tempus opponi possit. 18.23. *& seq.*

Notoria ex actis patens an exclusa censeatur à statuto nullitatis exceptionem excludente. 6. 25. *nec non* 151.11.

Ex eisdem actis scaturiens nùm sententiæ exequutionem impediat. 6.26.

*Cùm per viam appellationis deducitur, nùm innouata attentatorum priuilegio reuocentur.*70.4.

Simplex nullitatis assertio an sufficiat ad effectum impediendi trium conformium exequutionem. 18. 12.

Actorum nùm inducatur, si cautio de reficiendo expensas in casu succumbentiæ non præstetur. 202. 1.

Nullitates allegandi facultas an remota censeatur prohibita appellatione. 55.4.

Tempus dicendi de nullitate à decretis interlocutorijs in Regno Neapolis an sit dierum sex, & currat de momento ad momentum. 5.20.

NVMERATIO

Pecuniæ an pro substantia contractus constitutionis census requiratur. 228.2.

Vera an probetur, si quis pecuniam actualitèr habuisse confiteatur. 228.1.

NVNCIVS

Si dicat se citasse, & pars neget, cuiusnam assertioni standum sit. 62.26.

*Eoque an credatur in pertinentibus ad eius officium? ibidem n.*29.

NVNDINÆ

An locum particularem, & determinatum habere debeant. 21.6.

Sint nè statutis diebus celebrandæ. 21.7.

*Quidue si statuta illa dies sit feriata? ibidem n.*8.

*In eis an publica necessitas consideretur.*21. 14.

Per Episcopos diebus festiuis an prohiberi possint? ibidem n. 9.

Annuè Principi tantùm competat facultas tribuendi illarum ius. 21. 1.

NVPTIÆ

*Secundæ an damnentur ab Ecclesia.*187.1.

An ferè nunquam sine dote contrahantur. 19.8.

Eas contrahi an expediat Reipublicæ. 19.4.

OBLATIO

*An vim habeat solutionis.*208. 17.

*Nùm realis esse debeat? ibidem n.*5.

Verbalis an sufficiat, quando creditor recipere recusaret. 208.8.

Verbalis ex parte venditoris nùm sufficiens dicatur, dum exercet pactum de retrouendendo. 176. 13.

Conditionalis an sufficiat, vbi conditio ex actus natura ueniret. 208. 11.

OBLIGATIO

Quid sit. 47.2.

Omnis an tollatur solutione eius, quod debetur. 117. 24.

Personalis an transeat in singularem successorem 129. 8.

Inter hæredes nùm ipso iure diuidatur. 146. 2.

*Semel extincta an reuiuiscat.*27. 33.

Quanto tempore præscribatur. 15. 2.

Vetus nùm per acceptationem speciei pro quantitate expirata dicatur. 13. 63.

Ad canonem an sit realis. 146.21.

Patris de filia congruè dotanda, nùm eius bonis inhæreat, & cùm illis ad quemcumque vadant, transeat. 19.20.

Soluendi dotem concepta ad fauorem secundi mariti, nùm ad eius filios transeat. 168.3.

Soluendi monetam antiquam quanto tempore præscribatur. 201.33.

*Episcopi conferendi Beneficia dignioribus, nùm de possibilibus Diœcesanis intelligatur.*97.19.

Digitized by Google

Penès acta an paratam habeat exequutionem. 116. 19.
Annè subscribi debeat à testibus, qui obligatos se cognoscere dicant? ibidem n. 16.

OBSERVANTIA.

Obseruantiam certam quæ habuere, an mutandæ sint. 157. 18.

OCCASIO

Sit nè præstanda, vt lites fiant immortales. 107. 5.

OECONOMVS

Ecclesiæ an probare possit mandatum per testes. 105. 28.

OFFENDENS

Procuratorem, aùt principalem ex causa litis, nùm amittat ius, quod in causa habet. 84. 15.

OFFENSIO

In terminis Alexandrinæ Constitutionis alia non apparente causa, nùm ex litis causa facta præsumatur. 84. 11.

OFFICIALIS

An habeat iurisdictionem ante præstitum iuramentum, si ingressus sit Ciuitatem. 144. 25.
Finito officio nùm habeat administrationem, donèc nouus possessionem cœperit? ibidem n. 15.
Si pro honore Regio, ac ipsius seruitio mandatum, ac illius iussionem minimè exequatur, an redargui valeat. 209. 10.

OFFICIVM

Iudicis an latæ sententia expiret. 33. 21.
Nùmue implorari semper possit. 18. 6.
Proregis quo tempore expiret. 144. 19.
In Regno quo tempore deponatur. 144. 24.
Sibi commissum an excedere possit. 78. 2.
Iudicis nùm absque aliqua Iudicis officij expressione imploratum conseatur ex vi clausulæ Omni modo meliori. 193. 23.
Notarij si quis absque priuilegio exerceat, & communiter ità reputatus, tanquam Notarius instrumentum conficiat, nàm validum illud sit. 238. 5.
In Officijs quæ potissimùm considerandæ sint. 16. 55.

ONVS

Alimentorum an sit merè personale. 129. 10.
Alendi liberos nùm transeat ad eum, qui patris bona obtinuit? ibidem n. 11.
Dotandi an necessarium sit in patre. 95. 10. *& seqq.*
A legitima nùm ipso iure reijciatur. 147. 25.
An sit dubius euentus. 112. 1.
In fideicommisso reciproco an reputetur? ibidem n. 9.
Vicissitudinarium an de legitima reijciendum sit. 112. 5.
Annè onus dicatur quò ad inductionem querelæ, per quam testamentum rumperetur? ibidem n. 6.
Probandi suscipiens nùm habeat facultatem offerendi iuramentum. 121. 1.
Probandi an Actori imponatur. 122. 6.
Probandi offensionem ex litis causa factam fuisse, nùm alleganti incumbat, si de alia causa constaret. 84. 14.
Hæreditarium nùm inter hæredes diuidi debeat. 146. 4.
Onera imposita per emptorem ante nominationem, ea facta an resoluantur. 135. 17.

OPINIO

Distinguens nùm inter alias extremè pugnantes prævalere debeat. 66. 38.
Opinionis Communis an magna sit authoritas. 17. 4.
Ab eaquè nùm discedi possit. 49. 6.

OPVS

Non effectuatum stante impedimento, an pro consummato habeatur. 35. 34.

ORDINARIVS

Admittens renunciationem illius, qui matrimonium contrahere vult, an illo contracto de præsenti, Beneficium illud statim conferre valeat. 189. 83.
Beneficij resignationem admittens absque vlla ex causis expressis in Constit. Pij V. *an pœnam incurrat.* 189. 113.
Obseruare an maximè debeat, vt coràm eo Beneficium resignans, si in Sacris constitutus sit, habeat aliunde, vnde vinere commodè possit. 189. 114.
Beneficij resignationem admittens quibus conferre non valeat? ibidem n. 146. *& seqq.*

ORDINATVS

A non suo Episcopo nùm Clericus efficiatur. 98. 26.
Qui literas dimissorias obtinuit à Capitulo Sede vacante intra annum, an Clericali priuilegio gaudeat. 98. 18.

ORATIO

Verborum an facto cedere soleat. 127. 7.

ORDO

Seruari an debeat. 16. 17.
Totus, & officium an in maiori parte representetur in ijs, quæ ratione officij, & ordinis pluribus, & vniuersis, competunt. 93. 3.
Qui in descendentes, an etiam in ascendentes seruetur. 7. 6.
Ordine qui maior est, si posteà sit receptus; nùm potior esse debeat. 16. 12.
Ordines minores nùm Sacrorum Ordinum appellatione veniant. 189. 145.

ORNAMENTVM

Mulieris quodnam verum sit. 118. 23.

PACISCENS

Deludi nùm debeat. 175. 12.

PACTVM

Vltrà Commune Ius an aliquid producere debeat? 175. 20.
De futura successione nùm sit contra bonos mores. 39. 12.
Vt donatio reuocari non possit etiam ex ingratitudinis vitio an validum sit. 42. 23.
Vt solutio per testes probari non possit, nisi per scripturas, an subsistens dicatur. 81. 27.
Frustratorium esse an possit. 175. 13.
Nùm in contractibus, vt aliquid operetur apponatur. 119. 38.

Ad

Digitized by Google

Ad eos casus, quibus illusorium fieri possit, an referre valeat. 175. 19.
In cuius fauorem appositum censetur, an quccunque in materia attendatur. 119. 41.
Num validum sit, si in ipsa census constitutione emptor ad sui beneficium conuenerit cum venditore de soluendis collectis. 20. 11.
In annuis reditibus, vt in casu reemptionis sortis principalis fiat restitutio capitalis in ijsdem speciebus, & sub eadem bonitate intrinseca, & extrinseca, pondere, titulo, & liga currente tempore initi contractus, an validum sit. 201.25.
Per quod certa res, sine quantitas Aduocato, aut Procuratori promittitur, an validum dicatur. 218. 1.
De quota litis danda Aduocato, seu Procuratori, an sit à Iure improbatum. 218.8.
*Annè locum habeat in sollicitatore? ibidem n.*17.
Rescißorium in instrumento omißum an pro apposito habeatur. 161.24.
Pacta priuatorum an dare, & tollere publicum ius possint. 61.26.
Quod interest an in pactum deduci valeat. 90.43.

PALYNODIA.

Palynodiam canere, ac se disdicere an ignominiosum reputetur. 195.1.

PANIS

Extrahi an prohibeatur stante prohibitione extractionis frumenti. 184.13.
*Quid in eo, quod quis sui vsus causa portaret? ibidem n.*17.
*Ac quid, si aliquis alterius nomine vehat, seu conducat? ibidem n.*18.

PARS

Dimidia hominis an sit homo. 146. 8.
Maior cum sufficit, sint nè vocandi omnes. 93.4.
Maior sedilis num in aggregatione, & in alicuius forinseci admissione minori parti præiudicare valeat. 183.5.
Maior in creditorum concursu quomodo considerari debeat. 183. 12.

PATER

Et filius an eadem persona reputentur. 210.9.
An liberis potiùs, quàm vxori consulere voluisse præsumatur. 210. 10.
An præsumatur vt filiam non fraudet, & bonum consilium pro ea capiat. 27.9.
Eius filiam an maritare, & dotare teneatur. 95. 28.
Num in eius vita dotare teneatur. 27.31.
*Congruè dotans in vita, num ab ea obligatione liberetur? ibidem n.*32.
An toties, quoties opus est, filiam dotare teneatur. 95. 17.
Si filiam nubilem ætatem excedentem in matrimonium collocare differat, an illâ inuitus viro tradere, & dotare cogatur. 95. 19.
Volens legitimam filio in vita assignare, an facere possit. 27.29.
Si simul cum matre dotem pro filia promittat, an ei super bonis maternis præiudicet. 95.23.
*Annè pater tantùm tanquam principalis teneatur? ibidem n.*22.
Cùm succedit feudo à se filio donato, an æs alienum filij prædecedentis soluere teneatur. 41.8.
*Eoque casu an relcuium soluere teneatur? ibid. n.*9.
In bonis aduentitijs habeat nè ampliſſimam potestatem satisdandi oneri minimè obnoxiam. 76.6.
Illis in bonis, in quibus vsumfructum non habet, an commoditatem habere debeat. 76.12.
Nùmne vsumfructum habeat, quando filius cùm eo succedit in fratris, vel sororis hæreditate? ibidem n. 17.
*Quidnè in extraneo filium, & patrem insimul instituente? ibidem n.*18.
An filio succedat in bonis per eum donatis insimul cum fratribus vtrinque coniunctis. 41.4.
Filios, & nepotes an præiudicare valeat in emphyteusi recepta pro se, & filijs, & nepotibus. 65.1.
*Quidnè, cùm filijs, & descendentibus quæsitum ius est sub conditione, si non alienauerit? ibid. n.*5.
In casu, quo filijs præiudicare potest, nùm absque Domini consensu, & in eius præiudicium, in emphyteusi maioratum constituere valeat. 65.7.
Suo consensu an dare possit ius publicum. 61.25.
Parentes non amare an impietas sit, & non agnoscere insania. 7.3.
Eos venerari an maximè deceat. 42.13.
Parentes an fratribus vtrinque coniunctis equiparentur. 61.4.

PATRIA

An charitatum omnium cumulum contineat. 77. 26.
Patriæ nùm plurimum debeatur, eiusque salus an omnium saluti, etiam patris, anteponenda sit? ibidem n. 25.
Pro Patria an mortem subire liceat. 77.27.

PATRONVS

Cùm deportatur, an eius filio competat bonorum possessio in bonis liberti. 7. 9.
An ius omne consequatur in bonis libertini damnati, pro vt si ille libertinus naturali morte decessisset. 7. 11.
Si inuentarium non confecerit, an legitimam sibi in liberti bonis debitam amittat. 181.21.

PAVPER

Vt quis dicatur, an prudenti Iudicis arbitrio remittatur. 34. 15.
*Ab omißa appellationis prosequutione an excusetur? ibidem n.*1. *& seqq.*
An obstringatur facere depositum pro pœna nullitatum aduersùs sententias, & pro pœna suspicionum Iudicum. 34. 19.

PAVPERTAS.

Paupertatis impedimentum in appellantis persona contingens an excuset ipsum ab appellationis prosequutione. 34.2.
*Idnè an concludenter, & euidentissimis probationibus elucidandum sit? ibidem n.*13.

Digitized by Google

Paupertatem probandi modus traditur? ibidem n. 16.

PAX

Quid sit. 133.1.
Eius encomia? ibidem n.2.
In Republica an esse debeat, quemadmodum oculus in corpore, & in anima ratio. 219.26.

PECVNIA

An sit sanguis, & vita mortalibus. 34. in princ.
Quomodo alijs rebus æquiualeat. 201. 3.
Eius bonitas in quo consistat? ibidem n. 6.
Destinata vt ad honestum lucrum ponatur, an sine solemnitate alienari valeat. 95.8.
Destinata in prædiorum emptionem, nùm immobilis censeatur. 95. 9.
Numerata in constitutione census an pro contractus forma requiratur. 224.17. iterùmue 228.3.
Pro censu debita singulis annis nùm ad censum materialitèr se habeat. 15.24.
Pecuniæ numeratio an probetur, si quis pecuniam actualitèr habuisse confiteatur. 228.1.
Cætera vide verb. Moneta.

PENSIO

Annua nùm pro pretio præstetur. 224. 12.
An pro vsu, & fruitione detur. 85. 16.
Temporalis an sit materia simoniæ. 158. 3.
Extingui an possit sine Summi Pontificis authoritate. 158.2.
Pro domibus conductis an bina præstatione soluatur in Ciuitate Neapolis. 119. 19.
Locationis an remittenda sit colono magna superueniente prædij sterilitate. 85.11. iterumue 222.2.
Augeri an debeat in beneficium locatoris nimia vbertate interueniente absque conductoris industria. 85. 26.
Auctior Fisco an soluenda sit ab illo, cuius fundum auctum est ex incremento per alluuionem proueniente. 85.35.

PENSIONARIVS

Priuata authoritate an pensionem transferre possit accepto pretio. 158.5.

PERCEPTOR

Prouinciarum quod pecuniarum genus recipere debeat. 201. 40.

PERICVLVM

Vbi maius est, an ibi cautius sit agendum. 127. 10.
Dotis ad quem spectet, si antequam maritus eam petere posset, debitor soluendo esse desierit. 13. 34.
Nominis cessi nùm ad illum pertineat, cuius culpa factum est deterius. 13. 35.

PERIVRIVM

Quantum graue sit flagitium. 36.19.
An omni lege, & semper apùd omnes prohibitum? ibidem.
Per torturam an purgetur. 36. 18.

PERIVRVS

Semel an semper talis præsumatur. 36.10.
Nùm ad testificandum admittatur? ibidem n. 12.
Testis an esse possit, si per pœnitentiam emendatus fuerit? ibidem n. 11.
An probet, si cùm tortura deponeret. 36. 14.
Nùm sufficiat ad capturam? ibidem n. 13.
An extra ordinem puniri soleat? ibidem n. 21.

PERMVTANS

Beneficium tacendo ordinationem ad titulum nùm tutus sit in foro poli. 189. 128.

PERMVTATIO

Quid sit. 189. 132.
An vera dicatur resignatio? ibidem n. 130.
An eius natura sit, vt permutans ad transferendum dominium præcisè teneatur. 13. 53.

PERSONA

Nobilis ignominiosis pœnis an puniri possit. 145.4.
Priuata vti an valeat vestibus magnis viris reseruatis ad dignitatis decorem. 29. 6.
Priuilegiata petere nùm possit, vt administrationis ratio in alio loco reddatur, quàm vbi facta fuit administratio. 180.4.
Procuratoris nùm ante omnia legitimanda sit. 205. 1.
Personæ industria quando electa est, an substituendi facultas excluſa censeatur. 15.7. 11.

PETITIO

An semper inspicienda sit. 226. 3.
Instantissima an pro pluribus petitionibus habeatur. 33.29.
Petere, & recipere an paria sint. 49. 66.

PIA CAVSA

Vide in verb. Causa Pia.

PIGNVS

Quemadmodum pro sorte principali, an ità pro vsuris hypothecatum sit. 129. 25.

PLACITVM

Principis an vim legis obtineat. 137.14.

PLENVM

Nùm id dicatur, quod additionem non recipit. 239.3.

POENA

An suos sequi debeat authores. 96. 17.
Vbi adest, an liberetur debitor soluendo partem, quin pœna committatur pro toto. 49.54.
Mendacij an locum habeat contra negantem narrata pro vt narrantur. *227.12.*
Plus petentis an euitetur ex clausula Omnimoda meliori. *193.25.*
Vt non procedat in negante, an satis sit, aliquam ex demonstrationibus veram non esse. 227. 10.
Pœnis ignominiosis puniri an possit persona nobilis. 195.4.
Quælibet causa nùm à pœna excuset. 227.9.

POENITENS

An possit Sacerdoti, cui propria crimina confitetur, eadem scripta tradere. 166. 12.

POENITENTIA

In contractibus an locum obtinere valeat. 159.4.

PONENS

An quidquid in positionibus continetur, fateri dicatur. 147.8.

PON-

Digitized by Google

PONTIFEX
An solus de simonia dispenset. 158.7.
Eiusque authoritas vbi accedit, an simoniæ suspicionem purgare faciat? ibidem n. 6.
POSITIO
Tota negare an possit ratione partis falsæ. 227.11.
Quid differat ab articulo. 147.9.
Si duo facta contineat, & principalis, de vno tantùm negatiuè respondeat, an de alio affirmare, vel negare censeatur. 147.6.
Positionibus cùr per verbum, credo, *vel* non credo *respondendum sit.* 147.2. *nec non* 227.14.
Positioni respondens cùm protestatione litem non contestandi, an sibi præiudicet circà litis contestationem. 123.7.
POSSESSIO
Quid sit. 238.9.
An plura præbeat commoda. 16.56.
Ex contractu nullo an transferatur. 211.1.
Ciuilis Domini an naturalem coloni insequatur. 10.3.
Anterior an iuuet, quando iniustè apprehensa est. 54.30.
Apprehensa in una fundi parte, quando de prædio distincto capta intelligatur. 67.8.
Capere nùm possit propria authoritate. 11.7.
Propria authoritate qui intrare potest, si eam à Iudice petat cùm protestatione, an sibi præiudicet. 123.6.
Nùm acquiratur non expulsis colonis cùm tota familia. 132.1.
Fideicommissarij nùm dicatur vitiosa, si illam acceperit ante aditam hæreditatem. 54.28.
Possessionis commodum an maius sit, quàm temporis prærogatiua. 208.19.
Possessionis traditio, si per actum fictum fiat, an quid facti sit. 191.19.
Possessionis traditio, an reuocanda sit, quando Ius dicens possessorem non citatum expulerit. 11.5.
Possessionis restitutio per probationes in actis factas an impediatur. 150.9.
Possessionem rei, de qua agitur, nùm appellatione pendente altera partium ingredi possit. 150.1.
POSSESSOR
An beatus dicatur. 16.57. *nec non* 63.13.
An iustè possideat, cùm authore Prætore possidet. 11.15. *demùmue* 54.24.
Iniustus nùm antequam amoueatur, citandus sit. 11.8.
Ius suum prosequi, & rebus suis frui, an prohibeatur. 63.6.
Extraneus nùm habeat offerendi ius. 208.2.
Si fructus omnes in proprios vsus conuertat, nùm sequestrum fieri possit. 63.5.
Rei emphyteuticæ nùm ad præteritas pensiones teneatur. 13.38.
Antiquus quando aduersùs prædij conductorem ante omnia restituendus sit. 221.2.
Contra ius an lite pendente in possessorio manutenendus sit. 110.12.
Fundi an pro decimis præteritis conueniri valeat. 100.22.
Pro possessore nùm habeatur, qui per aduersarium impeditus fuit, nè possessionem caperet. 16.64.
POSSIDENS
In communi, vel pro indiuiso, an partem, & possessionem in qualibet gleba, & cespite habere dicatur. 169.14.
Anuè pro tota re possessorium mouere valeat? ibidem n. 15.
POTENTIA
Nùm differat ab actu. 42.33.
Actui proxima an pro actu habeatur? ibidem n. 32.
Quæ ad actum non deducitur, an vana sit? ibidem n. 34.
POTESTAS
Reuerentialis minoris an deponatur in præsentia maioris. 29.2.
Petendi legatum an sit ius. 4.29.
Expressa substituendi vbi adesset, an in substituto idoneitas exigatur. 157.21.
Arbitrorum nùm à facultate eis à partibus in compromisso tributa reguletur. 6.12. *iterùmue* 62.34.
Notarij an eatenus extendatur, quatenus ordinantis comprehenditur iurisdictio. 28.15.
PRAGMATICA
Iuris Communis correctoria an strictè intelligi debeat. 116.20.
I. de S. C. Macedon. *an nouam contrahendi formam inducat, & personas filiorum fam. inhabilitet.* 102.8.
Anuè comprehendat filios famil. exteros in Regno Neapolis contrahentes? ibidem n. 13.
II. de assistentia, *paratam exequutionem præbens sententijs prolatis in assistentiæ iudicio, an eamdem vim tribuat sententijs negatiuis assistentiam reuocantib.* 220.3.
II. de expensis, *an limitationem recipiat in personis miserabilibus.* 34.4.
II. de ordin. iudicior. *exornatur.* 62.6.
IV. de dilationib. *an præfigat terminum annorum decem ad dicendum de nullitate per viam actionis.* 18.24.
Eius dispositio nùm procedat, si nullitates per viam exceptionis opponantur? ibidem n. 25. *nec non* 151.9.
IV. de dilationib. cap. 19. *an prohibeat dici de nullitate contra primum decretum, quando sunt duo decreta conformia alicuius Tribunalis.* 18.35.
An sit Iuri Communi consona? ibidem n. 42.
Anuè procedat, si aduersùs secundum decretum nullitates allegentur? ibidem n. 36.
X. sub tit. de iudic. §. 14. *quid disponat.* 44.5.
Nùm secundùm Commune Ius intelligi debeat? ibidem n. 8.
PRÆCEDENTIA
An sit fructus, & emolumentum possessionis. 16.47.

In hu-

Digitized by Google

In habentibus septem Regni officia an ab officij maioritate reguletur. 16.33.

PRÆCEPTVM

Pietatis an strictiùs obliget, quàm illud Iustitiæ. 17.28.

Mandans, possessionem capi posse, nùm absque causæ cognitione fieri valeat. 11.3.

PRÆCES

Nùm tacitam habeant conditionem, si veritati nitantur. 209.4.

PRÆDIVM

Ex quo decimæ debentur, an sit tacitè Ecclesiæ obligatum. 100.5.

Emptum proprio nomine per vnum ex fratribus hæreditatem paternam indiuisam possidentibus, an alteri fratri communicandum sit. 190.1.

PRÆDO

Quibus modis accipiatur. 110.15.

Lite pendente nùm in sua detentatione tuendus sit? ibidem n. 13.

PRÆEMINENTIA

M.C.V. nùm ad successorem extendatur. 157.13.

In Ecclesia tanquam merè temporalis nùm pretio æstimari possit. 26.2.

PRÆFATIVM.

Ex eo nùm finalis disponentis ratio colligatur. 44.7.

PRÆIVDICIVM

Nùm dicatur, quod de præsenti non imminet. 57.7.

Partium an maius in appellationis causa, quàm in causa principali vertatur. 2.32.

PRÆLATVS

Sua in Diœcesi præsente Legato de Latere an Populum benedicere possit. 29.1.

Nùm valeat Ecclesiæ nomine contractui à se gesto contraucnire. 29.1.

Successor stare nùm teneatur locationi Rectoris Ecclesiæ. 99.48.

Anue restitutionem petere possit, quando Ecclesia fuit læsa? ibidem n. 50.

Superior an compellere valeat inferiorem ad dandam licentiam Clerico iusta exigente causa. 200.27.

Inferior dimissoriales literas an concedere possit. 98.4.

PRÆSCRIPTIO

Vnica an sufficiat in annuis debitis ex contractu. 15.31.

Quidnè in debitis ex legato? ibidem n. 33.

In his, quæ sub conditione debentur, quo tempore incipiat. 15.35.

Triennalis circà salarium famulorum quomodo opponi debeat. 53.13.

Decem, vel vigint. annorum an excludat creditorem debitoris bona cùm clausula constituti, & præcarij obligata habentem. 15.8.

An procedat in Saluiano interdicto? ibidem n. 1.

Triginta annorum an locum habeat in pacto de retrouendendo. 4.17.

Quadraginta annorum an procedat contrà Ecclesiam. 22.2. *nec non* 15.38.

Quid in Ecclesia contra aliam præscribente? ibidem n. 5.

Anuè gaudeat priuatus rem aliquam communem cùm Ecclesia habens? ibidem n. 7.

Vt interrumpatur, an certa, & specialis requisitio facienda sit. 4.35.

Quando per litis contestationem non interrumpatur? ibidem n. 41. *& seqq.*

Ad accessoria nùm extendatur. 6.4.

An currat non valenti agere. 15.12.

Præscriptiones quot requirantur, cùm versamus in censu. 15.21.

Præscribi an possint ea, quæ sunt meræ facultatis. 4.30.

Præscribens fundum, an seruitutem fundo competentem præscribere censeatur. 6.5.

PRÆSERVATIO

An ius de nouo tribuat. 117.31.

PRÆSES

Duorum territoriorum in vno territorio existens an negotia alterius expedire possit. 113.6.

S. R.C. an præcedat Locumtenentem Regiæ Cameræ prius electum. 16.34.

PRÆSVMPTIO

An semper cedat probationi veritatis. 103.35.

Vna an tollat aliam. 103.3.

Omnis an contraria præsumptione excludatur. 53.17. *itidem* 84.12. *nec non* 127.34.

Iuris, & de Iure an probationem in contrarium admittat. 66.17.

Iuris nùm liquidissima probatio dicatur. 89.11.

Anuè probandi onus in aduersarium transferat? ibidem n. 10.

Iuris an sit, vt homo, qui natus est ad laborandum, sua industria, & laboribus diues, ac locuples efficiatur. 190.14.

Quæ ex sententia resultat, an maxima sit. 197.6.

PRETIVM

An loco rei succedat. 95.15.

Iustum nùm in commutationibus obseruandum sit. 77.6.

An mutetur mensura mutata. 85.3.

Quo emitur, & venditur annuus census, vt in pecunia numerata consistat, an sit de rei natura. 224.2.

Vnicuique nummo à Publica Principis authoritate assignatum, an priuati attendere, & obseruare debeant. 201.4.

Pretia rerum an commodissimè per monetas generales stabilita sint. 201.8.

Pretij quantitas nùm ad rei mensuram referatur. 85.2.

PRÆTOR

An curet de minimis. 174.2.

Prætoris authoritas an elusoria esse debeat. 25.13.

PRÆVENTIO

An detur inter eos, qui cumulatiuam habent iurisdictio-

Digitized by Google

dictionem. 145. 3.

PRINCEPS

Tanquam lex animata facere an possit, vt detur fides probationibus minus legitimis. 137. 15.

An ipse tantùm facultatem habeat tribuendi ius nundinarum. 21. 1.

PRINCIPALIS

Cùm deponere non curat, an pro confesso habeatur. 171. 6.

Quibus in casibus positionibus respondere non teneatur. 147. 7.

Et quibus in casibus astringatur. 171. 19.

Sit nè citandus ad videndum iuramenta testium. 231. 12.

Principale tollens nùm ad illud teneatur, vnà cum damnis emergentibus. 57. 3.

PRIVATVS

Subditus Principi suo ea, quæ ad ipsum in supremi dominij signum pertinent, nùm absque eius consensu tollere, alteriquè Principi conferre valeat. 78. 29.

PRIVILEGIATVS

Contrà paritèr priuilegiatum quando suo vtatur priuilegio. 196. 2. *& seqq.*

PRIVILEGIVM

Quo aliquis præfulget, an diligentissimè curandum sit. 16. 3.

A Iure Communi exorbitans nùm ad annexum, & accessorium extendatur. 129. 24.

Principali concessum nùm in eius augmento procedat. 19. 29.

Annexis an à Iure communicetur. 22. 9.

Alicui concessum an possit interpretari, vt concedentis personam lædat. 145. 18.

Conquassentur nè, quando priuilegiatus cùm paritèr priuilegiato concurrit. 196. 12.

Ciuibus concessum an competat ciuibus comitatinis. 96. 3.

Ex sigilli defectu an nullum existimetur. 143. 14.

Antiquum nùm fidem faciat, quando sigilla corrupta sunt. 143. 15.

Sigillatum, & registratum in forma Regiæ Cancellariæ an hodie Notarijs expediatur. 238. 4.

Dotis an detur eius augmento. 213. 1.

Baronum an obseruetur in tàm ampla forma, quàm illius verba sonant. 145. 7.

Expellendi conductorem pro vsu proprio an in singularem successorem transeat. 119. 44.

Quid in successore vniuersali? ibidem n. 45.

Priuilegia duo contraria, cùm simul concurrunt, quodnam attendi debeat. 196. 9.

PROBATIO

Dubia, & incerta an releuet. 139. 13. *demùmue* 43. 11.

Anuè Actori prosit tali casu. 122. 9.

In contrarium an contra præsumptionem admittatur. 53. 16.

Qualibet nùm alia probatione elidatur. 53. 19. *nec non* 84. 13.

Nùm apertissima dicatur coniectura. 3. 18.

Semiplena an sufficiat in summarijs præparatorijs. 192. 18. *& seq.*

Semiplena an dicatur, quando vltrà eam nonnihil probatum est. 36. 7.

In specie delicti an præualeat probationi in genere, quòd accusatus sit bonæ famæ. 43. 13.

Præsumptiua ex loci consuetudine, in quo frequentes sunt lucrandi occasiones, nùm admittatur in solitis negotiari. 126. 33.

Per instrumenta, & per testes an parem vim habeat. 81. 14.

Quantitatis nùm inanis sit, substantia legitimè, & sufficienter non probata. 36. 31.

Quanam ex sigillis inducatur. 143. 3.

Probationes diuersæ an de vno debito fieri possint. 36. 46.

Quæ denuò emergunt, nùm à statuto, eas in appellationis, vel nullitatis causa reiciente, exclusæ, & reiectæ censeantur. 33. 8.

Probationis facultas sit nè amplianda. 116. 5.

Probandi onus suscipiens an facultatem habeat offerendi iuramentum. 121. 1.

Probandi onus nùm actori imponatur. 122. 6.

Aliquid incontinenti probare, quomodo intelligatur. 125. 12.

PROCESSSVS

An totus diruat citatione omissa. 4. 40.

Validus nùm dicatur, si ad vlteriora expensis minimè refectis procederetur. 202. 3.

Processum producere an debeat, qui sententiam reuocari petit. 197. 2.

Inualidum propter ferias an partes concorditer ratificare possint. 144. 10.

PROCVRATOR

Partis appellatione an veniat. 154. 5.

In criminalibus nùm admittatur. 171. 4.

Quando appellationem prosequi valeat. 2. 16.

Sit nè citandus ad videndum iuramenta testium. 231. 12.

An comprehendatur in statuto mandante, citationem fieri denominato debitore. 154. 2.

Susceptum mandatum si exequutioni non mandet, nùm ad damna omnia, & interesse teneatur. 190. 17.

Cùm litis Domino conuenire an valeat, vt in fine causæ, tàm in casu victoriæ, quàm secus, aliqua certa, & determinata quantitas pro patrocinio soluatur. 218. 11.

Si sit non soluendo an Domino præiudicet, vt ipse appellare nequeat. 34. 12.

Pro paupere an teneatur, si petitus pro eo non appellauit. 34. 11.

Si mandatum habeat cùm libera, *nùm appellationi expresè renunciare possit.* 79. 1.

Quæuè etiam tali casu facere nequeat? ibidem n. 6.

Non obligetur, vbi Domini persona fuit in contemplatione. 156. 3.

Non appellando an Domino præiudicet. 79. 3.

Nominationi facta aliqua in causa pro examinandis

Digitized by Google

dis testibus sui principalis an renunciare possit. 79. 8.
Terminum non necessarium an petere valeat? ibidem n. 9.
Maiora expressis an exequi possit. 79. 7.
Dominum vltra mandatum obligare nùm possit. 156. 11.
Generalis canonem recipiens ab emphyteuta post caducitatem incursam, an Domino praeiudicet. 49. 46.
Finito officio quando obligatus censeatur. 156. 5.
Terminum ad solutionem recipiendam an prorogare valeat. 156. 13.
Vnum constituere an quis cogi possit. 107. 3.
Falsus nùm praesumatur, vbi de procuratoris constitutione legitimè non constat. 205. 6.
Procuratoris constitutio quomodo facienda sit. 205. 5.
Eiusque persona nùm ante omnia legitimanda sit? ibidem n. 1.

PROFESSIO

Ante XVI. annum perfectum, & ante professionis annum emissa, nùm valida sit. 37. 17.
Si ratificata fuerit, nùm ratificata censeatur donatio illius occasione facta. 42. 29.
Qui eam non emisit, an Religionem intrasse dicatur. 35. 2.

PROHIBITIO

Tacita an plus, quàm expressa operare debeat. 59. 10.
Vnius an caeterorum actum impediat. 169. 5.

PROMISSIO

Vltrà contractus naturam nùm extendatur. 13. 71.
Iurata an iuxtà tempus promissionis, & rebus sic stantibus reguletur. 168. 5.
Soluendi in pecunia quomodo intelligenda sit. 141. 27.
Dotis an qualiscumque fuerit, attendi debeat. 95. 21.
Euictionis an distet à promissione exigibilitatis. 13. 75.
Quidue cùm promissio euictionis est in ampla forma? ibidem n. 72.
Indemnitatis, & generalis defensionis, nùm ad exigibilitatem extendatur. 13. 70.
Simpliciter facta an de proprijs pecunijs facta intelligatur. 156. 8.
Promissum simpliciter an debeatur Aduocato, seù Procuratori, si lis partium concordia sopita sit. 218. 4.

PROMITTENS

De alterius mandato, an promissas quantitates de proprijs pecunijs soluere teneatur. 156. 7.
Aduocato, seù Procuratori vltrà suum salarium aliquid moderatum in casu victoriae, nùm illud praestare teneatur. 218. 7.

PROPINQVVS

Quis dicatur. 38. 11.
Cuius consensus exposcitur, nùm proximior dicatur, cui de iure ab intestato deferenda est successio. 38. 10.

PROPRIETARIVS

Sine vsufructuarij consensu an proprietatem vendere possit. 76. 2.

PROREX

In Regno Neapolis post ingressum noui Proregis in Regnum, an suum munus continuare valeat. 144. 16.

PROROGATIO

Quid sit. 2. 9. *nec non* 62. 42.
An ex dissensu oriatur. 78. 35.
Vt fieri possit, an id, quod prorogatur, praeexistere debeat. 78. 8.
Nùm à compromisso alienа sit. 82. 13.
Termini in compromisso statuti an partibus notificari debeat. 62. 43.
De specie ad speciem causarum, quando inhibita dicatur. 78. 12.
In causis Principi reseruatis an locum habeat. 78. 28.
Guidatici nùm incipiat à die finiti primi, si dictum minimè sit. 114. 16.
Nùm admittatur in appellationis iudicio, si contingere potuerit, litigatores ad verum superiorem Iudicis à quo appellare. 78. 33.

PROTESTATIO

Contra commune Ius nùm valida dicatur. 25. 21.
Contraria facto an releuet. 49. 62, *demùmne* 117. 29.
Quandouè procedat. 123. 1. *& seqq.*
Parte absente an fieri possit. 118. 20.
Vt fatalia non currant, an requiratur. 120. 1.

PROVISIO

Hominis an cessare faciat prouisionem Legis. 23. 45.
Attentatorum an vim habeat definitiuae sententiae. 33. 11.

PROVOCATIO

Verbis iniuriosis facta, an alijs verbis vlcisci possit. 58. 12.

PROVOCATVS

Iniuriam retorquens an iniuriarum actione teneatur. 58. 13.
Quidue quando conuicium prouocanti obiectum ad eius innocentiam non spectat? ibidem n. 21.

PROXIMIOR

Ex parte matris an succedat in dotibus, alijsque bonis maternis secundùm nouum vsũ Capuanae, & Nidi. 235. 43.
A statuto vocatus nùm intelligatur proximior in successione. 237. 5.
Si consensum à statuto requisitũ absque iusta causa praestare deneget, an valeat Iudex licentiam muliri praebere, vt contrahere valeat. 38. 15.
Proximiorum existentia de tempore contractus probata nùm sufficiat ad conualidandum contractum ex eorum defectu claudicantem. 38. 1.
Eorum inhabilitas accidentalis in occupationibus consistens nùm adfuisse praesumatur? ibidem n. 8.

Digitized by Google

PROXIMITAS

Quenam in fideicommissis testatoris nè, an grauati attendenda sit. 235.40.

PVPILLVS

De eo, quod Tutor dolo gessit, an de euictione teneatur, in quantum factus est locupletior. 182.8.

Annuè emptori pro eo, quod supereſt, actiones cedere teneatur? ibidem n. 12.

Pro re suanullitèr alienata an contra illius rei possessorem restituatur, donèc egerit contra Tutorem. 182.14.

PVRGATIO

Mora sit nè admittenda prolatis tribus decretis in contumaciam. 171.7.

PVBLICATIO

An fiat in spolij iudicio. 198.29.

PVDENDA

An quis obtruncari possit, vt castè viuat. 189.65.

QVALITAS

Nùm inueniatur, vbi deficit substantia. 15.29.

An in specie probanda sit. 89.2.

Per quem probanda eueniat. 14.1.

Aduenies an rem ità afficiet, vt ipsam in diuersa specie reponat. 78.20.

Quæ res in ordine ad humanum vsum immutat, an diuersitatem specificam moralem causet. 78.18.

Bona fama, & opinionis in testibus requisita nùm articulari debeat. 94.28.

Statuti quando præsumptiuè expressa dicatur. 104.7.

Duorum laicorum per se inhabilium nùm habilitetur propter adiunctionem vnius Clerici. 64.14.

Notorij, vide verb. Notorium.

QVANTITAS

Pretij cùm in alterius arbitrio collata est, illo non arbitrante, an succedat alterius boni viri arbitrium ad æstimationem faciendam. 12.13.

QVARANTIGIA

Appositа nùm censeatur in instrumento virtute clausulæ &c. 161.11.

QVASI POSSESSIO

Sit nè attendenda in præcedentijs. 16.38.

QVÆRELA

Apùd quem Iudicem proponenda sit. 86.33.

QVIES

Publica an violetur per Magnatum discordias. 133.16.

QVIETATIO

Pro residuo *an impediat, nè plus peti possit, si plus debeatur.* 152.16.

Pro toto tempore præterito *apposita in solutione an cessare faciat dispositionem* textus in l. quicumque, C. de apoc. public. lib. 10. 152.14.

Annè operetur, vt præsumatur probatum retrofuisse solutum? ibidem n. 16.

RATIFICANS

Contractus nullitatem ignorans, an illum ratificare intelligatur. 102.26.

RATIHABITIO

An inducatur ex ignorantia defectus contractus. 102.24.

Quæ actis sit, an validiùs confirmet actum, quàm illa quæ fit verbis. 104.13.

Nùm mandato æquiparetur. 105.12.

Quando retrotrahatur? ibidem n. 13.

RATIO

Vbi eadem est, an idem Ius seruari debeat. 131.4.

Eadem vbi militat, an eadem etiam vigere debeat dispositio. 37.22.

Vbicumque locum habet, an lex, siue dispositio locum etiam habere debeat. 37.23. *demùmue* 131.5.

Finalis statuentium nùm ex statuti præfatione colligatur. 44.7.

Rationum calculatio sæpè facta vbi non est, nùm locum habeat textus in l. Procula 26. D. de probation. 46.6.

REASSVMPTIO

Instrumenti an locum habeat, vbi verè contractum stipulatum fuisse apparet. 167.10.

Contractus à prothocollo Notarij mortui facta ab alio reassumendi priuilegiũ habente an legitima iudicetur. 167.15.

RECLAMATIO

Infrà quod tempus concedatur. 51.9.

An detur aduersùs duas sententias conformes. 18.33.

RECOGNITIO

Erronea, & ex falsa causa an præiudicet. 102.29.

Trium testiũ nùm sit de forma textus in l. scripturas, C. qui potior in pignor. haben. 94.25.

RECONDVCTIO

Nùm facta censeatur cùm eisdem qualitatibus, pignoribus, & hypothecis, quibus inita fuerat conductio. 119.20.

RECONVENTIO

An locum habeat coràm Arbitris. 82.6

RECTOR

Si agat contra subditum ad decimas non solutas nùm à præcepto cùm monitione sub excommunicationis pœna incipere possit. 100.16.

RECVRSVS

Infrà quod tempus petendus sit. 51.4.

An sit appellationi similis? ibidem n. 3.

Inhibitus nùm dicatur prohibita appellatione. 51.1.

Annè in recursu maius grauamen requiratur, quàm si agatur per viam ordinariam appellationis? ibidem n. 19.

RECVSATIO

Sublata nùm intelligatur, quando causa alicui Iudici à Principe delegatur cùm clausula appellatione remota. 229.8.

REDDITIO

Computorum nùm acceptum contineat, & expensum, incertumque habeat exitum. 179.1.

Rationum an administrationis in loco facienda sit. 180.1.

REDITVS.

Redituum exactio in Regno sit nè facilis. 126.39.

REDVCTIO

Peti nùm possit stante iuramento. 27.5.

Digitized by Google

Ad boni viri arbitrium coràm quo Iudice petenda sit. 64. 20. *iterùmue* 86. 12. *& seqq.*
Ad boni viri arbitrium nùm appellationis effectus sortiatur. 86. 15.
Vsque ad quod tempus peti valeat? ibidem n. 37.
Ad boni viri arbitrium peti an possit, si contrà laudum iuratum reductionis beneficio renũciatum sit. 86. 45.
Reductionis petendæ ius an sit personale. 86. 38.
Qui eam petit an Actor dicatur in eo iudicio? ibidem n. 19.
Reductionis petitio nùm arbitramenti exequutionem suspendat. 86. 43.
Testium ad concordiam quãdo fieri valeat. 160. 3.

REFVTATIO

Facta ab hærede conuento ad instantiam creditoris in actione personali ad vendendum feudum, an valida dicatur. 209. 11.

REGRESSVS

Quid operetur. 16. 69.
Ad priorem contractum, & personas in eo obligatas an concedatur, quando subsequens contractus effectum suum habere non potuit. 117. 37.

REGVLARIS

Licentiam petens transeundi in strictionem Religionem, nùm ea, sine iusta causa denegata, pro concessa habeatur. 200. 24.

REIVINDICATIO

An detur in legato alimentorum, ac in illo libertatis. 4. 70.
Pro re legata consequenda an competat, cùm res incorporalis relicta est. 4. 69.

RELEVIVM

Soluere an teneatur pater post filij obitum. 41. 9.
An soluatur ratione successionis? ibidem n. 10.

RELICTVM

Extraneo in testamento inter liberos, an eisdem filijs accrescat. 206. 11.
Quidnè si in eo quinque testes interuenissent? ibidem n. 12.

RELIGIO.

Religionem intrasse an dicatur, qui professionem non emisit. 35. 2.
Religiones quæ Conseruatores habent cùm amplissima authoritate, recensentur. 170. 29.

RELIGIOSVS

Quis sit. 35. 12.
An propriè dicatur Nouitius durante nouitiatus anno. 35. 11.
Arbiter nùm esse possit absque Superioris licentia. 64. 1.
Nùmue testes iudiciarij esse valeant? ibidem n. 3.
Quid in instrumento? ibidem n. 4.
Et quid in testamento? ibidem n. 5.

REMEDIVM

Quorum legatorum contra vxorem vsufructuariam an competat, cùm nullus hæres eo tempore extat. 48. 3.
Nùmue hæredi falcidiæ ratione concedatur? ibidem n. 5.
An cesset pro ea parte, pro qua ab altero hæredum concessa est facultas legatario occupandi legatum sua sponte. 49. 75.
Extraordinarium in tempore nùm à remedijs ordinarijs regulari debeat. 51. 6.
Extraordinarium quando pinguius prouidet, an per ordinarium tollatur. 130. 3.
Restitutionis in integrum an pinguius prouideat, quàm illud l. 2. C. de rescin. vendit. 130. 4.

REMISSIO

Mercedis quibus in casibus facienda sit conductoribus. 222. 3.

RENOVATIO

Locationis, vide verb. Locatio.

RENVNCIANS

In iudicio stare an possit pro contractus rescissione, post quam iuramenti absolutionem obtinuit, si de illa pendeat appellatio. 165. 45.

RENVNCIATIO

Ad futurum ius nùm extendatur. 49. 73. *demùmue* 119. 37.
An officiat stante enormissima læsione. 95. 29.
A filia rescindi an possit stante dotatione patris, quĩ expressè filiam de paternis, materniſque bonis se dotare asseruit. 95. 30.
Auth. Hoc nisi debitor, C. de solutionib. *an valida dicatur cessante etiam iure iurando.* 141. 21.
Beneficij Ecclesiastici, cuius titulo quispiam ordinatus est, nùm ante habitus susceptionem validæ dicatur. 189. 88.
Beneficij infrà duos menses ante professionem an simoniæ labe maculata dicatur. 189. 90.
Exceptionis non numeratæ pecuniæ, quando intrà biennij tempus apposita fuit, an perpetuetur. 164. 6.

REPVDIATIO

Iuris quærendi an sit alienatio. 17. 2.

REQVISITVM

Vnum ex duobus adimplere sit nè sufficiens. 189. 126.

RES

In dubio nùm allodialis præsumatur. 47. 20.
Domui coniuncta, quando in domus concessione veniat. 67. 4.
Ipsa, an seruitus consideranda sit, vt cognoscatur, an sit ad vsum parata. 67. 5.
Vna diuersis respectibus, an diuerso iure censeri possit. 16. 42. *nec non* 84. 9.
Inter alios acta, & contra absentem, haùdque citatum, an præiudicet. 2. 13.
Præsens an plus valeat, quàm futura. 57. 4.
Iudicata an legis vim obtineat. 4. 59.
Sacra nùm æstimatione careat. 56. 4.
Vendita cùm dominij reseruatione si periret, indamnum cuius periret. 13. 12.
Quæ censui supponitur, an per census constitutionem vendatur. 20. 2.
Meis pecunijs empta an mea efficiatur. 95. 13.
Empta ex pecunia antiqua nùm sit antiqua, & subiaceat

Digitized by Google

biaceat consuetudini Ciuitatis Neapolis. 95. 14.
Comparata ex pretio peruento ex re hereditaria vendita an veniat in petitione hereditatis. 95. 16.
Alienari prohibita nùm ad longum tempus locari possit. 99. 28. *& seqq.*
Rem communem pro indiuiso habens, vti habens maiora vincula, si cùm quotam habente concurrat, an ei praferatur. 169. 13.

RESCISSIO

Nùm actus validitatem supponat. 134. 11.

RESCRIPTVM

Principis an vim, & effectum porrigat vltrà eos, quorum in eo mentio facta fuit. 229. 4.
Principis subreptitiè obtentum an validum dicatur. 209. 2.
Annè subreptitium censeatur, si litis pendentia subijciatur? ibidem n. 7.
Nùm vitietur, si ea in precibus non exprimantur, quæ, vel Principem à concedendo reuocarent, vel ad difficiliùs concedendum inducerent. 209. 14.
Impetrare lite pendente an sit innouare. 209. 9.

RESIGNANS

Vt mentionem faciat, se ad titulum Beneficij resignati fuisse promotum, an pro forma requiratur. 189. 119.

RESIGNATIO

Beneficij sine aliqua ex causis expressis in Constit. Pij V. *ab Ordinario nùm recipi possit.* 189. 1.
Beneficij ad cuius titulum quis fuit promotus an valida sit non constito, quòd renuncians habeat aliunde, vnde viuere commodè possit. 189. 117.
Quidnè si in Summi Pontificis manus facta sit? ibidem n. 138.

RESPVBLICA

An Navi assimiletur. 200. 19.
Cùm inopia, & penuria annonæ grauatur, an possint frumentum habentes id ciuibus potiùs, quàm exteris vendere. 77. 16.
Nùm habeat restitutionem in integrum ad producendum testes post publicationem, & didicita testificata. 219. 1.
Reipublicæ an expediat nuptias contrahi. 19. 4.
Et Ciuitatem ingenuis hominibus affluere? ibidem n. 7.

RESPONSIO

Vnius testis sit nè audienda. 192. 2.
Citati in calce intimationis, si Procuratoris constitutionem contineat, an cùm illo, tanquàm cùm legitimo Procuratore, procedi possit. 205. 4.
Annè contumaciam impediat, & super replicatis procedi possit? ibidem n. 7.

RESTITVTIO

An competat mulieri de Iure communi. 219. 6.
Dotis si more Magnatum promissa fuerit, & nihil de successione dictum sit, an contrahentes si de sedilibus Capuanæ, & Nidi sint, secundùm illorum vsum circà successionem contraxisse censeantur. 235. 22.
Quidnè si ab initio se Magnatũ more viuere dixerint? ibidem n. 24.
Fructuum an veniat, cùm agitur remedio restitutionis in integrum. 130. 5.
In integrum an sententiæ exequutionem impediat. 172. 3.
An detur aduersùs præscriptionem 30. *vel* 40. *annorum ex capite ignorantiæ.* 4. 46.
Aduersùs lapsum temporis quadriennij, an, & quando competat. 4. 51.
An duret etiam centum per annos data ignorantia? ibidem n. 48.
In integrum an detur aduersùs tres sententias conformes ad finem impediendi earum exequutionem. 18. 50.
Pupillis, & Minoribus competens, an litis consortibus etiam competat. 22. 10.
An detur ad retardandam exequutionem sententiæ in causa alimentorum prolatæ. 72. 11.
Nùm dicatur sententia condemnatoria, & ex ea infactum actio oriatur. 23. 16.
Post mandatum de parendo expeditum an denegari debeat. 172. 7.
Restitutionis in integrum remedium an pinguius prouideat, quàm illud l. 2. C. de rescind. vendit. 130. 4.
Eius Beneficio vti an possit filiusfam. fideiubens. 76. 27.

RETENTIO

An concedatur in dote. 179. 22.
Rei meliorata an detur pro melioramentis illic factis. 225. 1. *& seqq.*
Indiuisa paterna hereditatis an operetur, vt emptũ ab vno ex fratribus cùm alio sit communicandum. 190. 5.

REVERENTIALES

Cùm dati sunt, nùm appellatio excludatur. 204. 4.
A Iudice an dati intelligantur, quatenùs sententia appellationem admittat? ibidem n. 7.

REVS

Nùm ad imparia iudicari debeat cùm actore. 220. 2.
Defensionum termino renunciare an possit. 198. 40.
De sententiæ nullitate an perpetuò excipere possit. 18. 21.
Defensiones an quandocumque proponere valeat. 198. 39.
Reo an semper fouendum sit. 36. 39.
Reorum an sit mos procrastinare accusationis tempus, & iudicij moras terere. 171. 13.

SACERDOS

Quis olim apùd Romanos, & Persas eligebatur. 189. 46.
Nùm eis magis credatur, quàm sæcularibus. 64. 7.

SACERDOTIVM

In habitu an sufficiat, quando fundationis verba fundationis prosequutionem respiciunt. 155. 14.

Digitized by Google

SALARIVM

Operarijs an debeatur de Iure Diuino. 53. 1.
Simplex an simplici officio præstetur. 101. 1.
Annè minuatur pro rata minuti laboris, & crescere debeat, vbi labor crescit? ibidem n. 5.
Nùm debeatur Officiali discedenti cùm superioris licentia. 200. 2.
Quidnè in Officiali absenti ex causa pestis? ibidem n. 11.
Famulo infirmo an debeatur. 53. 23.
Nùmue trium annorum spatio præscribatur? ibidem n. 12.

SALVIANVM

Interdictum an sit remedium possessorium. 25. 2. *demùmue* 52. 4.
Impediri an possit ex oblatione solutionis. 208. 1.
In eo opponi an valeat exceptio altioris indaginis. 25. 3.
An tollatur, si incontinenti de non iure actoris doceretur. 125. 5.
Quidnè si incontinenti dictum fuerit de dominio? ibidem n. 7.
Contrà habentem anteriorem hypothecam an possit intentari. 125. 1.

SANITAS

In homine an præsumatur. 38. 3.
Nùm sit difficilis probationis, & an ex coniecturis elucidetur? ibidem n. 5. *&* 6.
An sit præsumptio Iuris, & de Iure? ibidem n. 4.

SAPIENTIA

Nùm in canis sita sit. 189. 24.

SATISFACTIO

Quid sit. 146. 15.

SCIENTIA

An præsumatur in eo, qui inuestigare tenetur. 135. 28.
Præsumpta quando veræ æquiparetur. 111. 10.
Annè pro actus nulli ratificatione sufficiat. 102. 25.
Sine Doctoratus Laurea nùm inducat ad dispensandum circà Beneficiorum pluralitatem. 155. 29.

SCRIBA

Qui per negligentiam, vel dolum in inuentario fecit minorem rerum æstimationem, & secundùm illam fideiussores recepit, an teneatur ex conditione l. final. C. de Magistr. conuent. 69. 3.

SCRIPTOR

Ex allegatorum copia sit nè laudandus. 39. 26.

SCRIPTVRA

Priuata an fidem faciat. 137. 7.
Vt vim habeat contra tertium, quæ requirantur. 94. 3.
Si trino teste notata sit, an vim habeat publici instrumenti. 94. 8.
Publica an illa dicatur, quæ aliqua probatione indiget. 198. 13.
Publica iuxtà Patriæ morem celebrata, & legalizata, an vbique fidem facere, & exequi debeat. 28. 35.
Facta à Notario vt amico, an publica dicatur. 104. 1.
Ex quo fit comparatio, an probata dicatur, quando duo ex tribus testibus subscriptis eorum subscriptiones recognoscunt. 94. 12.
An secundùm temporis, ætatis, & calami variationem in characteribus varietur. 207. 5.
An exquiratur in probando compromisso. 173. 12.
Scripturæ in Regno an post conclusionem in causa præsentari valeant. 198. 8.
Scripturæ falsitas an Iudicis authoritate corrigi possit. 161. 4.
Scripturas hæreditarias penès se habens, an rei alienæ scientiam habere præsumatur. 4. 11.

SENTENTIA

An sit fortunæ euentus. 110. 2.
Nùm diuidere possit summam. 23. 42.
Festinanter exequuta an sit valida. 33. 26.
Inualida an concorditer à partibus ratificari possit. 144. 10.
Sine processu, & actis an probet. 197. 1.
Lata contrà eum, qui post conclusum in causa decessit, nùm valida iudicetur. 198. 5.
Contra defensorem defensorio nomine formata an subsistat. 80. 1.
Contra absentem promulgata nùm valeat. 165. 42.
Contra stylum prolata an valida sit. 49. 37. *iterumue* 50. 10.
Quando antiqua dicatur. 197. 4.
Nulla an sententia dici possit. 6. 24.
Annè confirmari valeat. 18. 11.
Nouissima aduersùs priorem in iudicatum transactam an nullius roboris sit. 147. 9.
In iudicatum transacta an omni posthabito impedimento exequenda sit. 172. 1.
Lata die feriato an sit nulla. 144. 2.
Annè per partes ratificari possit? ibidem n. 7.
Diffinitiua an ex nouis actis iustificari queat. 33. 2.
Quidnè de interlocutoria? ibidem per tot.
Interlocutoria vt vim habeat diffinitiuæ, quæ requirantur. 33. 14.
Et vim diffinitiuæ habens, an sententia diffinitiuæ appellatione veniat? ibidem n. 12.
Interlocutoria quò ad Iudicem nùm in iudicatum transeat. 33. 24.
Diffinitiua sit nè expectanda, quoties exceptio aliqua aduersùs publicam scripturam opponitur. 4. 75.
Aduersùs quam appellationis remedium intrà legitima tempora non opponitur, an in rem transeat iudicatam. 197. 12.
Si plura contineat separata capitula, nùm quò ad vnum caput valere possit. 12. 23.
De vno capitulo an duo facere possit diuisim pronunciando. 23. 43.
Mixturam continens an recipiat appellationem. 9. 1.
Mixtura an sit in sententia dumtaxàt consideranda. 9. 4.

Digitized by Google

Iniusta an transeat in iudicatum. 197. 16.
Lata per Iudicem ipso in actu, vel per diem ante discessum ab officio, nùm valida sit. 144. 13.
Secunda an valeat contra primam notoriè iniquam 197. 18.
Quod nullitati subiaceat, vel sit notoriè iniusta, an paria sint ad effectum, vt conformes dici nequeant. 18. 4.
Pro aliquo lata in ipsius priuilegium, an ei necessitatem illa vtendi imponat, si voluerit. 23. 15.
Pro ea parte, à qua appellatum non fuit, an in rem transeat iudicatam. 23. 25.
In rem iudicatam transacta an retractari possit, si de illius iustitia factæ fuerint probationes, & de dicta exceptione oppositum minimè sit. 31. 1.
Quando ad vnam magis partem, quàm ad aliam adaptari non valeat. 66. 40.
Ad vnius appellantis fauorem lata an profit illis, qui non appellarunt. 142. 1.
Exequi an valeat non obstante exceptione retentionis meliorationum. 225. 2.
Nùm sit attendenda in iurisdictione Iudicis concedenda. 226. 1.
Lata pro dote mulieris viduæ, aùt pauperis, nùm appellationem recipiat. 72. 4.
Absolutionis à iuramento an per appellationis interpositionem suspensionem recipiat. 165. 37.
Absolutoria excommunicationis an paratam exequutionem habeat, & per appellationem non impediatur. 165. 44.
Assistentiæ in eiusdem reuisione reuocata, an condemnatus ad rem restituendam, fructus etiam perceptos reddere teneatur. 220. 12.
Quando vnum continet sed diuisibile caput, an pro parte acceptari, & pro parte ab ea reclamari possit. 23. 38.
In possessorio lata, nùm appellationem admittat: 72. 13.
Præuia partis citatione an requiratur super declaratione Domini volentis, esse caducitati locum. 49. 15.
Arbitri iuris an sententiæ appellatione contineatur. 82. 18.
Nùm ab aliorum Iudicum sententia differat, quãdo à statuto exequutionem meretur. 82. 21.
Trium arbitrorum discordantium an valeat in minori summa. 32. 7.
S. R. C. an Regis nomine proferatur. 111. 13. *demùmue* 172. 4.
Anuè statim lecta, & promulgata, vt Lex habeatur. 111. 15.
Sententiæ S. R. C. circà rerum emphyteuticarum devolutionem ob canonem non solutum, an semper admittant morosos, emphyteutas ad purgandam moram. 49. 30.
An tot sint, quot eius capitula. 23. 33.
Tres quando, & quomodo conformes dicantur, vt exequutioni mandari possint. 18. 16.
Tres conformes an exequutioni mandentur nullitatis exceptione non obstante. 18. 9.
Sententiæ qui acquieuit, nùm ab illa amplius appellare valeat. 142. 11.

SEDILE.

Sedilia Ciuitatis Neapolis nùm aggregare possint sine speciali Regis licentia, & sine vnanimi omnium consensu. 183. 10.
Quid in reintegratione? ibidem n. 11.
Sedilis maior pars nùm in aggregatione, & in alicuius forinseci admissione minori parti præiudicare valeat. 183. 5.

SENECTVS

Quid sit. 189. 15.
Nùm in tres partes diuidatur? ibidem n. 16.
An morbus insanabilis dicatur. 189. 11.

SENEX

Quis dicatur. 189. 5.
Nùm ægrotantium numero habeatur? ibidem n. 9.

SEPARATIO

Partis fundi non perpetua, sed propter vberiorem culturam, an fundum diuersum faciat. 67. 7.

SEPVLTVRA

In loco Sacro an debita sit Christianis. 26. 3.
Per eorum Parochos an gratis præstanda sit? ibidem n. 4.
Vendi an possit absque labe simoniæ? ibidem n. 1. & 8.
Distrahi an valeat pro creditorum solutione. 26. 9.
Ad hæredes nùm transmittatur? ibidem n. 16.
Nùm transeat cùm bonorum vniuersitate? ibidem n. 18.

SEQVESTRVM

Concedendum nè sit in casu, quo adesset timor difficilis exactionis, & recuperationis fructuum. 63. 8.
Vt appellatione pendente fiat, an sufficiat qualis qualis dissipationis timor. 63. 2.
Fieri an debeat, si possessor fructus omnes in proprios vsus conuertat. 63. 5.

SIGILLVM

An magnæ authoritatis sit. 143. 2.
Principis an peculiarem probationem ostendat? ibidem n. 4.
An subscriptioni æquipolleat? ibidem n. 7.
In Regijs priuilegijs an pro forma apponatur. 143. 13.
An Domini placito impressum præsumatur? ibidem n. 19.
Quando sufficiat, vt quis tanquam Procurator admittatur absque cautione de rato. 143. 25.

SIGNVM

An requiratur in instrumento. 167. 5.
Testis an pro subscriptione sufficiat in materia text. in l. scripturas, C. qui potior. 186. 5.

SYLLABA

An frustrà intelligi debeat interposita. 175. 17.

SYLVA

Cedua quæ dicatur. 174. 15.

SYNDICVS

Patrata facinora in Vniuersitatis territorio an denunciare teneatur. 109. 8.

Quan-

Digitized by Google

Quando excusetur? ibidem n. 9. & seqq.

SIMONIA

An in rei spiritualis venditione committatur. 158. 11.

Eius suspicio an purgetur, vbi Summi Pontificis accedit authoritas? ibidem n. 6.

SIMVLATIO

An præsumatur, vbi ad eius exclusionem sumi posset interpretatio. 90. 3.

Quæ præsumptiuè resultat, quando venditor in rei venditæ possessione remanet, an contractum simulatum faciat. 90. 1.

An probetur ex confessione extraiudiciali facta per contrahentes post celebratum contractum? ibidem n. 7.

An in specie probanda sit? ibidem n. 8.

SINGVLARITAS

Adminiculatiua, vel cumulatiua an aliquid repugnans contineat. 36. 45.

Num testimonia laceret. 139. 8.

Obstatiua quænam dicatur. 139. 2.

Annè testes contrarios reddat? ibidem n. 3.

Diuersificatiua an in actu reiterabili consideretur. 139. 11.

SOCIVS

Emens an de propria pecunia emisse præsumatur. 190. 2.

In venditione an præferatur. 99. 15. *de mùmue* 169. 8.

Ratione societatis an socij priuilegio gaudeat. 22. 11.

Num ex institoris contractu obligetur. 122. 11.

Bonorum omnium an communicare debeat, quod nomine proprio emit. 127. 53.

Rem communem vendens an consocio præiudicet, quin partem suam vindicare possit. 169. 2.

SOCIETAS

Quid sit. 127. 38.

Quibus modis contrahatur. 190. 6.

An solo consensu perficiatur. 127. 2.

Num verbis, & factis exprimi valeat. 190. 7. *nec non* 127. 3.

Ex sola retentione indiuiduæ paternæ hereditatis an inducatur. 190. 8.

An nedùm alicuius mercis, sed etiam bonorum omnium contrahi possit. 127. 1.

Bonorum omnium quando tacitè contracta dicatur. 127. 21.

Inter plures fratres ex communicatione lucri vnius negotij an inducta censeatur? ibidem n. 24.

Annè probetur, cùm duo fratres post patris mortem in paterna domo communiter habitant? ibidem n. 48.

Vniuersalis inter plures fratres ratione mutuæ coniunctionis an facilè præsumatur. 127. 23.

Contrahi num impediatur, si vnus ex socijs in separato libro bona vti propria describat, & postea illa communicet? ibidem n. 32.

Num iuxtà sociorum consuetudinem contracta videatur. 127. 57.

An omnium sociorum facto, & consensu solui debeat. 127. 55.

SOLEMNITAS

An pro forma introducta dicatur. 45. 11.

Ex consuetudine introducta an sit de actus substantia. 1. 5.

Pro forma requisita si non seruetur, num actus nullus reddatur. 37. 42.

Quidnè si vtilis sit. 45. 21.

Per statutum requisita an locum habeat in obligatione necessaria. 45. 23. *demùmue* 95. 5.

Num lasionis præsumptiones auferat. 102. 37.

Quæ in alienatione requiritur, an necessè sit, vt quoque interueniat in actu, ex quo alienatio sequi potest. 45. 4.

Sit nè seruanda in venditione rerum minoris pro debito hæreditario. 131. 1.

In testamentis requisita num requiratur in testamento inter liberos. 206. 3.

Extrinseca instrumenti an propter temporis antiquitatem præsumatur. 152. 5.

In procuratoris constitutione num à muliere adhibenda sit, quæ adhibenda foret, si ipsamet tunc actum illum fecisset. 45. 3.

Statuti suæ Ciuitatis an seruanda sit per eum, qui contrahit, etiam si contrahat in alio loco, in quo illa non requiritur. 102. 1.

Solemnitates per S. C. T. sess. 25. cap. 16. de Regular. *enunciatæ, an requiratur in donatione, siue renunciatione confecta in testamento per testatorem Religionem ingredi volentem, vel etiã ingressum condito.* 37. 33.

SOLVENS

Putans ad id teneri, an suo iuri præiudicet. 102. 28.

SOLVTIO

Facta num dicatur, quando id, quod soluitur statim restituitur. 201. 28.

Facta pro indebitis vsuris an directò in sortem computetur. 126. 24.

Facta per Bancam an præsenti pecunia facta dicatur. 164. 9.

Annè non numeratæ pecuniæ exceptionem excludat? ibidem n. 8.

Subsequuta an declaret, qualis fuerit conuentio præcedens. 201. 32.

Particularis marito facta num in dubio in dotis debitæ causa facta censeatur. 103. 19.

Fructuum dotis an ex appellatione retardetur. 72. 16.

Num in eadem monetæ specie facienda sit, quæ in pactum deducta est. 201. 22.

An probetur testibus in prõptu productis ad impediendam instrumenti liquidationem. 81. 19.

Per testes probari an possit, cùm in instrumento cautum extat, vt illa per testes probari non possit, nisi per scripturas. 81. 26.

Vnica, in qua adest quietatio de omnibus, quæ debentur pro toto tempore præterito vsque ad illud tempus, an præsumere faciat retro fuisse solutum. 152. 15.

Solu-

Digitized by Google

Solutiones tres continuatæ an per scripturas ostendendæ sint, vt locum habeat textus in l. quicumque, C. de apoc. public. 152. 13.
Solutionis oblatio an impediat saluianum interdictum. 208. 1.
Soluere an quilibet pro alio possit. 208. 3.

SOROR

Maritata nùm collatis dotibus vnà cùm sorore in capillo succedat. 81. 10.

SPECIES

Secundùm Iura loquuntur, an constituatur ex parua, & leui differentia. 78. 21.
Diuersæ an sub vno genere subalterno contineantur. 78. 23.

SPES

Futurarum rerum vendi an possit. 85. 18.

SPIRITVALIA

In laicum an compromitti valeant. 64. 11.

SPONSVS

An illud omne lucretur, quod ex pacto in mortis casum exigè conuentum fuerat, cùm alter ex sponsis solitariam vitam professus Monasterium ingreditur. 7. 13.

STATVS

Præsens nè, an futurus attendi debeat. 57. 6.
Vltimus nùm attendendus sit in materia præcedentiæ. 16. 61.
Iuris an ex locorum differentijs mutetur. 102. 4.

STATVTVM

Per quem probandum sit. 14. 3.
Ad eius esse nùm requiratur vsus? ibidem n. 4.
Eius vsus an præsumatur? ibidem n. 6. 7. *&* 11.
In vsu esse quando dicatur. 148. 1.
Per non vsum an tollatur. 14. 12.
Non fuisse vsu receptum vt dici possit, quæ requirantur. 14. 17.
An ex statuentis intentione vim habeat? ibidem n. 21.
Iuri communi repugnans an restringi debeat. 137. 28.
Contra commune Ius nùm intelligi debeat, vt illud minus, quàm fieri possit, lædatur. 213. 13.
Iuri communi conforme an declarationes omnes, & restrictiones Iuris communis recipiat. 44. 12.
Si clausulam decreti irritantis contineat, nùm à consuetudine legitimè præscripta derogari possit. 14. 25.
Exceptiones omnes reijciens an comprehendat nullitatis exceptionem. 18. 22.
Loquens de mera sententia diffinitiua an locum habeat in interlocutoria vim diffinitiuæ habente. 33. 13.
Loquens de dote an procedat in donatione propter nuptias. 18. 46.
Mandans salarium præscribi per aliquod temporis spatium, an intelligatur de salario calculato. 53. 21.
Disponens, quòd adhiberi debeat proximiorum consensus in mulierum concractibus, nùm ad fraudes dumtaxàt euitandas emanatum credatur. 38. 12.
Propinquorum authoritatem exigens in contractibus minorum, an intelligatur, si extent propinqui. 94. 16.
Quæuè requirantur pro annullando actu. 234. 8.
Vocans proximiores nùm intelligatur de proximioribus in successione. 237. 5.
Exigens consensum duorum, an de proximioribus intelligatur. 38. 14.
Cùm aliquam exigit solemnitatem in factis mulierum solemnitate illa minimè seruata an actus nullus dicatur. 45. 2.
Agnationis rationem habens an cognationis vinculum excludat, quando est cùm illo agnationis coniunctum. 61. 7.
Disponens filias aliquid vltrà dotes datas petere haùd posse, nùm illas excludat à supplementi petitione. 27. 1.
In personas loquens an comprehendat forenses, quãdo pro finali ratione habet, vt bona in familia conseruentur. 102. 18.
Quando haùd bona, sed personam respicit, nùm ad bona etiam territorium extrà trahatur. 61. 42.
Disponens de dote lucranda an locum habeat in promissa. 230. 1.
De lucro dotis an sit fauorabile. 213. 15.
Anuè in eius augmento procedat? ibidem n. 12. *&* 14.
Prohibens aliquem testari sine certa solemnitate, an comprehendat testamentum ad pias causas. 206. 9.
Disponens, vt detur viduæ interesse post annum luctus ex retardata dotis solutione, an licitum sit. 126. 43.
Interesse illiquidum nùm taxare possit, de quo constat per probationes, vel coniecturas. 126. 45.
Generale certas solemnitates in mulierum contractibus requirens, an locum habeat in causa dotis. 95. 1.
Disponens, quòd Mercatorum libris fides adhibeatur, an generaliter tàm contra debitorem, quàm contra tertium intelligatur. 137. 12.
Concedere an possit hypothecam, exequutionem, & vim publici instrumenti libris Mercatorum. 137. 26. *nec non* 203. 3.
Quòd stetur libris Mercatorum, an quolibet in foro seruari debeat? ibidem n. 41.
Mandans creditorem in pecunia cogi posse ad accipiendum bona insolutum, an locum habeat in contractu iurato. 141. 38.
Mandans citationem fieri denominato debitore, an Procuratorem comprehendat. 154. 2.
Prohibens extractionem frumenti, an farinæ extractionem prohibere dicatur. 184. 7.
Anuè procedat in eo, qui aliundè emit frumentum, deindè per statuti locum transit ad finem transferendi ad alium locum? ibidem n. 20.
Prohibens aliquem capi in domo, an prohibeat capi in apotheca. 67. 12.
Puniens delinquentem in Ecclesia, an procedat, si delictum in Ecclesiæ apotheca commissum sit. 67. 11.

Digitized by Google

Mandans, vt à pulsu campanæ de sero nullus cùm armis incedat sub certa pœna, quomodo intelligendum sit. 124. 12.
Quòd stetur iuramento damnum passi, an restringi debeat, si Dominus animalium contrarium probare vellet. 57. 10.
Appellationem prohibens nùm ad incidentia, & emergentia extendatur. 60. 2.
Reijciens probationes in appellationis, vel nullitatis causis, an reijcere censeatur eas, quæ denuò emergunt. 33. 8.
Nullitatis exceptionem excludens, an notoriam nullitatem ex actis patentem excludere censeatur. 151. 11.
Prohibens agere post annum de nullitate, an excipientem post annum comprehendat. 151. 4.
In dubio an disponere censeatur in materia iurata. 141. 39.
Debitori moroso an pœnam imponere possit. 126. 44.
Contrahentis calliditati nùm opitulari debeat. 234. 2.
Ex rationis identitate nùm ad similia extendatur. 220. 10.
Statuti qualitas quando præsumptiuè expressa dicatur. 104. 7.
Post conclusum in causa nùm probari possit. 198. 7.
Eius verba nùm adunguem seruari debeant, vt statuti dispositio locum habeat. 44. 11.
An verò sufficiat, vt impleatur mens, etsi eius verba offendantur. 27. 15.
Statuto nùm subiaceat, qui actum facit ex necessitate. 45. 28.

STERILITAS

Qualis esse debeat in fructibus, vt competat mercedis remissio. 222. 4.
Prædij cùm superuenit, an colono minuenda, siue etiam remittenda sit pensio. 85. 11.

STYLVS

Vltimus Tribunalis an præualere debeat. 47. 28.
Curiæ an pro Lege seruandus sit. 49. 33. *iterùmue.* 50. 8.
Quidnè si in contrarium Iuris esset dispositio? ibidem n. 36.
S. C. circà moræ purgationem an se conformet cùm canonica æquitate. 49. 27.
An stylo potiùs, quàm consuetudini standum sit. 49. 38.

STIPVLATIO

Patris dotantis de dote restituenda stantibus liberis quid operetur. 235. 13.
Notarij an operetur, vt ius absenti quæratur absque acceptatione. 88. 5.
Secundùm vsum Capuanæ, & Nidi si fiat per vnum ex successoribus per consuetudinem vocatis, an locum faciat omnibus æqualibus in gradu, & ab ea consuetudine vocatis. 235. 3.

SVBHASTATIO

An necessariò præcedere debeat in alienatione bonorum minoris. 134. 1.
Quidnè in alienatione rei Ecclesiasticæ? ibidem n. 19.
Subhastationis defectus an nullitatem inducat. 134. 16.

SVBINGRESSIO

Legalis nùm à creditoris voluntate pendeat. 215. 18.
Quando locum habeat? ibidem n. 14.

SVBROGATVM

An eius naturam, in cuius locum subrogatur, assumat. 86. 9.

SVBSCRIBENS

An omnia in præcedenti scriptura contenta virtualiter scripsisse dicatur. 212. 2.

SVBSCRIPTIO

An insimul cùm sigillo requiratur. 143. 8.
Notarij an sit de substantialibus instrumenti. 167. 3.
Testium an requiratur, vt creditor vti possit beneficio l. scripturas, C. qui potior. in pign. 186. 1.

SVBSEQVENTIA

Nùm ex precedenti titulo declarentur. 211. 12.

SVBSTANTIA

Vbi deficit, an inueniatur qualitas. 15. 29.
Legitimè, & sufficienter non probata, an quantitatis probatio inanis sit. 36. 31.

SVBSTENTATIO

Congrua pro resignationis validitate quænam dicatur. 189. 141.

SVBSTITVTIO

Compendiosa quænam sit. 140. 4.
Reciproca tacita vt induci possit, quæ requirantur. 112. 12.
Nùmue fieri possit inter filios in legitima institutos? ibidem n. 8.
Compendiosa nùm filijs facta censeatur per consuetudinem Capuanæ, & Nidi. 235. 39.
Concepta per verbum quandocumque *nùm compendiosa dicatur.* 140. 6.
Vulgaris sub conditione si sine filijs decesserit, *an per superuenientiam liberorum annulletur.* 140. 11.
Annè vulgaris sit, si huic conditioni adiecerit verba illa, tunc, & eo casu? *ibidem n.* 14.

SVBSTITVTVS

Mortuo instituto ante testatorem nùm admittatur. 140. 1.
An idem, quando institutus, cùm liberis decesserit? ibidem n. 9.
Filio pupillariter an cùm matre in omnium bonorum vsufructu concurrat. 239. 7.
A Procuratore ad videndum iuramenta testium an omninò citari debeat. 231. 13.

SVCCESSIO

Parentum nùm liberis debeatur. 210. 7.

SVCCESSOR

An pro eodem Iudice habeatur. 33. 32.

Ad

Digitized by Google

Ad cum nùm transeat declaratio personalis? ibidem n. 31.
Vniuersalis an pro alimentis conueniri valeat. 129. 14.
Singularis quando colono stare non teneatur. 99.5.
Per sententiam Iudicis an colono stare teneatur. 99.21.
Defuncti facto an contrauenire valeat. 65. 12.

SVCCVMBENS

Priori in instantia an suppletiuum iuramentum appellationis in causa obtinere possit. 36.48.

SVMMA

Minor nùm adsit in maiori. 32. 6.
Maior nùm tendat ad abdicandam iurisdictionem Iudicis inferioris. 115. 6.
Per sententiam an diuidi possit. 23. 42.

SVPPLICANS

Contrario imperio an supplicationi in forma adhaerere teneatur. 33.5.

SVPPLICATIO

Quæ Præsidi S. R. C. porrigitur, cùr cùm titulo Sacræ Regiæ Maiestati *dirigatur. 180. 12.*

SVSPENSIO

A Diuinis ipso iure nùm species sit interdicti. 189. 150.

TACITVM

Quod ab expresso deducitur, nùm pro expresso habeatur. 235. 23.
Taciti, & expressi nùm eadem semper sit virtus. 127.44.

TACITVRNITAS

Minoris per quinquennium an suppleat iniustitiam aliundè causatam. 102. 23.

TAXATIO

Illicita nùm contractum illicitum faciat. 90. 48.

TEMPVS

Legale vt in perpetuum duret, an partes per pactum prorogare valeant. 2. 25.
In quo actus perficitur, an verò illud, in quod effectus confertur, attendendum sit in dispositione. 37. 5.
Quodnam longum, vel breue iudicetur, an prudenti Iudicis arbitrio committatur. 53. 28.
Ad appellandum statutum an post scientiam specificam ex intimatione prouenientem currere incipiat. 111. 4.
Quidue ex intimatione domi facta? ibidem n. 6.
Ad introducendam appellationem quot dierum sit. 114. 11. & seqq.
Decendi, ad appellandum indultum an sit vtile. 124. 4.
Dicendi de nullitate à decretis interlocutorijs in Regno Neapolis an sit dierum sex, & curras de momento ad momentum. 5. 20.
Ad appellandum quando non currat. 34. 3.
Prosequendæ appellationis nùm aduersùs pauperem currat. 34. 1.
In compromisso adiectum nùm à die acceptationis currere incipiat. 62. 32.
Contractus nùm attendendum sit, vt læsio considerari possit. 27. 22.
An illud dotationis attendatur, adhoc vt dos congrua dici valeat. 27. 23.
Tempora an mutentur. 49. 26.
Quid petant, an in omnibus considerandum semper sit. 16. 23. demùmue 189. 79.
Prioritas temporis an attendatur, cùm adest imparitas ratione alicuius circumstantiæ. 16. 18.
Temporis diuturnitas requisita in l. Procula. D. de probation. *quomodo indicari soleat. 46. 12.*

TENVTA

Feudi an transferatur ante assensus impetrationem in contractu feudali. 211. 4.

TERMINVS

Summarius ad probandam paupertatem impartiri nè debeat, quando ex inuentario in actis edito, Iudici liquet, paupertate non laborare nullitates proponentem. 34. 20.
Quidnè stante notoria paupertate? ibidem n. 22.
Et quid in notoriè diuite? ibidem n. 21.
Ad concomitandum an super scripturis aliqualem fidem facientibus impartiatur. 198. 14.
Annè concedatur super scripturis, quando contenta in eis in libello sunt enunciata? ibidem n. 20.
Ad impugnandum contenta in scripturis an detur, quando contentum in eis enunciatum fuit in libello. 198. 18.
Annè concedatur aduersùs scripturas forenses, siuè iudiciales? ibidem n. 21.
Ad melioramentorum liquidationem quando præfigendus sit. 225. 7.
Datus in rescripto delegatorio, infrà quem causa finiri debeat, nùm de partium consensu prorogari valeat. 2. 23.
Termino probationis elapso an audiatur, qui iuramentum deferre vult. 121. 5.
Vltimus eius dies nùm ipso in termino computetur. 109. 18.

TERRITORIVM

Nùm Ciuitatis appellatione veniat in materia indifferenti. 96. 9.

TERTIVS

An dicatur, qui ab aliquo causam habet. 15. 6.
Causam à debitore habens, ipsomet debitore viuente, quanto tempore præscribat. 15. 5.
Veniens ad iudicium pro suo interesse an prosequi teneatur causam in eo statu, in quo reperitur. 149. 4.
Possessor an pro alimentis per debitorem debitis molestari possit. 129. 7.
Conueniri an valeat, quando debitor est soluendo. 25. 7.
Quid debitore defuncto, non facta prius bonorum hæredis principalis debitoris excussione? ibidem n. 38.
Vt cõueniri possit principali debitore non discusso vigore clausulæ constituti, an probandum sit, quòd tempore obligationis res fuerit in bonis, & de bonis debitoris. 25. 40.
Possessor cùm titulo an præscribat decennio inter præsentes, & viginti inter absentes. 15. 30.

Digitized by Google

TESTAMENTVM

An ex sola testatoris voluntate pendere debeat. 3. 27. *nec non* 61. 27.

An liberè reuocari possit. 37. 30.

Nùm veniat appellatione instrumentorum? ibidem n. 31.

An quis condere possit, si nihil in bonis habeat. 39. 19.

Facere velle an videatur, qui alteri bona sua donat. 39. 17.

Confici an possit à filio familias. 61. 34.

Inter liberos an valeat sine solemnitatibus à Iure requisitis. 206. 3.

Solemnitatis ratione imperfectum vt valeat inter liberos, quando procedat. 206. 10.

In scriptis, si non valet vt in scriptis, an valeat, vt nuncupatiuum vigore clausulæ omni modo meliori. 193. 34.

Primum an in totũ tollatur per posterius, quamuis clausulam codicillarem habeat. 103. 55.

Secundum an omnia in priori dispositа, & legata reuocet, si de prioris reuocatione nihil dictum fuerit. 103. 54

Testamenti factio quibus ex actibus amittatur. 39. 21.

Testamento irrito an actus in eo gestus irritetur. 37. 36.

TESTATOR

An rei suæ dicatur moderator. 210. 14.

In conditione potestatiua, quid respexisse dicatur. 153. 9.

Inhibere an possit hæredi, nè inuentarij beneficio *vtatur.* 141. 56.

Si vsus esset dictione donec, *quid voluisse præsumatur.* 3. 6. *nec non* 187. 19.

Certarum rerum alienationem simpliciter prohibens, an hæredem sua quarta priuare voluisse videatur. 59. 2.

Quid in bonorum omnium alienationis prohibitione? ibidem n. 5.

Legando sub conditione si intrauerit, *an de effectuali ingressu intelligat.* 35. 8.

Nùm vxorem propriam magis, quàm extraneos etiam parentes dilexisse præsumatur. 210. 17.

Cùm multum dilexit vxorem an præsumatur, quòd plenius, pinguiusque ei prouidere voluit. 3. 9.

Legando quando contraxisse videatur. 103. 63.

An tantum reliquisse censeatur, quantum deducta legitima importat. 181. 18.

Fundans capellam, an eam ab Episcopi potestate eximere valeat. 188. 35.

In vita sua ad legatum soluendum an conueniri possit. 103. 62.

Testatoris verba an cùm effectu intelligi debeant. 35. 4.

An voluisse præsumatur, quòd legatarius relictum statim consequatur. 4. 60.

TESTATVS

Pro parte, & pro alia intestatus quando quis decedere possit. 61. 40.

TESTIFICATA

Didicisse quando quis dicatur, vt ab vlteriori probatione reijciatur. 219. 13.

TESTIMONIVM

Veritatis an libero arbitrio, & voluntati alicuius committatur. 166. 5.

Mentis nostræ an nullum maius sit, quàm qualitas inspecta factorum. 127. 8.

Quatuor Clericorum nùm tantùm valeat, quantum sex laicorum. 64. 8.

TESTIS

Vnicus, quando est integer, an semiplenè tantùm probet. 139. 6.

Quando plenam probationem faciat. 192. 5. *demùmue* 240. 2.

Vnicus an sufficiat in possessorio. 192. 8.

Periurij ratione an inhabilis iudicetur. 36. 17.

Iuratus nùm proprium testimonium scribere valeat, & ità scriptum Iudici tradere. 166. 11.

Deponens aliquid factum esse ante stipulationem, an contrarius sit alteri deponenti post eam. 160. 1.

Duo legitimi legitimè deponentes an sufficiant ad probandum factum aliquod notorium, seù manifestum fuisse. 170. 27.

Singulares si de loci diuersitate deponant, & de vnicum actum probando ageretur, an probent. 139. 1.

Singulares cùm sunt, an minus probent mille, quàm vnus. 139. 5.

Multi singulares an semiplenè probent. 36. 42.

Deponente de diuersitate loci, & temporis an singulares dicantur? ibidem n. 9. *&* 10.

Singulares singularitate diuersificatiua an coniungi valeant. 139. 12.

Quidue in singularitate adminiculatiua. 36. 47.

Super quantitate diuersimodè deponentes quomodo ad concordiam reduci debeant. 32. 4.

Deponentes habere notam manum, vel notitiam manus, an plenè probent. 186. 8.

Quando variè deponunt de pretio, vel alicuius rei venditæ valore, an quantitates simul coacernandæ sint. 32. 3.

Quando absolutè deponunt, aliquos esse fratres, an probent. 216. 5.

Produci an possint ad concomitandum dotale instrumentum, etiam contra personam ineo non nominatam. 71. 18.

Ad probandum diuitias nùm admittantur, quando rationem reddunt, quia domestici, vel vicini, aut coniuncti. 34. 18.

Post didicita testificata nùm admitti possit. 198. 16.

Non ritè, & rectè examinati priori in instantia, an post didicita testificata super eisdem, vel directò contrarijs in causa appellationis examinari possint. 219. 14.

Alij an cùm repetendis examinari possint super eisdem capitulis, concessa testium repetitione. 219. 18.

Ad reuelationem excommunicationis in Curia Episcopali recepti, an per extensum laicali in Curia.

Digitized by Google

examinandi sint. 219. 21.
Postquam publicati sunt, an vlteriùs examinare liceat? ibidem n. 15.
Publicatis attestationibus nùm alios produci, & examinari possint ex vi clausulæ sola facti veritate inspecta. 193. 6.
Sine partis citatione examinati an probent. 231. 1.
Quinque an sufficiant ad probandum legatum extraneis relictum. 206. 13.
Duo scripti in apocha superstites an deponere debeãt de veritate contentorum in ipsa apocha. 94. 34.
Duo an sufficiant ad probandum, cedulam, in qua dispositio inter liberos continetur, testatoris manu scriptam esse. 207. 3.
Dicentes, se notam scribentis manum habere, an probent. 207. 8.
Esse an possint Religiosi absque superioris licentia. 64. 3.
An maior fides præstetur duobus testibus in specie, quàm mille in genere deponentibus. 43. 12.
An testibus iudicandum sit. 36. 22.
Testis persona an potissimùm attendi debeat. 36. 23.
Eius infamia an per tortvram purgetur? ibidem n. 18.
Testium certus numerus, qui pro alicuius actus solemnitate exigitur, an in ipsius etiam probatione requiratur. 94. 2.
Testium reductio ad concordiam quando fieri possit. 160. 3.
Eorum depositio in tempore discordantium an valeat? ibidem n. 1.
Testis repetitio per simplicem relationem ad reuelationes, vel primum examen an valida dicatur. 219. 20.

TITVLVS

An præsumatur ex tempore, cuius initij memoria in contrarium non extat. 152. 9.
Si ad colorandam possessionem fuerit productus, an iudicium possessorium efficiatur mixtum. 9. 11.
Si fictus sit, an dominium, & possessio transferantur, quando vera adfuit traditio. 211. 9.
Dotis an dominium in maritum transferat. 213. 6.
Institutionis, qui in filijs exprimi debuit, an subintelligatur in testamento, cum illic adest clausula omni modo meliori. 193. 31.
Propter notorium tituli defectum an fiat Beneficij Ecclesiastici restitutio. 91. 4.
Tituli coloratio nùm attendatur in beneficialibus? ibidem n. 3.
Tituli probatio nùm requiratur in reuocandis attentatis. 91. 3.
Ex titulo precedenti an subsequentia declarentur. 211. 12.

TYRANNVS

An valeat interfici. 87. 17.

TORTVRA

An purget testis infamiam. 36. 18.

TRACTA

Nùm soluenda sit pro quantitate frumenti in pœne implicata. 184. 14.

TRADITIO

An pura esse possit, si contractus conditionalis sit. 191. 20.
Corporalis vbi requiritur, an sufficiat constitutum. 238. 7.
Possessionis si per actum fictum fiat, an quid facti sit. 191. 19.

TRANSACTIO

An valida dicatur, quando inita fuit cùm aliquo tanquam cùm fratre, qui talis non est. 102. 35.

TRANSLATIO

Actionum, quæ fit legis ministerio, an potentior sit homine. 215. 13.

TRANSMISSIO

Actorum nùm integra fieri debeat. 114. 6.

TREBELLIANICA

Quid sit. 54. 5.
Num detrahi dicatur contra testatoris mentem. 48. 10.
An certa dicatur, & liquida ratione loci, & quotæ ante æris alieni deductionem. 54. 21.
An perdatur inuentario minimè confecto. 48. 6.
Nùm antequam restitutionis fidicommissi casus aduenerit, detrahi possit. 54. 4.
An pro illius detractione bona fideicommisso subiecta alienari queant? ibidem n. 3.
Heredibus extraneis an prohiberi possit. 59. 6.
Quidnè filijs primi gradus? ibidem n. 7.
Eius deductio nùm alijs de bonis prohibeatur, cùm particularis adest prohibitio de certas res alienando. 59. 1.

TRIBVNAL

S. R. C. à quo Rege erectum fuit. 180. 10.
Quonè tempore in Monasterio S. Claræ regebatur, & quando in Castrum Capuanum fuit translatum? ibidem n. 13.
Regiæ Cameræ Summariæ in causis, in quibus non habet interesse, an se intromittere valeat. 78. 6.

TVTELA

Pubertate completa an finiatur. 30. 14.
Ea finita an finiatur Tutoris potestas quò ad causas cœptas? ibidem n. 16.

TVTOR

Nùm à tutelæ datione appellare valeat. 30. 2.
Si appellauerit, an interim administrare cogatur? ibidem n. 8.
Vsque ad quod tempus administrationis rationem reddere teneatur. 46. 15.
Ante redditam vniuersalem rationem nùm ad restituendum bona in inuentario descripta conueniri possit. 179. 7.
Cùm per instrumentum quarantigiæ suffultum ad bonorum in inuentario descriptorum restitutionem obligatus est, an exceptioni ad huiusmodi restitutionem impediendum renunciasse videatur. 179. 16.
Ante redditam rationem an conueniri possit, quando se obligauit, quòd finita administratione rationem reddet, & reliqua soluet? ibidem n. 19.
Creditum suum rationibus non redditis an exigere

Digitized by Google

valeat, si ad illas reddendas contumax esset. 179. 28.
Ex bonis, seù pecunijs ad eum peruentis, an sibi creditum suum satisfeciſſe præsumatur? ibidem n. 33.
An teneatur ergà pupillum de eo, quod potuisset lucrari emendo census. 126. 37.
Pro re pupilli perperam, & minus solemniter alienata nùm emptori de euictione proprio nomine teneatur. 182. 1.
Ex gestis in rerum pupillarium administratione, an ea finita de euictione teneatur? ibidem n. 5.
Rem pupilli perperam alienans, an in dolo esse censeatur? ibidem n. 2.
Promittendo dotem vltrà patrimonij vires an de proprio teneatur. 182. 3.
Tutela finita an lites cœptas prosequi adstringatur. 30. 17.
Annè eius potestas quò ad causas cœptas finita tutela finiatur? ibidem n. 15.

VALETVDINARIVS

Quis dicatur. 189. 36.

VARIATIO

In characteribus nùm inducatur ex temporis, ætatis, & calami variatione. 207. 5.

VASALLVS

Nùm feudum renunciare possit Domino inuito. 87. 6.
Quidnè quando illud cùm seruitio certo concessum est? ibidem n. 14.
An idem, quando Dominus crudelis est, & tyrannus? ibidem n. 16.
Et quid ob loci sterilitatem? ibidem n. 23.
An in continua alienationis pertinacia manere dicatur, si Dominus non recognoscat. 49. 70.
In sui Domini præiudicium an alterius Iudicis iurisdictionem prorogare valeat. 145. 4.
Annè inuito Barone ad Regias Curias confugere possit. 199. 13.
Nùm a iuris iurandi vinculo liberetur, quando Dominus ob commissum delictum aduersùs Superiorem feudo priuatus est. 87. 19.
Vasallo bannito an subditi a fidelitatis iuramento liberentur. 87. 20.

VENDITIO

Cùm dominij reseruatione nùm à venditore rescindere queat. 13. 13.
Rei minoris quæ necessariò requirat. 134. 8.
Fructuum an locationi æquiparetur. 119. 48.
Pignorum an fieri dicatur iure creditoris, quando fit subhasta instantibus creditoribus. 66. 27.
Facta a tribus ex quatuor socijs an alteri præiudicet. 169. 1.
Ad mensuram quando dicatur. 191. 15.
Facta ad mensuram, vel ad pondus, nùm ante mensurationem, vel ponderationem perfecta dicatur. 191. 4.
Rerum in pondere, numero, & mensura consistentium an perfecta dicatur etiam quò ad periculum, quando totum corpus venditum fuit. 191. 13.

VENDITOR

Nùm de euictione teneatur. 13. 55.
Propter euictionis periculum an emptorem defendere, litique assistere, & à sententia contra emptorem lata appellare valeat. 149. 1.
Veniens ad iudicium pro emptoris defensione nùm admittatur in statu, in quo causa reperitur 149. 3.
Si minor fuerit, an per viam restitutionis in integrum admitti possit ad appellandum à sententia in rem iudicatam cùm emptore transacta. 149. 6.
Rem vendens cùm dominij reseruatione pendente pretij solutione, si res illa ad sui instantiam maiori pretio vendatur, an maius pretium consequatur. 13. 11.
In rei venditæ possessione remanens, an faciat contractum de simulationis vitio argui. 90. 1.
Rescindere an valeat venditionem, quando res cùm dominij reseruatione vendita est. 13. 11.
Rem propriam vendere nùm teneatur iuxta pretium à Reipublicæ Administratoribus definitum. 77. 21.
Rem venditam tradere an teneatur pretio non soluto. 90. 29.
In generali venditione nùm ea vendidisse videatur, quæ ad eum pleno iure non spectant. 99. 13.
An iustè recipiat fructus secundùm damni compensationem, quod habuit ob dilatam pretij conuenti solutionem. 90. 25.
Cùm dilationem emptori dedit ad soluendum habita fide de pretio, an pretij vsuras petere valeat. 90. 39.
Eodem tempore rem, & pretium an penès se habere possit. 176. 15.
Census nùm ad solutionem collectarum per Communitatem super censibus impositarum teneatur. 20. 1.

VENTER

An patiatur dilationem. 53. 6.

VERBVM

Domina *quid importet.* 210. 4.
Dono *an secundùm subiectam materiam intelligi debeat.* 118. 13.
Emponemata, *quo Iura vtuntur, quid significet.* 90. 53.
Inperpetuum *an dominium inducat.* 9. 16.
Obseruando lectum viduilem *an idem sit, ac verbum* si lectum viduilem seruauerit. 187. 17.
Perueniat *quid significet.* 238. 10.
Pleno iure *quid importet.* 239. 2.
Pro residuo *an totius debiti solutionem denotet.* 164. 15.
Religiosus *an omnem professum dumtaxat includat.* 35. 13.
Relinquo *nùm institutionem importet, quando in testamento adest clausula* omni meliori modo. 193. 29.
Restituatur, *quo vtitur vsus Capuana, & Nidi, quomodo accipiatur.* 235. 18.

Digitized by Google

Restituo *in fideicommissis an pro successione vtatur.* 235. 19.
Silentium *quid importet.* 18. 54.
Sublimes *an nobiles tantùm comprehendat.* 155. 26.
Voluerit *an voluntatis arbitrium denotet.* 187. 14.
An quodlibet etiam minimum sine virtute aliquid operandi esse nequeat. 175. 14.
Nùm ex contractus qualitate contra propriam significationem accipiatur. 118. 14.
Verba an aliquid operari debeant. 175. 15.
An vt aliquid ponderis habeant, ad effectum perducantur. 175. 16.
Generalia an legalem interpretationem recipiant. 27. 3.
Enunciatiua instrumenti quando operentur. 43. 9.
Ingenitiuo prolata an dominium importent. 214. 2.
Naturaliter intelligi nùm debeant, si sequatur absurdum. 35. 10.

VERITAS

An nunquàm reijcienda sit. 164. 10.
Ex frequentia, & generalitate an præsumatur. 103. 11. *iterùmue* 104. 5.
An manifesta dicatur sigillo probato. 143. 20.
Veritatis testimonium an libero arbitrio, & voluntati alicuius committi possit. 166. 5.

VEROSIMILITVDO

Nùm ex rei dignitate colligatur. 201. 43.

VESTIS

Doctori promissa an nobilis, & honesta præstanda sit. 29. 11.
Vestium cultus an magni fuit momenti etiam antiquitùs ad conciliandam homini formam, & dignitatem. 29. 7.
Vestes pretiosæ, & ornamenta an sint vxoris, soluto matrimonio. 118. 22.
Lugubres, & lectus vidualis nùm viduæ debeantur. 47. 30.

VIA

Media an semper eligenda sit. 66. 39.
Vna electa an alteri renunciatum censeatur. 49. 42.

VIA EXEQVVTIVA

An competat contra tertium. 138. 2.
Ex societatis instrumento an pro capitali agi possit, antequam lucri, & damni fiat liquidatio. 179. 14.
Contra Tutorem an pro debito tutelæ procedi possit. 179. 6.

VICARIVS

An morari debeat in Episcopatu, seù Episcopi Palatio. 113. 1.
Constitui an possit ab Episcopo in qualibet parte suæ Diœcesis? ibidem n. 3.
An Episcopi dignitatem, seù personatum in aliqua Ecclesia obtineat. 170. 31.
Nùm Episcopi Conseruator esse valeat. 170. 30.
Examinari an debeat, si præsentatus fuerit ad Parochialem. 97. 30.
Nùm concedat dimissoriales literas. 98. 7.
Quod cōcedere poterat, an voluisse præsumatur? ibidem n. 11.

VICINVS

An facta vicini scire præsumatur. 34. 17.

VICTOR

Ab omissa expensarum condemnatione nùm appellare debeat, quando victus appellauit. 83. 1.
Sententiæ confirmationem cùm impositione perpetui silentij an petere possit, quando victus non appellauit. 114. 9.
Quid in causis criminalibus? ibidem n. 10.

VICTVS.

Spectantia ad victum nùm festiuo in die licitè emantur, & vendantur. 21. 19.

VIDVA

Non parens conditioni, si vitam viduilem seruauerit, *an legati commodo fruatur.* 187. 8.
Nùmue perceptos fructus restituere debeat? ibidem n. 9. & 12.
Quid in conditione Donec vitam viduilem seruauerit? *ibidem n.* 18.
Cùm viri hæredibus an pacto caueri valeat, vt pendente dotis solutione aliquid interim soluatur. 126. 6.
Ex causa dotis non solutæ an vsuras recipere possit viri hæredibus morosis minimè existentibus? ibidem n. 10.
Petens interesse dotis non solutæ ratione lucri cessantis an lucrum concludenter, & in potentia propinqua probare debeat. 126. 32.

VILLA

An veniat Ciuitatis appellatione. 96. 10.

VINCVLVM

Personæ à statuto iniunctum an personam sequatur quocumque vadat. 102. 5.
Vinculi duplicitas quando considerari nequeat. 61. 18.

VINVM

Si totum venditum sit, quod est in dolijs in cellario existētibus ad rationem ducatorum tot pro qualibet amphora, vel cado, an tunc mensura venditionem suspendat. 191. 7.
Vini appellatione quid contineatur. 184. 24.
Vini extractio vbi prohibetur, an metreta extrahi possit gustus causa. 184. 41.

VIR

Et Vxor an sint vna caro. 62. 21. *demùmue* 210. 19.
Si dotium restitutionem secundùm vsum Capuanæ, & Nidi promittat, an comprehendat casum, quo Filij post dotes acquisitas in pupillari, vel quandocumque ab intestato, & sine filijs moriuntur. 235. 20.
Cætera. vide verb. Maritus.

VIS.

Vim vi nùm depellere liceat. 58. 14.

VNIVERSITAS

Ex eius taciturnitate an ratificare censeatur laudum inter eius Syndicum, & aliam Vniuersitatem prolatum. 103. 13.

Debi-

Digitized by Google

Debitrix si nihil possideat, an omnes ad contribuendum teneantur. 217. 1.
Nùmue collectas imponere valeat? ibidem n. 2.

VOCATIO

Liberorum in conditione positorum an inducatur vigore clausulæ Omni modo meliori. 193. 38.

VOLVNTARIVM

Quod fuit in fieri, an in facto irretractabile sit. 159. 3.

VOLVNTAS

Humana an de sui natura mutationi subiecta sit ad mortem vsque. 39. 14. *iterùmue* 103, 61.
An verbis, & factis declaretur. 49. 10.
Vniuscuiusque nùm omni in contractu libera esse debeat. 77. 14.
Dubia defuncti an per hæredem declarari possit. 33. 34.
Testatoris exequi an pium, & spirituale sit. 28. 12.
Vt seruetur an satis sit. 59. 3.
Legis an potiùs spectanda sit, quàm verba. 27. 17.
Sola in fideicommissis an spectetur, si ex coniecturis colligatur. 3. 15.
Voluntatem suam an millies interpetrare possit ille, ad quem voluntatis destructio spectat. 33. 19.

VSVRA

An in toto Christiano Orbe prohibeatur. 126. 1.

VSVS

Proprius quid importet. 119. 42.
Annuè cedi possit, cùm alicui pro vsu proprio competit? ibidem n. 43.
Sepulcri, seù capellæ an vendi possit absque labe simoniæ. 26. 1.
Capuana, & Nidi quid sit. 235. 31.
Cur adinuentus? ibidem n. 26.
Circà dotium restitutionem quid disponat? ibidem n. 21.

VSVSFRVCTVS

Feudi sine Regio assensu an concedi possit. 99. 34.
Cùm vxori relictus est, nùm ei integer debeatur. 210. 1.
Patri filij contemplatione quæsitus nùm filio statim ipso iure acquiratur, si pater magnam capitis diminutionem patiatur. 7. 12.

VTILE

Per inutile in separabilibus an vitietur. 161. 7.

VTILITAS

Quando consideretur. 45. 12.
An præsumatur, cùm solemnitas per statutum requisita interuenit. 45. 15.
An sufficiens sit, si eo etiam modo, quo iura disponunt, non disponatur. 45. 10.
Publica in tẽpore appellationis an cõsideretur. 2. 29.
Ratione publicæ vtilitatis an quis inuitus vendere cogatur. 77. 17.

VXOR

Et vir an sint, vna caro. 62. 21. *demùmue* 210. 19.
Quòd sit an probetur, si aliqua talis nominetur. 216. 9.
In iure an Domina appelletur. 210. 5.
Relicta vsufructuaria an dotẽ, & vsumfructum petere possit. 47. 11.
Annue etiam ante fatum? ibidem n. 13.
Extraneis hæredibus institutis an plenum, & formalem vsumfructum habere debeat. 210. 3.
Vt filijs hæredibus institutis ad integrum, & formalem vsumfructum admittatur, ex quibus verbis, vel coniecturis concipiatur. 210. 15.
Non habens dotale instrumentum nùm assecurationem petere possit. 71. 15.
An competat interesse dotis non solutæ ex causa lucri cessantis, quando pignus bonorum mariti penès se habuit. 126. 27.
An idem, si maritus in testamento aliquid relinquat, donec dos ei soluatur? ibidem n. 17.
Percipiens fructus ex bonis viri prædefuncti, donec dos sibi restituatur, an illos in dotis sortem computare teneatur. 126. 25.
An dotis emolumentum recipere valeat, vbi dotali in instrumẽto maritus promisisset, dotem penès se tenere, saluare, & custodire tam constante, quàm soluto matrimonio, & in casu restitutionis restituere mulieri, vel suis hæredibus. 126. 22.
Secundo nubens nùm dotis augmentum sibi à primo viro factum dare censeatur. 213. 3.
Dotis assecurationem contra virum ad inopiam vergentem an petere possit, quando super alterius bonis cauta est. 25. 15.
Cui relictum fuit legatum sub conditione, si vitam viduilem seruauerit, *an illud filijs primi matrimonij conseruare teneatur.* 168. 6.
Per non adimplementum conditionis prædictæ an legato indigna reputetur, & illud cùm fructibus restituere debeat? ibidem n. 7.
Vxori donata an propter viri delictum confiscari possint. 213. 10.
Vxoris denominatio an præsumptionem faciat, quæ probandi onus in aduersarium transferat. 216. 10.
Cætera, vide verb. Mulier.

VXORICIDIVM

An sit nefarium scelus. 185. 1.

ZENO

Isauricus *tempore sui imperij quot librorum volumina comburere fecit.* 221. 1.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

00566370

Digitized by Google

Digitized by Google